

8499

MATTHÆI VVESEMBECII [redacted]N PANDECTAS IVRIS CIVILIS,

ET

CODICIS IVSTINIANEI LIBROS IIX. COMMENTARII:

OLIM PARATITLA DICTI.

Nunc ex postrema ipsius Authoris, necnon aliorum quorundam Iurisconsultorum recognitione multò quàm antehac emendatiùs editi.

CVM INDICE GEMINO. Actoresus prohibiti

nunc vero cum expurgatione permissi

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 29. C. 46. N. 12.

APVD PAVLVM FRELON.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
COMITI PALATINO AD RHENVM,
Sacri Romani Imperij Archiepiscopo, & Electori, Duci Bauariæ, &c.

QVOD Marcus Crassus apud Ciceronem, de illa, quam tantopere miratur, benè dicendi facultate, rectissimè statuit, nunquam eam nõ ineptam esse, nisi cum est necessaria: idem ad totum susceptæ huius scriptionis genus, iudicio doctorum, verésque sapientum, & solet, & certè potest accommodari. Quorum inter plerosque constat illud quod verum est, in hoc imminente rerum humanarum occasu, circumactáque iam fermè præcipitantis æui periodo, frustrà tantum laboris in hisce politicis studiis, paulò pòst desituris, consumi, scribendíque ac curationem huius argumenti laboriosam magis quàm necessariam, præ melioribus cogitationibus atque actionibus quæ & necessariò suscipi debent, & esse saluti possũt, perperam, neque rectè præuerti. Quocirca dandam potiùs esse cuique operam, vt ab occupatione transeuntium & caducarum feriati rerum, in piis veræ religionis & inuocationis assiduæ exercitiis, aduentãti Dei filio, & ad calculum mortuos iuxtà viuósque propediem reuocaturo, præstolemur: ac ita vita simus animóque constituti: vt ipsius munere concessũsque cernere promissam cœlestis vitæ hæreditatem, & stabili certáque bonorum æternorum possessione perfrui dein possimus. Ad quam quidem curam & meditationem omnium operum humanorũ longè maximam, maximéque salutarem, etiam asperitas præsentium temporum. Reipublicę vastitas & perturbatio, variíque nec non peracerbi tum communes omnium, tum priuati singulorum casus, excitare

non inertes animos & commouere debebant. Quid enim est profectò rebus vspiã incorporatis & aspectabilibus, quo prouida mens acquiescat? aut quid non potius à tristissimo harum ærumnarum conspectu sensúque ad piam cœlestium bonorum meditationem, seuocet intelligentem, & abducat? cùm vel vniuersa mundi natura suis iam fessa fractáque laboribus, & effœta senio, ac hominum flagitiis velut morbis confecta lethalibus, ac eandem ἀπολύτρωσιν si vnquam aliàs, certè nunc in primis cum quadã ἀποκαρτερήσει feratur & anhelet. Accedit miserrima, quæ præ oculis est, Reipublicę fortuna, & inenarrabiles ὠδῖνες Ecclesiæ, hoc in extremo sæculorũ agone, durissimis angoribus & sæuissimis doloribus laceratæ. Experimur captum esse iam impetum iustissimæ iræ diuinę, quę vitiis adultis, humanos finire properat & punire furores. Quàm multiplex & ad horrorem deformis opinionum, cultuum atque morum confusio res corruperit publicas priuatásque nimirum est in conspectu. Quanta verò licentia grassentur impij spiritus, & vltimum hoc tempus suum perbacchantes, quid in nos moliantur & laborent: quam Reipublicè noctem, Ecclesiæ pestem, perniciem singulis inuehere conentur: exempla quotidie tragica propemodum in oculos incurrentia, cuiuis non omnino hebeti, luculenter exhibent atque demonstrant.

Quæ cùm tanta sint, quanta non modò verbis explicare, sed etiam cogitatione quoque complecti difficile sit: ecquam non piam mentem ab his inanissimis, & veri boni expertibus humanæ sapientiæ doctrinis, ad meliorum rerum accurationem, & salutis cùm suæ, tum publicę procurationem seuocare & poterant & debebant? Hæc ipse mecum sæpe disputans, videor interdum peccare mihi, cum præ illis optimarũ & diuinarum commentationum studiis, tam operoso conatu dedo me celebrandæ Iurisprudentiæ; suum quidem in hac mortali vita habenti vsum, sed qui nec illarum cum occupationum vtilitate comparandus est: neque ad illam summam, quæ iure petitur beatitatem, multũ conducere potest: & subinde fatali communis naturæ ruina: tãdem obruatur est necesse. Sic vt totus hic labor noster in veteris illius versiculi reprehensionem incurrere videatur:

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

Ac fieri non aliter potest, eiusmodi quin à cogitationibus retardetur impetus susceptæ contentionis, & alacritas omnis languefiat. Sed cum mecum contrà reputo, qua in statione locatus, quam personam sustineam, quibúsque actionibus cursus vitæ & vocationis nostræ sit destinatus: rursum ad instituti carceres animum

reuocari sẽtio, faciléq; in eã perducor sentẽtiã, vt existimẽ: cũ nec desiderio cœlestiũ bónorum, neque terrenarũ molestiarũ tædio, vitę mandari laqueũ fas sit: nec abstineri oporteat aëre, cibo, potu, cęterísq; prorogãdę ętatis adminiculis diuinitùs cõcessis: ne illud quidẽ cõsentaneũ esse, vt de prę-mõstrata cuiq; viuẽdi ratione atq; via abeatur: & iniussu illi⁹, qui suũ singulis munus assignauit, prę-sidiũ vitę impositũ, priuato aliquo cõsilio deseratur. Ac cũ beati prædicentur à Dei Filio, quos in vniuersali illo extremóq; humanarũ rerũ Comitio, repertur⁹ est sedulò, quod imperatũ erat, satagẽtes: sequẽs ediuersò est qui vel stulta aliqua volũtatis inductione inaníq; & splẽdida melioris fortunæ cõsectatione, stationem alienã sua deserta petũt & inuadũt: vel tædio difficultatũ, aut formidine periculorũ, in eo quod agendũ erat, franguntur & cedunt: eos nec Deo gratã rẽ facere: nec in aliqua sempiternæ felicitatis parte post hęrere commodum posse.

Quæ cum ita se habeãt, & in hũc excolẽdæ Iurisprudẽtiæ campũ me longo secundũ alios emissum interuallo sentiã, facere nõ aliter possum, quin quantũ à melioribus illis curis ocij supereſt, id omne negociũ istud ad procurandũ cõferã: vt quãtacũq; hoc in genere nostra putatur facultas, ea, cùm docendo tũ scribendo, meliores faciã, & Reip. aliquãdo gerẽdę vtiliores, qui ad omnẽ virtutis iustitiæq; cũ primis cultum, & salutarẽ ciuilis vitæ, cũ degendæ tũ regendæ prudẽtiã, hisce nostris doctrinis in schola erudiũtur. De quo scilicet cuiq; licebit existimare quod volet: nec.n. id est magnopere laborãdũ, cùm Deo, nõ hominib. haud accurata oratione, sed recta & laudabili cõsiliorũ ratione, sũma cũctarũ actionũ sit approbãda. Mihi certè perquàm videtur iniuriũ, quãdo prętorio null⁹ edicto, ad hęc nostratia legẽda cõpellatur, intẽdi nobis litẽ de publico scribẽdi iure: cui⁹ cõmunẽ vsum norũt omnes, nõ min⁹ indoctis quàm eruditis esse liberè cõcessũ. Atq; hũc quidẽ libellũ, cur in publico iã apparere pallus sim, est in prõptu causa. Nã cũ res ita tulisset, vt ꝓ meo munere tractãdis Iuris sciẽtię elemẽtis, & ad cognitionẽ auditorũ, qui id peterẽt, trãsferẽdis, operã meã locarem,

visum fuit hoc instituto fore nõ alienũ, si Isagogico eiusmodi proœmio, rudiorib⁹ viã muniissẽ ad intelligẽtiã illi⁹ explicationis recti⁹ celeriúsq; cõprehendẽdã: quib. quidẽ hoc inuidere subsidij gen⁹ nõ eũ profectò decet, qui Ecclesię ac Reip. (vtriq; enim hoc studiũ ponitur) amicũ sese fateatur.

Tuo verò, illustr. atq; optime Princeps, nomini verè inclyto, hoc quicquid quantũque est lucubrationis, dedicãdum putaui: quõd & maximo T.C. beneficio cũcti harũ regionũ incolæ nuper admodũ affecti sumus: & ipse ciuium nomine meorũ plurimũ T. me C. debere sentiã, quos domo partim exulãtes, quod maximũ esse scribitur malũ, ἔργῳ δ' ὄντι μεῖζον ἢ λόγῳ: partim in acie nouaculę, velut aiũt, alibi periclitantes, cũ omnib. illustris beneficẽtię & germanę pietatis officiis cõplectare: fieri nequit aliter, quin ad me quoq; tã excellẽtẽ ꝑtinere gratiã aliqua parte grat⁹ interpreter: vt par sit, nõ modò gratias, quãtas animo cõcipere possum⁹ maximas, Ex. T. scribi: sed penè diuinas hasce virtutes in tã illustri loco, velut in bono lumine collocatas, public. celebrari scriptis atq; adeò æternitati, quãtũ in nobis est, cõsecrari. Nec verò iã addã, Isagogicos eiusmodi libellos, Principũ cognitione nõ esse prors⁹ indignos: quib. propter gubernationẽ quidẽ, instrumẽto maximè iuris opus est, propter occupationum autẽ molẽ, maiorib. scriptis pertuolutandis minimũ otij superest. Sed hęc cũ T.C. quã Deus ingenio, sapiẽtia, iudicio præcellẽti, super illustre virtutis decus, insignitè ornauit, certò sciã esse notissima, mihi ad cõmemorãdũ, hoc potissimùm loco atq; tẽpore, nõ sunt necessaria. Accipies igitur hũc libellum eo animo, qui tua heroica pietate & illustri clemẽtia dign⁹ est: méq; ad eorũ numerũ, qui T.E. maximè florentẽ esse cupiũt, aggregabis. Deus inclytã T.C. cũ tota generosiss. familia, Ecclesię & Reip. bono perdiu incolumẽ seruet. Datæ, die 25. Oct. Anno Domini 1567. qui dies mihi Antuerpiæ, annis ab hinc 36. nẽpe Anno 1531. natalis fuit: circiter horam sextã antemeridianam. Oro autem Dei Filiũ, vt quicquid spacij huic curriculo adiicere voluerit, id ad nominis sui gloriã, Ecclesiæ, Reip. plurimorúmq; cõmoditatẽ velit pertinere.

INDEX TITVLORVM IN QVO PRIOR NVMERVS LIBRVM, ALTER titulum ostendit: litera verò C. Codicem denotat.

A

ABigeis ff. lib. 47. titul. 14
acceptilatione 46.4
accusationibus & inscriptionibus 48.2
acquirenda vel omittenda hæreditate 29.2
acquirenda vel amittenda possessione 41.2
acquirendo rerum dominio 41.1
actione rerum amotarum 25.2
actionibus empti & venditi 19.1
actionibus & obligationibus 44.7
ademptione libertatis 40.6
ad exhibendum 10. 4. & C. 3. 42
adimendis legatis, &c. 34.4
ad legem Aquiliam 9.2
ad legem Corneliam de falsis 48. 10
ad legem Cornel. de sicariis 48.8
ad legem Falcidiam 35.2
ad legem Flauiam de plagiariis 48.15
ad legem Iuliam de adulteriis, &c. 48.5
ad legem Iul. de ambitu 48.14
ad legem Iul. de annona 48.12
ad legem Iul. de vi priuata 48.7
ad legem Iul. de vi publica 48.6
ad legem Iul. maiestatis 48.4
ad legem Iuli. peculatus, &c. 48.13
ad legem Iul. repetundarum 48. 11
ad legem Pompeiam de parricidiis 48.9
ad legem Rhodiam de iactu 14.2
administratione & periculo tutorũ 26.7
administratione rerum ad ciuitates pertinentium 50.8
ad municipalem, & de incolis 50.1
adoptionibus & emancipationibus 1.7
ad S.C. Macedonianum 14.6
ad S.C. Syllanianum 29.5
ad S.C. Tertillianum 38.17
ad S.C. Trebellianum 36.1
ad S.C. Turpillianum 48.16
ad S.C. Velleianum 16.1
aduocatis diuersorum iudiciorum C.2.7
aduocatis fisci C.2.9
ædilitio edicto & redhibitoria 21.1
æstimatoria actione 19.3
agnoscendis & alendis liberis, &c. 25.3
albo scribendo 50.3
aleæ lusu & aleatoribus 11.5
alienatione iudicij mutandi causa facta 4.7. & C.2.55
alimentis & cibariis legatis 34.1
annonis & capitat. administrantium &c. C.1.50
annuis legatis 33.1
an per alium causæ appellationis reddi possint 49.9
apostatis C.1.7
appellationibus & relationibus 49.1
appellationibus recipiendis 49.5
apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compellendum 49.12
aqua pluuia arcenda: vel aqua & aquæ pluuiæ 39.3
aqua quotidiana & æstiua 43. 19
à quibus appellare non licet 49.2
à quo appellat quis 49.3
arboribus cædendis 43.26
arborum furtim cæsarum 47.7
assessoribus & domesticis iudicum C.1.49
assignandis libertis 38.4
auro & argento legato 34.2
authoritate & consensu tutorum, &c. 26.8

B

BOnorum possessione contra tabulas 37.4
bonorum possess. ex testamento militis 37.13
bonorum possess. furioso, infanti, &c. competente 37.3
bonorum possess. secundùm tabulas 37.11
bonorum possessionibus 37.1
bonis authoritate iudicis possidendis 42.5
bonis damnatorum 48.20
bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt 48.21
bonis libertorum 38.2

C

CAdaueribus punitorum 48. 24
calumniatoribus 3.6
capitis diminutione, seu capite minutis 4.5
captiuis & postliminio reuersis 49.15
Carboniano edicto 37.10
castrensi peculio 49.17
censibus 50.15
certi conditione 12.1
cessione bonorum 42.3
cloacis 43.22
collatione bonorum 37.6
collatione dotis 37.7
collegiis illicitis 47.22
collusione detegenda 40.16
commodati, vel contrà 13.6
communia prædiorum, &c. 8.4
communia vtriusque iudicij. C.3. 38
communi diuidundo 10.3. & C.3. 37
compensationibus 16.2
concubinis 25.7
concussionibus 47.13
conditione causa data, causa non secuta 12.4
conditione ex lege 13.2
conditione furtiua 13.1
conditione indebiti 12.6
conditione ob turpem causam 12.5
conditione sine causa 12.7
conditione triticiaria 13.3
conditionibus & demõstrationibus 35.1
conditionibus institutionum 28.7
confessis 42.2
confirmando tutore vel curatore 26.3
coniungendis cum emancipato liberis 37.8
consortibus eiusdem litis C.3.40
constituta pecunia 13.5
constitutionibus principum 1.4
contractibus iudicum, &c. C.1.51

contrahenda emptione & venditione 18.1
contraria & vtili tutelæ actione 27.4
crimine expilatæ hæreditatis 47.19
crimine stellionatus 47.20
curatore bonis dando 42.8
curatoribus furioso vel aliis extra minores dandis 27.10
custodia & exhibitione reorum 48.3

D

DAmno infecto, suggrũdis & protectionibus. 39.2
decretis ab ordine faciendis 50.9
decurionibus 50.2
defensoribus ciuitatum C.1.53
depositi, vel contrà 16.3
dilationibus C.3.11
distractione pignorum 20.5
diuersis regulis iuris antiqui 50.17
diuersis rescriptis, &c. C.1.23
diuersis temporalibus præscriptionibus, &c. 44.3
diuisione & qualitate rerum 1.8
diuortiis & repudiis 24.2
doli mali & metus exceptione 44.4
dolo malo 4.3. & C.2.21
donationibus 39.5
donationibus causa mortis & capionibus 39.6
donationibus inter virum & vxorem 24.1
dote prælegata, seu relegata 33.4
dotis collatione 37.7
duobus reis constituendis 45.2

E

EDendo 2.13. & C.2.1
effractoribus & expilatoribus 47.18
eo per quem factum erit, quò minus quis iudicio sistat 2.10
eo qui pro tutore vel curatore negocia gessit 27.5
eo quod certo loco dari oportet 13.4
eo quod metus causa gestum erit 4.2
episcopali audientia, &c. C.1.4
episcopis & clericis, &c. C.1.3
errore aduocatorum, &c. C.2.10
errore calculi C.2.5
etiam per procuratorem causam in integrum restit. agi possit C.2.49
euictionibus & duplæ stipulatione 21.2
eum qui appellauerit, in prouincia defendi 49.11
exceptione rei iudicatæ 44.2
exceptione rei venditæ & traditæ 21.3
exceptionibus, præscriptionibus, &c. 44.1. & C.8.36
excusationibus tutorum, & temporibus earum 27.1
exercitoria actione 14.1
expilatæ hæreditatis 47.19
ex quibus causis infamia irrogatur C.2.12
ex quibus causis maiores 25. annis in integrum restituantur 4.6.
extraordinariis cognitionibus, & si iudex litem suam fecisse dicetur 50.13
extraordinariis criminibus 47.11

F

FAmiliæ erciscundæ 10.2. & C.3.36
feriis C.3.12
feriis & dilationibus, &c. 2.12
fideicommissaria hæreditatis petitione 5.6
fideicommissariis libertatibus 40.5
fide instrumentorum, & amissione eorum 22.4
fideiussoribus & mandatoribus 46.1
fideiussoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorum 27.7
fideiussoribus minorum C.2.24
filiofam. minore C.2.23
finium regundorum 10.1. & C.3.39
fluminibus, ne quid in flumine ripáue eius fiat, &c. 43.11
fonte 43.21
formulis & impetrationib. actionũ sublatis C.2.58
fugitiuis 11.4
fundo dotali 23.5
fundo instructo, vel instrumento legato 33.7
furibus balnearijs 47.17
furti aduersus nautas, caupones, stabularios 47.5
furtis 47.2

G

GLande legenda 43.28
gradibus & adfinibus & nominibus eorum 38.10

H

HAeredibus instituendis 28.5
hæreditate vel actione vẽditæ 18.4
hæreticis & Manichæis, &c. C.1.5
his quæ in testamento delentur, &c. 28.4
his quæ pœnæ nomine relinquuntur 34.6
his quæ pro non scriptis habentur 34.8
his quæ vi metúue causa gesta sunt C.2.20
his quæ vt indignis auferuntur 34.9
his qui ad ecclesias confugiunt, &c. C.1.12
his qui ad statuas confugiunt C.1.25
his qui deiecerunt vel effuderunt 9.3
his qui in ecclesiis manumittuntur C.1.13
his qui notantur infamia 3.2
his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt C.2.15
his qui sunt sui vel alieni iuris 1.6
his qui veniam ætatis impetrauerũt C.2.45

I

IMpensis in rebus dotalibus factis 25.1
incendio, ruina, naufragio, rate expugnata 47.9
in diem addictione 18.2
in integrum restitutione minorum 25. annis C.2.22
in integrum restitutione postulata ne quid noui fiat C.2.50
in integrum restitutionibus 4.1
iniuriis & famosis libellis 47.10
iniusto, rupto & irrito testamento 28.3
in ius vocando 2.4. & C.2.2
in ius vocati vt eant, aut satisdent 2.6
in litem iurando 12.3
inofficioso testamento 5.2. & C.3.28
inofficiosis donationibus C.3.29
inofficiosis dotibus C.3.30
in quibus causis in integrum restitutio necessaria non est. C.2.41
in quibus causis militantes fori, præscriptione vti possunt C.3.25
in quibus causis pignus vel hypotheca

theca tacitè contrahatur 20.2
in rem verso 15.3
inspiciendo ventre, custodiendóque partu 25.3
institoria actione 14.3
instructo vel instrumento legato 33.7
interdictis & relegatis 48.22
interdictis seu extraordinariis actionibus 43.1
interrogatoriis actionibus seu interrogationibus faciendis 11.1
itinere actúque priuato 43.18
Iudæis & cœlicolis C.1.9
iudicatum solui 46.7
iudicio finium regundorum 10.1
iudiciis, &c. 5.1. & C.3.1
iure aureorum annulorum 40.10
iure codicillorum 29.7
iure deliberandi 28.8
iure dotium 23.3
iure fisci 49.14
iure immunitatis 50.6
iureiurando propter calumniam dãdo C.2.59
iureiurando, siue volũtario, &c. 12.2
iure patronatus 37.14
iurisdictione omnium iudicum 2.1 & C.3.13
iuris & facti ignorantia 22.6. & C.1.18
iuris formulis & impetrat. act. sublatis. C.2.58
iustitia & iure 1.1

L

LEgationibus 50.6
legatis & fideicommissis lib. 1. 30.1
legatis, &c. II. 31.1
legatis, &c. III. 32.1
legatis præstandis, &c. 37.5
lege Aquilia C.35.5
lege commissoria 18.3
legibus & constitutionibus principum, &c. C.1.14
legibus S.C. & longa consuetudine 1.3
legitimis tutoribus 29.4
libellis dimissoriis 49.6
liberali causa 40.12
liberatione legata 43.3
liberis agnoscendis 25.3
liberis & posthumis hæredibus instituendis, &c. 28.2
liberis exhibendis, item ducendis 43.30
libero homine exhibendo 43.29
libertis vniuersitatum 38.3
litigiosis 44.6
litis contestatione C.3.9
locati & conducti 19.2
locis & itineribus publicis 43.7
loco publico fruendo 43.9

M

MAgistratib. conueniẽdis. &c. 27.8
magistratibus municipalibus C.1.54
mandatis principum C.1.15
mandati, vel contrà 17.1
manumissionibus 40.1
manumissionib. quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus, &c. 40.3
manumissis testamento 40.4
manumissis vindicta 40.2
migrando 43.32
militari testamento 29.1
minoribus 25. annis 4.4
modo mulctæ quæ à iudicibus inflig. C.1.52
mortis causa donationibus, &c. 39.6
mortuo inferẽdo & sepulchro ædificando 11.8
muneribus & honoribus 50.4

N

NAtalibus restituendis 40.11
nautæ, caupones, stabularij vt recepta restituant 4.9
nautico fœnore 22.2
ne Christianum mancipium hæreticus, &c. C.1.10
ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. 40.15
ne fiscus vel respub. procurationem. &c. C.2.18
negociis gestis, seu negotiorum gestorum 3.5. & C.2.19
ne liceat potentioribus patrociniũ litigantibus præstare. &c. C.2.14
nemini licere signum saluatoris Christi humi. &c. C.1.8
ne quid in flumine publico ripáue eius fiat, &c. 43.12
ne quid in loco fiat 43.6
ne quid in loco vel itinere publico fiat 43.8
ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat 2.7
ne quis in sua causa iudicet, &c. C.3.5
ne rei militaris comitibus lanacra præstentur C.1.45
ne sanctũ baptisma iteretur. C.1.6
ne vis fiat ei qui in possessionem missus est 43.4
nil nouari pendente appellatione &c. 45.7
nouationibus & delegationibus 46.2
noui operis nuntiatione 39.1
noxalibus actionibus 9.4. & C.3.41
nundinis 50.11

O

OBligationibus & actionibus 44.7.
obsequiis à liberis & libertis præstandis 37.17
officio assessorum 1.22
officio ciuilium iudicum C.1.43
officio comitis Orientis C.1.37
officio comitis rerum priuatarum C.1.32
officio comitis sacrarum largitionũ C.1.33
officio comitis sacri palatij C.1.34
officio comitis sacri patrimonij C.1.36
officio consulis 1.10
officiũ diuersorum iudicum C.1.46
officio eius cui mandata est iurisdictio 1.21
officio eius qui vicem alicuius iudicis, &c. C.1.48
officio iuridici Alexandriæ 1.29 & C.1.55
officio magistri militum C.1.29
officio magistri officiorum C.1.31
officio militarium iudicum C.1.44
officio præfecti Augustalis 1.17. & C.1.38
officio præfecti prætorio 1.11
officio præfecti prætorio Africæ, &c. C.1.27
officio præfecti prætoriorum Orientis, &c. C.1.26
officio præfecti vigilum 1.15. & C.1.42
officio præfecti vrbis 1.11 et C.1.28
officio præsidis 1.18
officio prætoris 1.14. & C.1.40
officio proconsulis & legati 1.16 & C.1.35
officio procuratoris Cæsaris 1.19
officio quæstoris 1.13. & C.1.30
officio rectoris prouinciæ, &c. C.1.41
officio vicarij C.1.39
operibus publicis 50.10
operis libertorum 38.1
operis seruorum 7.7
operis noui nunciatione 39.1.
optione vel electione legata 35.5

ordine iudiciorum C.3.8
origine iuris & omnium magistratuum,&c. 1.2

P

PActis 2.14 & C.2 3
pactis dotalibus 23.4
paganis & sacrificiis,&c. C.1.11
peculio 15.1
peculio legato 33.8
pedaneis iudicibus. C.3.3
penu legata 33.9
periculo & commodo rei venditæ 18 6
petitione hæreditatis 5.3.& C.3.31
pignoratitia actione 13.7
pignoribus & hypothecis 20.1
plus petitionibus C.3.10
pœnis 48.19
pollicitationibus 50.12
popularibus actionibus 47.13
possessoria hæreditatis petitione 5.5
postulando 3.1.& C.2.6
præscriptis verbis 19.5
prætoriis stipulationibus 46.5
præuaricatoribus 47.15
precario 43.25
precibus Imperatori offerendis C.1.19
priuatis delictis 47.1
priuilegis creditorum 42.6
priuilegiis veteranorum 49.18
probationibus & præsumptionibus 22.3
procuratoribus C.2 13
procuratoribus & defensoribus 3.3
pro derelicto 41 8
pro donato 41.7
pro dote 41.10
pro emptore 41.5
pro hærede vel possessore 41.6
pro legato 41.9
pro socio 17.2
pro soluto 41.4
pro suo 41.11
proxenetis 50.14
publicanis & vectigalibus & commissis 39.4
publiciana in rem actione 6.2
publicis iudiciis 48.1

Q

QVæ in fraudem creditorũ facta sint,&c.
quæ res pignori obligari non possint 20.3.
quæ sententiæ sine appellatione rescindantur 49.8
quæstionibus 48 18
quando de peculio actio annalis est 15.2
quando appellandum sit, &c. 49.4
quando dies legatorum cedat 36.2
quando dies vsusfructus legati cedit 7.3
quando ex facto tutoris vel curatoris,&c. 26,9
quando Imperator inter pupillos, &c. C.3.14
quando libellus principi datus litis contestationem faciat C.1.20
quando liceat vnicuique se vindicare C.3.27
quarum rerum actio non datur 44.5
quemadmodum seruitutes amittantur 8.6
quemadmodũ testamenta aperiantur,&c. 29.3.
quibus ad libertatem proclamare non licet 40. 13
quibus ex causis in possessionem eatur 42.4
quibus ex causis maiores 25.annis, &c. 4.6.& C.2.54
quibus modis pignus vel hypotheca soluitur 20.6
quibus modis vsusfructus vel vsus amittatur 7-4
quibus non competat bonorum possessio 38 13
quibus rebus ad eundem iudicem eatur 11.2
qui & aduersus quos in integrum restitui non possint C.2.42
qui & à quibus manumissi,liberi nõ fiant,&c. 40.9
qui legitimam personam standi in iudiciis habeant C.3 6
qui petant tutores,vel curatores. & vbi petantur 26.6
qui potiores in pignore habeantur, &c. 20.4
qui pro sua iurisdictione iudices dare possunt C.3.4
quis à quo appelletur 49.3
qui satisdare cogantur, vel iuratò promittant,&c. 2.8
qui sine manumissione ad libertatẽ perueniunt 40.8
qui ordo in bonorum possessione seruetur 38.15
qui testamenta facere possint,&c. 28.1
quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur 3.4
quod cum eo qui in aliena potestate, &c. 14 5
quod falso tutore authore gestum esse dicetur 27.6
quod iussu 15.4
quod metus causa gestum erit 4.2
quod quisque iuris in aliũ statuerit &c. 2.2
quod vel quorum legatorum 43.3
quod vi aut clàm 43.23
quorum bonorum 43.2

R

REbus authoritate iudicis possidendis vel vendundis. 42.5
rebus creditis 12.1
rebus dubiis 34.5
rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt,&c. 27.9
receptatoribus seu receptoribus 47.16
receptis arbitris, seu qui arbitrium receperunt,&c. 4.8.& C.2.56
regula Catoniana 34 7
regulis iuris 50.17
re iudicata,&c. 42.1
rei vendicatione 6.1.& C.3.32
religiosis & sumptibus funerũ, &c. 11.7.& C.3.43
re militari 49.16
remissionibus 43.24
rem pupilli saluam fore 46.6
rem ratam haberi, & de ratihabitione 46.8.
reputationibus quæ fiunt in iudicio in integrum restitutionis. C.2.48
requirendis reis,nec absentibus damnandis 48.17
rerum amotarum 25.2
rerum diuisione & qualitate 1.8
rerum permutatione 19.4
rescindenda venditione,&c. 18.5
restitutione in integrum 4.1
restitutione militum,&c.C. 2.51
ripa munienda 43.15
ritu nuptiarum 23 2
riuis 43.20

S

SAcrificiis paganorum,&c. C.1 11
sacrosanctis ecclesiis C.1.2
Saluiano interdicto. 43.32
satisdando C.2.57
senatoribus 1.9
senatusconsultis C.1.16
senatusconsulto Macedoniano 14. 6
senatusconsulto Syllaniano,&c. 29.5
sententiam passis & restitutis 48.23
separationibus 42. 7
sepulcro violato 47.12
seruis exportandis 18.7
seruis fugitiuis 11.4

seruitute

seruitute legata 33.3
seruitutibus 8.1.& C.3.34
seruitutibus rusticorum prædiorũ 8.3
seruitutibus vrbanorum prædiorũ 8.2.
seruo corrupto 11.3
si aduersus creditorem restitutio postuletur C.2.38
si aduersus delictum suum,&c. C.2.35
si aduersus donationem, &c. C.2.30
si aduersus dotem,&c. C 2.34
si aduersus fiscum,&c. C.2 37
si aduersus libertatem,&c. C.2 31
si aduersus rem iudicatam,&c. C.2.27
si aduersus solutionem,&c. C.2 33.
si aduersus transactionem,&c. C.2 32
si aduersus venditionem,&c. C.2 28
si aduersus venditionem pignoris, &c. C.2.29
si aduersus vsucapionem,&c. C.2 36.
si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur 6.3
si à parente quis manumissus fuerit 37.12
si certum petatur 12.1
si contra ius vel vtilitatem publicam,&c. C.1.2
si cui plus quàm per legem Falcidiam licuerit,&c. 35.3
si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur 2.9
si familia furtum fecisse dicatur 47.6
si in communi causa in integrum restitutio postuletur C.2.26
si is qui testamento liber,&c. 47.4
si libertus ingenuus esse dicatur 40.4
si mensor falsum modum dixerit 11.6
si minor ab hæreditate abstineat C.2.39
si minor se maiorem dixerit, &c. C.2.43
si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa,&c. 25.6
si pars hæreditatis petatur 5.4
si pendente appellatione mors interuenerit 49.13
si quadrupes pauperiem fecisse dicatur 9.1
si quid in fraudem patroni factum sit 38.5
si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit 29.6
si quis cautionibus,&c. 2 11
si quis in ius vocatus nõ ierit,&c. 2.6
si quis ius dicenti non obtemperauerit 2.3
si quis omissa causa testamenti, ab intestato,&c. 29.4
si quis testamento liber,&c. 47.4
si sæpius in integrum restitutio postuletur C.2.44.
si seruitus vendicetur 8.5
si tabulæ testamenti extabunt 37.2
si tabulæ testamẽti nullæ extabũt, vnde liberi 38.6
si tutor vel curator interuenenerit C.2.25
si tutor,vel curator, vel magistratus creatus appellauerit 49.10
si ventris nomine mulier in possessionem,&c. 25.5
si vsusfructus petatur 7.6
sit vt omissam hæreditatem acquirat C.2.40
solutionibus & liberationibus 46.3
soluto matrimonio quemadmodũ dos petatur 24.3
sponsalibus 23.1
sportulis & sumptibus faciendis C.3.2
statu hominum 1.5
statuis & imaginibus C.1 24
statuliberis 40.7
stellionatus 47.20
stipulatione seruorum 45.3
successorio edicto 38.9
suis & legitimis hæredibus 38 16
summa Trinitate,&c C.1.1
supellectile legata 33 10
superficiebus. 33.17.
suspectis tutoribus & curatoribus 26.10.& C.5.43

T

TAbulis exhibendis 43.5
temporibus in integrum restitutionis C.2.53
termino moto 47.21
testamenta quemadmodũ aperiantur 29.2
testamentaria tutela 26 3.
testamentis,& qui testamenta facere possint. 28.1
testamenta militis 29.1
testibus 12.5
tigno iuncto 47.3
transactionibus 2.& C.2.4
tributoria actione 14.4
tritico,vino,oleo legatis 33 6
tutelæ & rationibus distrahendis, &c. 27.3
tutelis 26.1
tutoribus & curatoribus datis ab his,&c. 27.3

V

VAcatione & excusatione munerum 50.5
variis & extraordinariis cognitionibus 50.13
vbi causæ fiscales,&c. C.3 26.
vbi causa status agi debeat C.3.22.
vbi cõueniatur qui certo loco,&c. C.3.18
vbi de criminibus agi oportet.C.3.15
vbi de hæreditate agatur C.3.20
vbi de possessione,&c. C.3.16
vbi de ratiociniis,&c. C.3.21
vbi & apud quem cognitio in integrum restit.&c. C.2.47
vbi fideicommissum peti oporteat C.3.17
vbi in rem actio,&c. C.3.19
vbi pupillus educari vel morari debeat,&c. 27.2
vbi quis agere vel conueniri debeat 5.1
vbi quis de curiali conditione cõueniatur C.3.23
vbi senatores vel clariss.cõueniantur C 3.24
ventre in possessionem mittendo, &c 37.8
ventre inspiciendo. 25 4
verborum obligationibus 45.1
verborum & rerum significatione 50.16
veteranis 49.18
veteranorum & militum successione 38.12
veterc iure enucleando,&c. 6.1.17
via publica & itinere reficiendo, &c.
vi bonorum raptorum,& de turba 47.8

vi, & vi armata 43.15
vnde cognati 38.8
vnde legitimi 38.7
vnde liberi 38.6
vnde vir & vxor 38.11
vsucapionibus & vsurpationibus 41.3
vsu & habitatione 7.8
vsu & vsufructu legatis, &c. 33.2
vsufructuarius quemadmodum caueat 7.9
vsufructu accrescenda 7.2
vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur 7.5
vsufructu, & quemadmodum quis vtatur, &c. 7.1
vsufructu & habitatione, &c. C.3.33
vsuris & fructibus, causis, accessionibus, mora 22.1
vt ex legibus & S.C. bonorũ possessio detur 38.14
vt in flumine publico nauigare liceat 43.3
vt in possessione legatorum, &c. 36.4
vti possidetis 43.17
vt legatorum seu fideicommissorũ nomine caueatur 36.3
vt lite pendente vel post prouocationem, &c. C.1.21
vt nemini liceat signa, &c. C.2.17
vt nemo inuitus agere cogatur C.3.7
vt nemo priuatus titulos, &c. C.2.16
vt omnes iudices post administrationem, &c. C.1.47
vt quæ desunt aduocatis, &c. C.2.11.
vtrubi 43.31
vulgari & pupillari substitutione 28.6
vxoribus militum, & eorum qui reipub. causa absunt C.2.52

F I N I S.

MATTHÆI VVESENBECII

COMMENTARIVS
IN DIGEST. LIB. I.
DE
IVSTITIA ET IVRE.
Titulus I.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

1 *Continuatio tituli.*
2 *Finis Iurisprudẽtiæ, et media ad finẽ ducentia.* 3 *Vnde dicta sit iustitia, & quàm variè accipiatur.*
4 *Triplex iustitiæ vniuersalis definitio.*
5 *Diuisio, partes & species.*
6 *Causa efficiens.*
7 *Materia in qua & circa quam.*
8 *Forma, finis & effectus.*
9 *Cognata & contraria.* 10 *Differentia iustitiæ vniuersalis & particularis: & quid sit particularis.*
11 *Diuisio & species iustitiæ particularis.*
12 *De iustitia distributiua: quid sit, quæ eius causæ, fines, affinia, contraria.*
13 *De iustitia cõmutatiua: quid sit, quæ causæ eius, fines, affinia, contraria.*
14 *Ius vnde dictũ sit: & quid sit, & quotuplex,* 15 *De iure naturali.*
16 *De iure gentium.*
17 *De iure ciuili.*
18 *De æquitate.*

1 OMNIS quæ via & ratione suscipitur, de re quapiam institutio principio finem quò res ea fertur atque collimat, prospicere: deinde media ad exitum rectè ducentia vestigare prudẽter, & aperire solerter debet. Quemadmodum enim viatores, qui & certam metã propositam, & semitam quę eò rectà ferat, probè cognitam habent, minus aberrare possunt: sic in doctrinis artium tradendis, cùm initiò finis cuiusque disciplinæ proponitur, & apta subinde methodo, commodáque discendi facultate, quæcunque eò sine errore perducere queant, commonstrantur: fit, vt in tota deinceps institutione hallucinari minus & impingere discentes possint. Eandem viam insistentes nostri compositores, primò finem huius doctrinæ ostendunt: tum compositiua ac definitiua methodo, à summis principiis artis, iuxta seriem & naturalem rerum ordinem progredientes, & ex simplicibus coniuncta, ex antecedentibus consequentia extruentes, ad finem quem initiò ostenderunt, perueniunt: & quasi manu ducentes, à carceribus ad metam vsque huius artis, recto itinere studiosos transmittunt.

2 ¶Vt autem artis Medicæ finis est, conseruare & restituere sanitatem: medium seu officium, præseruare à morbis, & curare appositè ad sanã-

A dũ: sic Iurisprudentiæ finis est, conseruare in vita ciuili iustitiam, quæ est quasi sanitas politiarum. *Sap. 6. Multitudo sapientum, est sanitas orbis terrarum. Nouell.* III. Cic. lib. 1. de Orat. Sit in Iure, inquit, ciuili finis hic legitimè atq; vsitatè in rebus causisque ciuium, æqualitatis conseruatio. Porrò medium quo id obtineri potest, est ius nosse, & quid quaque in re iustum iniustum, æquale inæquale sit, ratione & studio exquirere: idémque exquisitum atque cognitum scienter reddere, &

B in vsum fori publicum educere, ac omnibus rerum humanarum actionibus, cùm publicis tum priuatis, rectè atque æquabiliter accommodare. Quocirca disputant initiò nostri de iustitia, tanquam de causa & fine artis: tũ in genere de principiis, partibus ac speciebus iuris: quæ principes viæ sunt, quibus ad iustitiam itur, primáque elementa ac fundamenta, vnde per σύνθεσιν paulatim progrediẽdo, iuris ars extruitur. Porrò velut in reliquis disciplinis quanquam in foribus finis

C cuiusque indicatur: non tamen analytica serie opus extrui vsitatum est, sed ad compositiuam ac definitiuam methodum, quæ maximè ad discendum docẽdúmque est accommodata, tota plurimum explicatio instituitur: sic nostri Iuris compositores, contenti initiò digitum intendisse in finem Iurisprudentiæ, qui est iustitia, statim ad principia redeunt & naturam rerum secuti, à primis iuris elementis, ac vniuersalibus principiis progredientes, artem iuris componunt: opúsque

Pandectarum totum, ex partium omnium naturali serie aptarum inuicem & consequentium ac singularum partium ita iunctarum definitionibus & diuisionibus pertexunt & absoluunt: vt ex integra totius huius Operis serie ac concinnatione, facilè intelligi potest.

3 ¶ Iustitiam ab eo dictã censet Alc. *Parer. lib.* 1. *cap.* 29. quòd vim sistat: Hotomannus, *in Instit. tit.* 1. quod in ea ius sistatur: ex Isidoro, *c. forus. de verb. signif.* qui vult iustitiam esse dictam, quasi iuris statum, quod in ea ius consistat. Simplicius est dicere, à iure iustum, iustitiam à iusto iusti esse, addita particula TIA: sicuti est à mœsto mœsti, mœstitia: læto læti, lætitia: & si qua sunt similia. Itaq; rectè No. 69. *V i om. pro. mag. obed. In authen.* ex re ipsa, hoc est, ex iure quod cuiq; quatenus suum est, tribuit, trahere nomen, & iustitia dici, scribitur. Iustitiæ porrò vox hac in disputatione legali & politica, legaliter etiam accipi debet: videlicet de iustitia, operum, seu obedientia superiori debita, siue de ordine, quo quæ inferiora, sunt, superiori parent: & obsequuntur. Etenim verba secundum subiectam materiam accipiuntur: *l. si ex conducto.* 15. §. *Papin. vbi Dd. loca.* & talia sunt subiecta, qualia permittuntur esse à prædicatis. *glo. pn. in c. dudum.* 31. *de decim. Cepoll. in tract. seruit. rustic. præd. cap. de aquæduct. nu.* 14. *text. in l.* 3. *de fund. instruct. leg.*

Prædicatur autem hîc de iustitia, quod suum cuique tribuat. Sequens est igitur, subiectum iustitiæ vocabulum, de iustitia operum, quæ in agẽdo tribuendóque versetur, interpretari. Vt autem iniustitia duplex est, sic & iustitia hac in significatione bifariam accipitur. Contrariorum enim eadem est disciplina, *l. penul. §. fin. vbi glo. qui satisd. cogan. l.* 1. *de his qui sunt sui vel alien. iur.* Alia nãque perhibetur esse iniustitia vniuersalis, Grȩcis ἀνομία 1. *Ioan.* 3. *Arist. Et hic lib.* 1. *cap.* 3. 4. seu ἀδικία: *Rom.* 1. 8. *&* 2. 8. quæ est vniuersalis inobedientia & contumacia, contemptúsque omniũ ex æquo legum: qualis est in Cyclopibus, qui iura negãt sibi nata. Alia iniustitia particuliaris, est defraudatio restrictior, quæ etiam in his esse potest, qui alias iusti perhibentur: vt Cato iniustus est, spolians Cyprũ, sibique manus inferens. *Plutar. in eius vita.* Cyrus, dum iniquo iudicio ad analogiam Geometricam, rerum commutationes exigit: *Xenop. lib.* 1. *Cyropæd.* Brutus, Thessalonicen. & Spartam, prædæ militum exponens. *Plutarh. in eius vita.* Pythius, Romano equiti Cannio Græca fide imponens. *Cic. lib.* 3. *Offic.* Eadem igitur ratione ediuerso vocabulum iustitiæ duobus modis accipitur. Primò pro iustitia vniuersali: quæ est obedientia vniuersalis erga omnes leges, diuinas & humanas, naturales & ciuiles: & opponitur peccato seu anomiæ, 1. *Ioan.* 3. *Rom.* 1. *&* 2. *Psalm.* 119. quomodo philosophis Aristides perhibetur iustus. Secundo pro iustitia particulari, quæ tuetur personarum ordinem, vel efficit æqualitatem in contractibus: vt cum dicimus, iustum esse, eruditos, & idoneos ad gubernacula rerum promoueri: aut mercatorem esse iustum, qui non defraudat emptores in contrahendo. *sic Genes.* 30. *Cras, inquit Iacob, respondebit tibi iustitia mea.* Distinctis ita iustitiæ appellationibus, seorsim de vtraque aliquid dicendum est.

¶ Iustitia vniuersalis pro triplici hominis (de huius enim iustitiã quærimus) ordine atque respectu, trifariam definiri solet. *Paulus ad Tit. c.* 2. *vers.* 12. *Apparuit gratia Dei, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, viuamus temperanter (ergamos ipsos, & in vita priuata) iustè (erga reliquos homines) & piè (erga Deum scilicet.)* Primus igitur est ordo hominis erga Deum: cui vt conditori & Domino cultum ac obedientiam debet. Qua in parte iustitia vniuersalis ita definiri solet, vt sit obedientia omnium in homine virium, necessario præstanda Deo conditori, iuxta omnes leges: ab ipso propterea humanæ naturæ insitas, vt congruat nostra natura cum mente & voluntate Dei, & non congruens destruatur: & vt in hoc iudicio agnoscatur, qualis ipse sit, & à malis discernatur, aut paulò aliter: Iustitia est vniuersalis obedientia, Deo debita congruens ad normam totius Decalogi, seu legis naturȩ, diuinitus insita mentibus nostris, vt agnoscamus, qualis sit ipse Deus, & quibus officiis coli velit. Hanc definitionẽ propriè tradit Ecclesiȩ doctrina, quæ hunc solum ordinem præcipuè intuetur: quia finem actionum humanarum omnium, ad Deum (vt par est) refert. Est autem hæc iustitia spiritualis, & pietas absoluta nominari potest: quæ peracta demum ac mortalitate, in beatis angelis & hominibus, ad omnem æternitatem est effulsura. [redacted]

Alter ordo est hominis erga seipsum: qui in hoc vno maxime laborare debet, vt quoniam ex variis ac dissimilibus partibus est compositus, operam det, quot motus & facultates animi inferiores, expertes iudicij ac rationis, rectæ rationi velut τῷ ἡγεμονικῷ obtemperent: ne in custoditæ licentiúsque effusæ, turbent vitæ communitatem atque harmoniam.

Hunc præcipue ordinem Philosophica Platonis intuetur schola. *lib.* 4. πολιτ. *Aristot. lib.* 5. *Ethic. c. vlt.* quæ priuatim absoluere hominem, & virtutis atque officij studio bonum semper virum, non æque bonum semper ciuem efficere conatur: eoque sic iustitiam definit, vt sit obedientia omnium virium in homine, erga rectum iudicium rationis, & suauissimus quidam omnium facultatum animæ in homine concentus, quam maximam Musicam vocant, quod non de sonis vocum, sed pro subiecta materia de concordia partium omnium animæ cum ratione debet accipi. Hoc respectu iustitia non multum à virtute, & habitu virium interiorum ordinato differt, sicuti est in versiculo Theognidis:

Iustitia in sese virtutes continet omnes:

nisi quòd virtus absolutè ponitur, iustitia relatiuè. Quamobrem Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 3. 16. hæc

hæc non reali, sed rationis distinctione, hoc est non re & subiecto, sed ratione secernit: cum vult virtutem esse habitum absolutum naturæ congruẽtem, qui hominem in se perficiat: iustitiam autem habitum relatiuum, qui aliis prosit, & ad alterum referatur.

Tertius ordo, est Politicus, quo homo, vt pote ciuili vitæ natus, ad leges, ad magistratus, ad conciues, ad suos, ad omnes denique, reipub. partes, velut ciuis & homo Politicus aptatur: vt harmoniam cõsociationis ciuilis, suo quasi concentu & attemperatione iuuet atque perficiat. Hunc ordinem maximè probant & intuentur politici, leges magistratus, & omnes illi, qui ad societatis humanæ, & ciuilis vitæ cultum hominem esse natum ducunt, summumque bonũ in beato reipublicæ statu positum arbitrantur. Hoc fine sensúque Aristot. *lib.* 5. *Ethicor. cap. vltim.* hominem in ciuitate locans, ab eo iustitiam exigit quȩ sit in vniuersalis obediẽtia erga omnes leges societatis politicæ: in qua bene iustéque constituta, virum & ciuem bonum, in alia ciuem, non etiam virum bonum ea iustitia efficit. Id paulo aliter reddidit Cicero: *lib.* 1. *de Legibus.* Iustitia est obtemperatio scriptis legibus, institutisque populorum. In hac consideratione, iustitia idem est cum disciplina externa: quæ est ordo vitæ, cauens ne quid contra legum præcepta committat. Leges enim tantùm externam obedientiam loco motiuæ, non mentis, aut voluntatis, aut cordis εὐταξίαν requirunt. *l. cogitationis.* 18. *de pœnis.* [redacted]

Cum autem nos legum expositionem profiteamur, & disciplinæ forensis ministri simus, ac ad societatem cultumque ciuilem studia nostra referantur: conuenit vt hanc Aristotelicam definitionem, vtpote nostro instituto maximè accommodatam, hac in professione retineamus.

5 ¶ Huius autem iustitiæ, sicut & legum ipsarũ, duæ sunt: partes videlicet θέσις τῶν εὐεργετημάτων, καὶ ἀναίρεσις τῶν κακῶν. Vt enim duo iniustitiæ genera ponit Cicero: *lib.* 1. *Offic.* vnum eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab his quibus infertur: si possunt, non propulsant iniuriam: *Marci.* 7. sic ediuersò ad explendum iustitiȩ munus, nõ sufficit abstinere iniuriis, easque depellere illatas. sed etiam patria, leges: magistratus, parentes, liberi, amici, denique tota hominũ societas, omni opera at que studio iuuãda est: quomodo videre licet etiam in sacris literis, hȩc duo cõiunctum perpetuò præcipi, vt Psal. 34. Declina à malo, & fac bonum. Esaiæ. 1. Desinite agere peruersa, & discite benefacere. Et vt ad nos reuertamur, non longè hinc abludit Vlp. cum ait, *l.* 1. *h. t.* Et metu pœnarum, & præmiorum exhortatione, homines bonos efficiendos. Species autem huius iustitiæ, sunt omnes virtutes: præcipuè religio, pietas, gratitudo, innocentia, defensio, beneuolentia, liberalitas, fides, obseruantia iuris, æquũ & bonum, &c. idque quatenus in politica societate erga alios homines exercentur, non quatenus priuatam cuiusque vitam absoluunt: nam hactenus ad priores illas iustitiæ definitiones referendæ sunt.

¶ Causa efficiens huius iustitiæ principalis, est Deus, author omnis boni ordinis. *Rom.* 13. *Eph.* 4. 1. *Cor.* 12. nam vt oculus videat, auris audiat, Dominus facit vtrũque. *Prou.* 20. Deinde mens humana, de legum authoritate & cultu ex notitia naturali verè iudicans: & voluntas liberè ac constanter obediens honestis legibus, & imperans externis membris, vt cum hac norma legum cõgruant. Nam ad perfectionem cuiusque virtutis, tria requiruntur: primum recta ratio & iudiciũ, vt ex certa scientia quid fiat: secundò libera voluntatis electio seu προαίρεσις: tertiò constantia in honesto proposito, & perseuerantia in bene agendo, quomodo iustitia quoque definitur constans & perpetua voluntas. *in prin. Inst. de iust. & iur. l. iustitia.* 10. *h. t.* Aristotelicæ iustitiæ remota causa lex est: Proxima προαίρεσις legib. obediens. 6

Συναίτια sunt præcepta legum, doctrina Ethica, naturalis inclinatio, bona disciplina, sicut Aristoteles ait: Iustos fieri homines natura, doctrina, & consuetudine.

¶ Materia, in qua, est voluntas humana, cor, & externo membra, lingua, manus, &c. 7

Materia circa quam, sunt omnium virtutum obiecta. Plato lib. 4. πολιτ. in duobus ait versari iustitiam: quæ sunt τὰ αὑτοῦ πράττειν, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν: & indicantur à D. Paulo. 1. Thess. 4. 11. dum vult vnumquenq; ἡσυχάζειν καὶ τὰ ἴδια πράττειν. Aristotelicæ iustitiæ materia, sunt νόμιμα, hoc est, virtutes & vitia, quatenus de his lege cautum est. *Arist. Ethic. lib.* 5. *cap.* 16.

¶ Forma, est ipsa obedientia, seu actionum omnium cum legibus ac ratione conuenientiat. Forma Aristotelicæ iustitiȩ propria, quod, πρὸς νόμον referatur, & ad eius normam obediendo cõgruat: quod cùm fit, iustitia velut formam & esse suum adepta existit. *l. Iulianus.* 9. §. 2. *ad exhib.* Communis verò forma omnis iustitiæ, quòd (vt diximus) πρὸς ἄλλον referatur. 8

Fines, vt Deo mos geratur, vt ciuilis hominum societas seruetur, & sit tranquilla: vt euitari pœnæ præstitutæ contumacibus, exspectari præmia præsentia & æterna possint: & deniq; vt trãquillitas & lætitia bonæ conscientiæ, quæ est dulcis nutricula senectutis, in omni vita conseruetur.

¶ Etsi porro virtutes inter se omnes indiuiduo copula sunt coniugatæ: tamen ad iustitiam proximè accedunt: sedulitas in agendis necessariis & vitandis non necessariis: reuerentia erga Deum, 9

& Magistratum: l.2.h.t. charitas patriæ, & politici ordinis, modestia, & similes.

Contraria sunt, in gubernatoribus præcipuè tyrannis, iniustitia, peccata *de quibus glo. & Dd. l. si mora. solu. matri.* commissionis & omissionis ac ignorantiæ affectatæ, *Tiraqu. in retrac. prox. §.35. gl.1. nu.27. per l.1. de act. emp. l. qui contra. verb. errore non affectato. C. de incest. nupt. c. cum inhibitio. §. si quis verò. verb. affectatores ignorantiæ. de cland. despō. c.2. verb. affectata ignorantia. de temp. ord. li.6.* cuiusmodi fiunt & cōmittuntur in gubernatione reipub. defensione bonorum, & pœnis sceleratorum: Item cōtraria in subiectis potissimum, contumacia & cōtemptus Magistratuum ac legum, seditio, insidiæ, iniuriæ, malitiosa iuris interpretatio, & cæteræ rerumpublicarum pestes.

10 ¶ Iam progrediamur ad alteram iustitiæ speciē, quæ Particularis dicitur: cùm quia quodammodo pars est illius iustitiæ vniuersalis, *Arist. lib.5. cap.3.4.5.* quæ totam ciuilem vitam, priuatam & publicā gubernat, omniúmque honestarum legum obediētiam atque cultū, domi iuxtà ac foris, exigit: tum quoniam aliqua duntaxat ex parte humanas actiones regit, videlicet quatenus in communi vita cum alio res est: nec omnium legum obedientiam complectitur, sed earum duntaxat, quę de commertiis atque actionibus hominum, in quibus est mutuū συνάλλαγμα & officium, aliquid constituunt: neque verò tā legum præcipuè authoritate, vt illa superior, sed ipsa magis æqualitate permouetur: nec tam τὸ νόμιμον, quàm τὸ ἴσον δίκαιον, spectat. Est igitur iustitia particularis (vt ex authoritate Simonidis definiunt nostri) constans & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuens. Constans & perpetua voluntas: significat habitum, seu firmum propositum, & (vt Græci dicunt) ἕξιν προαιρετικήν. nec enim voluntas, nisi in habitum trāsierit, firma & constans esse potest. Quia verò plurimarum rerum in homine volūtas & cupiditas est, vt scientiæ, opum, gloriæ, immortalitatis: ideo additur differentia, ab officio sumpta, (vt in definitionibus virtutum, quæ aliis differentiis propriis destituuntur, fieri solet) Ius suū cuique tribuēs: hoc est, seruans æqualitatē cum cæteris hominibus, & debitum cuique reddens: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorem: cui honorem, honorem: *Rom.13.7.* nec cuiusquā corpori, famæ, bonis iniuriam vllam inferens. Proprium enim iustitiæ munus & officium est, extra se agere, & suū cuique, hoc est, alteri debitum tribuere. Quare Aristoteles rectè dixit, cæteras quidem virtutes vtentis proprias esse, iustitiam autem communem & publicam. Addita est autem particula, Cuique: distinguens iustitiam à liberalitate. quæ tribuit debitum speciei: hoc est, τῷ ἀνθρώπῳ officia præstans humanitatis, etiam non debita. At iustitia cuique, hoc est, singulis indiuiduis tribuit suum: nempe, debitum & conueniens vel lege naturæ, vel iure ciuili.

11 ¶ Species huius iustitiæ, duæ sunt: Distributiua & Commutatiua. Quemadmodum enim reliquæ virtutes sunt Mediocritates. seu (vt vulgò loquimur) medietates duorum extremorum, vitiosorum scilicet affectuum, quos intra modum rationis cohibent: ita iustitia particularis, totam ciuilis vitæ societatem, iisdem æqualitatis & mediocritatis regulis atque finibus definit & coercet. Porrò in ciuili hominum communitate, sic est natura comparatum, vt partim ordinandæ personæ sint. & suo quæq; loco atq; gradu, quasi in magno ciuitatis theatro collocandæ: & quia ad agendum natæ sunt, singulis conueniētia munera, officia publica, pœnæ, præmia rectè prauéque factorū: tanquā in ampla domo familiáque sint tribuenda: partim etiam res priuatorū communicandę, inter eosdem, & commutandæ: quia cùm in rebus humanis alij aliorū opera & rebus perpetuò, ex ordinatione diuina, vt communitas seruetur, indigeant, sine assidua rerum permutatione, nulla societas ciuilis durare perdiu posset. Non autem esset assiduum atque permanens commercium: quia foret iniustū atque iniurium, nisi æqualitate priuatarum rerū paríque numero, pondere, & mensura constaret: cæteroqui cum in infinitum cōtractus abeant & porrigantur, alteram tādem partē exhauriri, atque ita commutationis perpetuitatem ac durationem collabi & perire esset necesse. Ex quo fit, vt alia æqualitas (in qua inest & elucet iustitia) in ordinandis personis, alia verò in rerum communicatione obseruetur. In personis enim medietas, quo ad nos, seu personalis, similis proportioni Geometricæ [illegible] *lib. de vet. medicina, in princ.* ideoq; non possunt publica illis singulis æqualia numero & mēsura tribui. Hinc enim omnium rerum confusio sequetur, si (verbi gratia) eadē munia, officia præmia & pœnæ peritis iuxtà atque imperitis, bonis & nocētibus, bene meritis & indignis distribuātur. Quemadmodum ergo Geometrica proportio, non numerorū interualla simpliciter considerat, sed æqualitatē proportionū & rationū inter se cōparat: ponderas (vt ita dicā) magis quantitates, quàm annumerās: sic iustitia distributiua non indifferenter iuxta numerum personarum, functiones distribuit, sed quid cuique conueniat, perpendit, & conuenientia singulis suo loco dispartitur. *Cic. lib.1. Offic.* Non mulieribus confert officia publica *l. alienam. 18. C. de proc. l. 2. de reg. iur.* sed viris sapientibus, eruditis, iustis, eloquentibus, & in summa idoneis defert magistratus. *Nouell. const. 82. de iud.* curam Ecclesiarum, *c. nullus. c. presbyteri. 24. dist. c. omnis. 11. de pœn. & rem.*

tutelam, *l. diuus. 24. de tut. & curat. dat. ab his, & tot. tit. de mag. conueniend.* & alia publicæ gubernationis officia: peritis & doctis, nec illiberalib. medicis, curationem tuendæ valetudinis mandat, & salaria constituit: *l.4. de decr. ab ordi. facien. l.1.3.4. de var. & extr. cog. l.1. l. archiatr. 9. C. de profess. & med. lib.10.* magistros studiorū doctos, eloquentes, & bene moratos, probatosq;, iuuentuti erudiendæ præficit: *l. magistros. 7. C. de profess. & med. lib.10.* militiam cōmendat non seruis. *l. pen. & l. fin. C. qui milit. poss. lib.12.* negociatoribus, *l. vn. C. negoc. ne milit. lib.12.* agricolis, *l.3. C. qui milit. poss. lib.12.* sed viris fortibus, & probatæ virtutis: *l.1. C. qui milit. tot. tit. C. de re milit. lib. 12.* agriculturā contrà & negociationem non militibus, *l. milites. 31. C. de loc. & conduct. l. nobiliores. 3. C. de commer. & merc.* sed industriis, idoneisq; hoc in genere hominibus committit. *tot tit. C. de agric. & censi lib.11. Nouell. de statu & consuet. contra Eccles. lib. §. agricultores.* præmia & salaria bene meritis constituit, *l.1. h.t. tot. tit. de var. & ext. cognit. l. medicos. 6. in fin. C. de profess. lib. 10. l. 1. §.1. h. tit. c. omnis. dist.3. l. vlt. C. de stat. & imag.* pœnas nocentibus pro cuiusque merito irrogat: *tot. tit. de pœn.* nec vsquam certius conspici huius iustitiæ actio potest, quàm in pœnarū distributione. Nam tametsi lex in genere & in abstracto, citra aliquem personarum & rerum cōplexum, & sine προσωποληψία pœnam cōstituit Arithmetica proportione, & ex lege talionis delicto eam commēsurat: *l. rescriptum. 6. de his quib. vt indig. l. respiciendum. 11. de pœn. l. sancimus. 22. vers. nec vlterius. C. de pœn. l.1. C. vbi Senat. vel clariss. Auth. omnes. C. com. de success. l.1. §.1. ad l. Corn. de sicar. l.1. §. cum patronus. de off. præfecti vrb. c.2. de his quæ fiunt à maior. parte capit. Decius in l. quod à quoquam. 46. num.3. de reg. iur. Hipp. in pract. crimin. §. expedita. num. 18. & §. opportunè. nu.57.* tamen iustitia hæc, legis executrix, seu magistratus, instrumētum iustitiæ, cum legem exequitur, & in concreto de pœna personæ applicanda disputat, rem ad proportionem Geometricam reducit: nec tantum quid facto debeatur, sed quid congruat personæ, tam eius qui deliquit, quàm illius in quem cōmissum est, expendit & examinat. *l. sacrilegij. 6. ad l. Iul. pecul. l. aut facta. 16. l. moris. 9. §. fin. de pœn.* Quotiescunque enim de aliquo iure publico (quod nunc quærimus) personis attribuēdo agitur, toties ad hāc analogiam Geometricam recurratur in administranda iustitia, necesse est: propterea quòd personarum ingenia, voluntates, dignitates, status, consilia, dicta atq; facta inæqualia sint, vt iis æqualia numero tribui non possint. Vnde natum illud quod vulgò dicitur: Duo cum idem faciūt, non est idem. Hac ratione grauius in eodem delicti genere punitur seruus quàm liber, *l. capitalium, 28. §. fin. l. in seruorum. 10. de pœn.* famosus quàm integræ famæ reus, *d. l. capitalium. 28. in fin. de pœn.* plebeius quàm egregius, *d. l. in seruorum. l.1. §. fin. l. pœn. de sicar. §. item l. Iul. Instit. de pub. iudi. l.3. C. de pœn. cum sim.* adultus quàm minor, *l. auxilium. 37. §. in delictis. de minor. l. ferè. 108. de reg. iur.* & interdum presbyter quàm laicus, *l. presbyteri. 8. in fin. C. de episc. & cler.* miles quàm paganus, *l.4. §. adulterij. de re milit. l. quædam. 14. de pœn.* Nam cui plura cōmittuntur, ab eodem plus exigitur. *gloss. d. l. presbyteri. in fin. per l. quidā. de pœn. §.1. in auth. vt defunc. latè Tiraqu. de pœn. caus. 31. num. 20.* Sic & in eum acerbius animaduertitur, qui sæpe commisit eadem, quàm qui semel tantùm: *d. l. capitalium. §. grassatores. de pœn. l. seruos. 8. C. ad l. Iul. de vi publ.* qui consultò, quàm qui ignoranter. *l. in lege. 7. de sicar. l. respiciendum. 11. §. fin. de pœn.* aut per lasciuiam. *l.4. de sicar. l. aut facta. 16. §. qualitate. de pœn. l. omne. 6. §. fin. de re milit.* aut ebrietatem: *d. l. respiciendum. 11. in fin. d. l. omne. 6. l. vn. C. si quis imp. male d. de pœn.* qui magistratum aut patrem violat, quàm qui extraneum. *d. l. capitalium. §. omnia. 6. d. l. aut facta. §. persona. 2. §. atrox. Instit. de iniur. Bald. in cap. vn. §. iniu. de pace tenen. Ias. in l. qui iurisdict. 10. in prin. de iurisdict.* Imò in eodem genere vitæ & delicti alij aliter puniuntur pro ratione personarum, graduum, anteactæ vitæ: *l.5. in prin. de re milit.* vt conuenientissimè quidam dixerit, hanc iustitiam admittere adhibereq; in Consilium Gratias & Ἐπιείκειαν: eam quæ circa contractus versatur, non item. Nam in contractib. non quæritur quid personæ conueniat, nec vt ei aliquid tribuatur, propositū est: sed res priuatorum rebus commutantur; earumq; duntaxat habetur ratio, non personarum.

Vt igitur hęc commutatio iusta sit, sicuti iusta esse, quæ duratura sit, debet: opus est rerum ab vtraq; parte æqualitatem adesse, numero, pōdere & mēsura exæquatam: alioquin alteruter contrahentium iniuria afficietur, & damnū facturus est, quia non tantūdem accepturus sit, quantum de suo decedit ac decerpitur: atque ita altera generis humani pars exhausta, contrahere amplius aut nolit, aut nō poterit: vnde malas artes, & societatis humanæ distractiones existere tandem necesse fuerit. Rerum autem æqualitas eadem est, & vna Arithmetica proportione definitur. Omnes nāque res precio æstimantur. *l.1. de cont. empt.* & quod ad iustam æqualitatem deest, id potest vel detractione vel adiectione aliqua precij adæquari. *l.2. & l.3. C. comm. diuid.* Nec enim in rebus ea est disparitas æstimationis, quæ in personis: quo fit, vt proportione Arithmetica in rerum commutatione sit vtendum. Verbi gratia, in emptione, si emptor illustri loco sit positus, venditor plebeius & rusticus, non ideo ob inæqualitatem personarum (quæ hîc non consideratur, quoniam de rebus singulorum priuatis & pecuniariis agitur) inæqualitas rerum admittenda erit: sed precium merci, mercedem vsui & operæ, res rebus commensurari oportet: & si quid inæqualiter constitutum fuerit, id ad analogiam Arithmeticam, hoc est, æqualem rerū valorem est reducendum. *l.2. C. de rescind. vend. l.3. C. com. vtriusq. iudic.*

Ex quib. cùm intelligi iam possit, vtriusq; huius iustitiæ discrimen: de vtraque aliquid separatim est dicendum.

¶ Iustitia igitur Distributiua, seruans conuenientiam personarum & officiorum, est æqualis publicarum rerum omnium, munerũ, præmiorum, pœnarum, &c. inter personas, pro cuiusque merito, congruentia & dignitate, distributio. *l. vlt. C. de stat. & imag.* Causa efficiens præcipua, est Deus: qui sicut ordinem diuersorum orbium atque motuum, & corpora stellarum varia, variq; formæ, actionis, effectionis sursum in cœlo posuit atq; ordinauit: sic in hoc terrestri orbe deorsum, ordinationẽ & gradus, functionésque personarum varias & constituit, & conseruat. *Rom. 13. Ephes. 4. 1. Corint. 12.* imò quantum ordinis in hac opinionum, cultuum & morum confusione est reliquum, id proculdubiò verò & efficaciter à Deo seruatur. Causæ in homine, sunt notitiæ mentis, & principia practica. *c. 1. dist. 1.* vt, Paria paribus congruunt, & debentur. item: Patriæ magistratibus parendum: *l. 2. de iustit. & iure.* Suus cuique locus relinquendus: cui tributum debetur, tributum: cui honor, honor impertiendus, &c. *Rom. 13. 7.* & voluntas obtemperans his notitiis, & iuxta eas regens motus cordis, & externa membra.

Materia in qua, voluntas, cor & locomotiua.

Materia circa quam, omnia officia, munera ciuilis vitæ, item pœnæ & præmia, *d. l. vlt. C. de stat. & imag.* aliáque bona communitatis publica, quę singulis priuatis aptat, conuenientéque proportione tribuit: *Vide latè D. dac. Couar. in reg. peccatum. §. 7. num. 2. cum seq. de reg. iur. in 6. vbi plures differentias vtriusque iustitiæ tradit.* vt ius publicum huius iustitiæ argumentum & subiectum videri possit.

Causa formalis, vel forma, est conuenientia, seu ipsa æqualitas Geometrica: quæ singulis conuenientem honorem & munus idoneum tribuit ac bene maléue de republica meritos, pro demeritis remuneratur. *d. l. vltim. C. de stat. & imag. d. c. omnis. dist. 3.*

Finis & effectus: primùm, vt hac virtute Deus agnoscatur & colatur, qui author est huius ordinis, & sua sapientia genus humanum, sic consociauit, vt sicuti diuersos vultus, diuersáque ingenia & naturę multiplices varietates, variáq; dona singulis attribuit: ita velit ex varietate simili compositum esse totum Reipub. corpus, seruaríque diuersos gradus officiorum: & functiones, pro disparitate donorum cuique congruentium dispartiri: præmiorum quoque ac pœnarum distributione, commone fieri genus humanum de essentia, & voluntate, & de lege sua, déque futuro iudicio. Nam omnes virtutes propter Deum authorem præcipuè colendæ sunt: quæ ostendunt, quis & qualis sit Deus, quomodo coli velit, & quod discrimen inter bonos & malos in omni æternitate facturus sit.

Secundus finis, est Bonum publicum. Tum enim (vt ait Plato) beatæ sunt Ecclesiæ & Respublicæ, cum ad hanc iustitiæ analogiam, constituuntur. His addi possunt alij fines, de quibus suprà in descriptione iustitiæ vniuersalis dictum est. Ad iustitiam distributiuam proximè accedunt quasi cognatæ virtutes: sedulitas, quæ iuxta vocationem necessaria diligenter facit: reuerentia, tribuens aliis suum locum, & dona Dei in eis magnificiens: modestia, quæ sibi non plus tribuit quàm est opus, nec ruit extra vocationem: sed propria facit, & aliis suum cursum atque locum sine impedimento relinquit. Item lex talionis naturalis, de qua c. 1. dist. 1. l. 1. & tot. tit. j. Quod quisque iur.

Contraria sunt, superbia, πολυφαγμοσύνη, tyrannis, inuidia, iniuriæ, & quæuis proportio Arithmetica, quæ personis adhibetur: vt cum in conuiuiis illiberalioribus, ad æquales haustus imbecilles perinde ac robusti vrgentur, &c.

¶ Commutatiua iustitia, est virtus συναλλακτικὴ, quæ in commutatione rerum familiarium & priuatarum, ac patrimonij cuiusque, cæterísque contractib. priuatorum seruat æqualitatem proportione Arithmetica, seu, Est iusta commutationis rerum in contractibus ordinatio.

Causa efficiens, Deus: qui genus humanum ad hanc societatem condidit, & vt ea esset perpetua alterum alterius indigere voluit, coniugiáque, generationem, educationem, gubernationem, contractus atque artes addidit, quibus quasi vinculis ea vitæ communitas colligaretur. Deinde mens humana, cogitans regulas notitiarum: vt, Dilige proximum, Non furtum facies: item, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: *c. 1. distinct. 1.* & voluntas, cor & loco motiua, quæ rectomentis iudicio obsequuntur.

Materia in qua, sunt facultates animę præstantiores, vt supra dictum est.

Materia circa quam, sunt bona priuata, & res familiares ac pecuniariæ singulorum, *Couar. d. c. peccatum. §. 7. nu. 1. 2. de reg. iur. in 6.* hoc est, priuatarum rerũ commutatio & æstimatio, siue ea in contrahendo, siue in alia quauis vitæ parte, siue respectu & complexu aliarum circunstantiarum, puta personarum, fiat: vt ius priuatũ, velut materia, huic iustitiæ substerni non incõmodè possit.

Forma, est proportio Arithmetica, res rebus æquali pondere, numero & mensura in commerciis ac permutationibus adæquans & componens: citra quam nec iusta hæc communicatio, nec diuturna esse potest.

Finis & effectus. 1. Cultus Dei, & commonefactio de æqualitate in Deo 2. Vtilitas societatis humanæ: quia hæc æqualitas pacem alit, & vrbes vrbibus, amicos amicis consociat vt ait Euripides, 3. Communis necessitas. Nam vt hominibus necessaria vitæ suppeditentur, mutua communicatione opus est, ea autem communicatio tranquilla & diuturna esse absque hac æqualitate non posset: quia nec iusta esset. 4. Vt exerceantur officia dilectionis proximi: item, vt vitentur pœnæ, &c.

Cognata: lex talionis, dilectio proximi, liberalitas, veritas, Pugnantia: iniuriæ, furta, παρανομήματα fraudes, vsuræ, rapinæ iniusti contractus, monopolia. *l. vnic. C. de monop.* mercedes & stipendia iniusta, ignauia, mẽdicitas non necessaria: denique omnia fraudulenta lucra & aucupia quæstus: item analogia Geometrica, hoc in contractuum argumento: vt cum Cyrus iniustam vestium permutationem, iuxta proportionem Geometricam facit. *apud Xenophont. lib. 1. Cyropæd.*

Atque hęc quidem de iustitia: Nunc ad secundam huius tituli partem, quæ ad fontem & principia iuris digitum intendit, descendamus.

¶ Ius, à Iussu seu iubendo dictum videtur. *Rodol. Agric. de Inuent. lib. 1.* nam & Festus ait, antiquos iura dixisse iussa. Cum autem varia iubeãtur, variè quoque hoc nomen vsurpari consentaneum est. *l. pen. & l. fin. h. tit.* Sed in hoc tractatu, iuris nomen trifariam accipitur: primùm, pro iure naturali, quod nobiscum nascitur: *l. 2. de legib. l. omnes. 9. l. pen. h. tit.* secundo, pro qualicunque iure, positiuo seu ciuili: *l. 1. de legibus. d. l. omnes. 9. Inst. de iur. nat. gent. & ciuili.* tertiò & propriè, pro iure Romano, §. 2. *Instit. de iustit. & iur.* §. *sed ius.* §. 1. *Inst. de iur. natu. gent. & ciuil.* Vt cum ait Vlpianus. *l. 1. h. tit.* Iuri, hoc est, iurisprudentiæ Romanæ operam daturum, nosse oportere, vnde nomen Iuris descendat: quod ait esse à Iustitia, cuius quædã ars sit, & doctrina. Sequitur enim: Nam ius, est ars boni & æqui. Etenim cùm artẽ appellet, intelligi facilè potest, eum de doctrina iuris, siue iurisprudentia loqui. *l. iustitia. 10. h. tit. in prin. Inst. eod.* neque enim ius, sicut in natura positum est, ars dici potest: cùm hæc ex principiis extructa naturalibus, studio paulatim discatur: ea verò lux mentis, sine doctrinæ exercitio, ingenita sit nobis, & diuinitùs indita. Ac paulò pòst, *l. 1. §. 1. h. t.* cum hoc ipsum ius Studium appellet, apertius ostendit, se de studio & doctrina iuris loqui, non de iure, prout in mente est locatum & natum: quod proculdubiò prius est iustitia, siue etymologiam vocabuli spectes (à iure enim, vt paulò antè ostendimus, est iustum: & à iusto iusti iustitia:) siue naturam ipsam rerum consideres. Iustitia enim est voluntatis habitus, eandem inclinans ad id faciendum, quod ius esse, ratio mentis iam antè præmonstrauit. Sed doctrina iuris, seu iurisprudentia Romana, à iustitia ducitur: *Nouell. 69. No. 111.* hoc est, velut riuulus vberrimus defluit à fonte iustitiæ: cuius normam & analogiam, in omnibus præceptis & definitionibus sequitur: & ad hanc omnes hominum actiones, dicta & facta exigit atque conformat: ac theses iustitiæ æquitatísque vniuersales, ad hypotheses ciuilis vitæ, publicas & priuatas, recta interpretatione accommodat & inflectit: vt inde velut à causa, materia, forma, ac fine suo, ductũ dictúmque videri debeat, *glo. l. 1. h. tit. Iser. c. 1. num. 60. quæ sint regal. vide Oecono. ad hunc tit.* prout grammatica à literis, dialectica à disputatione, rhetorica ab elocutione, & si qua sunt similia. Hoc sensu cum in populari & ciuili materia, etiam ciuiliter, vt par est, *l. si cui 9. vbi Bartol. num. 3. de seruitutib. l. obligatione. de pignor.* verba Vlpiani accipiuntur, minus habent incommoditatis: & alioqui vsitatum est, quoties iuris nomen indefinitè ponitur, illud de doctrina iuris ciuilis Romanorum interpretari. §. *sed ius quidem. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.*

Ius, inquit Vlpianus, *l. 1. h. tit.* est ars boni & æqui. Artem vocat, hoc est, scientiam seu doctrinam mauis (à qua scientiam quidam scholasticè distinguunt, sed in hoc argumentó politico subtiliter sic discernenda non sunt) vitæ vtilem, quæ exercitatione addiscitur, partim ex demonstrationibus principiorum practicorum, partim probabilibus rationibus collectam. Æquum & bonum, pro exacta, & omnibus numeris absoluta æquitate, seu pro generali quadam iustitiæ atque æquitatis norma accipi, dubium non est: *l. si me & Titium. 32. si cert. pet. l. si quid venditor. 18. de ædilit. edict. l. in iis. 16. de condit. & demonstr. l. 2. in fin. de actio.* quanquam bonum ad vniuersalem iustitiam, Æquum ad particularem potest referri. Sed & æquum de eo interpretari possumus, quod natura tale est: æquitatis enim nomen, propriè de iure naturali accipi, *l. penult. h. t. l. 2. de aq. plu. arc.* paulò post declarabo. Bonum dici illud potest, quod bonum & vtile est in societate ciuili, quamuis interdum nonnihil in speciem ab illa naturali æquitate deflectat. *arg. l. hac lege. C. de pac. conue. l. 6. h. tit.* Harum enim rerum omnium ars & doctrina, est Ius Romanum seu Iurisprudentia: quam paulò pòst definit Vlpianus, *l. iustitia. 10. in fin. h. tit.* Notitiam diuinarum, atque humanarum rerum, iusti atque iniusti scientiam. Notitiam vocat, quòd ex principiis & notitiis naturalibus magna parte constat: Scientiam ἐκ πλάνου, hoc est artem, quoniam non solo communi sensu, & naturali ratiocinatione mentis percipitur, sed etiam quadam doctrina omnium artium, & præceptis ciuilis prudentiæ continetur.

Addit autem, esse notitiam rerum, tam Diuinarum quàm Humanarum, omnis iusti atque iniusti scientiam & cognitionem. nam vt eloquentia, *Cic. lib. 1. 2. de Orator.* sic quæ huic maximè cognata in ciuili vita est, *Cic. pro Murena, & lib. 1. de Orat.* Iurisprudentia, vt perfecta sit, ex omnium rerum atque artium cognitione extruenda est. Itaque non rectè nostri, dum aliud quiddam Vlpiano ius, *l. 1. hoc tit.* aliud Iurisprudentiam eidem, *l. 10. hoc tit.* & Iustiniano *in prin. Instit. eod.* in hisce definitionibus significare arbitrantur. Prorsus enim pro eodem subiecto, vtroque nomine vtuntur, vt & inscriptio tituli Institut. de Iustitia & Iure ostendit: cui non alia quàm Iurisprudentiæ deinceps subiicitur definitio. Hanc Aristoteles philosophiæ tribuit: vnde nostri ad suam artem traduxerunt, quam pro vera, nec simulata, hoc est, reuera non specie nominéve tenus vtili & salutari hominibus philosophia habent.

Huius autem studij duæ sunt positiones, siue articuli, seu species, à materiæ diuersitate distributæ. Aliud enim dicitur ius Publicum, quod ad statum rei Romanæ spectat: aliud ius Priuatum

seu priuatorum, quod ad singulorum vtilitatem pertinet. *l.1.§.huius.h.t.* Hæc eo differunt, quòd ius Publicum magna sui parte non aliunde ex præceptis naturæ vel gentium, vel ciuilibus fit deductum, sed constitutum pro vsu & commodo Reipublicæ Romanæ. Ius enim Publicũ hîc intelligimus, non respectu formę, quod publicè constitutum est (quomodo sunt omnia iura ciuilia) sed ratione obiecti, & finis, quod ad sacra, ad sacerdotes, ad leges, magistratus, aliáque iura publica moderanda refertur & collimat: quod totum non ad normam æquitatis vel æqualitatis, vt iura priuatorum, sed ad id quod reipublicæ est opportunum, præcipuè spectatur. Neque enim versatur hoc ius circa æqualitatem inter ciues retinendam: quare nec ad æqualitatis regulam exigitur sed pertinet ad tuendum statum reipublicæ, vnde pro reipubl. commodo atque bono conditur: nec quicquam aliud præter publicam vtilitatem, in eius constitutione legislatores sequuntur. *Cic. pro l. Manil.* In quo nulli fit iniuria, cum de re nullius priuata tractetur hîc quicquam aut disponatur. Ex quo fit illud, vt quod in vna ciuitate ius publicum est, id in alia illicitum sæpe ac prohibitum inueniatur. Vt enim propter diuersitatem, omnibus personis eadem tribui non possunt: sic omnibus rebuspublicis, quæ singulæ personam quandam repræsentant, *l. proponebatur.76. de iudic. l. an vsusfructus.56. de vsufruct.* interq; se multis modis differunt, vnum idemque ius populare præscribi nequit. Quinetiam ius publicum Romanum vetus, quod ad sacra, sacerdotes, & magistratus pertinebat, tempore Iustiniani magna ex parte partim abrogatum erat, partim obsoletum: facilè vt intelligi possit, ex immutabilibus principiis naturæ, §. *penul. Instit. de iure natur. gent. & ciuil.* & rectæ immotæq; rationis norma non fuisse deductum. Nam illæ ethnicæ idolomanię non natura commonstratæ, sed leuitate ingeniorum, & præstigiis diabolorum effictæ, vnà cum sacris & sacerdotibus suis, iam à Constantini temporibus, recepto vero Dei cultu, erant abolitæ: & iura magistratuũ, quæ veteres I.C. libris suis comprehenderant, nullum ferè ætate Iustiniani habebant vsum, quippe mutata iam reipublicæ forma, translatoque Roma in Thraciam imperio: & magistratuum nominibus atque officiis variè transpositis atque commutatis. Quo factum est, vt huius iuris publici, quamuis in diuisione mentionem, vt par est, hic faciat Iustinianus: tamen nullam de eo, velut iam antiquato, peculiarem in Digestis instituat tractationem. Hæc enim ex I.C. collecta sunt monumentis: quibus solùm ius illud vetus publicum antiquæ Romæ, in qua scripserunt Iurisperiti, continebatur: vnde nihil sumere potuit Iustinian. præsentibus ac insequentibus temporibus atq; moribus accommodatum. Itaque ea tractatio ex subsecutis Christianorum principum constitutionibus, moribúsq; atque institutis nouæ Romæ, quæ est Constantinopolis in Codicem est relata. *lib.1. & passim.10. 11.12.* Satis ergo fuit hic ius Priuatorum, quod ad omnes respubl. omnesque homines pertineat, de veterum I.C. scriptis colligere, componere & exponere, de quo deinceps iam est dicendum.

Ius ergo Priuatum est, quod ad singulorum res pertinet: quod quia in reddendo cuique quod suum est, versatur, eò ad normam æqualitis & iustitiæ congruat oportet. Nisi enim æquale & iustum per omnia sit, suum cuiq; tribuere non potest: & proinde nec reciperetur ab omnibus, nec ad diuturnitatem validũ esset. Norma autem æqualitatis siue æquitatis, eóque iuris triplex est: alia enim ex affectione, & quadam σοργῇ communis naturæ: alia, ratione & sensu hominum communi: alia præceptis institutisque ciuilibus dijudicantur. Nam, verbi gratia, tuendam esse vitam, libertatem, coniugia, cognatum sanguinem, educandos liberos, & consimilia: affectio cuiusque, & communis naturæ sensus, recta esse atque iusta ostendunt: & ad consectanda eiusmodi, veluti quædam iura, omnes animantes incitant ac deuinciũt. Iudas in Can. cap.1. 10. quę φυσικῶς τὰ ἄλογα ζῶα sciunt, in his corrumpuntur. Cæterum colere Deum, patriam, magistratus, parentes, inire societates, seruare pacta, punire delicta, &c. ea ratio humana, cuius reliquæ animantes sunt expertes, & necessitates vitæ ciuilis, iusta esse docent. Cætera quæ ab naturæ principiis communique sensu propter rerum & etiam rerumpublicarum varietatem definiri non possunt, pro cuiusque societatis ciuilis opportunitate, legibus, institutisq; populorum sanciuntur. Hinc ortum triplex ius priuatum: vnum Naturale, alterum Gentium, tertium Ciuile: quę diuisio & Ciceroni nonnullis locis placet: *lib.1. & 3. Offic. & in Orat. de Arusp. resp.* nec admodum sanè erit inconcinna, si eam cum ad hominem, cuius causa ius omne cõstitutum est, *l.1. & 2. de stat. hom.* tum ad ortum principatúmque iuris referamus. Homo enim primò aspicitur & consideratur, vt animal: secũdo, vt homo: tertiò, vt homo ciuilis. Nam & animal est, & homo, & homo politicus: quia ad societatem vitæ ciuilis nascitur. Cùm autem illi iure & disciplina opus sit, siue qua viuit vt animal, siue, qua vt homo, siue, qua vt ciuis: ideo tria iuris genera meritò sunt constituta, quorum singula singulis hominum aspectibus conuenirent. Deinde si ius ad ortum fontesque suos arcessamus, reperietur τὸ δίκαιον & causa omnis iuris seu ius ipsum Romanum, de quo hic solo tractatur, sumi partim ex rata & ordinata, ac à vitiis secreta communis naturæ inclinatione, sicut in hoc argumẽto iuris, ratione recta, quæ ius est, à deprauatione affectuum secernitur: partim à ratione mentis humanæ, & immoto, quod in illa lucet, honestorũ ac turpium discrimine: partim ex ratiocinatione & collocatione vtilitatum ac institutorũ vitæ ciuilis, *prout exposui Instit. tit. de iust. & iur. §. vlt. & tit. de iur. nat.* Ius naturale efflorescit ex inclinationibus naturalibus, & facultate animæ

qua

qua concupiscimus & afficimur: quæ est hominiũ reliquis animantibus communis. Ius naturale, inquit I.C. est quod natura omnia animantia docuit: cuiusmodi sunt, custodia & defensio vitæ, *l.3.h.t. l.1.§. cum arietes. Si quadr. pauper. l.4. l. scientiam.45. §. fin. ad l. Aquil. l.1.§. vim vi. 16. de vi & vi arma. Cicer. pro Milon. & de Inuen. lib.2. cap.5. & 12.* libertas, §. *ius autem gentium. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* maris & fœminæ coniunctio: quæ coniunctio verè naturalis est, & communis bestiis, etiam si nuptiæ propter consensum solennitatemque legum, ad ius gentium & ciuile referri possint, *l.1.§. penul. h.t. in princ. Inst. de nupt.* liberorum procreatio & educatio, *d.§. penult. tit. de ag. lib. ff. & C. de alen. lib. Det. in l. iura. de regul. iur. Arch. Franc. & alij, in cap.2. de part.* communis omnium rerum vsus, *Cicer. lib.1. Offic. l.1. de acq. rer. dom.* §. *1. Instit. de rer. diu.* etiam iure Rom. nonnullis casibus vsum habens, *l.2. 3.4. de rer. diuis. l.2. & tot. tit. ad l. Rho. c. ius naturale. vbi gloss. verb. communis. dist.1.* dilectio & reuerentia cognati sanguinis, §.1. *in Auth. de incest. & nefar. nupt. l. iura sanguinis. 8. de reg. iur.* & si qua sunt similia. Hæ enim inclinationes tanquam σοργαὶ φυσικαὶ omnibus animantibus, seu communi naturæ hominum & bestiarum, inditæ sunt. Dicuntur autem ius, respectu hominis: qui solus iure, hoc est, recta ratione (cuius solus particeps est) regitur. Ideo autem ius dicuntur, quia sunt & ordinatio quædam legitima, diuinitùs naturæ impressa: & principiũ atque norma seu fons omnis iuris Romani, quod ad defensionem vitæ, libertatis, institutionem coniugiorum, educationem liberorum, reuerentiam cognati sanguinis, prohibendóque incestus pertinet: & ad obedientiam non minus quàm reliqua ciuilia iussa obligant: quomodo in matrimoniis contrahendis ideo naturale Ius & pudorem inspiciendum monet Paulus I.C. *l. adoptiuus.14.* §. 1. *de ritu nupt.*

25 ¶ Ab his principiis distat Ius gentium, quod naturalis, hoc est, humanæ naturæ communis ratio inter homines constituit, *l. omnes. hoc tit.* & deinceps in forum Romanum traduxit: quod quia semper bonum & æquum est, *l. pen. h.t.* ab omnibus gentibus peræquè custoditur. *d. l. omnes. d. l. penult.* quando vt id custodiant, omnes homines, & proinde populus etiam Romanus à ratione & iudicio naturali admoneantur & consuefiant. Hoc autem ius duplex est, *Cic. de Inuen. lib.2, cap.5. Bart. l.5. num. 10. hoc t.* sicuti duplex existit in homine naturalis notitia: vna simplex, altera composita. Nam quoddam ius in simplici notitia, hoc est in naturali iusti atque iniusti intelligentia, & immoto honestorum & turpium discrimine consistit: quod quando vnà nobiscum nascitur, & nullo docente in mentibus singulorum velut oculus quidam veri germaniq; iuris elucet; scriptumq; est (vt inquit D. Paulus *Rom.2.*) in cordibus nostris, verè ac propriè ius naturale est: *Cic. de Inuent. lib.2. cap.5.12. & lib.1. de Leg. & lib.3. Offic.* quippe positum in natura humana, quæ sola rationis, & quidem rectæ rationis, id est, iuris, *Cicer. lib.1. de Legib.* est particeps. Ac de hoc quoque vera est regula: Ius naturæ esse immutabile, §. *pen. Instit. de iure nat.* semper enim hoc bonum & æquum est, *l. pen. hoc t.* siquidem diuinæ illius & immutabilis iustitiæ simulacrum existit, & imago, luxq; diuina in animis hominum, ad discernendą ab honestis turpia, tuendámque in consociatione vitæ ciuilis disciplinam, à Deo architectore quasi consecrata. Vnde sine iniustitia huic derogari nequit: & si derogetur, eam tyrannidem ac iniustitiam Cyclopicam, vniuscuiusque sani hominis iudicium, & sobriæ mentis sensus detestabitur, ac refutabit.

Ad hoc ius pertinent: religio erga Deum, vt parentibus & patriæ pareamus, *l.2. hoc t. Cic. præal. lo. de Inuent. lib.2. cap.5. & 12.* honestè in hac societate ciuili viuamus: ne lædamus alterum: tribuamus cuique suum, *d. l. iustitia.* §. *iuris.* vt delicta puniantur. *l.1. in fin. de fur.* nemo cum alieno damno locupletetur. *l. nam & hoc natura. 14. de cond. ind.* Incestarum nuptiarum prohibitio. *l. vlt. de rit. nup.*

Aliud porrò ius gentium non tam ex naturali ratione, hoc est, simplici notitia, quàm ex notitia composita, nempe ratiocinatione commodorum vitæ defluxit, & ad opportunitates societatis humanæ parandas retinendásque introductum est. Nam quia ex necessitatibus vsúque vitæ apparebat, alios aliorum ope indigere, cùm ad defensionem, tum ad sustentationem. nec in perpetuis communionis rerum discordiis, *l. cum pater.77. §. dulcissimis. de legat.2. l. fina. cum gloss. in fin. C. de iur. dom. impetra.* & sine mercium variarum commutatione (non enim omnis fert omnia tellus) viui commodè posse: ideo communi hominum consensu & vsurpatione, ædificia sunt collata, aduersus iniurias externas muniendi sui causa, vtque alios alij de religione docerent, contiguas pietas iussit habere casas, discretæ per linguarum varietatem gentes, dominia distincta, agris termini positi ad cultum pacis, commercia instituta ad rerum commutationem: & vt à violentioribus imbecillitas ac innocẽtia tuta esset, iúsque suũ obtinere posset, regna condita, bella introducta: quæ captiuitates, seruitutes, manumissiones sunt insecutæ, *l.4. & 5. hoc t.* eáque omnia ob vtilitatem, pro rato iure inter omnes gentes semper habita sunt, atque vsurpata: quibus quidem propter hominum vitia, illud libertatis, & communionis rerum bonum, incorruptæ naturæ propriè conueniens, necessariò ad conseruandam ab iniuriis contumaciam, ciuilem societatem, aliquatenus imminutum est. *Couar. copiosè in c. peccatum. parte 2. §.11. num. 2.3. cum multis. de reg. iur. in 6.* Nam ea quæ non in notitiis naturalibus existunt iura, sed aut bona tantùm sunt, incorruptæ naturæ congruentia, aut iudicio & vsurpatione hominum alicuius causa vtilitatis introductæ, vicissitudini sunt obnoxia: & pro diuersis re-

rerumpublicarum formis, temporum atque opportunitatum præsentium rationibus, aliter atque aliter habetur: accommodantúrque ad summam illam legem: Salus populi, suprema lex esto. *Cic. de legib.* I. ad quam & Plato, velut ad vltimum scopum, omnes leges refert: ἡμῶν δ' ἡ τῶν νόμων ὑπόθεσις ἐς τοῦτο βλέπει, ὅπως ἔσονται οἱ πολῖται μάλιστα ἀγαθοί, καὶ ἀλλήλοις φίλοι. & eum secutus Cicero. *lib.* I. *de Inuent. cap.* II. cuius argumentatio lectu dignissima est.

Et hæc quidem, quod ad explicationem sententiæ I. C. attinet, satis: quorum triplex hæc iuris diuisio, quoniam in Scholis nostris est recepta, per me quidem licet retineamus. Cæterùm id quod rationi magis consentaneum videtur, ius arcessamus naturæ, non ex naturalibus duntaxat inclinationibus, quæ in hac naturæ deprauatione vitiosæ res sunt, suprà quàm à nostris intelligi potuit Iurisconsult. vt Ethnicis hominibus, qui non natura, quam integram & sanam putarunt, sed consuetudine praua homines peccare, & iniustos esse arbitrabantur: sed de principiis etiam practicis mentis, quæ immotæ sunt in natura ordinationes diuinitùs sancitæ, & perpetuo recti iudicij vallo honesta à turpibus diuidunt, & affectiones ac inclinationes naturæ deprauatas, in gyrum rationis ducunt, ius naturæ repetamus: atque illud vel eius saltem causam, partim in communi rectæ rationis iudicio, partim in inclinationibus naturalibus, quatenus scilicet cum recta ratione iunguntur ac conueniunt, si placet, collocemus. Quod vt exemplis planum fiat, primùm defensio iuris naturæ esse dicitur: quam si ad illas duntaxat naturales appetitiones exigas, erit vitiosa: quòd instinctu communis indolis omnia animantia, & eo magis homo, quo est corruptior, non tantùm ad defensionem sui, sed etiam in vltionem & vindictam iniustam impellitur, iuxta versiculum:

At vindicta bonum, vita iucundius ipsa.

Item maris & fœminæ mutuus ardor ex affectione naturali quidem incitatur: sed nisi recta honestatis ratione discernas hanc, atque temperes, *iuxta Reg. l. semper in coniunctionibus.* 158. *de reg. iur. l.* 4. *l. semper.* 42. *de rit. nupt.* non modò nullum ius naturæ, sed horribilem diuinæ & naturalis legis violationem, & fœdam omnis generis turpitudinum, libidinúmque confusionem ex eiusmodi coniunctione sequi, fuerit necesse. Vt multò firmius meliúsque sit, has inclinationes in gyrum rectæ ducere rationis, & in disputatione iuris, his præficere quasi ducem atque moderatorem, τὸ ἡγεμονικὸν: quod minus aberrat ab honesto, nec tumultibus affectionum ita perturbatur: & perpetuo sanóque discrimine recta à prauis, licita ab illicitis, honesta à turpibus discernere velut naturali quodam lumine, oculóque mentis diuinitùs indito, diiudicare potest. Hoc autem lumen, principia, κοινὰς ἐννοίας, & προλήψεις docti vocant, ac in duo genera dispartiuntur. Alia sunt enim speculabi- A lia principia, alia practica. Speculabilia, vt notitiæ numerorum, ordinis, syllogismi, principia, Geometrica & Physica, aliarúmque artium semina. Practica, notitiæ à Deo mentibus inditæ, vt monstrent obedientiam Deo debitam, & discrimen honestorum & turpium, & regant mores. Sed nos hic tantùm de altero hoc notitiarum genere, nempe de practicis principiis, & demonstrationibus quæ ex his colliguntur, loquimur: ex quibus sumitur vera & erudi- B ta definitio legis naturæ: Vt sit notitia principiorum practicorum, & conclusionum inde exstructarum, de regendis moribus, congruens cum æterna & immota norma mentis diuinæ: quæ principia cernimus, & amplectimur firmo assensu: quia notitiæ eorum nobiscum nascuntur: diuinitùs insitæ humanis mentibus, vt sint testimonia quòd sit Deus: & qualis sit: & quòd iudicaturus sit: & vt regant vitam nostram atq; mores: quo obedientia nostra cum voluntate C Dei congruat.

Paulus Apostolus breuissimè legem naturæ describit, cum ait: Eam esse ius Dei, & opus legis scriptum in cordibus, quod Deus nobis ostendit: *Rom.* I. *&* 2. quasi dicat: Legem naturæ esse notitiam & partem legis Diuinæ, seu mentis Diuinæ radium ac lucem hominis naturæ inditam, vt Deum agnoscat & ei se conformet.

Quidam ita malunt: Lex naturæ est certa, & D diuinitùs hominum mentibus impressa notitia principiorum cognitionis atque actionis, & conclusionum ex istis principiis demonstratarum, proprio hominis fini congruentium: quas ex principiis necessaria consequentia, ad humanæ vitæ gubernationem ratio extruit: vt homo ea quæ recta sunt, cognoscat, velit, eligat, agat, vitétque contraria: quorum omnium & testis, & iudex est conscientia, hominibus diuinitùs E attributa. vel breuius hoc modo: Lex naturæ, est notitia seu ratio naturalis, discrimen honestorum & turpium ostendens, ad regendos hominum mores, & ad vltimum finem, nempe Deum, referendos, diuinitùs hominum naturæ insita. Cicero: *De Legib. lib.* I. Lex, inquit, naturæ, est ratio summa, insita in natura: quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibétque contraria. Paulus noster. *l. pen. hoc tit.* simpliciter, quod æquum & bonum semper est, & iudicio hominum F communi tale esse apparet, id Ius naturæ appellat.

Huius partes, seu species mauis seu exempla, sunt vera erga Deum religio, *l.* 2. *hoc tit.* obedientia patriæ & parentibus debita. *l.* 2. *h. t. l.* 2. *C. de in ius vocan.* iusta vitæ, libertatis, rerum defensio, *l.* 3. *hoc t. l.* 4. *ad l. Aquil.* ordinata maris & fœminæ coniunctio, liberorum generatio, educatio, *l.* 1. *h. t. c. ius naturale. distinct.* 1. successio, *l. nam etsi.* 15. *de inoff. testa. l. scripto. in fin. vnde lib.* ius sanguinis: *l. iura.* 8. *de reg. iur.* nemini facere G quod tibi fieri nolis: *c.* 1. *distinct.* 1. neminem lædere, §. *penult. Instit. de iust. & iur.* quibus addun-

tur,

tur communio rerum, *Cicer. lib.* I. *Offic. l.* I. *de ac-* A *quir. rer. dom.* §. I. *Inst. de rer. diui.* & libertas: §. *ius autem gentium. Instit. de iur. nat. gent. l. naturalem.* 5. *de acquir. rer. dom. l. si quod.* 64. *de condic. indeb.* quæ tamen non tam ius sunt, quàm bona quædam incorruptæ naauræ accidentia, ideóque pro vtilitate & necessitate deprauatæ modò naturæ partim recipiuntur, partim repudiantur.

Causa efficiens, Deus. Vt enim in Deo est sapientia, discernens recta à non rectis: ita ab eodem Domino in mentibus nostris condita est B lux, quæ distinguit honesta à turpibus: & architecti sui voluntatem intelligenti naturæ demonstrat. *Rom.* I. *ostendit, opus legis scriptum in cordibus.*

Materia In qua, est pars cognoscens, cum qua ante lapsum congruebat voluntas & cor. Sed hæc harmonia deprauatione naturæ subinde turbata est.

Forma, est ipsa lux quasi oculus mentis, qua iusta ab iniustis discernuntur: quæ qualis sit, in C hac naturæ cæcitate penitus non posse perspici, mirandum non est: cum ne quidem cœli lux, & oculorum, cuiusmodi sit, exactè possit declarari: esse tamen aliquam, omnes intelligunt, & experientia conuincit.

Finis, vt hæc lux sit testimonium de Deo, & iudicium conscientiæ aduersus peccatum: & vt de futuro iudicio omnes admoneat. cum enim multa scelera in hac vita non puniantur, quæ tamen conscientia accusat, necesse est aliud re- D stare iudicium, alioqui frustra hæc notitia esset naturæ infusa postremò, vt ea regãtur disciplina & mores.

Effectus præcipuus, quòd iura naturalia sint immutabilia. §. *pen. Instit. de iure nat. gent. & l. pen. hoc t.* videlicet in genere, & sua natura. Nam incidunt interdum tempora, cum inter se concurrunt & pugnant. Sunt enim quidam quasi gradus principiorum & conclusionum moralium: in quibus si quando vsuuenit, vt sibi inui- E cem obstent, inferior superiori cedat, necesse est. Verbi gratia: Lex naturalis est, Non occides: altera lex naturalis est, Defende tuam tuorúmque vitam. Si grassator igitur viatorem prætereuntem inuadat, non valebit prior illa lex, tanquam inferior: sed cedet huic quæ defensionem præcipit, & cui illa ipsa lex inest: eóque impunè occidi aggressor poterit. Lex enim quæ præcipit, Non occides: etiam tuam ipsius vitam abs te præcipuè vult seruari, non modò alienam: Dein- F de cum lex defensionis vniuersalior & momentosior sit (tuetur enim totam societatem) altera illi cedere debet: quæ sic accipienda est, Non occides, scilicet insontem aut immerentem: neque priuata vindictæ cupiditate, sed legis autoritate. lex autem gladium priuato, in casu defensionis tradit: quia in illa necessitate, auxilium magistratus præstò haberi non potest: *l.* 1. *C. quand. lic. se vind. l.* 5. *C. de iur. fis. lib.* 10. *l.* 4. G 5. *& passim ad l. Aquil. l.* 3. *vbi Bolog. Seys. & Dd. h. t.* & alioqui lex diuina & naturæ, fontes natu- A ras vult destrui, vt insontes conseruentur.

¶ Ius Gentium illud nobis esto, quod non 16
ex notitia Simplici, vt superiùs, nobiscum nascitur: sed Composita, hoc est, ex ratiocinatione commodorum vitæ & societatis, à sapientibus multo rerum vsu, variáque doctrina vestigatum, excultum & introductum, in omnium gentium vsum peruasit, & propter euidentem vtilitatem ab omnibus peræquè custoditur: *l. omnes.* 9. *hoc tit.* vt sunt distinctiones dominiorũ, B *l.* I. *de acquir. rer. dom.* ædificiorum collationes, communitates vitæ, *l.* 5. *hoc t.* iudicia, bella, captiuitates, seruitutes, manumissiones, iura contractuum, obligationum, successionum, & si qua sunt similia: *l.* 4. *l.* 5. *vbi Dd. hoc t.* quæ & ipsa, fateor, ad ius naturæ posse referri: eáque re non absurdè à quibusdam duo tantùm genera iuris constitui, videlicet Naturale & Positiuum. *Aristotel. lib.* 5. *Ethicor. cap.* 1. *&* 2. *distin.* 1. *Cic. lib.* 3. *Offic.* Quia tamen propriè non pertinent ad di- C scrimen honestorum & turpium, sed ad necessitates vtilitatésque vitæ, ideóque facilius etiam conuersis vtilitatibus immutantur: cùmque à I. C. iuri naturæ eorum pleraque opponantur: *l.* 1. *de acq. rer. dom.* §. *ius autem gentium. instit. de iur. natu. gen. & ciuil.* docendi gratia, in hac nostra professione hæc ad ius humanum seu commune gentium, quasi distinctum à naturali referamus. Nam vtcunque, verbi gratia, Aristot. & alij seruitutem ex natura ducant: tamen facilè D potest intelligi, naturæ toto suo genere contrariam esse. §. *sed ius gentium. verb. iuri nat. contrar. Inst. de iur. nat. gent. l.* 4. *hoc tit. l. naturalem. de acqu. rer. dom. l.* II. 12. *de accusat.* & vt congruat naturæ, in his qui iure & legibus compesci non possunt: tamen in personis modestis & innocentibus, & præcipuè in natis ex seruo ventre infantibus, *l. sed etsi. de fideicom. lib.* nullam naturalis rationis speciem habere, sed merum ius esse gentiũ, mo- E ribus confirmatum, perspicuum est, vt toto suo genere, ad ius naturæ cum quo pugnat, referri non possit: nec sine causa, hoc discrimen iuris naturalis & gentium, à I. C. introductum debeat videri: præsertim cum, vt antè dictum est, non tàm ius ipsum, quàm iuris Romani principia, fontes & causæ, in hæc tria genera distribuantur. Et hæc de principiis iuris dicta nunc sufficiant. Iam ad tertiam iuris speciem, videlicet ius ciuile, quod nostræ explicationis proprium est, progrediamur.

F ¶ Ius Ciuile rursum bifariam capitur, vel pro 17
cuiusque ciuitatis iure, quod quisque populus sibi constituit, quasi ius proprium ciuium, siue cuiusque ciuitatis, *d. l. omnes populi. hoc t.* vel pro iure populi Rom. seu Ro. ciuitatis, vt in libris nostris. §. *sed ius quidem.* 3. *Inst. de iure nat. gent. & ciuil.* Nam cùm solo gentium iure, neque mores hominum in hac tristi naturæ deprauatione cõmodè regi, nec controuersiæ, & ciuium querelæ omnes exactè sopiri & dirimi, neq; rerumpub. G status bene beateq; teneri posset: inuentum est à quoque populo, & conditum pro vtilitate

& ſtatu reipubl. ſuæ Ius ciuile: quod vt non in totum à iure naturali recedit, cæteroquin iniuria eſſet, *c. erit autem lex. diſtinct. 4. Cic. de Legibus lib. 1. &c.* ita nec per omnia ei ſeruit, *l. ius ciuile. 6. hoc tit.* ſed aut addit aliquid interpretando, ratiocinando, & ad hypotheſes rerum præſentium naturæ theſes accommodando: aut propter bonum publicum ei detrahit: vt in vſucapionibus, *l. 1. de vſucapion. &c.* Quare pop. etiam Rom. partim de aliarum bene conſtitutarum rerumpub. inſtitutis, partim ex ſe ſuorúmque ingenio & ſapientia prudentum, pro vſu ſui imperij & πολιτεύματος, ius eiuſmodi paulatim ſibi condidit. Cuius in conſtitutione atque expolitione, tantum reliquis nationibus, veſut & gloria belli, præſtitit: vt ſi omnia omnium gentium inſtituta, mores, leges, in vnum conferantur, nequaquam ſint cum his Romanorum legibus & inſtitutis, prudentia, æquitate, pondere, vbertate, vllo modo comparanda. Ex his ergo tribus generibus tanquam fontibus ius omne Romanum conſtat & deriuatur: quod prima diuiſione, reſpectu obiecti & finis, in Publicum diuiditur & Priuatum. Hoc quadam ſubdiuiſione, quo ad originem & cauſam, in Naturale, Gentium, & Ciuile ſeu Ciuitatis. Nam omne ius Romanũ priuatum (non item publicum, vt paulò antè docui) cauſam & τὸ διότι ſuum aut ex communi natura, aut ex iure gentium, aut ex inſtitutis ciuilibus vel populi Rom. vel aliarum ciuitatum mutuatur & arceſſit. Idem ius Rom. quo ad formam, in Scriptum, & Non ſcriptum diſtribuitur.

Hoc enim ius noſtrum aut Scripto conſtat, aut ſine Scripto: vt & apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. *l. ius ciuile. 6. in fin.* Scriptum ius vel ex Legibus, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis Principum, autoritate Prudentum venit: vel à Prætore, adiuuandi, corrigendi, hoc eſt, ſupplendi, §. 1. 2. *Inſtit. de bon. poſſ.* iuris ciuilis gratia introductum eſt: quod & Honorarium ad honorem Prætorum dicitur. *l. ius autem 7. h. t.* Ius non Scriptum mores & inſtituta maiorum, quæ vſus diuturnus approbauit, complectitur: *l. de quibus. 31. ff. tit. 3.* de quibus plura paulò poſt *ad tit. de legib.* dicentur. Eſt etiam ius quoddam ciuile vetus, antiquum, *l. 2. §. 2. infr. de orig. iur. l. vnic. C. de vet. iure enucleat.* nouũ, quod inueterato vſu necdum ſtabilitum eſt: *l. pen. C. de legib.* aut iniuſtum eſt: *l. 1. ff. Quod quiſque iur.* commentitium, *l. ſi pœna 20. de pœn.*

¶ Eôdem refertur à Cicerone *in Topic.* Aequitas, quæ tamen potius ad normam naturalem, quàm ad ciuile Ro. ius videtur pertinere: vnde & à I. C. æquitas naturalis, §. *theſauros. §. per traditionem. Inſtit. de rer. diuiſ.* ſeu ratio naturalis *l. 1. de pac.* appellatur. Et enim licet etiam ſingulis legibus ſua quædam æquitas conſtet: *l. ſi duo 13. §. pen. de iureiuran.* tamen propriè æquitas pro æqualitate ſeu recta ratione accipitur, non ſcripta, & quæ à iure noſtro ſit ſecreta, aut certè nulla expreſſa lege in illud relata, *l. 1. C. de legib. l. placuit. 8. C. de iudiciis. l. 2. de aq. plu. arc.* Sed, vt antè poſui, etiam ius naturæ, quo vtimur, pars iuris Rom. eſt: & conſequenter, æquitas quoque hæc tam ſcripta quàm non ſcripta eodem referri, atque ita pertinere ad ius ἄγραφον poteſt. Cuius vſus elucet in tribus præcipuè articulis. Primus in legibus, ex æquo & bono ad ſanã rationem, & rectam ſententiam accommodandis & interpretandis. *l. nulla 24. l. in ambigua. 19. ff. de legib. l. ſi ſeruum. 91. §. ſequitur. de verbor. obligat.* Secundus in legibus ampliãdis, & probabili æquitatis ratione, ad ſimiles ſpecies quæ lege comprehenſę non ſunt, ex paritate æquitatis extendendis. *l. neque l. 10. cum mul. ſeq ff. tit. 3. l. vlt. vbi glo. C. de conſtit. pecun.* Tertius, vt in his quæ nec ex verbis, nec de ſententia legis, nec ratiocinationis argumento definiri poſſunt, pro regula iudicij atque iuris valeat. Hic enim quod æquitas ſuggerit, vt ait I. C. erit ſequendum. *l. 2. §. item Vatus. de aq. plu. arcen. c. fin. vbi gl. & Panor. num. 6. 7. ext. de tranſactio. Eucrar. conſil. 78. in fin.*

DE ORIGINE IVRIS ciuilis, & omnium Magiſtratuum, & ſucceſſione prudentium. Tit. II.

C. I. 17

1 *Continuatio.*
2 *De origine iuris.*
3 *De magiſtratibus.*
4 *De Iuriſconſultis.*

QVia † nihil in rerũ natura perfectum eſt quod non ex omnibus ſuis partibus conſtat: *l. 1. hoc tit.* cuiuſque autem rei potiſſima pars principium eſt: *l. ſi procuratorem. 8. in prin. mand. d. l. 1.* ideo facturis legum & iuris Romani interpretationem, viſum fuit neceſſarium, originem & progreſſum Iuris ciuilis, id eſt, Romani, *l. 1. §. 1. de rei veſt.* omniumque, magiſtratuum qui νομοφύλακες, imò viua lex ſunt, *Cic. lib. 1. de Leg. fac. l. nam & ipſum 8. ſupra tit. 1.* & iura ſuſtinent. *l. 2. §. poſt originem. de orig. iur.* ac ſucceſſionem Iuriſprudentium, penes quos interpretandi iuris poteſtas ſemper fuit, exponere: his enim tribus doctrina & vis omnis iuriſprudentiæ continetur & abſoluitur: vt quibus à rudimentis & incrementis ad eam quam videmus, amplitudinem, ius Romanum adoleuerit, perſpicuum planumque fiat.

¶ Origo iuris Rom. duplex, alia Naturalis, de qua titulo ſuperiore: cuius tria diximus eſſe capita ſeu fontes: alia Ciuilis, hiſtorica reipub. Rom. propria, de qua hoc in titulo, repetitis ab ipſa condita vrbe Iuriſprudentiæ huius incunabulis tractatur ad hunc fermè modum. Initio ciuitatis, cùm omnia manu Regia gubernarentur, nullæ

tur, nullæ ſcriptę fuerunt leges, ſed arbitria Principum pro legibus erant: nonnullæ tamen à Romulo aliiſque regibus, præcipuè Seruio, latæ ſunt: *Dionyſ. Halic. lib. 4.* quæ quòd Curiarum, in quas diuiſus erat à Romulo populus, ſententiis & approbatione perferebantur, Curiatæ vocatæ ſunt. *Plutarch. Liuius in Romulo.* Verùm eæ leges neque controuerſiis in tanta multitudine ſufficiebãt: præſertim cùm pleræque ad Reipub. magis ſtatum, quàm ad priuatos pertinerent: & exactis Regibus breui omnes, exceptis paucis, partim lege Tribuni Celerum abrogatæ ſunt, quæ ſcilicet ad ſtatum regni pertinebãt: partim odio Regiæ dominationis, deſuetudine quadam obſoleuerũt: populúſque Romanus incerto magis iure & conſuetudine, quàm perlata lege, non ſine motibus & tumultu deinceps vti cœpit. *Liu. libro 2. & 3. deca. 1.* Quod ne diutius fieret, ex lege Terentilia placuit, *Gouea lib. obſer. 1. cap. 21.* publica authoritate decem conſtitui viros, qui exploratis aliarum ciuitatum, præcipuè Græcarum, quæ optimè tum temporis conſtitutæ habebantur, inſtitutis: ex omnibus optima quæque excerpendo, ciuitatem legibus fundarent: quæ ad hunc modum conſcriptæ, latæ, approbatæque, in duodecim tabulas æneas, anno ab Vrbe condita 303. & ſequente, ſunt redactæ: qui fons omnis publici priuatíque iuris eſt. *Liuius prealleg. loc. Cic. lib. 2. de Legibus.* His legibus latis cœpit, quemadmodum naturaliter ſolet, euenire, vt accederet diſputatio formæ: breuitáſque legum nõ omnibus controuerſiarum articulis definiendis ſuppeditans, interdum etiam obſcuritas, aut interpretationem, aut productionem ad caſus ſimiles, aut mitigationem in diſſimilibus, ex authoritate prudentum deſideraret. *l. non poſſunt. l. neque. & paſſim infr. titul. 1. de legibus.* Vnde natum ius, quod ſine lege ſcripta venit, compoſitum à prudentibus, communíque nomine Ius ciuile nominatur. *l. 2. §. 2. hoc tit.* Ne autem prout veller, temerè & inconditè populus ageret, eodem ferè tempore compoſitæ ſunt certæ ſolennéſque actiones, quibus inter ſe ciues diſceptarent, quæ pars Iuris Legis actiones ſeu Legitimæ actiones appellatur. *d. l. 2. §. 2. h. t.* Deinde cùm plebs in diſcordiam cũ patribus verſa, ſibi iura conſtituiſſet, quæ Plebiſcita vocantur: poſtea placuit lege Hortenſia, *Gell. lib. 15. cap. 27. vide Liui. lib. 3. vel vt aliis placet, Horatia Liui. lib 3. Decad. 1. Dionyſ. lib. 16. cap. 10.* vt ea perinde atque Scriptum ius, omnes Quirites tenerent *l. 2. §. deinde. §. 4. hoc t. §. plebiſcitum. Inſt. de iure na. gen. & ci.* Subſecuta ſunt non longo interiecto ſpacio Senatuſconſulta. Neceſſitas enim, reipub. curam ad Senatum deduxit, vt is ſe interponeret, & ferret leges: quia populus in tanta turba haud facilè frequentérque adiri poterat. *d. l. 2. §. 4. hoc titul. §. S. C. Inſt. de Iur. na. l. non ambigitur. 9 infr. titul. 1.* conuenire. Eodem tempore & magiſtratus, penes quos erat iuriſdictio, vt Prætores & Ædiles, Edicta proponebant: vt ſciret ciues quod ius de quaque re quiſque magiſtratus dicturus eſſet, ſéque præmunirent. *d. l. 2. §. eodem. 5. hoc t. §. prætorum. Inſt. de Iur. nat* Nouiſſimè rebus ita dictantibus, vt neceſſum eſſet reipubl. per vnum conſuli, conſtituto Principe, data eſt ei à populo poteſtas, vt quod conſtituiſſet, eſſet ratum. *d. l. 2. § nouiſſimè. 6. hoc t. §. ſed & quod principi. Inſt. de Iur. nat. l. 1. infr. de conſt. prin.*

¶ Quod ad magiſtratus attinet, initio ciuitatis huius, conſtat reges omnem poteſtatem habuiſſe. Exactis deinde regibus, ordinarij magiſtratus, Coſs. Cenſores: & dubiis reipub. temporibus, extraordinarius, Dictator cum Magiſtro equitum: poſtea Tribuni militum, Tribuni plebis, Ædiles, Quæſtores, quique iuriſdictioni præeſſent, Prætores, & Centumuiri iudicandis litibus, Triumuiríque tam monetales quàm capitales, atque alij magiſtratus, tã ordinarij quàm extraordinarij, tam vrbani quàm prouinciales, pro vſu ciuitatis creati ſunt: per quos, rebus ita exigentibus, reſpub. & foris & domi rectè adminiſtraretur. *l. 2. §. quod ad magiſtratus. 8. h. t.*

¶ Iuris autem ciuilis ſcientiam plurimi & maximi viri profeſſi ſunt, iam inde à tempore Sexti Papirij: qui leges Regias, quæ quidem ſupererant, in vnum contulit: ſed neminem ante Tyberium Coruncanum publicè profeſſum traditur. Nam antea qui ſcientiam nacti erant, in latenti eã retinere, & conſultoribus potius quàm diſcere volentibus præſtare ſeſe inſtituerant. Coruncanus princeps profiteri cœpit, *l. 2. §. poſt hos. 18. hoc t.* quem deinceps alij præſtantes ingenio, eruditione & multarum rerum vſu homines ſubinde ſecuti, ad id faſtigij & authoritatis Iuriſprudentiam euexerunt, vt non priuata amplius, ſed publica Cæſarem authoritate tandem, ſub Auguſtis reſponderi ſit cæptum: adeò vt ab huiuſmodi reſponſis iudici recedere non liceret. *l. 2. § fin. hoc tit. §. reſponſa. Inſt. de iur. natur. gen. & ciuil.* Poſt quod beneficium cùm Iuriſconſulti honoribus, gratia, authoritate apud Imperatores eueherentur, *l. 2. C. de vet. iur. enucl.* creuit etiam (vt honos alit artes. *Cic. 1. Tuſc.*) aucta ſummorum ingeniorum ſtudiis Iuriſprudentia, floruítque in primis ab Adriano vſque ad ætatem Gordiani: quod tempus ſummos viros habuit, qui conſulendo, ſcribendo, Imperatoribus aſſidendo, iudicandis agendíſque cauſis, ius ciuile incredibiliter illuſtrarunt: vt Saluium Iulianum, qui perpetuum Edictum compoſuit, ex quo Adrianus ius poſtea dici iuſſit non annuum, velut ex annua Prætoris iuriſdictione, vt antea, *Cic. in Verrem, & alibi.* ſed tanquam ex lege ſua perpetuum & immutabile. *ſicut leges perpetuò in viridi ſunt & eſſe debent obſeruantia l. 4. in fin. C. de hæret. Inſt. de perp. & temp. act.* Habuit eadem ætas, vt eſt apud Capitolinum in vita Anton. Vindium, Verum, L. Voluſium, Metianum, Marcellum, Serbidium Scæuolam, quo præcipuè Marcus Antoninus Imperator vſus eſt: & quem Aphricanum eſſe noſtrum vult Cuiac. in princ. reſpon. huius. item aſylum illud iuris, & theſaurum legum, *vt Spartia. in Seuero.* Pa-

pinianum, Præfectum prætorio apud Seuerum: *l. lecta. 40. infr. si cer pet.* & huius assessores ac discipulos, Iulium Paulum, Vlpianum, Fabium Sabinum, Aelium Gordianum, Pomponium, Alphenum, Aphricanum, Florentinum, Martianũ, Callistratũ, Hermogenem, Venuleium, Macrũ, Caium, Triphonium, Mælianum, Celsum, Proculum, Modestinũ, qui filios Maximini erudiisse dicitur, & alios innumerabiles. *Spart. & Lampr. in vita Maxim.* Hi omnes summos honores gesserunt, & plerique eorũ cõsiliis adhibiti sunt Alexandri laudatissimi Imperatoris, *Lamp. in eius vita.* cuius etiam tutorem & magistrũ scriniorum fuisse Vlpianum perhibent: *Eutrop. lib.* 8. quem tantoperè dilexerit Alex. vt eius consiliis plurimùm vteretur: & ob hoc ipsum inuidiosum ad milites, quorum licentiam & dissolutos mores ad veterem disciplinã reuocabat, ab impetu & furore militari, obiectu sui corporis protexerit. Estque insignis laus Vlp. apud Lampridium: qui scribit Alexandrum in summum euasisse Imperatorem, quòd huius viri consiliis præcipuè rempub. administraret. Ab hac ætate, & felicissimo doctissimorum hominum prouentu, de quibus Forsterus in sua I. C. historia, ruère iterum Iurisprudentia, & vnà cum indole imperióque Romano, ad interitum dilabi cœpit: donec obsoletam tandem, & in bibliothecas abditam, Iustiniani denuò Imperatoris felix recreauit industria, & in fori lucem vsũmq; reduxit: cuius curæ & laboribus, quod superest Romanæ iurisprudentiæ, acceptum ferre meritò debemus. Cæterùm hic eius conatus esset felicior, si nobis veterum libros relicuisset integros, vnde multa restitui possent: cum ex tam paucis quæ supersunt, plurima feliciter ab eruditis cum emendentur, tum illustrentur.

DE LEGIBVS, SENATÚSque consultis, & longa consuetudine. Tit. III. C. 1. 14. 16. 8. 53.

1 *Species & partes Iuris ciuilis.*
2 *Definitio legis, & diuisio.*
3 *Causa efficiens legis.*
4 *Materialis.*
5 *Formalis.*
6 *Finalis.*
7 *De effectu legum.*
8 *Interpretatio legum.*
9 *De consuetudine & iure Non scripto: quid sit, quotuplex, quæ eius causæ & effectus.*

1 QVæ paulò antè in genere de Iure ciuili dicta sunt, ea hoc in titulo speciatim explicantur. Species iuris ciuilis Rom. à forma (quæ potissimùm consideranda, & speciali- A ter, vt præcipua pars, exponenda est) diductæ sunt: Ius scriptum, & Non scriptum. Nec enim omnia legibus sancienda sunt, ac ne possunt quidem: itaque sequẽdi etiam sunt mores. *Cicer. lib. 1. de Legib.* Iuris scripti partes sunt: Lex, Plebiscitum, S.C. Constitutiones Principũ, Edicta Prætorum, Responsa Prudentum.

¶Lex hoc in Rom. iuris argumento est, quod 2
populus Ro. Senatorio magistratu rogante, veluti Consule, constituit. §. *lex est. Inst. de iur. nat.*
B Hac in definitione propriè & angusta significatione lex accipitur: alias cum ὁ νόμος capitur, latius patet; omnéque Iuris scripti & Nõ scripti species amplectitur, vt in definitione Papiniani, *l. 1. hoc tit.* Demosthenis, *l. 2. in princ. hoc titul.* & Chrysippi, *d. l. 2. in fin.* & illa Cicer. *lib. 2. de Legib.* Lex est iustorũ iniustorũmque distinctio, ad illam antiquissimã & rerum omnium principẽ expressã naturam. Potest lex ciuilis & hoc modo rectè definiri: Vt sit honestũ legitimæ potestatis
C decretum, ad tuendam reipub. pacem, moréque ac iudicia regenda, publicè factũ & cõscriptum. Sed hæc definitio, vt superiores, non tantùm legibus Rom. verumetiam aliarũ quoque ciuitatum congruit. Atqui nostris in libris tantùm de Rom. agitur: cui subiecto definitiones cõuenire, & ad quod accommodari debent. Quamobrem primã Iustiniani descriptionẽ in hac Rom. iuris schola, velut maximè propriam, & materiæ substratæ conueniẽtem, retineamus, qua lex
D nedum ab aliarũ Rerumpub. iuribus, verumetiã, à reliquis Iuris in Romana ciuitate scripti speciebus rectè secernitur. Quid sit porrò Plebiscitum, S.C. & c. traditur. *tit. Inst. de iur. nat. gen. & ciuil.* Legum aliæ diuinæ sunt, aliæ humanæ: *c. omnis. 1. distinct.* harum porro aliæ naturales, aliæ ciuiles: *l. 9. l. penul. §. de iust. & iur. tot. titul. Inst. de iur. nat.* hæ rursum aut vniuersales, aut generales, aut singulares, aut particulares seu locales. *l. 3. l. fin. C. eod. l. ius singulare. hoc tit. Schurff. conf. 18.*
E *num. 4. cent. 1. vid. tit. J. de decre. ab ordin. facien.* Sed sciendũ est, hîc propriè de ciuilibus & vniuersalibus, & quidem Romanis tãtùm, agi: ad quas & definitio congruit, velut antè dixi.

¶Causa efficiens Rom. iuris & legum, est po- 3
pulus, §. *ius autem ciuile. versic. nam quod quisque. Inst. de iur. nat. gen. d. §. lex est. d. l. omnes. §. titul. 2.* aut magistratus, cui imperium & potestatem cõdendi iuris populus detulit: vt Senatus, *l. non ambigitur. 9. hoc tit.* Prætor, §. *edicta, Instit. de iur.*
F *natu. gent. & ciui.* Princeps. §. *sed & quod prin Instit. eod.* Populus legem propriè condit, & Princeps, in quem ius populi translatum est. *l. 1. infra tit. 1.* Senatus ius potius facit, *l. non ambigitur. hoc tit.* quia S.C. non congruit legis definitio in Repub. Ro. eum non fiat à toto Pop. vel Principe, qui populi iuribus vtatur. His addas licet Consuetudinem, quæ & ipsa author iuris est, vt passim ex I.C. responsis perspici potest: qui plurima secundum receptos mores definiunt. Vnde
G Modestinus, *l. pen. hoc tit.* cùm de causa efficiente loquitur: Omne, inquit, ius aut consensus fecit, vt

cit, vt leges, ius ciuile prudentum, quod ab omnibus propter euidentem æquitatem simul ac alicunde oblatum, statim etiam est approbatũ: aut necessitas constituit, puta constitutiones, S. C. edicta: magistratibus enim est parendum: aut firmauit consuetudo. Hodie translato in principem Imperio, legem generalem solus facit Princeps, *l. 1. & l. fin. C. eod. Bart. in l. 3. num. 8 de iurisd.* localem quisque Dux seu præfectus inferior in suo territorio: *Bart. in l. omnes. 9. §. de iust. & iur. num. 8. per l. formam. C. de offic. præf. præto.* B *Ori.* quam Edicto prætorio non rectè quidam camparant. *Ias. in l. non dubium. nu. 22. C. de legibus. Bart. in l. 5. in prin. num. 4. vbi idem Ias. late de verb. ob.* Sed & quæque vniuersitas, municipium, ciuitas, quamuis superiori subiecta, leges locales sibi facere potest: quæ in iure sunt decreta, *tot. tit. de Decret. ab ordin. faciend.* hodie statuta vocantur. *c. vt animarum. de const. it. lib. 6.* cum approbatione tamen superioris fieri debent, *c. antepen. de consuet.* vt vult Bart. *Bart. in dict. l. omnes. 9.* C *nu. 7. §. de iustit. & iur. & Bald. in l. 2. in 3. not. a. cap. eod.* quæ sententia vsu obtinuit, quamuis non desint qui contradicant. *Ias. in d. l. omnes. nu. 26.* Iudices in iudiciis interpretandi iuris potestatem habent: quæ interpretatio inter litigatores, valet vt sententia: *l. placuit. 8. C. de iudic.* statuendi autem interpretandíque iuris in modũ legis, scilicet vt omnes ea interpretatio teneat, & de iure aperto decernat, potestatem non habent, sed soli Principi talis est ex iure Pop. potestas. *l. 1. C.* D *de legib. vbi Dd.*

4 ¶Materia circa quam lex versatur, sunt personæ, res, & actiones siue iudicia, *l. 1. J. tit. 2.* non præterita aut præsentia, sed futura, *l. leges. 7. C. eod.* nisi aliter lege cautum sit: *d. l. leges. & l. sancimus. 18. §. fin. C. de sacro. eccles. l. eos. C. de vsur. cum simil.* in quibus tamẽ nõ minutissima queq; leges consectantur, aut quę fortè vno aliquo euenìunt casu, *l. 4. hoc tit.* aut bis, *l. 6. τὸ γάρ. hoc tit.* & vt ait Pompon. *l. 3. hoc tit. ἐκ παραλόγου*, aut quæ singu- E las respiciunt personas: *l. iura. 8. hoc tit.* sed quæ ὅσα τὸ πολὺ euenire solent, & in commune sine complexu personarum rerũmque certarum spectant ad omnes. *d. l. iura. l. non possunt. 12. hoc titul.* omnium ætatum subsequentium ciues. *nam leges ad futura pertinent. d. l. leges. 7. C. de legibus.* Quod quidẽ de legibus quæ publicè rogantur, ac proponuntur (nam de his Iurisc. locuti sunt) potissimùm est accipiendum. Cæteroqui consultos sæpenumerò in rebus subtilibus, & parti- F cularibus etiam ab vsu remotis versari, sicuti & quædam Cæsarũ rescripta in personalibus, perspicuum est: *l. 2. C. de legib. l. neque 61. cum l. seq. C. de decur. lib. 10. l. 1. de constitut. princ.* quæ ex se pro lege non habentur, nec valent generaliter, sed postquam in Corpus iuris redacta sunt, exemplo sententiarum, decretorum, edictorum, consuetudinem, responsorum, quæ eodem relata habemus, pro iure omnes obligant. Ius quod circa res versatur, aut in Acquirendo, aut Conser- G mando, aut Minuendo consistit, *l. vlt. hoc tit.* neque verbis Dicis causa, sed Rebus leges imponuntur. *l. 2. C. com. de legat. in fi.*

¶Forma iuris varia est. *Cicer. pro L. Flacc. & in* 5
Piso. & lib. 2. de Legib. Dio. App. Plut. passim. Hotomann. in commen. Conna. comment. lib. 1. cap. 13. nam aliud Scripto continetur, idque pro diuersitate legum lationis variè (alia est enim forma ferendæ legis, alia proponendi Edicti, alia S.C. &c.) aliud verò absque Scripto valet. §. *sine scripto. Inst. de iur. nat. cap. priuilegia. cum seq. dist. 3.* Illud commune est omnibus legibus: primùm, vt aut Imperent, aut Vetent, aut Permittant, aut Puniant. *l. legis. 6. aut iuxta alios codic. 7. hoc. t.* quare & Cic. *lib. 1. de Legib.* vocat Legem, rectam imperandi & prohibendi rationem, & *lib. 2. de Inuen. Her. lib. 2. cap. 3.* addit maiorem vim inesse prohibentibus legibus, quàm permittentibus: deinde vt ad regulam summæ illius legis quam in mente tanquam κριτήριον & normam omnis iuris circumferimus, *Cic. lib. 2. de Legib.* congruant & aptentur. *c. erit autem lex. cap. facta. 4. distin.* Nam quæ huic ex diametro aduersantur, non magis legum nomen attingunt, quàm Medicorũ præcepta dici possunt eorum præscripta, qui pro salutaribus mortifera obtrudunt. Rectè itaque à nostris dictum est, animam legis esse rationem: *arg. l. scire. 16. hoc tit. c. sedulo. 38. distinct.* ídque demum legis nomen mereri, quod in æquitate consistit. *c. consuetudo. dist. 1.* Quamuis verò non omnium ratio reddi possit, *l. non omnium. 19. hoc tit.* nec subtiliter sit inquirẽdum in leges iam latas, *l. & ideo. 20. hoc tit.* quod & Plato fieri prohibet: tamen minimè dubium est, quin certa aliqua & probabili de causa magnáque deliberatione leges omnes Rom. sint rogatæ. Quare si nihil ambiguitatis sit in verbis sensúque legis, meritò ei parendum est, etiamsi ratio sit obscura. *l. prospexit. 12. ff. qui & à quib. l. 1. §. licet. 10. de exerc. act.* Ex quo intelligi potest, aliud esse Sententiam legis, aliud Rationem. Sentẽtia est τὸ ὅτι, ratio διότι, & causa, quare lex in eã sentẽtiam scripta sit: aliud est autem res, aliud causa rei. vnde vulgatum: Rationem dicti non idem esse cum ipso dicto, *l. qui interrogatus. 12. de pet. hær.* Porrò ad formam legis, scripturam quoque Dd. iam requirũt: quod etsi Connanus improbet, tamen quo ad ius nostrum Rom. verum est: quia scriptura specifica est differentia, qua hodie, sublatis illis veterum in statuendo iure solennitatibus, lex à consuetudine distinguitur: *c. lex est. distin. 1. l. ius ciuile. §. de iust. §. constat. §. sine scripto. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. vide Bart. in l. 1. num. 3. ad l. Falcid.* eaque re lex inter partes seu species Iuris scripti refertur. quanquam nõ inficior, in eo quoque etiamnum differentiam esse, quòd lex expresso consensu, & approbatione, atq; suffragiis, aut certè ex Principis authoritate vno tempore & ferur & valet: cõsuetudo verò tacito totius Populi tantùm cõsensu, nec vno temporis puncto, sed longa diuturnitate inducitur, & temporis progressu vires acquirit. *leg. 1. §. vlt. ff. de aqua plun. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & est.*

6 ¶ Causa finalis, ff. est, vt harum præsidio tuti ab iniuriis simus: *Cic. li. 2. Off.* emendentur vitia, commendenturque virtutes: quam rerumpub. anchoram firmissimam Solon esse dixit: & vt in rebus acquirendis, retinendis, alienandis, omnibusque contractibus, pari iure summi cum infimis teneantur: quod concordiæ ciuilis fundamentum est. Huc respiciens Vlpian., *l. fina. ff. hoc tit.* ait, totum ius aut in Acquirendo, aut in Conseruando, aut in Minuendo consistere. Quãquam hoc non de vniuerso iure, sed illo quod ad Res duntaxat pertinet, de quo Vlp. eo loci agit, dictum videri potest. In summa, huc omnes leges collimant & referuntur, quod etiam supra demonstrauimus: vt quàm beatissima sit respub. isque status æquabilitate iuris retineatur.

7 ¶ Effectus legum est, vt omnes obligent ad scientiam, *l. leges. C. de leg. tot. tit. de iur. & fac. ig.* ad obedientiam, *l. diuus. 7. de iur. patr. Felin. in c. 3. num. 5. de iureiur.* aut ad pœnam. *l. 2. hoc tit.* excepto principe, qui cum ius rogandi abrogandique iuris habeat, legibus solutus est, *l. princeps. 31. h. t.* etiamsi legibus, sicuti par est, viuat, *§. fin. in fin. Instit. quibus mo. testam. infir.*

8 ¶ De interpretatione verò legum, multa hoc titulo proponuntur, & velut regulis quibusdam aptè colligantur: quomodo similes ad casus eæ producendæ sint, vel ratiocinatione consultorum, *l. & ideo. 11. l. nam vt ait. 13. hoc tit.* vel iurisdictione magistratus, *d. l. & ideo. cũ ll. seq.* quomodo *ἐπιεικεία* quadam temperandæ, quo ad mens & verba legis patiuntur, *l. nominis 6. §. verbum. de verb. sig. Bar. in l. sed sciendum. de parricid. l. contra. 29. cum l. seq. hoc titul. l. benignius. 18. cum l. si quent. l. nulla iuris. 25. hoc titul.* nisi aut contra rationem iuris quid receptum contineant, *l. quod verò. 14. cum ll. seq. hoc tit.* aut certam semper habuerint interpretationem, *l. minime. 23. h. tit.* Qua item ratione leges inter se conciliandæ, *l. non est nouum. 26. cum ll. sequen. hoc tit. l. vnic. C. de inoffic. dot.* & quemadmodum in leges committatur. *d. l. contra. cum l. sequent.*

9 ¶ Quod ad ius non scriptum, attinet, Consuetudo dicitur ius non scriptum, vetustate comprobatum, *Cic. lib. 2. de Inuent. cap. 5. & 12.* vel introductum moribus, *c. consuetudo. 1. dist.* tacita quasi conuentione. *l. de quibus. 32. l. sed & 35. h. t.* aut ius, longa consuetudine approbatum, *d. l. sed & 35.* siue obtentum, *l. quod non ratione. 39. h. t.* vsus inueteratus. *l. pœn. de pœn.* Iustinianus, *§. ex non scripto. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* hoc modo: Consuetudo est ius, ex non scripto veniens, quod vsus approbauit. alij aliter definiunt. *Azo. in rubr. C. quæ sit lon. cons. & ibid. Cyn. ac Salic. Angel. in d. §. ex non scripto. Hostien. Panor. & Can. in rubr. ext. eod.* sed sufficit, rem vtcunque intelligi, vel ex hac qualicunque descriptione: Cõsuetudo est ius ciuile, non pugnans cum lege naturæ diuturnis vtentium moribus, sine scripto inductum, *§. ex non script. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Guid. p. p. in proœm. decis. Gratiano.* consensúque populari tacito, per vsum longi temporis comprobatum. *l. de quibus. 32. hoc t.* Vt autem de iure scripto, sic etiam de non scripto solius pop. Rom. hîc agi putemus. *d. l. de quibus. hoc. t.* etiamsi in his multa sint, aliis quoque populis & rebuspub. imperium Rom. non recognoscentibus, communia. Nam & hodie ius hoc propter summam æquitatem & prudentiam, ius quasi Gentium & omnium populorum bene institutorum cõmune est. *c. 1. de feud. cog.* Itaque in genere nonnulla de consuetudine disseremus: præsertim cũ in hac nihil admodum peculiare, quod reliquis non conueniat, pop. Rom. habeat. Consuetudo duplex est: alia generalis, quæ est instar legis, *d. l. de quibus. h. t.* alia specialis seu localis, quæ vim habet statuti siue legis municipalis, *l. 3. de sep. viol. l. 1. 2. C. de ser. l. 1. 2. C. quæ sit lon. cons. Fab. in d. §. ex nõ scripto. Cyn. & Dd. in d. l. 2. C. quæ sit. lõg. cõs.* Sunt qui in quatuor species eam partiãtur & deducant, videlicet Vniuersalem, Generalem, Specialem, Specialissimam siue singularem. *Host. in rub. extr. de consuet.*

Consuetudinem autem introducere potest Populus, qui & legem condere, *d. l. de quib. 32. h. tit.* quod in libero populo minus habet dubitationis. *Bar. in d. l. de quibus.* nu. 11. in eo qui superiorem recognoscit, plus quæstionis est: aliis existimantibus scientiam & patientiam Superioris opus esse. *c. cum non ignores. 15. de præben. Cyn. & alij. in l. 2. C. quæ sit long. consue.* alijs verò contra iudicantibus, sufficere si Princeps superior non contradicat, *Bart. nu. 11. Ias. nu. 30. in d. l. de quib. Fab. in l. 1. c. de summa trinit. & in §. ex non scripto. vbi Angel. inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Innoc. & Can. in rub. & c. pœn. & c. fi. ex tr. eo.* quorum sententia vsu est receptior. Porrò quòd arbitrantur plerique, necessum esse, vt aut à toto populo, aut maiore eius parte consuetudo inducatur: id vt in statutis obtineat, *l. quod maior. 19. ad municip.* certè in consuetudine admitti non debet, neque etiam potest: cum huius origo plerũque ignoretur, nec in consideratione veniat. satísque sit actus singulares probare, & de his ostendere, eorum vsum in verisimilem notitiam populi peruenisse. *Ias. in d. l. de quib. num. 84. Ro. Curt. in repe. c. fi. de consuet. Cor. cons. 292. circa vol. 1.* Quod si vel totius populi, vel maioris partis vsurpatio esset demonstranda: profectò aut impossibilis, aut difficilis admodum efficeretur consuetudinis probatio. Quare omnes illæ disputationes inutiles sunt: An induci consuetudo possit, à muliere, *Bar. in l. 1. hoc t. Pano. in c. fi. extr. eo.* minore, *Bar. in l. 2. C. quæ sit lon. cons.* familia, *Dd. in d. l. de quib. & d. c. fin. vbi Cur.* etiam ab vno homine, *Alex. & alij in l. si non speciali. 9. C. de testa.* Nec enim consideratur, à quo sit orta cõsuetudo, id quod plerunque, vt in vetustis, sciri non potest. *l. si arbiter. 28. ff. de probat.* sed, an in notitiam & vsum popularem transierit. *Ias. nu. 84. & Dd. d. l. de quib.*

Materia circa quam versatur consuetudo, sunt res possibiles atque honestæ. Nã obligatio nulla est rerum impossibilium, *l. impossibilium.*

185. *de reg. iur.* & turpiũ. *l. generaliter. 26. de verb. oblig.* & proinde nec ius vllum, aut consuetudo. Rei enim non bonæ, consuetudo pessima est. Quare laudabiliter aiunt nostri, Cõsuetudinem oportere esse rationabilem, *c. fin. vbi glo. ad verb. rationabilis. de consuet. Menoch. declarans quomodo est rationabilis cons. 52. num. 171.* nec præscribi iuri Diuino, *Bald. in l. 2. C. de vsur. c. ad audientiam. c. cum venerabilis. 7. cap. fi. vbi Dd. l. de consuet. c. ad nostram. de probat. Cle. 1. de vsur. Schurff. latè cons. 83. prædictæ num. 11. cent. 3.* aut naturali, *c. frustra. c. quæ conera distin. 8. cap. 1. de consuet. lib. 6.* vlla quamuis longissima vsurpatione. Quænam autem sit rationabilis, id arbitrio iudicantis relinquendum est. *Host. Panor. Bald. in d. c. fi. ad verb. rationabilis. per c. cum venerabilis. de excep.* Id tamen video nonnullis placuisse, etiam irrationabilem vsum præscribi tanto tempore, cuius initij non existat memoria, dum tamẽ in legem diuinam aut naturalem apertè non incurrat. *Roch Curt. in rep. d. c. fin. ad verb. rationabilis. vers. Sexto aduertendum. per Felin. in c. 2. de maio. & obed.* nam istiusmodi temporis diuturnitas, priuilegij instar est. *l. 3. §. ductus aquæ. de æqu. quot. & æst. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. Ias. in l. imperium. l. num. 22. de iurisdict. Schurff. cons. 72. pro clariore. num. 27. cent. 1.* An autem contra ius Scriptum induci consuetudo queat, non dubites in populo libero, cui iuris condendi, & expressis, ideoque tacitis etiam suffragiis abrogandi potestas est. *d. l. de quibus 32. h. tit.* At populis imperio Romano, eiusdémque Principi subditis ius illius consuetudine præscribi, non videbatur concedendum. *l. 2. C. quæ sit long. cons. cap. fin. de consuet.* Qua in re arbitror Desuetudine legẽ posse abrogari, superiore scilicet obedientiam non exigente: *d. l. de quib. in fin.* consuetudinem verò contra legem Principis nõ aliter induci posse, quàm tanto tempore, cuius initij non existat memoria: hac enim sola vetustate, & non minori tempore, iuribus Principalibus præscribitur, *l. comperit 6. vbi Dd. C. de præscript. 30. annor. d. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signif. Dd. in d. l. 3. vbi Ias. num. 22. de iurisd.* Dd. tamen. *Bart. Ias. & alij, in d. l. de quib. Cano. in d. c. fin. Schurff. cons. 47. prædictæ. num. 7. cent. 3. Chil. in prac. cap. 47.* indistinctè, etiam contra leges consuetudinem induci ac præscribi decennio in foro ciuili, 40. verò annis in foro Ecclesiæ arbitrantur. *c. de quarta. de præscrip. c. cum beneficio. 5. vbi glo. verb. legitima. de præben. in 6.*

Ad inducendam porrò consuetudinem nec titulo neque bona fide opus est, *Ias. in d. l. de quib. nu. 49.* sed primùm actuum frequentia, *l. 1. C. quæ sit long. cons. l. an in totum. 3. C. de ædif. priu.* videlicet duorum aut *Bart. num. 12. Ias. num. 85. in d. l. de quib. Azo. in rub. C. quæ sit long. cons. nu. 3.* plurium pro arbitrio iudicis, *Bart. Ias. præall. loc. Can. in d. c. fi. Bald. & Saluc. in l. 2. C. quæ sit lon. cons* & maximè iudicialium, si haberi possunt, *l. nam imperator. 38. l. cum de consuetudine. 34. h. tit. glo. in l. 3. in fin. C. de episc. aud.* quamuis quoque extraiudicialibus illa probetur, *d. l. cum de consuetudine.* & sine etiam actibus consuetudo immemorialis, si testes deponant sic semper fuisse obseruatum. *Fab. in §. sine scripto. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Roch. Curt. in repet. c. fina. extr. eod.* Secundò diuturnitate temporis. *d. l. de quibus. cum ll. seqq. d. cap. fin.* quod Dd. decennium esse volunt: *Bartol. num. 14. Ias. num. 43. & 44. in d. l. de quibus.* ius Sax. 30. & ampliùs, annorum, *Fach. diff. 12. Reinh. parte vlt. diff. 2.* id quod probabilius, veróque magis & rationi consentaneum est: cùm consuetudo ius sit incorporale, nullis solis rebus cohærens: quæ autem sunt eius generis, tantùm 30. annis præscribi solent. *tot. titu. C. de præscript. 30. annor.* Hoc autem tempus à primo consuetudinis actu, qui haberi probaríque potest, computandum est. *Bart. in l. Labeo. num. 10. de sup. lega. Curt. in d. cap. final. in 2. requis.* Tertiò requirit Bart. *in d. l. de quibus. num. 11.* principium rationabile, vt scilicet non errore, sed certâ scientia consuetudo introducta sit. *l. quod non ratione. 39. h. tit.* Sed antè dixi, principium consuetudinis non considerari: & alioqui traditum est: Actus consuetudinis in dubio semper præsumi animo confirmandæ consuetudinis factos esse, *gloss. & Dd. præcipuè Curt. in d. c. fin. in 7. requisit.* vt huius requisiti magna non sit habenda ratio, nisi errore facti populum consuetudine vsum esse, ostendi posset. Præcipuam autem consuetudinis differentiam ac formam in eo consistere arbitror, vt sine scripto in solo populi vsu versetur. Nam hac potissimùm differentia à lege secernitur. *§. ex non scripto. Inst. de iure nat. gent. l. ius ciuile. de iust. & iur.* Putant tamen Dd. consuetudinem in scriptis redigi posse, facilioris scilicet probationis gratia: neque ea propter naturam eius immutari. *Bart. num. 8. & 21. Ias. num. 36. in d. l. de quibus. Aldo. dicens esse communem, num. 4. in §. ex non scripto. Inst. de iure nat. gent. & ciuili. Grassus commun. opin. lib. 1. quæst. 1.* Ex his autem intelligi facilè potest, quænam probanda sit ratio consuetudinis. Probari enim eam, non tantùm allegari conuenit. *l. 4. de custod. reor. Castr. in l. vnic. C. vt quæ desunt aduoc. fac. l. asseueratio. 10. C. de non numer. pecu. l. siue. 16. C. de probat. l. si manifest. 7. C. de seruit.* cùm in facto consistat. *Menoch. consil. 37. num. 92. consil. 8. num. 16. consil. 75. num. 60. consil. 37. numer. 96. consil. 54. numer. 37.* Hæc autem ipsa quæ requiri diximus, sunt probanda specificè: *Menoch. consil. 54. numer. 37.* videlicet, frequentia actuum seu vsus populi, qui ex frequentia actuum præsumitur, & vt loquuntur vniformi, *latè Menoch. consil. 37. numer. 39. & 67.* item temporis diuturnitas. *Ias. post alios, in d. l. de quibus. num. 88. Fab. in d. §. ex non scripto. Curt. post alios in d. ca. final.* Ea probantur aut scripturis, putà libris publicis, attestatione seu scripturâ magistratuum, exemplis rerum iudicatarum, *c. post cessionem. 7. de prab. Bart. consil. 461. & d. l. de quibus. & in l. ij. C. quæ sit long. consuet.* &c. aut testibus, saltem duobus. Bart. *Cinus in d. l. 2.* qui idoneam suæ opinationis causam

reddant, *Bart. & Dd. in d. l. 2. Fab. in d. §. ex nõ scripto. Roch. Curt. in d. c. fin. qui ait hanc esse communem. vid. Alexand. consil. 45. cura. & consil. 131. vol. 2. & consil. 46. visis. volum. 2. Corn. consi. 193. quod ad consultationem. vol. 1.* & de iisdem actibus deponant, aut saltem in genere consuetudinem ita se habere testentur: quamuis in redditione causæ, & actibus deducendis sint singulares. *Ant. de But. & Roch. Curt. in d. cap. fin. extr. eod.* Periti tamen & seniores cuiusque loci, qui ita semper obseruatum esse, nec meminisse contrarium, idémque à maioribus se audiuisse testantur, etiam sine alia causæ redditione, ostensionéque actuum probant, *Bart. in l. de quib. num. 22. Fab. in §. sine scripto. Instit. de iur. nat.* cùm quia de immemoriali consuetudine deponunt, *Fab. præall. loc. Curt. in d. cap fin.* tum quòd licet ad inducendam consuetudinem, actuum frequentia requiratur, non tamen ad probandam: sed sufficit probari, in notitiam populi eam peruenisse, *vide Roch. Curt. in d. §. fi.* postremò quia peritis etiam sine causæ redditione credi, tralatitium est. *Bart. in d. l. de quib. num. 22. Ant. Gab. Roman. lib. 1. de probat. concl. 4.*

Finis consuetudinis est, qui omnium aliarum legum: de quo scitè dicitur: Omnium legum finem esse extremum, aut necessitatem, aut vtilitatem subditorum, *c. non debet. penul. vbi Panor. num. 3. de consang. & affinit.* Sicut & Cicero libro de Legibus 2. ait: Supremam legem esse oportere salutem populi: hoc est, legem ἀρχιτεκτονικὸν, quò reliquæ leges, consuetudines, statuta referenda sint, esse salutem, consociationis humanæ & reipub. communem: pro cuius vsu ferri, rogari, abrogari debent. *c. erit. dist. 4. cum simil.*

Effectus non minor quàm ipsius legis, *Menoch. consil. 34. num. 8.* vtpote cum iuris ciuilis species sit æquè atque ius scriptum, *d. l. de quib. 32. h. titu. §. ex non scripto. Instit. de iur. nat. c. consuet. 1. distin. c. cum sit consuetudo. extr. eod. Cyn. in l. 2. C. quan. pro. Guid. pap. in præfat. decis.* & altera quædam natura: *Menoch. consil. 13. num. 22.* itaque omnes obligat ad scientiam cum aperta & nota est, item ad obedientiam, aut ad pœnam, in contractibus, *l. si fundus. 6. de euict. l. quod si. 31. §. quia assidua. 18. de ædil. edic. l. sine. 32. al. 33. §. Lucius. de administ. tut.* delictis, *Auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. l. sacularij. 7. de extr. crimin. l. aut facta. 16. §. penult. de pœn.* iudiciis, *l. 3. § final. vbi glo. de testib. Auth. iubemus. vbi Bald. C. de iudi.* & aliis id genus actionibus humanis. *l. 4. §. fina. de vectig. l. si quis donaturus. 28. de vsufruct. l. 4. C. de ædif. priua.* Imò quod magis est, consuetudo non modò optima interpres est legis, *l. si de interpretatione. 36. hoc tit.* verumetiam quando illi contraria inuenitur, legi & iuri communi derogat, *l. item. 6. vbi gloss. ad verb. vel perpetua quod cuius. vniuers. l. venditor. 13. §. si constat. com. præ. l. semper. 5. §. legem. de iur. in d. l. de quibus. 32. hoc tit. Iasi. l. 2. nu. 14. cum sequ. C. si con. ius vel vtil. publ.* vt nunc quidem moribus vbinis obseruatur:

A secundum quos stylus etiam, ac consuetudo Curiarum pro lege habetur, *l. vlt. in fin. C. de iniur. §. vlt. Instit. de satisda. l. generaliter. 12. C. de rebus cred. Guid. pap. in præfat. decis. Euerar. in loc. à stylo cur.* & quod secundum consuetudinem fit, dicitur iure fieri: *c. cum venissent. de eo qui mit. in possess.* & potest ea pro iure allegari, *Card. Zab. in cle. sæpe. §. & quia. in 6. notab. de verb. signific. vide Ias. & Dd. in l. 2. numer. 14. & 17. C. si con. ius vel vtil. publ.* ac pro eo iudici esse debet, adeò vt
B contra consuetudinem iudicans litem faciat suam, *Auth. iubemus. vbi Bald. num. 2. C. de iudic. §. 1. Instit. de offic. iud. vide latè Tiraquel. de pœn. nu. 7. in præfat.* ac sententia expressè contra consuetudinem lata, perinde atque contra constitutiones dicta sit ipso iure nulla. *Felin. in c. causam, quæst. 2. in fin. de testib. sed contrà Cyn. in l. 2. C. quan. pronoc. vide Guid. pap. in proœm. decis. & ibi annotat marg. Euerar. in lo. à styl. cur. Tiraquel. in elegantiss. tract. de pœn. in præfat. num. 7. vide etiam*
C *Fel. in cap. ex parte. num. 17. de rescrip.* Sed de hac alibi copiosius dici solet. *l. 1. 2. C. quæ sit long. consuet. c. vlt. vbi latè Curt. extr. de consuetud.*

DE CONSTITVTIONIbus Principum. Tit. IIII. C. 1. 14. 15.

D 1 *Constitutiones Principum.*
2 *Constitutionum diuisio.*

Constitutiones Principum partem esse iuris scripti diximus. §. *sed & quod principi. Instit. de iure nat.* Quod enim Principi placuit, legis habet vigorem, *l. prima. hoc titu.* vtpote cum lege regia, quæ de eius imperio lata est, (tempore, quantum suspicor, Augusti, quem primum legibus fuisse solutum, potestatémque populi
E & Senatus ac Tribunorum ad se transtulisse, accepimus, *ex Tacito, lib. 1. Dione, lib. 53. S. C. de imperio Vespasian. facto, quod adhuc Romæ extat.* cuius exemplum reliqui deinceps Imperatores secuti sunt) populus ei & in eum (phrasin ipsius legis hæc verba fuisse arbitror, qua in eum ipsum populum scilicet potestatem principi fuisse concessam, Theophil. in Instit. indicat) omne suum imperium & potestatem contulerit. Quodcunque igitur Imperator constituit, ius est: vel per epistolam, qua absens con-
F sultoribus responder, *l. 3. de testibus. l. debitoribus. 31. de re iudic.* aut per subscriptionem statuit, quando libellis supplicantium sententiam suam subscribit, *l. non distinguemus. 32. al. 37. §. cum quidam. 13. de recept. arb. l. sed addes. 19. al. 21. §. 9. loca. l. diui. 17. de iur. patro.* vel ipse cognoscens de causa solenniter in iudicio, *l. 3. de his quæ in test. delen. l. Æmilius. 39. de minor.* aut de plano extra iudicij locum & citra vsitatum ordinem decreuit, *l. 1. hoc titu. l. 3. C. eod.* aut edicto publicè vetuit, vel iussit: aut oratione, quæ
G in senatu

in senatu suadendæ legis causa solet à Principe haberi, præcepit. *l. oratio. 16. de sponsi. l. 1. de rebus eor.* Hæc enim omnia, legem esse constat. *l. 1. hoc tit. l. 3. C. eod.* Et hæ sunt quas Constitutiones
2 appellamus. Planè ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplum trahuntur. Vt quod princeps ob merita alicui indulsit, aut si quam pœnam irrogauit, vel si cui sine exemplo subuenit, *vt Nouel. 139.* aut aliter interlocutus inter duos duntaxat est, non animo faciendæ legis, & vt interalios quàm qui in lite fuerunt valeat: *l. 2. l. 3. in fin. C. de legibus. l. 1. hoc tit.* id enim personam non egreditur, *l. prima in fin.* quamuis alioqui beneficia eius latissimè respectu ipsius dantis, non alterius sint interpretanda. *l. tertia. hoc tit. vbi vide Ias. & Dd.* Planè, quoniam Princeps successori præire nequit, *gloss. final. & Dd. in l. digna vox. 4. C. de legib. Bald. in l. 2. num. 3. C. de legib. Bart. in l. 2. §. final. de opt. legat. Bald. consil. 161. proponitur. numer. 2. volum. 2.* (Par enim in parem non habet imperium, *l. 4. 6. de recep. arb. l. est receptum. 14. de iurisdiction.*) constat Constitutiones posteriores prioribus esse potiores, iisque etiam derogare, *l. final. hoc tit. l. 1. ad leg. Aquil. c. vltim. in fin. de rescript. lib. 6. Bald. l. 1. h. tit. c. vltim. vt lite penden. c. 1. vbi Panor. num. 2. & 10. de sequest. poss.* Alia contractus est ratio, qui à Principe factus, licet vim ciuilis legis habeat; *l. penult. C. de donat. inter vir.* tamen ex Iure naturæ successores etiam obligat, *Bald. Castr. d. l. digna vox. Crauet. de antiq. temp. in princ. num. 17.*
D *Bald. l. 2. num. 40. C. de seruitutib. Felin. & Dd. c. quæ ecclesiarum. de constit. tex. in cap. 1. de probat. vbi Canonis.* quoniam instar priuatorum ex contractibus tenentur, *d. c. 1. Bald. in c. 1. de nat. feud.* etiam quando cum subditis contrahunt. *Bald. l. princeps. sup. tit. 1. eleganter Iacobin. in Inuest. verb. princeps. in princ. num. 4.*

DE STATV HOMInum. Tit. V.

1 *Obiecta iuris, & ordo titulorum, quid sit status, ac quotuplex.*
2 *Triplex personarum diuisio.*
3 *De hominum diuisione naturali.*
4 *De diuisione hominũ ex iure gentium.*
5 *De liberis, & quare partus ventrem sequatur.*

1 Omne ius quo vtimur, vel ad Personas pertinet quibus ius redditur: vel ad Res, de quibus ius redditur: vel ad Actiones, siue iudicia, per quæ ius redditur. *l. 1. & 2. hoc titul. §. vltim. Instit. de iure nat. gent.* nam verbo Actionis omnem iudiciorum ordinem, principium, progressum atque exitum comprehendimus. *Instit. de act. in princip.* Nulla est autem iuris disputatio, in qua non aut de personis, aut de
G rebus, aut de iudiciis, aut de his simul omni-
A bus quæratur. Itaque quanquam in postrema materia explicanda, videlicet quomodo agi, & iudicio res inter litigatores peragi, ac suum cuique tribui debeat, Pandectæ toræ consumuntur: tamen vt melius ea ipsa intelligantur, Isagoge quædam de iure personarum, & rerum diuisione præmittitur. Nam & de his passim variæ instituuntur disputationes. neque enim in omnibus iudiciis, non habetur ratio personarum, quæ iudicia sustinent, *c. forum de verbor. signific.* & rerum de quibus litigari solet: *l.*
B *5. de ext. cognit.* quæ sanè percipi satis rectè nequeunt, nisi præmissa quadam & status hominum, & diuisionum qualitatísque rerum expositione. Qua in parte ordinem Perpetui edicti secutus est Tribonianus. *l. 1. & 2. hoc tit.* Nam etsi Iulianus I. C. in Edicto perpetuo (quod compositum Imperator Adrianus confirmauit, ex eóque de voluntate Senatus perpetuò ius dici voluit, cùm antea edicta leges tantùm essent
C annuæ; *Cicer. in Verr. 3*) edicta duntaxat Prætorum, quibus iudicia & actiones continebantur, describere & complecti voluit: tamen quia in iis non exactam personarum & rerum diuisionem factam videbat, prudenter de vario hominum statu, déque rerum diuisionibus & qualitate, ante omnia differendum sibi ratus est: quòd his non intellectis, reliqua percipi rectè non posse animaduertebat. Primò igitur de statu personarum, quarum causa ius constitutum
D est, *l. 2. hoc tit.* iuxta ordinem Perpetui edicti aliquid est dicendum.

Status hominis aliud est, quàm dignitas, *l. qui furere. 20. h. tit. in prin. Instit. de cap. dimi.* nam hæc ad splendorem & actiones vitæ, ille ad conditionem in qua quisque nascitur, & ab origine quasi stat, pertinet. *l. de statu. 15. vbi gloss. de testa.* Huius tria censentur esse capita: Libertas, Ciuitas, Familia, *l. eius. 41. vbi gloss. ad verb. status. si cert. pet.* vt apud Terentium, *in Eunucho:*
E Principio dico esse liberam, ciuem Atticam, meam sororem. Quare cum vnum ex his tribus adimitur, caput hominis minui dicitur, Maxima, Media, Minima capitis diminutione, *vide J. de cap. dim. Instit. eod.* In quæstione porrò status, summa & prima diuisio est, qua homines in Liberos & Seruos tribuuntur: *l. 3. hoc tit.* hoc enim primum & præcipuum iuris status caput est, quod vitæ mortíque comparatur. *l. seruitutem. 209. al. 210. de reg. iur.* Sed quia de discrimine sexuum aliqua hoc in titulo traduntur, nos do-
F cendi gratia diuisionem personarum primam à natura mutuabimur.

¶ Personarum ergo triplex esto diuisio: vna Naturalis, altera Iuris gentium, tertia Ciuilis.

¶ Natura homines ex anima & corpore com-3 posuit: quarum illa præstantior, *l. antepen. 17. C. de sacros. Eccles.* nõ ex traduce, sed factoris ab ore spirituum patre creata, in mares & fœminas tribuit: ex quibus hæ illis deteriore sunt con-
G ditione in multis iuris articulis. *l. in multis. 9. hoc tit. Dec. in l. 2. de reg. iur.* Quod ad hermaphrodi-

cos attinet, eius sexus existimandi sunt, qui in his præualet. *l. queritur.* 10. *hoc tit. l. repetundarum.* 15. *in fin. de testib.* In dubio porro pro masculis habentur, & feudorum etiam sunt capaces. *Bald. in l. quoties.* 12. *numer.* 10. 11. 12. *C. de suis & leg. hæred.* Monstra autem, quæ co ntra formam humani generis conuerso mo re procreantur, liberi non sunt, nec ius liberorum in bonis parentum habent: *l. non sunt liberi.* 14. *h. tit. Paul. lib. 5. Sen. tit. de intest. suc.* etiamsi matri ad ius trium liberorum consequendum prosunt, vt voluit Vlpian. *l. quæret.* 135. *de verb. signific.* cuius sententiam, vt mitiorem, Iustin. in Pandectas retulit. quamuis Paulo cōtrarium placuerit. cuius ideo non integrè responsum hîc recitatur. *d. lib. 5. Sen.* Porrò qui adhuc sunt in vtero, etsi incertus adhuc eorum est sexus, tamen pro natis vtilitatis causa habentur, *l. qui in vtero.* 7. *& 26. h. tit. l. quod dicimus.* 231. *de verb. signif.* postquam nati scilicet sunt: nam in id vsque tempus omnia iura illis integra reseruantur. *l. cum quidam.* 30. §. 1. *de acquir. hæred. l. antiqui.* 3. *si pars hær. pet. l. vlt. de collat. bonor.* Etenim si nati non fuerint, aut mortui nati sint, *l. qui mortui.* 129. *de verb. signif.* aut antequam perfectè nascantur, hoc est, vterum matris egressi sint, extinguantur, *glos. ad verb. legib. in c. 1. §. hoc autem. de his qui feud. da. poss.* perinde atque si in viuis nunquam fuissent, habentur. *Iurib. præall.*

4 ¶Iure gentium omnes homines aut Liberi sunt, aut Serui. Liberi sunt, penes quos libertas est: quæ est Naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quid vi aut iure prohibeatur. *l. 4. hoc tit.* Serui, à seruando dicuntur, quod homines bello captos seruare, non occidere solent: id enim semper inhumanum est visum, *Bart. in l. in laqueum.* 55. *de acquir. rer. domin.* suntque illi, qui iustam seruitutem seruiūt, propriè serui. Seruitus autem est Constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. *l. 5. hoc tit. l. manumissiones. sup. de iustit. & iure.* Seruorum vna & par omnium est conditio: nam tam iure gentium quàm ciuili, nullo loco aut numero habentur. *l. quod attinet.* 32. *al.* 33. *de regul. iur.* Etenim neque personam habent, *l. 3. ne quis eum qui in ius voc.* nec caput, *l. 3. de cap. dimin.* & consequenter, nec statum, *in princ. de cap. dimin. Instit. versic. seruus. l. 4. infra eod. tit.* qui in tribus capitibus (vt dixi) consistit.

5 ¶Liberorum porrò hominum conditio varia est. Alij enim sunt Ingenui, alij Libertini. Ingenui iure naturæ sunt, qui ex matre libera nascuntur. *d. l. 5. versi. ingenui. hoc tit.* Dico, Iure naturæ, quod in ingenuitate maximè attenditur. *l. 1. & tot. tit. de nat. rest.* nam Iure ciuili, liberos ex iusto matrimonio conceptos sequi patrem, etiam quo ad statum attinet, verius est: *l. cum legitimæ.* 19. *h. tit.* reliquos verò extra matrimonium conceptos, cùm patrem nullum iustum habeāt, quem Iure ciuili sequantur: iure naturæ censeri conditione matris: *l. lex naturæ.* 24. *h. tit.* quæ si libera est, liberi nascuntur ingenui. si serua, cum qua non possunt contrahi iustæ nuptiæ, *l. cum ancillæ.* 3. *C. de incest. nupt.* serui generantur, *d. l. cum legitimæ.* 19. *hoc tit. l. partum.* 7. *C. de rei vendicat. Vide quæ dixi Instit. tit. De ingen.* Ingenuorum hominum rursus partim Iusti sunt, partim Iniusti. Iusti, qui ex iustis, id est legitimis & perfectis iure nuptiis procreantur. *l. septimo mense.* 12. *l. imperator.* 18. *h. tit. l. 4. 5. 6.* ī. *tit. 1.* Iniusti, qui nascuntur ex iniusta illegitimáque cōiunctione: vt ex iniustis nuptiis, contubernio, concubinatu, promiscuo damnatóve coitu, adulterio, incestu, &c. *l. Paulus.* 11. *l. vulgo* 23. *l. lex naturæ.* 24. *h. t. l. 5. C. de nupt.* inter quos tamen multiplex est differentia. *vide C. de nat. lib. Auth. ex complexu. C. de incest. lib. & quæ dixi Instit. de nupt. de cogn. success. & senatusc. Orphit. & Mathesill. ac alios in tracta. de succes. ab intest.* Libertini vocantur, qui ex iusta seruitute manumissi sunt, *l. libertini.* 6. *hoc tit.* Horum status anteà erat tripartitus, alij enim ciues efficiebantur Romani, alij Latini, alij Dedititij: de quibus consulendus est Theophilus. *in Inst. de libert.* Sed posteà, sublato hoc discrimine omnibus quocunque modo manumissis plenam libertatem & ciuitatis Romanæ ius Iustin. contulit. *l. 1. C. de Lat. lib. tol. l. 1. C. de ded. liber.* quod antè tantùm ingenuis Anton. Bassianus Seueri filius concesserat. *l. in orbe.* 17. *de sta. hom.* Sed noster pro vsu sui temporis sustulit discrimina liberarum personarū *l. 1. C. de Lat. lib.* velut & rerum. *tit. de censib. & excus. tut. Inst. de excusat. & de vsucap.* Affinis iuri status est Nobilitas, *Ias. in §. præiudiciales. num.* 20. *Instit. de act. Tiraquel. de nobilita. cap.* 14. *num.* 5. Dignitas. *l. 3. l. 6. de Senato.* Contrariæ sunt minutiones, quibus capita status tolluntur. *Inst. & ī. de cap. dimi.*

DE HIS QVI SVI VEL alieni iuris sunt. Tit. VI.

C. 8. 47.

1 *De tertia hominum diuisione.*
2 *De dominica potestate.*
3 *De patria potestate.*

1 NVnc videamus de tertia hominum diuisione, nempe de statu & conditione personarum ciuili. Caput quisque liber homo iure ciuili duplex habet (nam primum iuris naturæ & gentium esse diximus) videlicet Ciuitatem, quæ amittitur media capitis diminutione, *l. 2. l. 7. de cap. dimin. in princ. Instit. eod.* & Familiam, cuius iura quoque minima capitis minutione imminuuntur. *l. 6. de cap. diminut.* Prius caput ad ius ciuitatis publicum spectat: de quo iure cum nulla peculiaris tractatio sit in Pandectis instituta, huius quoque capitis expositio, velut aliena & impertinens, est hic homissa. Posterius caput ad ius priuatorum refertur: quod cum omne exponere iuris cōpositores his libris voluerint,

4 vide l. Tu[illegible] 7 ff. de ca[illegible] [illegible] 92. desinunt [illegible] familia mutata.

l. 1. §. huius studij. suprà, de iust. & iur. vbi dixi. illius quoque capitis declarationem prętermittere non debuerunt.

2 ¶Quod igitur ad statum capútque familiæ attinet, iure ciuili liberi homines, alij Sui iuris cēsentur, alij verò Alieni. Qui Sui iuris sint, ex his qui alienæ potestati subiiciuntur, intelligi potest. Vlpia. tit. 4. Sui, inquit, iuris sunt familiarum suarum principes, id est, pater, mater familiæ. In aliena autem potestate sunt, primò Serui: quæ quidem potestas etsi ex Iure gentium in Romanam ciuitatem venit, tamen Iure ciuili mitior est, quàm Iure gentium. Nam licet apud omnes peræquè gentes animaduertere possumus, dominis in seruos vitæ necísque potestatē esse: & quodcunque per seruum quæritur, domino acquiri: tamen humanitatis intuitu, nimia dominorum asperitas Iure ciuili, & Principalibus constitutionibus est coërcita, & intra gyrum rationis moderatíque imperij, vinculis legū cōstricta. *l. 1. & 2. h. tit. Spar. in vita Hadriani.*

3 ¶Deinde in potestate nostra sunt Liberi, quos ex iustis nuptiis procreauimus, *l. 3. 4. 5. hoc tit. Vlp. tit. 5.* aut opinione saltem iustis. *Vlp. tit. 7. cap. 2. c. perlatum. 8. cap. peruenit.* 11. *c. penul. qui fil. sint leg. l. à diuo.* 58. *de rit. nupt.* Quo in numero etiam recensentur Legitimati, aut per subsequens matrimonium, *l. cum quib. eo. C. de nat. lib. cap. tanta. c. per venerabilem. Qui fil. sint legi. § si quib. in Auth. quibus. mod. nat. eff. sui. §. quib. 2. Inst. de hær. quæ ab intest. vid. quæ dixi in §. fin. Instit. de nup.* aut per oblationem curiæ ciuitatum, §. *quib. 2, in verb. curiæ ciuitatum, vbi dixi inst. de hæred. quæ ad intest. l. communium.* 9. *C. de nat. lib. in Auth. quib. mod. nat.* aut per speciale diploma Principis, *cap. 1. § naturales. vbi Dd. de feud. defin. In vsib. feud.* quod quidem ad hanc ciuilem potestatem attinet: *vide Ang. & alios, in Auth. quib. mod. nat. eff. sui. Bart. & Dd. in l. si is qui pro emptore. de vsucap. Bald. in l. eam.* 14. *C. de fideicommiss. Ias. in l. cum acutissimi.* 30. *C. eod. Alex. consil. 2. visis. vol. 2. Schurff. consil. 2. veritas. cent. 1. Tiraqu. de nob. cap.* 15. *num.* 21. 22. item legitimi facti per adoptionem, *in princ. Instit. de adop. Vlp. tit* 8, de quibus paulò pôst dicetur. Porrò Illegitimi, Spurij & Naturales in potestate non sunt: quia cum non ex iustis nuptiis procreati sunt, pro liberis iure ciuili (ex quo est patria potestas, *in prin. Inst. de pa. po.*) non agnoscuntur. *l. Paulus.* 11. *l. vulgo.* 23. *cum l. sequ.* ī. *tit. 1.* Est igitur hæc potestas propria ciuium Romanorū. *l. 3. 4. 5. 6. 7. 8. hoc tit.* Nam etsi reuerentia & obedientia parētibus Iure naturæ & gentium debetur, *l. 2. de iust. & iur.* tamen longè maior, & proinde alia est Romanorum in liberos potestas: quippe quæ antiquitùs omnino dominicæ par esset, cùm ius necandi indicta causa, & distrahendi filium ex l. Romuli atque etiā Mosaica *Exod.* 21. (quæ est vetustissima) parens obtineret, *Dionys. lib. 2. l. 2. l. in suis.* 11. *de lib. & posth.* consequeretúrque cōtra ius & votum naturæ, *l. nam etsi.* 15. *de inoff. test. l. scripto.* 6. *vnde lib. l. vlt. de bon. dam.* quo parentes thesaurizant liberis, non è diuersò, *2. Corint.* 12. omnia quæ filij quæsiuissent *Inst. per quas pers. nob. acqu.* Postea tamen, crescente vnà cum Imperio populi humanitate, edocentéque paulatim natura & communi parētum voto, liberos ingenuos ingenuè liberalitérque esse habendos, ac meritis potius & officio quàm minis ad obedientiam prouocandos, *l. si quando.* 35. *§. illud. C. de inoff. testa.* multa emendata & ad humanitatis rationem reuocata sunt: ita vt nec patri quęrantur indistinctè nunc omnia, quæ filius suo labore & industria parauit: *Institut. per quas pers. nob. acqu. l. fin. C. de bon. quæ lib.* nec crudeliter sæuire possit generator in liberos, *l. 3. C. de pat. potest. tot. tit. de obseq. à lib.* neq; eos occidere, *l. 5. de parric. l. 1. C. de his qui par. vel lib. occid.* distrahere, *l. 1. C. de pat. qui fil. distrax.* oppignorare, *l. qui filios. 6. C. quæ res pig.* exhæredare, abdicare, *l. abdicatio. 6. C. de patri. potest. vide inf. de lib. & post. & quæ dixi Instit. de exhær. lib.* imò alimenta iis victúmque quærere cogatur & suppeditare. *l. pen. hoc tit. tot. tit. de l. agn. & C. de alend. lib.* Nec ius Sax. multum ab hoc Iure ciuili recedit: nisi quòd vsumfructum, quem ad vitam in bonis liberorū pater habet, *l. fin. C. de bon. mater. Instit. per quas pers. nob. acqu.* tantùm vsque ad nuptias vel emancipationem aut separationē ei relinquat. *Land. lib. 1. art. 11. Fach. diff. 19. Reinhar. diff. 36.* Quin & fœminæ hoc iure (nam ciuili secus est, *l. viduæ.* 18. *C. de nupt.* nisi quoad operas & coniugale obsequium, *Ang. Fab. & Dd. Instit. ad S. C. Tertyll. vide Tiraq. in legib. connub. in prin. glo. Sax. art. 31. lib. 1.*) in potestate maritorum sunt, vt plerique arbitrantur, *Land. lib. 1. art. 31. Fach. diff. 6. & 8. per art. 45. Land. lib. 3.* & proinde patris in potestate per nuptias esse desinunt. *Const. 10. part. 2.* Nam sicut res, ita nec persona in plurium potest esse potestate, *l. 5. §. vlt. commod.* etsi non desint qui dissentiant: *Zobel. ad art. 45. lib. 3. & art. 31. lib. 1.* marito tamen mortuo, sui iuris efficiuntur, neque redeunt in potestatem patris: *Tiraqu. in ll. connub. post ll. communes. nu. 66. cum seq.* nec modò à potestate mariti, viduæ liberantur, sed omni etiam iure maritali, puta familiæ, dignitatis, domicilij, *Land. l. 3. art. 45. Fach. diff. 67.* &c. etiāsi iure ciuili viduæ hæc omnia retineant. *l. filij* 22. *§. vidua. ad municip. l. fin. C. de priuil. schol. lib. 12.*

DE ADOPTIONIBVS, & emancipationibus, & aliis modis, quibus patria potestas soluitur. Tit. VII.

C. 8. 48. 49.

1 *Continuatio.* 2 *Quid sit adoptio.*
3 *Quotuplex.*
4 *Causa efficiens: & qui quos adoptare possint.*
5 *Causa formalis: & de solennitatibus adoptionis.*

6 *Effectus adoptionis.*

7 *De emancipatione, & reliquis modis, quibus patria poteſtas ſoluitur.*

1 HActenus dictum eſt, quinam poteſtati alienæ ſubiiciantur. nunc conſequenter, quibus modis ijdem ab ea liberentur, exponamus. Liberantur autem ſerui dominica poteſtate, per Manumiſſionem: filij patria, per Adoptionem, Emancipationem, & alios quoſdam modos. Nam per adoptionem tranſit filiusfam. è ſacris poteſtatéque ſui patris in familiam alienam. Itaque adoptio eſt modus cùm inducendæ, tum ſoluendæ transmutandæque poteſtatis.

2 ¶ Eſt autem Adoptio, legitima extranei hominis in familiam aſſumptio: *Gell. lib. 5. cap. 19.* ſiue, Actus legis, quo filiumfam. facimus: ſiue, vt habet Theoph. *in princ. Inſt. eod.* eſt Actus legitimus naturam imitãs, ad eorum qui liberos non habent, ſolatium inuentus. Verbum, Legitimus, oſtendit hunc actum Iuris ciuilis eſſe. *l. actus legitimi 77. de reg. iur.* Etſi enim apud alias quoque gentes vſurpata fuit quædam adoptionis ratio: *Geneſ. 48. 50. Exod. 2. 10 Act. 7. 22. Plut. in vita Theſ. Ioſeph. in antiquit. Iud. Demoſth. in orat. πρὸς λεώχαρν.* tamen quia peculiarem quandam & ciuilem adoptandi formam Romani habuerunt, meritò ea ad Ius ciuile refertur, *l. actus legitimi. de reg. iur.* ſicuti & teſtamenti factio. *l. 3 de teſta.* Ea verba, Ad ſolatium eorũ: cauſam finalem introductæ adoptionis oſtendunt, vt videlicet defectum naturæ lex ſuppleat, & ſterilitati aut mortalitati deficientium familiarum medeatur.

3 ¶ Adoptionis autem nomen generale eſt, & in duas tribuitur ſpecies: quarum altera Adoptio ſimiliter dicitur, altera Arrogatio. Adoptãtur filiifam. arrogantur qui ſui Sunt iuris.

4 ¶ Cauſa efficiens adoptionis eſt Lex, quæ eam introduxit, & Conſenſus eorum qui hoc actu vtuntur. Oportet enim adoptantem, & eum qui adoptatur, conſentire: *l. 5. l. neque abſens. 24. hoc tit. l. nec auus. 4. C. de emancip. lib.* hac tamen adhibita diſtinctione, vt ſi quis à patre in adoptionẽ detur, ſufficiat eum voluntati patris non contradicere, *l. in adoptionibus. 5. hoc tit.* in arrogato autem expreſſus cõſenſus deſideretur. *d. l. 5.* Ex quo patet, cur adoptari infans, non autem arrogari poſſit. *l. etiam 42. hoc t.* Cæterorum autem, inter quos iura agnationis conſequuntur, non eſt neceſſaria approbatio. *l. cùm adoptio. 7. hoc t.* Vt enim inuitis agnaſcũtur fratres & agnati, ita & adoptantur. Præterea ſciendum eſt, non conſenſum tantummodo requiri, ſed opus eſſe etiam vt perſonæ ad adoptionem ſint idoneæ: quædam enim adoptare adoptaríue prohibentur. Adoptare non poſſunt Fœminæ, niſi ex indulgentia Principis: *§. fœminæ. Inſt. eod. l. ſi ſuſpecta. 29. §. penul. de inoff. teſtam.* quorſum enim adoptent, cùm liberos non habeant in poteſtate? *§. cæteri. Inſt. de hæred. qual. & diff. dict. §. fœminæ. l. illud. 4. §. ad teſtamenta. ff. de bon poſſ. cont. tab.* licet rectè adopten-

A tur. *l. hæc autem. 20. l. nam & fœminæ. 21. hoc titul.* Item Caſtrati: *l. 2. verſic. illud. hoc tit.* nam cum generare nequeant, nec adoptare quidem poſſunt. Adoptio enim naturæ imitatrix, tantùm in iis locum habet, in quibus natura habere poteſt. *l. adoptio. 16. hoc tit.* Itaque ſpadonibus, quibus meatus ſeminis vitio impediti contortíque ſunt, cùm ſpes ſit, vitio ſublato, eos ad generandum fore idoneos, adoptio minimè eſt inhibenda. *d. verſic. illud l. arrogato. 40. §. fin. hoc tit.* Eâdem ratio-

B ne minor decem & octo annis adoptare nequit: vix enim per ætatem pater eſſe poteſt, *d. l. arrogato. §. non tantùm.* vt nec facilè minor ſexaginta annis: quia coniugio operam dare debet, ad replendam liberis ciuitatem: *l. 1. ſol. matr.* naturæque, quæ vt naſcendi, ita gignendi legem præſcripſit, *Valer. lib. 2. cap. 4.* ductum ſequi potius, quàm inſtar currucæ alienos pullos quodammodo excludere, atque habere pro ſuis. *l. ſi paterfamilias. 15. §. fin. hoc titul.* Maioribus porrò 60.

C annis meritò permittitur adoptandi facultas: *d. l ſi pater. 15. §. vltim. hoc t.* quia potentiam gignendi ad id tempus emarceſcere phyſici tradunt: *Ariſt. lib. 1. de gene. anim. cap. 18. Gal. de tuend. ſanit. lib. 2.* vnde nuptiæ poſt eam ætatem, quaſi libidinis magis quàm liberorum cauſa initę, olim improbabantur. *l. pen. C de nupt. Suet. in Claudio, Lactan lib. 1. cap. 16. Plaut. in Mercat.* Præterea videndum eſt, an non debeat permitti ei qui vel vnũ habebit vel plures liberos, adoptare alium

D ne aut illorum, quos ex iuſtis nuptiis procreauit, diminuatur ſpes, quam vnuſquiſque liberorum obſequio ſibi parat: aut qui adoptatus eſt, minus percipiat, quàm dignum ſit eum conſequi. *l. nec ei. 17. §. fin. l. ſi paterfamil. 15. § fin. hoc tit.* Adoptari nequit abſens, *l. neque. 24. hoc titul.* quia per alium nequicquam ea ſolennitas expeditur: *l. poſt mortem. 25. §. fin. hoc tit.* is qui non decem & octo annis minor ſit eo, cui in adoptionem datur: *d. l. ſi paterfamiliâs. §. fin. cum l. ſequ.* ſe-

E mel à patre adoptiuo emancipatus, ídque odio leuitatis. *leg. adoptare. 37. §. 1. l. qui liberatus. 12. hoc tit.* Impuberem adoptare conceſſum, *dict. l. etiam infantem.* arrogare niſi ex iuſtiſſimis cauſis prohibitum: *l. 2. C. eod. §. 2. Inſt. eod. l. nec ei. 17. §. 8. hoc t.* præſertim ſi tutor, ad euitandam rationum reddendarum neceſſitatem, pupillum arrogare velit. *l. nec. ei. 17. hoc tit.*

5 ¶ Illud ſciendum eſt, adoptionem non ſolùm loco filij rectè fieri, ſed nepotis etiam quaſi ex

F filio nati, item pronepotis, *leg. ſi quis nepotem. 10. l. adoptiones. 43. l. adoptare. 37. l. ſi is qui nepotem. 44. leg. cùm nepos. 6. l. ſi paterfamil. 15. §. qui duos. 1. hoc tit.* atque ita deinceps: loco autem fratris, quem nemo natura gignit, nequaquam. *l. nec apud. 7. C. de hæred. inſtit.* In adoptionibus autem variæ olim vſurpabantur ſolennitates, *vide Caium Inſtit. lib. 1. Gell. libro. 5. cap. 19.* quas Iuſtin. *leg. fin. C. eod.* abrogauit, vt pleraſque omnes ipſius ſeculo obſoletas. voluítque conſtare adoptionem, ſi

G pater filium non contradicentem daret in adoptionem apud magiſtratum, penes quem legis eſſet

actio, id eſt, libera & ordinata iuriſdictio: *l. 2. in princ. l. 3. l. 4. hoc tit.* decreto iudicis, *Alexan. conſil. 126. ad vtramque num. 11. vol. 4.* & actis publicis ſeu ſcripturis *l. emancipatione. 11. C. de fide inſtrum. c. quoniam ei. de proba.* interuenientibus, *§. penult. Inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſoluit.* Quod ita interpretantur Dd. vt etiam extra acta & locum iudicij, adoptionem coram iudice fieri permittant, *Angel. in §. præterea. inſtit. quibus mod. ius pat. po. l. 1. de offic. conſ.* ſicut & emancipationem. *l. tertia. l. fina. C. de emanc. d. §. præterea. C. emancip. l. emancipatione. 11. C. de fide inſtrument.* Cæterùm iure Sax. non modò arrogatio, ſed etiam adoptio apud acta coram iudice fieri debet. *Reinh. diff. 51. per art. 30. lib. 2.* Arrogatio quò periculoſior, eò pluribus erat obnoxia ceremoniis & cautionibus, fiebátque in Comitiis conſenſu populi, *Gell. præall. loco.* nunc fit authoritate Principis, *leg. 2. hoc tit.* in quem populus ius ſuum tranſtulit, *l. 1. ſup. de conſtit. Princ.* Iure Sax. vt dixi, ſola magiſtratus municipalis authoritate interpoſita, *Reinh. diff. 51.* adhibita tamen cauſę cognitione: vt, ſi fortè minor ſit arrogandus, diligenter perpendatur, conducibilis ſit illi arrogatio, nec ne. *l. nec ei. 17. hoc tit.* In pupilli inſuper pupillęve arrogatione id ſeruatur, vt arrogator caueat, ſi impubes decedat, reſtituturum ſe quę ex bonis eius conſecutus fuerit, illis ad quos ea res peruentura eſſet, ſi arrogatus in ſuo ſtatu permanſiſſet. *l. non aliter. 18. cum ll. ſeq. h. tit.* Id etiam annotandum, ad tempus non fieri adoptionem: quia moribus & naturæ haudquaquam conuenit, temporalem filium habere. *l. quæſitum. al. incip. ſi tibi filius. 34. hoc tit.* Si tamen quid ex ſolennibus omiſſum ſit, ſolet à Principe impetrari adoptionis confirmatio, *l. adoptio. 38. h. tit.* niſi in alterius vergat detrimentum. *l. nam ita. 39. hoc. tit.*

6 ¶ Adoptio non ius confert ſanguinis, nam illud Iure ciuili nec dari nec adimi poteſt, *l. iura ſanguinis. 8. de reg. iur. l. ius agnationis. 34. al. 35. de pact. l. non nudis. 14. C. de proba. l. parentes. 22. C. de lib. cauſ.* ſed ius agnationis inducit. *l. qui in adoptionem. 23 hoc tit.* Et olim quidem adoptati in omnibus iura iuſtorum liberorum obtinebant, *l. onera. 45. l. ex adoptiuo. 27. l. ſi paterfamiliâs. 15. hoc tit. l. non epiſtolis. 13. C. de probat. l. 1. de bonor. poſſeſ. contra tab. §. adoptiui. Inſtit. de exhæred. lib. §. in plurimis. Inſtit. eod.* quæ quidem etiam nunc durant, ſi ante emancipationem pater adoptiuus decedat. cæteroquin ciuilis adoptionis actus, contraria emancipationis ſolennitate planè diſſoluitur. *l. cùm in adoptiuis. pen. C. eod. l. ſed & nepos. 14. hoc ti.* Illud ſanè contra veteris iuris obſeruationem Iuſtin. *d. l. cùm in adoptiuis.* introduxit, vt adoptiuus in poteſtatem adoptantis hodie non tranſeat, niſi cùm aui materni ſacris inſeritur. Arrogationis tamen iura intacta reliquit: *l. pen. in fin. C. de adopt.* vnde etiam hodie arrogatus poteſtati patris cum omnibus bonis ſubiicitur, & omnino eo eſt loco quo filij naturales: *l. 2. in fin. d. l. ſi paterfamiliâs. d. l. arrogato.* adeò vt & iura

A Suorum hæredum conſequatur, *d. l. arrogato. §. fin. d. l. qui in adoptionem.* & ne per emancipationem quidem ſpe ſucceſſionis priuari poſſit, *l. 2. C. eod. §. cum autem. Inſtit. eod.* Quamobrem vt antiqua adoptioni vis conſtet atque authoritas, ſolent patres in adoptionem hodie liberos daturi prius eos emancipare, atque ita ſui iuris factos, deinceps tradere arrogandos.

¶ Et hactenus de adoptione: nunc de Emancipatione aliquid dicamus. Emãcipatio ab ima- 7

B ginaria alienatione, per quam olim fiebat, dicta eſt: Emancipare enim nihil aliud eſt quàm ſolenni quodam, ciuilíque modo alienare, & vendere in perpetuum. *vide Cont. lib. 1. Diſput. cap. 12. & quæ dixi ad §. præterea. Inſtit. quib. mod. ius pat. po.* Hinc res mancipi dictæ, & mancipio dare, accipere, &c Lucret.

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus vſu.

Eſt autem Emancipatio, patriæ poteſtatis per actum iuris ſolennem diſſolutio: qui qui-

C dem ſolennibus olim venditionibus & manumiſſionibus expediebatur: *§. præterea. inſtit. quibus mod. ius patr. poteſt. ſol. Caius, Theophil. in Inſtit.* hodie iis antiquatis, nuda apud magiſtratum conteſtatione. *l. final. C. de emancip. liber.* Iure verò Sax. per nuptias, aut domicilij menſæque ſeparationem aut diuiſionem, vt quibuſdam placet: quanquam tex. ſolennitatem iudicialem requirere videatur, *Land. lib. 2. art. 19. Reinh. parte vltim. diff. 32.* quod verius: ſcilicet vt ſepa-

D ratio tantùm iudicialis, qua pater filium ſui iuris eſſe iubet, & à ſe ſeiungit, emancipationem inducat: non etiam extra iudicialis, quanquam hoc receptum magis conſtit. 10. parte 2. ſicut & iure ciuili. Quod quidem ad locum attinet, non requiritur ſolennitas Iudicij, ſed poteſt quocunque loco emancipatio coram iudice fieri, *§. præterea. Inſtit. quibus mod. ius patr. po.* ita vt ſcriptura tamen ſeu actorum interpoſitio publica interuenire debeat. *l. emancipatione. 11. vbi*

E *Dd. C. de fide inſtrum. c. quoniam contra. de probat. l. 3. C. de emancip. l. ne in arbitris. C. de arb.* Alij modi quibus ius patriæ poteſtatis ſoluitur, poſiti ſunt vel in Caſu: vt cùm morte tam naturali quàm ciuili, puta deportatione, ſeruitute, &c. alterutrius, patriæ poteſtatis relatio euaneſcit: *vide Inſtit. quib. mod. patr. po. ſol.* vel in Lege, quæ propter dignitatem filij patriam poteſtatem diſſoluit. *l. vlt. C. de conſu. lib. 12. §. filiusfamil. Inſtit. quib. mod. patr. po.*

F Illud poſtremò notãdum, diſſolutam his modis patriam poteſtatem, tãtùm volente filio per adoptionem redintegrari, *l. qui liberatus. 12. h. tit.* non etiam eo inuito: *l. fin. ſ. tit. 1.* niſi cum ingratos liberos ſex in poteſtatem reuocat, *l. vnic. C. de ingra. lib.* ſicuti ingratos liberos, in ſeruitutẽ. *tot. tit. C. de ingra. lib.* Cæteroquin in omni adoptione, conſenſum vtriuſque partis, paulò antè requiri diximus: quare eundem requiri & in diſſolutione & redintegratione patriæ poteſtatis,

G eſt conſentaneum: vt ſcilicet nec inuitus quiſquam emancipare, *l. nec auus. 4. C. de emancip. lib.*

neque emancipationem accipere, *l. iubemus. 5. C. de emancipa. lib. vid. glos. & Dd. in d. l. 4.* neque potestatem dissolutam redintegrare cogatur.

DE RERVM DIVISIONE, & qualitate. Tit. VIII.

1 *Aliæ res diuini iuris, aliæ humani.*
2 *Res sacræ, religiosæ, sanctæ.*
3 *Res publicæ, communes & priuatæ: earúmque differentiæ.*
4 *Res corporales, incorporales: earúmque qualitates ac discrimina.*

ET hactenus quidem de iure Personarum summatim dictum est: nunc ad secundum iuris obiectum, videlicet Res, descendamus. Rerum autem significatio varia est, *vide l. 5. 7. 23. de verb. signif. Ias. in l. 1. num. 43. de verb. signific. Alb. in dictio. verb. res.* diuisio triplex: ac summa quidem & prima in duos articulos diducitur. *l. 1. hoc tit.*

1 ¶Nã aliæ res sunt Diuini iuris, aliæ Humani.
2 ¶Diuini iuris sunt res Sacræ, Religiosæ, & Sanctæ, quæ in nullius existunt bonis. *§. nullius. Inst. eod.* Res sacræ sunt, quæ publicè, id est, publica authoritate, & iussu populi, olim à Consule, Dictatore, Imperatore, aut alioqui summo magistratu, per solennia verba præeunte præfantéque carmen Pontifice summo, *l. in tantum. 6. §. sacræ. 2. h. t. §. sacræ. instit. eod.* hodie verò in repub. Christiana ab Antistite cuiusque loci, Diuino Numini consecrantur. *In Nouel. de Eccles. & tit. vt null. fabr. orat. dom. tot. tit. extr. de cons. Eccles.* Religiosæ res sunt, quæ priuata alicuius voluntate & facto religioni dicãtur: vt cùm quis mortuum infert in locum suum. *d. l. in tantum. §. religiosum. 3. §. religios. inst. eod.* Sanctæ res sunt, quæ ab iniuria hominum sanctione aliqua muniuntur: propriéque sunt illæ, quæ nec sacræ, nec prophanæ verè dici possunt, sed sanctione & pœnarum terrore à violatione defenduntur. *l. sanctum. 8. vbi Bud. hoc tit. Mac. lib. 3. c. 3.* In hisce autem rebus numerantur Sanctiones legum, *l. sanctio. 41. de pœn. l. sacra. 9. §. propriè. 2. hoc tit.* Muri & Portæ ciuitatum: quia pœna capitis constituta est in eos, qui hæc violant. *d. l. sanctum. d. l. sacra. l. fin. hoc tit.*

3 ¶Humani iuris omnes eæ res esse putantur, quæ plerũque in alicuius sunt bonis, & ad homines pertinent. *l. 1. in prin.* Hæ autem res quæ humani sunt iuris, iterum ita diuiduntur: vt aut Publicæ sint, aut Priuatæ. Publicæ sunt, quæ vel Iure naturali cõmunes sunt omniũ, eóque nullius in bonis esse creduntur: vel Iure gẽtium aut Ciuili publicæ, eóque Imperij & Populi sunt Rom. Priuatæ sunt, quæ ad singulos pertinent. *l. 1. hoc ti.* Et quidem naturali iure communia sunt, Aër, Aqua, quocunque ex loco, siue cœlo, siue terra, siue in flumine, siue in riuõ, aut ex fonte in publicum, *vide quæ dixi ad §. 1. inst. de rer. diuis.* profluẽs: Mare, & per hoc Littora maris: item Lapilli & Gemmæ, cæteráque quæ in mari aut littore inueniuntur. *d. 2. & 3. hoc tit.* Harum rerum vsus Iure naturæ omnibus communis est, atque ita cõmunis, vt vtendo quis proprietatẽ etiam acquirere possit: quomodo in mari inuenta nostra fiunt: *l. item lapilli. 3. h. t.* & ædificio in littore maris posito, soli quoque, cui ædificium impositum est, domini efficimur. *d. l. in tantum. hoc tit.* Publica sunt Iure gentium, ea quorum vsus publicus & communis est, proprietas autem nullius priuati, sed Imperij Rom. de huius enim iure agimus, & eò accommodari diuisiones putandum est: vt Flumina, portus, Ius piscandi, Nauigandi, vsus Riparum, *l. nemo. 4. l. riparum. 5. hoc tit. §. flumina. cum duob. seq. Instit. eod.* &c. quę & proprietate & vsu differunt à communibus. Nam primò Communium proprietas nullius est, prout diximus: Publicarum rerũ proprietas, etsi nullius sit in bonis & patrimonio, *l. sed Celsus. 9. l. littora. de contrah. empt.* tamen ad aliquem populum (vnde & publicæ quasi alicuius populi dicũtur, *in prin. inst. de pub. iud.*) pertinet Iure gentium: puta aut occupatione veteri, qua quisque populus in diuisione gentium vacua occupauit: aut occupatione belli ac victoriæ, qua res gentium victoris populi Romani factæ sunt. *l. 3. Ne quid in loc. pu. l. bona. 15. cum ll. seq. de verb. signif.* Secundò, rerum Communium proprietas acquiri à singulis, vt dictum est, potest, quia nullius est in bonis: res Publicæ acquiri hoc modo per occupationem à singulis non possunt, quia sunt factæ alicuius populi, *d. l. 3. Ne quid in loc. pu. l. quod in littore. 14. de acqu. rer. dom.* cui ius suum auferri nequit. *l. vlt. de pac. l. id quod nostrum. de reg. iur. l. vlt. vbi Ias. numer. 3. 4. C. Si contra vtil. publ.* Vacua enim occupatione quæruntur, non etiam iam alteri quæsita, & publicè priuatéve possessa. *vide quæ dixi in §. 1. & §. feræ. 8. cum seq. Inst. de rer. diuis.* Tertiò, differunt vsu. Nam communium vsus indifferenter omnium est hominum, vt apud Poëtam.

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est. Item:

—Littúsque rogamus
Innocuum & cunctis vndámque aurámque patẽtẽ.

At vsus rerum Publicarum non est omnib. communis, sed alicuius tantùm populi, puta Romani, *l. 2. & l. 3. de fluminib. l. 3. Ne quid in l. pub.* aut cuius res sunt publicæ: cuius populi duntaxat ciues, subditi, & socij his rebus vti possunt. Iure ciuili publica sunt, quæ non ad omnes homines, neque vniuersum populũ regionis, sed aliquam ciuitatem pertinent: vt Theatra, Stadia, & si qua sunt alia communia ciuitatum. *§. riparum. Instit. de rer. diuis.* quæ proculdubio ab vniuersalibus rebus populi, veluti magis speciales distant. Verbi gratia: Theatra vrbis Romæ illius sunt vrbis, & ciuium in illa habitantium, non etiam totius populi Romani per omnes prouincias diffusi: nec contrà publicæ res populi Romani, quæ ad Imperiũ maiestatémque populi pertinẽt, hodie Regalia dicuntur, *in vsib. feud. tit. quæ sint regal.* ad illam Romæ vniuersitatẽ pertinere existimãdæ sunt: maximè tẽpore Iustiniani, quo Imperium & Ius publicum populi ab vrbe Roma erat separatum, & in Thraciam, scilicet Constantinopolim, quæ sedes tum Principum fuit, & noua Roma dicta est, translatum. Res igitur publicæ, & proprietate & vsu, referuntur vniuersaliter ad populum, longè latéque diffusum, & præsertim in iure nostro Rom. ad Imperium pop. Rom. Vniuersitatis verò res, ad ciuitatem, communitatémque certo loco circumscriptam. Ab his autem multum distant res, quæ sunt in publico ciuitatis patrimonio: *vide d. l. sed Celsus. 9. de cont. empt. l. quod in littore. 14. de acquiren. rer. dom.* nam hæ iure priuatorum possidentur, & sunt in dominio reipub. nec vsus earum ad singulos pertinet, sed in repub. patrimonium conuertitur. at res Vniuersitatis, de quibus hîc agimus, propriè nullius sunt in bonis: vsu verò singulis patent. Pleraque verò priuata sunt, hoc est singulorum, quæ variis ex causis, vt traditione, occupatione, vsucapione, cuique acquiruntur. *§. singulorum. Instit. eod. vbi de tota hac materia, vide quæ scripsi.*

4 ¶Tertiò res diuiduntur in Corporales & Incorporales: quarum hæ tantùm intelliguntur, vt sunt quæ in iure consistunt, seruitutes, obligationes, &c. illæ corporaliter existunt, & sub aspectum oculorum sensúmque tactus cadunt: veluti fundus, vestis, homo, aurum, aliæque res innumerabiles. *d. l. 1. §. quædam.* Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res: vt est apud Lucretium. Rerum qualitates vocant I. C. propria & accidentia, quæ sunt extra rerum substantiam: vt quòd res corporales tangi, possideri, detineri, & consequenter vsucapi possint: *l. 3. & tot. tit. de adqu. posses.* Incorporales propriè nec tradantur, *l. seruus. 43. §. incorporales. de acquiren. rer. dom. l. 3. §. si iter. de act. empt. l. si ego. 11. §. 1. de pub. in rem actio.* neque possideantur, *l. sequitur. 4. §. si viam. de vsucap.* nec vsucapiantur: *d. §. si viam. l. seruitutes. 14. de seruit.* quod Corporales diuisionem recipiant, *Instit. de vsu & habi. in princ.* vel natura vel saltem intellectu: *l. Mæuius. 66. §. 1. de leg. 2. in executione. 85. de verbor. obligat.* & aut mobiles sint, aut immobiles, aut mouentes: *l. mouentium. 93. de verbor. signific. in princ. Instit. de vsucap.* Incorporales nec diuidi possint: *l. 2. §. & harum. vbi Ias. num. 2. l. stipulationes. 72. vbi Bart. de verb. oblig. l. viæ. 17. de seruitut.* neque ad numerum mobilium immobiliúmve aggregari, *l. à diuo Pio. 15. §. in venditione. vbi Ias. de re iudi. l. quam Tuberonis. 7. vbi Bart. de pecul.* nisi per interpretationem, cum pro subiecta materia id fieri necesse est: quo casu plerumque pro immobilibus habentur: *l. 2. C. de seruit. vide l. iubemus. 14. vbi Dd. C. de sacros. Eccles. & in l. 1. C. si adners. trans. latè Tiraqu. in retract. lig. glo. 6. & 7. §. 1.* vt & mobilia, quæ vel solo cohærent, velut molendina, *cap. 1. in fin. de feu. cognit. Curt. de feud. parte 1. quæst. 6. Ias. l. quo minus. numer. 120. de fluminib.* fodinæ: *l. 3. §. vlt. de reb. eor. vide Zobell. artic. 31. lib. 1.* vel ad ius Incorporale pertinent, nec per se considerantur, vt res hæreditariæ, *l. 4. vbi Castr. C. in quib. caus. cessat long. temp. præscript. & l. 2. C. de petit. hæred.* fundóve, *l. fundi. 17. de actio. empt. vide tit. de fund. instrum.* aut castro, *c. 1. vbi Bald. Cuiac. & alij. de ca. qui cur. vend.* vt ibi perpetuò sint, *d. l. fundi. & de fund. instruct.* assignatæ. Corporales olim diuidebantur in eas quæ essent Italici iuris & Prouinciales. *in princ. Instit. de vsucap.* & hæ rursus in Stipendiarias Populi & Tributarias Principis. *l. inter. 42. de pact. §. per traditionem. vbi Theop. Instit. de rer. diuis.* Sed hæc discrimina Iustinianus sustulit. *l. vnic. C. de vsucap. transforman. In prin. Instit. de vsucap.*

DE SENATORIBVS Tit. IX. C. 3. 24.

QVOD ad tertium iuris obiectum, videlicet Actiones (quo verbo totum iudiciorum ordinem, quæque in iis disceptantur, comprehendimus, *l. pecuniæ. 178. §. actionis. 2. de verbor. signific. §. final. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.*) attinet, in primis necessarium est, de Generibus, Officio ac Iurisdictione magistratuum, & eorum qui iudiciis præsunt, exponere. Magistratuum Rom. duo sunt præcipuè genera: alij enim Domi, alij Foris rempub. administrabant. Ac domi quidem præcipuam reipub. curam Senatus sustinebat: quem ordinem à Romulo institutum memorant, allectis centum numero ciuibus, qui ad gubernacula ciuitatis sedentes, consilio & authoritate rempub. temperarent, quóque ob reuerentiam Patres, ab ætate Senatores appellauit. *Liui. lib. 1. dec. 1. Dionys. lib. 2. Fenest. de magist. cap. 1. Pom. de magist. cap. 3.* Senatorum triplex erat ordo: alij Patricij, quòd centum illis patribus à Romulo lectis geniti essẽt, nominabantur: alij Conscripti, quia Regum, Coss. Censorum decreto in Senatu adscripti: alij Pedarij, quibus nondum in ordinem relatis, ius dicendæ in Senatu sententiæ non erat: sed tantùm vt pedibus in aliorum irent sententiam, eámque suffragio comprobarent, concessum. *Fen. præal. loc.* Sed hæc discrimina diuturnitate temporis exoleuerunt, omnésque Senatores & Patres conscripti appellati. *Dionys. lib. 2. passim. Cic. Liu. Sallust. &c.* Postea sub Augustis obtinuit, vt tantùm pro senatoribus essent Patricij, hoc est, Principis consiliarij. *§. sed ex nostra Institut. quib. mod. ius patr. po. soluit. l. fin. C. de consul.* Consules & Illustres, horúmque liberi, quòd his tantùm in senatu sententiæ dictio esset, vt testatur Vlp. *l. fin. hoc tit.* nisi is locus à Tribonia. est interpolatus: *Cuiac. in rub. C. de dig. lib. 12.* Ex quo apparet, eius ætate inter Illustres & Clariss. necdum fuisse differentiam, quæ postea secuta est, *Duar. lib. Disput. 2. cap. 1. Ias. in l. 1. de offi. eius cui mand. est iurisdict.*

sed vtroque nomine senatorij ordinis homines fuisse designatos. *l. speciosas. 100. de verb. signif. l. 1. C. de sent. pass.* Id constat, maximam olim Senatus & dignitatē fuisse, quæ liberis vxoribúsque communicabatur, *l. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 12. hoc tit.* & authoritatem: cùm Reges, Dictatores, Coss. & initio etiam Augusti, nihil magni, inconsulto inuitóque Senatu molirentur. Hinc tot orationes Principum in Senatu habitæ, *l. oratio. 16. de spons. l. 3. de donat. inter vir. & vxor. l. cùm hi. 8. de transact. l. 1. de tutor. & curat. dat. l. 1. de feri.* quibus, quod statui cupiebant, id prius Senatui iustum æquúmque esse, persuadere conabantur.

DE OEFICIO CONSVLIS. Tit. X. C. 12. 3.

PRAECIPVAM Romæ fuisse Consularem potestatem, quæ ad exemplum Regiæ dominationis fuit inducta, minimè ambigitur. Exactis enim Regibus, duo Coss. qui reipub. consulerent, creati sunt: penes quos summum imperium atque ius vti esset, lege rogatum est: *l. 2. §. quod ad magist. 8. supr. de orig. iur.* neque quippiam de Regia potestate ademptum, præterquam quòd annuum imperium fuit. Postea paulatim eneruari ea potestas cœpit, primò legibus Valerij Publicolæ: qui ne per omnia Regium imperium sibi Coss. vendicarent, legem tulit, vt ab iis prouocatio esset, néue fas esset in caput ciuis Romani iniussu populi intra fines vrbis animaduertere. *Liu. libro secundo. Dionys. lib. 5. Plut. in vita Publ.* Deinde Tribunitiis intercessionibus, quibus sæpe conatus Coss. retardati, impeditíque sunt. Postremò, occupata tandem ab Imperatoribus repub. cum illi omne ius atque Imperium ad se paulatim traherent, nomen sine viribus, & sola fermè insignia veteris potentiæ Coss. sunt relicta: vt non immeritò Vlpian. *l. vnic. hoc tit.* secundum rationem sui temporis, ea quæ spontaneæ sunt iurisdictionis duntaxat Coss. tribuerit: qui antea domi & foris clauum reipub. tenebant: Officium, inquit, consulis est, consilium præbere manumittere volentibus: id est, cogere ac conuocare iudices ad examinandas manumissionis causas, si opus sit (consilium enim pro conuentu accipitur, *l. si pater. 4. §. final. l. seruus. 6. l. pupillus. 24. de manu. vind. §. eadem lege. Instit. ex quib. caus. manu. non lic.*) atque ita solenniter manumittere.

DE OFFICIO PRÆFECTI Prætorio. Tit. XI. C. 1. 26. 27.

VETERES, vt tradit Ascon. omnem magistratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellauerūt, & tabernaculum eius, Prætorium vnde & aula Principis, qui vt plurimum in exercitu degebat sub pellibus, Prætoriū dicta est: & qui illi præesset, Præfectus prætorio, quē hodie Magistrū Curiæ appellamus *Bud. hîc Alc. ad l. 1. C. de præ. præt. lib. 12.* Hunc magistratum vice Magistri equitū institutum fuisse traditur. Nam cū apud veteres Dictatorib. summa potestas ad tēpus crederetur, & Magistros equitum sibi eligerent, qui associati principali curæ, militiæ gratia, secundam post eos potestatē gererent: regimentis reipub. ad Imperatores perpetuò translatis, ad similitudinem Magistrorum equitum, Præfecti prætorio à Principibus electi sunt, data eis pleniore licentia ad disciplinę publicæ emendationem. His incunabulis Prætorio præfectorū authoritas initiata, in tantum meruit augeri, vt appellari à Præfectis prætorio non posset, nec aduersus illos peti in integrum restitutio; nisi ab ipsis: *l. vnic. h. tit. l. præfecti. 18. de minor. Fene. de magist. cap. 22.* vtque præcipuas Imperij partes gubernarent, nempe Oriētem, Illyricum, Aphricā. *C. tit. de of. præf. Orien. & Aphri. & de off. præf. Illy.* Ac de horum potestate in hanc sententiam Cassiodorus, *li. 6. Epist.* scribit: Potestati Præfecti prętorio nulla dignitas est æqualis: vice sacra, hoc est, Imperatoris, iudicat: nullus ei miles fori authoritate præscribit, excepto officiali Magistro militum. Curiales etiam verberat, in officio suo ius retinet singulare: & talibus tantísque noscitur iubere, quos etiam prouinciarum non auderent iudices in qualibet parte contemnere.

DE OFFICIO PRÆFECTI Vrbi. Tit. XII. C. 1. 28.

HVIVS magistratus origo vetustissima est. Nam & primi Reges cùm domo vnà cum præcipuis magistratibus proficiscerentur, ne Vrbs interea sine imperio esset per id tempus, deligebant aliquem qui ius interim redderet, *l. 2. §. 17. sup. de orig. iur.* ac subditis mederetur. *Tacit. libro quinto.* Hic Præfectus Vrbi dictus est, quòd eius fidei summa rerum vrbanarum esset commissa: *l. 1. vers. cum vrbem. hoc tit.* feruntque, *Tacit. lib. 5.* à Romulo D. patrem Romulium, post abs Tullio Hostilio Numam Marcium, & à Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impositos. Mansit aliquandiu idem mos creandi Præfectos sub Coss. quoties illi foris Rempub. administrabant. Creatis demum Prætoribus, qui ius in vrbe, auocatis bello Coss. redderent, *l. 2. §. cúmque Coss. 15. sup. de orig. iur.* desitum est præfectum creari, nisi quòd eius simulachrum Latinarum feriarum causa durabat. *d. l. 2. §. capta. 17.* Cùm enim ex instituto Tarquinij superbi. *Dionys. lib. 4.* cum populis Latinis ferias, ludos, nundinas, & sacrificia in monte Albano Romani celebrarent, & ea de causa magistratus abessent, relinquebatur Præfectus quasi

quasi custos vrbis, qui domi interim Consulare munus, & Iurisdictionē obiret. *Gell. lib. 4. c. vlt. Tac. præall. loc.* Postea Augustus rerum potitus ad confirmationem Imperij, nouíque reipub. status, præposuit more Regio perpetuum magistratum vrbi, Virum consularem, qui flagitia & motus vrbanos compesceret, résque administraret: quod & Iulium inceptasse Sueton. scribit. Itaque Præfecti vrbis, & quidē perpetuò creari cœperūt. *Tac. lib. 5.* Quanquā autē præcipuè coercendorū vrbanorū criminū gratia Pręfecti cōstituti sunt, tamen progressu tēporis paulatim potestatem ampliauerunt. Nam omnia omnino crimina, nō tantùm ea quæ intra vrbem & cētesimum lapidem admittuntur, verùm ea quoque quæ extra vrbem intra Italiam fiunt, præfectura sibi vindicauit, vt in epistola D. Seueri declaratur: *d. l. 1. in prin.* quod tamen distinctionem recipit. Nam de cōmissis intra centesimū lapidem, Præfecti notio est, & animaduersionis ius: *d. l. 1. §. 1. ver. quicquid & §. fi.* si vltrà egressum est, nequaquam: potest tamē iubere iudicare. *d. l. 1. §. 1. iunc. l. fin.* Deinde ad officium Præfecti pertinet, vt mancipia tueatur aduersus intolerabiles dominorum iniurias, patronorum ius aduersus libertos: curétque vti numularij argentariíque probè se gerāt circa omne negocium suum: *d. l. 1. in princ. § 3. & 4. l. 2.* caro & omnis annona iusto precio prębeatur: quies popularium & disciplina spectaculorum conseruetur: *l. 1. §. fin. vide C. eod.* tutores suspecti, alíique qui deliquerunt, puniantur: *d. l. 1. § 2. & fin. l. 1. de suspect. tutor.* Adiri etiam, in ciuilibus & pecuniariis causis, *d. l. 2.* vt ex Interdictis, *d. l. 1. §. 1. vers. sed & ex interdictis.* potest. Ad præfectum etiam vrbi rediisse omnium potestatum appellationes, refert in Floriano Vopiscus. Cùm igitur tam ampla sit Præfecti vrbi potestas, non mirum est omnibus dignitatibus & magistratibus vrbanis esse maiorem: vt hæc vberius in epistola D. Seueri, cuius quædam capita recenset hic Vlp. *in l. 1.* & aliorum Principum constitutionibus exponuntur. *l. 1. 3. 4. C. eod.*

DE OFFICIO QVÆSTORIS. Tit. XIII. C. 1. 30.

QVI publicæ quærendæ pecuniæ (quæ est neruus, & propemodum ἅμα καὶ ψυχὴ, vt dicitur, ciuitatum) ærarióque præpositi erant, ab officio Quæstores sunt appellati. *l. vnic. versic. & à genere. hoc tit. l. 2. §. deinde. 12. ff. de orig. iur. Fenest. de magist. cap. 3.* Horum creandorum origo antiquissima est. Nam & Romulum, cæterósque Reges, Quæstoribus vsos ferunt: & exactis Regibus, constat creatos esse, qui ad rem pecuniariam administrandam, prædámque in rationes publicas referendam, Imperatores militię comitabantur. *Tac. lib. 11.* Dein gliscentibus negociis, auctó; peculio publico, & Vrbani quæstores lecti sunt, qui in Vrbe ærarium curarent, pecuniarúmque acceptarum & expensarum rationes conficerent: mox stipendiaria facta Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus, plures creati: obtinuítque vt prouincias ad colligendam pecuniam sortirentur; *Cic. in Diuin. in Verr. & Orat. 3. Plut. in Cic. & Cat. & alij alibi.* præter Candidatos Principis: id est, qui aliū longè magistratum obtinebant, *Suet. in Aug. Lamp. in Alex.* ac libris & epistolis Principalibus in Senatu legendis, rescriptis cōficiendis, omníque iurisdictioni Principis nomine exercēdæ, vt nūc qui vocantur Cancellarij, vacabant. *l. 1. §. pen. h. t. vide l. 1. & t. t. C. de off. quæst. l. vlt. C. de diuer. rescr. l. 2. C. de petit. bon. lib. 10. l. 34. 36. C. de app.* Fuerunt & Quæstores rerum Capitaliū, qui, adēpta Coss. lege Valerij iudicandi de capite ciuis Rom. potestate, inquirēdis maleficiis à populo, cùm opus erat, præficiebantur, etsi postmodum perpetuæ quæstiones constitutæ sunt. *Cic. in Brut. Duar. Disput. lib. 1. ca. 48.* Hi & Quęstores Parricidij appellati, quorum & lex 12. Tab. meminit. *d. l. 2. §. deinde cum ærarium.* Parricidij enim vocabulo, omne homicidium vetustas complectebatur. Fuit autem Quæstura primus gradus ad maiores dignitates, *Cic. in Diuin. vbi Ascon.* puta Ædilitatem, Præturam, Consulatum: vt Vlpian. non immeritò, ingressum esse & primordium gerendorum honorum, sententiæque in Senatu dicendę, scriptum reliquerit: *d. l. vnic. §. fin.*

DE OFFICIO PRÆTORUM. Titul. XIIII. C. 1. 39.

CVM Coss. auocarentur bellis finitimis, neque esset qui in ciuitate ius redderet, quippe exolescente Præfectura vrbana, factum est vt Prætor crearetur: qui Vrbanus, quòd in vrbe ius diceret, appellatus est. *l. 2. §. cúmque Coss. 15. supr. de orig. iur.* Prætor dictus est, vel quòd iurisdictioni præesset, vel quia præibat ius populo, quasi Præitor. *Fenest. de Magist. cap. 19.* Penes hunc magistratum fuit omnis Publici Priuatíque iuris potestas, sic vt causas aut cognosceret omnes, aut iis cognoscendis iudices daret: *l. fina. hoc titul.* formulas agendi, iudiciorúmque, postulantibus litigatoribus præscriberet: *not. C. de for. & imp. Cic. in Verrem. & pro Cecin.* quæ voluntariæ habentur iurisdictionis, *l. 1. & 2. hoc titul.* & misti Imperij, *l. 1. cum sequ. infra, de iurisdict.* peræquè atque Consules exequeretur: item adiuuandi, supplendi, emendandi Iuris ciuilis gratia, proponeret Edicta: *Institut. de bonor. possess.* quæ in honorem Prætoris, ius Honorarium sunt vocata. *l. ius autem. 7. §. 1. sup. de iustit. & iure.* Atque hæc quidem Edicta initio pro suo arbitratu, Prætores proponebant: sed cùm hoc improbis magistratibus opportunum nimis videretur ad habendam quæstui

iurisdictionem, lex est à T. Cornelio Tribuno
plebis lata, vt ex Edictis Perpetuis Prætores ius
dicerent, & secundum edicta initio magistratus
proposita perpetuò, hoc est, durante magistra-
tu iudicarent, potestate nouandi corrigendi-
que sublata. *Ascon in orat. Cic. pro Cor. Balb.* Ve-
rùm ne sic quidem satis nundinationibus cupi-
dorum occursum fuisse apparuit, cùm Edicta v-
nà cum magistratu anni spacio expirarent: *Cic.
in Ver. Institut. de perp. & temp. act.* nec successo-
ri quis præire posset: quò minus ei solutum es-
set, prout vellet, Edicta ambigua, distorta & ma-
litiosis obnoxia interpretationibus proponere:
qua in parte insignem artificem fuisse Verrem,
insimulat Cicer. *in act. Verr.* 3. Itaque hisce ma-
lis à bonis I. C. medicina quæri cœpta est. Ac
primò quidem Seruius Sulp. cuius magna laus
extat apud Cic. *in Bruto*. duos libros ad Edictum
conscriptos reliquit, in quos Edicta Prætorum
recta iustáque congessit, & est interpretatus. E-
ius vestigiis insistens Aulus Ofilius, eadem ra-
tione diligenter Edictum composuit, vt qui
vellent Prætores, sua illa industria in iure dicen-
do vterentur. *l. 2. §. Seruius. 22. cum seq. sup. de orig.
iur.* Sed quia horum & authoritas non perinde
valebat apud ambitiosos Prætores, & fortè li-
bri non omnino perfecti existimabantur: id-
eo tandem Saluius Iulianus supremam manum
operi addidit, Edictúmque Perpetuum ordine
pulcherrimo composuit atque emendauit: ex
quo D. Hadrianus, approbante Senatu, post-
ea ius dici voluit, non admissa amplius nouo-
rum edictorum promulgatione. *Eutrop. in vita
Iul. Spart. in Seuer.* Quibus sanè temporibus, in-
ualescente præfectura vrbica, potestas Præto-
rum, vt & reliquorum magistratuum, qui ex
forma liberę olim reipub. supererant, paulatim
eneruata est: vt non immeritò pro sui ratione
temporis voluntariam iurisdictionem tantum-
modo his Iurisconsult. tribuant. *l. 1. & 2. hoc titul.*
quanquam & contentiosam obtinuisse saltem
in ciuilibus Iurisconsult. ætate palam est: *vt tit.
de iurisd. de interd. l. 1. §. 1. de susp. tut.* in criminali-
bus non item: eóque reos atrocium criminum,
ad Præfectum vrbi remittere iubentur. *l. 1. § fi.
l. 2. ff de susp. tutor.*

De numero Prætorum ita memorant: Vnum
initiò Prætorem, & principem quidem, Furium
Camillum creatum: *Liuius dec. 1. lib. 7. in princip.*
post verò, cùm multa peregrinorum turba in vr
bem conflueret, non sufficiente causarum mul-
titudini Prætore, alterum electum, qui inter pe-
regrinos ius diceret, vnde & Peregrinum di-
ctum: captis deinde prouinciis, totidem Præ-
tores, quot prouinciæ in ditionem venerant,
creatos: partim qui vrbanis rebus, partim qui
prouincialibus præessent: progressúque tem-
poris effectum, vt decem interdum & octo Præ-
tores ius in ciuitate dicerent. *d. l. 2. §. capta. 17. de
orig. iur. Fenest. cap.* 19. Omnis autem prætorum
potestas, quæ modò esset in iudiciis, his tribus
verbis, authore Festo, notabatur: Do, DICO,

A ADDICO. Primum, dandi iudicis significabat
potestatem: *l. 1. de iurisdict.* secundum, iuris di-
cendi, & sententiæ ferendæ: tertium, iudica-
ti faciendi, maturandæque executionis. Dicere
enim, propriè ad dictionem sententiæ refertur:
Addicere, est idem dicere, & approbare prio-
rem sententiam exequendo. Nam Prætor exe-
quens suam, vel iudicum à se datorum senten-
tiam, *l. à diuo Pio. 15. in princip. de re iudic.* secun-
dùm eam velut repetitam dabat addicebátque
B rem victori. vnde factum est, vt Addicere idem
quod omni meliore modo alicui tradere, & (vt
ita dicam) solenniter, ac in iure magistratus au-
thoritate appropriare seu mancipare significet.
de in diem addict.

DE OFFICIO PRÆfecti vigilum. Tit. xv.

C. 1. 43.

C

ET suprascripti quidem magistratus inter-
diu ius dicunt: vespertinis temporibus &
noctu eos in publico esse, aut ius dicere incon-
ueniens est. *l. 2. §. deinde. 16. vers. & quia. de o-
rig. iur. §. sedebunt. Nouell. de indic. c. consuluit. 24.
de off. & po. iud. deleg.* Quare eorum vice noctu
extra ordinem præerant vrbi, Quinque olim
viri, & Triumuiri nocturni, arcendis incendiis
D præfecti. Interueniebant nonnunquam & Æ-
diles, Tribuníque plebis: quibus familia publi-
ca circa portas & muros disposita, & familiæ pri-
uatæ mercede conductæ, ad extinguenda in-
cendia præstò erant. Sed postea pluribus vno
die ortis incendiis, Augustus, *Suet. in eius vita,
cap.* 30. septem cohortes opportunis locis con-
stituit, vt binas vrbis regiones vnaquæque co-
hors tueretur: prępositis eis Tribunis, & super
omnes Spectabili viro (quem titulum ad Prę-
E fectos pertinuisse Cassiod. ostendit) qui Pręfe-
ctus vigilum aut etiam Prętor plebis, *Nouell. 13.
de prætor.* deinceps appellabatur. Huius offi-
cium est per totam noctem vigilare, & calcea-
tum armatúmque oberrare, cum hamis & do-
labris, instrumentísque ad extinguenda incen-
dia idoneis: atque omnes inquilinos admone-
re, vt curam adhibeant, ne per negligentiam (vt
fieri solet, *l. si vendita. 11. de per. & com. rei vendi. l.
si seruus. 27. §. si fornacarius. 5. ad l. Aquil.*) incen-
F dij casus oriatur. Pręterea vt aquam vnusquis-
que in suo cœnaculo habeat, iubetur admone-
re. Et quia in eiusmodi tumultu furta & effra-
ctiones fieri solent, *tot. tit. de incend. ruin. nau-
frag.* permissum est, vt non modò de incendia-
riis, sed furibus etiam, effractoribus & capsa-
riis, qui mercede seruanda in balneis vestimen-
ta suscipiunt, *vide Cuiac. Obseruat. libro quinto,
capite* 8. Pręfectus vigilum cognoscat, *l. 3. & 4.
hoc titul.* possítque in eos pro merito animad-
G uertere, vsque ad fustem & flagella: nam si de-
lictum sit atrocius, quàm vt eiuscemodi leui
pœna

pœna vindicari debeat, puta quia dolo malo in-
cendium commissum dicitur, ad ordinariũ ma-
gistratum Pręfectum vrbi, res erit referenda. *l. si.
hoc t. l. vnic. C. eod.* Seruum tamen in facinore de-
prehensum, propter vilitatem personæ, vltimo
supplicio afficere Præfecto vigilum concessum
fuisse, apparet. *l. pen. de cond. caus. dat.*

DE OFFICIO PROCONsulis & Legati. Tit. xvii.

C. 1. 35.

HACTENVS de magistratibus Vrbanis:
nunc de Prouincialibus agamus. Prouin-
cias, quæ antè in Consulares & Prætorias erant
diuisæ, *Cic. Philip.* 1. Augustus alias Senatui po-
pulóque reliquit gubernandas: alias, & quidem
validiores, vt inquit Sueton. suæ curæ reserua-
uit: *Dion, Strabo, Acci. in l. speciosas. 100. de verb.
significat. Suet. in August. capit.* 47. illis præficie-
bantur à Senatu Procoss. cum summo Imperio
hoc est, Consulari, quomodo in libera republ.
antea vsitatum erat: *l. si in aliam. 7, cum ll. seqq.
hoc tit.* quare & Legatis more maiorum vtban-
tur. his ab Imperatoribus Præsides aut Legati
Cæsarum proponebantur, non cum tanta po-
testate, quanta erat Procoss. sed mandatis & di-
plomatis Principum, quibus omnis nimia po-
testas suspecta erat, plerũque coërcita & tempe-
rata. Proconsul primus T. Quintius, Posthumio
Albo & Sp. Furio Coss. bello contra Æquos in-
feliciter gesto, creatus est. *Liui. dec. 1. lib. 3. Fenest.
de Magi. cap.* 11. Propagatis deinde Imperij fi-
nibus, obseruari cœptum, vt quo quique anno
Coss. fuissent, sequente Procoss. remanerent, &
prouincias cum imperio sortirentur: in quibus
plenissimam iurisdictionem habebant, & om-
nium partibus, qui Romæ ius dicunt, vt magi-
stratus, aut extra ordinem iudicant, fungebãtur,
ac merum summúmque secundum Principè im-
perium obtinebant: *l. si in aliam. 7. cum l. sequent.
hoc tit.* Nam & Proconsul inde dictus est, quòd
consulari potestate mittatur, vt pro consule pro-
uinciam administret. Quare & cætera consula-
ria insignia habet, præterquam quòd sex dunta-
xat lictoribus vtatur. *l. penult. hoc tit. Cic. in Verr.
act.* 7. Hanc autem potestatem procoss. extra
suam prouinciam non habet, *l. 1. hoc tit.* quam-
uis voluntariam iurisdictionem expedire pas-
sim non prohibeatur. *Fenest. præall. loco.* nam ma-
numitti apud eum tam liberi, puta filiifam. per
emancipationem, quæ olim manumissionis erat
species, *l. vlt. C. de emancip.* quàm serui, per ma-
numissionem, & adoptiones fieri possunt, sta-
tim quàm vrbem est egressus. *l. 2. hoc tit.* In ipsa
enim vrbe Procoss. magistratus non fungitur,
cùm sit prouincialis: vnde exiens ciuitatem ac-
cipit, ingressus deponit imperium. *l. fin. hoc tit.*
Porrò ingressus prouinciam, mandare iurisdi-
ctionem legato suo de voluntate Senatus ad-

A iuncto *Cuiac. Obseruat. lib. 7. cap.* 21. debet, qui e-
ius vicibus, quando vnus omnia obire nequit,
fungatur: *l. 4. § fin. hoc tit.* & propriam quandam
exerceat iurisdictionem, *l. 4. in princ. infr. de off.
eius. l. legati. 13. verb. nisi (postquam scilicet) à pro-
coss. mandata est iurisdict. hoc titul. Cuiac. præall. lo.
ex l. 2. Quis & à quo appell.* præter gladij potesta-
tem, quæ mandata iurisdictione non transfer-
tur, cùm ea non comprehendatur, sed speciali-
ter ex lege competat, eóque ab ipso Procoss. est
B exercenda: *l. solent. 6. hoc tit.* qui in officio simul
& tota gubernationis ratione, moderatè debet
& prudenter versari: *Cic. epist. ad Quint. fratr.* 1. in-
nocentibus parcere. *d. l. solent. in princ.* inquire-
re in malos: *l. congruit. 13. infr. de off. præsid.* non
summatim & per subscriptionem libelli, causas
litigatorum haudquaquam satis perpensas de-
finire: sed pro qualitate rei propositæ, seria &
momentosa seriò atque cogitatè & solenniter
próque tribunali examinare, facilia verò leuiá-
C que, & quæ expectationem iudicij non ferunt,
sed subito remedio opus habent, expedire de
plano etiam extra tribunal & locum editum iu-
dicij, stans in plano, ac iter faciens, vbicunque o-
pus est: *l. scire. 13. al. 15. de excusat. tut. §. 2. Institut. de
libert. in verb. vel in transitu.* denique in omni-
bus postulationibus modum atque ordinem re-
tinere: *l. nec quicquam. 9. hoc tit.* muneribus, con-
tractibus, præter ea quæ victus quotidiani cau-
sa comparantur, *l. plebiscito. 18. de off. præsid.* ad e-
D uitandam auaritiæ corruptelæque suspicionem,
abstinere. *l. solent. 6. hoc tit.* Xenia tamen, obso-
niáque, quæ hospitibus primùm ingressis bene-
uolentiæ & hospitalitatis ergo dari moris fuit,
neque morosè repudianda, nec ab illo auarè
sunt recipienda: sed, vt dicitur, οὔτε πάντα, οὔτε
πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων: quod in Procoss. &
aliis Præsidibus, qui vice Principis prouincias
obtinent, receptum & vsitatum fuit, & adhuc
etiam hodie vsurpatur: scilicet vt pro felici au-
E spicio inter gratantium voces, tempore (vt vo-
cant) introitus, aliquid xeniolorum summis his
magistratibus publicè offeratur. *l. 1. vbi Dd. C. de
aur. coro. lib.* 10. Cæterùm inferioribus magi-
stratibus, & præsertim iudicibus qui publica sa-
laria habent, non licet à priuatis munuscula pri-
uata accipere, ne esculenta quidem aut pocu-
lenta. *§. penult. in verb. nihil penitùs ab iis accipien-
tes. vbi gl. ad ver. auaritiam. & Bart. Angel. in Au-
then. vt iud. sine quoque suffr. glo. in l. plebiscito.* 18.
F *de off. præs. vide l. 1. & 2. & tot. tit. C. de pœn. iud. qui
mal. iud. Canon in cap. statutum. 11. §. insuper. de re-
scrip. in 6. Coras. in d. l. plebiscito. qui dicit hanc esse
communem. Eodem pertinent præcepta diuina, Exod.
23. Deut. 16. Prouerb. 17. Esa. 1. 5. Eccles. 20. l. vena-
les. 7. C. quan. pro. non est nec.* Cic. in Verrem: O-
mnium rerum turpissimum, maximéque nefa-
rium est, ob rem iudicatam, pecuniam ac-
cipere, precio habere addictam fidem
ac religionem.
G

DE OFFICIO PRÆFECTI Augustalis. Tit. XVII. C. I. 37.

VT Senatus populúsque suis prouinciis præficiebat Procoss. ita Augusti in suas pari potestate Præsidem mittebant: atque is quidem, qui Ægypto præficiebatur, Præfectus Augustalis est appellatus. Augustus enim Imperator Ægyptum, quam primus in formam prouinciæ redegit, à cæteris prouinciis segregauit, propriámque sibi seruauit: prohibēs Procoss. aut vllum Senatorem, equitémue illustri dignitate functum, eā sine suo permissu ingredi: veritus, authore. Tac. *lib.* II. ne fame vrgeret Italiam quisquis eam prouinciā, claustráque terræ ac maris, quamuis leui præsidio aduersus ingentes exercitus, insedisset. Lege igitur lata constituit, vt ad similitudinem Procoss. mitteretur ab Augusto Eques Romanus in AEgyptum, qui nomine Cæsaris prouinciam gubernaret. Hinc præfectus Augustalis peculiari nomine dictus: vel quia Augustali, hoc est, prætorio in Aegypto præfectus erat. *l. 2. eod. tit.*

DE OFFICIO PRÆsidis. Tit. XVIII. C. I. 40.

NOMEN Præsidis generale est, eo quòd & Procoss. qui à Senatu in prouincias mittebantur, & Legati Cæsaris, quos Augusti suis prouinciis præficiebant, & omnes denique prouincias regentes (licet Senatores sint) præsides appellantur. *l.* 1. *hoc tit.* Præses enim à præsidendo fit, quod latè patet: at Proconsul dici nequit, nisi qui vice Consulis amandatur. *d. leg.* 1. *in fin. l.* 1. *C. de off. præf. præt. Aphr.* Præses maius imperium vniuersis post. Principem in prouincia habet. *l.* 3. *hoc titul.* & de omnibus causis, de quibus vel Præfectus vrbi, vel Prætorio, itémque Coss. ac Prætores cæterique Romæ cognoscunt, rectorum & præsidium in prouincia notio est, *l. de omnibus.* 10. *hoc tit. cum l. seq.* omniúmque Romæ magistratuum vice & officio funguntur: vnde & Prouincialia Edicta exemplo prætoris constat ab iis proposita, ad quæ commentaria I. C. scripserint. *leg.* 1. *de alien. ind. mut. caus. l.* 4. *de iudic.* Minorem tamen, aut certè restrictiorem fuisse præsidum quàm Procoss. potestatem, paulò antè dictum est. *ad tit. de off. Procoss.* nam vt alia taceam, deportandi ius non habuerunt Præsides, quod Procoss. pro summi imperij iure, velut præfecto vrbi permissum fuisse, consentaneum est: *l.* 2. *§. fin. de pœn.* item, Legato cognitionem suspecti tutoris mandare Præses non poterat: *leg.* 1. *§. suspecti. ad S. C. Turpill.* Proconsul velut summus & liberior magistratus potuit. *l.* 1. *§. damus. ff. de susp. tutor. §.* 1. *Instit. de susp. tutor.* Nam hic Legatum, ex S. C. habebat, & ei iurisdictionem omnem, atque ideo hanc quoque ex lege, *Instit. de susp. tutor. in princ.* mandare poterat: Præses Legatum non habebat, *Gouean. in l.* 1. *de iurisdict. No.* 8. *in fin.* cùm ipse Legatus esset Cæsaris. Itaque nulla hic fit in titulo Legati mentio, vt in superiore, de Off. proconf. & lega. sed tantùm iudicis in causas singulas dandi ius habebat. *l. cum prætor.* 12. *de iudic. l.* 2. *C. de pedan. iudic.* qua delegatione cum non transferatur iurisdictio, multo minus suspecti cognitio potuit transferri. *vide quæ dixi in Instit. tit. de suspect. tutor.* Ex quo & similibus multis intelligi licet, Præsidis nomen generale quamuis sit, tamen propriè accipi hoc in titulo & alibi pro Legato & vicario Cæsaris in prouinciam misso, cuius magistratus & officium à Proconsulatu sit separatum, *l.* 1. *C. de off. præfec. præt. Aphr. tot. tit. C. de off. rect. pro.* quemadmodum & hic diuerso titulo ab illo est deiunctum. Ac circa ætatem Iustin. diminuta in dies magis Præsidum potestas, & longè infra Proconsularem potestatem deiecta fuisse videtur: quemadmodum & ipsæ prouinciæ nouis diuisionibus plures quidem, sed minores factæ sunt. Desitum est enim recta à Præsidibus ad Imperatorem iri, interiectis Præfectis prætorio Aphricæ, Orientis, Illyrici: quibus Præsides parêre coguntur. *tot. titul. C. de off. præfec. Aphr. l. in officiales.* 4. *l. qui ordinariam.* 7. *C. de off. rect. pro.* Officium autem Præsidis est, curare vt pacata sit & quieta prouincia, & ab hominibus malis repurgetur: *l.* 3. *l. congruit.* 13. *hoc tit.* néue illicitas exactiones prouinciales perpetiantur, præsertim à potentioribus: *l. illicitas.* 6. *hoc tit.* humiliores ab iniuriis defendere: calumniis obstruere aures: *dict. l. illicitas. §. ne potentiores.* 2. licitarum negociationum vsum cuilibet concedere, perniciosarum nemini: *d. l.* 6. §. 4. *eod.* in iure reddēdo ita se gerere, vt neque nimia in adeundo asperitate difficilem, neque contrà immodica familiaritate contemptibilem sese præbeat. Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur: hinc mandatis adiicitur: *de quibus in Authen. de mand. princ. & quæ dixi in l. vnic. C. eodem tit.* Ne Præsides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. *leg. obseruandum.* 19. Sed & in cognoscendo neque excandescere aduersus eos quos malos putat, neque precibus calumniosorum illachrymari oportet. Id enim non est constantis & recti iudicis, morbum animi vultu prodere: & in summa, ita ius reddere debet, vt authoritatem dignitatis ingenio augeat: *d. l. obseruandum. hoc tit.* inque iudicando magis spectet quid fieri debeat, quàm quid ab aliis vsitatum sit. *l. sed licet.* 12. *hoc tit.* Non enim exemplis, sed legibus est. *l. nemo.* 13. *C. de senten. & interloc. omn. iudic.* iudicandum. Porro munera capere, nisi esculentum poculentúmue, quod intra dies proximos prodigatur, *l. plebiscito.* 18. *hoc tit.* aut fines prouinciæ suæ egredi, ne ea rectore careat, fas non est. *l. illud.* 15. *eo.*

De

De suis quoque causis ad euitandam suspicionem parcissimè ius dici sinet: & hactenus tantùm, vt si quid inuito accidat, veluti si iniuriam aut furtum passus sit, litem cōtestetur, causa post depositum magistratum examinanda, *l. Senatusconsulto.* 16. *h. tit.* vt putatur S. C. cautum: quanquam & aliter illud accipi potest: scilicet ne in vrbe, nisi parcissimè, & quo ad constitutionem, ius dicatur de Præsidum, & eorum qui hos comitantur, causis: ne videlicet absentia iusta, & reip. causa suscepta, præsentibus vel absentibus fraudi sit. Sunt & alia constitutionibus Principum addita, vt ne contrahant, *l. vnic. C. de contract. iud.* & similia: *tot. ti. C. de omn. iudic.* de quibus etiam suprà ad ti. de off. Proconf. est dictum. Quæ omnia mandatis & diplomatis Impp. caueri comprehendíque, atque ita Præsidum potestas magis quā Procoss. adstringi solet: *in Auth. de man. princ. vide C. de offic. rect. pro. cum multis. §§. sequens.* prout superius est expositum.

DE OFFICIO PROCVratoris Cæsaris, vel rationalis. Tit. XIX.

IN libera Repub. penes Quæstores erat cura quærendæ, seruandæ, atque expendendæ pecuniæ publicæ: sub Augustis, vt alia multa, sic & hoc innouatum, constitutíque Procuratores Cæsaris siue Rationales: quorum partim ærarium populi, quod postea Principis fiscus fuit, partim patrimonium eius priuatum curarent. Quamuis autem promiscuè & Procuratores & rationales appellentur: *l. fin. C. si aduers. fisc. l. ad fiscum. C. vbi caus. fisc.* tamen qui fisco præsunt, *Gouean. lib.* 2. *de iurisdict.* in vrbe, Præfecti ærario dicuntur: qui in prouincias mittuntur, propriè dicuntur Procuratores Cæsaris, *l. si procurator. §. l. ne procuratores.* 30. *de iur. fisc. l. vniuersi. C. vbi caus. fisc.* vel reipub. aut rationales summæ rei: *l. dominicis.* 7. *C. vbi caus. fisc.* qui priuatarū rerum curam gerunt, Rationales rei priuatæ, *l. vniuersi.* 4. *C. de fund. rei pri. lib.* 11. aut Rationales tantùm, *l.* 2. *C. de mand. mulct.* aut Comites rerum priuatarum Sacri palatij, sacríque Patrimonij, *tot. titul. C. de off. com. rer. priu.* aut Palatini, *tot. tit. C. de offic. com. sacr. pal.* aut Dispensatores, Actores, Curatores rerum Cæsaris, *l.* 2. *C. si aduers. fisc. l. final. hoc titul.* Alij, *Alex. in d. l. vniuers. Baro hic ad rubr.* contra malunt, Rationalem publicis rebus, Procuratorem priuatis præesse: quod ego in medium relinquo. nam Rationalis nomen commune fuisse tandem, apparet ex Capitol. Lamprid. & aliis. Nostri autem consulti, *d. l. si procurator. d. l. ne procuratores.* qui castius locuti sunt, eum qui publicum fiscum curaret, Procuratorem Cæsaris, nusquam (quod sciam) Rationalem dixerunt: atque ipsum sanè rationis nomen magis ad causam priuatam pertinet, quàm publicam. Horum potestas sub Claudio vires sumpsit, qui illos adæquauit legibus, vt quicquid statuissent, esset ratum, perinde atque ab ipso foret constitutum. *Tac. libro* 12. quo tamen non existimandum est, iis permissum, vt deteriorem rem Cæsaris facere possint. *l.* 1. *hoc titul.* Præcipuum officium Procuratorum est, cogere pecuniam principis, siue ex hæreditate, siue delicto, siue aliunde debitam: ac si de eiusmodi rebus oriatur controuersia, eorum est notio, vt inter Cæsarem & priuatos iudicent: *tot. titul. vbi caus. fisc.* quæ iurisdictio ne à Præsidibus quidem prouinciarum interpellari potest. *d. l. nec quicquam. sup. de offic. proconf. l.* 2. *C. de offic. com. sacr. pal.* Etsi autem notionem habent procuratores, imperij tamen potestate destituuntur: vnde ius deportandi, pœnæ constituendæ, *l. fin. hoc titul.* mulctæ dicendæ, *l.* 2. *C. de mod. mulct.* restituendi in integrum, *l.* 2. *C. si aduers. fisc.* nullum obtinent.

DE OFFICIO IVRIDIci Alexandriæ. Tit. XX. C. I. 56.

ETSI in prouinciarum administratione moris erat à Præside vel eius legato iudices dari, qui de causis singulis cognoscerent: tamen peculiariter Alexandriæ, potentissimæ Ægypti ciuitati, & munitionibus portubúsque opportunissimæ, ab Augusto iudex peculiaris est præfectus, penes quem legis esset actio, & ordinarius magistratus: adeò vt ea quæ Imperij esse videntur, vt dare tutores, exequi posset: *l.* 1. *& 2. hoc tit. l. vnic. C. eod.* siue quia indulgere Alexandrinis hanc libertatem voluit, vt sub iuridico liberius viuerent: nam & postea ius Buleutarium, id est, creandorum decurionum, à Seuero impetrarunt: *Spart. in Seuero.* siue, quod verisimilius est, & in quo secutum Alexandri consilia Arrianus author est, quia tutum non credidit vnius Præfecti fidei tam munitum regnum, támque præpotentem, *Cicero de l. Agrar. fac. quod tradit Suet. in Cæsare, cap.* 35. ciuitatem committere. Itaque præfecto Ægypti velut speculatorem apposuit Iuridicum: quietsi minor esset, tamen amoueri à Præfecto non poterat, *l. pen. C. de offic. præ. August.* & ad exploranda eius consilia erat in primis opportunus.

DE OFFICIO EIVS cui mandata est Iuridictio. Tit. XXI. C. I. 50.

1 *Quid sit propriè, mandare iurisdictionē.*
2 *Quæ, mandata iurisdictione, non transeant.*

3 *Cur merum imperium non transeat.*
4 *Quæ transeant.*
5 *Quare, mandatam iurisdictionem habens, mandare eam nequeat.*

1 QVIA magistratus vel propter occupationes publicas, vel ob causarum multitudinem & varietatem, omnibus sufficere nequeũt, mandare aliis iurisdictionem solent, *l. solet. 16. infra de iurisd. om. iud.* vel in vniuersum, vt Procoss. Legatis: *l. 4. cum seq. §. de off. proconsl. l. 1. §. fin. quis & à quib. appell.* vel etiam vnam aliquam iurisdictionis speciem. *l. 1. vers. & si à familia. hoc tit. d. l. solet. l. prætor. 17. de iurisdict. &c.* quod Præsidibus qui Legato destituerentur, permissum non fuit, etiamsi iudices dare potuerint: *l. cum prætor. 12. de iud. l. 2. 3. 4. C. de ped. iud.* qui distant ab eo cui iurisdictio mandatur. *Cuiac. & Gouea. in mat. iurisc. com.* quanquam & his quoque ex causa Vicem gerentes tanquã legati à Principe vel præfectis prætorio adiungebantur, *l. 1. & 2. C. de offic. eius qui vic. rec.* quibus administratio iurisdictionis mandaretur, & ad leuiora disceptanda ipsi eiusmodi vniuersalem iudicem pedaneum eligere potuerunt. *l. vltim. C. de peda. iud. vbi dixi.* Itaque post exposita magistratuũ genera, cõsequẽs fuit explicare, quatenus iurisdictio mãdari possit, & quod sit eius cui mãdata ea est, officiũ.

2 ¶ Ac de iis quidem quæ mandata iurisdictione non transferuntur, prodita est regula, Quæcunque specialiter (hoc est, nominatim & designatè, *l. aut damnum. 8. §. 3. de pœn. l. neque mater. C. de iur. dot. l. 1. §. inter filium. 4. & l. D. Claudius. 15. ad l. Corn. de fals. l. quæro. 39. de act. empt. l. sed etsi. 4. §. quæsitum. si quis caut.*) lege, vel S. C. vel constitutione Principum tribuuntur, ea mãdata iurisdictione (cui non insunt quæ specialiter à lege tribuuntur) non trãsferri. *l. 1. in princ. h. tit.* Si enim fines priuatorum mandatorum diligenter custodiendi sunt, *l. 5. mand. l. cum mandati. 12. C. eod.* & qui hoc expediendum suscepit, alteri delegare vices suas nequit: *l. 2. si pens. fals. mod.* quantò religiosiùs præscripto legis, Principisue, ex certa causa aliquid specialiter mãdantis, est parendũ?

3 ¶ Vnde Merum imperium, & Ius gladij, quod lege dari solet, mandata iurisdictione non transit. S. C. enim, aut lege iussúve populi, magistratibus quæstiones publicorum iudiciorum exercendæ mandabantur, quanquam postea sub Augustis diplomate principali certis magistratibus, vt Præfecto vrbi, attribui cœperunt. Non igitur mandata iurisdictione transferuntur: quia nec hac continentur, sed ab ea res sunt planè separatæ ac diuersæ: quippe quæ non vi iurisdictionis, sed ex speciali priuilegio competant. *l. 1. hoc titul. l. 3. §. de iurisdict.* ex separatis autem nulla fit rectè illatio: *l. Papinianus 20. de minoribus.* nec † quod in genere non est, mandato genere transire dicendum est. Quinetiam ne specialiter quidem delegari, extra casum necessitatis, *l. 1. hoc titul. l. nemo. 71. de reg. iuris. vi de l. 2. C. de*

A *ped. iud.* ius gladij potest, *l. solent. 6. de off. procoss. vide §. de iurisdict.* quia iure priuilegij personalis competit: quæ autem sunt eiusmodi, transferri in alterum non possunt, *l. 1. de constitut. Prin. l. ea quæ. ad municip. Bart. in l. etiam. de iureiur. per l. ex pluribus. 42. al. 43. de adm. tut. l. cerdonem. 42. de op. lib. l. non solum. 67. §. si pupillæ. de ritu nup. Tiraqu. de relig. §. 26. glo. 1. num. 58.* Quod & hodie, quamuis specialiter dari exercitium publicorum iudiciorum desitum est, obtinere meritò quis dixerit, quia tanti momenti res, quæ & speciem summi Imperij repræsentat, & in qua plurimorum salus vertitur, nõ debet leuiter ab eo transferri, cui propter industriam, virtutísque & iustitiæ opinionem, est commissa. Quanquam communiter receptum sit hodie, etiam hanc partem gubernationis delegari posse: scilicet quòd non ex speciali priuilegio amplius, sed vna cum iurisdictione detur, *Gl. & Dd. præsertim Soci. in cap. quod sedem. 10. de off. ordin. Socin. in tract. cita. art. 4.*

B *num. 4. Dd. hic. Dec. & Cag. in l. nemo. 71. de regu. iuris.* & transeat. Eodem modo cætera, quæ Meri quidem Imperij non sunt, nominatim tamen magistratui iniunguntur, mandari nequeunt. *l. cum hi. 8. §. si prætor. 10. de transact. l. 1. §. abolitio. 4. ad S. C. Turpill.* Vnde quamuis mandata iurisdictione, non tamen potest legatus cõcilium exercere, *l. 2. hoc tit.* hoc est, conuentum iudicum habere: siue quia id fieri non solet, nisi in causis specialiter religioni ordinarij magistratus commissis, *l. 1. de reb. eor. l. 1. C. de præd. min.* siue quòd speciem præ se ferat summi Imperij, *l. vnic. in auth. officium consulis. hoc tit. summi magistratus est præbere consilium de offic. cons.* quod penès solum Proconsulem residere debet. Excipiuntur ab hac regula, quæ lex vel constitutio excipit. Exẽpli causa: quamuis datio tutoris mandari nequit, *l. nec mandante. 8. de tut. & curat. dat. ab his.* quia eam nemo habet nisi ex speciali concessione, *l. 6. §. penult. de tut.* tamen Legatus ex oratione Diui Marci tutorem dare potest, *l. 1. de tut. & curat. l. pen. §. de off. procons.* item ex constitutione Seueri & Antonini de suspecto tutore cognoscere: *l. 4. in princ. hoc titul.* Idque propter vtilitatem introductum est, ne dum Proconsuli nõ vacat cognoscere, res pupilli deserta, pessum eat. Consimilis vtilitas, vel necessitas potiùs, exercendæ iurisdictionis suasit, vt quæ iurisdictioni cohærent imperia, & sine quibus exerceri ea nequit, mandata iurisdictione vnà transferantur. *l. 1. §. fin. hoc titul.* vt est modica correctio, sine qua iurisdictio nulla est. *l. fin. h. tit.* Potest & ex alia iusta causa harum rerum delegatio fieri: vt cum Procos. proficisci habet necesse, aut alio iusto impedimento necessitatéve aliqua impeditur, quominùs his rebus operam dare possit. *l. 1. §. 1. vbi Dd. hoc titul. vide omnino l. 2. & quæ ibi dixi. C. de ped. iudicib.* Necessitas enim non habet legem, vt vulgò loquuntur. *l. 5. §. si quis rimos. de noui oper. nunc.*

C Cætera quæ iure magistratus competunt veniúntque more maiorũ ex natura ipsius officij, sine

sine vlla speciali lege, aut principis delegatione, mandari possunt, *l. 1. in prin. hoc tit.* exemplo aliarum rerum quæ nobis iure nostro competunt: vt iurisdictio, *l. 1. in fin.* quæ vi functionis ordinarij magistratus competit: item quæ Mixti sunt imperij (quicquid Dd. contrà disputent) & iure magistratus ad prætorem præsidémue pertinent *l. 4. §. fin.* Et hæc quidem aut mandari, aut

3 non mandari possunt. Qui † verò mandatam iurisdictionem suscipit, cum proprij nihil habeat, sed eius qui mandauit iurisdictione vtatur, B *l. 1. §. fin.* etiamsi Prætor sit qui alienã iurisdictionem exequitur, *l. 3. h. t.* mandare eam alteri non potest. *l. fin. hoc tit.* eadem ratione qua specialiter à lege mandata transferri non posse diximus. Electa est enim personæ industria & fides.

DE OFFICIO ASSESSORUM. Tit. XXII.
C. 1. 51.

FVIT & illud in more positum Romanis, vt Præsides, aliiéque magistratus prouinciales, qui, velut est apud Lampridium, sibi Iurisperitos adsciscerent, quorum consiliis & operis in exercenda iurisdictione commodum vterentur: qui causas cognoscerent, postulationes litigantium audirent, decreta & interlocutiones inter litigantes facerent, epistolas Principum exciperent de iure scriptas: quorum vicem apud Sax. qui Scabini vocantur, propemodum A videntur obtinere. *Land. lib. 3. artic. 26. Reinh. diff. 52.* Paulus, *l. 1. hoc tit.* Omne, inquit officium Assessorum (sic enim vocantur, propterea quòd iudicibus assideant) quorum iuris studiosi partibus funguntur, in his fermè causis constat: in Cognitionibus, Postulationibus, Libellis, Edictis, Decretis, Epistolis. Hæc enim cognitionem prudentiámque consiliariorum consultorumque maximè flagitant. Hi suo nomine nihil agunt, adeò vt ne libellis quidem subscribere possint: *l. 2. C. eod.* tantùm consilium suggerunt iudicanti, vnde Consiliarij appellantur. *l. 5. hoc tit. l. 3. C. eod.* quod quidem consilium, si prauum iniquumque fuerit, consultori erit pessimum: non enim modò doli, sed imperitiæ quoque nomine, propter temere arrogatam sibi iuris professionem, assessores tenentur. *l. 2. §. quod quis. iur.* Solent etiam his Præsides aliò proficiscentes, causas interdum delegare: *Alc. Par. lib. 2. cap. 41.* quod cùm fit, non Assessorum, sed C Pedaneorum iudicum vice, mandata iurisdictione funguntur. His in authoramentum laboris & industriæ, & quò facilius alienis manus abstinerent, de publico salarium Alexander constituit: *l. 4. l. fin. hoc tit. Lamprid. in eius vita.* etsi dicere solet eos promouendos, qui per se Rempub. gerere possint, non per assessores. *Lamp. ibid.* quod tamen nec ipse fecit, nec alij præstantissimi Duces & Imperatores. Nam quò magis abundarunt sapientia, eò minus sibi tribuentes, pluribus consiliariis vsi sunt *Lamprid. in vit. Alex. Spart. in Adriano.*

Digest. Lib. II.

DE IVRISDICTIONE Tit. I.
C. 3. 13.

1 *Continuatio.*
2 *Quid significet iurisdictio.*
3 *Quid sit.*
4 *Propria.*
5 *Species.*
6 *Quid sit merũ imperiũ: & quot ei gradũ*
7 *Quid mixtum.*
8 *De iurisdictione, & aliis eius speciebus.*
9 *Causa efficiens: qui iurisdictionẽ dare possint.*
10 *Materia in qua & circa quam.*
11 *Quæ mandari in iurisdictione possint, vel non.*
12 *Forma exercendæ, præscribendæ, probandæ iurisdictionis.*
13 *Finis & effectus, de actione huius edicti: cui, contra quem, ad quid detur.*
14 *Quomodo finiatur.*

1 ABSOLVTIS Iurisprudentiæ principiis, & officiis omniũ magistratuũ vtcũque delineatis iã ad explicationem Iudiciorũ, in quibus ius omne verti diximus, veniendũ est. In iudiciis autem omnibus primò quæritur de Iurisdictione, seu de cõpetente iudice: *tot. tit. C. de iurisd. & for. cõp.* ne scilicet si incompetens adeatur, ad nihilũ tota recidat actio. *tot. tit. C. si à nõ comp. iud. vide Dd. in l. fin. C. de except. & in l. quidam. 57. de re iudicata.*

¶ Iurisdictionis vocabulum, quin à iure dicendo sumptum sit, dubium non habet. Vt autem ius dicere non quilibet iudices, sed maiores tantum magistratus, qui pro tribunali statis temporibus more maiorum cognoscunt, signatè perhibentur: *l. penul. sup. de iust. & iure. l. 4. de inter. act. l. vnic. C. ne quis in sua cau.* ita Iurisdictio id propriè munus significat, quod magistratus eiusmodi iure suæ potestatis ordinario gerit & exercet, *Fas. hic in rub. & in l. qui iurisdictioni. num. 10. hoc tit. l. 1. & tot. hoc tit. l. 4. §. fin. &*

Solent. de off. procons. tot. tit. de off. iu. Alex. ἀναλάτυ tamen etiam pro omnimoda Iurisdictione, puta pro Mero & Mixto Imperio capitur: l. 1. verb. iurisdictionem mandant. de off. eius cui mand. est iur. glo. ad verb. iurisd. in §. oportet. de defenso. ciuit. in Auth. item pro Iurisdictione delegata. l. si idem. 11. h. t.

3 ¶ Iurisdictionem sic definit Bart. l. 1. num. 3. hoc tit. post gloss. vt sit Potestas de iure Publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ. vide de hac Class. Olden. & latè Gouea. de iurisd. Baldus in c. ad hoc. num. 4. de allod. l. notionem. 99. de verb. signif. l. 5. l. 57. de iud. ita: Iurisdictio prout est in sua substantia, quæ habitus vocatur, est potestas plectendi, decernendi, & ius dicendi, iure publico propter bonum publicum introducta principaliter: secundariò verò ob bonum priuatum: prout autem inest Magistratui, est regētis magistratus officium, quod in actu, habitúque consistit. Mihi nō libet in has descriptiones inquirere, quæ foro quidem nostro, rebúsque præsentibus magis quàm sententiæ Iurisconf. & huius tituli argumēto vidētur accommodatæ. Itaque sic malo: Iurisdictio est publica cognoscendi de causis potestas, seu notio & definitio causarum, quam magistratus ex ordinario officij sui iure atque munere habet, exercet & mandat. Porrò Vlp. in l. 3. hoc tit. cum ait, Iurisdictionem etiam esse iudicis dandi licentiam, non definire iurisdictionem voluisse, sed potestatem dandi iudicis, quæ est Mixti cæteroquin Imperij, iuridictioni inclusisse videtur. vt in l. cum prætor. 12. de iudic. vers. propter vim imperij. Ac hæc quidem temporibus Iurisconf. conueniunt, qui propriè sic iurisdictionem ad ius dicentem magistratum retulerunt. Sed hodie discrimine illo magistratuū sublato, latiore significatu, vt antè dictum est, hoc nomen vsurpatur.

4 ¶ Propria iurisdictionis sunt, esse ius incorporale, Bald. consi. 161. proponebatur. vol. 3. & in c. ad hoc. num. 4. de allod. Indiuiduum, gl. in c. prudentiā. ad verb. teneatur. vbi Panor. nu. 12. Imol. num. 7. & 12. de off. iud. delega. Bart. in l. fin. num. 3. de rer. diuis. & in l. si vni. nu. 8. de re iud. Bal. in c. 1. §. præterea. num. 3. de proh. feud. alie. per Feder. Transmissibile, c. per venerabilem. de Elect. Bal. l. 1. C. de eman. lib. l. mand. C. mand. l. 1. C. de oper. lib. Bar. l. non ambigitur. de legib. Boer. dec. 204. in fin. Perpetuum, Bald. in l. 1. C. de emanc. lib. vide Bart. in l. non ambigitur. de legib. Iuris publici, Bald. in d. c. 1. §. ad hoc. nu. 2. de allo. per l. 1. §. huius study. verb. publicū quod ad magistratus. de iust. & iur. l. si id quod. 7. hoc tit. quod inter res soli quadam interpretatione reputetur. c. licet. 9. de prob. vbi gl. ad verb. vti possid.

5 ¶ Species omnimodæ iurisdictionis hodie traduntur tres: Imperium Merum, Imperium Mixtum, & Iurisdictio Simplex. vide Dd. in l. 3. hoc tit. Sed olim merum imperium, quod & nomen indicat, res erat secreta à iurisdictione: Cic. in epist. ad Qu. frat. quia nō iure magistratus, sed ex speciali populi concessu, & quodam quasi priuilegio dabatur: quare nec mandata iurisdictione transibat. lege 1. & tot. titul. de offic. eius cui mandat. lege. 4. & 6. de offic. proconsulis.

¶ Merum imperium est, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos: quod etiam Potestas appellatur. l. 3. hoc tit. l. potestatis. 215. de verb. signif. l. nemo. 70. de regul. iur. Huius imperij sex gradus Dd. Bart. num. 6. Ias. num. 24. in d. l. 3. faciunt, quos studiosis considerandos relinquo. 6

¶ Mixtum imperium est, cui etiam iurisdictio inest: l. 3. h. t. hoc est, quātum arbitror, quod permixtum est iurisdictioni, & competit magistratui ordinario, seu curuli qui iurisdictionem habet, l. 4. hoc tit. & pro tribunali cognoscit: vnde & mandata iurisdictione transfertur. l. vlt. de off. eius cui mand. est iurisd. Dicitur autem imperium potius quàm Iurisdictio: quia non in iure dicendo, sed in exequendo, imperando, iubendo, versatur. l. 1. & 4. hoc tit. Cum autem magistratus non iubeat, neque exequatur citra causæ cognitionem: l. ne quicquam. 9. §. vbi decretum. de off. procos. vbi Bart. & Ias l. nec ei. 17. de adop. l. verū. 11. §. sciendum. de minor. l. à diuo Pio. 15. §. si super de re iud. ideo & Iurisdictionem illi imperio inesse rectè dicitur, l. 3. hoc tit. vt qui habeat Mixtum imperium, intelligi debeat & Iurisdictionem habere, & iudicis dandi licentiam: l. 3. hoc tit. contrà, penes quem est ordinaria superior, de qua dictum est, Iurisdictio, is etiam Imperium mixtum habere videatur: l. 4. hoc tit. quia sine coerctione, & imperio ac potestate iubendi, mittendi in possessionem, dandi iudicis, coercendi, &c. explicari iurisdictio nequit. l. 2. hoc tit. iunct. l. vlt. de off. eius cui mand. est iurisd. Bart. in d. l. 3. num. 15. ad vsum sui temporis omnia accommodans, quando veteres illæ magistratuum distinctiones atque ordines vnà cum rep. Ro. interierunt, Mixtum imperium ita definit: vt sit Iurisdictio quæ officio iudicis nobili expediatur, priuatam vtilitatem respiciens. 7

¶ Et ab hoc Iurisdictionē ita distinguit, vt iurisdictio sit, quæ officio iudicis mercenario, non nobili, velut Imperium mixtum expediatur, priuatam vtilitatem respiciens. Bart. in d. l. 3. num. 23. Sunt & aliæ iurisdictionis diuisiones passim traditæ: alia enim dicitur esse Voluntaria, alia Contentiosa. l. 1. vbi gloss. ad verb. consilium. de off. cons. l. 1. vbi gl. de off. prætor. Spec. tit. de fer. §. sequitur. num. 7. Marant. part. iud. 4. distin. 17. num. 62. quibus Baldus in l. 1. C. de emanc. liber. tertiam speciem, nempe Statutariam adiicit: alia Ordinaria, alia Delegata, Spec. de iurisd. iur. extr. de off. ordina. item de off. iud. de. quæ etiam Data, l. 2. hoc tit. seu Mandata, l. 6. hoc tit. appellatur. alia Consensu partium prorogata. l. 1. C. de iurisd. l. 1. & 2. de iud. l. si qui ex consensu. 8. C. de epis. aud. l. inter. 28. ad municipa. c. 1. vbi gl. de off. delega. vide Dd. in l. si conuenerit. hoc tit. 8

¶ Quod ad causam efficientem attinet, Bartol. post gl. in l. & quia. hoc tit. idem Inno. in c. Ecclesiarum. de off. ordin. & not. in c. 2. Ne præla. vices suas. Spec de iurisdict. &c. ait, omnem iurisdictionem dari vel per Legem, vel per Populum, vel 9

per Consuetudinem. Legis & populi ius, Princeps hodie ad se transtulit, l. 1. de const. Prin. l. 1. cum seq. C. de legib. penes quem dicitur esse omnis iurisdictio: & ab eo velut perenni fonte, in reliquos magistratus inferiores dimanare. leg. 1. & tot. tit. ad Iul. de amb. §. interim. in auth. de defens. ciuitat. Bald. consil. 161. proponebatur. vol. 3. Consuetudine quoque Iurisdictio quæritur, l. more. 5. vbi gl. & Dd. hoc tit. l. viros. 8. C. de diuer. off. lib. 12. l. fin. vbi gl. de aq. pluui. arcen gl. in l. 2. ad verb. ex lege. quod cuiusq. vniuers. per l. 1. vbi Bal. & l. fin. C. de emancip. Inno. in c. Ecclesiarum. de off. ord. c. 2. Ne præla. vices suas. vide Spec. de iurisdict. omn. iudic. & præscriptione: d. l. viros. 8. C. de diuers. off. lib. 12. Ias. latissimè post alios, in l. 3. num. 20. 22. hoc tit. quæ quidem vnà cum territorio præscribitur annis 10. vel 20. vt res immobilis: Bal. in l. fin. C. de præscript. long. tem. Boer. decis. 227. num. 9. per c. ex literis. de iur. patro. Mont. in trac. fin. regund. cap. 77. num. 9. citra territorium, vt res incorporalis, 30. vel 46. annis: c. auditis. 15. cap. cum olim. 18. de præscrip. vide latè Francis. Bald. in tract. præscrip. num. 2. parte 5. partis princ. quæst. 1. 2. 3. exceptis regalibus, quæ non nisi tanti temporis vsu, cuius initij non existat memoria, acquiruntur. l. domini. C. de agric. & cens. lib. 11. Bart. in leg. si publicanus. 4. §. in omnib. de publica. & in l. 1. C. de aur. cor. lib. 10. Ias. in d. l. 3. num. 20. hoc titul. Salic. in l. 2. C. non. vectig. imp. non poss. Alex. consil. 78. videretur. num. 5. lib. 6. Priuatorum consensu non datur Iurisdictio l. 3. C. eod. l. penul. de iudic. quia, vt dixi, iuris publici est, quod priuatorum pactis constitui mutaríque nequit, l. ius publicum. 33. cum simil. de pac.) sed tantummodo prorogatur: l. est receptum. 14. l. si conuenerit. 18. hoc tit. leg. 1. & 2. de iudic. hoc est, priuati nullam iurisdictionem non habenti adiicere possunt: sed in eum qui aliàs ex lege iurisdictionem habet consentire, eíque se subiicere possunt.

10 ¶ Materia in qua inest iurisdictio, sunt personæ & territoria: In territoria inest iurisdictio, authore Baldo, passiuè & materialiter, velut in re inanimata: in magistratus verò persona, formaliter & actiuè, tanquam in subiecto animato. Bal. in leg. 1. §. initio. num. 2. de off. præf. vrb. & in §. ad hoc num. 5. & 6. de allod. sequitur Ias. in leg. 1. numer. 15. de iurisd. Boer. decis. 227. num. 7. Mont. in tract. fin. reg. cap. 11. num. 15. magis tamen, & certè in dubio, cohærere iurisdictio potius territorio, quàm personæ intelligitur. Bart. in l. inter. 29. de acq. rer. dom. & cons. 189. primo quæsitum. num. 2. per leg. 1. §. cum vrbem. de off. præf. vrb. & tit. C. vbi & apud quem cognit. leg. quicunque. defun. limit. C. lib. 10. cap. 1. vbi Bal. & Dd. de cap. qui cur. ven. in vsib. feud. Materia circa quam versatur iurisdictio, sunt Personæ & Res: l. 1. 2. 4. & tot. hoc tit. nemo tamen sibi aut suis ius reddere debet, leg. qui iurisdict. 10. hoc tit. nisi partium voluntate sit datus & electus iudex: l. in priuatis. 77. de iudic. neque superiori aut æquali, nisi sponte se subiecerint: leg. est receptum. 14. hoc titul. l. 4. de recept. arb. Bart. in l. fin. num. 5. de rer. diuis. & in l. vnic. §. 1. num. 7. si quis ius dicent. non obt. neque de rebus ad suam iurisdictionem non pertinentibus, l. solet. 16. l. fin. hoc titul. leg. solemus. 61. §. fin. de iudic. Aliorum enim iurisdictio ad certas personas, l. magisteriæ. 6. C. eod. aliorum ad certas causas, d. leg. solemus. leg. fin. C. eod. d. l. solet. quorundam ad certas quantitates. l. si idem. 11. cum l. seq. l. cum quædam. 19. hoc tit. in auth. de appell. & de defens. ciuit. gl. in d. l. solet. nonnullorum ad certa loca est adstricta: tot. tit. de off. iur. Alex. quā in re commissæ mādatæque iurisdictionis forma est sequenda.

¶ Sed nec omnia mandari possunt: vt ius gladij, l. nemo potest. 71. de reg. iur. l. vlt. de off. eius cui man. iur. causæ status, l. 2. C. de ped. iud. & quæ nominatim priuilegio aliquo, vel speciali legis dispositione magistratui iniunguntur, d. l. 2. l. cum hi. 8. §. sed nec. de transact. l. muto. 6. §. tutoris. de tutel. vel etiam priuatis ex legis concessu mandantur. d. l. muto. §. tutoris. leg. nec mandante. 8. de tut. & curat. leg. 2. de off. eius cui mand. Cic. Phil. 2. Mixtum autem imperium mandari posse, certum est: leg. fin. l. 1. §. de off. eius cui mand. quia cum iurisdictione cohæret, & transit. leg. 2. 3. hoc titul. Quanquam iure Canonum, c. quod fidem. 10. vbi gl. de off. ordi. Socin. tract. cita. art. 4. num. 7. & moribus nostris, Alber. Dec. in d. l. 1. de off. eius cui mand. Cagnol. in d. l. nemo. 71. de reg. iur. omnia ferè hæc iure magistratus competant, & hodie transferri ac mandari indistinctè possint: vt de his anxiè disputare, non sit operæprecium. 11

12 ¶ Forma exercendæ iurisdictionis aut Solennis est in loco æditiore & pro tribunali sedente magistratu, l. pen. §. de iust. & iur. aut de Plano stante pedibus (vnde pedanei fortè dicti) in Plana terra, vel transeunte iudice. leg. nec quicquam. 9. §. 1. & 2. de off. procons. §. 2. Instit. de libert. leg. 2. de fer. cum simil. mandandæ autem iurisdictionis varia, pro vario mandantis arbitrio: leg. solet. 16. hoc tit. probandæ quoque iurisdictionis forma & ratio multiplex: puta per notorietatem, Bald. in leg. final. num. 42. C. de edic. diui Adrian. Mont. in tract. final. regun. cap. 77. cum sequ. instrumenta priuilegia, cap. cum causam. 13. de prob. antiqua, Bald. cons. 161. proponebatur. num. 3. volum. 3. per leg. census. 10. de proba. leg. monumentorum. 6. C. de rel. & sump. fun. Areti. consil. 42. Mont. tract. finib. reg. capit. 61. num. 4. testes qui de actibus exercitæ iurisdictionis testantur: Ias. in dict. l. imperium. num. 23. Bald. dict. consil. 161. Mont. tract. fin. reg. cap. 52. num. 5. & 6. puta præceptis, mulctis, executionibus, perceptione commodorum, Bald. præall. consil. 161. collectis: Bald. d. consil. 161. num. 3. per leg. forma de cens. item per antiquam formam, & per præsumptionem iuris, qua vnumquodque præsumitur illius esse iurisdictionis, cuius est territorij, cap. 2. de restit. spol. in 6. cap. cum episcopi. 7. de off. ord. Panorm. in capite si diligenti. de præscript. capite per venerabilem. Qui fil. sint legit. Imol. in capit. nimis. num. 3. & 4. de iureiur. Soci. consil. 87. in causa. num. 6. volum. 1. Montan. in tract. fin. capite 61. num. 4. & eum aptitudine totam iurisdictionem obtinere,

qui exercitium certorum actuum præscripsit: A *Soc.cons.187.in controuersia. num.6.vol.2. Angel. in l.cum super.* 10. C.*de rei vent*: vt habet communis opinio, *Spec.de iurisd.in prin. num.*35. *Innoc. in c.2.num.3.de cap.monach.Cyn.Salic. & alij in l.1.C. eman.lib.Ias. in d. l. imperium. num.*43. *Bald. consil.* 161.*proponebatur.vol.3. Alex. consil.* 68. *viso num.* 70.*vol.2.*etiamsi Bart.& alij quidam contrà opinentur:*in l.1.de itin. act. priu. Iacob.in tract. feud. ver.& cum mero. num.* 15. *Schurff. consil.* 86. *cent.2.* vt tantum ex iurisdictione scilicet intelligatur B præscriptum, quantum inuenitur possessum. quorũ opinio vera est, cum alius est in generali possessione iurisdictionis, *Inno.in d.c.2.de cap.mo. num.3 Panor. in c. cum olim.num.6.de præscript. Ias. in l.3. in prin.num.* 36.*de acq. poss.* aut quando iurisdictio præscripta non est fundata iure communi: *Ias.in d.l.3.num.* 40.*text.in c.1. & 2. de rest. spol.in 6.*aliàs receptius est, vno iurisdictionis actu præscripto, reliquos etiam, qui eiusdem generis sunt, (nam in diuersis secus est) præscriptos C videri. *Ias.in d.l.3.num.23. Panor.& Can.in c. cum dilectus.de cap.mon. Schurff.d.consi.86.*

¶ Finis iurisdictionis est, vt religio conserue- 13
tur, *l.4.C.de sum. Trin.*& pax, *l.congruit.13. de off. præs.l.2.cum seq.*C.*de ped.iu.*finiantur lites, & reddatur cuique suum. Quod ad effectum attinet, iurisdictio producit actionem Confessoriam & Negatoriam, qua defendatur: *Ferr.in for.lib.act. confess.§.plenam.num.7.per tot. Innoc. in c. conquerente.16.de off.ord.* quin etiam hodie pœna fractæ pacis tenetur, qui alienam iurisdictionem violat. *vide Henning.in consil.de territo. Sax.lib.2 art.71.* Qua de re, simul & de tota iurisdictionis vi atque authoritate, paulò pòst plura dicentur. *ad tit. Si quis ius dicent. non obtempera. cum tit.sequent.& tit.Si quis in ius vo.cum seq.* Nunc quod huic magis loco titulóque cõgruit, de Edicto cu ius sententia hîc proponitur, *l.si quis id quod.7. cum ll.seq.hoc tit.* & quod non minimum iurisdictionis effectum exhibet, dum actionem pœnalem in eos, qui Album iurisdictionis corruperunt, proponit, aliquid est subiiciendum. Huius sententiam his verbis recitat Vlpian. *d.l.si quis id quod.7.hoc tit.* Si quis, inquit, id quod iurisdictionis perpetuæ causa, non prout res (puta priuatorum, quorum nomine edicta Commonitoria proponuntur, *l.ad peremptorium. 68. cum ll. seq.de iudic.*) incidit, in albo, vel in charta, vel alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingẽtorum aureorum iudicium, quod populare est. Et Iustinianus: *§.pœnales.Inst.de act.* Pœnalem, ait, actionem Prætor introduxit aduersus eum, qui quid ex albo eius corrupisset. Est igitur hæc actio, *d.§.pœnales.*non accusatio, quia pecuniaria, Prætoria, *d.§.pœnales.d.l.7.*in factum, *Ias.d.§.pœnales.num.39. Roff. in sum.hoc tit.*stricti iuris, quia pœnalis, *d.§.pœnales.*personalis, popularis, *d.l.7.*directa, & nunc quidem plerunque vtilis: *gl. d.l. si quis. C.verb. extensio. Spec. de dol. §.restat. num.* 3. quæ datur cuilibet agere volenti aduersus eum, qui propositum iurisdictionis causa, quemadmodum & hodie literæ, edicta, mandata Principum & magistratuum proponuntur, corrumpit, tollit, *Bart.num.9. & Dd. d.l.7.* &c.dolo malo, *d.l.7.* puta in contemptum magistratus, *l.si familia.9. hoc tit.*vt præsumitur ex facto: *l.1.C.vnde vi.l.si non conuicij.C.de minor. Oldendorp. in Class.hoc tit.* nisi error, ignorantia, rusticitas, aut alia quæ excuset causa, extet. *d.l.7.* & probetur: *Bart.Ang. in l.sed etsi lege.§.scire.de pet.hær. Ang.Imol. Raph. l.ex consensu. §.fin.de app. latè Tiraq.de pœn.caus.* 43.*num.* 9. ad pœnam 500. aureorum applicandam petitori, *Hanc communem dicit Ias. d.§.pœnales. num.39.40.per l.3.de sepul. viol. quæ tamen in §.diuus.* 5. *contrà facit, quia pœnam fisco inferri iubet. potest autem secundum alias populares intelligi, scilicet vt diuidatur pœna inter actorem & fiscum. l.lege.25. §.vlt.de S.C.Syllan.* (vt volunt) vel potius inter fiscum & actorem diuidendam: *d.d.lege.* 25.*§.vlt.de S.C.Syllan.*aut in subsidium, *Ias. d.§.pœnales. num.42.Bald.l.vlt. de in ius voc.* ad pœnam corporalem: *d.l.7.§. in seruos. Ias.d. §.pœnales. num.*43. 44. vt qui non habet in ære, luat in corpore. *l.penul. l.vlt.inf. de in ius vocand.* Quanquam & officio iudicis absque actione eiusmodi mulctari possunt: *vt* & qui literas, acta publica, cæteráque quæ sunt iurisdictionis abradunt, auferunt, resignant, denique quouis modo vitiant & abutuntur. *Dd. l.7. Ias. d.§.pœnales. num.*33.34.35. *cum seq. §.vlt. in Auth.vt null.iud.* Affinia iurisdictioni putentur Regalia, *c. vnic. quæ sint regal. l.4. C. de præsc.*30.*ann. c.super.24. §.1. de verb.signif. & quæ sunt imperij, l.3. hoc tit.Iaco.in tract.feud.verb. & cùm merx.* ac consimilia. Contraria, quibus iurisdictio finitur & extinguitur.

¶ Finitur iurisdictio ordinaria, morte eius cui 14
commissa est, non morte mandantis: *c.2.de off. lega.Alexan.in l.more.hoc tit.* item non vtendo, ac præscriptione, *c. cum olim. de priuileg. c.cum personæ.eod.tit. in 6. Bald. in tract.præscr.* 1. *parte.* 5.*partis. const.* 12. *num.* 2.*i* (supremi Principis potestate excepta, *c.cum non liceat. vbi Panorm.& Canon.de præscript. & c. cum inter.de cons. Bal.præalleg. quæst.2. num.* 2.) scilicet possessione per prohibitionem interuersa, *Ias. in l. quo minus. num.*31.*de flum. Corn.consi.*268. *num.*25. *volum.*4. nam aliàs iurisdictio, vt pote res meræ facultatis, *gl.in l.solent. 9.in fin. de off. pro. Panorm.in c. quod translationem. num.*4.*de off.delega. Bald.in l. hæc autem iura.5.num.*1. *de ser.vrb.præd.* non præscribitur. *Ias.in l.beneficium.3. num.* 56. *de constit. Princ.per l.in filiis.35.C.de decur.lib.*10. In singulis porrò causis finitur, finita instantia vel lite, *l.properandum.*11. *C.de iudic.* aut iudice recusato. *vide an ordinarius recusari possit, in l. apertissimi.* 17. *C. de indic.* Iurisdictio delegata finitur morte delegati, *c.penul.de off.deleg.* & delegantis: siquidem negocium per citationem, *c.gratum.20.de off.deleg. Ias.in d.l.& quia. 6.num.* 56. G *&* 57.necdum sit inchoatum, & res adhuc existat integra: *d.l.& quia. 6.* item reuocato mandato,

dato, *ca.insinuante.25.de offic. delega.* & tempore, A quod iudicio præstitutum erat, transacto: *c.4.de off.deleg. l.cum prætor. 12. & l.iudicium.* 58. *de iud.* seu (vt nuncloquuntur) elapso termino commissionis: *c.de causis. extr. de off.deleg.* item recusatione, *c.licet. de for. comp. ca. secundò requiris. de appell.* appellatione, *c. vt debitus: de apell.* finitóque negocio commisso. *l.iudex.* 55. *de re iudic.* & aliis modis, qui alibi copiosius explicantur. *gl. in c.literis.9.de off.de leg.* Prorogata iurisdictio etiam pœnitẽtia finitur, si antequam iudex adeatur, eius conuentionis alterutrum paciscentium *l.si conuenerit.18.h.t.*pœniteat. Etsi enim is qui forte pœnam hoc nomine promisit, ex stipulatione teneri potest, ad id quod interest iudicem aditũ non esse: *l.diem. 27.§.fin. de recep.arb. Bart.Ias.nu. 26. in d.l. si conuenerit.* tamen ex tali conuentione, corã iudice nõ suo conueniri nequit: cùm Pactis priuatorũ non detur iurisdictio. *l.priuatorũ. 3.C.eod.*nec ius citandi cogendíque vllum, iudex cuius antea non fuit, neq; dum per litis contestationem facta est ordinaria iurisdictio, habeat. *l.fin.hoc tit.*

QVOD QVISQVE IVRIS in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur.

Tit. II.

1 *Quare de hoc edicto hîc agatur.*
2 *Edicti æquitas, verba & explicatio.*
3 *Causæ.*

1 ET † hæc quidem hactenus de Iurisdictione. Quia verò non modò in suscipiendæ dignitatis auspiciis perpetua, sed in singulas quoque causas singularia Edicta magistratus, puta Prætores, sæpe proponebant, impartiebantur iudicia, dabant actiones, præscribebantque E dato iudici quid sequi haberet necesse: ideo priusquam in tractationem iudiciorum progrederentur, visum fuit iuris compositoribus, hoc præmisso edicto & iudicẽ & litigatores admonere, ne vel ille concedere, vel hi petere ius iudiciúmve aliquod iniquum iniustúmque audeant: cæteroquin cogendos vt iure quod in alios statuerint, aut obtinuerint, postea quandocunque vsus venerit, vtantur: quæ est iustissima impetrandorum & constituendorum iudicio- F rum regula atque norma.

2 ¶ Hoc edictum, quod & Ciceronis ætate in vsu fuisse videtur, *Cic.Epist.* 1.*ad Qu.Frat.* summam habet sine iusta cuiusquam indignatione æquitatem. Quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit? *l.1.hoc tit.*aut quis iustissimam illam, & à natura profectam. *Cic.de Inuen.lib.* 2.*c.* 5. *&* 12. talionis legem, deprecari iustè potest? cùm hæc ἀνάλογία retineat ciuitates. *Arist. πολι.lib.2.& 5. de* G *morib.cap.* 8.& (vt est apud Euripidem *in Phœnissis.*) amicos amicis, vrbes vrbibus, summos denique cum infimis, sine cuinsquam querela pari iure coniungat societátque. τὰ γὰρ ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ, vt dicitur. Verba edicti hæc sunt: QVI MAGISTRATVM (in ipsa vrbe) POTESTATE'MVE (in prouincia. nam id verbi ad magistratus prouinciales potissimùm refertur, *l.eum qui.13.§.titul.1.*) HABEBIT, SI QVID INALIQVEM NOVI (nouitas enim suspecta est, & hîc ius iniquum significat. nam magistra- B tus vsitatum ius reddere debet. *l.4. l.si in aliquam. 7.de offic. proconf.l.1. C.quæ sit lon.conf.l.1.C. de seruit.cum simil.* Cic.3.in Ver. Noua iura, noua decreta, noua iudicia postulabantur) IVRIS STATVERIT (quod cum effectu accipitur, & consummatam, non cœptam iniuriam denotat: *l.1.§.si is qui.de exer.act.* ius enim id significat, quod vim iubendi habet, & necessitatem obediendi imponit. quare cum verba edictorum propriè accipienda sint, ius statutum illud merito intelligitur, quod non inceptione C aliqua, aut extra supráve iurisdictionem, sed perfectione, & cum necessitate parendi statutum est) IPSE QVANDOQVE (scilicet cum abierit magistratu: nam quoad eum gerit, in ius vocari non potest, *l. 2. de in ius vocan.*) ADVERSARIO POSTVLANTE (non modò illo qui læsus est, sed omni qui quandoque experitur, *l.3.§.1. in fin.* cum popularis quodammodo sit huius pœnæ exactio, vt reliquæ D ad tuendam iurisdictionem proditæ. *l.7. sup. de iurisd.*) EODEM IVRE VTI DEBET. *d. l.1.§.1.* Hoc primum est edicti caput, quo iudex pati legem cogitur, quam ipse tulit. quæ etsi per se iniqua sit, tamen in eo est æqua, qui illam in altero æquam esse iudicauit. Verbi gratia, si non admissa præscriptionis exceptione possessorem aut debitorem condemnauit, eadem illi conuento præscriptio non debebit opitulari, nisi sine ipsius fraude per assessoris imperitiam, ius aliter dictum sit, quàm oportuit. *l.2.hoc tit.* Assessores enim Iurisc. præstare scientiam debent, quam profitentur, non præsides prouinciarum: qui plerunque, vt est apud Lamprid. in Alex. homines erant militares, nec ob scientiam, sed virtutem, dignitatem, fortitudinem, authoritatem, &c. potestate ornabantur. Primum ergo caput coercet dolum aut latam culpam, quæ pro dolo sit iudicis iniquum decernentis, etiamsi nullus postulauerit.

SI QVIS APVD EVM, QVI MAGISTRATVM POTESTATEM'QVE HABEBIT, ALIQVID NOVI IVRIS OBTINVERIT, QVANDOQVE POSTEA ADVERSARIO EIVS POSTVLANTE, EODEM IVRE ADVERSVS EVM DECERNETVR: SCILICET VT QVOD IPSE IN ALTERIVS PERSONA AEQVVM ESSE CREDIDISSET, ID IN IPSIVS QVOQVE PERSONA VALERE PATIATVR. *d.l.1.vers.si quis.* Scien dum autem est, hoc edictum iniustis petitiq-

nibus & impetrationibus oppositum, & earum A coercendarum causa propositum esse. Quare etiamsi quis iure iudicióue inique impetrato non vtatur, nihilominus huic edicto locus erit: *l.3.in prin.hoc tit.* est enim delictum consummatum, quod edictum coercere voluit: videlicet petitio & impetratio, vt quæ de delicto imperfecto hic disputari solent, nihil aduersentur, *vide Bal. Salic. & Dd. in l.si quis non dicam rapere.5. C. de Episc. & cler.l.qui falsam 19. de fal.l.1.de extr. cri.l. qui ea.67. de furt.* Hoc edictum & fideiussori B nocet: *d.l.3.§.si is.3.* & eum etiam coercet, qui, quod inique impetratum est mandauit, aut habuit ratum. *d.l.3.§.1.* Quare si is pro quo spopondisti, impetrauit purum iudicium à prætore, ne aliquis debitor ipsius aduersus eum exceptione iusta quæ ei competebat, vtatur: deinde tu in negocio, in quo spopondisti (nam in alia separata causa factum alterius tibi nocere non debet) velis exceptione vti: nec te, fideiussorem scilicet (ne te excipiente principalis debitor à C. pœna huius edicti per te liberetur) nec ipsum principalem debitorem, hoc à magistratu oportebit impetrare, vt iudicij formulam sub exceptione concipiat: sed dabit is purum sine exceptione iudicium, vt par pari referatur: etsi interdum patiare iniuriam, hoc est damnum, *l.5. §.1.ad l.Aquil.* si soluendo debitor non sit. *l.3.§. si is pro quo.3. hoc titul.* Eius enim inopia, actionem tibi reddit inanem, *l.6. de dol. mal.* quam ex mandato. vt fideiussor, contra principalem D hoc nomine habes. *l. 6. §.1.l.18.manda.* Hæc pœna quanquam non patrem, *l.3. §. 4. hoc titul.* in hæredes tamen transit. *l. 3.§. quod autem.5.* Nam etsi pœnalia iudicia non transeunt sua natura in hæredem, nisi lite contestata: *l.in honorariis. 39. de act. §. 1. Instit. de perp. & temp.* tamen sicuti actiones ciuiles earúmque impretationes in hæredes deriuantur, *l. ex depositi. 12.l.ex contract.ib. 49. de actio*: & ab his incipiunt, *tot.tit.C.vt act. ab hær.* ita & illarum denegationes in hæredes transE eunt: quod non tam pœna, quàm æqualis iuris distributio esse videtur. Etenim & reliquæ contractuum obligationes atque actiones in hæredes transeunt, quamuis ex delicto fluant, in contrahendo aliquà commisso. *d. l.ex depositi.12.l.ex contractib.49. de act. & obligat.* atqui quasi contrahunt in iudiciis, qui vel malè decernunt, *in prin.Instit. de obligat. ex qua del.* vel agunt: *l. 3. §. idem. 8. de pecul.* vt non mirum sit, hoc nomine, F eorum quoque hæredes teneri. Nec verò iniquum est, cum vtilitas impetrati noui iuris ad hæredem manet, in eundem damnum quoque deriuari. Quid quòd hæc retorsio non tantùm actionis, sed exceptionis via proponatur? *Bald. Alb. & Dd. l.3. §. hæc pœna. h.t. & Ias. ead. l.3. §. quod aut. nu.* 10. quod genus etiam non contestata lite in hæredes vel ex delicto transire solet. *Ias. ibid. nu.39. per l. si eum, §. qui iniuriarum. Si quis caut.* Procurator in rem suam hoc edicto tenetur, in rem alienam non item: *l.3.§.1.h.t.* quia nihil eius commodo cedit, nec sibi impetrauit. Tutor & curator G tenentur: quia fraus ipsorum ipsis: non iis quorum res administrant, fraudi esse debet. *d.l.1.§.1.* Sed nec qui statuit aut vsurpat ius nouũ, ex hoc edicto pœna tenetur, dũ edictum defendere studet, *l.vlt.h.t.* Quod enim fit lege permittente, pœnam non meretur, *l. 4.C.de adulter.* nec Beneficium prætoris cuipiam damnosum esse debet. *l. 1. hoc titul.* Neque verò etiam hoc casu ius nouum, hoc est, iniquum est illius respectu, in quẽ statuitur: quõniam is idem antea in altero æquum putauit aut decernendo, aut postulando, *l. Paulus 8. de prætor. stipulat.* Sed & qui soluit, omissa huius edicti exceptione, quam fortè competere ignorauit, ex hac causa, prætextúque edicti, cuius iure nunc vti velit, non repetit: *l.§.vltim.hoc titul.* quia naturaliter debitum soluit.

¶ Causa huius edicti naturalis ex lege diuina. 3 *in 1.distinct. 1. ca. iustum.dist.9. ca. cum illorum. de præben.* Materia latissimè patet. Nam & qui instrumento vtitur, debet pati vt idem contra se valeat. *l. penult. Auth.ad hæc. C. de fid.inst.* idemque in testibus, *l.si quis testibus. 13. C. de test.* li. bello, *Panorm. ca. examinata. num. 3. 4. de iudic.* præscriptionibus, *Ias. Auth. quæ actiones. num. 16.de sacr. Eccles.* & iure Sax. in supellectilem quam geradam vocant. *constit. 38. parte 3. art. 9. Land. lib. 1. in gloss.* Sed præcipuè obtinet in criminationibus, *Exod. 21. .24.* & pœnis, *l.si quis.7. C. de vi pub. l. vlt.C.de calum.l.vltim.C.de accusat. l. 3. vers.quod fecit expectet. C.de episco. aud.l.1.2.C. quand. lic. vnic.* & aliis innumerabilibus. *ca. 1. in fin.de consver. feud. vbi regula huius edicti pro ratione ponitur.l.2. C. si nup. ex rescript. c. omnes.6.de constit.* etiam rescriptis, *Mynsing. obser. 4. centur.* 3. cuiusmodi diligentiæ studiosorum colligenda relinquo.

SI QVIS IVS DICENTI non obtemperauerit. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Ad quos magistratus hoc edictũ spectet.*
3 *Actio hæc vtrum competat litigatori.*
4 *Ad quid detur hoc iudicium.*
5 *Quis dicatur non obtemperasse.*
9 *Quãdo hæc actio etiã in actorẽ detur: & de aliis remediis tuẽdæ iurisdictionis.*

EST † & hic titulus in vestibulo iudiciorum 1 positus, vt in ipso ingressu litigatores admoneantur, non ridiculam aut elusoriam existere iudiciorum authoritatem, *l. si prætor. 75. de iudic. l. fin. ne quid in loc. pub.* sed omnino morem iussui iudicis gerendum: sciántque †per- 2 missum omnibus magistratibus, secundum ius suæ potestatis defendere iurisdictionem suam pœnali iudicio, *l.1. in prin. hoc tit.* duumuiris exceptis:

ceptis: *d.l.1. hoc tit.* quia non possunt iubere pos- A sidere, abduci, &c. quæ Mixti sunt imperij, *l. ea quæ 32. ad municipal.* vt contumacia quam hoc edictum notat, in eorum iurisdictionem non incurrat,

¶ Sunt autem qui putent, hoc iudicium ad 3 dictionem mulctæ pertinere, æstimationemque pœnæ, qua concumacia vindicatur, complecti, non verò in litigatoris rem dari, cui si daretur, non dici posset magistratus iurisdictionem suam B pœnali iudicio defendere, sed ipsum litigatorem se ab iniuria tueri dicendum esset: quem cùm aliis, de quibus postea agetur, remediis aduersus contumacem aduersarium defendi videamus, quorsum pertinuisset hoc edictum proponere à cæteris quæ de damno litigatoris loquuntur: separatum? Deinde quæ ratio esset: quare apud Duumuiros eiusmodi priuata causa tractari, aut ab his intentari non possit, si ad ius priuatorum, & non ad mulctæ dictionem, C quæ Duumuiris non competit, *l.3.de mod.mulct. l. fin C. de defens. ciuit. l.2.§. fin. de iudic. l. magistratibus. 12. de iurisdict. sup.* pertineret? Iam verò nullam habet rationem, læsa iudicis authoritate litigatori exactionem concedi, qui nulla re læsus sit: nec enim in ipsum, sed in magistratum contumelia spretæ iurisdictionis, & non admissæ executionis (quæ contumaciæ species hoc edicto duntaxat, coercetur) redundat: & vt damnum maximè hoc nomine litigator patiatur: D tamen satis habet, si illud aliis remediis recuperare queat. Cur ergo ei pœna debeatur, qui iniuria affectus non est?

¶ Quid quòd hoc iudicium ad id quod inter- 4 est dari negatur: *l. 1. in fin.* sed quanti eas res est, hoc est, quanti æstimata erit à iudice contumacia, concluditur? Ea enim clausula, Quanti ea res est, significat rei qua de agitur, æstimationẽ. *l.4.§.pen. de vi bo.rap.* Cum igitur hic de contumacia agatur, denotat ea clausula, contumaciæ E æstimationem, hoc est, pœnam contumaciæ debitam: Vnde neque in hæredem, neque post annũ hæc actio, inquit Vlp. datur. an autem hæredi detur, nullum verbum: quod tamen omissum non fore, credibile est, si hæc actio in rem litigatoris esset. Videtur igitur, hoc iudicium pœnale ab ipso magistratu, cuius violata contemptáque sit maiestas, vel alio quolibet, magistratus tamen nomine, constitui aduersus contumaces solitum: datis iudicibus, qui pro hominum, rerũ ac tem- F porum ratione æstimarent, quanti ea res, hoc est, qua mulcta eiusmodi iniuria vindicanda esset: cóque velut actionem iniuriarum, *l.si nõ conuicij. 5. C.de iniur.* pœnalem & prætoriam *Inst.de perp. & temp. act.* anno circumscriptam fuisse, idque Bal. & Alex. hîc innuunt: *vide Bal.in §.fin.num.3.* qui ea propter volunt, ob spretum iudicis mandatum, post annum agi nõ posse (etsi in aliis fortè delictis mulctandis secus fuerit, cum pœnæ regulariter viginti tantùm annis præscribantur. G *l.querela.12.C.de falsi.*) aiuntque, hanc esse quandam in factum actionem, ad exactionem mulctæ iudicibus & procuratori fisci propositam. *Cast. hic in fin. vide etiam Alex. in l.diuus, de cust. reor.* Etsi autem alioqui magistratibus non licuit de suis causis cognoscere, *l. qui iurisdictioni.10. §.de iurisd.* vt suprà dictum est: tamen cùm hoc iudicium sit quasi publicum pertineàtque ad conseruandam vindicãdámque à contemptu magistratuum dignitatem, existimo permissum fuisse, saltem vt iudices cognituros de contumacia, dare potuerint. Cur enim id minus liceat, quàm mulctam imponere, aut iubere iudicare de causis suspicionis, *l.fin. in fin. cum ibi not a.C. de iudic. c. suspicionis. 39.de off. dele.* vel iniuria sibi illata? *l. est receptum. 14. sup. de iurisdict. Ias. & Dd. in d. l. qui iurisdictioni. 10, hoc titul.* Nec verò dicendum est, hanc causam propriè ad magistratum pertinere. Nam primò, hoc iudicium quasi publicum est, & populare, sicuti & reliqua quæ ad tuendam iurisdictionem pertinent. *l. si quis. id quod. 7. §. tit.2. de iurisd.* Deinde est iudicium de mulcta: mulcta autem non applicatur parti petenti, aut magistratui, sed fisco. *l. 5. C.de mo.mulct. gloss. in l.2.verb.mulcta. si quis in ius voca.non ier.* Nam etiamsi alias in popularibus, vbi dubitatur cui pœna applicanda sit, ea parti petenti debetur: *Bart. in l.3.de ter.mot.glo. & Bar.ad l.si quis, id quod. 7. verb.quingentorum. §. de iurisd.* tamen aliud est in iudicio mulctarum cum lege expressum sit, eas fisco applicari oportere. *d. l. 5. C. de mod. mulct.* Quare non tam magistratus quàm fisci causam hic agi, dicendum est. Aliis magis placet, *Duar. Disp. libro.1.cap.50.* hanc actionem priuatam esse more reliquarum, separatam à mulctæ dictione, cùm contineat pœnam *l. vnic. in fin. hoc tit.* quæ à multa distat, *l.aliud.131.de verbor. significat.* & quanti eas res est quæ petita est, quæ abduci iussa concludatur. *d.l. vnica. in fin.* idque probabilius est. Sed quia in non obtemperantes hæc actio prodita est, subiungamus quísnam videatur non obtemperare. Is videtur, † inquit Vlpian. iudici non obtemperasse, 5 scilicet in huius edicti argumento, qui, quod extremum in iurisdictione est, non fecit: veluti si quis rem mobilem vindicari à se passus non est, sed duci eam, scilicet mouentem, vel ferri nimirum inanimem. *l.mouentium. 93. de verb. significat.* passus est (ab iis videlicet, qui decretum iudicis, rem fortè litigiosam aut pignus auferri iubentis, exequuntur) hic vtique haudquaquam videri potest non obtemperasse. Quemadmodum enim lex obligat aut ad obedientiam, aut ad pœnam, ita & iussus magistratus, vnde qui pœnam contumaciæ præstat, paretque executioni iudicis, non obtemperasse dici nequit: *Felin. in cap. 3. in fin. versic.quartus casus. cum ibi alleg. de iureiur. Ias. in l. cum proponas. 21. numer. 8. C. de pactis.* imò pro absoluto, & non amplius reo habetur, qui pœnam soluit. *l. diuus. 7. de iur. patron. Bal. in Authen. sed nouo. numero 4. C. de ser. fugit.* Cæterùm si quod in iurisdictione extremum est, quo potestas iudicis pertingere potest, non fecerit

quæque sequuntur iudicis iussum, vt bonorum possessionem decretam, rei ablationem, pignorum capturam, non admiserit, restiterítque executoribus: quia vltimum, quo iudex progredi potest, contempsit, meritò ius dicenti non obtemperasse dicetur.

¶ Quanquam autem hoc edictum in reos scriptum apparet, qui subterfugere ac ludificare iudicia solent (vnde & fugientes appellant. *l properandũ.11.§.& siquidem.C.de iud.fin.*)& iussa magistratus sibi grauia grauatè exequi patiũtur: tamen & petitorẽ aliquãdo hoc edicto teneri: Labeo ait.*l.vnic.§.non solùm.h.t.* Etenim si perẽptoriis edictis citatus, non faciat sui copiã, quamuis reus absoluendus est, aut cõtumaci etiã in posterũ actio deneganda. *Auth. qui semel.C.quom. & quan.l.contumacia.53.de re iudic.* tamen quid causæ est, si aut intersit reipubl. nũc agi: aut si alia ratio exemplum postulet, quin violatæ suæ authoritatis spretæque iurisdictionis pœnas ab actore, quia mota prius lite turpiter destiterit, vocantisque magistratus, atque aliquid fortè præcipiẽtis, exequentisque decretũ contẽnere sit ausus, hoc edicto prætor expetere possit? aut cur etiã nõ cõcedatur I.C. ad casus similes, vbi eadẽ inuenitur ratio, edictum prætoris, quamuis pœnale, prorogãre? *l.& ideo.11.l.nam vt. 13. de legib.iunct. l.illud. 32.ad l.Aquil.* Exẽpli gratia, si actori vẽdicanti, qui possessionẽ reo interturbat, iudex præcipiat, vt turbatione desistat, & res, pignoráq; reo fortè ex fundo domóve litigiosa ablata restituat: atq; is detrectet, resistátque magistratui, pignorum restitutionem exequenti: aut si tutori agenti, vt à tutela excusetur aut liberetur, iudex ex iusta causa præcipiat, vt interea negocia pupilli curet: isque detrectet, & magistratui, pignoribus captis coercere instituẽti, *l.1.de administ.tut. in prin. §.fin.instit.de satis.tut.* aduersetur, nec patiatur executionem: certè eùm eadem hìc fit contumacia, meritò eadem quæ in reo, castigatio debet obtinere, ne melioris sit cõditionis actor quàm reus. *l.non debet. 41. de reg.iur.* Sed & in mutuis petitionibus ac recõuentionibus cum actor pro reo sit, iure coercẽtioni huius edicti contumacia eius adhærebit. Et hæc quidem animaduersio hoc edicto ad tuendam iurisdictionem est proposita. Sciendũ autem est, & alios complures esse tuendæ iurisdictionis, & exigendæ obedientiæ modos atque vias: vt est captura, attestatio, incarceratio personæ inobedientis: *l.consentaneum. 8. vbi glo. ad verb. cogendum. C.quom.& quan. iud.§.si verò etiam. vbi glo.ad verb. omnimodo.in Auth. de exh.re.Bart.hic.num. 7.* aut captura pignorum, *d. §.fin.inst.de satis. tut. Fach.diff.sax.39.Chas. in consuet.Burg.tit. de iustit. §.7.vers.simplex. num.8.* denegatio audientiæ seu iurisdictionis, *l.sed etsi.26. §.ait prætor. 4. ex qui.caus.maio.* missio in bonorum possessionem, *d. l.consentaneum. C.quom. & quan.iud.* sequestratio possessionis. *l.1.§.iubet. de coll.bon.c.1.de prob.seq.* vel fructuum, *c.fin.eo.tit. clem.vnic. de sequest.* ablatio alicuius rei donec pareatur: *Ias. in l.quo minus.nu.100.de flum. Chass. in cons.Burg.tit.de iustit.§.5.nu.85.Bald.in Auth.omnino.C.ne vxo.pro mar. Cano. in c.dilectus.de app.* item mulctam imponere, *l.2.j.si quis in ius vo.Ias. hic.§.fin.nu.39.* damnum aliquod inobedienti dare, *Bald.in l.quemadmodum..29. §.magistratus.ad l. Aquil.Rom. in sing. per l.si is cum quo. 20. com.diu.* præcepto vel manu militari iurisdictionem defendere, *Ias. in d.l. quo minus. Chassan. præall. loc.* arbitrariè & criminaliter violatorem iurisdictionis punire: *Ias.in §.pœnales,num.102.cum seq.Instit. de actio.Bar.hic in l.vnic.§.1. num.6. per §.arripiat. in Aut. vt om.obe.iud. Ias.in l.3.§ prætor.num.12.j. ne quis eum qui.* & hodie iure Sax. causam contumaci abiudicare, quod & iure ciuili olim licuisse videtur. *l.diuus.7. de rest.in int.l.contumacia.53.de re iudic.l.diffamari. C.de ing.manu. c.licet.de probat.* Illud etiam tenendum, iudicem posse vno remedio non sufficiente, ad aliud redire. *Bart.hic.nu.3. vide de hoc omnino Panor. in cap.2.num.12.de dol.& contum.fac.l.1. §.si vero.C.de asser. toll.l.1.§.si frater. de col.bo.1. And.in c.locupletari.col.pe.de reg.iu.in 6*

DE IN IVS VOCANDO, Tit. IIII. C. 2.2.

1 *Quid sit in ius vocare.*
2 *Forma vocandi in ius apud veteres.*
3 *Ratio huius edicti.*
4 *Edicti partes tres.*
5 *Prima edicti pars, de ijs qui vocari nõ possunt.*
6 *Secunda, de his qui venia prætoris impetrata, vocari debent.*
7 *Tertia, de actione ex hoc edicto.*
8 *Interpretatio edicti, & pœnitentiæ esse locum.*
9 *Extensum edictum, ne quis de domo vocetur, néve puella impubes vocetur.*
10 *Quando dimittendus vocatus.*
11 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
12 *Quid hodie circa vocationẽ obseruetur.*
13 *Explicatio methodica de in ius vocando: quid sit citatio, quot eius partes, species, causæ, materia, forma, finis, effectus.*

1 NVnc † videamus de in Ius vocando, quod in omni lite primum est. *§.fi.Inst.de pœn.temp. litig.* In ius vocare, nihil aliud est, quàm iuris experiundi disceptandíq; non alterius rei causa vocare *l.1.hoc tit.* ad eum qui ius dicturus est, *d.§.fin.* hoc est, ad magistratum. *Cuia.obseru.lib.10.cap.10.*

2 ¶ Ac in vsu Romanis olim fuit, magistratu aut eius viatore minimè conscio, aduersarium in ius vocare, & aut cum illo de die certa, locóque seu foro certo conuenire, *arg. l.de die.8. in prin.j.quà satisd.cog.* aut inuitum reluctantémque obtorto, quod aiunt, collo in ius, hoc est, ad tribunal Prætoris, testatò tamen *vide Cuia.obseru.lib.7.cap.17.* trahere, hinc illæ phrases: In ius ducere, rapere, trahere, *vide Plaut. in Pœnulo.* &c. vt apud Horatium, *Sermo.lib.1.Satyr.9.*

--- casu venit obuius illi
Aduersarius: & Quò tu turpissime, magna,
Exclamat voce, & licet antestari? Ego verò
Oppono auriculam. rapit in ius: clamor vtrinque,
Vndique concursus. ---

3 ¶ Neque cuiquam impunè licebat ita raptum vi eximere, *tot. tit. ne quis eum qui in ius voc.* aut concursum facere, impedimentumque creare, quo minus quis in ius perduceretur. *l.4.ad l. Iul. de vi priua.* Qua in re cùm vsu interdum veniret, vt indigna paterentur illi, quibus reuerentia iure naturæ & gentium deberetur, *l.1.2.3.4. de obsequ.l.1.2.3.C.hoc tit.* aut qui alioqui necessariis iustisque occupationibus ita distinerẽtur, vt vocantem sequi commodè haudquaquam possent: visum fuit prætori faciendum, vt edictum proponeret, quo exciperentur personæ, quas in ius sine sua venia ducere non esset permissum, pœna in secus facientes 50. aureorum, siue, vt Iustin. *in d. §.fin. Instit.de pœn.temp.litigan.* interpretatur, solidorum constituta. Hoc autem edictum etsi tantùm de in Ius, hoc est, ad Tribunal Prætoris vel Præsidis *l.1. & 2.C.eod.tot.h.tit.l.4. de inter. act.tit. C. Ne quis in sua caus. ius dicat vel iud.* vocatione: non etiam de citatione ad Pedaneum iudicem facta, egisse palam est: *l.diuus.7. de in integ.rest.l.& post.73. de iud.l.2. & 3. ne quis eum. l.si verò. 5. qui satisd. cogan.* tamen videtur postea ex constitutionibus *l.vlt. C. eod. §. vltim. Inst.de pœn. temp. litig.* ad quamlibet cuiusque iudicis citationem, interpretatione extensum esse. *Dd.hic passim.& C.eod.*

4 ¶ Sciendum autem est, huius edicti tres esse partes: quarum in prima, Prætor quasdam personas vetat omnino in ius vocari: in secunda, quasdam sine suo permissu vocari prohibet, in tertia, pœnale iudicium in contrà facientes, pollicetur. Prima pars ex Vlpian. *l.3.& 4.hoc tit.* & Callistr. *l.2.h.tit.* colligi potest: quorum hæc sunt verba, quæ probabile est, ex edicto esse translata: etiamsi non desint, qui hanc legis esse prohibitionem contendant, ex qua non pœna huius edicti, sed arbitraria consequatur. *glo.l.vlt.verb. aureos.h.tit. à qua tamen ibi dissentit Bart gloss.in §. pœnales.verb. cum id non impetrasset. quam sequitur ibi Ias.num.86.Instit.de actio.*

5 ¶ IN IVS VOCARI NON OPORTET, NEQVE CONSVLEM, NEQVE PRAEFECTVM, NEQVE PRAETOREM, NEQVE PROCONSVLEM, NEQVE CAETEROS MAGISTRATVS, QVI IMPERIVM HABENT, QVI COERCERE ALIQVEM POSSVNT, ET IVBERE IN CARCEREM DVCI: NEC PONTIFICEM DVM SACRA FACIT, NEC EOS QVI PROPTER LOCI RELIGIONEM INDE SE MOVERE NON POSSVNT: SED NEC EVM QVI EQVO PVBLICO IN CAVSA PVBLICA TRANSVEHATVR. PRAETEREA IN IVS VOCARI NON DEBET, QVI VXOREM DVCAT, AVT EA QVAE NVBAT, NEC IVDICEM OPORTET IN IVS VOCARI, DVM DE RE COGNOSCAT: NEC DVM QVIS APVD PRAETOREM CAVSAM AGIT: NEQVE FVNVS DVCENTEM FAMILIARE, IVSTAVE MORTVO FACIENTEM: VEL QVI CADAVER PROSEQVVNTVR: QVIQVE LITIGANDI CAVSA NECESSE HABET IN IVRE, VEL CERTO LOCO SISTI: NEC FVRIOSOS, VEL INFANTES.

Hos quidem omnes vocari omnino Prætor, aut, vt alij volunt, Lex prohibet: quòd eorum hi quidem, cùm iudicio careant, idoneam personam experiundi in iudicio non habent: *tit.C.quì legit. per.* illi verò superiores, partim iustis impedimentis, partim authoritate Imperij & splendore dignitatis, ne veniant quasi coacti ad parem minoremve *l.sed etsi.26.§.2. cum seq.ex quibus caus. ma. l.4.j. de recep. arb.l.est receptum 14.de iurisdict. l.si reus.12.iud.sol. l.hos accusare 12.de accusat.* magistratuum excusentur.

6 ¶ De personis, quas scilicet inuitas *l. quamuis.11.hoc tit.* suo duntaxat permissu, causáq; cognita vocari cõcedit, ita in secũdo capite edixit Prætor *l.4.hoc tit.* PARENTEM, PATRONVM, PATRONAM, LIBEROS, (scilicet patroni: nã proprios absque permissu vocare licet, etiam iis casibus, quibus cum his lis esse potest: sicut & vxorem *Cuiac.obseru.lib.10.cap.10*): PARENTES PATRONI PATRONAEVE, IN IVS SINE PERMISSV MEO NE QVIS VOCET. Hanc edicti partem consulti pluribus responsis *l.5.6.7.8 9.10.cum multis sequen.* explicãt quos consulere licet: in genere verò sic eã exponit Modest. *l.generaliter.13.h.t.* Generaliter, inquit, eas personas, quibus reuerẽtia præstanda est, etiãsi in potestate non habeant, *l.3. C. eod.* sine iussu Prætoris in ius vocare non possumus, quare idem hodie ad Dominum feudi extensum est, *Specul. de feud. num.33. Ias. in l.si non sortem.§.libertus.de con. indeb.quod vsu seruatur, licet communis opinio sit in contrarium.glo.& Dd.in c.1.verb.salua reuerentia. de mil. vas. Iaso. Fab.in §.pœnales.Instit.de actio. Iacob.de homag.nu.26. Euerar.in loc. lega. à lib. ad vas. in fine.* & ad magistratus similesque personas (quę nunc apud superiorem in ius vocare possunt, *Ias. hic in l.2.per l.iubemus. C.ad l.Iul.rep. Bart.in l.nec magistratibus.de iniur.*) extendi oportet. *vide Cuiac. lib.obseru. 10.cap.10.vbi ad maritum extendit, ex l. alia.Solut.matrim.& hæredem patroni extraneum, ex l.1. C.eod.l.si quis.de acquir.hæred.item vxorem, scilicet patroni, l.2. C. eod. non propriam. & ad maritum patronæ, contra Accurs.hic.*

7 ¶ In vltima parte Prætor edictum suũ pœnali iudicio munit, quæ pars in hæc ferè verba fuit cõcepta: IN EVM QVI ADVERSVS EA FECERIT, QVINQVAGINTA AVREORVM IVDICIVM DABO: *l.pen.* ei scilicet qui cõtra edictũ vocatus est, nõ fisco, pri-

uata est enim iniuria : eòque nec rescripto remittitur. *l.2.C.eod.* vt nec aliud ius ad priuatos pertinens. *l.2.l.vltim.C. Si contra ius.* At edicti de albo corrupto pœna maior est: quia maius & publicum ferè delictum, vnde actio popularis ad pœnam, ex parte fisco debitam. Cæterùm istud delictum vt priuatum est, ita & iudicium quod hoc nomine datur.

8 ¶ Hoc cùm sit pœnale, nec hæredi, nec in hæredem, nec vltra annum datur. *d.l.penult.* quamuis autem non adiiciat prætor, causa cognita se daturum: tamen Labeo ait, moderandam iurisdictionem: veluti si pœniteat libertum, & actionem remittat: vel si patronus vocatus non veniat, aut si non inuitus vocatus sit: *l.quamuis.*11. quod etsi verba edicti non patiantur, tamen ratio suadet, vt eâdem hîc θεραπεία vtamur, & pœnitentiæ locum demus, sicuti in cæteris, *l.1.§.1. §.quod quisq.iur.* etiam atrocioribus, *l.qui falsam. 19.de falsf. Bald.& alij in l.si quis non dicam.*C. *de episcop.& cler.*

9 ¶ Sciendum autem est, hoc edictum à I.C. ad alios casus esse productum. Nam *l. plerique* 18. plerique eorum putauerunt, nullum de domo sua in ius vocari, hoc est obtorto collo rapi (de hac enim specie edictum agit) debere, quòd Domus tutissimum cuique receptaculum sit: eúmque qui inde vocaret, vim inferre videri: (quod non nisi de violenta seu personali citatione accipi posse palàm est) ac satis pœnæ subire eum qui domo se contineat, si non defendatur, & latitet, *l. satisque.*19. quando hoc casu actor in bonorum eius possessionem mittatur. Si tamen aditum ad se præstet, aut ex publico conspiciatur: rectè in ius vocari eum, Iulianus ait: sicuti & à vinea, balneo, aut theatro: *d.l.satis.l.sed etiam.*20. Neque tamen hoc casu de domo sua quis extrahi debet. *l.sed etsi.*20. Deinde nec impuberes puellas, quæ alieni iuris sunt, in ius vocari permissum, Caius ait, *l.deque.*22. quod fortè moribus introductum est: cùm & aliàs sciamus, apud Romanos fuisse improbatum, rapere in ius mulierem, aut corpus eius tangere. *Valer.lib.*2

10 ¶ Siendum etiam est, qui in ius vocatus est, eum duobus casibus dimittendum esse: *d. l.neque.* primò, si quis eum defendat: secundò, si dum in ius itur, de re transactum fuerit: quòd si quis nihilominus ducere traheréve pergat, iniuriarum teneri. *l.§.1.§.qui satisd.cog.tot.tit.2.§.*

11 ¶ Illud quoque non prætermittendum, eum qui in hoc edictum incidit, si inopia dinoscatur laborare, in corpore, vt loquuntur, luere, quod non habet in ære. *l.fin.* Et hæc quidem iure isto sunt recepta.

12 ¶ Postea inualuit moribus, vt indistinctè nemo nedum in ius vocari, hoc est violenter priuata authoritate rapi, sed ne citari quidem sine venia iusſúque iudicis possit, *l.fin.C.de exhib.reis.* vtq; liceat quemlibet de domo sua in ius vocare: *Cano.in c. vltim. de eo qui in poss. mitt. vide Tiraq.de retract. lig.*§.*6.glo.2.per totum.* etiamsi in-

A de extrahi non debeat, nisi in criminalibus: vt non magnus huius tituli hodie sit vsus: nisi dicamus hanc veniam non à quolibet iudice, sed tantùm à Prætore ac præside similibúsque etiam nunc concedi posse: *l.4. & t.h.tit. l.1.2.3.C.eod.* & ideo etiamnum impetrandam esse: quia non omnis actio, criminalis puta, aut famosa, *l.3.4.5. de obse. à lib. l.1.§.hoc interdum. de vi & vi arm. l.non debet.*11.*de dol.mal. cum simil.c.1. vbi glo.verb. accusare. de consue. rec.feud.c.1. vbi glo. verb. perdit.*

B *Quæ fuit pri. caus. ben.amitt.* contra has personas datur. vt scilicet initio magistratus cognoscat, an talis proponatur actio ad cuius responsionem eiusmodi personæ sint vocandæ. quãquam eam ob rem non debere edicto locum esse, plerique contendant. *gl.ad verb.salua reuerentia. vbi Bald. & Dd.de mil.vas.qui cont.vide Cuiac. lib.obseru.*10. *cap.*10. *vbi ait, postquam manus iniectio desiit, etiam pœnam huius edicti desiisse.* Quare limatiore huius rei explicatione ad commentarios nostos reiecta pauca quædam, ad vsum potiora, de in ius

C vocando subiungamus: vt huius quoque tituli vberior fructus nobis aliquis constet.

¶ Quod igitur olim in Ius vocare, id vulgo 13
hodie, sublato iam iuris & iudicij discrimine, *de quo in l.4.de inter.act.l.3. Ne quis eum. Rubr. C.ne quis in sua caus. ius dicat vel iudicet. cum alijs suprà alleg.* Citare dicitur: quo verbo Cicero & Plautus vsi sunt, *Plaut.in Curcul.Cic.pro dom.sua, & A.Cluen.*& nos in explicando vtemur. Citationem ergo nusquam à doctoribus definitam, ita

D describit Socinus, *in tract.citat.art.*1. vt sit Actus vocatiuus alicuius, cuius interest: qui fit vel iuris dispositione, vel iudicialiter iudicis mandato, aut arbitri compositione, ad partis instãtiam: vel ex officio quandoque per ipsum iudicẽ, quãdoque per nunciũ, aut alium iudicem in subsidiũ: quandoque per partem, epistolam, præconem, campanam: ad iudicij, & eorum quæ in iudicio fiunt, fundamentum, validitatem, & defen-

E sionem, & ad alios varios effectus iudiciales legitimè celebratus. Hæc descriptio vberior est, quàm vt definitioni satis conueniat: Ego sic breuius malo: Citatio, est actus iudicialis seu iudicij præparatorius, quo is, quem coràm sisti opus est, iudicis mandato legitimè vocatur, iuris experiundi causa: *l.h.t.* Partes citationis vsitatè constituunt tres: *Socin. d.tract.citat.art.*4. Præceptionem iudicis: *c.*1.§. *contrahentes. de for. comp. in 6.c.prudentiam. cum seq. de offi.deleg. l. contumacia.*53.*de re iudica. Maran. in Specul. aur.cap. de citat.nu.*51. Verbalem citationem, quam nuncius

F exequitur, & eiusdem nuncij Relationem, *Maran.præall.loc.nu.* 55. *Socin d. tract. Schurff.cons.*38. *nu.*3.*cent.*1. quæ nisi ex actis appareat, non valet citatio. *Specul.de citat.* §.*sequitur.nu.*11. *Bal.& Salic.in l fin.C.de fer. Maran.præall. loc.num.*55. *Chil. prac.c.*24. Vtrum autem nuncio hac in re credatur, nec ne, alia quæstio est: in qua communiter placuit, ei vtpote iurato, & de suo officio te-

G stificanti credi, donec contrarium ostendatur. *Bart.in l.1.§.cura. de off.præf. vrb. Ias.in §.quadru-*

pli.In

pli.Instit.de act.glo.2.in c. cùm à nobis.de testib.& c. A *quoniam.*11. *verb. duos. vbi vide Lanfran.de Oria. ext.de proba.Soc.latè d.tract.citat.art.*12.& 13.

Species citationum alij sex ponunt, *Maran. parte 6.cap.de citat.numer.* 50. alij plures. *Socin.d. tracta. art.* 3. Communiter diuiditur citatio in Realem & Verbalem. Realis dicitur apprehensio personæ: *c.si clericos. de senten. excomm. lib.6. Auth.qua in prouincia.*C. *vbi de cri. ag. op. Ias.in l. plerique.num.* 33. *hoc tit.& in l.penul. num.*7. *de iurisd.*de qua sola edictum agere, multis argumen B tis doceri potest. *l.* 2. *l.plerique.*18. *h.tit.* Verbalis, quæ fit verbo. ea aut est Priuata, cum quis priuatim ad domum citatur: *Ias.d.l.plerique.*18. *num.*33. aut Publica, quæ scilicet publicè fit, aut affixis citationis literis, *Bart.in extrauag. ad reprimendum. verb.edictum. Felm. in c.quoniam.* §.*porrò. vt lit.non contest. Maran.præall.loc.num.*82. aut per præconem, *Bald.& Dd. in l.fin.*§.*cum igitur. de iur. delib. & in Auth.si omnes.* C. *si minor se abstine.Maran. præalleg.loc.num.* 98. aut per campa C nam seu tubam. *l.2. vbi glo.& Dd.C.de decur.lib.* 10. Citatio etiam alia peremptoria, *l.ad peremptorium.68.de iudic.* alia Dilatoria esse dicitur, *l.consentaneum.* 8.*C. quom. & quan.iud.* Origo citationis est ex iure naturæ: est enim defensionis species. *Clemen.Pastoralis.de re iudic.* P*anorm.in c. cum olim.de re iudic. Schurff.consil.9. num.* 6. *cent.*1. *Maran.præalleg.loc. numer.* 3. Causa Efficiens, est præceptum iudicis, sine quo non procedit citatio: *l.etiam.*29. §. *vltim.in verb. ad agendum à prae-* D *side euocato.de minoribus. l.neminem. vltim.C.de exqibend. reis. vbi Bart. & Dd. le. l. consentaneum.* 8 *C.quomodo & quan.iud.* Instrumentalis, est executio apparitoris: ὑπηρετικὴ, instantia & postulatio litigatoris: citra quam iudex neminem citare debet in causis priuatis, *c.significasti.verb. petitionem. de for. comp. l. ad peremptorium.* 68. *de iudic. l. fin. C.de bon.auth. iudic.poss. l.4.*§.*hoc autem.de damn. infec.* sed tantummodo in publicis, *c.qualiter. de accusat. Socin. de citat. art.6. num.*2. E Citare autem Ordinarij iudices possunt. de Delegatis dubitatur: *glo.in l.consentaneum.* 8. *C. quomodo & quan.iud. per.* §.*si verò. in Auth.de exhib.re. c.si clericus.de senten. excomm. lib.* 6. *vide Gonea.in l.2.sup.de iurisd.*sed cum absque citatione mandatam iurisdictionem exequi nequeant, consentaneum est, data iurisdictione etiam ius vocandi concessum videri, *l.2.*§.*de iurisdict.*cum etiam arbiter citare possit. *l. quid tamen.* 21. §. *Papin.*5. *de arb.cum simil.* In ius autem vocari debent omnes, quorum interest, quorũque causa agitur, *l.de* F *vnoquoque.* 47. *de re iudic. l.nam ita.* 39. *de adopt. l.si quando.*15. *C.de testib. Auth.si omnes.* C. *si min. ab hære. c.*2.*de testib. c.fin.de maio. & ob. Ias.in l.1. in fin.* C.*quan.lib. prin.dat. & l.si quis. verb.causam. Si cer.petat. Maran.in Spec. de citat.num.*2.3.4. *cum seq.contra l.etiam.* 29. §. *vltim.verb. præsente vel ad agendum euocato. de minor. Schurff. cons.*9. *num.*4 *cent.*1. etiamsi præsentes sint, vt communis praxis obseruat: *Bar.Ias.& Dd.hîc in l.1.& d.l.de vo-* G *uoquoque.Fach.diff.*38.*Land.lib.*2.*ar.*38.*Socin.ar.*5.

*nu.*23.*vide contrà text.in l.etiam.*30. §.*fin. verb. præsente vel ad agendum euocato. de minor. sed pro hac sententia tex.in l.*2.*verb.nec eum, dũ quis apud prætorem agit (qui certè præsens est.) h.t.c.*1. 5. *quæst.*3. & vocari omnes omnino possunt, præter illos quos hoc edicto nominatim excipi, suprà diximus. In omnibus autem litibus citatio faciendaest, etiam notoriis: *Ias.in l.fin.num.*13.*de Iuris.Bal. & Sal.in l. ea quidem.*7. C.*de accusat. Socin. de cita. art.*7.*nu.*63. nec modò in singulis causis, sed sin- B gulis etiam causarum actibus & partibus expediendis. *c.*1.*de caus. poss c. cum Eccl. fin. de constit. c. inter.de maio.& ob. Cle.pastor.de re iud.* Excipio illa tamen, in quibus causæ cognitione non est opus. *l.fin.C.si per vim.l.nec quicquam.*9.§.*vbi decretum.de off.proconf.*& non obstante partis cõtradictione potest procedi. *Bal.Ias.in d.*§.*vbi decretum. Ioan.And.in c.*2.*de oper.no.nun. Alex.in l. recusare, ad S.Treb.Soc.in tract. citat. art.*7. *nu.*35. & 66. Formam edicti peremptorij, hoc est, citationis peremptoriæ, alibi tradit I.C. *l. ad peremptorium.* C 68.*de iudic.* quæ ante litem cõtestatam olim obtinebat, non post: *Cuiac.obseru.lib.*10. *cap.*10.*per l. & tertium de iudic.l.contra.de re iud.* hodie contrà, *l.properandum.*11. §.1.2. C. *de iudic. Auth.qui semel,*C.*quomodo & quando in d.* præsertim morib. Sax.*lib.* 2.*art.*9.*lib.*3.*art.*5. Forma communis est, vt præcipiat, cõmittátque iudex citationem, *l, nemine.vlt.*C.*de exh.re.* & exinde nũcius iuxta præscriptum suæ commissionis citet: *c. venerabili.de off.deleg.c. cum dilecti. de rescript.* aut personaliter, D si persona haberi inuenirique potest. *l.1.*§.*permittitur.de lib. agnos.in verb. ad domum, si nullus eorum copiã habeat.l.*4.§.*prætor.vbi Bar.Imol.Cast.Alex. qui hanc dicit esse communem.de dam. infec. l.aut qui aliter.*5. §.1. *verb. si fortè non sit cui denũcietur. quod vi aut clàm.*aut si non potest, ad domũ, *d.l.aut qui aliter.l. scire.*13.§.*qui autem. de excus. tut.l. vim passam.*39. §.*nupta.ff. de adult. l.plerique.* 18.*h.t.* affixa citationis scriptura, *Bal.& Ang.in l.vt perfectius* C.*de annal.excep.Innoc.& Dd. in c.vltim.de eo qui* E *mitt. in poss. vide omnino Tiraqu. in retract. lig* §.*6. glo.2.num.*8.9. *cum seq.* quæ (vt volunt Dd.) hæc sex continere debet. Primò nomen iudicis citantis. 2, nomen eius qui vocatur. 3. nomen illius ad cuius petitionẽ fit citatio. 4, causam propter quam fiat citatio. 5. locum idoneum, *Bart. in l.aut qui aliter. quod vi aut clàm. text. in c. cum parati.*19.*ext.de appell.* in quo citatus compareat. 6, tempus opportunum & iustum, *Panorm.in c. cum dilecti, num.*20.*de dol.& cont. Spec.de citat.*§.1. *nu.*12.& §, *nunc de tempore.text.in c.fin.de dilat. & c.consuluit. num.* 24. *de off. deleg.* quo compareat. *vide de hu requisitis Dd. in l.*1.*de fer. Socin.de citat. art,*20. *Spec.de citat.*§.*iam de citatione, in prin. Marant.in spec.aur.parte* 9. *nu.* 63. *Tiraq.de retract.*§.8. *gl.*2. Quod ad finalem causam attinet, citatio authore Baldo, *in l.cum fratrẽ.*9. C.*de his quib.vi indig.*fit ad duos fines: videlicet ad effectum cõpartitionis, & ad effectum præparandæ defensionis. *Socin.de citat. art.* 5. *quæst.* 16.*nu.*22 & *art.*31.*nu.*5. *Marant. parte* 6. *de citat.num.*13.*per Clem.pastora-*

tis.de re.iudic. Quantus porrò sit citationis effectus, ex titulis subsequentibus intelligi licet. *J. Si quis ius dicen. non obtemp. cum tribus tit. sequent.* Certè quia initium litis est citatio. §. *vlt. Instit.de pœn. teme. litigan.* ideo operatur præuentionem. *c. proposuisti. vbi latè Socin. de iudic. c. gratum. de offic. deleg. gloss. in cle.* 1. *de iudic. Socin. in tract. citat. art.* 31. *num.* 2. *&* 4. *Ias. latè in l. si domus.* 71. §. *in pecunia legata. num.* 10. *cum sequen. de legat.* 1. quamuis non tollat declinatoriam exceptionem: *l. si quis.* 5. *de iudic. l.* 2. *si quis in ius voca.* item perpetuat iurisdictionem, *d. c. gratum.* 20. *c. relatum. de offic. deleg. cle.* 2. *vt lit. pend. gloss. in cle. l.* 1. *de iudic.* & fortassis etiam iure præsertim Pontificio actionem, *l. fin. C. de præscrip.* 30. *anno. quæ non loquitur. de litis contestatione, sed generatim de processu iudicario ex quo vult actionem perpetuari: at talis processus, iure cum primis Cano. à citatione incipit. c. gratum, cum sequ. de offic. deleg. cle.* 1. 2. *vt lit. penden. D d. l. vbi cæptum. de iudic.* interrumpit longissimi temporis præscriptionem, *Nouell.* 119. §. *vltra. l. sicuti.* 3. *l. cùm notissimi.* 7. *C. de præscript.* 30. *annor. l.* 2. *c. vbi in rem. Socin. de citat. art.* 30. *num.* 31. &c. iure Sax. si actor citatus non compareat, absoluitur ab instantia iudicij reus: nec prius auditur deinceps actor, quàm sumptus hoc nomine factos refundat reo, *D. Reinhart. diff. iud.* 17. *per art.* 8. *Landtr. lib.* 2. *fac. l. sancimus.* 13. *C. de iudic. & vid. in Auth. qui semel. C. quomodo & quando iud.* mulctam verò pendat iudici: *art.* 7. *lib.* 2. *glo. art.* 67. *lib.* 1. sin verò reus vocatus emaneat, solet post tertiam denunciationem tanquam confessus & conuictus in petitionem actoris condemnari, *Landtrecht. lib.* 3. *art.* 39. *lib. Fach. diff.* 39. quod & apud veteres quandoque obtinuisse, non obscuris vestigiis deprehendi potest. *l. contumacia.* 53. *de re iudica. l. diuus.* 7. *de in integ. restit. l. impuberibus.* 7. §. *vltim. ff. de suspec. tutorib.* Sed tum post litem demum contestatam ex peremptoriis edictis obtinuit: *Cuia. lib. Observ.* 10. *cap.* 10. iure Sax. tantùm antè locum habet. Nam pòst hæ pœnæ cessant: & qui non comparet, vtilitatem solùm termini ad quem vocatus erat, amittit. Ita mores habent. Cæterùm & actor nonnunquam causa huic cadit: si quidem vocatum oblato libello, in aliud pòst iudicium vocet atque pertrahat. *Cuia. præal. leg. loc. in fin. ex constit. Græca, quæ desideratur. C. de in ius vocan. & in Basilicis recitatur.*

A 2 *Exceptiones ab edict.*
3 *Hoc edicto partis actionino præiudicari.*

VT autem † vocationi in ius sua constet 1
vis & authoritas, prodita sunt aliquot à Prætoribus edicta, quibus sub comminatione mulctæ, necessitas parendi vocato imponitur. Eius generis hoc est edictum, quo non modò eum, qui iure vocatus est, venire prætor iubet, verumetiam qui iniuria: puta si citatus sit is, quem ex edicto vocari non oportuit: *l.* 2. *h. tit.* quod quidem ego sic interpretor, si ab eo qui ius dicit, hoc est, qui pro tribunali solenni loco statisque temporibus ius dicit, & superiorem magistratum gerit, *l. penult. §. de iustit. & iure Duar. Disp. ann. lib.* 1. *cap.* 1. *&* 53 *fac. l.* 3. *vers. si quis. J. ne quis eum.* vocatus sit. Est enim vocati, non contemnere authoritatem prætoris: *l.* 5. *J. de iud.* nisi maior, aut par sit, aut ea conditione, vt venire propter causas edicto expressas non debeat: *l.* 2. 4. *§. tit.* 1. quod si non à prætore, sed ab aduersario temerè & contra edictum vocetur, impunè licet non venire. *l. quamuis.* 11. *§. tit.* 1. Similiter si quis citetur ab inferioribus iudicibus, quorum iurisdictio ad certum territorium, certamque pecuniæ quantitatem est adstricta, vt dubitari non possit, qua de re notionem habeant: his extra territorium, aut supra iurisdictionem ius dicere volentibus impunè non paretur. *l. final. §. de iurisd.* At cum Prætor, vel alius Ordinarius & Vniuersalis magistratus, in ius vocat, quia præsumptio est, vnumquemque in iurisdictione deprehensum, etiam subiectum esse, *c.* 2. *de restit. spol. in* 6. *c. cum episcopus.* 7. *de off. ord. in* 6. *Panorm. numer.* 1. *Imol. num.* 3. *in c. nimis. de iureiur.* ideo nisi planè euidentissimum sit, nullum citandi ius competere, iri ad vocantem, nec contemni eius authoritatem oportet: vt hoc ipsum sciatur, an iurisdictio eius sit, *l.* 2. *hoc tit. d. l. si quis.* 5. *de iud.* quod cum coram ipso exquiri velit I. C. facilè apparet, eum de casu dubio, non etiã notorio atque indubitato locutum esse.

¶ Si quis in ius vocatus non ierit, mulcta pro 2
iurisdictione iudicis damnabitur, Rusticitati tamen hominis parcendum erit. Nam etsi rusticitas non excusat, aliàs, in reuerentia naturali præstanda, *l.* 2. *C. de in ius vocan.* qualis magistratui debetur: *l.* 2. *§. de iustit. & iur.* tamen quia citationis finis, est effectus comparitionis. *vide §. tit.* 1. ideo eius neglectio propriè ad magistratus iniuriam non pertinet, sed ad rem litigatoris, *l. si quis id.* 7. *in prin. in verb. non quod. prout res incidit. vbi glo. de iurisdict.* quare rusticitati prætor mulctam remittit, *vide Ias. in l.* 1. §. *final. si quis ius dicen. non ob.* quæ scilicet à dolo abest. *d. l. si quis id. cum l. sequ.* Item si nihil intersit actoris, eo tempore in ius aduersarium venisse, remittit prætor pœnam: puta, quia feriatus dies fuit. *d. l.* 2. quod & ipsum argumento est, ad pedaneos vel inferiores magistratus hoc edictum non pertinere, cum ius dicendæ mulctæ, quæ hîc contumaci

SI QVIS IN IVS VOcatus non ierit: siue quis eum vocauerit quem ex edicto non debuerit. Tit. V.

1 *De quo vocante in ius, hoc edictũ sit accipiendũ: & quando impunè non pareat.*

tumaci irrogatur, nullum habeant. *l.* 5. *C. de def. iuuit. l.* 2. *§. fin. J. de iud. l. aliud.* 131. *§. fin. de verb. signif. d. l. vn. §. si quis ius dic.*

¶ Sanè præter mulctam iudici dandam, si quis promiserit Iudicio sisti, & non stiterit, etiam in hoc tenebitur aduersario: vt si nulla pœna certa adiecta fuerit, incerti ad id quod interest, conueniri possit, *l. final.* quod tralatitium est in omnibus stipulationibus incerti. *in princ. Instit. de verb. oblig. l. fin. de præt. stipul. l. vbi.* 75. *de verb. oblig.* Et hæc de prima huius tituli parte. Altera de eo, qui vocauerit eum quem ex edicto non debuit, huc non quadrat: nec de ea hoc in tit. agitur, sed in superiore.

3 *Quæ detur ex hoc edicto actio, & contra quos.*
4 *Qui excipiũtur edicto, & contra quos non detur hæc actio.*
5 *Affinia remedia: eorũque ab hoc edicto differentia.*

HOc edictum † Prætor proposuit, vt metu 1
pœnæ compesceret eos, qui in ius vocatos vi eripiunt. Etenim cùm populari olim more permitteretur, eum qui in ius vocatus neque satisdaret, nec ire veller, inuitum rapere: prouisum est hoc pœnali edicto, ne ita raptum quis vi eripere, & violare hac exemptione ius populi *l.* 4. *in verb. quo minus quis in ius duceretur. ad l. Iul. de vi priua.* auderet.

¶ Eximere autẽ videtur non modò qui vi manibus eripuit, sed etiam qui quoquo modo morã fecit, quo minus in ius iretur, vt actionis dies exiret, & res tempore amitteretur. *l.* 4. *hoc tit.* 2

¶ In eum qui vi exemit, in Factum iudicium 3
datur: quod non id continetur, quod in veritate est, quantúmque damni propter exemptionem actor verè passus est: sed quanti ea res de qua controuersia est, ab actore iureiurando, vt volunt Dd. erit æstimata: *Bart. & Ias. in l. penul.* §. 1. *hoc tit. arg. l. si quando.* 9. *C. vnde vi. c. fin. quod met. caus.* vt appareat, etiamsi quis calumniator sit, calumniandique animo litem instituerit, tamen posse eum hanc pœnam persequi, & litis, quamuis temerè propositæ, æstimationem postulare. *l.* 5. §. 1. *h. tit.* Non enim ius actoris, sed factum eximentis contra popularem legem, prætor respicit & coërcet.

¶ Vnde & si plures sint qui deliquerint, in sin- 4
gulos hoc iudicium dabitur, manente nihilominus eo qui exemptus est, obligato. *l.* 5. §. *fin. h. tit.* Singuli enim ex delicto suo in solidum obligãtur: *l. si quis.* 7. *cum l. seq. §. de iurisd.* vnde cum soluunt pœnam, non liberant reum principalem: quia non eius, sed suo nomine: nec illius obligationem aut debitum, sed suam quisque pœnã ex suo facto & hoc edicto debitam dissoluunt. *l. fin. h. tit.* Porrò mirandum non est, tam grauem eximenti imminere mulctam, qui ius populi temeranit: cùm lege etiam Iulia de vi priuata teneatur, si concursum & cœtum, quo minus quis in iudicium perduceretur, faciat: *l.* 5. *ad l. Iul. de vi priu.* benigna tamen I. C. interpretatione ad eos tantùm casus, de quibus præcipuè loquitur, seueritas huius edicti restricta est. Vnde Ofilius rectè putauit, locum huic actioni nõ esse, si persona quæ in ius vocari non potuit, exempta est: vt pater, patronus, &c. Magis enim deliquit qui vocauit, quàm qui exemit. *l.* 1, *&* 2. *h. t.* Eadémque moti æquitate, censuerunt idem esse in eo, qui aliò quàm quò debuerat, vocatus est, & cui ius sit ibi non conueniri. *d. l.* 2. item in seruo, *l.* 3. *hoc t.* quia frustra vocatur, quando cum illo agi nequeat: *tot. tit. C. qui legit. perso. stan.* etsi accusari possit. *vide J. de accusat.* Idem iuris etiam est in eo, qui licet exemptus esset, nihilominus per-

NE QVIS EVM, QVI in ius vocabitur, vi eximat. Tit. VII.

1 *Ratio edicti.*
2 *Quis dicatur eximere.*

ductus in ius eſt: *l.5.§.docere.hoc tit.* quoniam verba cum effectu ſunt accipienda. *l.1.§.1. quod quiſque tu. l. 5.§. docere hoc tit.* Quin & ſi quis ad pedaneum iudicem vocatum eximat, pœnam huius edicti ceſſare vult Vlpian. *l.3.§.1. hoc t.* quia edictum propriè loquitur de eo, qui in ius vocatus eſt. In ius autem vocari dicitur, qui ad prætorem, vel tribunal eius, qui iuriſdictioni præeſt, vocatur: *l. 4.§. fin. de interr. act.* vnde ad alios iudices minores, quorum tanta non eſt dignitas, pœnale hoc iudicium non eſt facilè extendendum. Hoc autem iudicium hæredibus dabitur, ſi interſit, puta ſi ius eorum ſit factum deterius. *l. 4. verb. vt actionis hoc tit.* tunc enim quia damnum datum eſt rei familiari, actio quaſi rei perſecutoria ad hæredem tranſit, quamuis etiam pœnam contineat: *leg. 1. de priuat. del. l.2.§. emancipat. de colla. bon.* aliàs autem non tranſit, quandò tantùm ad vindictam ſcilicet datur, & pœnam, *l. penul.§.1. hoc tit.* ſicuti nec reliquæ iniuriarum actiones, *l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum.* ℔. *ſi quis caut.* cum nec in bonis ſint, *dict. l. 2.§. emancipatus.* lite necdum conteſtata. *l. vn. vbi vid. C. ex delic. defunc.* Cæterùm neque in hæredem, nec poſt annum dabitur: *l. 5. §. fin.* quia reſpectu rei pœnale eſt. Et hoc quidem obtinet in eo qui vocatum aduerſario eximit.

5 ¶Sunt autem & alia remedia prodita in eos qui iudici eiúſque ſatellitio vel cuſtodiæ quem eximere non verentur. nam ad idem obligantur, quod reus principalis, ſi damnatus fuiſſet, dependere cogeretur, tam in cauſis ciuilibus, *l. quoties. 3. C. de exact. trib. lib.* 10. quàm criminalibus: *l. 4. C. de cuſto. reo.* neque modò ciuili iure, verumetiam Saxonico. *Land. lib. 3. art. 9. vbi Zobel. diſtinguit.* Quod ſi quis etiam capitis damnatum eximat, aut priuatim interficiat, eum volunt quidam maieſtatis reum eſſe, & capite plecti: *l. 4. vbi Bart. ad l. Iul. maieſt. Iaſon. in l. 3. §. quod prætor. num. 12. hoc tit. per l. fin. C. de maleſ.* quod alij admittunt, cum ſummi principis violatur maieſtas & iuriſdictio: in reliquis inferioribus pœnam arbitrariam in quocunque modo eximentes ſufficere arbitrantur. *Fab. Iaſ. num. 102. 107. in §. pœnales. Inſt. de act. & in d. §. quod prætor. nu. 12. per l. 4. l. 9. de cuſtod. reor. Guid. pap. quæſt. 579. Soc. de cit. art. 34. num. 32.* Eſt huic quoque affine edictum, quod paulò pòſt proponitur, notans eum per quem factum erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat. *infr. tit. 10. de eo per quem fac. erit.* Sed hoc coërcetur, qui non ſatiſdantem, & ideo ad tribunal protractum, vi eximit manibus ducentis: illo verò, qui fecit, quò minus condicto die & tempore ſe ſiſtat ille qui ſatiſdedit antea, & hac cautione à manus iniectione ſe liberauit. Hoc edicto vis coercetur: illo dolus. Ex hoc agit tantùm is, qui in ius vocauit: ex illo non tantùm actor, ſi fortè ius ei minutum ſit eo facto, ſed etiam reus, quatenus intereſt eius, pœnam non eſſe commiſſam. Hoc meram pœnam perſequitur actor, illo quod intereſt: hoc ſinguli delinquentes in ſolidum tenentur, illo ſolutio vnius liberat alios. Hoc notat eum qui impedit actorem, quò minus ad Iudicium necdum inſtitutum ducat: illud eum qui impedit reum ductum, per cautionē liberatum, quò minus cautioni pareat, iudicióque conuento iā antea & cōſtituto ducatur. *vide Cuiac. lib. Obſeru. 10. cap. 10.*

QVI SATISDARE COgantur, vel iurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur. Tit. VIII.

C. 2. 57.

1 *Ordo & diuiſio tituli.*
2 *Quid ſatiſdatio, & quotuplex.*
3 *Cauſa efficiens, quomodo: quos prætor ad ſatiſdandum cogat.*
4 *Materia circa quā, & qua ſatiſdetur.*
5 *Forma.*
6 *Qualiter hodie caueatur.*
7 *Qualis fideiuſſor dari debeat: & an pignora ſufficiant.*
8 *Finis ſatiſdationis.*
9 *Effect⁹, & ad quid fideiuſſor cōueniatur.*
10 *Qui iuratò promittant.*
11 *Qui ſuæ promiſſioni relinquantur.*

QVIA ℔ diximus eum, qui in ius rapitur, ſi vadari paratus ſit, dimittendum eſſe, & tū æquam conditionem iure repudiari non oportere: & quoniam aliàs etiam in iudiciorum ingreſſu ſatiſdationes ſunt neceſſariæ & vſitatæ: *Inſtit. & C. de ſatiſd.* ideo videamus nunc, Qui & Quomodo ſatiſdare cogantur. Nec enim omnes vno modo cauent. Alij enim Satiſdare cogūtur, alij Iuratò tantùm promittunt, alij Nudæ ſuæ promiſſioni relinquuntur: vt ex ipſa huius tituli inſcriptione colligi poteſt. 1

¶ Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. nam vt Satisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus: ita Satiſdare aduerſario noſtro, cùm pro eo quod à nobis petijt, ita cauemus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus, *leg. 1. Hypp. in rub. de fideiuſ. num 16. vide glo. in leg. 1. C. de fideiuſ. §. 2. Inſtit. de off. iud.* Porrò ſatiſdatio reſpectu cauſæ efficientis aut Neceſſaria eſt, quæ à Lege vel Magiſtratu imponitur: aut Voluntaria, *l. ſi fideiuſſor. 7. cum l. ſeq. hoc tit. l. interdum. 10. rem rat. hab.* quæ ex conuentione debetur. Neceſſaria, vt de Siſtendo, de qua hoc in titulo agitur. de Se præſentando, *l. 1. vbi Iaſ. ſi quis in ius voc. l. 1. vbi Bart. de cuſto. reo.* de Non offendendo, *Bart. in l. illicitas. 6. §. ne potentiores. de off. præf. Felin. in rubr. de treug.* Dilapidando, *dict. l. ſi fideiuſſor. 7. l. in omnibus. 41.* 2

bus. 41. de iudic. de Expenſis, *auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. §. ad excludendas. in Auth. de litigio.* & ſimiles. *vide* ℔. *Rem rat. hab. Iudic. ſol. Vt legat. nom. Rempu. ſal. &c.* Voluntaria: vt quæ ex conuentione contractibus apponitur. *d. l. interdum. 10. rem rat. hab.* Deinde ratione formæ alia dicitur ſatiſdatio, quæ fit datis fideiuſſoribus aut pignoribus: *l. 1. hoc tit. l. promiſſor. 21. §. fin. de conſt. pec.* alia cautio Iuratoria, quæ fit per iuſiurandum: *l. fin. hoc tit.* alia cautio Simplex, quæ fit nuda promiſſione. *l. ſatiſdationis. 61. de verb. ſignif. vide l. 2. C. eod. tit.*

3 ¶Efficiens cauſa eſt Prætor, qui ſatiſdationum ius introduxit, *in princ. Inſtit. de ſatiſda. in ver. verba edicti.* & nolentem ſatiſdare cogit, aut Miſſione in poſſeſſionem bonorum, aut, ſi de re mobili litigatur, rei ipſius Ablatione, *leg. 7. §. fin. hoc tit.* Deinde voluntas litigatoris conuenti, & fideiuſſorum pro eo ex edicto repromittentium. Porrò omnes qui conueniuntur, etiam filij familiàs, niſi diſertè à lege vel ſuæ promiſſioni, vel iurijurando relinquantur, ſatiſdationem præſtare debent, *leg. filiusfamilàs. 14. hoc. tit.* quæ & ipſa reuocanda eſt interdum, ſi fortè prior euaneſcat, *leg. 8. § ſi fideiuſſor. hoc tit.* vel medio tempore prolapſis in inſignem calamitatem fideiuſſoribus, reddatur inutilis. *leg. ſi ab arbitro. 10. hoc tit.* Actores autem iure ciuili veteri non ſatiſdant, *in princ. Inſtit. de ſatiſd.* ſed nouo ſatiſdare coguntur. *Auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. §. ad excludendas. in Auth. de litig. Auth. libellum. Auth. quod fieri. C. de lit. cont. Spec. de ſatiſd. §. 1.* vt & procuratores eorum: *§. ſin autem. Inſtit. eod.* de qua ſatiſdatione paulò pòſt commodius. *ad tit. de procur. & rem rat. hab.* At iure Sax. *vide Chil. in prac. cap. 46. cum ſequ. Landtr. lib. 2. art. 9.* ab hoc duntaxat, non etiam à reo, cautio pro expenſis, & tuitio (quam guarandam vocant) exigitur. *vide Reinhar. diff. iud. 2.* Cauſa ϖαρχα παρκλιχη eſt petitio partis: niſi enim petita ſit, decerni à iudice ſatiſdatio non debet. *l. Pomponius. 40. §. rati habitionis. de procur. Hipp. in prac. crimin. § nunc videndum. num. 3. per leg. 4. §. hoc iudicium. de damn. infec. leg. ita. 13. C. de procur.* Ea autem petitio ante litem conteſtatam facienda eſt. Nam cum ſit dilatoria, poſt litis conteſtationem non auditur. *d. l. Pomponius. 40. §. ratihabitionis. de proc. d. l. ita demum. Zobell. Landtr. lib. 2. art. 9.*

4 ¶Materia circa quam verſatur ſatiſdatio, eſt dies iudicij ſtatus: de quo antiquitùs quoque conueniri ſolere, lex XII. Tab. indicat: SI STATVS DIES CVM HOSTE FVERIT, VENITO. *Cic. lib. 1. Off.* Materia, qua conſtituitur ſatiſdatio, ſunt propriè fideiuſſores. *d. leg. 1.* & ex interpretatione, pignora, *gloſſ. & Dd. hic in l. 1. verb fideiuſſoribus. per l. 1. §. iubet. 7. de collat. bon. & in l. prætoriæ. 7. de præt. ſtipul. §. ſin autem. Inſtit. de ſatiſd.* ſicuti etiam hodie vſurpatur. Porrò omnibus in cauſis ſatiſdatio admittitur & præſtatur: an verò etiam in cauſis criminalibus, eſt explicatum. ℔. *de cuſtod. reor.* & ſatiſdatio ſufficiens eſſe debet, *leg. 2. hoc tit.* quæ ſatisfaciat accipienti: vnde τὸ ἱκανὸν λαβόντες. *Actor. 17. 9.*

¶Forma olim erat, vt de die ponenda, aſſignandáue, qua iudicio ſtetur, inter litigatores conueniat: & ſtipulatione interpoſita Vadimonium, de ſiſtendo ea die cùm à litigatore conuento, tum pro ipſo à fideiuſſoribus promittatur. Quòd ſi de die ponenda conueniri nequibat, in poteſtate ſtipulatoris, id eſt, actoris erat, diem aſſignare, ne quà tergiuerſante reo, & alium atque alium diem, minus actori commodum, fraudulenter deligente, ad elabendum feneſtra aperiretur, *l. interdum. 73. de verb. oblig.* moderato tamen ſpacio de hoc à iudice ſtatuendo *l. de die. 8. hoc tit.* 5

¶ Nouiſſimo iure, qui à iudice litis cauſa citatur, debet initiò ſatiſdare, ſe vſque ad finem in lite permanſurum: *§. ſed hodie. Inſtit. de ſatiſda. Auth. libellum. Auth. quod fieri. C. de lit. conteſtat.* cui effectu conuenit, quòd hodie omiſſa ſatiſdatione pleriſque locis cogantur litigatores domicilium in territorio, vbi agitur, eligere, vnde citari, & niſi reſpondeant pro contumacibus haberi iudicaríque poſſint: quæ certè contumacia, in reo quidem apud Saxones tanti eſt, vt abrupta cognitione ſecundum actorem pronuncietur: *Chil. in prac. cap. 46.* in actore verò, vt ab inſtantia iudicij reus abſoluatur. Apud Saxon. tamen hæc ſatiſdatio non tam eſt vſurpata, quàm illa, qua actor duntaxat (non reus) pro expenſis & reconuentione ſatiſdare cogitur. *vide Chil. præalleg. loco.* 6

¶Fideiuſſor autem iudicio ſiſtendi cauſa Locuples dari iubetur, non tantum facultatibus, vt ſatis & idoneè habeat in bonis, pro magnitudine rei quam actor poſtulat: *leg. quos nos hoſtes. 234. §. 1. de verb. ſignif. l. ſi arbitrio. 10. hoc titul.* ſed etiam conueniendi facilitate: *leg. 2. in princ. hoc tit.* ne præſcriptione aliqua fori cauſam aduerſario difficiliorem faciat. *l. ſi fideiuſſor. 7. in princ. hoc tit.* Quamobrem nec mulier rectè adhibetur, propter exceptionem Velleiani: *l. de die. 8. § 1. hoc tit. l. 3. de fideiuſ. tot. tit. ad S. C. Vell.* neque miles, quia ex priuilegio militari fideiuſſione ſoluitur: *d. l. de die. §. 1. hoc tit. l. milites. 31. C. de loca. & con.* nec minor, propter beneficium reſtitutionis in integrum: *d. l. de die. §. 1. & 2. hoc tit.* niſi hæ perſonæ in ſuam rem fideiubeant, atque ita validè & efficiaciter obligentur: *d. §. 1. & 2.* neque ſeruus, *d. l. de die. §. 2.* quia perſonam legitimam ſtandi in iudicio non habet. *leg. 1. C. de pre. imp. off. & tit. C. qui leg. perſ. ſtan.* Qua quidem in parte ne quid fraudis ſtruatur, arbitri ad probandos fideiuſſores idonei conſtitui ſolent: qui ſi in alterutram partem iniquum iudicium dixiſſe videbuntur, querela ad competentem iudicem deferri per prouocationem poteſt. *leg. ſi ab arbitro. 10. leg. arbitro. 9. hoc tit.* Et hæc quidem in genere vera ſunt. Cæterùm Prætor quaſdam perſonas excipit: vt parentes, patronum, filium, vxorem, nurum, &c. à quibus pietatis & con- 7

iunctionis intuitu, qualemcunque fideiussorem iudicio sistendi causa vult accipi. *l. 2. §. 2. hoc tit. l. 1. & 2. §. tit. 2.* Sed vtrum plures fideiussores dandi sunt, an vnus sufficiat? Sanè quantumuis pluraliter leges interdum fideiussores exigant, *l. 1. l. arbitro. 9. cum leg. sequ. hoc tit.* tamen verius est, vnum idoneum & locupletem sufficere in ciuilibus: *l. 2. 3. 4. 5. §. 1. 7. hoc tit.* nam in causis criminalibus, pro qualitate delicti & personarum, plures exiguntur. *Maran. tract. iud. de satisd. nu. 7.* Illud etiam quæstionis est, an pignoribus satisdari possit? Quod vtut in contractibus olim licuerit, *l. promissor. 21. § fin. de const. pecun. leg. 1. §. iubet. de collat. bon. l. 2. §. pen. quor. legat.* tamen in prætoriis stipulationibus, huiusmodi satisdationem non suffecisse arbitror. *l. prætoriæ. 7. de prætor. stipulat. l. 1. verb. datis fideiussoribus. hoc tit.* Nam prætor non tantùm securitatis causa satisdationem exigebat (prout fit in contractibus, *in prin. Instit. de fideiuss.*) sed etiam ob facilitatem conueniendi. *l. 1. si quis in ius voc.* facilius autem olim à fideiussoribus exigi debitum poterat, quoniam ante principalem rectè compellabantur, *l. 3. & tot. tit. C. de fideiuss.* quàm à pignoribus: quæ non semper emptorem inuenint, & nisi varia circumductione non distrahuntur. *tot. t. ff. & C. de distr. pignor. & C. de iur. dam. impetr.* Sed hodie cum nec fideiussores, nisi principali excusso conueniantur, *Auth. præsente. C. de fideiuss.* receptum est etiam pignoribus, puta depositione pecuniæ in iudicio caueri posse: *glo. & Dd. in l. 1. h. t. & in d. l. prætoriæ. 7. & in §. sin autem. Instit. de satisdat. vbi Fab. glo. & Bald. in l. si à creditore. 7. C. de actio. & oblig. per. l. 4. C. quæ res pign.* quod admittendum arbitror, iis actionibus exceptis, pro quibus rei bona sunt pignori tacitè obligata: vt in iudicio tutelæ dotis, *vide infr. in quib. caus. pign. tacit. contra. &c.* Hic enim suis rebus reum cauere non posse certum est, cum non plus fit in cautione, quàm in principali actione.

¶ Finis satisdationis est, vt actorem hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. *d. l. 1. hoc tit.*

¶ Effectus est, quòd qui satisdationem offert, non possit violenter in ius pertrahi: *l. si verò. 5. §. 1. h. tit.* item quòd procurator qui satisdedit, sit loco domini: *l. Titius. 76. de procu.* quòd satisdationem petendo vel præstando, nemo videatur in iudicem consentire. *leg. sed etsi. 52. §. fina. de iudic. las. in leg. si conuenerit. numer. 22. de iurisdict.* Quantum verò ad fideiussorem attinet, Effectus satisdationis hic est, vt in fideiussorem, qui aliquem Iudicio sisti promisit, qui non stitit, tanti, quanti ea res est, actionem Prætor polliceatur: nempe vt in veram actionis quantitatem, siue petitæ rei æstimationem teneatur, nisi pro certa quantitate accesserit: alioqui pro ea quantitate quæ actione comprehensa est, spopondisse intelligitur: quamuis eam deberi necdum appareat: *leg. 3. h. tit. leg. fin. de eo per quem fac. erit.* non tamen etiam se obligasse ad totam litis veritatem: & omne illud quod aut per sententiam Iudicis, aut per insciationem, perque moram vel culpam rei accedere potest. *l. 2. §. fin. hoc tit. l. centum. 8. §. de eo quod cer. loc.* Iam reliquas huius tituli partes paucis absoluamus.

¶ Iuratò promittunt nonnulli ob Dignitatem, *vide Nouell. 52. de exhibend. reis. Nouell. 112. de litigios.* vt Illustres, *l. penult. C. de dig. lib. 12. vbi glos.* Senatorij: *Harmenop. lib. 1. tit. 2. de abiura.* plerique propter Necessitatem; nimirum hi, qui nec ab onere satisdationis liberantur, neque tamen fideiussores inuenire idoneos possunt. Ne enim per difficultatem inueniendi differantur iudicia, & paupertas debitoris obstet agenti, quo minus ius suum maturè consequatur: ideo iureiurando reus relinquitur, vt illud pro satisdatione præstet, *l. fin. hoc tit. l. 4. C. de vsufru. §. 1. Instit. de satisd. l. non cogendum. 45 inf. de procur.* nedum in ciuilibus, sed etiam interdum in criminalibus. §. *necessarium. in Auth. vt null. iudi. Par. de Plut. in tract. Synd. in verb. fideiussores. cap. 1. Boss. tract. criminit. de carc. fideiuss. num. 72.* Nam cum exigitur cautio, talis peti videtur, qualis à reo præstari potest. *glo. in cap. ex parte. 23 ad verb. pro contumacia. de verb. signif.* Ad impossibile nullus enim obligatur: *l. impossibilium. de reg. iur.* & interest actoris, eiusmodi cautionem recipi, alioqui procedi vlterius in causa principali non posset. Vt autem procedatur, nec per has dilatorias causationes mora impedimentúmque rebus agendis creetur, magis interest actoris, ius suum persequentis, quàm rei, qui fugere ac extrahere litem quantum potest, solet, *l. properandum. 11. §. 2. C. de iudic.* & cuius bono omnis cedit dilatio. Si tamen suspectus de fuga sit reus aut peregrinus, non facilè cautioni iuratoriæ committi, sed potius arrestari debet, vt reuera cautum esse possit agenti: *l. litibus. vbi Bart. num. 8. C. de agric. lib. 11. Alb. in l. si fideiussor. 7. §. vl. in. hoc t. Curt. in l. vnic. num. 56. C. de pro. s. qu. & ibidem Salic. num. 10. Innoc. in rap. præterea, de except. Mynsing. obseru. 10. Cent. 2. fac. Bald. no. in l. vltim. C. de ord. cognit. vide glo. nouam Land. lib. 2. art. 5.* Contrà quoque non recipi quidam putant mor. bus nostris, ab actore in criminalibus iuratoriā cautionem, post editam const. Imperij 14. quæ fideiussores exigit, aut incarcerationem imponit: quanquam id antea fuerit apud Saxones admissum, *Chil. in pract. cap. 47. num. 2. auth. cr. Diff. 40. 41. in fine.* nec video cur generali iure hoc speciale abolitum videri debeat: & alioqui pauperes ob inopiam cautionis, desistere accusationibus & persequendis suorum iniuriis cogerentur, nisi in defectum aliarum satisdationum hæc ab iis reciperetur. quam esse pluribus sententiis receptam, & rectè quidem, meminisse possum. Huius autem iurisiurandi duo sunt ex more capita: Primùm, vt litigator iuret se fideiussores inuenire idoneos, quamuis summa adhibita diligentia, nequiuisse: deinde, de quibus cauendum erat. vt ea sanctè se facturum, statuúmque iudicio repromittat. *Chil. in pract. cap. 46. post glo. in §. necessarium. verb. iudicij. in Auth. vt nul. iudi.*

per illum tex. Quod apud Saxon. propter anceps periurium ita temperatum est, vt tantum iuretur de credulitate, scilicet, se credere, quòd etiā adhibita diligentia, per fideiussores aut pignora cauere nō possit. *vide Alex. l. 1. nu. 14. h. t. Chilian. cap. 46.* Cui quidem cautioni si non stent Illustres & Senatorij, plectuntur pœnis lege ordinatis: *l. penul. C. de dignitat. lib. 12.* reliqui causa cadunt, ex constit. quadam Græca, quæ desideratur. *ad tit. C. de custod. reor. ita Cuiac. in l. 2. C. de reb. cred. in fi.* Quod apud Saxo. ante litem contestatam in omnibus reis contumacibus tralatitium est: pòst non item: quanquam periurium extra ordinem, *l. vlt. vbi Dd. de crimin. stellion.* & vel digitorum quib. iuratum est, amputatione *Ord. Imper. cap. 107. 108. 299. gloss. Sax. art. 9. lib. 3* soleat etiam puniri.

¶ Suæ promissioni committuntur, qui res immobiles in territorio, *vid. Ias. in l. 7. §. 1. num. 8. h. tit. fac.* §. *sed hodiè. Instit. de satisd.* vbi litigatur, possident: *l. sciendum. 15. hoc titu.* nam cùm pro prædibus prædia sufficiant, quorum in possessionem mittatur actor, si reus vocationem in ius aspernetur: *l. hæres absens. §. 1. de iudic. tot. tit. de bon. auth. iud.* meritò alia cautio ab his non est requirenda in ciuilibus (nam secus interdum in criminalibus *Ias. in d. l. sciendum 15. num. 3. in 10. limit. hoc tit. Salic. in l. denunciamus. num. 2. C. de his qui ad Eccles. conf. vide infr. de custo. reo.*) sed sufficit nuda de Sistendo promissio, interposita scilicet stipulatione. §. *si scriptum. Inst. de inutil. stipul.* Itaque quod alicubi receptum est, vt eiusmodi possessor hoc nomine bona sua omnia pignerare expressim cogatur, superuacuum videtur, nec plerisque Sax. locis seruatur: cum absque ob prætorium pignus in his ex contumacia facile induci possit. Possessorem autem accipimus, qui suo iure & irreuocabiliter iure directi vtilisve dominij possidet, non vsufructuarium aut creditorem. *d. l. sciendum. §. 1.* Sed quantum opus est possideri, vt quis pro idoneo possessore habeatur? Equidem arbitror satis esse, si iure ciuili pro quantitate & æstimatione rei petitæ. *gl. in d. l. sciendum. verb. compelli. & in §. sed hodie. Instit. de satisd.* iure Sax. quantum vno Vuerigeldio æstimari potest, possideatur: *Land. lib. 2. art. 5. Chil. cap. 47. Fach. diff. Reinh. parte vlt. diff. 29.* nisi causæ magnitudo, & personarum qualitas, maiorem summam & æstimationem exigat. quod arbitrio iudicis examinandum relinqui tutius est. Dominum possidere sufficit, quamuis procurator inops sit: illius enim, non huius res agitur: & in eius bona fit missio & executio. Contrà procuratorem eâdem ratione possidere non sufficit: nisi pro domino, qui nihil immobilium ibi possideat, se vt vadem interponat. Iure nostro nedum in loco iudicij, sed etiam propinquo eiusdem territorij possidere sufficit: moribus Saxon. non item: quia cautio reconueniendi in eodem foro facultatem, alioqui lege patria præclusam inducit: vt idonea videri nequeat, nisi in eodem foro præstetur: quod in iudiciis Prouincialibus obtinet, in reliquis sufficit sub eodem Principe bona possideri, licet non in eodem iudicio; nec opus est oppignoratione bonorum immobilium, vel consensu iudicis, sub quo sita sunt, *constit. 5 parte 1.* etiamsi hanc cautionem oppignorationis requirat hic Bart. & communis schola. *Ias. num. 6. in d. l. sciendum. 15. h. t.* Imo quod amplius, iuratoriam etiam cautionem ab hoc exigunt: *gl. 1. Ias. præall. loco post Fulgos. & alios. in d. l. sciendum. per l. vlt. vbi gloss. verb. adiuratoriæ. C. de prin. agent. in reb. lib. 12.* sed contraria Bart. Ang. receptior est. *in d. l. sciendum, quam testatur Ias. ibidem num. 6. communem. Chil. d. cap. 46. d. const. 5. parte 1.*

SI EX NOXALI CAVsa agatur, quemadmodum caueatur. Tit. IX.

SAtisdationes, de quibus modò dictum est, in causa Noxali præstitæ, facilè poterant olim eludi: nimirum, seruo post vadimonium promissum fortè in potentiorem, aut eum qui in foro promissoris conueniri non poterat, alienato. Nam cùm Noxa sequeretur caput, *l. 2. hoc tit. §. omnis. Inst. de nox. act.* liberabatur prior dominus, satisdatione ad nihilum recidente. Cui subterfugio, hoc edictum veluti obicem Prætor opposuit: SI QVIS EVM, DE QVO NOXALIS ACTIO EST, IVDICIO SISTI PROMISERIT: IN EADEM CAVSA EVM EXHIBETO, IN QVA TVNC EST, DONEC IVDICIVM ACCIPIATVR: hoc est, donec aut ipse iudicium, tanquam principalis, nomine serui subeat, litémque contestetur (quo facto seruum vtpote iam litigiosum, amplius alienare non potest *l. 2. C. de litigios.*) aut seruum dedat noxæ: quorum vtrumuis facere cogitur.

DE EO PER QVEM factum erit, quo minus quis in iudicio sistat. Tit. X.

Quando, cui, aduersus quos, ad quid, actio ex hoc edicto detur.

EFfectus † satisdationum hic est, vt siue per alium, siue culpa promittentis, iudicio statum non sit, pœna consequatur. In primis igitur, si quis impedit aliquem iudicio sisti, æquissimum putauit Prætor, dolum eius coercere. Fecisse autem Dolo malo non tantùm is putatur, qui suis manibus, vel per suos retinuit:

A sed qui alios quoque rogauit vt eum detinerent, vel abducerent, ne iudicio sistat: siue scientes, siue ignorantes, quid esset quod cōminisceretur. Dolum malum etiam accipimus, si quis venienti ad iudicium aliquid denunciauerit triste: vt mortem filij, propter quod is necesse habuerit ad iudicium non venire, *l.1.§.1. hoc tit.* Datur autem hæc actio non modò actori, verumetiam reo, si non ab actore (nam aduersus hunc non habet reus actionem ex hoc edicto, cùm contentus esse possit exceptione, si ex stipulatu conueniatur ad pœnam, quòd ad iudicium non venerit, *l.1.§.si reus.3.hoc tit.*) sed ab alio fuerit impeditus. *d.§.si reus.l.3.infr.tit.1.*

B Hac actione continetur, Quanti interfuit vadimonium obitum esse: hoc est, quantum est iudicio petitum. *l.3.§ fin.* Quamobrem si plures dolo fecerint, omnes quidem tenentur: sed si vnus præstiterit pœnam, cæteri liberabuntur, cùm amplius nihil intersit: *d.l.1.§.si plures.* aliter atque in edicto illo, quo in Vi eximentes vocatum pœna durior, & quidem in singulos solida est constituta, propter præbitam seditioni concursionibúsque materiam, & ius publicum violatum. *§. ne quis eum. qui in ius voc.* Itaque interest inter illud, & edictum præsens. Illud in factum exemptionis conceptum est: hoc in machinationem dolosam. Illud datur contra eum, qui citationis ius publicum impediuit: hoc in eum, qui satisdationem priuatam. Illud ad pœnam quæ ex delicto debetur: *l. 4. de priua.* quod cum omnes in solidum obliget, *l.adeò.8.de iurisd.* non mirum est vnius pœna alterum non liberari: at hoc ad vtilitatem & interesse actoris datur, *l. pen. j. tit. 1.* quæ actio cum sit rei Persecutoria, meritò vnius solutio omnes liberat, *l.2. & 3.de duob.re.* cum bona fides non patiatur, Bis idem exigi *l. bona.57.de reg.iur.*

SI QVIS CAVTIONIBUS in iudicio sistendi causa factis, non obtemperauerit. Tit. XI.

1 *Quomodo & ad quid promissor & fideiussores teneantur, si statum iudicio non sit.*

2 *Quis non videatur sisti.*

3 *Quæ causæ excusationē iustam pariant.*

1 PORRO † si litigator ipse Cautionibus iudicio sistendi causa factis, consultò & de industria non obtemperet, neque vadimonium obeat: committitur stipulatio tàm aduersus reum principalem: quàm eius fideiussores. Et quidem vbi certa quantitas vice eius, quod actoris interesse potest, stipulatione, vt plerunque fit, *l.fin. de prætor. stipul.* comprehensa est: ad illam Certi condictione Ex stipulatu agetur: sin autem simpliciter promissum satisdatúmque sit, Incerti condictio in id quod interest competet: cuius quidem æstimatio refertur ad illud tempus, quo sisti promissor debuit; non ad id quo agitur, quamuis desierit actoris interesse. *l. qui autem.12.hoc tit.*

¶Sisti autem non videtur, non modò is qui vadimonium omnino deserit, sed etiam qui non in eadem causa sistitur, ita vt actori persecutio deteriore sit loco futura. *l. si quis. 11. hoc titul.* vnde qui nouo fori priuilegio vtitur: non videtur in eadem causa sisti: *l. qui autem nouo.12. hoc titu.* quòd actoris conditio præscriptione fo- reddatur in agendo durior. *l.1. & 3. inf. de alien. iud mut.caus.fac.* 2

¶ Et hoc quidem modo desertum vadimonium vindicatur, nisi fortè reus iustam probet causam, (debet enim probare *l. in exceptionib. 19.de probat. Cod.gloss.lat. Land.lib.1. artic.38.* saltem iuramento, *Bal. in l.1.num.3. C. de dila.Ias.in §.sed istæ.num.43 & 94.Instit.de act.& in l.2.h.tit. Fach. diff.39.* cum omnis absentia & emansio dolosa & contumax esse præsumatur *l sancimus. 13.in fin.vbi Cast.num.12. C. de iud.gloss.fin.in cap.1. de dol. & cont. in 6.*) quamobrem iudicio non stitit, aut actoris nihil omnino interfit. Nam si de negocio propter quod satisdatio obita est, transactum sit: an ridiculum non foret, finito negocio, de vadimonio disputare? *l.2.h.tit.* Quid si nulla ex parte ius actoris sit factum deterius, puta quia ipse non venit; quia iudex operam litigatoribus dare non potuit, quia causa eodem est in statu: certè æquitas suggerit, vt exceptione reus adiuuetur: *d.l.8. vide gloss. & Dd. in c.4. de dol. & cont. lib.6.* Quid si publici necessariíue muneris causa sine dolo suo malo, impeditus, verbi gratia, legatione, *Bart. in l.1.num.2. de diuer.& temp. præscrip.* non stitit? *d.l.2.§.1.* si à suo magistratu, aut carceribus inclusus, *l.1.9.10. ex quibus caus.maio.gl.& Dd. præsertim Imol.in l.is qui reus.5. de pub. iudic.* aut alioqui retentus? *d. l. 2. §. fin.* si reipub. causa abfuit? *l si is qui fideiussorem.6.hoc tit. Land.lib.2.art. 7.* si prohibitus valetudine, *l.quæsitum. 60. de re iud.* tempestate, vi fluminis, *Bart.in l.1. de diuer. & temp. præscrip. Cano. in cap. querelam. de procur. c. cum dilecti. de dol. & cont.* præsentiam sui facere nequiuit? *l. 2.§.si quis iudicio. cum sequent. l.6.hoc tit.* Quid si procuratoris aut constituti aduocati mora impedimentóve dies iudicij deseratur, *c.1.vbi glo.ad verb.aduocati. extr. vt lit. non contest.* nec subito alium idoneum litigator ad manum habere queat? de *quo l.quarta.C. de postul.* an horum factum nocebit litigatori, cui nihil imputari potest? *c. prout de dol.& cont. Ias.in d.l 2.§.si quis iudicio. num.11.* In eiusmodi igitur casibus, excusationes iustæ admitti, pœnæque iudiciali ex equitate eximi cùm ipse promissor, *l. contumacia. 53. de re iudica.* tum ne per aliorum latus lædatur, *l. quod dictum. infr. de pact.* fideiussores eius debent. *l.4. in prin.& §. fin l.9.7 6.10.§.fi.hoc tit.* Nam si quis dicat impeditum esse, procuratorem mittere, & proinde nullam 3

lam excusationem admittendam: is fateatur se momenta rerum & temporum haudquaquam satis ponderare: *vid. Dd.hic ad l.2.& in l.1.C.de dilat.Cano.in c.1.de dol.& cont. lib 6. Bart.in l.1.de diuer.& temp.præscri.D. Reinhart. iudicia. diff.31. per art. 49. lib.1.* cùm in in rebus subitis nec presto semper sit, cui causa delegari commodè possit: & ea plerarumque litium sit natura, vt nisi longa maturáq. cognitione perspici, & exactè teneri à procuratoribus non queant. Nisi igitur aut præuideri potuit, aut diuturnum sit impedimentum, consentaneum est nihil esse, quare quis alienæ fidei suam inuitus causam committere debeat. *Dd.in d. l. quæsitum. 60. de re iudic. c. prout. de dol. & cond. Ias.in d.l. 2. §. si quis iudicio, num. 11.* Illud etiam admonendum, olim post 30.à deserto vadimonio diem, Prętorem missionem etiam in bonorum possessionem, [redacted] contestationem vim habent: pòst non item: nam tum non comparens vtilitate termini duntaxat mulctatur & caret.

DE FERIIS, ET DILATIONIBUS, & diuersis temporibus. Tit. XII.

C.3.12.11.

1 *Continuatio.*

2 *Vnde dictæ sint feriæ, quid sint.*

3 *Diuisio earum.*

4 *Causa eficiens: & quis ferias indicere possit.*

5 *Materia circa quam.*

6 *Forma.*

7 *Finis.*

8 *Effectus.*

9 *Quid sit dilatio, quæ eius propria.*

10 *Species.*

11 *Causa efficiens, & quibus detur dilatio.*

12 *Materia circa quam.*

13 *Forma dandæ dilationis.*

14 *Finis & effectus.*

1 SEd etsi † feriæ inciderint, aut dilationes legitimæ fuerint concessæ: in ea causa promissor est, vt aduersus eum stipulatio non committatur. de vtrisque igitur est videndum. Feriæ, † à feriendis hostiis dictæ perhibentur, quòd his diebus litari solet: vnde & ipsæ Hostiæ feriæ dicuntur. *Gell. noct. Attic. 4. cap. 6.* Feriæ sunt dies feriati, quibus ius non dicitur, nec sui potestatem magistratus facit: *l. pridie.5. h.t.* qui olim & Iustitium (quòd ius tum staret, nec progrederetur *Gel. lib.20.cap.1.*) & Nefasti dies dicebantur. Ouid. in Fast. 2

Ille nefastus erit, per quem tria verba
(scilicet Prætoriæ iurisdictionis, quæ vniuersa his expediuntur: Do, Dico, Addico) *silentur:*
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

¶Feriæ sunt aut Publicæ totius Populi, aut Priuatæ alicuius Collegij vel Familiæ. *Macrob. Satur. l. 1. cap. 16.* Sed hîc de Publicis tantùm agitur, quarum species quatuor ponit Macrobius: *præal.loc.* videlicet Statiuas, Conceptiuas, Imperatiuas, & Nundinas, Dd. nostri *vid. Spec.de fer. §. 1. num. 4. & 5.* communiter tres: scilicet Solennes, Indictas & Repentinas. Solennes sunt, quæ ob cultum Diuinum solenniter celebrandum constituuntur. *l. 2.6. 7.8.9.10.l. fin.C. eod.tot. tit. extr.eo.* Indictæ, quæ colligendorum terræ fructum causa indicuntur. *l. 1. & 2. h.t. l. 2.l.omnes.7. C. eod.* Repentinæ, quas Princeps reipub. benè aut infeliciter gesta, iustitio indicto extra ordinem repentine denunciat. *l.1. & 4. C. eod.l.sed etsi, 26. §. si feriæ, ex quibus caus.ma.* Rectius I.C. *d. §.si feriæ l. 3. C. de dila.* in Solennes seu Ordinarias tribuunt, & in Repentinas seu Extraordinarias. Illæ rursum aut Sacræ sunt, diuini cultus causa institutæ. *l.2.3.6.7.8. vlt. C. eod.* aut Honorariæ, in honorem Principis: *l.7.C.eod.* aut Necessariæ, quas ipsa necessitas feruoribus æstiuis mitigandis, & autumnis, *l.5. d.l. 7. C. eod. l.4.h.tit.* hoc est autumnalibus fructibus colligendis inuenit & concessit, Repentinarum certæ non sunt species, sed ex causis varijs variè & arbitratu indicentis distinguuntur: *d.l.sed etsi.26. §. si feriæ. ex quib. caus. maio.* puta ob rem publicè bene maléve gestam, aduentum, inaugurationem, nuptias Principis, hostilitatem, seditionem, luem publicam. *l.1.l.4. C.eo. vide Spec.eod.d. §.si feria, &c.* 3

¶ Constituebantur autem olim feriæ à Pontificibus *Macrob. præall. loc.* & Magistratibus maioribus: puta Dictatore, Cos. Prætore, Præside, *d l.sed etsi.26.l. si in aliquem. 7. de off. prac. l. 5.& 9. C. eod. l. præsides.4. hoc tit.* &c. hodie, vt volunt, *gloss & Dd.in d.l.4. d.l. præsides. vbi Bart. & Ias.* tantùm à Principe: *arg.l.4. C.eod.* quanquam ea constitutio, *d. l. 4.* administratoribus indictionem feriarum adimens, non de magistratibus maioribus, sed de iudicibus duntaxat pedaneis & municipalibus loqui videatur. Illud sanè est in confesso quemlibet iudicem ferias à Principe vel lege iam indictas & definitas, posse pro ratione & maturitate fructuum moderari & aut citius, aut tardius, prout vsus fert, indicere. *gl.& Dd. in d.l. 4. C.eod. & l.* 4

præsides.hoc tit.Spec.de fer.§.1. num.4. Etiam hodie magistratibus oppidanis vt decreti statutique, sic feriarum constituendarum, non quidem generalium, de quibus d.l.4.agit, sed quæ in suo territorio valeant, & (vt ita dicam) localium, esse potestatem. Quamobrem solus Princeps vt leges, sic ferias statuit generales. Inferiores, vt leges & statuta, sic ferias non prohibentur in sua diœcesi condere locales.

5 ¶Materia circa quam feriæ versantur, sunt omnes actus, tàm publici quàm priuati: l.actus.8. C.eod. scilicet contentiosæ iurisdictionis: nam quæ sunt voluntariæ, etiam in feriis rectè expediuntur: d.l.actus. vt & opera misericordiæ, quomodo loquitur Spec. de fer.§.sequitur.num.1. item quæ expediri, nec differri reipub.interest: vt vestigatio latronum, l.pen. C.eod. custodia ac disciplina militaris, vigiliæ, l.pen.hoc tit. & quæ ad ipsarum feriarum tuitionem, l.3.hoc tit.aut annonam publicam, l.5.C.eod.ca.3.eod. qua carere nullo die possumus, pertinent. In his enim & similibus, feriarum non habetur ratio.

6 ¶Forma, & tempora colendarum feriarum, lege præscripta sunt: l.2.l.omnes.7.l.fina.C.eod. potest tamen (vt dixi) pro ratione fructuum, aut serius aut citius iudex ferias indicere: Ias.in d.l.4.hoc tit.Spec.de fer.§.1.num.4. qua in re rationem loci illius in quo agitur, item domicilij actoris aut rei vocati, aliarúmque circunstantiarum habere debet. arg.l.3.§.fina. de testib. vid.dist. Spec. §.1. num.5. de fer. Porrò statuta messibus & vindemiis tempora in l.2. C.eod. nec cum l. 4. h. tit. quæ vult ea esse arbitraria, neque etiam opportunitatibus & anniuersariæ maturitati horum quidem locorum & istius Septentrionalis cœli congruunt: ac subdititia putatur ea constitutio l.2.non à Romanis Impp. sed Gotthicis, regibus Tholosanis & Hispanis (quorum cœlo & caloribus magis conuenit) diu post occasum imperij Rom. inuenta. Certè à nostris interpretibus nec agnita est, neque commentariis atque glossis explicata.

7 ¶Finis solennium feriarum est, vt multitudo à curis prophanis feriata, cultui diuino det operam: l.omnes.7.l.fina. C.eod. iuxta præceptum Decalogi, Memento vt diem sabbati sanctifices. quod etsi non ad speciem ceremoniæ certę diei ex lege Mosaica, tamen in genere, ad cultum Deo certo tempore præstandum, omnes ex lege naturæ obligat. Finis necessariarum feriarum est, vt agricolæ litibus vacui, colligendis tempestiuè fructibus vacare possint: l.1.2.hoc.t.l.3.C.eod. quanquam non modo agricolis, sed omnibus in genere feriæ prosint. Spec.de fer.§.1.nu.8. Vt enim dispositiones legum sunt generales, l.3.C.de legib. ita & beneficia legib. proposita, generatim omnibus commodāt, & ad omnes pertinent. Repentinarum feriarum finis est, vt Publicum gaudium luctúsve, publico iustitio celebretur.

8 ¶Effectus, quòd in feriis nec à iudice, l.1.h tit. neque ab arbitro l.omnes.6.in fin.C.eo. ius dici, d.l.1.aut citatio fieri, aut solutio debitorum publicorum exigi potest, l. omnes.7. in fin.C. eo. Quare parte alterutra emanente, actus à iudice tempore feriarum factus, est ipso iure nullus. d.l.1.in fin.l.si feriatis.6.h.tit.Ias.in l.4.n.3.h.t. Dico, Emanente: nam volentibus, aut sponte comparentibus rectè ius dicitur.d.l.1.in fin.Spec.de fer.§. fin. quod verum est in feriis indictis litigatorū causa, puta messium, vindemiarum, &c. secus in solennibus, c.fin.ex eod.aut repentinis. Bald.in l.1.in fin.C.eod. Nam his à priuatis renunciari nequit, quia priuatorum causa non constituuntur. Spec. de fer.§.fin.gl.Salic.& alij in l.omnes.7. C.eod. Sunt tamen, vt suprà dictum est, de quibus etiam die feriato magistratus adiri, & ius dici potest: vt quæ moram nō patiuntur, aut quæ expediri statim, vel piū est, vel publicè vtile: cuius rei exempla complura hoc in titulo proponuntur. l.1.& 2.h.t.l 5.9.10.C.eod. [redacted]

9 ¶Ac quia nec aduersus eos, quamuis absentes, qui dilationem impetrarunt, stipulatio iudicio sisti committuntur: ideo de hac quoque re, vtpote altera huius titu. parte, nonnihil est subiiciendum. Differre litem, est actum iudicij, certo die expediendum, in alium diem vlteriorem reiicere.l.qui tamen. 21. §. Papin.l.diem.27.de recep.arb. Dilatio propriè nostris dicitur assignatio certæ diei seu termini, quo causam tractari oportet, cum iusto temporis interuallo facta. Propria dilationis sunt, esse Continuam, l.more. 8.h.t.l.3.C.eod.Bald.in l.1.C. eod.gl.in Rub.de diuer. & temp.præs. Peremptoriam, l.fin. vbi Bar.& Dd. h.t.Maran.de dila.num. 2.Schurff. consil. 29. cent.1. Arbitrariam, Maran. de dilat. num.11. Vtriq.parti communem.Spec.de dilat.§. in summa. tex.in l.petendæ.C.de temp.in integ.restit. vid. Lanfranc. in c. quoniam.verb.dilationes.de probat.

10 ¶Dilationum species varias Dd. comminiscuntur: vid specul.de dila.§.1.Hosti.eo.tit.Bar. in l. 2.de re iudic. Panor. in c. cū sit.de appel. in quas inquirere, non est operæ preciū. Sanè non inconcinnè aliæ dicuntur esse dilationes Peremptoriæ, aliæ Citatoriæ seu dilatoriæ, quę peremptoriis opponuntur: l. ad peremptorium. 68. cum seq. de iud. aliæ Iudiciales, aliæ extraiudiciales: aliæ Legales, aliæ Conuentionales.

11 ¶Quod ad causam efficientem attinet, dilationes dantur aut à lege, l. 1. & 4. de re iudica. l. 4.C.de vsur.rei iud.tot. tit. ff.& C. de temp.app. aut à iudice, c. cum sit Romana. vbi not.de appel. Spec. de dilat.§.sequitur.in fin. aut consuetudine seu statuto, Bart. in l.si arrogator. de adop. Tiraquel. de ret. lig.§.1.gloss.10.aut partium conuentione. c.pastoralis.27.§. cum autem. de off.del.l.de die.8.qui satisd. cogn. Causa προκαταρκτικὴ, est petitio partis: c. cum causam. de app. quanquam interdum etiam proprio motu atque arbitrio, terminum iudex præstituat aut proroget: Spec.de dilat. §.2.num.6. item multiplex æquitas dandæ dilationis, quæ ex variis causarum circunstantiis oriri potest. vide Spec. hoc tit.§.1, nam ex bono & æquo dilationes dantur, Spec. præall. loc.num.26. 27.tàm actori quàm reo: Spec.eo.§. videndum. in princip. quanquam reo, qui se præparare non potuit, plenius consulatur, l. fin. h.tit. longioresque ac crebriores termini concedantur.gl.in l.sicuti.§.sed si quæratur si ser.vend.Ias.in d.l.fin.

12 ¶Materia circa quam, sunt omnes causæ, tàm ciuiles quàm criminales, l. fin. hoc tit. etiamsi crimen sit notorium. vid. gloss.in l.ictus.C. de his qui not.infa.l. cum reis. 8.l.fi.C. de pœn.Bal. & Salic.in l.ea quidem.7. C. de accus. Imol.in l.is qui. 5. de pub. iud.Par. de Put. in tract.Syn. verb. defensionem. In pecuniariis causis, vna tantùm dilatio in singulos actus datur: in criminalibus, duæ actori, tres reo dantur. l. fin. hoc tit. Nam & olim accusatori ad agēdum duæ, reo tres clepsydræ ad defensionem infundebantur. Sed & in ciuilibus quandoque ex magna causa noua dilatio datur: Spec.eod. §.nunc videndum.num. 3. puta ob legitimum impedimentum: l.oratione. hoc tit.c. pastoralis.de off. del.Ias.& Dd.in d.l.fin. Maran.de dilat. nu. 6.7.8. 9.cum seq. quod de tempore litis iam contestatæ accipe: nam ante eam, reo triplex terminus ex lege est concessus. l. ad peremptorium.68.cum seq. de iud. Illud in genere tenendum, materiam dilationum esse amputandam, vide in Auth.offeratur.C.de lit.contest.l.2.C.de temp.app. præsertim in causis summariis. Clem. sæpe. de verb.significat. quia cursim lites expediri, publicè interest. l.properandum.11. C.de iud.l.quidam.si cert.pet.Clem dispendiosam.de iud.

13 ¶Forma dandæ dilationis est, vt detur parte citata, Spec. de dilat. §.2. num.1. & cum quadam summaria causæ cognitione: l. à procedente 4.C. de dilat.Spec. §. vlt.num.20.Host. de dilat.num. 7. vtque spacium à lege concessum, iudex sequatur aut extendat, non etiam facilè minuat. vid.Dd. in l.1.C.eod.in c.1 ex. eo. Panor. in c.cum sit Romana. de appell.l.4. §.antep.de re iud.l.l.fin. C.eo. Maran.de dilat.num.15. Spec.§. vlt.num.13. In termini etiam assignatione, exprimere & significare partibus iudex debet, quid in termino agi oporteat: Spec. de dilat.§.vlt.in fin.de qua forma consulendus est Speculator.d.§.fin.num.2.

14 ¶Causa finalis est, vt litigatores idoneum habeant spacium, quo se ad iudicium præparare & instruere possint. l. 1. in verb. spacium instructionis.C.eod. cap. fin. in verb. temporis spacium vt potuerit deliberare. ex eod. Effectus est, quòd dilatio excuset à pœna & mora, & ea pendente, nihil sit agendum aut innouandum: l.3. C.eo.c.2.c. præterea ex eo. Pan.in c. significante. ex eod. Socin.in fall. regul. 93. vbi autem dies seu terminus eius venit, quòd habeat vim sententiæ interlocutoriæ, l.qualem.27. de rec.arb. & perimat actum qui in assignato dilationis termino fieri debuit: adeò vt pars postmodum comparens, super eâdem re amplius, nisi ex magna causa, non audiatur. Spec.§.2. numer.4.8. & 9. Schurff. consi.29. cent.1.

DE EDENDO.

Tit. XIII.

C.2.1.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dictus sit libellus, & quid sit.*
3 *Partes libellorum, & species.*
4 *Proprietates.*
5 *Causa efficiens: & cui libellus sit offerendus.*
6 *Materia: & in quibus libellus offerendus sit vel non sit.*
7 *Forma libellandi.*
8 *Finis & effectus.*
9 *Edere quid sit.*
10 *Quotuplex editio.*
11 *Causa efficiens.*
12 *Materia: & quæ sint edenda, vel non.*
13 *De forma facienda editionis.*
14 *Finis & effectus editionis.*

1 VOCATO † ad iudicium reo, & sui copiam faciente, proximum est, vt actor actionem suam libello comprehensam offerat, Authent. offeratur. C.de lit.contest. atque edat: l.1.hoc tit. l.3. C, eod. vt deliberare reus possit, cedere (quod de cessione iuris solenni Contius interpretatur) an contendere vltrà debeat: & si contendendum putet, veniat instructus, cognita actione quà conueniatur. l.1. hoc tit.in prin. Rectè igitur atque ordine sequitur, vt de edendo dispiciamus. Quia verò potissimum, & primo loco libellus in iudicio editur: Auth. offeratur.C. de lit.contest. l. 1. hoc tit. non alienum erit, quædam de materia libellorum præmittere.

2 ¶Libellus, diminutiuum à libro est, vnde charta olim conficiebatur: ac in genere, omnem scripturam significat: l. prima. in princip. de tab.exh. l.si publicanus.4.de public. l.minorem. 6. C. de præd.min.l.apertissimi. 14.C.de iudic. tot. titul.C. quan.lib.prin. & ff. de libe. dimiss. figuratè, materia pro re quæ ea continetur, sumpta. Propriè autem, hòc in argumento Libellus pro scriptura quæ actionem continet, accipitur: l. libellorum.3.de accusat. Auth. offeratur. C.de lit.contest.c. fin ex.de libe.oblat. de cuius definitione, plura apud Dd. videre licet. Specul.de lib.cont. §. 1. Host. in Rub.eo.num.1.Dd.in c.fin.de lib.obla.Soc. eod.tit.

in Rub. vide glos. in c. 1. verb. libelli, de lib. obla. Odofr. in summa. tit. quid sit libel.

3 ¶ Eius partes numerantur tres: 1. maior propositio, quæ iustam ex iure petitionis causam ostendit. 2. narratio, seu minor, qua infertur in proposita specie facti, eam iustam petitionis causam, subesse. 3. petitio seu conclusio; quæ vtramque propositionem coniungit, & minorem maiori includit. *vid. Ias. Zas. & alios, in prin. Instit. de act. Bart. in l. si prius. in princip. de oper. no. nunc.* Est igitur libellus, quidam quasi syllogismus practicus & iudicialis. Speculator *de liber. conc. §. quid. libellus. numer. 3.* paulò aliter eas partes recitat. ponit enim primo loco libelli Causam, quæ maior est: secundo Obligationem, quæ minor est: tertio Actionem, quæ in superiore partitione est conclusio: ipsa enim petitio dicitur actio: *§. 1. Instit. de actio. l. actio. 27. ff. de act. & ob.* in petitione autem consistit conclusio, non in verbis narratiuis. *Bald. in l. fin. circa fin. C. de fideicom. liber.* Et hæc potissima pars libelli est, quæ præcipuè attenditur *Bart. in l. Aurelio. §. Sticho de lib. leg. Ias. in §. omnium. num. 129. 131. 132. Instit. de act.* in Ciuilibus: non etiam in Criminalibus, quibus conclusione non est opus. *Bart. in l. quid ergo. §. pœna. de his qui not. infa. Ias. in d. §. omnium. nu. 137. vid. J. de accusat.* Species libellorum vsitatè duæ ponuntur: alter Conuentionalis siue Ciuilis à conueniendo, *ca. final. ex. de lib. obla. gl. in c. 1. eod. tit.* alter Criminalis. *l. libellorum. 3. de accus. de quo vide Spec. de lib. ob. §. species. glos. in d. c. 1. Lanfr. in cap. quoniam. ad verb. petitiones. de proba.*

4 ¶ Propria libelli sunt, esse rotundum, dilucidum, concludentem, non obscurum, non incertum neque generalem aut alternatiuum, *vide Spec. de lib. con. §. vltim. Ferr. in for. lib. contra opp. lib. &c.*

5 ¶ Causa efficiens est lex, quæ libellum offerri disponit: *Auth. offeratur. C. de lit. contest.* offerri autem iubet principaliter Iudici *c. 1. de lib. ob. Spec. §. restat. in prin. eod. tit.* competenti: *Spec. eod. tit. §. nunc videamus. in fin.* quia huius officium super petitione imploratur, *l. 1. C. eod.* deinde etiam parti aduersæ. *d. Auth. offeratur. l. 1. in prin. hoc tit.*

6 ¶ Quod ad materiam attinet, in omnibus causis offerendus est libellus, de quibus constituitur iudicium, & inter duos lis est: *Spec. de lib. con. §. nunc dicendum per c. licet de simon.* tam ciuilibus quàm criminalibus. *d. l. libellorum. 3. de accus.* tàm petitoriis, *l. si in rem. 6. de rei vendic.* quàm possessoriis: *Spec. præall. loc. num. 2. §. fina. Instit. de interd.* nõ tamen semper in causis summariis, *Clem. sæpe. verb. libellum non exigat. vbi gl. de verb. signif.* puta executionibus: *Spec. præall. loc. num. 17.* in his enim qualiscunque petitio, etiam sine scriptura sufficit: quemadmodum & cum per modum inquisitionis proceditur, *l. 4. vbi glos. ad verb. continua. C. de apost. c. cum olim. de testib. vide Can. in cap. qualiter. 24. de accus.* aut iudicis officium extra ordinem imploratur, *Spec. præall. loc. num. 7.* An autem in appellationibus *vid. Spec. de lib. ob. §. nunc dicendum. numer. 37. 38.* & exceptionibus. *Spec. de excep. §. viso. ver. sed. nunquid.* libellus requiratur, non est huius nunc instituti disputare.

7 ¶ Forma libelli etsi maximè iuxta stylum & consuetudinem cuiusque curiæ est concipienda, *Spec. eo. tit. §. nunc dicendum. num. 3. & in §. fin. in princ. per. l. 3. l. fin. de test. c. consuetudini. 11. dist. Bald. post. glos. in l. de quibus. ad verb. inueterata. de leg.* tamen vbi nulla specialis extat consuetudo, scripto complectenda est: *l. 1. verb. describatur. hoc t. & d. Auth. offeratur.* ea ratione, vt hæc quinque subsequentibus versiculis comprehensa contineat.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo.

Rectè compositus quisque libellus habet. vid. Host. de lib. oblat.

Præcipua autem libelli forma, in conclusione consistit: *Bal. in l. 2. num. 2. vers. præterea. C. de proba.* quæ eiusmodi esse, & quomodo formari debeat, alibi pluribus exponit Iason: *Ias. in §. huic. autem. num. 13. instit. de actio.* qui de clausulis quoque libellorum, variè & copiosè multis in locis disputat. *in §. omnium. Instit. de actio. & §. sic itaque. eo. tit. in l. Diuus. 33. de re iud. in l. petes. 27. num. 5. C. de pac. vide Cano. in c. 2. de off. ord.* Atque hodie tanta habetur conclusionis ratio, vt sufficiat ex eius forma certum actionis genus intelligi, etiamsi nullum eius nomen exprimatur: *c. edicti. vbi Dd. de iud. Panorm. in c. examinata. num. 1. 2. 3. eod. titul.* quod olim contra fuisse videtur, saltem iure Cod. *l. 3. C. de edend. l. vlt. C. de interdic.* nam Digestorum iure non fuisse necesse, actionem libello designari, alibi tenet Accursius. *glos. in l. 1. §. 1. verb. edere. ff. de edend. per illum tex. & l. quoties. C. de dignit. lib. 12.*

8 ¶ Finis libelli est, vt agentis desiderium proponat, *l. 1. de postul.* iudicem & aduersarium de specie futuræ litis instruat, *l. 3. C. eod. l. 1. hoc ti.* & sit fundamentum iudicij: Nam & probationum articuli, ad libelli formam accommodandi sunt, *l. licet. 9. §. ibidem. de probat. c. significarunt. de testibus. Host. in Rub. de probat. numer. 5.* & sententia secundum eundem ferenda. *l. final. C. de fideicom. liber. l. vt fundus. 18. comm. diuid.* Quare vt rectè ordinetur, ac super certa re aliqua fundetur iudicium, necesse est ab actore etiam non monito, *Spec. de lib. oblat. §. vtrum. numer. 4.* vltrò libellum offerri: *Authent. offeratur. C. de lit. contesta.* eiúsque omissio vitiat processum. *Spec. præall. loc. §. nunc dicendum. num. 14. per not. in c. 1. de lib. oblat. & in l prolatam. C. de sent. & interl. omn. iud.* Vnde meritò libellus substantialibus iudiciorum annumeratur. *Spec. in d. §. vtrum.* nam libello existente nullo, processus redditur nullus. *c. examinata. vbi Fel. num. 14. de iud. glos. ad verb. secundum. Instit. de ob. c. 1. vbi Canon. ex. de lib. oblat.* Quare & iudex ineptum respectu iuris, non facti, *Panorm. in c. examinata num. 21. de iud.* aut contra stylum curiæ formatum *Fel. in c. 2. num 5. de lib. ob. Guid. Pa. in proœ. decis. vide*

vide etiam Tiraquel. in tract. de pœn. in prine. num. 7. ex officio, ne sententia reddatur retrò nulla, *Felin. in d. cap. examinata. numer. 14.* reiicere potest. Si tamen intentio sit apta, sustineri libellus debet, etiamsi petitio sit inepta: *Felin. præallo. numer. 11.* nam in dubio & quoad fieri potest, sustinendus est, *l. si quis. 66. de iudic.* vt includat intentionem libellantis, *Anchor. consil. 148. ad prædicta. num. 6.* per *Inno. in cap. fin. de libob. Pan. in d. c. examinata. numer. 18. Rom. consi. 145.* adeò vt ex narratis sufficiat resultare ius agendi implicitè, vt nostri loquuntur, & id postea in probationibus explicitè declarari: *Anchor. d. consil. 148. numer. 6.* & qualitercunque possit commodè interpretari, procedat: *Bald. in l. Polla. num. 7. C. de his quibus vt ind. per Inno. in d. cap. examinata.* & super parte eius apta totus fundandus sit processus, etiamsi in reliquis sit ineptus. *Bald. in cap. num. 4. de mil. vas.* Ad effectum libelli illud quoque pertinet, quòd eo complexa videatur actor confiteri. *Panor. d. cap. examinata. num. 3. & 4.* Vtrum autem libellus emendari aut mutari possit, etsi variè disputatur: *in l. tertia. C. de edend. §. si minus. Instit. de actio. Spec. de concept. lib. §. nunc ostendamus.* tamen communis conclusio est, emendari & declarari ad sententiam vsque, *l. 4 §. fina. de nox. act. l. 4. l. si quo. 41. de pet. hæred.* mutari verò, & substantiam eius corrigi, duntaxat ad litem vsque contestatam *Dd. in d. l. 3. C. eod. Can. in c. inter. de fid. instrum Ias. in §. omnium. numer. 157. Instit. de actio. vid. Landt. lib. 3. artic. 14. Fach. diff. 42.* posse: de quo, quæ nostra sit existimatio, alibi docuimus: *§. si minus. 33. Instit. de actionib.* & alio fortasse loco planius exponemus.

9 ¶ His ita præmissis, de Edendo videamus: quæ propria est huius tituli tractatio. Edere, significat aliquid in publicum proferre, enunciare vel profiteri. *l. si sine. 22. §. si procurator. 4. rem rat. hab. l. prima de off. consil. l. si quis. 6. §. si initium. de edi.* In hac porrò materia, Edere propriè est copiam describendi aduersario facere, seu libello quid complecti, eúmque dare describendum aduersario, aut dictare, *l. 1. l. 6. §. edi. hoc titul.* Edere & eum Labeo ait, qui producto ad album (quo publicè Prætoria edicta, & actiones quas daturus esset magistratus, olim proponebantur, *vide in titul. de alb. scrib.*) aduersario declarat, quam actionis speciem de proposito Prætoris Albo atque Edicto velit intentare, *d. l. 1. in princip.* Certiorem enim hoc etiam modo facit reum, de futura litis specie. *d. l. 3. C. eo.*

10 ¶ Editio alia est Iudicialis, alia Extraiudicialis. *Imol. in cap. 1. de probat.* Item alia Libelli, alia Instrumentorum, alia Rationum, alia Actorum. *vide glos. Alexand. Ias. & Dd. in Rub. C. eod.*

11 ¶ Causa efficiens Remota, est Edictum hoc Prætoris, *l. 1. l. 6. §. prator. hoc tit. l. 3. C. eod.* quo necessitas editionum imposita & introducta est: Propinqua, iussum iudicis, qui editionem fieri oportere decernit: *l. 1. in verb. ad officium iudicis. vbi glos. & Dd. C. de edend. l. vbi. 8. in verb. decerneretur à prætore. hoc tit. Ias. in l. quædam. num. 4. hoc titul. l. 2. in verb. is apud quem agitur iubebit. C. eodem.* aut ex officio Mercenario, quando in iudicio propter actionem editio postulatur: *vide glos. in l. 1. & 2. l. non est nouum. 5. C. eod.* aut officio Nobili, quando extra iudicium, vel sine circunstantia actionis, ea est petita. *l. 1. quem testam. aperian. l. vbi. 8. vbi gloss. ad ver. iudicis officium. hoc tit.* Causa κατηγορικὴ, est Petitio partis, sine qua iudex editionem non decernit. *Ias. in l. quædam. num. 4. hoc titu. per l. si quis. 6. §. pertinere. hoc tit.* Ea verò fit aut Principaliter & Per se, implorato scilicet iudicis officio nobili, *Inno. in c. 1. num. 3. de probat. fac. l. 7. 8. hoc titul.* vel proposita in Factum actione, *Bart. in l. 1. §. officio. num. 3. de tut. & ra. dist.* siquidem ordinaria desit, quæ interdum ad editionem impetrandam competere potest: *l. quædam. 9. hoc tit.* aut Incidenter, *Bart. præall. lo.* vt cùm proposita actione per modum exceptionis dilatoriæ petitur editio fieri: de quo genere hîc præcipuè disputatur. Hæc autem petitio, æquitate & iusta aliqua causa niti debet: *l. 1. verb. æquissimum. l. 4. in verb. ratio æquiss. hoc tit.* puta quòd petentis intersit, editionem fieri. *l. 6. §. ex hoc edicto. hoc titu.* quæ ratio maximè valet in publicis instrumentis edendis; *l. 2. vbi Ias. num. 2. 3. C. eod.* non æquè in priuatis: *l. penult. ad exhib.* quòd aliàs speciem futuræ litis dispicere, nec se præparare possit. *l. 3. C. eod. l. 1. hoc titu.* quod æquum sit, instrumentum quasi suum, aut saltem commune edi, *l. 4. in princ. l. si quis. 6. §. ex hoc edicto. h. t. l. 6. C. eod. & c.*

12 ¶ Materia, sunt omnia iura, quibus actor in iudicio vsurus est, *l. 1. vers. edenda. hoc tit.* Libellus, Instrumenta, Rationes, Iudicia, Articuli, *Paul. lib. 5. Sentent. 16. d. vnius. de quæst. Ias. post alios in l. 2. num. 3. 4. 5. 6. cum sequ. C. eod. Bart. l. vlt. num. 8. de quæstio. &c.* Amplius volunt Dd. *Ias. in l. fin. numer. 2. dicens hanc esse communem.* C. eo. omnia instrumenta quæ ad causam pertinent, etiamsi actor iis non vtatur, petenti reo edi oportere: *l. 3. hoc tit.* à reo verò actori non item, *l. 1. C. eo. tit. t. de prob. l. nimis. C. de test.* nisi ad replicationem eius fundandam: *l. fina. vbi communiter. Dd. C. eod.* quod in rationibus, de quibus leges huc pertinentes loquuntur, verum esse potest: *l. fin. C. eod.* cùm quia nisi rationes edantur, non rectè dati & accepti integra causa constare potest: *l. 4. & l. 6. §. rationem. hoc titu. l. 4. & 5. C. eod.* tum quod rationes vtrique parti quodammodo videantur esse communes: *l. si quis. ex arg. 6. §. pertinere. hoc. tit. l. 6. C. eod.* vt suum quasi instrumentum petenti sit edendum: *arg. d. l. 4. & l. 6. hoc tit.* In reliquis durum est, à regula recedi, *l. 1. C. eod. l. nimis. 6. C. de testi. t. 1. de prob.* & reum cogi, vt ipse aduersarium suis documentis instruat: *d. l. nimis graue. 6. C. de test. l. 1. C. eo. c. 1. de probat.* maximè Cum replicatio instar actionis sit, *l. quæsitum. §. fi. de pert.* & Actore non pro-

bante reus sit absoluendus: *l. qui accusare. 4. C. eo.* & alioqui Nemo, qui non est in officio publico, instrumenta & rationes suas, vt paulò post dicemus, exhibere cogatur: *l. pen. ad exhib.* cesset etiã hic æquitas & causa, quare editio sit introducta. Nec enim vt ad lites minuendas, aut certè rectè constituendas pertinet & æquum est, edi reo (qui se præparare ignarus quando conueniretur non potuit) actionem & documenta actoris: quo deliberare possit, vtrum contendendum putet annon, & si puter, se comparare possit: *l. 1. h. t.* sic eadem contrà ratio est, vt reus edat actori ad fundandam replicationem. Quin id ad excitandos in iurgia animos, augendáque potius lites, quàm ad sopiendas pertinet: & æquum est, vt actor se ipsus initiò ad iudicium comparet (cum in sua potestate habeat, quando agere velit: & nõ nisi probè re meditata, in litẽ ingredi compellatur, *l. 4. l. vlt. de except. do. tot. tit. C. vt nemo inuitus.*) non verò à reo sui iuris instructionem expectet. *d. c. 1. de probat.* Quam ob rem æquius est, ad id reum non compelli: nisi fortè in causis fauorabilibus, puta Fisci, Dotis, Alimentorum, Matrimonij, *l. 3. C. eo. l. 2. §. 1. de iur. fisc. cle. 1. §. cæterùm. de vsur. vide Alex. Ias. & alios in d. l. fin. C. eo. &c.* Sanè quidem exceptiones, & reliqua quibus reus in iudicio vtitur, actori edenda sunt, cum sint pars actorum. Acta autem omnibus quorum interest, nedum litigantibus sunt edenda. *l. 2. vbi Ias. nu. 2. C. eo. l. fin. vbi Bar. Bal. C. de re iud. l. 2. C. vt lit. pen.* Sed & instrumentorum Communium editio rectè petitur: *l. quædam. 9. h. t. l. procurator. 7. C. eo. Ias. in l. fi. n. 3. C. eo. Ro. consil. 348.* & eâdem ratione, rationum ab Argentario vel Nummulario, qui nostro nomine aut rogatu eas confecit. *l. 4. 6. h. t.* Meum enim quodammodo instrumentum est, quod meo rogatu & de re mea à persona publica est confectum. *d. l. 6. §. pertinere. d. l. 4. in prin. in verb. meum.* In eadem causa hodie Notarij sunt: vt petentibus iis, quorum nomine contractus conscripserunt, Protocolla sua exhibere cogantur. *Bar. in l. argentarius. 10. h. t.* Item Gabellatores quos vocant, & Rationales: denique omnes qui ex officio publico libros rationum conficiunt. *text. in l. iustum. 6. C. eo. Bar. in d. l. argentarius. 10. & in l. vbi. 8. §. fi. h. t.* Quare & illud consentaneum est, sicuti acta, *l. 2. C. eod.* ita quælibet registra, libros, instrumenta publica, aut in archiuo publico recondita, iis, quorum interest, communicanda esse. *Bal. in rub. C. de fid. instr. nu. 5. Ias. nu. 3. 4. cum seq. Purpura. Dec. & communiter Dd. in l. 2. C. e.* Priuati verò rationes suas denudare non coguntur: *l. 2. C. quando & quib. quar. pars. lib. 10. l. pen. ad exhib. l. fin. C. de alim. pup.* nisi ex æquitate mercatores illi, qui varias negociationes exercent, & ipsi rationibus quasi publicis vtũtur. *Bart. in l. quædam. 9. in prin. h. t per glos. l si. C. de pac. conuen. Alex. Angel. in d. l. argentarius. h. t. Card. in Cle. 1. §. 1. opp. 5. de vsur. Felin. in c. 1. de probat.* Æquum enim est, Vt quibus rationibus pro se cùm vtus est vtuntur, *vide Ias. & Dd. in l. admonendi. 31. de iur. & in l. instrumenta. 5. cum ll. seqq. C. de probat.* ea cõtra se quoque valere patiantur. *l. si quis. 13. C. de testi. t. 1. quod quisq. iur. atque ita & in his terminis videntur accipienda l. iustum. 6. & l. vlt. C. eod.*

¶ Quod ad formam attinet, olim qui ab argentario petebat rationes edi, iusiurandum dare cogebantur, se non calumniæ, & vexandi argentarij causa petere: *d. l. 6. §. exigitur. l. quædam. 9. §. fin. hoc tit.* sed hoc nõ multum hodie vsurpatur. Certè in iudiciis non vsquequaque obtinet: cum aliàs in his de calumnia iuretur, *tot. tit. C. de iur. prop. calum.* & ex dispositione legis, talis editio facienda sit: non autem præsumi debeat, calumnię causa petere, qui petit id quod peti lege conceditur. *l. nemo. 131. l. nullus. 55. de reg. iur.* Id tamen quod interest quoties hac in materia probari debet (sicut probandum est, *l. vlt. de prætor. stip. l. vnic. C. de eo quod inter. l. in fin. de eo quod cert. loc.*) vt factum *l. asseueratio. 10. C. de non num. pecu.* solet per iuramentum (cum de modico præiudicio agatur) declarari. *l. thesaurus. 15. ff. ad exhib. l. 6. §. 2. h. tit. vide Ang. in l. 4. h. t.* Editio autem instrumentorum fit in iudicio sine die & consule, quo instrumentum cõscriptum est *l. 1. §. 1. h. t.* Nam dies instrumenti non ad causam editionis, quæ tantùm fit, vt sciat aduersarius, quibus instrumentis actor vti velit, quod æquè scire potest, siue dies edatur, siue secus: sed ad fidem instrumenti, & probationem spectat. Vt autem probatio ante litem contestatam, ob timorem subornationis non publicatur, etiam cùm producta est (vt produci ad æternam rei memoriam potest: *Auth. sed etsi quis. C. de testi.*) ita nec dies instrumenti antea est proferendus: ne videlicet quid fraudis, prolato vulgatóque, seu vt alij legunt, Prælato die, contra instrumentum excogitetur: *d. l. 1. in prin. §. editiones. exempla vide apud Constant. lib. 1. epist. tit. 4. Cuiac. lib. 3. cap. 7. l. si a debitore. 28. ad l. Cor. de fals. l. 2. §. diem. quem testam. aper.* quo deinceps in probatione facienda vbi producendum est, fide careat. Dies autem solutionis edẽdus est, quia pars est instrumenti & contractus, *d. l. 1. §. 9.* sicuti & dies rationum: quod aliter data & accepta intelligi nequeunt, nisi de tempore constet. *l. 1. §. rationes. l. 6. §. initium. h. t.* Acta quoque cum die & anno edi, receptum est. *gl. in l. 1. verb. die. h. t. Bald. & Dd. in l. 2. C. eo. Alex. in l. 1. §. 1. h. t.* Neque tamẽ Originalia edi necesse est, sed sufficit Exẽplum, seu (vt nunc loquuntur) Copiam exhiberi: *gl. Bart. & Dd. in l. 2. hoc tit. Alex. in l. exempla. 11. hoc tit.* nisi cum aut ad finem probationis editio fit: tunc enim originalia produci debẽt: quia hæc sola probant. *Auth. si quis in aliquo. C. eod.* aut instrumentum falsum esse dicitur, aut alia causa iusta subest. *Bar. Bal. in l. procurator. 7. C. eod.* Vtrum autem totum instrumentum vel liber edendus sit, an sufficiat particulam & articulũ de quo quæritur, edi, quæstionis est. *vide Bart. Bald. in l. fin. C. de pre. imp. off. & in l. argentarius. 10. §. 1. hoc tit. Ias. in Rub. de oper. no. nunc. num. 8. Spec. de fid. instrum. §. 17. vers. sed si omnia.* Equidem ratio tota, quatenus ad petentem pertinet, edenda est, & à capite, vt inquit I. C. *l. argentarius. 10. §. 1. h. t.* idemque puto

que puto in instrumentis seruari oportere, cum solũmodo I. C. diem confecti instrumenti excipiat: *l. 1. §. pen. hoc tit.* vt Exceptio regulam in casibus non exceptis confirmare videatur. *vide Dec. in l. 1. de reg. iur.* In libris autem & registris, quorum varia & discrepantia sunt capita, sufficerit eum articulum edi, qui ad causam pertinet, & quo qui vsurus est: *d. l. 1. in verb. quibus quis vsurus.* cùm idem ferè in rationibus velit seruari Iurisconf. *l. argentarius. 10. §. 1. hoc tit.* Illud quoque sciendum est, editionem fieri sumptibus petentis: *l. 4. §. fin. vbi Dd. & in 1. l. argentarius. vbi Bald. hoc tit.* & semel tantùm faciendam esse, nisi iusta eius iterandæ causa subsit. *l. 6. §. fin. num. 11. seq. hoc tit.*

¶ Finis editionis quæ initio litis fit, est: Vt aduersarius instrui possit de futura litis specie, *l. 1. hoc tit. l. 3. C. eod.* ac inspecto iure actoris, deliberare vtrum contendendum putet an non: & si putet, vt veniat instructus ad respondendum. *d. l. 1.* Rationum autem & instrumentorum actorũm quæ editio, quæ post litem petitur contestatam, magis fit ad instruendam probationem, *l. quædam. 9. §. nummularios. in verb. quorum probatio. l. argentarius. 10. verb. ad instruendum. hoc tit.* vel fundandam intentionem aut exceptionem, *l. 5. 6. l. fin. C. eod.* quàm ad speciem litis declarandã. Quòd si porrò editio non fiat, potest iudex restantem eò adigere ex officio, manu militari *Bar. in l. stipulationes. 72. num. 37. de verb. oblig.* captis pignoribus, *l. 1. in verb. ad officium. vbi gl. & Dd. C. eod.* aut denegata in posterum audientia. *gl. fin. in l. 1. §. fin. hoc tit. tex. in l. sed etsi. 26. §. ait prætor. 4. ex quibus caus. ma. de alijs remedijs vide Innocen. in c. perpetuus. 12. de fid. instrum. Alc. in l. vlt. circa fin. C. eod. Bald. in l. 2. num. 2. C. de testamen.* quanquam & litigatori ad interesse detur actio, quanti scilicet eius interfuit, editionem factam esse. *l. 6. §. ex hoc edicto. l. 7. 8. 9. l. argentarius. 10. §. 2. hoc tit.*

DE PACTIS. Tit. XIV.

C. 2. 3.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Definitio nominis & rei, quatenus pactum à Contractu, Transactione & conuentione differat, vnde dictum sit pactum, & quid sit, & quàm variè sumatur.*
3 *Natura pactorum, & proprietates.*
4 *Diuisio & species pactorum.*
5 *Causa efficiens, qui cum quibus paciscì possint vel non possint.*
6 *Materia, quibus de reb. paciscì liceat vel non liceat.*
7 *Forma, de variis pactorum modis.*
8 *De fine pactorum.*
9 *De effectu: & cur pacta exceptionẽ tãtũ, nõ etiã actionẽ producãt: & quo iure, quibus casibus actionem pariant.*
10 *De interpretatione pactorũ: cui prosint vel noceant, & ad quas personas vel res, quàm latè extendantur.*
11 *Contraria, & quomodo pacta tollantur.*

EDITA † actione, omnique iure atque instrumentis actoris reo communicatis, sæpenumerò fit, vt priusquam respondeat reus, aut exceptionem Pacti Transactionísque factæ, quia litis ingressus impediatur. *vide Cast. Ias. & Dd. in l. 4. & 5. C. eod. l. nam postea. 9. vbi Bar. de iureiur.* obiiciat, aut si nulla præstò sit, parandam mox illam sibi existimet: postquam scilicet cognito actoris iure, de euentu litis dubitare incipit, *l. sed etsi. 25. §. si ante. 5. de pet. hær. l. nemo. 10. C. de long. temp. præscr.* mauúltque cum aduersario quauis ratione paciscì, aut transigere, vel etiam in iure cedere, *l. 1. in prin. hoc tit. quam de cessione iuris intelligit Contius disput. lib. 1. ca. 12.* quàm litis exitium, qui dubius esse dicitur, *l. quod debetur. 51. de peculio. gl. fin. in l. Lucius. 78. ad senatusconf. Trebell.* cum suo detrimento diutius præstolari. Quare rectè atque ordine faciũt iuris cõpositores, vt post tractatum de Edendo, prius de Pactis & transactionibus disputent, quàm vlterius in iudiciorum expositionem progrediãtur.

¶ Pactum differt à contractu & Transactione, sicut genus à specie: vtroque enim latius patet. Nam Contractus illas tantummodo conuentiones comprehendit, in quibus obligatio inest mutua, seu vt loquitur I. C. συμβόλαιμα *l. Labeo. 19. de verb. signific. Theoph. in §. fin. Inst. de oblig.* Transactio tantùm ad ea conuenta pertinet, quibus res dubiæ terminantur, & finem accipiunt. *l. transacta. 229. cum l. seq. de verb. sign.* Pactum autem velut genus, omnes contractus, transactiones, & si qua sunt similia promissa & conuenta, complectitur, siue συμβόλαιμα contineant, siue non contineant, siue rem transigant, siue non transigant. *l. 1. §. in verb. quicquid contrahendi transigendique causa, &c. hoc tit.* Ac videtur idem esse Pactum, quod conuentio: *Cuiac. ob. lib. 2. cap. 15. lib. 1. tit. de pac.* quamuis Duarenus & alij quidam, Conuentionem latius patere quàm pactum velint: & hoc à Pactione rursus ita distinguãt: quasi Pactum quiddam sit specialius, quam Pactio, quæ non ita est. Nam pactum à pactione est, vt inquit Vlpian. *in l. 1. in prin.* hoc est, existit ex pactione, sicuti effectus ex causa, obligatio ex contractu. *l. licet. §. ea de procur.* Quare aliud alio latius patere, non est cõsentaneum: præsertim cum definitio quæ hic pactioni tribuitur, alibi pacto subiiciatur. *l. 3. de pollicitat.* Sed & conuentionem & pactum idem esse, multa ostendunt. Nam Conuenire, idem dicitur quod Paciscì. *l. 2. hoc tit.* & multis passim

locis *l. iurisgentium. 7. §. sed cum nulla. cum seqq.* A *hoc tit. & in l. solent. 15. de præscript. verb.* promiscuè I. C. vtuntur vocabulo Pactionis & Conuentionis. Ac Cicero, *lib. 2. de Inuentio. pro Cecin. & alibi.* nihil distinguit conuentionem à pacto, sed alterum per alterum definit: Pactum, inquit, est quod inter aliquos conuenit. Et Vlpian. *in l. 1. hoc tit.* Pactum, inquit, est duorum consensus in idem placitum, quem consensum mox *in d. l. 1. §. 1.* appellat conuentionem: Conuentionis, inquit, verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi transigendiq́ue causa consentiunt qui inter se agunt. Ex quibus intelligi vtcunque potest, Cõuentionis, Pactionis, Pacti nomina æquè generalia esse, & eandem obtinere significationem, Pactum & Pax, & ab antiquo verbo Pago est: vnde etiam nunc, præteritum Pepigi in vsu: cuius verbi meminerunt Quintilianus, *lib. 1. cap. 10.* & author ad Heren. *lib. 2. cap. 4.* Pactum, inquit *in lib. 1. hoc tit.* Vlp. à Pactione dicitur: vnde & Pacis nomen: quasi dicat, à Pago est verbale Pactio: & hinc substantiua, Pax & Pactum. Ac fortasse pro Ducitur, scripsit Vlp. Dicitur. *vt in l. 1. in prin. vbi dixi sup. de iust. & iur.* A pactione enim verè existit, & ducitur pactum, sicuti effectus à causa, aut obligatio ex contractu. *l. licet. 42. §. ea obligatio. de procurato.* Pactio enim est ipse actus, siue factum contrahendi, cuius respectu pacta & contractus dicuntur esse Facti. *l. consilio. 7. §* *fin. de curat. furio.* Pactum autem propriè est ius quod ex pactione existit, siue obligatio quæ ex paciscendi actu nascitur. Sed vt fæpenumero causa & effectus confunduntur: sic his vocabulis Pactionis & Pacti, I. C. promiscuè sunt vti *l. iurisgentium. 7. §. sed cum nulla. cum seq. hoc tit.* Quam ob rem & nos iis, absque discrimine vtemur. Pactio igitur, siue Pactum in hoc titulo, & passim in toto iure bifariam accipitur. Primùm in genere pro omni contractu, transactione, & qualicunque conuentione: vt & apud Ciceronem: *lib 2. de Inuen. & in Partitio. orator.* cum pacti nomine comprehendit omnia quæ inter aliquos conueniunt: qua de significatione plura Iason. *in Rubrica. de transactio. num 1. & 2.* Hoc in significatu Vlpianus Pactum ita definit, *in l. 1. in prin.* Vt sit duorum vel plurium, in idem placitum consensus. Consensus loco generis ponitur, quia latius patet quàm pactum, vt verbi gratia, in consiliis, in doctrinis Philosophicis, in aliis deliberationibus & disputationibus, potest esse plurium in idem placitum consensus, qui tamen pactum non efficit. Additur Duorum vel plurium tanquam causa efficiens. Neque enim solus quispiam vel sibijpsi paciscì potest, quia nemo sibi obligatur: *l. 2. de stipula. serv. l. pen. de arbitr. Bald. Salic. Ias. & Dd. in l. debitori. 7. C. de pact.* & cum absentibus Pollicitatio esse potest: Pactũ, nisi præsens quis absentis nomine acceptet, iniri non potest: *vide Dd. in l. tale pact. 40. hoc tit. & quæ J. dicemus.* vt hanc propriam differẽtiam inter Pactum & Pollicitationem nostri tradunt *gl. Bart. & Dd. in l. iurisgentium. 7. §. sed cum nulla. vbi Ias. nu 32. h. t.*

Forma specifica quæ facit differentiam, est in verbo, Placitum: quod venit à Placo, & propriè significat, id quod post multas altercationes tandem à pluribus approbatur. & quo animi, ab omni dissensione placantur & conueniunt in vnum: quod proprium est contractuum & passionum, in quibus paciscentes primum de re aliqua cõtrouertere disceptareque, ac tandem post longam altercationem in vnam sententiã conuenire solent. *l. 1. §. 1. hoc tit. l. si voluntate. 8. C. de rescin. vend.* Dico, Conuenire, Nam hac in materia significantius est verbum Conuentionis, quo vsum in eiusmodi definitione Ciceronem diximus, quam Consensus, quo I. C. vtuntur: quia consensus latius patet, & etiam extra rationem pacti extenditur: conuentio porro propriè pertinet ad ea de quibus negocii contrahendi causa partes consensiunt. *l. 1. §. 1. hoc tit.* Quare nõ incommodè hoc quoque modo definiri pactum ita generaliter acceptum potest: Vt si duorum vel plurium, de re sua, seu negocio contrahendo, puta de aliquo dando vel faciendo, honesta & licita conuentio. In hac definitione, præter causam efficienrem (quæ est in verbo Duorum Pluriùmue) ostenditur materia in verbo, de Re sua. (nam de alienis non possumus paciscì, vt postea dicam.) Item causa finalis in verbo: de Negocio contrahendo, seu aliquo Dando vel Faciendo. Quibus verbis etiam contraria negatiua implicita est, videlicet, Vt aliquid Nõ detur, Nonfiat. *gl. Dd. in l. 2. in prin. ad verb. in dando. de verb. oblig.* Ad materiam spectant & illa verba: Honesta & licita conuentio. Nam pacta quæ aut contra honestatem, hoc est, ius naturæ fiunt, aut illicita sunt, hoc est, contra leges ciuiles seu contra iuris regulas, vt loquitur I. C. *l. contra. 28. hoc tit.* ea pacta dici non possunt. Deinceps Pactum, propriè & in specialiore significatu, sumitur pro ea conuentione, quæ separata est à contractibus Nominatis & Innominatis: vt ait Iason. *in l. 7. §. sed cum nulla. nu. 27. hoc tit.* Qualiã sunt pacta, quæ nullum συνάλλαγμα continent, & sola conuentionis æqu tate subsistunt: *d. §. sed cum nulla.* vnde & Pacta conuenta dicuntur. *d. l. 7. §. prætor. hoc tit.* aut Placita, *l. cum proponas. 21. C. eod. l. transactionis. 7. C. de transact.* aut Nudum pactum. *d. l. iurisgentium. 7. §. sed cum nulla. l. in bonæ fidei. 13. C. eod.* quæ vox (Nudum) epitheton pacti est, non διαστολῆ. (vt in l. 1. de dol. mal. Dolus malus dicitur ad differentiam Boni) quasi aliquod è regione pactum Vestitum existat. Dicuntur enim pacta Nuda, non quod Vestitis opponantur, sed quia nuda pactionis æquitate constant: etiam tum cum ad agendum sunt efficacia, & vt nostri loquuntur, Vestita. *tot. tit. C. de don. per l. iurisgentium. 7. §. sed cum nulla. §. quinimo. l. si vnus. 27. §. pactus. hoc tit.* Semper enim nudum est, quo pactum est: licet actionem ponat quatenus in contractum cadit. *l. diuisionu. de pac. l. vbi. C. de rer permut. l. 1. C. de pac. conuen.* quo sensu Voluntas, & alia multa in iure nostro Nuda dicuntur, *§. interdum. Instit. de rer. diuis. §. vlt. Inst. de her. qual. & diff.* Hoc in significatu pactum ita definiri potest: Vt sit nuda conuentio, quæ nullum συνάλλαγμα, seu mutuam obligationis causam contineat, super re certa facta, nullam producẽs Iure ciuili actionẽ: sed ex edicto Prætoris ad excipiẽdum accommodata. Iason paulò aliter *in d. l. 7. §. sed cum nulla. nu. 32. h. t.* Pactũ, inquit, est promissio quæ fit non præcedente interrogatione. Sed hæc definitio vt breuis est, ita & in reprehensionem incurrere potest. Nec enim satis distinguit Pactũ à Pollicitatione, quæ & ipsa promissio est sine interrogatione, *tot. tit. de pollicitat.* non etiã conuentio, sicuti pactum. Deinde non secernit pactum à contractibus Innominatis: ac ne à Nominatis quidẽ plerisque in quibus non tam ordo interrogationis & promissionis, quàm συνάλλαγμα rerũ, & cõsensus cõsideratur.

¶ Proprium quo pactum à pollicitatione secernitur, est: Quòd pactum tantùm fieri possit alteri præsenti & acceptanti, vel suo nomine, vel alieno: *l. 2. l. tale. 42. vbi Dd. h. tit.* pollicitatio autem tàm absenti quàm præsenti, etiam non acceptanti: vt rectè distinguit Iason. *in Rubr. de verb. obligat. num. 6. & 7.* Proprium duplex, quo pactum differt à transactione, paulò pòst ponit I. C. *in l. 1. J. tit. 1.* Pactum, inquit, fit super re certa, & gratuitò, hoc est, animo donandi. Transactio autẽ fit ob causam, & de re incerta, hoc est, dubia & litigiosa. Nam de re certa non potest trãsigi. Etsi autem pacta etiam fieri possunt ob causam: tamen propria sua natura, omnia pacta sunt gratuita, hoc est (vt loquuntur Dd.) aptitudine & potentia gratuita sunt, quamuis non actu. *d. l. 1. vbi Dd. J. de transact. Bart. hic. & Cyn. Rub. de pact. & optimè Andreas ab Exea. in repet. huius Rub. num. 3.* Inspicitur autẽ magis id quod est in aptitudine, quàm quod est in actu. *l. 1. §. quotidiana. de aqua quotid. & æstiua. glo. in §. his autem. ad verb. æstimaretur. Inst. ad l. Aquil.* Proprium etiam pactorum est, non in Personam, sed in rem esse & dirigi. vnde dicitur: Omnia pacta sua natura esse realia. *l. iurisgentium. 7. §. pactorum. vbi Bart. l. & hæredi. 21. §. penult. hoc tit. Schurff. cons. 49. cent. 1.* quod verum est, respectu transmissionis, non etiam respectu obligationis. Nam hactenus pacta sunt personalia, & personas obligãt, non res, & naturaliter non transeunt extra personas paciscentium, *l. si vnus. 27. §. ante. hoc tit.* sed illo respectu realia dicuntur, quia non commoriuntur cum persona paciscente, sed transeunt in successorem: tàm vniuersalem, vt est hæres, *l. epistola. 52. §. 1. hoc tit. l. si pactum. 9. de probat.* quàm singularem, vt est emptor. *l. si tibi. 18. §. pactum. vbi Bartol. hoc titu.* Pactum etiam sua natura Stricti est iuris: *glo. in l. pacta. 6. ad verb. nullam. C. eod. & in l. 7. §. quinimò. ad verb. quinimò. hoc tit.* sicuti & reliqui contractus Innominati, extra Permutationem & Æstimationis contractum: *§. actionum. vbi Fab. & Ias. num. 12. Inst. de acti.* nisi cùm contractibus bonæ fidei opponitur, vt emptioni, locationi, &c. Nam contractus accessorij, semper induunt naturam principalis contractus cui accedunt: *l. 4. de vsur. Ias. in l. 1. in princ. de verb. oblig.* Quanquam autem Accursius *d. l. 6. & in d. §. quinimò.* opinetur etiam hoc casu pacta stricti iuris permanere: tamen verior est, & receptior contraria opinio: *Bart. & Ias. num. 17. in d. §. quinimò. Ang. & Fab. vers. 12. & 32. in d. §. actionum.* vt videlicet pactum bonæ tum fidei esse iudicetur, cum ex pacto emptioni apposito, veniant fructus à mora tempore, *l. 2. C. de pact. int. temp. & vend.* secundum naturam iudiciorum bonæ fidei: *l. mora. 32. §. in bonæ. de vsur.* qui si strictum esset hoc pactum, tantùm à tempore litis contestatæ deberentur. *l. lite contestata. 35. l. videamus. 19. de vsuris. l. cum fundus. 31. in princ. si cert. pet.*

¶ Diuisiones autem pactorum, quæ in hoc titulo passim recensentur, partim referendæ sunt ad pactũ, in generali significatu sumptum; partim ad pactum vtrouis modo, vel generaliter, vel propriè sic dictum. Ad pactum in genere sumptum, referri debet diuisio Vlpiani, *l. 5. h. tit.* cum ait: omnia pacta aut Publica esse, aut Priuata. Publica conuentio est, quæ fit per Principem aut Ducem belli reipublicæ causa: quæ propriè non pacta, sed Fœdera Latinis dicuntur. Hæc autem eâdem ratione secerni possunt à pactis priuatorum, qua ius publicum à iure priuato *l. 1. §. huius autem studij. de iust. & iur.* Nam in publicis inspicitur non tàm quid receptum sit iure gentium aut legibus, quam quid necessitas & vsus reipublicæ postulet. At priuata pacta, quæ de rebus priuatorum fiunt, aut æquitate naturali, aut ciuili innitantur oportet: alioqui pro iniustis & inhonestis habebuntur. Æquitatem autem naturalem I. C. vocat Ius gentium. *in l. 5. & 7. hoc titu. l. pen. de iust. & iur.* Nam æquitas, quæ contractus nituntur, non est homini cum reliquis animantibus communis, vt nec ipsum contrahere: neque pertinet ad ius naturale commune, sed in sola ratione humana existit. Maluit igitur I. C. ne confunderet distinctionem triplicis iuris (naturalis, gentium, & ciuilis) appellatione iuris gentium vti, ad quod propriè contractus pertinent, *l. 5. de iust. & iur.* quàm iuris naturæ. Priuatam porrò conuentionem Vlpian. duplicem statuit: alteram Iuris gentium, quæ nititur æquitate naturali conuentionis: alteram ciuilem, quæ vires nanciscitur ex æquitate & dispositione ciuili: hoc est, quam non tantùm naturalis ratio, sed etiam lex talem esse iudicat, vt meritò debeat obseruari. Cum autem priuata conuentio omnis transeat, aut in eam quæ est Iuris gentium, aut in Legitimam: ideo effectu considerato, gradum priuatæ conuentionis omittit, & ait triplicem esse conuentionem, videlicet Publicam, Iuris gentium, & Legitimam. Atqui secundum Dialecticos, *vide Cic. lib. 2. de Finib.* primò erant duę species ponendæ, pactum Publicum & Priuatum: tum hoc iterum subdiuidẽdum, in pactum

Iuris gentium, & Legitimum. Sed hæc minuta consectari desinamus. Legitima conuentio est, quæ aliqua lege confirmatur. *l.5. hoc titu.* Quod cum fit, aut Nascitur, inquit I.C. actio ex pacto, aut tollitur. *d.l. legitima 5. hoc titu.* Nascitur actio in his conuentionibus, in quibus de obligando agitur: vt in stipulatione. §. *de constituta. Instit. de actio.* §. 1. *instit. de verb. obligat.* donatione. *l. si quis.* §. 1. C. *de donat.* § *perficiuntur. Instit. eod.* literarum obligatione: *Instit. tot. tit. de liter. obl.* quæ omnia cum nullum συνάλλαγμα contineant, non pariunt iure ciuili obligationem æquitate contractus, sed dispositione legis. Tollitur autem actio legitimis pactis, videlicet iis quæ liberatoria sunt, non obligatoria: vt acceptilatione, nouatione, & similibus. §. 1. *instit. quib. mod. toll. oblig. tot. tit. de accept.* Ideo autem dicit Legitima duntaxat, non etiam Iuris gentium pacta tollere actionem: quia pacta liberatoria iuris gentium, non tollunt ipso iure actionem, sed tantùm ope exceptionis. *l. tale pactum. 46. in princ. hoc titu.* §. 1. *instit. eod. de excep.* Quare nisi obiiciatur exceptio pacti, tenet actio. *d.* §. 1. *vbi Ang. & Fab. l. Nesennius.* 41. §. *fin. vbi glo. de re iud.* Iudex enim non supplet exceptiones, quia sunt facti: *Cast. in l. vnic. in prin.* C. *vt quæ def. aduocat.* sed pacta legitima ipso iure tollunt actiones, *l.* 4. ℣. *de transact.* vt agi amplius non possit. *l.* 3. & 4. C. *de transact. l. si pupilli.* §. *videamus. de neg. gest.* Quia quicquid lex disponit, hoc ipso iure operatur, & contraria destruit, sine vllo hominis facto. *l. non dubium. vbi D.d. C. de leg.* Iuris gentium porrò conuentiones non ex lege aliqua ciuili, verùm ex æquitate & vsurpatione gentium, hoc est, omnium hominum qui ratione vtuntur, ortum, vires & effectum habent. *l. iurisgentium. 7. hoc tit. d.l.* 5. *de iust. & iur.* Hæ rursus subdiuiduntur in Nominatas, & Innominatas. Nominatæ conuentiones sunt, quæ cum certam contrahendi speciem habeant, facilè certum quoque nomen inuenerunt: sicut à speciebus seu formis certis, nomina imponi certa solent: vnde & illud fit, vt certam obligationem & actionem producant: *d. l. iurisgentium. 7. in princ.* vt emptio, venditio, locatio, conductio, &c. Innominatæ conuentiones rursus duplices sunt. Quædam enim etsi certam speciem non habent, tamen continent Ciuile negocium & συνάλλαγμα: vnde ex æquitate ciuili oritur obligatio & actio Præscriptis verbis. *d. l. 7. in fin. princip. hoc tit. l. 4. & tot. tit. de præscr. verb.* Reliquæ conuentiones Innominatæ, nullum negocium Ciuile, nec συνάλλαγμα permutationis continent: quæ propriè Pacta nuda dicuntur, quia consistunt in nuda æquitate conuentionis: *d. l. 7.* §. *sed cum nulla. l. si tibi. 27. C. de loca.* quomodo conuentio, *l. non solum. 33.* §. *si rem. 5. de vsucap.* consensus, *l. 1. de rer. permut. l. 4. de spons.* res, *l. 1.* §. *hanc autem act. depos.* cautio *l. 2.* §. *sed vtrum de iudic.* & similia, *d. l. 1.* §. *hanc autem. depos. l. 10. de his quibus vt indig. l. 19.* §. *dictum. de ædil. edict. l. 52. de verbor. obligat.* nominari nuda solent. Et hæc dicta sint de prima diuisione: quam extra hanc vltimam speciem, ad pactum proprio in significatu, hoc est, pro Nudo pacto sumptum, per omnia accommodari non posse, quando omnia contractuum complectatur genera, palàm est. Deducit enim artificiosè I. C. à prima generali definitione diuisiones, & distribuit tantisper, dum à reliquis secernat proprium huius argumenti pactum. Reliquæ diuisiones à I. C. traditæ, communes sunt, & tàm ad pactum in genere sumptum, quàm ad pactum Nudum referri possunt: vt cum pacta diuiduntur, primùm à diuersitate causæ efficientis, in Expressa & Tacita. *l. 2. hoc titul.* Expressa, quæ expresso verbis aut literis consensu constant: *l. 2. & passim. hoc titul.* Tacita, quæ ex præsumpta cõtrahentium elicimus voluntate: quorum exempla passim extant. *in l. 2. 3. 4. l. si vnus. 27.* §. *penul. l. in persona. 30.* §. 1. *l. qui in futurum. 57. hoc. titul. l. 2. C. eodem. l. aduersus. 5. C. de vsuris.* Secundò à materia, in Personalia & Realia, prout circa rem aut personam versantur. *l. iurisgentium. 7.* §. *pactorum. l. & hæredi. 21. cum l. seq. hoc tit.* Realia prout diximus, in dubio pacta omnia esse intelliguntur. *Bartol. num. 1. & Dd. in d.l. 7.* §. *pactorum. Ias. in d.l. 7.* §. *prætor. numer. 20.* Personalia rursus bifariam accipiuntur. Vno enim modo illud dicitur pactum personale, quod personam non egreditur, nec in alium transit. *l. si vnus. 27.* §. *pacta. 4. in fin. l. idem. 25.* §. 1. *hoc titul.* Altero modo personale pactum est, quod quidem non transit ad hæredes, sed tamen viuente eo qui pepigit, in alium transire potest. *l. si tibi. 18.* §. *pactum. vbi ita distinguit Bartol. quem sequuntur Dd. hoc titul.* Tertiò à forma, in pacta Extraiudicialia, & Iudicialia: quæ effectu differunt: nam illa non pariunt actionem, vt postea dicemus. Quæ verò fiunt in iudiciis, valent & efficacia sunt etiam ad agendum, quia in iudiciis quasi contrahitur. *l. 3.* §. *idem scribit. de peculio. Ita Ias. in Rubr. de verb. obligat. num. 23. per Authent. generaliter. C. de episcop. & cler. l. eum pro quo. 17. de in ius vocand. Bald. in l. tale pactum. 41.* §. *qui prouocauit. vbi & Ias. hoc titul.* Item cum alia pacta Re constare dicuntur, alia Verbis, alia Literis (sine instrumentis: *l. 2. hoc titul.* §. *fin. Instit. de obligat.*) aut quando à fine & effectu, pacta omnia in Obligatoria & Liberatoria *Ias. in d. Rubri. de verb. obligat. num. 6. & 7. Dd. in d.l. tale pactum. 40. hoc titul.* distribuuntur. Quæ eo differunt, quòd pacta obligatoria non perficiantur, nisi acceptante altera parte: pacta autem liberatoria valent, facta nedum præsenti, quamuis non acceptet, verumetiam absenti, dummodo alius eius nomine acceptet, quoniam in commodis etiam tacens absensve præsumitur acceptare. *d.l. tale pactum in princ. vbi latè Ias. & communiter Dd. Ias. in d.l. 7.* §. *quinimò. numer. 32. Decius cons. 45. in causa pac. l. qui patitur. ff. mandat.*

¶ Causa efficiens propinqua pactorum, est Consensus contrahentium: *l. 1.* §. *penult hoc titul. l. an inutilis. 8. de acceptil. l. in venditionibus. 9. de contrab. empt.* remota, Lex aut gentium, aut ciuilis, aut

aut prætoria, quæ eiusmodi consensum approbat, *l. 5. 6. 7. hoc tit.* & ad obligandum vult esse efficacem. Causa συναπαρκτικὴ est Iusta conuentionis causa, puta respectus compensationis, aut donationis, aut similis. *l. si conuenerit. 56. hoc tit.* Quæ causa si fuerit erronea; hoc est, si non subsit cum subesse putaretur, pactum non valet. *l. si cum te. 51. hoc tit.* Qua in parte sciendum est, in genere in omnibus pactis obligatoriis nunquam præsumi causam donationis, nisi exprimatur: *l. 2.* §. *circa. de dol. mal. except. l. cum de indebito. 15.* §. *fin. de probatio. vide Ias. in l. 3. & l. 4. h tit. vide Bal. l. 3. 4. cum seq. C. de non num. pecu. & quæ dixi inf. de verb. oblig. num. 10.* eóque nulla expressa causa, pactum nullius rei momentique esse. In pactis verò liberatoriis (cuiusmodi pleraque sunt, de quibus hic agimus *l. 1.* ℣. *tit. 1.*) si nulla causa extet, non eo minus pactum valere: præsumi enim pro subiecta materia & fine conuentionis, causam donationis subesse. *l. 1. de transact. d.l. tale pactum 40. vbi post alios. Ias. num. 4. & 7. ita distinguit hoc tit.* Paciscì autem omnes possunt, qui non prohibentur. Nam paciscì & contrahere, est de genere permissorum: *l. quod si minor. 24.* §. *non semper. de minor. Inst. de leg. Fus. Can. toll. & quib. ex caus. manu. non lic. l. sicut. 5. C. de actio. l. in commodato. 17.* §. *sicut commodati.* Quicunque igitur non prohibentur paciscì, illis ea facultas debet videri permissa. *l. mutus. 43. in prin. de procur.* Prohibentur autem quidam Natura, quidam Lege. Natura, qui consensum adhibere non possunt: vt amentes, furiosi, *l. 1.* §. *furiosum. de act.* infantes (qui sunt intra septennium *d. l. 1.* §. *pen. de actio.*) muti & surdi copulatiuè. *d. l. 1.* §. *pen.* quia expressè consentire non possunt: qui tamen tacitè videntur posse paciscì, puta, nutu, subscriptione, &c. *l. 4. hoc tit. l. in quibuscunque. 48. de actio. l. vbi non voce. 124. de reg. iur.* Lege contrahere prohibentur impuberes. Nam etsi natura consentire & obligari possunt. *l. 1. in fin. de nouatio.* (intelligunt enim quod geritur. *l. in negociis. 5. de reg. iur.*) tamen quia eorum consensus, infirmus est, & multis captionibus obnoxius, *l. 1. de minor.* ideo lex hanc ætatem alieno arbitrio regit: & pacta eorum imperfecta esse, sicut & ipse consensus est, voluit, *tot. tit. Instit. & C. de tutelis.* Quare & indebiti ex pacto soluti repetitionem habent: quod non est in aliorum pactis. *l. quod pupillus. 41. de cond. indeb. l. antepen. de actio.* Idque verum est, cum paciscendo sese obligant, aut deteriorem conditionem suam faciunt: nam meliorem etiam sine authoritate tutorum paciscendo facere possunt: puta per stipulationem, pactum liberatorium, *l. contra. 28. in fin. prin. hoc tit. vide quæ dixi inf. & Instit. de author. tut. &c.* In eadem causa sunt prodigi: *d. l. contra.* §. 1. *l. is cui. 6. vbi Dd. de verb. oblig.* item minores qui curatorem habent; *l. 3. C. de in integr. restit. min.* Nam minor qui non habet curatorem, pacta extraiudicialia facere potest: iudicialia non item, quia sine curatore legitimam personam standi in iudicio non habet *in princ. Inst. de curato. gl. & Dd. in d.l. 3.* Porrò cum authoritate tutoris vel curatoris, minores rectè paciscuntur, & horum etiam nomine tutores: *d. l. contra. 28.* §. 1. nisi ius minorum liquidum paciscendo remittant. *l. imperatores. 17. hoc t. l. pactum curatoris. 22. C. eod. l. præser. 12. C. de transactio.* Hoc enim donare est, & perdere, non administrare. *l. filiusfamilias. 7. de donatio. l. qui fundum. 7.* §. *si tutor. pro empto.* Donare autem, ne authore quidem tutore vel curatore minor potest. *l. ab agnato. 12. l. fin. de curato. furio. l. 1. vbi Bald. & Dd. C. si aduersus transact. l. fin.* §. *fin. C. si maior. fac. rat. habuer.* Filiusfamilias qui est in potestate patris, lege non prohibetur paciscì, *l. sive. 18. hoc tit. cum multis seqq.* nisi cum paciscitur in detrimentum patris: *l. filius. 23. C. eod.* vt nec seruus, extrà quàm si domino pactum sit damnosum. *l. si tibi. 17. cum ll. seqq. hoc tit.* Sed hæc obtinent, quando hæ personæ cum extraneo paciscuntur. Nam cum his quorum sunt in potestate, aut cum fratribus vel conseruis qui in eiusdem patris dominiue sunt potestate, nullam iure ciuili obligationem contrahere possunt. *l. 2. de contrah. empt.* §. *item inutilis, Instit. de inutil. stipul. l. 2. de stipul. seruor. Dd. latè in l. frater à fratre. de condict. indeb.*

¶ Materia de qua paciscì licet, sunt Omnes res, quæ in commercio existunt: *l. si in emptione 34.* §. *omnium. de contrah. emp.* siue præsentes sint siue absentes, siue etiam futuræ, *l. pactum. 46. hoc tit. l. 3. C. de donat. l. interdum. 73. de verb. obligat.* dum tamen sint paciscentium propriæ. *d. l. pactum. 46. in verb. sui iuris.* Nam licet aliena res vendi potest, aut locari: *l. rem alienam. 28. de contrah. empt.* tamen non putauerim, rectè & vtiliter rem aut ius alienum, in pactum posse deduci. Etenim neq; agi potest ex pacto nudo, si fortè eiusmodi res pacta aut nõ præstetur, aut præstita euincatur: quoniam ex nudo pacto non oritur actio: neque etiam excipere licet de iure tertij quod in pactum est deductum: *l. loci. 4.* §. *competit. vbi Bart. si seruit. vend. l. si quis emptionis. 8.* §. 1. *C. de præscrip. 30. annor. Bart. Castren. & Dd. communiter in l. 1. & 2. de except. re. iud.* & frustra de eo quod non possidetur, excipiatur, nisi fortè res aliena ex pacto data sit. quo casu agenti non ius tertij, sed ius pactionis obiicitur: cui stare cogitur, etiamsi res fuerit aliena, cum ipse ex iure tertij fundare actionem nequeat. *l. rem alienam. 41. in fin. de pig. act.* Itaque cùm nec agendum, neque facilè ad excipiendum tale pactum proficiat: sequens est iure ciuili illud nullius rei esse, nisi cum res aliena possidetur, vt vtilis sit exceptio. Et hac ratione niti puto quod ait I. C. *l. pen. hoc tit.* Si paciscar, ne in tuo sepelias, aut tuum ne dedices, vel alienes, tali pacto nihil effici. Nam neque mihi tali pacto quippiã remittitur, quod profit ad excipiendum: & etiam si contra pactum alienes vel dedices, tamen non possum agere ad id quod intereſt (sicuti aliàs agi potest *l. si ita. 135.* §. *ea. l. vbi Dd. de verbor. oblig. l. 3. vbi Bald. Salic. C. de cond. ob caus. dat.*)

quia ex nudo pacto, non nascitur actio. Loquitur enim I.C. de pacto nudo, iuxta titulũ. Nam quin pactis nominatis, vnde actio oritur, talia effici possint, dubitari non debet. *l. fin. C. de pact. inter empt. & vend. d. l. 3. d. §. ea lege.* Hic enim si contra pactum fiat, ex contractu nominato, ad id quod interest agi potest. *vt latè tradunt Dd. in d. l. ea lege. 3. C. de condict. ob caus. dat. l. si ita qui. 135. §. ea lege. de verb. oblig. l. filiusfa. §. diui. de leg. I.* Dè rebus aut iuribus publicis, nisi secundum iura publica, pacisci non licet. Nam quę publica sunt, pactis priuatorũ mutari non possunt: siue pertineant ad ius publicũ naturæ, *l. iura sanguinis. de reg. iuris. l. eas 8. de ca. dimin.* siue spectent ad ius ciuile. *l. ius public. 38. l. contra. 28. l. ius agnationis. 34. h.t.* Quare pacto actiones publicæ, puta de sicariis, aut populares remitti nõ possunt. *l. iuris. gentium. 7. §. si paciscar. cum seq. h.t. l. 3. §. fin. ad leg. Iul. de vi. pub. l. si vnus. 27. §. pacta. 4. h.t.* Moribus tamen obtinuit, vt qui de cæde, aut alio publico crimine paciscũtur, vel transigunt, actionem remittentes, ij non modò à ciuili actione, sed etiam à criminali & publica actione excludantur: quãuis per eiusmodi pacta magistratus non impediatur: quo minus vindictam criminis expetere possit. *Bart in l. 1. §. vsque adeò num. 1. de iniur. per l. qui cœtu. 5. §. qui vacantem. de vi publ. l. iurisgentium. §. si paciscar. pen. hoc tit. Ias. & Dd. num. 3. & 4. in l. transigere. C. de transact.* De iniuriis tamen & furtis etiam iurè ciuili pacisci licet: *l. si vnus. 27. §. illud. 3. hoc tit.* quia hæc crimina publica non sunt, sed priuata: atque etiam de his facta pacta ipso iure (quod magis mirandum est) tollunt actionem, cùm tamen reliqua tantum ad excipiendum prosint, & eſidant actionem: *d. l. si vnus. §. pactus ne peteret. §. 1. Instit. de exceptio.* Sed sciendum est de his pactionibus, l. XII. Tabularum comprehensum fuisse: qua lege furta & iniuriæ certa pecunia mulctabantur, cum expressa hac exceptione, Nisi pactum esset. *Gell lib. 20. ca. 1. noc. Atti.* Est igitur hoc pactum legitimum, quia lege expressim comprehensum. Dictum est autem, pacta legitima, hoc est, quæ aliqua lege introducta sunt, ipso iure operari vel ad Obligandum, vel ad Liberandum: ita vt ipso quoque iure actiones tollant. *l. legitima. 6. §. eod.* Et vt in summa concludatur: pacta non valent, facta de iis quæ aut Lege prohibita sunt, aut Natura: *l. pacta. 6. C. eod. d. l. 7. §. prætor. hoc tit.* Lege ciuili innumera in pactum deduci prohibentur, cuius rei exempla passim extant. *in d. l. contra. 28. l. ius agnationis. 34. hoc tit.* Natura ea prohibentur, quæ in se turpitudinem continent: puta vt maleficium aliquod fiat, *l. quod autem. 53. l. nec prætermittendum. 57. pro socio. l. generaliter. 26. vbi Dd. de verb. oblig.* siue vt non fiat; Quia turpis pactio est eius rei, quæ gratis ex officio aut caueri, aut præstari debet. *l. fin. de condict. ob turp. caus. l. sciendum. 19. de edilit. edict.* Est etiam illa turpis, qua remittitur actio delicti non facti, sed futuri: puta, ne ob dolum in tutela vel deposito committendum agatur. Nam ea impunitas, illicium est ad delinquendum. *d. l. iurisgentium. §. si paciscar. d. l. si vnus. 27. §. illud.* Eiusdem etiam generis sunt pacta de quota litis, *l. 5. C. de postula.* & hæreditate viuentis. *l. pactum. 15. l. licet. 19. l. fin. C. eod.* Et generaliter inquit I. C. pacta quæ turpem causam continent, non esse obseruanda. *l. si vnus. 27. §. pacta. 4. h.t.*

¶ De forma pacti quod aiunt Dd. Pactum esse promissionem sine interrogatione, *Ias. in d. l. 7. §. sed cum nulla. num. 32. & in Rub. de verb. obligat. num. 5. & 6.* id non ita strictè accipiendum est quasi in pactis non vltrò citroque verba, interrogationes & promissiones fiant. Nec enim aliter quam hac mutua collocutionis forma, pacta rectè contrahuntur: vnde & Verba concepta nominantur, *Vlpian. tit. 24. Cic. pro Rosc. Com.* Neque tamen ideo in stipulationem incidunt. Nam non quælibet, sed tantummodo solennis interrogatio & responsio facit stipulationem. *l. stipulationes. 5. §. 1. de verb. obligat.* Quamuis autem verborum solennitas sublata est ex stipulatione, *l. omnes. 10. C. de contra. stipulat. in princ. Instit. de verb. obligat.* tamen solennis forma sublata non est: hoc est, vt inter præsentes præcedente interrogatione, & mox subsequente responsione ad interrogationem formata & apta, sine vlla actus diuisione formetur stipulatio. *l. 1. §. 1. l. continuus. 137. de verb. obligat.* In pactis talis forma non est. Nam possunt nedum inter præsentes, sed etiam per nuncium vel epistolam literis vltrò citròque missis pangi. *l. 2. hoc tit.* Deinde inter præsentes non attenditur ordo interrogationis aut responsionis, & vtrum responsio congruat ad interrogata, an non: & ex interuallo tractari & concludi, atque adeò etiam absque promissione datis manibus pacta confici possunt. Sanè si talis appareat verborum forma quæ stipulationem inducat, potius stipulatio contracta videbitur, quàm pactum: quia in dubio firmior præsumitur contractus celebratus, & videtur electa munitior à contrahentibus via, per quam maximè actus sustineatur. *l. 3. de milit. test. Bald. in rub. C. de fid. instrum. num. 8.* vt cum post varia tractata & conuenta (quod sæpe fit) inseritur generalis clausula instrumento vel pactioni: Rogauit Titius, spopondit Mæuius. Hæc enim in specie pacta non manent in sua forma, sed transeunt in stipulationem: *l. iurisgentium. 7. §. quod ferè. 5. hoc tit. scire debemus. 29. de verb. obligat.* nisi scilicet probetur eam formam verborum adiectam esse, non animo stipulandi, sed tantum paciscendi, *vt tradunt. Ang. & Faber. in §. si scriptum. Inst. de inutil. stip. in l. 1. C. de contrah stipul. & in d. l. 7. §. quòd verò.* Hoc igitur in summa tenendum, pacta nullo verborum ordine, nulla forma, sed tantùm æquitate conuentionis constare. Conuenire, inquit I. C. vel re, vel per epistolam, vel per nuncium possumus, *l. 2. hoc tit.* Sed & in præsens, aut ad diem, aut ex die, aut sine conditione rectè contrahitur pactio. *l. si vnus. 27. §. 1. l. intra. 41. l. epistola. 53. al. 52. §. fin. hoc tit.* Tale pactum

ctum, Profiteor te non teneri, vult I.C. subsistere, etiamsi altera pars non acceptet, *l. tale pactum. 40. hoc tit. Bart. & Dd. in l. creditori. 5. C. eod.* scilicet quia pactum liberatorium est, & commodum tacenti. In commodis autem, tacens pro consentiente & acceptante habetur, *l. qui patitur. 18. mandati.* Quod verum est, parte altera præsente. Nam absenti talis professio nihil prodest, nisi notarius aut procurator, absentis nomine acceptet: *Ias. in d. l. tale pactum. num. 2. per d. l. 2. in ver. per nuncium. hoc titul.* aut nisi absens, antequam reuocetur istiusmodi promissio, eam se acceptare profiteatur. *Ias. in d. l. tale pactum. num. 2. & 3. cum sequ. Bart. in l. nuda ratio. de donatio.* Cæterùm eiusmodi verba enunciatiua etsi ad liberandum valent, vt iam dictum est: tamen non proficiunt ad obligandum eum qui non expresè consentit, neque respondet, ne in iudicio quidem. *vt rectè inquit Ias. in d. l. tale pactum. num. 7. & latius tradit à Saliceto. & Dd. in l. postquam. 4. C. eod.* Nam vbi de obligatione agitur, quæ potest esse detrimentosa, tacens nunquam habetur pro consentiente. *l. filiusfam. 8. §. inuitum. de procurato.*

¶ Causa finalis pacti, est donatio. *l. 1. & l. cum donationis. 34. C. de transact. l. ex conducto. 15. §. Papinianus, vt in ex. Floren. aliàs incipit. l. si vno. ff. locati.* Eo enim pactum fieri necesse est, quod quidem alicuius sit efficaciæ, vt aliquid remittatur. Remittere autem, donare est. *l. si quis delegauerit. 12. vbi Bartol. de nouatio. l. 4. C. eod. l. pactum. 22. vbi Dd. C. de pact.* Nisi enim in pacto aliquid remittatur, nihil est pactum iure ciuili: quia tantùm prodest ad excipiendum, non etiam ad agendum. Exceptio autem competere non potest, nisi illi cui aliquid remissum est, & cum quo agi potest. Nam exceptio, est actionis exclusio. *l. 2. de except.* Vt igitur competat exceptio ex pacto, necessum est aliquid de iure actionis pacto remissum esse. Etenim si nihil remittatur pacto, sed ius aliquod nouum constituatur aut donetur, ea pactio nihil proderit: quia nihil confert ad agendum, petendúmque id quod pacto est constitutum, cum sua vi nullam producat actionem. Ita accipiendum arbitror, quod ait I. C. omne pactum donationis gratia fieri. *d. l. 1. §. de transact. cum §. alleg.* hoc est, in pacto, quod quidem ad exceptionem valere debeat, semper aliquid remitti & condonari. Etsi porrò talis remissio fieri potest, nõ modò gratuitò, sed etiam ob causam: tamen non desinit in pacto esse donatio seu remissio: id quod vult Iurisconsultus. *in d. l. 1.* Nam donatio etiam ob causam donatio est: nec desinit esse donatio, quamuis à proprietate suæ naturæ recedat: *tot. tit. C. de donatio. quæ sub modo. l. 1. vbi Dd. de donation. vbi dixi.* sicuti mandatum, depositum, & similes contractus gratuiti, non desinunt esse eiusmodi contractus, quamuis gratuitò non fiant, & (vt inquit I. C) notissimi eorum fines excedantur. *l. Lucius. 24. l. Publia. 26. §. 1. in fina. depositi. l. si remunerandi. 6. cum similib. mandati.* Possunt enim plures vnius rei fines esse, sed subordinati. Itaque etiam in donatione ob causam semper præcipua & ἀρχιτεκτονικὴ causa manet, liberalitas & munificentia. *l. 1. de dona. l. 1. & tot. tit. C. de don. quæ sub mo.* Causa autem ob quam fit remissio in pactis, aut Præterita est, aut Futura. Si præterita, vt fortasse bene merita eius cui remittitur, gratuita est pactio & pura donatio, sicuti legatum, *l. nec adiecit. 9. ff. pro socio.* & stipulatio. *§. vlt. Instit. de verb. obligat.* Obligatio enim ad antidota, quæ subest hoc casu, cum tantùm sit naturalis & incerta, *l. sed etsi. 25. §. consuluit. de pet. hæred.* ad certam nullam debiti speciem adstringens, in considerationem nõ venit: neque donationis naturam alterat: cum sit causa extra contractum præsentem posita. Sin autem præsens, aut futura causa est remissionis, distinguendum hoc modo erit: vt si de ea tantùm in genere sit cogitatũ: velut si tibi ius meũ remittam, sperans fore vt tu contrà aliquid remittas vel præstes: hoc casu non desinat esse gratuita pactio: Quia propositum compensationis, in mente retentum, nullum parit effectum. *Dd. in l. si repetendi. 7. per illum text. C. de condict. ob causam. text. in l. si maiores. 25. l. cum donationis. 34. C. de transact.* Sin autem talis causa expressim in pactum deducatur: puta cum ideo remitto, eáque lege expressa, vt contrà aliquid aut des, aut facias: tum aut est impulsiua tantùm, aut certè non præcipuè finalis: quæ, vt dictum est, non mutat naturam pacti: aut est præcipua finalis (quod ex commensuratione rerum & complexu personarum, aliísque circumstantiis est sumendum, *vide vtrum præsumatur impulsiua an finalis, in l. Aurelius. §. vltim. de lib. legat. Cyn. in l. si quis pro redemptione. 36. in prin. C. de donat. Socin. consi. 165. num. 6. vol. 2.*) & hęc sanè pactio non est gratuita, cóque nec propriè pactum, quia nec propriè donationis causa fit. Quare & hoc casu plerunque trãsit res in alium innominatum contractum, puta in transactionem, aut aliud negocium ciuile: *l. 7. in princip. hoc tit.* vnde propter συνάλλαγμα Re ob Causam tradita, oritur actio Præscriptis verbis, quæ ex pacto non datur. *l. 2. in fin. princip. hoc tit. l. 4. de præscrip. verb. l. 1. in fin. de rer. permutat. l. cum mota. C. de transaction. l. in traditionibus. 48. l. iurisgentium. 7. in fin. princ. hoc tit.*

¶ Porrò de effectu pactorum quòd varia & difficilia disputantur, quorum pleraque hodie in vsu esse desierunt: ideo non alienum erit, breuiter quidem, sed distinctè, præcipua duntaxat summæ rei capita exponere, in quatuor quasi genera, docendi causa distributa. Primò itaque inuestigandum, Quid operetur pactum, quáive vires habeat iure naturæ seu gentium. Secundò, quid iure ciuili. Tertiò, quid iure Prætorio. Quartò, quid iure Pontificio, & moribus nostris. Quod ad ius naturæ attinet, quod idem in hac materia est cum iure gentium (nam iura contractuum, tantùm hominibus inter se, non etiam cæteris animantibus sunt communia: *l. 5. de iust. & iur. l. cæs 8. de cap. diminut. vide Cast. in l. 1. in prin. h.t.*) ea in parte Dd. regulam constituunt.

Ex pacto, iure naturali ſeu gentium, naſci obligationem naturalem, quæ illo iure ſit efficax, *in l.1.l.iuriſgentium.7.§.1.hoc tit. l. legem.10. l. in bonæ fidei.13.C.eod.* Quam regulam Connanus *lib.5. Comment.* & alij, multis licèt argumentis impugnent: tamen iudico veram eſſe, & rationi conſentaneam. Nam primò, cur hæ conuentiones appellantur Iuris gentium, ſi eo iure non ſunt efficaces? *d.l.7.& paßim tot.hoc tit.* Deinde Vlpian. *in l.1. hoc tit.* ait, Congruum eſſe humanæ fidei, hoc eſt, Iuri gentium ſeu Iuri naturæ (quod ipſum Humanum Liuio vocatur) pacta ſeruare. Si igitur humano iure pacta ſeruanda ſunt: certè eodem iure efficacia fuerunt, tàm ad agendum quàm ad excipiendum. Hæc enim vis eſt verbi Seruare, cum ius ſeruari quid iubet. *vt pluribus declarat Panorm. num.2.4.& 5.in c.1. de pactis.* Tertiò, I.C. *l. in ijs.5.§. imperator. de ſolutio.* diſertè ait, ex pacto Naturaliter deberi: hoc eſt, Iure gentium. *l. cum amplius.84. de regul.iur.&c.* Quartò, pacta conſenſu & conuentione conſtant, ex qua iure gentium obligatio exiſtit: *l.1. in fin.hoc tit.l.1.in fin. de contrahen.empt.l.ſi non ſortem.26.§. libertus. l. frater à fratre. de condict. indeb.* & per conſequens, etiam illo iure actio ſeu petitio. *Panorm.in ca.dilecti.de iudic.* Quintò, ex pacto quod ſoluitur, repeti non poteſt: *l. cum proponas.21.C. de pact. l.debitor.59. §.fina.ad Trebell.l.inter.26.§. filia. de pact. dotalib.* ideo neceſſum eſt, hoc naturaliter deberi. Nam vbi naturalis non ſubeſt obligatio, ibi datur eius quod ſolutum eſt, repetitio. *l. quod pupillus.41. d. l.ſi non ſortem.§ indebitum. de condict. indebit. d.l. cum proponas. in fin.C.eod.hoc tit.* Sextò, Paulus ait *lib.2. tit.14.* inter ciues Rom. ex Nudo pacto actionē nō naſci. indicat igitur, Iure gentiū & inter eos qui iure Rom. non vtantur, nihil cauſæ eſſe cur hinc agi nequeat. Vltimò, pacta nuda conuentione tollunt obligationem naturalem, quæ conſenſu conſtat: *l.Stichum.95.§. naturalis.de ſolutio.l.qui exceptionem.40.§. vltim. iuncta l.ſi non ſortem.26.§.libertus de condict. indeb.gloſ. mag.& Dd. in l.1. de cond. indeb.* quare vt eandem inducant, neceſſe eſt. Nam eodem modo vnumquodque tollitur, quo inducitur, & econtrariò. *l.nihil.35. de reg. iur.* Verius eſt igitur, Iure naturæ ſeu Gentium ex pactis oriri obligationem & actionem. Nec obſtat, quod Vlpian. *in d.l iuriſgentium.7. hoc tit.* ait, pactum non párere obligationem, ſed tantùm exceptionem. Eum enim loqui non de obligatione naturali, ſed quæ iure ciuili ſit efficax, verba ipſa oſtendunt: *vt in prin. d.l.7. in verb. naſci ciuilem obligationem.* & poſteà *in d.l.7.§. ſed cum nulla.* obligationem opponit exceptioni. Loquitur igitur de obligatione efficaci, quæ iure ciuili actionem pariat. Actioni enim opponitur exceptio. *l.2. de exceptio.* Cum autem dico, actionem iure gentium ex pacto naſci: non loquor de actione ciuili formata, *de qua in §.1.& tot.tit. Inſtit.de actio.& ff. eod.& l.2.§. his legibus. ff. de orig. iur.& tot. tit.ff. de edend.* ſed de more agendi, qualis fuit iure gentium

A vſitatus, ſine vlla ſcilicet forma aut ſolennitate, *Panormit. in cap. dilecti. de iudiciis.* ac tantùm hoc volo: Iure gentium obligationes ex pacto fuiſſe efficaces, tàm ad exigendum quàm ad Excipiendum. Alia eſt autem iuris ciuilis Romanorum ratio. Nec enim hoc iure, omnes iuris gentium cōuentiones peræquè valent: ſed quædam actiones pariunt, quædam exceptiones. *l.2.7. hoc tit.* Actiones pariunt, quæ non manent in genere Conuentionis, ſed tranſeunt in
B Proprium nomen contractus: vt emptio, locatio, &c. Hæ enim conuentiones, certam formam & ſpeciem habent, & vt fieri ſolet, à certa ſpecie etiam certum nomen facilè inuenerunt, vnde iure ciuili certa formatáque, & nominata actio dari poſſet: quam dari eo magis ex his contractibus placuit, quia propter συνάλλαγμα & commutationem rerum, vel quo ad dominium, vel quo ad vſum, abſque his in communi vita viui non poteſt: puta abſque mutuo, depoſito,
C pignore, commodato, mandato, ſocietate, emptione, locatione, & ſimilibus. *d.l. iuriſgentium.7.in princ.* Carere autem illis neceſſe eſſet, ſi certa fides, & efficax obligatio ex his contractibus non naſceretur: quando nemo initurus ſit ea rerum commercia, quæ vires ad obligandum non habeant idoneas. *l. quod ſi.24.§.1.ff. de minorib.* Quare cum hi contractus ita ſint forma & nomine conſtitui, vt formata & ſpecialis nominatáque actio iure ciuili inde dari poſſit:
D cúmque ob commerciorum vtilitatem, reſpublica his carere non poſſit: meritò ex iure ciuili, vel potius (quantum arbitror) Romanorum moribus, *l.1.in fin. in verb.receptum eſt. de rer.permuta. Paulus lib.2.titul.14.* hæ conuentiones, tanquam vtiles reipublicæ, & aptæ ad agendum, approbatæ ſunt, & per approbationem factæ Legitimæ, ac Ciuiles, vt Ciuilis inde & Legitima actio oriatur. *l.6.hoc tit.* Dicuntur tamen nihilominus contractus non ciuiles, ſed iuris gentium.
E Nam etſi obligationem & actionem iure quoque ciuili producunt, vt dixi: tamen maxima ſui parte ſunt iuris gentium, ſiue originem ſpectes, ſiue nomen, ſiue formam, quæ præcipua cuiuſque rei pars eſt. *l. Iulianus.9.§.ſi quis rem. ad exhiben.* A præcipua autem parte ſeu principaliore, fit denominatio: *Felin.in proœm. decr.ad verb.Gregorius num.1.& in Rub. de off.deleg. Iaſ.& Dd.l.1.de verb. obligat.l.3. de iuriſd. Tiraqu.de retract.lig §.32. gloſſ.2.&c,*
F Quoties ad eundem actum perficiendum, ius naturæ ſeu gentium, & ius ciuile concurrunt, toties reputatur actus eſſe iuris gentium: quia hoc ius potius eſt, & magis principale: *l filio.23 de liber.& poſthum. d.l. iuriſgentium.l.4.& 5. de iuſt.& iur.* niſi totam formam à iure ciuili actus mutuetur: *d.l.legitima.6.hoc titu.* quod non eſt in his contractibus nominatis. Reliquæ conuentiones præter nominatas, iure ciuili nullam actionem aut obli-
G gationem, ne quidem expreſſim exceptionem (alioqui edicto prætorio non fuiſſet opus) producunt *d.l. iuriſgentium.§. ſed cum nulla.* Nec diſtinguo

ſtinguo hîc inter contractus innominatos, & reliqua pacta nuda: inter quæ nonnihil eſſe diſcriminis, vult poſt alios Iaſ. *Iaſ.in d.§.ſed cum nulla. num.21.cum ſeq.* Nam ne contractus quidem innominati, ex ſua natura efficaces ſunt ad obligtionem iure ciuili producendam, ſed tantùm per accidens: ſcilicet quatenus res interuenit. *d.l. iuriſgen.7.in fin.prin.* Vt enim ſine rei interuentu contrahatur obligatio, tantummodo in his receptum eſt conuentionibus, quæ proprium nomen & propriam ſpeciem habent. *l.1.in fin.de rer.permuta.* Quænam autem huius rei ſit ratio, variè diſputatur. Doctores hanc ponunt: quia lex ciuilis non aſſiſtit pactis nudis & conuentionibus innominatis, vnde & nuda dicuntur. Vbi autem lex non aſſiſtit obligationi, quantumuis naturali, ibi non poteſt naſci obligatio, iure ciuili efficax: hoc eſt, quæ proſit ad agendum. Nam actiones omnes iuris ciuilis ſunt. *l.2.§. his legib. de orig. iuris.* Ideo in earum definitione, Iuſtinian. *§.1.Inſtit.de act.* ait, Iis quid peti ſecundum ciuitatis Romanæ iura: hoc eſt, ſecundum diſpoſitionem legis, & formam iuris communis. Vbi igitur ius commune in conuentione deficit, ibi ex ea actio ciuilis n[illegible] non poteſt. *Bald.& Dd.in l.ſi vnus.27.§. pacti ne peteret. hoc tit.per l.licet.42.§. ea obligatio. de procurat. l.ſi pupilli.6.§.videamus.de negoc.geſt.* Cur autem lex non aſſiſtat his conuentionibus, eo factum volunt, ne quis promiſcuè, & quadam incogitancia ac temerè prolatis verbis obligetur, vt ſæpenumero plura oſtentandæ beneuolentiæ cauſa pollicentur homines, quàm ſeriò præſtare velint: ſæpe etiam, dum nos alteri dare volumus, lingua præcurrit mentem: ſæpiúſque ex affectione quadam potius, quàm ἐκ προαιρέσεως ſtudia, & officia noſtra deferimus, magis conciliandæ retinendæque beneuolentiæ, quàm obligationis inducendæ cauſa. *§.2.verſ.cæterùm ſi, vt plerunque ſermonibus fieri ſolet, dixit, &c.Inſtit.de milit. teſtamen.* vnde promiſcuè obligationem & actionem oriri, valde fuerit iniquum & inciuile. *Bart. in l.1.§.ſi quis ſimpliciter. de verbor. obligat. per text.in c.cum veniſſent. vbi CC. de inſtit. Angel.Caſtrenſ.Socin.& Dd.in rubr.de verbor. obligat. Latiſſimè autem omnium Andreas ab Exea,in trac. pactorum.num.270. cum mult.ſequen.* Connanus lib.5. putat totam hanc rem pendere à ratione συναλλάγματος: vt quibus in contractibus inſit συνάλλαγμα & rerum commutatio, in his propter vtilitatem commerciorum, ciuilis oriatur obligatio: in reliquis quibus deſit συνάλλαγμα, nequaquam. Pro quo facit & illa communis Dd. theorica: Quòd vbi non eſt mutua commutatio in contractu, aut cauſa obligationis, nunquam ſubeſſe cauſam donationis, ſed potius errore aut fatuitate aliqua promiſſio facta præſumatur: *dixi ſ.& j. de ver.oblig.num.10.* cui vires addi à lege ciuili, fuerit periniquum. *glo.Bald.& Dd.in l.3.C.de non num.pecun.Iaſ.in d.l.7.§.ſed cum nulla.num.28.* Licet autem hæc ratio, mihi quoque aliquando probabilis viſa eſt: tamen iudi-

A co, eam non ſatis firmam eſſe. Nam primò, quàm multi ſunt contractus nominati, in quibus nullum eſt συνάλλαγμα ſeu mutua obligatio: ſed tantummodo altera pars obligatur: vt in commodato, depoſito, pignore, mutuo, ſtipulatione: item hodie in donatione & ſimilibus: quàm in multis non niſi re conſtat obligatio: *tot.tit.Inſtit. quib.mod.re. cont.ob.* vt ſi huius reſpectu nominati dicantur, idem de innominatis vbi res interuenit, iudicandum ſit. *contra l.5.& tot. tit. de*
B *præſcr. ver.l.7.in princ. hoc tit.* Deinde quamlibet I.C. *in d.l.7.in fin.princ.* videatur velle propter συνάλλαγμα ciuile oriri iudicium: tamen nec hoc facit contractum nominatum, aut innominatum, vt iam dictum eſt: & ex eius verbis facilè poteſt intelligi, συνάλλαγμα ipſi non ſignificare mutuam obligationem, ex qua aliquid vltrò citróque dandum ſit, ſed potius ipſam dationem, & rei interuentum, ſeu mutuam rerum traditionem ac permutationem. *l.1. in fin. de rer. per-*
C *mut.* Id quod ex eo ſciri poteſt, quia contractus innominati, qui mutuam obligationem continent, vt ſcilicet aliquid vltrò citróque detur aut fiat, non producant ex ſe, vt iſtiuſmodi conuentionis mutuæ, obligationem aut actionem ciuilem vt contractus nominati, *l.1.in fin.prin.de rer perm.in fin.* ſed eatenus tantùm, quatenus res interuenit. *in l.ab emptione.§.fin.hoc tit.& d.l.1.in ſi prin.de rer.per.d.l.iuriſgentium.7.in prin. hoc tit. l.3.6.7. de cond. cau. dat.* Quare ratio Doctorum,
D mihi accuratius iſta expēdenti, magis nunc præ iſta arridet: quam & pleroſque prudentes legiſlatores ponderaſſe animaduerto: ne ſcilicet nimium conſtringatur libertas oris, & ſæpe imprudentes in laqueos incidant, ſi ex quouis dicto temerè fortaſſis prolato, homines obligentur *Fac.§.2.& penul.Inſt.de mil.teſta.* Itaque & Plato in libris de Republica, eadem ratione non vult obligationes ex promiſſis promiſcuè induci, fortè in familiari ſermone aut conuiuio factis: ſed
E tum demum, cum in foro, vbi contrahi ſolet, cōtractus ſeriò celebrantur. Addè his quòd ipſi quoque I.C. aliam huius diſcriminis rationem, quàm συνάλλαγμα ponant: veluti cum ait Vlpian. *in l.1.in fin.de rer.permutat.* vt quis ex conuentione mutua etiam, in qua ineſt συνάλλαγμα ſeu commutatio rerum (vt in permutatione) ſola vi conuentionis obligetur, hoc tantummodo receptum eſſe in his quæ nomen à lege ſcilicet & iure ciuili habent. Idémque alibi *in l.7.in prin.*
F *hoc tit.* oſtendit, eas conuentiones demum actionem producere, quæ in aliud nomen tranſeunt. Neceſſum eſt igitur, cum hac in re vim ponant I.C. vtrum ſcilicet contractus certum nomen habeat, an non habeat, aliquam non in ſynallagmate conuentionis, ſed in hoc diſcrimine ſubeſſe rationem, quare ex conuentionibus nominatis detur actio, ex innominatis nequaquam. Puto verò duplicem eſſe probabilem:
G alteram quòd lex nominando contractum, & certum ei nomen tribuendo, faciat eum pactum legitimum, ex quo oriri actione ſequen- tit. *l.6.h.t.*

alteram quòd actiones iuris ciuilis omnes certæ sint, & nominatæ. Nec poterat olim vlla actio instituí, nisi certo & speciali nomine expressa, *l.fin.C.de interd.* scilicet vt nomen actionis, nomen & speciem futuræ quoque litis vnà ostenderet. *l.3.C.de edend.* Quare & in negotiis ciuilibus, quæ nomen non habent, necessum erat, prætorem succurrere, & dare præscriptam in factum actionem: *tot.tit.de præscrip.verb.* quia ius ciuile nullam agendi facultatem, vbi certa nominatáque deerat actio, fatiebat. Hoc igitur posito, quod iure ciuili nulla instituí actio possit, nisi certa, nominata, & specialis: facilè est peruidere, quare de contractibus innominatis, & nudis pactis, nulla iure ciuili fluat actio. Non enim habent certam speciem, quia manent in suo genere: videlicet pacti, permutationis, aut donationis (omnis enim contractus aut pactum est, aut permutatio, aut donatio:) & proinde nec certum nomen habent, nec à lege nominantur: vt neque in legitimum pactum transeant, neque indidem ciuilis, certa ac specialis & nominata actio dari possit. Nec verò in his actionem Præscriptis verbis prætor in defectum nominatarum suppeditat, quia hæc actio ciuilis est. *l. 1. de præscript.verb.* Itaque dari non potest, nisi ex ciuili negocio, *l. 4. & tot. tit. de præscrip.verb.* Ciuilia autem negocia, tantùm duorum sunt generum: videlicet Contractus nominati, & Conuentiones innominatæ, ex quibus datione rei, alter alterum ciuiliter obligauit. *d.l. 7.in fin.princ. vbi I.C.hoc appellat negocium ciuile.* Reliquæ conuentiones, tanquam inutilis turba, apta magis litibus quàm rerum commutationibus, à iure ciuili nominatæ receptæq; non sunt, nec recipi debuerunt. Quare Prætor etiam, qui iuris ciuilis authoritatem in pactis sequitur, *l. 7.§.prætor. hoc tit.* actionem Præscriptis verbis ad horum executionem non subministrat: quòd nullum scilicet ciuile negocium, ex quo actio dari debeat, istic subsit. Ex his puto iam satis constare rationem, cur iure ciuili nudis ex pactis non detur actio: *vt in d. l. 7. §. sed cum nulla, l.intra.41.l diuisionis.45.hoc tit. l.in bonæ fidei.13.l.cum proponas.21. C. eod.* nisi cum aut stipulatione munita sunt *d. l. 7.§.quod ferè* (nam tunc actio non datur ex pacto, sed ex stipulatu: *leg.rescriptum.10. §. si pacto.in verbo. ex stipulatu actio.hoc tit.l.petens. vbi Dd.C.eod.*) aut iureiurando (quo casu ex ipso pacto iurato velut contractu nominato *c.2. vbi glos. & Dd.de pact.in 6.* nascitur actio. *l.si quis maior.41. vbi Dd.C.de transact. d.c.2.de pact. lib.6.Inst.in d.l.7. §. sed cum nulla. num.21.Socin.in fin.reg.9.num.19.*) aut rei traditione impleatur pactum: quæ similiter pacta sic muniuntur, vt prosint ad agendum. *leg.in traditionib.48.hoc tit.* Cuius rei ratio cum in obscuro lateat, paucis inuestigetur. Sciendum autem est, non modò natura æquum esse, ne quis locupletetur cum alterius iactura, *l.iure naturæ.206.de reg.iur.leg. nam hoc natura. 14. de conditione indeb.* sed etiam iure ciuili. nam furti instar est, velle aliquem defraudare suo, nec contrà præstare quod promissum est. Atque ipsæ quoque leges eum in dolo hærere pronunciant, qui aliquid ob causam accipit, neque tamen eandem præstat. *leg. si quis 17.§.fin.de instit. actio.* Iure porrò ciuili (quo Prætorium quoque complectimur. *l.ius autem ciuile. de iustit. & iur.*) etiam furta & dolum, atque omnem fraudationem coerceri, & prouideri, ne quis cùm aliena iactura locupletetur, dubium non est. *l.hominem.36.ff.mandati.leg.4.5.si quis cautionib.cùm similib.* Cum igitur ex pacto alicui res datur, vt is contrà aliquid ex conuentione præstet: hîc is qui accipit, non modò naturaliter, sed etiam ciuiliter ad dandum obligatur: ne videlicet dolo, & quasi per furtum aliena re locupletetur: quam dominus non animo donandi dedit, sed spe aliquid ex conuentione contrà recipiendi. Subest igitur hîc ciuile negocium, vt inquit Vlpianus, *in d.l.7.in fin.princ.l.solent.16.de præscr.ver.* Nec enim vllius bene constitutæ ciuitatis iura, tales fraudationes tolerare debent: neque pati, vt fides contractuum, quibus vltrò citróque res communicantur, ad hunc modum eludatur. Et quia negocium ciuile subest, eo datur Præscriptis in factum verbis à Prætore actio: *leg.solent.16.de præscript. verb.* qua consequimur, vt aut reddatur res, quæ data est (reddi enim potest ad actionem hanc elidendam, cùm propter rem solam efficax obligatio constet: *leg.3.& 5.de condit.cau.da.*) aut præstetur causa propter quam data est. *l.legem.10.C.eod.l.diuisiodis.45.hoc tit. leg.si fratres.C. communia vtriusque iudi.leg.licet.23. l.si familiæ.14. C.famil.herciscund. cum.simil.* Nec hæc res multum difficultatis habet, cum alteruter paciscentium rem Verè, & (vt loquuntur) Realiter accepit, atque ita factus est locupletior: quod fit, quãdo res ex pacto aliquo ob causam datur & traditur. Sed vbi factum eiusmodi versatur in obligatione, vnde is, cuius gratia factum est, non redditus est locupletior: hoc in articulo fuisse videntur inter veteres I. C. controuersiæ non paruæ. Nam Iuliano visum est, non subesse ciuile negocium, quòd is cuius nomine factum est, nihil reuera accepisset: neque sequeretur vlla ciuilis rerum permutatio. Marcianus & alij contrà statuerunt: quia factum esset quod erat conuentum: quo facto cum damnum passus sit is qui fecit, meritò illi subuenitur, quantumuis alter effectus non sit locupletior. Iniurium enim fuerit, eum hoc nomine exceptionem habere, postquam factum impletúmque est quod voluit, sibi que imputare debet, non alteri si id voluit, inque pactum deduxit, quod minus erat ei profuturum. Exemplum hoc proponunt I.C. *in d.l.iurisgentium.7. in fin. princ. & leg.naturalis.5. de præscr.verb.* Dedi ex conuentione tibi Stichũ, vt Pamphilum manumittas. Manumisisti: euictus est tibi Stichus quem dederam: quæsitum est, an aliqua tibi actione aduersum me succurratur? Iulianus *d.l.iurisgentium. 7.in fin.princ. dict.l. naturalis.5.§.at cum.de præscript.verb.* putabat, iure ciuili

ciuili non succurri, quia tu nihil mihi dedisti, sed tãtùm fecisti quid, hoc est, manumisisti seruum, ex quo non sum factus locupletior. Itaque in defectum obligationis ciuilis, & proinde quæ inde oritur ciuilis actionis, putabat Extraordinaria actione agendum esse: vel de Dolo, si dolus interuenisset, puta sciens alienum dedissem: vel actione subsidiaria, Prætoria in factum, si ignorans alienum dedissem. *l.quoties,21.de præscrip.ver.* Reliquis placuit, etiam hoc casu subesse ciuile negocium, quia impletum est id cuius causa dari debuit: vt cum tu feceris, hoc est, manumiseris, sicut conuentum erat, æquum etiam sit & ciuile, me tibi dare quod ob tale factum promissum erat. nam hoc æqualitas συναλλάγματος exigit. Non autem videtur dedisse is, qui dedit seruum, qui euictus est. Dare enim est dominium transferre, *l fin.de condit.caussa data.cum simil. vbi Ias. & Dd.* non rem alienam quæ euincitur tradere: *l.Iulianus.131.§.1.de verb. oblig.* Quæ sententia plana & recta est, & à compositoribus in Pandectas duobus locis relata: *in d.l.7.in fin. prin.hoc tit. & l.naturalis.5. de præscriptio. verb.* qui tamen putantur non admodum scienter addidisse verbis I. C. Pauli, *in d.l.naturalis.5. vers. sed si dedi. vide Gouean. lib.2. lect.cap.27.* particulam Ciuilem. Quod sicut imperitè & oscitanter factum est, ita doctorum hominum ingenia mirificè torsit, dum ratione & rebus ipsis pugnantia, quouis pacto student conciliare: quasi religioni sit habendum, si perhibeamus in tam difficili & longo Pandectarum opere, iuris compositores aliquando dormitasse. Atqui Paulus *in d.l.5.* ita Iuliani sententiam recitat, facilè vt appareat, eum non de actione ciuili, sed de extraordinaria locutum esse. Nam ait: si sciens dedi, ex Iuliani sententia dandam de Dolo actionem: *sin autem ignorans*, in Factum. Constat autem actionem doli non esse ciuilem, sed extraordinariam, *l eleganter. 7. de dolo malo.* à Prætore inductam. *Cic.lib.3.Offic.* Necesse est igitur dicere, vt constet ἀναλογία inter vtrumque casum, quem Paulus proponit, etiam actionem in factum de qua loquitur, esse Extraordinariam, *d.l.quoties.21. de præscriptio.verbor.* & Prætoriam, non ciuilem. Nam absurdissimum esset dicere, ex vno facto, Si sciens dederim actionem esse Extraordinariam doli, sin autem Ignorãs, dari actionem Ordinariam ciuilẽ. Etenim si ciuile negocium subest, vtroque casu dari ciuilem actionẽ consentaneum est. Sin autem ciuile negocium non subest, neutro casu, siue sciens dederim, siue ignorãs, ciuili actioni locum esse. Et hoc quidem voluit Paulus *in d.l.5.* Quod parum considerantes Iuris compositores, addiderunt explicandi gratia particulam Ciuilem. Quæ interpretatio, Iuliani & li sententiæ videtur contraria. *Cont. disput. lib. 1. ca.13.* Quanquam non desunt etiamnũ, qui Tribonianum propugnent & in vniuersum, cum dolus in eiusmodi facto adest, dari de Dolo: *d.l.naturalis.§.quòd si.l.solent.15.eod.tit.* quæ etiam interdum in Factum datur: *l.non.debet.11.de dolo malo.* quoties abest, ciuilem Præscriptis verbis, *d l.solent.d.l.iurisgentium.* suppetere contendant. *Donel. copiosè.d.l.naturalis.§.sed si dedi.cum §.seque. de præscriptione verb.* Cæterùm vt ad institutum reuertamur: pacta etiam tum pariunt actionem, cum insunt Bonæ fidei iudiciis, *l. iurisgentium. 7.§. quinimò.hoc tit.l.in bonæ fidei.13. C.eod.* non etiam Stricti iuris: *l.3.de rescind.vend.* nisi ex parte (quãquam hoc Contius improbat, *lib.1.disp.cap.vlt.*) excipientis debitoris & rei, *l.lecta.40.si cert.petatur.* infint (nam & aliàs ea debenti, cui remissum est, semper & indistinctè prodesse diximus:) aut cum stipulatione comprehensa sunt. *l.petens.27. C. eod.* Inesse autem tum videntur, cum adduntur in ingressu contractus, vt inquit I.C. hoc est, antequam is perfectus sit, & absolutus, *d.l.7.§. quinimò.& §.adeo.h.tit.* Ideo autem insunt, quia intelliguntur pars esse contractus. *l.si sterilis.21.§. si tibi.4.de actio.empt. l.fundi. 79. de contrahen.emp. d.l.7.§ quod ferè.h tit. l.scire debemus.29.de verbor. oblig.l.1.§.1.de edend.l.si in emptione.34.in princip.de contrah.emp.* Quare vt ex contractu, ita & ex hoc pacto agi potest. Hoc est quod dicitur, hæc pacta actionem bonæ fidei informare. *vide Cont. hæc aliter explicantem lib.1.disput.cap. vlt.* Nam vt legem & formam dant pacta contractibus. *l. iurisgentium. §. adeo. in verb. quæ legem contractui dant.hoc tit.l. 1.§.si conueniat. depos.l.contractus. 23. de reg. iur.* quibus insunt, ita & eorum contractuum actiones informant atque innouant: vt non iuxta naturam contractus, sed secundum legem formámque pactionis instituantur. Verbi gratia si conuentum est in emptione, vt de euictione, fideiussoribus caueatur: iuxta hanc conuentionem informabitur empti actio, quæ alioqui ex sua natura, ad satisdationem non datur. *l.si dictum.56.de euict.* Pacta autem quæ ex interuallo, post absolutum scilicet contractum interponuntur, nec in bonæ fidei cõtractibus, neque in strictis insunt, nec ad agendum prosunt, nisi res postmodum insequatur. Nam si post pactum à contractu, ex interuallo secutum, sequatur & fiat rei traditio, ab eo cuius in rem cuiusq; bono pactum factum est: intelligitur ea traditio facta non modò contractus, sed etiam pacti intuitu & contemplatione. Itaque qui tradit, ipsa re sibi accipientem, sicut antea diximus, obligat, vt ex pacto, qualecunque illud sit, teneatur. *l.in traditionib.48.hoc tit.* Quantumuis igitur pacta post contractum consensu perfectum, & postquam ad alia omnia contrahentes discesserunt. *l.hæredes palàm.21.§. fin. de testam. vide Dd.in l.1.§.1.l.continuas.de verb.oblig.* conuenta, non insint contractui, vi conuentionis: quia sunt conuentiones separatæ: ex separatis autem nihil rectè infertur: *l. Papinianus.exuli.20.de minor.* tamen alia res est, cùm traditione insecuta muniuntur: tunc enim efficacia sunt etiam ad agendum: nõ quòd insint contractui, sed quia implemento rei, velut synallagmate ciuiliter roborantur. *d.l.in traditionib. d.l.7.in prin.h.t*

Quæ autem pacta reformant contractum, hoc

est, quæ mutent substantiam contractus, puta precium aut mercem, eique aliam formam inducunt: ea etiam ex interuallo facta insunt ex parte agentis, inquit I.C. hoc est, prosunt nedum volenti excipere, sed etiam illi qui agere vult ex contractu, & producunt per se actionem. Nam talia pacta sunt nouus contractus: quia prioris contractus substantia his immutatur. *d. l. 7. §. quinimò. l. ab emptione. 50. hoc tit.* Quod in iis contractibus obtinuisse puto, qui consensu constant: de quibus I.C. loquuntur. *d. l. 7. & l. pacta conuenta. 72. de contrahen. empt.* In his enim sicuti mutuo consensu, à toto contractu recedi potest, *l. ab emtione. 58. hoc tit. l. 1. 2. 3. de rescin. vend.* ita etiam ab aliqua eius parte: & intelligitur hæc noua pactio, nouus quidam nominatus contractus esse, *l. iurisgentium. 7. adeò. hoc tit. l. pacta. 72. vers. Paulus notat. de contrah. empt.* ex quo agi potest. Hoc autem in contractibus, qui Re aut Verbis constant, obtineri non potest. Sed in his dicendum est, pacta, quæ ex interuallo sequuntur, tantùm prodesse ad excipiendum, *d. l. ab emtione. in fin. hoc tit.* non etiam ad agendum: cum ex solo consensu, in his non constituatur nouus contractus, vnde agi possit. Quin etiam cum non informatur pacto præcedens contractus, sed solummodo accidens aliqua qualitas, aut detrahendo aut adiiciendo immutatur: non putauerim ea pacta ex interuallo apposita, iure ciuili prodesse ad agendum, nisi quatenus traditione firmantur, ne videlicet ex pacto detur actio. *d. l. pacta 72. de contrah. emp.* Pacta etiam tum iure nouissimo prosunt ad agendum, cum muniuntur chirographo, aut scriptura, qui transeunt in contractum, qui literis constare dicitur. *Panorm. in c. 1. num. 4. & 5. extr. eod.* Vnde his temporibus, rarò pacta nuda inueniuntur: quoniam pleraque solent in scriptum redigi, & consignari vel à partibus, vel à iudicibus, vel à notario: *Socin. reg. 9. num. 14. in fallent. ex doctrina. Bart. in l. 2. C. de cond. ob caus. & in l. si creditori. C. de pign. Cagn. in l. id quod nostrum. num. 14. de reg. iur. per not. in Rubr. de verb. obliga. pro hoc text. in l. 7. §. quod ferè. 5. hoc tit. l. non figura. 38. de obliga. & actio.* Proficit etiam pactum ad agendum, cum fit in iudicio. *l. 4. §. fin. de fideiussor. tut. l. tale pactum. 40. §. qui pronoc. vbi Bart. Ias. in d. l. 7. §. sed cum nulla. num. 19. hoc tit.* Quod etsi disputari potest, tamen rationem habet: cùm quoniam in iudiciis quasi contrahitur *l. 3. §. idem scribit. de pec.* (ex quasi contractibus autem, vt aut nominatis plerunque, aut ciuile negocium continentibus, oritur obligatio & actio: *l. 2. & 4. de actio. tot. tit. Inst. de oblig. quæ ex q. contr.*) tum quòd, quæ in iudiciis fiunt, omnem solennitatem contractuum exuperant, *l. publicati. l. omnium. l. sancimus. C. de test.* & incumbunt officio iudicis, cui credita sunt: vt is suam ad fidem exonerandam, meritò prouidere debeat, quo res ad exitum producatur. *l. ædiles. 25. §. item de ædili. edi.*

His ita expositis, tempestiuum est vltimo loco exquirere, quæ vis atque authoritas iure Prætorio, & nouissimè Pontificiis canonibus, (quos potissimum hodie sequimur) atque moribus horum temporum, pactis sit attributa.

Cum ergo ad eum quem dixi modum, pacta nuda iure ciuili destituerentur, subuenit Prætor edicto suo: quòd videret compluries incidere vt pacta seruari æquum esset. Quare proposuit in eam rē hoc edictum: PACTA CONVENTA, QVAE DOLO MALO, NEQVE ADVERSVS LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA PRINCIPVM, NEQVE QVO FRAVS CVI EORVM FIAT, (hoc est, Quæ non in fraudē legis facta sunt) SERVABO. *d. l. 7. §. prætor. 3. hoc tit.* Verbum, Seruandi, puto hîc generale esse, & quamlibet tuitionem significare: scilicet quæ præstatur variè, pro re proposita, próque variis circumstantiis facti, datis aut Actionibus aut Exceptionibus, *l. inter. §. 1. famil. herciscund.* Qua in re prætor non recedit à iure ciuili, sicut ipsa notant Edicti verba, sed solùm Ciuile ius interpretatur, videlicet dando actionem Ex pactis, cum hoc definitio ratióve iuris ciuilis permittunt: vt cum pactum est contractui appositum, notatúrque verbis edicti: Pacta conuenta: id enim propriè Conuentum dicitur: *tot. tit. C. de pact. conuen.* aut rei Traditione Implementóque causæ, vt alia aliqua Efficacia obligationis ciuili munitum: vt etiam Ex æquitate ciuili actio danda sit. Aliàs porrò vbi hæc desunt, non actionem ex pacto dat Prætor, sed Præscriptionem, præscribens scilicet iudicium Pedaneo iudici, non purum, sed cum Exceptione: Extra quam si quid pactum erit, &c. Neque verò hac etiam in re, Prætor recedit à iure ciuili: sed illud magis interpretatur, & data expressim exceptione confirmar. *vt inst. de bonor. possess. in princ.* Nam dixi, Etiam legibus ciuilibus, quod ex pacto solutum est, non posse repeti: quia naturaliter debitum solutum est, *d. l. debitor. 59. §. fin. ad Trebell. l. inter. 26. §. filia. de pactis dotalib. l. cum proponas. 21. C. de pactis.* Postquam enim traditio ex pacto facta est, pactum ipsum, firmatum est traditione, *d. l. in traditionibus. 41. hoc tit.* & res tota transacta ac confecta. Ea autem quæ transacta & confecta sunt, resuscitari non debent, minuendarum litium causa. *vide infrà, hoc tit. 1.* Ex quibus intelligi iam facilè potest, nihil iure ciuili alienum facere Prætorem, cum Ex pacto Nudo exceptionem pollicetur. Nam exceptio, actionis est exclusio. *l. 2. de exceptionibus.* Quare qui excipit, Ex pacto: vel exceptionem à Prætore sibi dari hoc nomine petit: is proculdubio possidet aliquid Ex pacto: hoc est, aut Accepit aut Retinuit nescio quid, quod alioqui ab eo, actione aliqua peti possit. Cur enim exceptione opus sit, nisi quid peti possit, quod per pactum deinceps fuerit remissum, & quasi traditum? *§. 1. Inst. de exceptio.* Nam qui De pacto excipit, effectu dicit, sibi quasi traditionem & solutionem Ex pacto factam esse, quæ pristina actione condici non debeat. quando eorum, quæ Ex pa-

cto soluuntur, nulla ne quidem iure ciuili sit repetitio. Vt igitur (verbi gratia) cui decem pacta sunt, & soluta, exceptionem etiam iure ciuili habet, contra repetentem: quia pactum traditione consummatum est, & solutum naturale debitum: ita & cui remissio Pacto Liberatorio facta est, eadem exceptio danda est; quia possidet Ex pacto, tanquam solutum, vel sibi datum. Remittere enim dare est. *l. 4. in prin. vbi Bart. de pecul. l. si mulier. de cond. ob caus. l. si quis delegauerit. 12. vbi Bart. de nouat. Dd. in l. pactum. 17. C. de pact.*

Quanquam autem hac de re, plura subtiliter disputari possunt, tamen modus aliquis adhibendus est: maximè cum hæ iuris veteris subtilitates, hodie non sint in vsu. Nam primùm iure Pontificio, ex quolibet pacto oritur actio. *c. 1. & 3. vbi Can. ext. eod.* Deinde hodie idem obtinet in omni foro, vbi ex æquo & bono, & ex suprema potestate iudicatur: vt sunt Curiæ summorum Principum, Arbitratorum, Mercatorum, & similium. *Bart. & Dd. in l. 7. §. quinimò per illum text. hoc tit. & in l. si fideiussor. 29. §. quædam mandati.* Etsi verò longa est disputatio, an in reliquis Curiis, in quibus secundum ius ciuile pronunciatur, ius Pontificium obtinere debeat: tamen communis opinio est, & ita vsus obseruat, vt indistinctè ex pactis Nudis, seriò, & deliberatè initis, etiam in foro Ciuili hodie detur actio. *Bald. & Salic. in l. petens. 21. C. eod. & idem Bald. in l. legitima. 6. in prin. hoc tit. & Ias. qui dicit esse communem, in d. l. 7. §. sed cum nulla. num. 4.* Quod verum puto, & sequendum. Nam eiusmodi pacta cum obligent naturaliter, & ex bono & æquo, *leg. 1. in prin. hoc tit. l. 1. de const. pe.* sequitur eum, qui pacta non seruat, contra naturam, conscientiam, atque adeò contra officium boni viri facere, ac peccare, vt volunt Canonistæ, mortaliter, *glo. in c. 1. de pactis.* Et certè diuus Paulus ad Rom. 1. 31. ἀσυνθέτους, hoc est, eos qui pacta non seruant, in illis numerat, qui capitaliter delinquunt. Est autem definitum inter Doctores: Vt quotiescunque agitur de cauendō peccato, déque causa conscientiæ, toties etiam in foro ciuili ius Pontificium debeat obseruari. *c. 1. & 2. vbi Dd. de operis no. nun. Castrens. in Auth. atqui semel. num. 3. & 4. C. de probatio. cum simil.*

Hoc ergo constituto, sequens est exponere, Quænam actio ex pacto detur, Iason *Ias. in l. lecta. num. 10 si cert. peta & in d. leg. 7. §. quinimò. in prin. ex doctrina glos. Bart. & alior. in leg. pacta. 6. C. eod.* vult competere actionem Præscriptis verbis, quæ datur ex reliquis contractibus innominatis. *d. l. 7. in fin. prin. d. l. naturalis. 5. de præscript. verb. cum simil.* Atqui sciendum est, actionem Præscriptis verbis, non ex sola produci Conuentione, sed tantummodò Ex æquitate rei traditæ, qua paciscens alterum sibi obligauit. *d. l. 7. in fin. prin.* Quocirca locum hæc habere potest actio cum res interuenit, cuius traditione qui agere vult, alterum sibi deuinxit. *leg. cum mota. 6. l. si pro fundo. 33. C. de transact.* Sed hoc perrarò in pactis potest euenire, in quibus plerunque non inest συνάλλαγμα, quia donationis causa fiunt. *l. 1. ¶. de transact.* Magis ergo consentaneum videtur, ex pacto non actionē Præscriptis verbis (nisi quando res interuenit) sed Condictionem ex lege, vel potius ex Canone nasci: sicut ea dari solet ex omnibus contractibus, qui noua aliqua lege aut canone vim adipiscuntur. *l. vnic. vbi Bart. de condic. ex lege.* cuiusmodi sunt donatio, *leg. si quis argentum. 35. § penul. vbi Bald. & Salic. C. de donat.* contractus emphyteuticus, feudalis & consimiles. *Bart. Bald. & communiter Dd. in d. l. 1. de cond. ex lege.* Eandem igitur actionem hodie ex pactis dari, verius est. *Innoc. Panor. & alij, in d. c. 1. de pact. quam sententiam latè asserit Socin. in fall. 9. num. 2.*

Quia verò diximus, non solùm Actiones, sed etiam Exceptiones ex pactis dari: *leg. 2. l. creditori. 5. cum simil. C. de pact.* ideo non ab re fuerit, & illud vltimo loco exponere, Vtrum hæc exceptio priuilegiata sit, & impediat litis ingressum: an verò tantummodò peremptoria sit perhibenda: qua de re variè disputatur: *in l. 4. vbi Ias. distinguit. & d. l. creditori. 5. C. de pactis. in l. nam postea. 9. vbi Bart. Ias. & alij. ff. de iureiu. Sem. & Franc. in l. 1. de lit. contest. in c. olim inter. de lit. contestat.* aliis existimantibus, exceptionem esse priuilegiatam, quoniam Imperator *d. l. creditori. 5. vbi ita Castr.* ait: Petitionem per exceptionem repelli: aliis contrà statuentibus, & quidem Communiter, vt hæc exceptio tantùm sit Peremptoria, nō etiam impediat Litis ingressum. *pro eo text. in §. 1. Inst. de except. in l. si vnus. 27. §. pactus ne peteret. & §. sed si stipulatus. hoc tit.* Quod & rationem habet. Nam nullæ exceptiones impediunt litis ingressum, nisi quæ tollunt ius actionis, sic vt lis instaurari non possit: velut est exceptio quæ datur ex Re iudicata, Iureiurando, Trāsactione, Præscriptione, &c. *Bart. Ias. & Dd. in l. nam postea. de iureiur. glo. in c. 1. de lit. contestat. in 6* His enim modis finita lis amplius instaurari nulla ratione potest. *leg. causas. 16. C. de transact. l. nam postea. 8. in princ. in verb. petitionem prætor repellit. de iureiur. l. sub specie. C. de re iud. l. post rem iudicatam. ¶. eod. cum similib.* Exceptio verò quæ datur Ex pactis, non est istius generis. Nec enim tollit actionem: *d. §. 1. Instit. de except.* quia regulariter non tollit obligationem Ciuilem, *l. si vnus. 27. §. pactus ne peteret. hoc tit.* sed tantummodò Naturalem. *l. Stichum. §. naturalis. de solutio.* Nam cùm pacto solum insit naturale vinculum, videlicet Æquitas conuentionis: non potest aliud tollere, quam quod eodem vinculo constat. *l. ab emptione. 58. hoc tit. l. nihil tam naturale. de reg. iur. cum simil.* Cum igitur non tollat ciuilem obligationem, sequens est, vt nec actionem ciuilem ipso iure remoretur, nisi cum pactum quoque legitimum est & ciuile. *d. l. si vnus. §. pactus ne peteret. l. 6. hoc tit.* Interpretes tamē omnes ferè peremptorias ad impediendum litis ingressum admittunt, dum in continenti probari queāt. *vide Philip. Franc. c. 1. de lit. in 6. Blanc. tract. de compromiss. part. 4. de imped. lit. ingress. gl. in l. 6. C. eo. & l. 7. §. quinimò. vbi Dd. hoc tit.*

Cæterùm hic admonendi sumus, ex pacto

quandoque suppeditari non Exceptionem pacti, sed Doli: cum videlicet exceptio conuentionis dari non potest: quoniam res vel persona, ad quam ex æquitate vtilitas pacti porrigitur, illo comprehensa non est. Hac enim in specie competere nequit exceptio pacti: quia conuentio cùm stricti iuris sit, *l. si vnus. 27. §. ante omnia. cum §. sequ. hoc tit.* Bald. *in l. ad probationem. 21. C. de probat.* ad alias personas vel res, quæ non sunt disertis verbis comprehensæ, extendi nequit. Vt igitur deficiente Actione contractus, datur actio Doli: *l. & eleganter. 7. de dolo malo. in princ. & §. 1.* ita multò magis, deficiente Exceptione conuentionis, competit exceptio doli: *l. 1. 2. cum ll. seqq. de dol. mal. & met. ex.* quotiescunque scilicet ex æquitate aliqua danda est. *leg. 7. §. penult. & fin. leg. & hæredi. 27. l. rescriptum. 10. §. fin. hoc tit.* eóque facilius datur, quòd Exceptio Doli non sit extraordinaria, sicuti actio Doli, quæ est Famosa: neque Specialis, sed Vniuersalis, vt inquit I. C. cui toties locus sit, quoties alia exceptio nominata deficit. *leg. 1. & 2. & tot. tit. de dol. mal. & metus except. vbi vide.*

Illud quoque postremò notandum, tantam esse pacti vim, vt si soluatur quod pacto remissum est, competat Indebiti condictio: quasi indebitè solutum id sit, quod ob exceptionem pacti reuera & cum effectu exigi, obstante nimirum pacti exceptione, non poterat. *leg. creditori. 5. in fin. C. eod. l. si non sortem. 26. §. indeb. de condict. indeb.* Atque hæc quidem de Effectu pactorum: nunc aliquid de Interpretatione commodùm subiiciamus.

10 ¶Aliquoties iam dictum est: Pacta stricti iuris esse. *d. leg. 7. §. quinimò. vbi post glos. magn. Ias. num. 12. hoc tit. & idem Ias. num. 17. in leg. Lecta. si cert. peta.* Ex quo sequitur, ea strictam recipere interpretationem: & in his nihil, nisi quod disertè verbis comprehensum aut expressum est, *l. si repetendi. C. de condict. ob causam.* actum intelligi (id quod commune est omnibus stricti iuris conuentionibus: *vt tradunt Dd. in leg. quicquid. 99. de verb. obligat.*) nisi cum Pacta apponuntur Bonæ fidei contractibus, secundum quos ex bono & æquo recipiunt interpretationem: *leg. iurisgentium. 7. §. adeò. leg. ab emptione. 59. hoc tit. leg. 3. de rescin. vend.* sicuti & stipulationes ac iuramenta, *leg. vltim. C. de non numerat. pec. l. vlt. ff. qui satisd. cog. vide Ias. in leg. si conuenerit. num. 4. ff. de iurisd. omn. iud.* cum istiusmodi contractibus adiiciuntur. *l. 4. de vsur. Ias. in leg. 1. in princ. de verb. obligat.* Absolutaverò pacta (quæ non referuntur ad alios contractus bonæ fidei) ita strictè interpretamur, vt nec ad alias personas, nec ad alias res extendantur, nisi quæ expressis verbis pacto comprehensæ sunt, *leg. si vnus. 27. §. pacta. 4. vers. & in summa. hoc tit.* Nam iis qui non pepigerunt, pacta neque nocent neque prosunt, *leg. si actionem. 24. C. eod* etiam iureiurando firmata. *vt ait Schurff. consil. 66. num. 19. cent. 1.* Quod verum est, nisi vel ex dispositione iuris, vel ex verisimili partium conuentione pacta ad alium quàm qui pepigit, deriuentur. Ex dispositione iuris: vt quod ab Imperatoribus rescriptum est, plurium creditorum conuentionem, cum debitore factam, ad alios quoque creditores, pauciores numero quamlibet inuitos, pertinere: *dict. l. 7. §. fin. cum ll. sequentib. leg. rescriptum. 11. hoc tit. leg. si non expedierit. 6. de bo. author. iud. possid.* quòd pactum serui aut filij, propter potestatem ad dominum & patrem extenditur: scilicet vt his prosit, non etiam vt noceat. *leg. & hæred. 21. §. 1 hoc tit. leg filius. C. eod.* Quòd fauore dotis, pacta dotalia, quæ parentes aut extranei faciunt, porrigunt ad mulierem nubentem, *leg. Caius. 45. in fin. solu. matrim. leg. 4. l. pater. 7. C. de pact. conuen. leg. vnic. §. 1. C. de rei vxor. act.* ex verisimili partium conuentione: videlicet cùm hoc eius interest qui pactum fecit, & verisimiliter ea de re actum est. Nam etsi stricti iuris sunt pacta: tamen quia & tacitè conueniri potest: *leg. 2. hoc tit. cum seqq.* ideo ea quoque conuenta intelliguntur in pactis, vt & in aliis strictis, *l. Titia. 134. §. 1. & melior text. in leg. si ita. 126. §. penult. in verb. inesse tempus vel conditionem ex eo quod agi apparebit. l. si stipulatus. III. de verb. obligat. eleganter Ias. in §. actionum. num. 4. & 37. Instit. de actio. vbi dicit omnes contractus mundi esse bonæ fidei, quo ad intentionem.* de quibus verisimiliter est actum. Hoc modo interpretamur, pactum procuratoris pertinere ad dominum: *leg. rescriptum. 10. §. fin. hoc tit.* tutoris, ad pupillum: *leg. tutoris. 15. hoc tit.* magistratus aut magistri collegij, ad vniuersitatem ciuitatis vel collegij. *leg. item. 14. hoc tit. l. præses. 12. C. de transact.* Horum tamen pacta indistinctè extenduntur, eo modo quo dictum est, cum prosunt, non etiam semper quando nocent. Nec enim, verbi gratia, licet tutoribus aut administratoribus, aliquid pacto donare aut remittere, quod liquidum sit. *l. contra. 20. §. 1. hoc tit. l. pactum curatoris. 22. C. eod.* Procuratoris quoque pactum domino non nocet, si certum ius remittat: neque aliàs pacisci in damnum domini potest, etiamsi ius sit incertum: nisi aut speciale ad hoc habeat mandatum, aut constitutus sit cum libera. *leg. nam & nocere. 12. hoc tit. leg. procurator. de procura. vide ĵ. de procurator.* Eadem ratione pactum venditoris prodest etiam emptori: quia hoc paciscentis interest, *leg. si tibi. 17. §. pactum. 4. hoc tit.* ne euictionis nomine in posterum teneatur. Pactum principalis debitoris, proficit fideiussoribus, *l. & hæredi. 24. §. fin. hoc tit. leg. 3. de rescind. vend.* non etiam nocet. *leg. centum Capuæ. de eo quod certo loc. leg. fideiussores. de fideiuss.* Nam facto debitoris, conditio fideiussorum deterior reddi non potest. *leg. vltim. hoc tit. vide ĵ. de fideiuss. leg. centum Capuæ. de eo quod certo loc.* Ediuersò autem, fideiussoris conuentio nihil reo commodat. Neque enim interest fideiussoris paciscentis, vtrum à debitore exigatur, an non, cum is aduersus eum nullam habeat actionem. At econtrariò, si fideiussor nomine debitoris exigatur, regressum habet is actione Mandati, aduersus debitorem. Itaque cum debitoris interfit, non

non exigi à fideiussore, meritò pactum illius De non petendo, etiam fideiussori prodest. In correis vtrum vnius pactum ad alterum extendatur, variè disputatum est. *in leg. si vnus. 27. hoc tit.* In quo vera videtur distinctio, vt alterius pactum alteri prosit: quando scilicet alter regressum habet contra alterum: non autem noceat; quia in re communi, socij conditionem nemo potest facere deteriorem. *leg. vnus. 34. de seru. præd. rust. leg. 2. de seruitut.* Eóque pactum tantùm illi nocet, qui pepigit. *d. leg. si vnus. hoc tit. l. in re communi. communia prædior. vide ĵ. de duobus reis.* Vt autem ad alias personas pactum non extendatur, extra casus iam dictos: ita nec ad alias res quæ pacto comprehensæ non sunt: puta quæ à re conuenta sunt separatæ: *leg. qui cum tutoribus. 9. §. 1. ĵ. sit. 1. leg. 3. C. de transact.* vel si separatæ non sunt, de quibus tamen non est verisimiliter cogitatum. *leg. tres fratres. 35. hoc tit.* Aliud seruatur in his de quibus est tacitè actum. Nam sicut ex verisimili coniectura mentis contrahentium, pacta ad alias personas extendimus: ita & ex iisdem coniecturis, ad res quamuis non expressim comprehensas, porriguntur: vt si generalis diuisio facta sit hæreditatis, aut inter socios rationibus vtrinque putatis, approbatis & transactis, liberatio subinde mutua de omnibus debitis atque creditis qualibuscunque confecta. Talia namque pacta generalia, etiam ad illa pertinent, quæ specialiter comprehensa non sunt, aut quæ ignorabantur: quandoquidem apparet, de his quoque verisimiliter actum esse, & in genere cogitatum: *d. leg. qui cum tutoribus. § fin. ĵ. tit. 1. leg sub prætextu. 29. C. de transact. l. emptor. 47. in fin. hoc tit. leg. qui Romæ. §. fin. vbi Dd. de verb. obligat.* & verba pacti generalia, ad hæc extendi salua recti sermonis ratione possunt. *ita est communis conclusio Dd. in leg. sub prætextu. 29. l. si de certa. 31. leg. age 3. C. de transact. in d. l. Lucius. §. emptor. hoc tit. Alex. consil 11. viso. num. 9. & 15. vol. 2. vide tamen Dd. in leg. vnic. C. de erro. cal.* Aliàs porrò pacta & transactiones, præsertim speciales, non extenduntur vltra species de quibus actum est. *d. leg. si vnus. 27. §. ante omnia. hoc tit l. 3. si de certa. cum simil. C. de transactionib.* Illud postremo hoc in capite notetur, pactionem obscuram, hoc est, quæ nullo modo potest intelligi, vel ambiguã, hoc est, quæ duobus vel pluribus modis accipi potest, semper nocere ei, qui dicere potuit apertius, vt venditori. *leg. veteribus. 39. hoc tit. l. Labeo. 21. l. cum in. 33. cum l. seq. de cont. empt. leg. cum quæritur. 26. de reb. dub. Schurff. consil. 37. num. 6. cent. 1.* is enim potuit legem qualemcunque rei suæ in venditione dicere. *l. vltim. C. de pact. inter empt. & vend. l. non enim. 9. de act. rer. amot. l. legem. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. conuent. l. legem. 9. C. de dona.* Eodémque modo in stipulationibus interpretatio fit contra stipulãtem: quia cum stipulatio ab interrogatione incipiat, illi imputandum est, cur non apertius sit stipulatus. *Schurff. cons. 58. quæstionu. num. 2. cent. 1.* in reliquis etiam pactis, arbitror in dubiis interpretationem fieri pro debitore, cui aliquid remissum est. Nam creditor potuit apertius legem remissioni dicere, cum fuerit res in eius potestate: & deinde in dubiis interpretatio pro liberatione faciẽda est. *l. Arrianus. 47. de actio. cum simil.*

¶Contraria pactis sunt error, *l. si cum te. 51. hoc t.* 11 dolus, *d. l. iurisgentium. 7. §. ait prætor. hoc tit.* metus. Sed error, quoniam omnimodo cõsensum impedit, *leg. si per errorem. 15. de iurisdict.* planè annihilat conuentionem: dolus & metus non item, quia non prosus vacant consensu. Nam qui decipitur, magis errat in causa pacti, quàm in ipso pacto. *Bart. in l. & eleganter. in princ. de dol. malo.* Qui cogitur metu, & hic quoq; consentit in cõuentionem, quamuis inuitus. Nam voluntas coacta, etiam voluntas est. *leg. si mulier. 21. §. penul. ĵ. de eo quod met. caus.* Quare pacta, dolo aut metu contracta, non sunt ipso iure nulla, quod ad ius conuentionis attinet: nam aliqua conuentionis ratione sustentãtur: sed non habent effectum iure ciuili. Etenim ex pactis datur tantùm exceptio, non actio. Exceptionem autem dat Prætor: at illam se daturum negat ex pactis, dolo vel metu initis. *d. l. 7. §. prætor.* Ex quo conficitur, iure ciuili nihil istiusmodi pactiones operari. *leg. cum postquam. 9. C. de pactis.* Nam & in edicto prætor eiusmodi pacta comparat illis, & æqualia facit, quæ legibus aut Senatusconsultis aduersantur: hæc autem esse nulla, certi iuris est. *l. pacta 6. C. eod. l. non dubium. C. de legib.* Contraria similiter pacto, sunt vitia quę in materia hærent: vt cum aut turpis res, aut illicita publicáue in pactum deducitur. *l. si vnus. 27. §. pacta. l. contra iuris. 28. hoc tit. &c.* Quæ pacta simpliciter nulla sunt, *d. §. pact. d. l. 6. C. de pact.* sicut reliqua quæ legibus aduersantur naturalibus vel ciuilibus. *l. non dubium 8. C. de leg.* Contrariis etiam pactis priora tolluntur: *l. ab emptione. 58. h. t. l. pacta nouissima. C. eod.* scilicet quatenus conuentione constant. *d. leg. ab emptione. in fin. l. Stichum. 95. §. naturalis. de solut.* Actiones autem non sola nituntur conuentione: sed oriuntur ex obligatione ciuili: proinde nec simpliciter à pacto perimuntur. Quædam, inquit Paulus, actiones ipso iure tolluntur pacto, quędam non. *l. si tibi. 17. §. 1. h. t.* Ipso iure tollitur actio Iniuriarum & Furti, quia pacta hæc legitima sunt: cùm luge x II. Tabul. disertè sit expressum, vt de his pacisci liceat. *dict. l. iurisgentium. § si pacisc. ar. versic. nam de furto lex pacisci permittit.* Reliquæ actiones, quæ iure ciuili vel honorario sunt introductæ, non tolluntur per pactum, quòd scilicet nõ sit legitimum, sed obiecta exceptione eliduntur. *dict. l. si tibi. §. de pignore. d. l. si vnus. §. pactus ne pet. h. t.* facilè vt intelligi possit, Exceptionem pacti non esse litis finitæ: id quod superius est disputatum. Illud etiam obscurius quia videtur, nobis est hîc exponendum, quod I. C. *d. §. pactus.* ait: Si pactus Ne peteret, postea cõuenit vt peteret, prius pactum elidi per posterius, nõ ipso iure, sicut in stipulationibus, sed per exceptionem. Contrà quippe poterat videri. Nam pactum de Non petendo, constat sola conuentione. Ergo

contraria conuentione de Petendo, videbatur
ipso tolli iure posse. d. l. si Stichum. §. naturalis. de
solutionib. l. ab emptione. de pact. l. nihil tam natura-
le. 35. de reg. iur. Sed sciendum est pactum de non
petendo referri ad obligationem efficacem, quæ
præcedit, & ex qua agi potest. vnde non manet
in simplicibus terminis conuentionis: sed quo-
niam opponitur petitioni efficaci, ideo iure Pre-
torio producit exceptionem, quæ præscribat a-
ctioni. Hoc ius excipiendi, cum sit ex iure Præ-
torio, quod pars est ciuilis iuris, non potest au-
ferri per nudam conuentionem contrariam de
petendo: sed necessum est, exceptioni, quę ex pa-
cto conuento à prætore impetratur, opponi cō-
trariam exceptionem, à prætore impetratam, aut
ex eodem iure Prætorio desumptam, quæ repli-
catio dicitur. Hoc est quod postea subdit I. C. in
stipulationibus Ius versari, in pactis verò Factū.
d. §. pactus ne peteret. Nam stipulatio cum contra-
ctus ciuilis sit, & legitimus, §. de constit. Instit. de
actio. ipso iure inducit actiones, & tollit acce-
ptilationibus & nouationibus, sicuti reliqua pa-
cta legitima: l. 6. hoc tit. l. 4. ȷ. tit. 1. l. 3. & 4. de trans-
act. pacta verò iuris ciuilis non sunt, eóque non
operantur hoc iure, sed adiuuātur à Prætore, da-
ta exceptione vel replicatione, quæ est exceptio
actoris: l. 2. de except. Quæ licet iuris sunt, tamen
in facto consistunt: hoc est, ex facto conuentio-
nis oriuntur, & facto hominis sunt opponenda
in iudicio: quia nisi ipso facto exceptio aut repli
catio opponatur, nunquam eam iudex supplet.
l. 1. vbi Castren. præter alios. C. vt quæ desunt aduo. in
§. 1. cum seqq. Instit. de except. Ex quo potest intel-
ligi, quid velit I.C. cum ait, In pactis factum ver-
sari: scilicet quod ad elidendas actiones aut ex-
ceptiones attinet. Non enim potissimùm hîc a-
git de facto contractus seu conuentionis, sed de
facto quo eliditur actio vel exceptio de non pe-
tendo: vt verba planum faciunt.

DE TRANSACTIONIBUS. Tit. XV.

C. 2. 4.

1 *Continuatio.* 2 *Vnde dicta sit transactio, quàm variè sumatur, quid sit.*
3 *Quotuplex sit transactio, eius partes & species.*
4 *Causa efficiens: & qui transigere posint vel non.* 5 *Materia: de quib. rebus posit transigi vel non.* 6 *Forma: & de variis transactionū pactis.*
7 *Finis & effectus: quæ actio vel exceptio quando ex transactione detur: & an in ea pœnitere liceat.*
8 *Affinia & contraria.*

1 PACTI † species est & Transactio, quæ po-
tissimùm initio ad litem definiendam in-
terponi solet: de qua consequenter aliquid dicē-
A dum. Transactio † compositum vocabulum est, à 2
Trans & Actio.
¶Vt igitur actio aliàs larga significatione om-
nes actionum humanarum species comprehen-
dit, §. 1. in Instit. de actio. leg. actionum. 24. cum ll. seq.
de acti. l. pecuniæ. 178. §. actionis. de verb. signif. aliàs
verò strictius, magísque propriè pro petitione
accipitur, qua quis in iudicio quid sibi debitum
persequitur: ita compositum eius Trāsactio, bi-
fariam capitur. Vno modo, pro cuiusque nego-
B cij definitione, l. transacta. 229. de verb. signif. seu
compositione, d. l. 229. seu quolibet actu quo ab
obligatione receditur, Bart. in l. 2. de iureiur. Ias.
in Rub. hoc tit. num. 9. & C. eod. in Rub. & in l. 1. &
l. siue. 28. post alios Dd. & quasi transitur. l. 1. in verb.
contrah. transigendi. vbi Ias. de pac. l. 2. vbi Bart. de
iureiur. Ias. in Rub. ff. eod. nu. 15. vt cùm transactio-
nis nomine signatur pactum, l. tres fratres. 36. in
fin. de pact. iusiurandum l. 2. de iureiur. res iudicata,
l. transacta. 229. de verb sign. Altero modo, & qui-
C dem propriè, pro ea compositione, qua res du-
bia litigiosa partium consensu componitur: l. 1.
hoc tit. quo in significatu, transactio à pactis, re-
bus iudicatis, & finitis differt. d. l. 1. hoc tit. Transi-
gere enim propriè hoc modo dicitur actor, l. vt
sunt. 130. de verb. signif. l. 1. §. fin. ad S.C. Tertull. qui
ab actione transit, ad aliud quippiam. l. transactio.
38. C. eod. pro actione oblatum, glo. in l. 2. verb.
transegisse. C. eod. & à lite incepta recedit. nam
transactio transitus est seu transitio (vt appellant
D Dd.) à lite intentata vel intentanda: Ias. in Rubr.
C. eod. & ff. eod. nu. 9. Bart. & Dd. in l. siue. 28. C. eod.
quanquam καταχρηστικῶς etiam reus transigere
dicatur: Ias. in l. 2. in fin. C. eod. rectius tamen pa-
cisci, l. transigere. 18. l. vt responsum. 15. C. eod. aut re-
dimere, l. sub prætextu. 19. l. si pro fundo. 33. C. eod.
aut decidere l. 1. hoc tit. Conna. lib. 5. litem dici po-
test. Hoc in significatu transactio sic definitur:
Vt sit rei dubiæ, & litis incertæ neque finitę con-
uenta decisio. Verbum Conuēnta, discernit eam
E à sententia, quæ citra conuentionem in inuitos
fertur, & negocium decidit. l. inter. 83. §. 1. de verb.
oblig. Adiectio rei dubiæ, discriminat à pacto,
quod super re liquida & indubitata fieri dixi-
mus. l. 1. hoc tit. Transactio porrò & ad hunc mo-
dum nō incommodè definiri potest: Vt sit con-
tractus l. 1. hoc tit. Ias. & Dd. in l. 2. C. eod. (vel po-
tius à principaliore fine, distractus) iuris gētium
Bart. in l. si causa. 32. C. eod. innominatus, l. 1. §. 1. de
pact. stricti iuris: l. siue. 28. vbi Ias. num. 8. & 23. l.
F cum mota. 6. C. eod. idem Ias. in Rub. de pact. num. 6.
& 7. quo inter litigatores res dubia leg. 1. hoc t. &
litigiosa. gl. fin. l. sub prætextu. 19. C. eod. Bald. in l. in
summa. 65. in prin. de cond. indeb. vid. Alex. in Rub.
C. eod. aliquo cōtrà dato aut promisso, l. 1. hoc tit.
remittitur & finitur: nullam pariens iure ciuili
actionem, sed tantùm ad exceptionem profi-
ciens. Dico esse Contractum: tex. in l. si donatio-
nis. 7. l. vlt. C. de his quæ vi met. caus. l. contractus. 16.
C. de fid. instru. quia propria contractus attribu-
G ta, trāsactioni insunt: nempe mutuū συνάλλαγ-
μα, l. Labeo. 19. de verb. sign. & quod quisque con-
trahentium

trahentium sui compendij causa paciscatur. l. a-
ctionum. 24. §. 1. de actio. l. si voluntate. 8. C. de re-
scin. vend. Cum igitur transactioni definitio con-
tractus congruat: d. l. Labeo. Theoph. in §. fin. Inst.
de oblig. sequitur, & definitum eidem conueni-
re. Quanquam fatendum est etiam diuerso re-
spectu distractum esse, quòd priorem obliga-
tionem seu actionem distrahat: hoc tamen ad
finem & effectum tantùm transactionis, non ad
formam pertinet, quæ dat esse rei. leg. Iulianus. 9.
§. si quis rem. ff. ad exhiben. Quare vt emptio se-
cūda, aut pactum nouissimum, quo prius distra-
hitur ac tollitur, leg. pacta nouissima. 12. C. de pact.
non distractus, sed alia obligatio, renouatus
contractus, alia emptio, nouum pactum, &c. di-
citur: leg. iurisgentium. 7. §. adeò. verb. quasi renoua-
tus. contractus. l. ab emp. 59. verb. noua obligatio. de
pact. leg. pacta. 72. in ver. nouam obligationem. de con-
trah. empt. l si vnus. 27. §. pactus ne peteret. de pact.
ita transactionem pro contractu potius obliga-
torio, quàm pro distractu liberatorio quis ha-
beat, quod & Bart. & alij nonnulli existimarunt.
Bar. & Ias in d l. si causa. 32. C. eod. Iure sanè veteri
non æquè contractus genere comprehendeba-
tur. d. l. contractus. de fid. instrum. vbi à contra-
ctu distinguitur, quia vel acceptilatione con-
stabat, quæ distrahebat, non obligabat: vel pa-
cto, quod nec distraheret nec obligaret. At ho-
die cum obliget, ex cap. 1. de pactis, arbitror, trans-
actionem dici contractum posse, licet non in-
ficiar alio respectu distractum etiam esse: quia
litem distrahat: qui finis cum sit principalis, l. 1.
hoc tit. l. 2. C. eod. ab eo distractus censeri potest.
Addo esse iuris gentium, l. 1. §. 1. de pact. exemplo
scilicet reliquorum qui consensu constant. d. l. 1.
§. fin. de pact. l. 1. in fin. de cont. empt. præsertim con-
tractuum innominatorum, do vt des, do vt fa-
cias: in quos transactio incidit, l. cum mota. 6. cum
ibi no. C. eod. qui inter iuris gentium conuentio-
nes referuntur. leg. iurisgentium. 7. in fin. princ. de
pact. Adiicio, Innominatum, vt habet commu-
nis opinio, Bar. Ang. Ias. num. 8. & l. siue. 28. C. eo.
& in l. si intra. 42. de pact. Bal. in Rub. C. de rer. per-
mutatio. etiamsi Corasius in contrariam partem
multa disputet, Miscell. lib. 1. cap. 23. nam nec in
iure ciuili pro contractu eiusmodi nominatur,
neque nomen speciale, sed generis retinet, vt
permutatio: nec certam formam habet. Ali-
quando enim dat actor, quandoque reus, non-
nunquam vterque: interim aliquid actor remit-
tit, dat reus: interdum vterque remittit: pror-
sus variè, l. si super. 9. C. eod. vt certa nominatáque
actio dari hinc non possit: vt nec ex permuta-
tione, cū qua magnam habet transactio affinita-
tem. l. 2. l. si pro fundo. 33. C. eodem. Addo Stricti es-
se iuris: vide gl. & Dd. in d. l. sub prætextu. 29. &
in Rub. de pact. ff. & C. eod. quia & reliqua pacta, vt
superiore tit. diximus, eiusdem qualitatis sunt.
nam quod Duarenus putat, ad tit. de in lit. iur. nu-
mer. 12. &c. iudicia tantùm, non etiam contractus
stricti iuris, vel bonæ fidei dici, apertis textibus
refutatur, l. eum qui. 22. de dona. l. in bonæ. 13. C. de
A pact. l. 3. C. com. vtriusque iud. l. si vnus. 27. §. pactus.
in verb. in bonæ fidei contract. lib. de pactis. Reliqua,
quæ in definitione sequuntur, ad formam & dif-
ferentiam pertinent.
¶Partes transactionis sunt duæ: Remissio li- 3
tis, & pro remissione, alicuius rei Præstatio. l.
transactio. 38. C. eod. quanquam Dd. Ias. post glo. &
alios, in l. 1. num. 15. hoc tit. ad essentiam transactio-
nis tria requirunt, veluti partes præcipuas ex
quibus constet: 1. Rem dubiam: 2. Litem (nec
B enim suffecerit aliunde quàm ex lite, dubium
oriri) 3. alicuius rei pro litis remissione Præsta-
tionem. Species transactionis vsitatè ponuntur
duæ: videlicet Simplex, & illa quæ Aquiliana
stipulatione munita est. gl. pen. & Dd. in l. si causa.
32. C. eo. vbi Bart. nu. 5. Ias. n. 10. Potest & transactio
distribui in Generalem l. sub prætextu. 29. vbi glo.
C. eod. & Specialem, l. 3. l. si de certa. 31. C. eod. leg. qui
cum. 9. hoc tit. item in Iuratam & Iniuratam. leg. si
quis maior. 41. l. pen. C. eod.
C ¶Causa efficiens transactionis, est Consen- 4
sus l. interpositas. 13. ver. consensu terminata. leg. non
minorem. 20. l. cum donationi[illegible]4. al. 33, C. eod. συγκα-
ταρκτικὴ, Dubius litis eu[illegible]us, l. quod debetur. 51.
de pecul. gl. in l. Lucius. 78. §. fin. ad S.C. Trebell. qui
vtramque partem sollicitam habet. Transigere
verò cuncti possunt, qui pacisci, hoc est, qui con-
sentire possunt, & mente sana sunt, quamuis cor-
pore ęgrotent. l. sanum. 27. C. eod. Procuratori sine
speciali mandato transigere non licet, cap. qui ad
D agendum. de procur. in 6. leg. iusiurandum. 17. §. fin.
cum ll. seq. l. iusiurandum. 34. §. 1. de iureiur. etiamsi
liberam habebat agendi potestatem: l. procurator.
63. de procur. quia agendi, non etiam decidendi
potestas illi facta est: leg. transactionis. 7. C. eod. nisi
datus sit aut cum speciali ad hoc mandato, l. ius-
iurandum. 17. §. fin. cum l. seq. l. iusiurandum. 34. §.
1. de iureiuran. aut in rem suam, dict. leg. iusiurandum.
17. §. fin. cum l. seq. leg. procuratore. 55. de procur. aut
omniū bonorum procurator. Hos tres casus exci-
E pit gl. in l. transactionis. 7. C. eo. Nam hic cū aliena-
re possit, potest & transigere. l. procurator cui. 58. de
procur. Tutores, procuratores fisci, vasalli, & si-
miles, quibus magna ex parte commissorum
bonorum interdicta est alienatio, l. 1. C. de præd.
min. extr. de his quæ fiunt à prælat. & de reb. Eccl.
non alien. & de prohi. feud. alie. in vsib. feud. quam-
uis transigere possunt: vide gloss. Bartol. & Dd. in
l. præses. 12. C. eodem. non tamen contra legis pro-
hibitionem, transigendo donare vel alienare
F possunt: l. 4. C. de præd. min. l. 1. de off. proc. C. s. leg.
nulli. 13. hoc t. vid. in c. 1. §. si vasallus. si de feud. defun.
Curt. in trac. feud. parte. 4. qui tres casus in vasalli
transactione distinguit. quod & in patre, bona libe-
rorum administrante, verius esse crediderim: leg.
pupillorum. §. si pater. de reb. eo. vide Salic. Ias. & a-
lios, in d. l. præses. C. eod. l. de re. 10. h. t. itémq; in ad-
ministratore ciuitatis: qui perinde atque tutor,
res ciuitatis immobiles, sine consensu superio-
ris, aut publico omnium vel maioris partis ci-
G uium alienare prohibetur. l. fin. C. de vend. reb. ci-
uit. lib. 11. vide inf. de ad rer. ad. ciui. Quamobrem

eiusmodi administratores transigere super iure dubio possunt. transigendo verò alienare, vel donare, aut (quod perinde est, *l. si quis.14. vbi Bartol. de nouat.*) ius liquidum remittere vetantur. *d. l. præses.12. C. eod. l. pactum. C. de pact.*

5 ¶Materia transactionis, sunt Res dubiæ & litigiosæ, *l.1. hoc t.* hoc est, de quibus lis est, vel esse potest. *l.2. vbi Ias. & Dd. C. eod.* De re iudicata lis esse nequit, *l. sub specie. & tot. tit. C. de re iud.* quia transacta & finita est: quare amplius ea transigi finirique nõ potest, *l. si causa.32. C. eod. l. post rem.11. hoc t. l. & eleganter.23. § si post. de condict. indeb.* nã priuatio præsupponit habitum: *l. 3. de iniust. rup. test. l. decem. 116. de verb. oblig.* vnde de re iudicata transigi nequit, etiamsi pacto remitti illa possit. *Paulus Sentent. lib. 1. tit. 1.* Bartol. *& Dd. in d. l. si causa.* Sed de pacto eiusmodi liberatorio, agi in transactione non præsumitur, nisi appareat: nam gratuitum pactum, quia donatio est, *Dd. in l. pactum.22. C. de pac. leg. si quis. de nouat.* ideo in contractibus obligatoriis, vt est transactio, non præsumitur interuenire, nisi probetur: *vid. Bartol. in d. l. si causa. vide Ias. & Dd. in l. tale.41. de pact. & in l.3. eod. tit. Bald. in leg. de non nu. pecun.* etiamsi in actionibus Liberatoriis contrà sit. *l. an inutilis. 8. de accept. vide in d. l.3. d. l. tale.41. §. titul.1.* Existimo autem hac in parte etiam aliquid publicæ iudiciorum authoritati esse datum: ne quæ publico iudicio definita essent, & transacta, ea priuatorum arbitratu pro indefinitis atque incertis rursum transigerentur: quod admittere, graue & certè exemplo perniciosum fuerit. *l. sub specie. 4. C. de re iud.* Cum autem res nõdum finita est, quamuis certa sit, hoc est, certum ius habeat: tamen ob timorem aut odium litis, dominus super ea rectè transigere potest: *leg.2. C. eod.* procurator, & administrator rei alienæ, non item: *l. pactum.22. d. l. præses.12. C. eod.* quia remissio certi iuris in donationem incidit. *leg. si quis delegauerit.12. vbi* Bartol. *de nouat.* quæ administratoribus (vt paulò antè ostendimus) est interdicta. *l. ab agnato.12. de cur. fur. d. leg. contra. de pac.* De controuersiis quoque, quæ ex testamento proficiscuntur, transigi nequit: cùm quia tales transactiones captiosæ sunt, eóque improbæ *leg. 5. hoc tit.* (multi enim modico præsente contenti, magna relicta, vt pote alieno labore parta, & inexpectatò obuenientia, facilè repudiant. *leg. cum hi.8. in princ. hoc tit.*) tum quòd vltimis voluntatibus aduersantur, earúmque exitum, quẽ non impediri publicè priuatímq; interest, *l.1. C. de sacrosan. Eccle. iunc. l.3. de testa. & tot. titul. si quis aliq. testa. leg. 1.2. quemad. test. aper. quas tamen leges* Cuiac. *aliter interpretatur, & inde caput hoc inscitè transumptum arbitratur. leg.1 in fin. hoc titul. de transact. & obs. lib. 3. cap. 37.* callidè vertunt & eludunt. De futuris alimentis, in testamento relictis, eadem ratione transigi, sine authore prætore, & causæ cognitione nequit: *dict. l. cum hi. 8. hoc titul.* quamuis de præteritis possit: *l. de alimentis. 8. C. eod.* nec enim amplius alimenta sunt, posteaquam vita aliunde in præteritum sustentata est: sed purum & simplex debitum, super quo nihil causæ est, cur non rectè transigatur. Transigere vel pacisci de crimine capitali prohibitum non est: *l. transigere.18. C. eod. vide* Cuiac. *obs. lib.6. cap.11.* quia licet cuique sanguinem suum quouis modo redimere, *l.1. de bon. cor.* nec pro confesso transigens habetur: magis enim declinãdi grauissimi periculi causa, quàm conscientia facinoris transegisse videtur, *l. fin. de præuar.*

Cum autem in capitali iudicio, non modò reus, sed etiam actor de capitis periculo certet, (nam calumnia detecta, similitudine supplicij punitur, *l. fin. C. de calum. l. si. C. de accus. Auth. sed nouo. C. de adulter.*) meritò hoc vtique indulgetur, vt transigere de sanguine suo possit: quamuis abolitionem accusationis actor impetrare nihilominus debeat: *l.3. C. ad S.C. Turp.* quæ licet impetranda sit, nihil tamen impedit, quin inter priuatos rectè transigatur. Sunt enim res planè separatę, Transactio scilicet Extraiudicialis, & Accusatio, cuius abolitio petenda, est, Iudicialis: quare de vno ad aliud non rectè infertur. *leg. Papinianus 20. de minor.* Ab hac vt publica desisti sine abolitione lex vetat: illam vt priuatam omnia iura permittunt. Excipit ab hac regula Imp. adulterium: quod etsi ex lege Iulia capitale non fuit, *l. Clodius. 13. de his quibus vt indig. leg. qui cum vno.4. §. qui adulterij. de re mili. leg.2. §. miles. de his qui nota. infam. l. si quis viduam. 5. de quæstio Plinius lib. 6. Epistola. Tac. lib.1. ad finem.* tamen apparet, tempore Diocletiani *d. leg. transigere.* nisi eius constitutio à Trib. est interpellata, *vide infr. de adult.*) pœna sanguinis coërcitum fuisse: vt eius rei Constantinus, qui paulò pòst secutus est, primus author videri non debeat. *l. quamuis. 30. in fin. C. de adult.* Ratio autem, cur in eo omnis pactio & transactio prohibeatur, ea est, quòd eiusmodi conuentio, qua aliena matrimonia redimuntur, *l. serui. 23. in fin. C. de adulter.* in lenocinium incidat, *l.2. l. qui domum. 8. l. mariti.29. de adul l. de crimine.20. C. eodem.* eóque expressè lege Iulia prohibitum fuisse consentaneum est: vt in rationem legis iam latæ anxiè inquirere, superuacuum sit, sufficiátque regula, Quòd contra leges pacisci vel transigere non liceat. *Paul. lib.1. titul.1. leg.6. C. de pact. l. iurisgent.7. in fin. §. tit.1. leg. cum ij. 8. cum simil. hoc t. vide Cuiac. obs. lib. 6. cap. 11.* Equidem extra causam pacti, remitti, ac pro derelicto haberi accusatio adulterij necdum instituta, potest: *leg. si maritus. 15. §. si negauerint ff. de adul. leg.5. §. fin. ad l. Iul. de vi pub.* quia nemo inuitus agere, vel accusare tenetur: *tot. tit. C. vt nem. ager. vel accus.* sicuti & de suspicionibus adulterij pacta facta non improbantur. *§ fin. in Auth. vt lic. mat. & auiæ.* De reliquis criminibus, quæ sanguinis pœnam non irrogãt, transigere contra leges absque infamiæ damno non licet: *d. leg. transigere.* quia cessat hîc periculum capitis & sanguinis, eóque excusationẽ trãsigentes non merentur: sed reus corrumpere aduersarium precio videtur, *leg. fin. de præuar. l.4. de iur. fisc.* & actor vendens ac nundinans iudicium

cium.

cium publicum, præuaricari & calumniari: *d. l. fin.* vt interim taceam, pactũ eiusmodi à re priuata remotum esse. *l. si quidem. 9. C. de cont. stipul. l. iurisgentium. 7. §. si paciscar. l. si vnus. §. pacta. de pactis.* Antè tamen cœptum iudicium publicum transigi posse arbitror: non quidem de publico iudicio *d. l. si quidem. 9. C. de cont. stipulat.* (nam hoc ad priuatos non pertinet, & concussionis species est, intentato periculo accusationis pecuniam exprimere: *l 1. §. pen. de calumn.*) sed de iniuria priuata, factóque eius, qui vel agere ciuiliter, vel accusare criminaliter potest: *d. l.1. §. pen. l. ipse.7. C. de fals. l. pen. C. de transactio.* quã pactionem nihil ad publicum iudicium pertinere, illud argumento est, quòd ea non obstante, possit accusatio criminis nihilominus à quolibet intentari. *ita eleganter Bartol. in l. 1. §. si ea nu.1. de vent. in possess. mitten.* Nec sanè imperator *d. l. trãsire. 18. C. eodem.* id prohibere videtur: quem de iudiciis & accusationibus iam institutis loqui, exceptio quæ sequitur, CITRA FALSI ACCVSATIONEM, ostendit. Exceptio enim debet esse de regula (vt loquuntur) & regulam declarat. *vide Deci. Cag. & alios, in l.1. de regul. iur.* Nam quòd dicitur eum, qui de famoso iudicio paciscitur, confessum videri, *l. quoniam. 7. cum. leg. seq. de his qui not. infam.* de actione seu iudicio iam cœpto (antè enim nominari actio seu iudicium propriè non solet, *l. amplius.15. rem rat. hab.*) interpretor: maximè cum ante litem cõtestatam, de crimine famoso transigi ac pacisci posse, citra iacturam existimationis vllam, multa iura conuincant: *l. post decisionem. 13. C. de furt. l. interdum. §. si tutor. ff. eod. tit. l. seruus. 14. de his qui not. infam. l. si tibi. §. quædam. l. si vnus. §. depositi. de pact. vbi vide.* neque enim pro confesso conuictóque haberi potest, qui ante & extra iudicium transigit: cum ne verba quidem nedum præsumpta confessio, extra iudicium facta, pro idonea probatione sit, quæ ad condemnationem sufficiat. *gl. pen. in l.4. de inter. act. vide Dd. in l. admonendi. de iureiur.* Quare infamia notari non debet is, qui extra & ante iudicium super famosa actione paciscitur. nam cum pro conuicto & damnato non habeatur (neque enim ad dãnationem confessio extraiudicialis, præsertim præsumpta, qualis ex trãsactione eiusmodi sumitur, sufficit) nec pro infami habendus est: quia infamia tantùm damnatum sequitur: *vide §. de his qui not. infam.* ídque lex innuere videtur, quæ litis contestationem requirit. *l. seruus.14. de his qui not. infam. vbi vide*, Sed cur falsi accusatio ab hac regula excipitur, vt super ea transigi possit? puto id causæ esse: quia licet falso certa pœna, scilicet deportationis, præstituta sit, *l.1. §. fin. de fals.* tamen posterioribus temporibus arbitraria esse cœpit: *l. qui duobus.21. l. penul. de fals. l. maiorem. 4. C. de fals.* ita quidem vt ad mortẽ & pœnam gladij perueniri queat. *l. vbi. in fin. C. de fals.* Quare cum possit hæc esse causa sanguinis, ob incertum euentum quem litigatores iure pertimescunt, transactio in falso, vt in reliquis causis capitalibus, permittitur: quasi & hîc dubium litis exitum, pœnámque capitis litigatores extimescant: cóq; sanguinem suum redimere videantur potius, quàm conscientia criminis aliqua pacisci. Alciatus *in d. l. transigere.18. C. eod.* ea verba, CITRA FALSI ACCVSATIONEM, ita interpretatur, quasi velit Imperator de criminibus transigi nõ posse, quin in falsi accusationem transigentes incidant: quam interpretationem, etsi refutant quidam, *Conna. lib.5. de transact. Cuiac. lib. 6. cap. 11.* quòd nusquam legatur eiusmodi species lege Cornelia vindicata: tamen quia lex Cornel. non modò in falso, sed etiam Quasi falso locum habet, *l. 1. §. fin. de fal.* haud scio an defendi rectè hæc sententia non possit. Nam & actor transigens, non multum abest ab eo, qui ob denunciandum vel non, denunciandum testimonium aut iudicium, pecuniam accipit: *d. l.1. §.1.* & reus accusatorem precio corrumpens, parum ab illo qui iudicem corrumpit, distare videtur. *d. §. 1. l. quid duob.21. de fal.* Hi porrò quin accusatione falsi teneantur, dubium non est. *d. l.1. d. l. qui duobus.* Sed hæc, vt & alia multa, in Commentariis, si vita & ocium suppeditarit, accuratiore lima & ratione examinabuntur. *vide de his etiam* Cuiac. *lib. 6. cap.11.* De rebus spiritualibus haud facilè transigi potest. *c. penult. extr. eod.* cum affine sit Simoniæ, precium pro iure spirituali dare vel accipere, compositiones tamen amicabiles, *cap.7. eod.* & permutationes earundem rerum, *c. ad quæstiones. 6. de rer. permutat.* non repudiantur.

6 ¶Quod ad formã attinet, transactio aut Simplici fit facto, aut per Aquilianam stipulationẽ: *l.3. hoc t. l. 4. cum simil. C. eod.* item aut Purè, aut sub Conditione, *l. si super. 9. C. eod.* aut sub Modo, qui potius subintelligitur quàm conditio. *l. cum mota.6. vbi Dd. C. eo.* Sed & pœna quandoque transactioni adiicitur, *l. pacto.15. l. pen. hoc tit. l. vbi.40. l. cum proponas.17. C. eod.* aut Iuramentum. *l. si quis maior.41. l. pen. C. eod.* Illud nihil interest, vtrum in iudicio, an extra iudicium fiat: *l. siue.28. C. eod. vbi Ias. numer.1. & 2. & idem Ias. in l. tale.40. §. qui prouocauit. num. 9. de pact.* scriptura an sine scripto, *l.5. l. siue. C. eo. l. cum proponas 21. C. de pact.* nisi aliud actum sit, *l. contractu. verb. transactionis. C. de fid. instr.* Præcipua tamen forma in eo est, vt pro remissione litis, aliquid contrà præstetur aut fiat. Transactio enim nullo dato vel retento aut promisso, non procedit: *l. transactio. 38. C. eod.* quia in damnationem incidit. Nam est pactum merè liberatorium, *l. cum damnationis.34. C. eo. l. tale. 40. de pact.* quando pro remissione litis, nihil contrà promittitur aut datur. Atqui in trãsactione donationem nõ præsumi, neque in dubio de pacto gratuito actum videri, paulo antè dictum est.

7 ¶ Finis transactionis est, Vt finis litibus imponatur. *l.1. hoc. titul. l. fratris. 10. C. eodem.* Effectus non minor quàm rei iudicatæ, *l. non minorem.20. C. eod. vide Aemil. consil. 2. num.1. 2. 3.* aut iurisiurandi: *l.2. vbi Bartol. l. admonendi. in fin. de iureiur.* quare nec rescripto Principis, *l. causas. 16. C. eodem.* nec prætextu specierum *l. sub præ-*

textu. 19. C. eod. instrumentorúmve post repertorum, d.l.19. retractari potest. Non tamen tollit transactio primam actionem, Iure conuentionis, l.si diuersa. 14.l. sub prætextu. 19. C.eod. sed tantùm ope Exceptionis, l.cum proponas. 17.C.eo. (quæ hodie tamen est litis finitæ, c. 1. de lit. cont. in 6. vbi glo. & Dd. ad verb. finitæ. l.eleganter.31.§. pen.de condic.indeb.)quia cum sit conuentio dunraxat iuris gentium, non potest actionem, quæ iure ciuilis est, ipso iure tollere: l.nihil tam.de regul.iur.nisi addita sit Aquiliana stipulatio, l. 4.l. sub prætextu.19.C.eod.& acceptilatio, quæ est cinilis solutio:& legis dispositione, instar solutionis omnem obligationem, eóq; & vnà actionem tollit.§.1.Inst.quibus mo. toll.ob vid.j. de acceptila. l.legitima.s.tit.1. Vt autem transactio non extinguit omnino actionem, ita nec iure conuentionis inducit, l.siue 28. C.eodem. ne ex pacto detur actio. Quare si actori conuenta non præstentur, agere debet prima actione, siquidem superest: l.4.l.si diuersa.14.l.sub prætextu. 19.l. siue. 28. C. eod. qua aut consequetur quod in primam actionem deductum erat, aut id quod transactione conuentum est. d.l. siue.cum simil. nam vlterius reus vrgeri nō potest, cùm semper incolumem habeat transactionis exceptionem.d.l siue l.si maior.36.vbi vide latè Ias.C.eodem. Eadémque actio competet, siquidem impleta sint promissa, sed dolo aliquo rei ad transigendum actor sit inductus. Nec enim prohibetur primam actionem intentare: quoniam illa(prout dixi) transactione non tollitur. Etsi opponatur hoc casu Trāsactionis exceptio, ea per Doli replicationem eliditur: l.sub prætextu.13. C. eod. si vero prima actio sublata sit, vel per Aquilianā stipulationem, d.l.4.d.l siue. vel quod eius est generis, vt cum persona extinguatur, nisi sit præparata, cuiusmodi est Inofficiosi querela: l cum mota. 6. C. eod. quam licet pater ad suos hæredes transmittit, l.si quis filium.34. C. de inoff. testam. vide j.titul. de inoff. testam. tamen secus erat olim in matre, d.l.cum mota. quæ liberos non habet in potestate:§.fœminæ.Instit.de adep. his casibus, siquidem non impletum sit quod cōuenit, potest agi Præscriptis verbis: d l. cum mota. 6.l.cum proponas.17. l.si pro fundo.33.C.eodem. quæ actio non datur ex iure conuentionis: sed quia traditione & præstatione eius quod à sua parte conuenerat, agens sibi alterum obligauit: l.iurisgentium. 7. in prin.de pac.l.5.de præs.ver. sicuti vsitatum est Traditionibus pacta vestiri. l.in traditionibus. 41. de pac.vbi vide s.titul. 1. Etenim illud perridiculum est dicere, actorem nunquam à sua parte transactionem implere, & proinde non habere ciuilem actionem. quia qui hodie non agit, cras agere potest. Nam actor qui actionem remittit, verè à sua parte implet: nec videtur posse agere, qui perpetua exceptione semper potest repelli: l.Marcellus. 56. l. non videtur cepisse. l. nihil interest. de regul. iur. l.debitor. 108. de verb.signific. & ea remissio, iuris interpretatione pro datione habetur, perinde atque si aliquid reo dedisset:

A B C D E F G

glos. in d.l.siue 28. ad verb. certum.C. eodem. per l. si mulier. de cond.caus.da.l.si quis de nouat. qui velut ex donatione liberatur. Quare nec obstat quod alibi dicitur, Ex contractu, Facio vt Des, non dari Præscriptis verbis actionem: l.5.§. quod si faciam.de præscr. verb. nam de mero facto, vnde ad alterum nihil peruenit quo obligetur, I. C. loqui, præcedens manumissionis exemplum ostendit. Sed, inquies, cur in transactione non condicitur liberatio, perinde atque in reliquis contractibus innominatis? l. si quis accepto. 4.l.3. 5.de cond.caus.da. Dd. id tradunt, fauore minuendarum litium inductum esse. l.fratris. 10. l.causas.16.C.eod. Ego potius arbitrer, liberationem quæ ciuilis est, eodem vtrobique modo condici: videlicet non Condictione Causa data, quæ naturalis est, l. rerum. 25. in fin. ff. rer. amot. l. indebiti.15.de cond.indeb. sed actione ciuili Præscriptis verbis, l.ob eam.9.ff.de præscrip.verb. cui condictio naturalis inest: agi enim potest, vt aut promissa impleantur, aut rescissa liberatione restituatur obligatio pristina. l. 1. & l.4.§.fin. C.de rer. permut. d.l.ob eam.7. de præscr. verb. Eodem sensu haud absurdè, meo quidem iudicio, perobscuram illam Principum constitutionem l.vbi.40.C.eod.interpretabimur: si dicamus, subsecuta Aquiliana stipulatione, tā ab actore quàm à reo (vt vtraque in persona, ea constitutio locum habere intelligatur) aut subsecutis & conuentis accommodandum esse consensum, & promissa implenda: aut pœnam (quæ scilicet conuenta sit) vnà cum iis quæ data ab aduersario probantur (dat autem non modò reus, sed etiam quandoque transigendo actor, l.si super.9. C.eodem) ante cognitionem causæ (quæ proposita Præscriptis verbis actione inducitur) esse inferendam: idque si aduersarius voluerit. Nec enim ipso iure contentus esse cogitur pœna, & iis quæ à se data sunt, restitutis. Nam Præscriptis verbis actioni quanquam condictio (vt diximus) adiungi & inesse potest alternatiuè, d.l ob eam.9. de præscript.verb l.4. C.rer.permut.& quamuis ab ea liberetur reus refundendo quod accepit: d.l.iurisgentium.d.l.5.& t.t.tit.de præscript.verb. d l.4. C.de rer.per.tamen quia conclusio actionis Præscriptis verbis præcipua est, vt contractus impleatur, & purè sic intentari potest l si. C.de rer.permut.(sicuti pleræque actiones ciuiles non ad rescindendum, sed ad implendum contractum competūt l venditi actio.6.C.de act.empt.) ideo inuitus actor non cogitur ab intentione suæ actionis, nempe præscriptis verbis discedere, etiamsi redhibitionem & pœnam altera pars offerat. Neque enim ea oblatio ad implementum, sed ad rescissionem contractus pertinet. Rescissio autem & pœnitentia in contractibus Innominatis tantùm ei qui dedit, conceditur: non illi qui accepit, & accipiendo se ad implendum iam obligauit. gloss. in l. si pecuniam. 5. verb. sed cum liceat. de condict. caus. dat. Quare non obstante tali oblatione, ad implendam contractus fidem agi potest: donec iudex scilicet, per sententiam aliter

statuat:

statuat: atque ita non ipso iure, sed Officio eueniat & consequatur, vt redditis quæ accepta erant, Præscriptis verbis actio tollatur. d.l.ob eam. 9. verb. iudicis off. de præscr. ver. Cum enim officium iudicis non habeat locum ante litis contestationem, l.ædiles.25.j. item de ædilit. edic. non potest diminuere aut officere iuri volentis agere: id quod ex officio iudicis postea accedere potest: nec repellendus est actor à limine iudicij, quasi reo parato soluere, qui pœnam, & quæ accepta sunt, offert. l.si debitori.21.de iud. Hæc enim propriè non petuntur actione Præscriptis verbis, sed impleri contractus fides (vt dixi) postulatur: quare nec hac oblatione fatetur intentionem, & offert veram actionis solutionem reus: & proinde nec inuitus actor cogitur oblata à reo recipere, nec quasi reo volente satisfacere, vt in d. l. si debitori. iure isto agendi videtur priuandus. Eámque puto esse causam cur in constitutione d. l. vbi. ea verba, SI ADVERSARIVS HOC MALVERIT, sint addita: scilicet quod ante litem ad id nisi volens pertrahi potest. Sed de eiusmodi fortassis obicibus opportunius aliàs commentabimur. Dixi porrò, actionem Præscriptis verbis dari, quando quod conuentum est, non præstatur. Itaque hoc siquidem impletū sit, & tamē dolo alterius alter deceptus inueniatur: non dabitur Præscriptis sanè verbis actio (nec enim potest, impleta promissorum fide) sed tantùm de Dolo intra præstituta tēpora poterit agi. l.4.l.sub prætextu.19.C.eod. Sed hæ distinctiones hodie minus videntur obtinere posse, cum ex nudo pacto, atque ita etiam ex transactione de actio. vide s. de pact. Illud quoque ad effectum transactionis pertinet, quod aiunt: In ea pœnitere non licere, l.quamuis 39. C. eodem. velut in reliquis contractibus Innominatis: l. 3. l. si pecuniam.5. cum simil. de cond. caus. data. idque specialiter in transactione contra horum contractuum naturam, inductum esse volunt Dd. vt sit aliquis litium finis. l. fin.in fin.C.de fid.instr. l. fratris. 10.C. eod. Ego verò nullum, aut perparuum sanè discrimen hac in parte subesse reor. Nam quod dicitur: d. l. quamuis. Eum qui litem remisit, quamuis statim pœniteat instaurare litem non posse: id tralatitium puto esse in omnibus eius generis contractibus innominatis: vt scilicet quamdiu aduersarius aut vult aut potest implere quod promisit, pœnitere nequeat is, qui à sua parte impleuit: hoc est, aut remisit, aut dedit aliquid. d. l. si pecuniam. versi. cum per te non steterit, potest dici repetitionem cessare. de cond. caus. da. Nam etsi qui dedit, pœnitere & condicere potest, quamdiu contra nihil accepit quo obligetur: tamen aduersario parato adimplere, obstabit illi conuentionis exceptio: vide s.de pac. Quòd si verò reus implere conuenta nolit, aut non possit: hic non modò in reliquis contractibus innominatis, sed etiam in transactionibus ita agi potest, vt aut impleantur promissa, aut quæ data sunt, reddantur, & res tota perinde atque transactum non esset, in inte[illegible]

A tuatur. d. l. siue 28. cum similib.C.eodem. Cæterùm vbi ab vtraque parte contractus rebus impletus est, non modo in transactione, sed & in reliquis contractibus innominatis exclusa est pœnitentia, & volenti repetere, obstabit contractus exceptio: quæ sola reo datur hoc casu, non etiam eorum quæ dedit (nisi aduersario volente l. vbi 40.in fin.C.eod.) repetitio. l.cum proponas.17.C.eod. Et hæc quidem vis est, & effectus transactionum simplicium. Nam Aquiliana (vt dixi) actionem B ipso iure tollit, nec vllum pœnitentiæ locum relinquit. l. 4. hoc titul. l.siue cum similib. C.eodem. In iurata porrò trāsactione, etiam hoc amplius est, quòd qui contra eam venit, amissione iuris sui, atque adeò existimationis, plectatur. l.si quis maior. 41.C.eod.

¶ Affinia maximè transactioni sunt Pactum, 8
l.1.hoc tit. Compromissum, glo.in §.1. in Auth.vt diff.iud.Ias. post Bart.in Rubr.hoc titul.numer. 13. & 14. & in l.si causa.32. C.eod. Contractus innomi- C nati, l.siue 28. vbi Ias.leg.6.C.eod. Diuisio, l.tres fratres.36. s.de pact.l.2.l.cum proponas.21.C.eod. Res iudicata. l.non minorem. 20. C.eod. Contraria: Error. l. sub prætextu.29. C. eod. Metus, l.interpositas. 13.C.eod. Dolus, l.4. l.sub prætextu. 19. l siue 28. C. eod. Falsitas. l pen. C.eodem. Error impedit transactionem, quia consensus deest; l. si per errorem 15. de iurisdict. metus retractat per in integrum restitutionem, quoniam edictum Rescissorium est, vide j. titul. de eo quod met.caus. Prætore non D habente ratum, quod metu gestum est. Dolus quia quadantenus in contrahendo permittitur, l.in causæ.17.§.penultim.de minor. neque consensus est expers: ideo non rescindit transactionem, sed purgatur aut exceptione, aut replicatione, quando prima actio superest. l. siue. 28. hoc tit. aut actione Doli illa extincta: l. 4. dict. l. sub prætextu 19. nisi dolus in Falsi. l.pœn.C.eod. aut Calumniæ. crimen l. in summa.65. de cond. indeb. incidat. His enim casibus, ob maleficium improbè commis- E sum, transactio quasi imperfecta, aut per concussionem extorta, retractari officio iudicis debet. vid.in l.pen.C.eo. Sed an ob læsionem immodicam illa rescindi possit: non modò à minoribus, l.si superstite.5. C. de dol.mal. sed etiam maioribus 25. annis, cum vltra dimidiam scilicet partem iustæ æstimationis, sui iuris læsi probantur ex l.2.C.de resc.vend. Sanè si non tantùm super dubio litis, sed super casu & dubio mortalitatis euentu transactum sit, restitutio non dabitur: quia F nec læsio subest. l.de fideicommiss.11.C.eod. quantumcūque enim acceptum sit, tamē potuisset minus accipi, contrario casu eueniente. Castrens. in d.l.de fideicommisso. Verbi gratia: Si fideicōmissarius, cui post mortem hæres rogatus est restituere, in præsens modico accepto transigat. Potuit enim nihil accipere, quia potuit ante hæredem mori: vide tit. quand. dies lega.l. vnic.C.de cad.tollen. eóque læsus non videtur, nec remediū l.2. habet: hic est casus l. Lucius.78.§.fin. al.ad S.C. Trebell. G præsertim si postmodum cognitis plane hæreditatis viribus, réque tota diligenter [illegible]

ſuper ipſa læſione tranſegerit. Sed cum de dubio tantùm litis euentu tranſactum eſt, an ob lęſionem immodicam agi poſſit, variè diſputatur, Iaſ. *in l. ſi quis cùm aliter. de verb. oblig.* qui diligentiſſimè quæſtionem hanc excuſſiſſe viſus eſt, cõcludit poſt alios quos nominat, in tranſactione id genus remedij ceſſare: eãque affirmat ſentẽtiã eſſe communem. *idẽ deciſio. Neapol. 220. nu. 3.* Sed in noſtris Curiis, vſu ſeruatur contraria Bart. ſententia, *in l. ſi quis cum aliter. 36. nu. 5. de verb. oblig. & in l. 2. C. de reſcin. vend. num. 7.* tanquam æquior & humanior: vt ſi quis in certo iure, puta hære-

A ditate diuidenda, probare poſſit, ſe tranſigendo vltra dimidiam partem eius quod conſequi probabiliter potuit, læſum eſſe, ei remedio d. l. 2. ſuccurratur. *Dec. conſ. 6. viſo. n. 4. & conſ. 597. num. 10. Corn. conſ. 27. in prin. lib. 4. Scurff. conſ. 50. veritas. num. 16. & 17. cent. 3. & conſ. 16. caſus. num. 27. cent. 2. & conſil. 97. pro magis clariore. num. 12. cent. 3.* Quò rectius damni ſupra dimidiam æſtimatio refertur, quàm ſi ad incertum dubiúmque litis euentum, quomodo probari nequit, referatur. *l. quod debetur. 52. de pecul. gloſ. dict. l. Lucius. §. fin. ad Trebell.*

DIGESTORVM. LIB. III.

DE POSTVLANDO.

Tit. I. C. 2. 6.

1 *Continuatio.*

2 *Quid ſit poſtulare: quomodo à procuratione differat.*

3 *Cauſa efficiens: & an ſit minus neceſſarium.*

4 *Qui poſtulare prohibeantur edicto.*

5 *Qui lege vel ſententia iudicis.*

6 *De forma poſtulationis.*

7 *Finis & effectus.*

1 CVM † res neque pacto, nec trãſactione conuenire poteſt, procedit iudicium, & poſtulationes fiunt, ac reus contradicit deſiderio & intentioni agẽtis: & quidem ſi fieri poteſt, ante omnia proponit exceptionem Dilatoriam: qua oſtendat, ius agendi actori non competere, vel quia poſtulare non poteſt, vel quòd idoneum non habet mandatum, vel quia calumniator eſt, &c. Nam hæc dilatoria exceptio, initiò & ante litem conteſtatam eſt proponenda: neque enim poſtea admittitur, aut auditur. *l. ita demum. 13. vbi gloſſ. & Dd. C. de procurat.* Antequam igitur in ipſa iudicia gradus inferuntur, rectè inſtituta eſt de his omnibus diſputatio: nempe de his qui poſtulare poſſunt. & de procuratoribus, atque id genus aliis, qui tàm ſuo quàm alieno nomine agere poſſunt, vel non poſſunt.

2 ¶ Poſtulare porrò aliud eſt, quàm Procurare. *§. penultim. & § fin. Inſt. de excep.* Nam Procurandi verbum, propriè ad curam alienorum negociorum refertur. Poſtulare autem quiſque dicitur in iudicio, ſiue ſuo nomine quid petat, ſiue alieno. *l. 1. h. t.* Et procurare magis priuatum officium, *vide ĩ. de procu.* poſtulare publicum denotat. Nam apparet, in ſequentibus temporibus verbum Poſtulandi pro Aduocatione vſurpari cœptum. *l. 2. 3. & t. t. C. de poſtulan. l. 1. §. 1. h. t.* Poſtulare, inquit I. C. eſt deſiderium ſuum vel amici ſui, hoc eſt, alterius cuius negocium geritur in Iure (hoc eſt, in iudicio maiore, ſcilicet coram Prætore (vel tribunali, apud eum qui iuriſdictioni præeſt, hoc eſt (vt nunc loquimur) apud Ordinarium Magiſtratum (non delegatum) exponere, vel alterius deſiderio contradicere, *l. 1. in prin.*

B *hoc t.* Nam & qui contradicit, vel excipit, poſtulat aliquid: quia effectu petit ſe à poſtulatione aduerſarij abſolui.

3 ¶ Quod ad cauſam efficientem attinet, Prætor ſeu Ordinarius Magiſtratus, dat petentibus litigatoribus patronos, qui eorum nomine poſtulent, *l. 1. §. ait prætor. 3. hoc t. l. fin. C. de poſtulan.* etiam inuitos. *l. prouidendum. 7. C. de poſtulan. glo. in c. 1. §. item ſi delator. ad verb. perdit. quæ fuit pr. cauſa*

C *benefic. amit. & hic in l. 1. ad verb. non habebunt. hoc tit.* Nam poſtulare, publicum quodãmodo munus eſt. *l. 2. in verb. poſtulare. de reg. iur.* Ad publica verò munera, etiam inuiti coguntur. *leg. 1. in princ. de admin. tut. vide de muneribus, tot. tit.* Neque tamen cogit magiſtratus gratis quem poſtulare, ſed ſumtibus petentis. *gloſſ. in d. l. 1. §. ait prætor ad verb. non habebunt. hoc tit. per l. 1. §. in honorariis de variis & extraor. cogni. pro quo etiam textus in l. 4. §. fin. in verb. tuis ſumptibus. ſ. de eden. & in*

D *§. ſi vnum. in Auth. vt cum de app. cognoſc. Bart. in l. 1. §. diuus. ad S. C. Syllanianum.* Quòd ſi tenuiores ſint litigatores, quàm vt ſalarium præbere poſtulantibus ſuo nomine poſſint: non tamen debent Magiſtratus pati, cauſam eorum relinqui deſertam: ſed potius ſumptum de publico. *gloſſ. & Dd. in d. l. 1. ad verb. non habebunt. hoc titul.* aut ſaltem ex ærario eleemoſynarum communi ſuppeditare. *Paris de Puteo in tract. ſyndicatus. ad ver. carcer. & carceratus. cap. 4, num. 2. & 3. per l. 2. & l. iudices. 10. C. de epiſc. audien.* Nam eſt etiam

E ſpecies eleemoſynæ, pauperibus præbere patronos. *c. filius. & c. definiuit. 17. quæſt. vltim. Bal. in l. præſenti. in fin. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Sed huic rei in plerisque hodie curiis aliter prouideri ſolet: conſtitutis nimirum aliquot aduocatis publico ſalario, qui cauſas egenorum agant,

gant, & tueantur, qui Procuratores pauperum, vt ſunt, ſic appellantur. Et hęc quidẽ ita in ciuilibus obtinent. Nam in criminalibus, ſi quis aliquo ac cuſante fuerit cuſtodię traditus, & ſibiipſi ſuppeditare in parandis aduocatis nequeat, æquius eſt, eum ſumptum ab aduerſario, cuius rogatu in carceratus eſt, præberi: quoniam & ad hunc alimẽtandi reum, qui ſibiipſi ſufficere nequit, onus redit. *vt eſt gl. communiter approbata in l. fin. ad verb. agnoſcere. C. de eroga. mili. anno. li. 12. per d. §. ſi vnum in Auth. vt cum de appell. cognoſc Paris de Puteo in d. tracta. ſyndicatus. prœalle. loc. c. 4. per tot.*

4 ¶ Poſtulare omnes poſſunt, qui non prohibentur. *l. mutus. 43. de procuratoribus.* Prohibentur autẽ poſtulare quidam edicto, quidam Lege, quidam Sententia iudicis. Edicto vetantur tres hominum ordines, *l. 1. §. 1. hoc tit.* Primus ordo tam pro ſe quàm pro aliis poſtulare prohibetur, in quo ſunt minores 17. annis: *d. l. 1. §. initium. hoc titul.* item ſurdi, qui iuſſum Magiſtratus exaudire non poſſunt. *d. l. 1. initium.* Secundum ordini tantum pro aliis poſtulare non licet: ex quo ſequitur, vt pro ſe poſſit: in quo cenſentur fœminæ, cæci, & inſigni quadam turpidine notati. *d. l. 1. 6. ſecundo loco.* Nam quod ad fœminas attinet, remotum eſt à pudore ſexus, eas virilibus officiis fungi: *l. 1. C. quand. mul. tut. off leg. alienam. 18. C. de procur. l. 2. de reg. iur.* virile autem eſt officium, alienæ cauſæ præeſſe, intercedere & patrocinari: *l. alienam. 18. C. de procur. leg. 2. de regul. iur. l. non diſtinguemus. 32. §. 1. de arbitru. leg. neque. 54. de procur. Spec. de procur. §. 1. numer. 2. & 3. l. 1. in fin. & l. 2. de iniur. §. patitur. Inſtit. eod. tit.* atque adeò ciuile, & quodammodò publicum. *dict. l. 2. in verb. poſtulare. vbi Decius. num. 9. de reg. iur.* Officia autem publica & ciuilia, virorum ſunt, non mulierum. *d. l. 2. de regul. iur. d. l. 1. C. quando mul. tut. off.* Vnde & Telemachus apud poëtam, arcet matrem concione, inquiens, orationem viris curæ eſſe oportere. Et D. Paulus 1. Cor. 14. 34. ait, turpe eſſe mulieribus, in virorum cœtu verba facere. Quare ne pro liberis quidem matres in iudicio poſtulare poſſunt, *l. liberto. 31. §. quanquam. de negot. geſt.* etiamſi aliena negocia extra iudicium rectè exequantur. *dict. §. quanquam.* Hodie autem moribus noſtris Sax. nedum pro alio, ſed etiam pro ſe poſtulare mulier prohibetur: nec habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſiue agat, ſiue defendat. vnde illi curator ſeu tutor in litem datur. *Chili. in pract. cap. 2. per art. 44. & 46. cum ſeq. lib. 1.* Cæcus quoque poſtulare prohibetur pro aliis: quia (vt inquit I. C.) reuereri Magiſtratus dignitatem nequit: *d. l. 1. §. cæcus.* iudex tamen dari poteſt. *leg. cæcus 6. de iudiciis.* Nam iudicia olim etiam priuatis à prætore mandabantur. *l. vltim. de off. eius cui mand.* Itaque huic nihil obſtat quod dicitur: *in dict. l. 1 hoc titul.* Cæcos magiſtratum quidem retinere, ſed ad nouum aſpirare non poſſe. Nam aliud erat Magiſtratuum dignitas, aliud iudicandi poteſtas. *l. cum prætor, 12. de iudic.* Excipit etiam in hoc ordine prætor perſonas quaſdam, inſigni turpi-

A tudine deformatas: vt damnatos de calumnia publico iudicio: *d. leg. 1. §. 2. cum ſequen.* damnatos capitali crimine: *d. leg. 1. §. remouet. 5.* paſſos muliebria: & eos qui operas ad depugnandum cum beſtiis ſuas elocarunt. Atque hi quidem Senatuſconſulto prohibentur, etiam apud Pedaneos iudices poſtulare. *d. leg. 1. §. remouet. 5. verſic. item.* Quod ideo addo, vt intelligatur, hoc edictum tantùm ad poſtulationes, quæ fiunt coram ordinariis ſuperioribus Magiſtratibus, qui

B pro tribunali ius dicunt, & apud quos eſt legis actio, pertinere. *leg. 4. §. hoc autem iudicium. de damn. infect.* Nam ſi edictum pertinuiſſet ad iudices Pedaneos, non opus fuiſſet S.C. Sed cum hoc S. C. nunc ſit in corpus iuris redactum, ſequens eſt, prohibitionem huius edicti, peræquè hodie valere in iudicibus Pedaneis & Delegatis, atque in Ordinariis. Eſt tamen æquiſſimimum: ſi tutelam vel curam eiuſmodi perſonæ

C adminiſtrent (ſicuti adminiſtrare poſſunt, cum manus ſit priuatum Bart. *in l. cui eorum. 3. hoc tit. vide ĩ. de tut.*) poſtulare eos pro his quorum curam gerunt. *d. l. 1. §. fin. in fin. d. l. puto. 6. hoc t.* Tertius ordo à Prætore comprehenſus edicto, non in totum prohibetur pro aliis poſtulare, ſed tàm pro ſe quàm pro perſonis duntaxat certis poſtulare poteſt: puta pro parente, fratre, ſorore, vxore, ſocero, patrono, patrona, eorumque liberis, aliiſque, de quibus ſub titulo. De in ius vo-

D cando, dictum eſt: item pro genero, nutru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, aliiſque coniunctis fortè ad quartum vſque gradum: *gloſſ in l. 4. de teſtibus. gl. & Dd. in l. fin. extra. eo. gl. & Bart. in l. ſed & hæ. de procur.* item pro perſonis, quarum tutelam curationémque gerunt: vt pote pro pupillo, furioſo, fatuo, &c. *d. l. 1. §. fin. cum ll. ſeq. hoc t.* Pro aliis autem perſonis, quæ edicto comprehenſæ non ſunt, poſtulare hic ordo prohibetur. In hoc autem ordine prætor poſuit omnes omnino nõ

E Singulari, ſed qualibet infamia Iuris notatos: exceptis illis qui propter inſignem infamiam, in ſecundo ordine ſuprà ſunt locati. *dict. l. 1. § fin.* Ex quo intelligi poteſt, infames tutelam curationémve alienam gerere poſſe, cum ex edicto pro pupillis minoribúſque ſuis ad poſtulandum admittantur. Et hi quidem tres ordines, edicto prætoris à poſtulationibus remouentur, & ita remouentur, vt ne volente quidem aduerſario, contra prohibitionem edicti rectè poſtulent. *l. quos prohibet. 7. hoc tit.* Nam etſi illæ iudiciorum

F partes, quæ potiſſimum ad litigatorem ſpectant, pactis eorundem immutari poſſunt: *vide Dd. in l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iur. ob cal. cap. tuis. de teſtib. l. ſi conuenerit. 26. de re iudic. cum ſimil. &c.* tamen quæ præcipuè ob dignitatem publicã Magiſtratus conſeruandam inſtituta ſunt, vt eſt Poſtulationis prohibitio, *l. 1. §. 1. & 4. hoc tit. in verb. inſignia magiſtratus videre & reuereri, &c. leg. 7. 8. 9. de iuriſ.* ea veluti ius publicum, *leg. 1. §. huius ſtudij de inſtit. & iur. l. ſi quis. 8. cum ll. ſeqq. de iuriſd.*

G non poſſunt conuentione litigatorum conuelli, *l. ius publicum. 38. de pact.*

5 ¶ Lege quoque quibuſdam poſtulatio pro aliis interdicta eſt: vt iudicibus atque Arbitris, in ea cauſa quam iudicaturi ſunt: *leg. quiſquis. 6. C. eod.* hæreticis, *l. fin. C. eod.* niſi pro ſe aut coniunctis agant: *c. 1. & c. fin. de poſtul.* potentioribus, *l. vnic. C. ne potentiores.* fiſco & ciuitatibus, *l. 3. & tot. tit. C. ne fiſcus. vel reſpub.* liberto contra patronum, *l. 2. C. eod.* vaſallo contra dominum, *c. 1. §. item ſi delator. vbi gloſſ. ad verb. perdit. quæ fuit pr. cauſ. ben. amit.* & aliis denique omnibus, qui legitimã perſonam ſtandi in iudicio non habent. *vide tit. C. qui leg. perſonam ſtan. in iudic.* Sed & Iudicis quandoque ſentẽtia prohibitionem poſtulationis facit: vt cum aduocatis aut procuratoribus, ob contumaciam, vel delictum, vel aliam cauſam poſtulatione interdicitur, vel ad tempus (puta quinquennium) vel in perpetuum. *leg. motis. 9. de pœnis. l. 5. & 6. hoc t.* Si tamẽ tantùm apud ſe Magiſtratus poſtulare prohibuerit, coram ſucceſſore eius nulla obſtabit prohibitio: quod aliter eſt, ſi indefinitè poſtulationibus ſit interdictũ. *l. puto. 6. hoc titul. l. 1. C. eodem.* Ita tamen prohibiti, nequaquam vetantur conſilio, ſcripturis, aut aliis priuatis actionibus, cauſæ litigatorum extra iudicium inſeruire. *Bart. in l. 1. §. 1. nu. 1 & 2. hoc tit. Decius. in l. 2. num. 9. cum ſeq. de reg. iur.* Sed & qui ſententia iudicis relegati ſunt, aut alioqui in ciuitate eſſe prohibentur, aut in curia, quin poſtulandi ius nullum habeant, dubitari non poteſt, *l. imperator. 8. hoc titul.* In admittendis autem poſtulatoribus, erit iudicis prouidere, ne peritiſſimi quique aduocati ab vna ſtent parte: ſed vt æqualiter vtrinque diſtribuantur: ne alterutra cauſa ab inopia boni patrocinij damnum faciat. *l prouidendum 7. C. eod.*

6 ¶ Forma autem proponendæ poſtulationis, certa dari nequit, cum pro varietate cauſæ ſit varia: quanquam modus exercendæ aduocationis, vtcunque alibi deſcribatur. *in l. quiſquis. 6. C. eod. & latè à Speculatore in tit. de aduoca.*

7 ¶ Finis huius edicti eſt, vt reuerentia & dignitas Magiſtratus conſeruetur: cui quodammodò ad circumfluentem turbam ignominioſum eſt, ſi turpes & improbi ſycophãtæ atque Phormiones, coram eo impudenter altercentur. *l. 1. §. ſecundo loco. cum ſeq. hoc tit.* Effectus autem prohibitionis eſt, quòd, qui contra eam poſtulat, non modò repellatur à poſtulando, ſed etiam pœna mulctetur arbitraria. *l. 1. §. aduerſarius. hoc t.* Nam quotieſcunque lex aliquid prohibet, nec adiicit certam pœnam quæ contrauenienti irrogetur: toties pœna arbitrio iudicis commiſſa intelligitur. *gloſſ & Dd. in l. 3. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Illud etiam ad effectum pertinet, quod quamdiu quis idoneum aduocatum non habet, aut habere poteſt, tamdiu propter contumaciam damnari nequeat. *c. 1. vt lite non conteſt. vbi glo. ad verb. aduocati.* Non tamen hæc exceptio eò prodeſt, vt negocia propter contumaciam antè definita retractentur. Imputet enim ſibi, qui à tali definitione non appellauit. *l. 1. l. 4. C. eod.* Quanquam enim à contumacia non appelletur *l. 1. vbi gloſſ. C. quor.*

A *app.* tamen ſi quis neget ſe in ea fuiſſe cauſa, vt pro contumaci debuerit condemnari non video cur iuſtas excuſationis ſuę cauſas per appellationem inducere non poſſit. *l. & poſt. 73. §. vlt. de iudic gl. & Dd. d. l. 1. C. quor. appell.*

DE HIS QVI NOTANTUR infamia. Tit. II.

C. 2. 12.

B

1 *Quid ſit exiſtimatio, fama, infamia.*
2 *Quotuplex ſit: de infamia iuris & facti, eiúſque gradibus.*
3 *De cauſa efficiente: & à quibus infamia irrogari poſsit, vel non.*
4 *De cauſa* προκαταρκτικῇ *& vtrum quis ex ſolo dolo infametur, an etiam ex culpa.*
C
5 *Quinam edicto, lege, &c. & ex qua cauſa notentur.*
6 *Forma: & quot modis infamia irrogetur.*
7 *Forma probandi infamiam.*
8 *Effectus: & an infamia ſit perpetua.*
9 *Contraria: & quot modis euitari infamia poſsit.*

D SEd quia diximus, poſtulare eos non poſſe qui Infames ſunt: commodum eſt, De his, qui notantur infamia, aliquid ſigillatim exponere.

¶ Exiſtimatio (vt ait Calliſtratus *l. penult. §. 1. de var. & extra. cog.*) eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus & moribus comprobatus, qui authoritate legum ex delicto aliquo aut conſumitur, aut minuitur. Conſumitur per maximam capitis deminutionem, cùm amiſſa libertate totus ſtatus perit: minuitur verò, quoties durante ſtatu, aliqua labes & macula iuris, exiſtimationi inuritur. Ea noſtris *gloſſ. Bal. & Dd. in l. 1. C. eod.* Fama quoque appellatur, ſeu Opinio, quæ de cuiuſque moribus habetur. Porrò fama dupliciter accipitur, teſte Baldo: *in d. l. 1. & in l. 1. num. 5. C. de ſum. Trinit. & in cap. 1. num. 2. an teſtes remoueri. &c. in vſib. feud.* primùm, prout eſt hominis in ſeipſo: ſecundò, prout eſt de homine apud alios, & vt in vulgus ſpargitur. Sed in hoc titulo vtrũque ſignificatum complectimur, & agimus de fama infamiáve, tàm prout eſt in vnoquoque, quàm prout ſecundum ius de vnoquoque apud alios eſſe debet. A fama autem compoſitum eſt contrariæ ſignificationis Infamia: quo vocabulo Iuriſconſulti pro Ignominia vtuntur, *l. 1. in prin. hoc tit. l. pen. §. penul. de var. & extraor. cognitio.* Particula enim In, in compoſitione ſolet eſſe Priuatiua ſeu Aduerſatiua: vt in dictionibus Indoctus, Infirmus, Infectum, & ſimilibus. *Dd. in l. fin. §. ille caſus. vbi Bar. nu. 2. Iaſ. n. 12. cum ſeqq. de liber. & poſthum.* Eóque vocabulo etiam Cic. complu-

compluries eſt vſus: vt lib. 2. De finibus: An eſt aliquid per ſeipſum flagitioſum, etiam ſi nulla comitetur infamia? Infamia itaque bonæ famæ opponitur: nec aliud ſignificat, quàm labem, imminutionem, notam, & detrimentum famæ: *gl. in d. l. 1. C. eod.* Hanc ita deſinit Bartolus, *in l. 1. nu. 1. hoc tit. per d. l. pen. §. pen. de var. & extraor. cognit.* Vt ſit læſæ dignitatis ſtatus, legibus & moribus improbatus. Breuius Accurſ. Vt ſit famæ imminutio, nota, ſiue priuatio. *in l. 1. C. eod.*

2 ¶ Infamiam porrò Doctores duplicem faciunt. *gl. & Bart. & Dd. in l. 1. hoc tit. & in Rub. C. eod. gl. Land. lib. 1. art. 51.* Aliam enim ponũt Infamiam Iuris, de qua propriè hîc agitur: quam videlicet lex ob turpe aliquod commiſſum, nocenti irrogat: aliam autem Infamiam Facti, quæ non ipſo iure, & ex legibus diminutionem exiſtimationis affert, ſed famam ſolùm cuiuſquam apud bonos & honeſtos viros grauat. *l. ob hæc verba. 20. hoc tit. l. ea quæ. 13. l. verbum 17. l. interlocutio. 19. C. eod. l. 2. de obſeq. à liber. & libert. præſtan.* Porrò infamiam facti, rurſum triplicem conſtituit Baldus: aliam quæ ortum à vulgò habet, & incerto autore: aliam quæ à iudice, aut patre, aut viro quopiam honeſto, per increpationem aliquam ignominioſam infertur: *d. l. interlocutio. 19. l. verbum. 17. C. eod.* cuiuſmodi videtur & olim nota fuiſſe Cenſoria, quæ non rei iudicatæ, ſed præiudicij tantùm vim obtinebat: *Bon. de cenſib. lib. 1. art. 1. nu. 5. ex Cic. in Piſon.* tertiam, quæ oritur à ſectæ diuerſitate, puta propter hæreſin: *Bald. in l. 1. nu. 5. per illum text. C. de ſumma Trin. & in d. c. 1. an teſtes remoueri. in vſib. feudo.* quanquam hæc iuris potius ignominiam videtur afferre. Sed & gradus huius infamię diuerſos idem Bald. conſtituit. Vult enim, & rectè vult, aliam Facti infamiam, alia eſſe Grauiorem aut Leuiorem, prout eſt grauis aut leuis cauſa, ex qua ortum habet. *Bal. in d. c. 1.* Quin & in Iuris infamia gradus eſſe: & aliam alia pro diuerſitate cauſæ cenſeri grauiorem, ex ſuperiore edicto, quod famoſos partim in ſecundo, partim in tertio ordine locat, atque aliis compluribus locis, *l. ob carmen. 21. de teſtib. l. is cui. 18. §. 1. de teſtamen.* intelligi poteſt.

3 ¶ Quod ad cauſam efficientem attinet, ſciendum eſt, infamiam irrogari aut Edicto, *l. 1. & 2. hoc tit.* Lege, Senatuſconſulto, Plebiſcito, *l. 1. §. ait prætor. 7. hoc t. l. ſi quis maior. 41. C. de tranſact.* decreto Principis: *l. 2. hoc t. d. l. ſi quis maior.* aut per Sententiam iudicis: *l. furti. 6. l. quid ergo. 13. hoc tit.* non etiam per Sententiam Arbitri: *l. quid ergo. 13. §. ex compromiſſo. hoc titul.* nam famæ cauſa, capitali æquiparatur. *l. iuſta. de manu. vind. Iaſ. in l. actionibus. 6. numer. 24. de in lit. iuran. l. ſi in duab. numer. 105. vbi Dec. & Cag. de reg. iur.* Vt igitur de vita & capite priuatim ſtatui nequit: *l. liber homo. 13. ad l. Aquil. cum ſimilib. Dd. contra gloſſ. in l. interdum. 5. de fur. in l. pen. C. de condict. ob turp. cauſ. Hypp. in l. 1. n. 2. & 3 de ſicar. & in prac. crimi. §. expedita. n. 55. & ſingul. [illegible] nemo de b. t. Dd. in l. fin. C. de tranſact.* ita [illegible] (quod eſt

A priuata quædam conuentio) exiſtimatio cuiuſquam imminui poteſt. *l. non diſtinguemus. 37. §. Iulianus. vbi Bald. de recep. arbitr.*

¶ Cauſa προκαταρκτική, propter quã infamia imponitur, eſt Dolus, vel ſimile crimen quod in dolũ incidit: vt perfidia, ſtellionatus, impoſtura, periurium, &c. *l. furti. §. fin. l. quid ergo. 13. §. fin. hoc tit.* Dolum autem appellamus malitioſam ſcientiam, qua vel ſimulatur falſum, vel diſſimulatur verum, alterius fraudandi cauſa. *l. genero. 8. hoc t. vide l. 1. de dol. mal. & j. eodem. tit.* Vbi igitur dolus eiuſmodi abeſt, nõ erit locus infamiæ: vnde delictum ex lata culpa commiſſum, non lædit exiſtimationem: *§. fin. Inſtit. de ſuſpec. tutorib. gl. in l. fin. C. eod. tit.* vt nec illud, quod ex ſupina ignorantia admiſſum eſt, *d. l. genero. 8. hoc t.* aut craſſo aliquo errore. *d. l. furti. 6. §. fin. hoc t.* Quælibet enim etiam in iuſta cauſa excuſat à dolo, *gl. circa fin. in l. vnic. vbi Dd. ſi quis ius dicen. per l. ita que de liberal. cauſa. cum ſimilib.* & pœnis doli, & conſequenter etiã, ab infamia: iuxta regulam, Remota cauſa, remouetur effectus, *c. cũ ceſſante. de appell. vide latè Tiraquell. in tract. regul. ceſſante cauſa, &c.* Diſtinguunt tamẽ quidam aliter: ſcilicet vt in his, quæ lex ipſo iure notat, etiam latam culpam ſequatur infamia, in aliis nequaquam. *Iaſ. in l. in actionib. num. 24. de in lit. iuran. dicens hanc eſſe communem gl. Ang. & Fab. in §. ſuſpectus. Inſt. de ſuſp. tut. per l. 11. §. notatur. hoc t.* Quod mihi abſq; vera ratione dici videtur: niſi ſcilicet lex aut ſtatutum diſertis verbis culpam quoq; noter. Porrò quod ob dolum indiſtinctè damnato maculam inuri diximus, id ita verum eſt, quando quis ob propriam fraudem damnatur, nõ etiam cum ob alienam: puta ſi tutorio aut procuratorio nomine conuentus de alieno dolo condemnetur. *l. furti. 6. §. 1. cum ſeqq. hoc tit.* Nam delicta ſuos tenere debẽt autores: *l. ſancimus. C. de pœnis. l. 20. & 26. de pœn.* quanquã hoc caſu neque reũ principalẽ nec procuratorem notari volunt: non procuratorem, quia alieno nomine damnatus eſt: non reum principalem, quia per ſententiam damnatus non ipſe, ſed procurator eſt. *vide j. circa finẽ. Dd. in d. l. furti. 6. §. 1.* Cauſa inſtrumentalis, qua iudex infamiã irrogare ſolet, varia eſt. Nec enim modò Diſertis verbis infamiã irrogat, ſed quandoq; etiam Facto: puta motione ab ordine, fuſtigatione, turpi aliqua præcluſione (vt cũ ſtelliones in publico deridendi, infamiæ cauſa vulgo proponantur) & modis ſimilibus: quæ tamẽ genera pœnarum non infamant per ſeſe, ſed ex cauſa propter quam talibus iudex vtendũ putauit. *l. ictus. 22. hoc tit. l. ad tempus. 6. C. eod. l. capitalem. 28. §. 1. vbi gloſſ. ad verb. ad tempus. ff. de pœnis.*

¶ His ita expeditis, tempus eſt recenſere eos, 5
qui aut Edicto, aut Lege, aut Sententia iudicis notantur. Edicto autem notatur miles, ab exercitu ignominiæ cauſã miſſus. *l. 1. & 2. hoc tit.* Rectè autẽ additur, Ignominiæ cauſa. Nam eſt miſſio quædam Honeſta, ſiue Plena, quæ veteranis conceditur: *l. fin. C. de his non impl. ſtipend. lib. 10. l. ſi ſolennibus. C. de fid. inſtr.* quædam item Cau-

saria, l.2. & l.3. C. de his qui non impl. stipend. li. 10. quæ fit ob causam iustam, puta valetudinem, &c. *d. l. 2. §. ignominiæ. hoc tit. l. semel. 6. C. de re militari. lib.* 12. Secundo loco notat prætor eos, qui in scenam aut arenam prodeunt, quæstus faciendi causa: quod vitæ ludicræ genus & artificiũ Græcis & Romanis semper pro turpi est habitum. *l. 2 l. 4. hoc tit. tot. tit. in Auth. vt scenicæ mulieres.* Tertiò, qui lenocinium faciunt, *d. l. 1. & 4.* Quid autem sit lenocinium facere, alibi exponitur. *in l. palam. 43. de rit. nup. vid. Ang. in tract. malefi. verb. che hai adulterato.* Idemq; ex lege siue S. C. hodie dicendum est, in omnibus qui corpore suo quæstum faciunt, aut turpem notoriè publicéque degunt vitam. *arg. l. pen. à contr. sensu. hoc tit. l. quæ adulterium. 29. in verb. vtilitate. C. ad l. Iul. de adul. vbi Bart. l. 3. §. lege. de testi. l. testium. 14. C. de testib. Cano. in c. antepen. de testib. Bald. in Auth. si testib. C. de testib. et in c. 1. an rem. deb. test. in vsib. feud:* Distinguunt tamẽ quidam in hac parte inter mares & fœminas: vt fœminæ quidem ipso Iure turpes sint, prostrata pudicitia: *per l. palam. §. fin. cum ll. seqq. de ri. nuptia.* mares non item, nisi sint damnati per sententiam de adulterio, stupro, aut similibus probris. *gloss. sing. in l. etsi crimine. 12. C. de adulter. & latè Romanus in singu. 825. cum ibi allegatis.* Quartò, calumniæ aut præuaricationis nomine in publico iudicio commissæ damnatus, edicto notatur: *l. 1. l. 4. §. calumniator. hoc t.* idque ex iusta talionis lege. nam omnia iudicia publica infamant. *l. infamem. 7. de pub. iud.* Par igitur est, vt qui alteri publico iudicio infamiam inurere per calumniam voluit, eandem ipse maculam sustineat. *l. fin. C. de calum.* Quintò, notantur furti, *vide omnino l. probrum. 42. de verb. sign.* iniuriarum, vi bonorum raptorum, de dolo malo damnati. *d. l. 4. §. fin. l. furti. 6. h. t.* Nam in omnibus his iudiciis, de dolo quæritur: Doli autem actio seu condemnatio infamat. *d. l. 1. in fin. cum ll. seqq. ff. de dolo malo.* Furti autem damnatus notatur, si ex actione Furti damnetur, non etiam si ex Cõdictione furtiua. Nam in hac non de dolo quæritur, sed de restitutione rei. *vide ff. de condic. fur. l. cessat. 36. de actio.* Ideo condictiones non Infamant ipso Iure, sed tantùm de Facto. *d. l. cessat. 36. de actio. l. 1. §. itẽ aduersus patronum. ff. vnde vi. l. furti. 8. in fin. C. eo.* Eadem in causa est damnatus iniuriarum: *l. decuriones. 5. C. eo. l. si non conuicij. C. de iniur.* idque ex simili talionis lege. Nam iniuria, est ignominia, animo contumeliæ alicui apposita. *l. 1. §. iniuriã. de iniur.* Æquum igitur est, vt qui alteri ignominiam intulit, eandem ipse incurrat. De Vi quoque bonorum raptorum damnatus: meritò infamis est, quia in illo iudicio de dolo quæritur, & est actio similis furti, *in prin. Instit. de vi bonor. rapt.* Secus tamen est in actione Quod metus causa, quæ non infamat: *glo. & Dd in l. si cum excepe. 14. §. eum qui. 13. ad verb. teneri. quod metus causa. & c. vbi vide.* cum sit Rei persecutoria suã natura: quamuis in quadruplum ex contumacia rei crescere possit. Doli quoque iudicium famosum esse, dubiũ non est, *vid. ff. ad t. de dolo malo.* id quod paulò post plenius edocebitur. Rectè autem additur in edicto, Damnatum, infamem esse. Nam pendente iudicio, aut suspenso per appellationem, *l. qui cum. 14. §. fin. de bon. liber.* infamia necdum locum habet: quia de delicto adhuc certo non constat. *d. l. furti. 6. hoc t.* Rectè autem additur Suo nomine. Nam si quis Alieno nomine damnatus fuerit: vt tutor, curator, hæres, &c. huic iniquum esset (prout antè dictum fuit) alieni doli dedecus inuri. *d. l. furti. 6. §. 1. l. quid ergo. 13. hoc tit. ex ratione l. sancimus. 22. C. de pœnis iuris.* Notatur etiam edicto, qui in delictorum priuatorũ actionibus, puta Furti, Vi bonorum raptorum, Iniuriarum, de Dolo malo, suo nomine, non procuratorio pactus est: *d. l. 1. in verb. pactus. l. 4. 5. hoc tit.* Quia fateri crimen videtur, qui paciscitur, *l. quoniam. 5. hoc tit. l. fin. de præuaric. l. 4. de iure fisci.* Confessus autem, pro iudicato est. *l. 1. de confess.* Pactum porrò accipimus, si precio pactus sit: non etiam si precibus aut interuentu amicorum reus impetrauerit, vt actione desistatur, *l. non damnatos. 18. C. eod.* Cæteroqui nullus erit veniæ precibusque locus, si hos infamia notari dicamus. *d. l. furti, §. pactus. 2. l. 1. §. 1. de calumniat.* Etenim qui dato precio paciscitur, aliquid facit, & quodammodò emit redemptionem iudicij: idque cũ suo incommodo, quia dat precium. Cum autem nemo præsumatur iactare suum, *l. cum de indebito. 25. §. qui enim. circa fin. de probat.* non præsumitur sine causa, sed ex conscientia delicti, precium dedisse. At hæc ratio cessat, vbi precium non interuenit: quia reus neque dat quidpiam, neque facit vnde præsumptio confessionis eliciatur, sed tantùm acceptat remissionem litis. Acceptatio autem nulli fraudi esse debet: quia beneficiis adiuuari nos, non etiam decipi oportet. *l. si vt certo. 5. §. fin. commodat.* Et, vt est apud Plautum in Pseudolo: Nullum est periculum stipulari sibi, & oblatum ab altero acceptare. Qui iussu Prætoris paciscitur (sicuti quandoque ob quietẽ publicam, aut ad euitandum maius malum, transigere litigatores coguntur, *Bart. ind. l. furti. §. pactusque. ver. qui iussu. n. 2. & 3. hoc t.*) extra probrum est. *d. vers. qui iussu.* Nam iussum iudicis, quod semper iustum esse præsumitur, *Dyn. in c. quod quis. 23. num. 7. de reg. iu. per l. seruo. §. cum prætor. ad Trebell. l. fin. Ne quid in loc. pub.* reum in pœnis excusat: *c. quod quis. 23. de reg. iur. l. non videntur. 167. §. qui iussu. de reg. iur.* nec confiteri videtur, qui parere habet necesse: & proinde nec in dolo esse, neque in opprobrio hærere meritò iudicatur. *d. §. qui iussu.* Sed & hæres paciscens extra notam est: cum quia alieno nomine, seu super alieno crimine paciscitur, tum quoniam lis cum eo non fuit contestata. *l. seruus. 14 hoc t.* Requirit igitur litis contestationem I. C. ad hoc, vt quis ex pacto noteturidque notandum est, & ad conciliationem multarum legum valet. Nam ante litem contestatam, de furto & similibus posse transigi multa iura ostendunt. *l. post decisionem. 13. C. de furt. l. interdum. 56. al. 50. § pen. de furt. si tibi. 17. §. 1. de pact.* Nec ratio aliter dici patitur: quia

quia litem, ante contestatam res non pertinet ad officium iudicis, *l. edilis. 25. §. item. de edilit. edict.* sed est planè extra iudicialis. Quare si hoc nomine transigatur, non debet reus haberi pro cõfesso: quia ne vera quidem confessio extraiudicialis, nedum præsumpta, ad probationem aut damnationem sufficit. *l. electio. 26. §. pen. de noxal. act. gl. pen. in l. 4. de interroga. act. Ias. & Dd. in l. admonendi. de iureiur. & in l. vertum. §. antepenultimo confess.* Et malè profecto ex hoc titulo *l. 1. l. 4. §. fin. cum ll. seqq. hoc t.* aliud colligitur, Nec enim dixit I. C. Super crimine Furti aut Iniuriarum trãsigi non posse: nam id alibi, & quidem ex lege xij. Tab. permittitur: *l. si vnus. 28. §. si depositi. cum seq. l. si tibi. §. quædam. de pact. vbi dixi.* Sed ait: Super actione Doli, aut simili. Depectum infamia notari. Atqui actio non est nec intelligitur instituta, ante litem contestatam. *l. amplius. 15. rem rat. h aberi.* Non etiam procedit quod dictum est. Depectum notari: si exprimatur in pactione causa aliqua, quæ præsumptionem confessionis excludat: vt quotidie fit, cum in transigendo declarat reus: Se non conscientia alicuius delicti, sed ad Redimendam (sic enim loquuntur) Vexam, transigere & paciscí. *Bal. in l. non damnatos. 18. C. ex quibus causis infa. per l. seruiu. 23. C. de adult. Ias. post alios, in l. transigere. C. de transact.* Ex quo & illud in foro receptum, vt reus pœnam aut iure debitam, aut actione expressam, ante sententiam offerens, infamiam effugiat: si quidẽ protestetur offerre se, non conscientia intentati criminis, sed ad molestias litis euitandas: vt verbi gratia, cum in actione iniuriarum, 30. solidos statuto Saxonico debitos reus offert: liberatur enim ab infamia, quamuis sumptus litis actori refundere cõgatur. *Panor. in c. cum te. circa fin. de sent. & re iud. Bar. in l. infamem. in fin. de publ. iud. Chilian. in pract. cap. 58. circa fin. nu. 5.* Illud autem superuacuum est admonere, eum qui ab his actionibus absoluitur, siue sententia, siue iureiurando, non notari. *l. non damnatos. 18. C. eod.* His porrò iudiciis pœnalibus consimilia quædam sunt, ex contractu quidem orta, sed quæ tamen labem damnato inferunt, propterea quòd in his de fide rupta agatur: vt sunt Actio mandati, Pro Socio, Tutelæ, *vide l. probrum. 42. de verb. sig. art. 42. Land. lib. 1.* & Depositi. *d. l. furti. §. fin. l. fin. C. eod. §. pœn. Instit. de pœna temere litigantium.* Quod de directis actionibus accipiendum est, non de Contrariis: nam in his non de fide rupta, sed de Impensis agitur. *d. l furti. 6. §. fin.* Cæterum si & in his de perfidia quæratur, damnatum sequetur infamia, *d. l. furti. 6. §. mandati. 3. hoc tit.* eadem ratione: quia scilicet de fide rupta actum est. *d. l. furti. 6. §. fin.* Est enim grauius crimen, fidem fallere illi, qui fidem amici in contrahendo secutus est, quam in simplici hærede dolo: vt & Cicero in Oratione pro Roscio Amerino disputat. Non igitur quælibet actio, præsertim ex contractu orta, famosa est, quamuis in ea de dolo quæratur: sed tantùm illæ minuunt opinionem, in quibus de fide alteri rupta agitur. Nam, exempli gratia, actio Quod metus causa, Legis Aquiliæ, *vide tamen de actionib. quæ ex inficiatione duplantur, an recipiant pactum, Paulum lib. 1. tit. 19. & ibi Cuiac.* Rerum amotarum, Condictio furtiua, & similes non infamant, quamuis in his saltem tacitè & dissimulanter de dolo quæratur. *gloss. in l. 1. ad verb. qui eam. hoc tit. cum ibi allegatis.* Sic in Empti, Locati, aliisque iudiciis similibus, etsi de dolo sæpe tractetur, non tamen damnatum infamia consequitur. Quanquam autem sententia in his iudiciis fidei ruptæ ciuilibus, de quibus dictum est, existimationem lædit, tamen non etiam transactio, si cuti in superioribus: *l. fin. C. eod.* Quoniam: vt inquit I. C. *in l. actionibus. 7. hoc tit.* ex his non tam est turpis pactio, quam ex superioribus. Verior porrò ratio est, quam ostendit Iustinianus, *in §. pen. Instit. de pœn. temere litig.* quia in his transactio super contractu fit principaliter. Atqui de contractibus paciscí licet, & transigere impunè: quamuis per consequentiam delictum remittatur. *l. si vnus. 28. §. illud. de pact.* Sed de his satis: iam ad alias causas, vnde labes sequitur, progrediamur, Mortuo marito, aut etiam, quantum arbitror, dissolutis per facinus, puta adulterium mariti, nuptiis, *l. consensu. 9. verb. nubendi post annum. C. de repub. l. 2. C. de secund. nupt.* vidua intra annum luctus nubens, si quidem sui iuris sit, & is qui scienter cum ea contrahit, quamuis miles sit, dedecus incurrunt. *l. decreto. 15. C. eod.* Sin autem alieni iuris mulier existat, notatur pater vel auus, cuius iussu matrimonium contractum est. Nam licet decreto ampliss. ordinis, hoc est, Senatus, luctus diminutus est, & tristior habitus, cæteraque hoc genus insignia (etenim olim qui lugebat, abstinere à conuiuiis, ornamentis, puta auro, annulis, monilibus, & alba veste purpuréue, ac aliam vestem induere debebat, *Paulus. Sentent. lib. 1. cap. 21. de sepul.*) mulieribus remittuntur: tamen intra tempus, quo elugere maritum moris est, matrimonium contrahere non permittitur: *l. decreto. 25. C. eodem.* & contra edictum ac S. C. contrahens, notatur ipso iure citra Sententiam, *l. 1. l. liberorum. 11. hoc titul. d. l. decreto. 15. C. eodem.* quasi flagitium turpe perpetrarit, quod propter turbationem sanguinis, inductum esse constat, *d. l. liberorum. 11. hoc titul.* ne stirpes & familiæ confundantur, si statim à morte primi mariti, ad secundas nuptias mulier properet: nato enim intra annum filio, incertum fieret, vtrius esset mariti partus, an demortui, an verò secundo superinducti. Idque intelligi potest ex eo, quòd neque maribus hoc tempus præstitutum est, *l. vxores. 9. hoc t. l. consensu 9. in verb. vxorem que si velit statim ducere. C. de repud.* & mulier quam aut certò constat esse grauidam ex priore marito, aut quæ peperit intra annum, impunè nubit: quodque mariti hac lege nõ teneãtur: neq; spõsi, nec ponsæ. *d. l. liberorum. cum multis seqq. l. vxores. 9. h. t.* Et hæc quidẽ iure ciuili obtinent, nisi mulier potestatem nubendi à Principe *l. solet. 10. h. t.* impetrarit. Iure verò Canonico, quod hodie se-

quimur hac in parte, mulier impunè nubit, *Innocentius & Dd. in c. pen. & c. fin. de secund. nupt. quos sequitur gloss. in d. l. liberorum. ad verb. collocare. vbi etiam Bartolus. num. 2. hoc t. gl. Bald. & alij, in l.* 1. C. *de secund. nup.* etiam intra annum luctus. Notatur etiam Edicto, qui binas nuptias eodem tempore habet constitutas: *l. 1. in fin. hoc t.* quanquam & adulterij teneatur. *l. eum qui duas.* 18. *C de adul.* Eademque est sponsaliorum, quod ad hoc Edictum attinet, non etiam quo ad pœnam adulterij. *vid. gloss. in d. l. eum qui duas. ord. Imp. cap.* 121. *Angel. in tract. mal. che hai adulterato. num.* 15. *Alex. cons.* 165. *visis. vol.* 7. *l. si vxor.* 9. *de adult.* causa, vt scilicet bina sponsalia eodem tempore celebrans, plectatur, Nam sunt quoddam velut matrimonium sponsalia: *l. si vxor.* 13. §. 1. *de adulter. l. si sponsa. de iur. dot. l. lex Iulia. de fund. dot.* & fidem frangit priori, qui cum altera sponsalia cõtrahit. Vbi autem de fide rupta agitur, ibi sequitur infamia. *l. furti.* 6. §. *fin. hoc t.* Qua in re, eadẽ est causa maris & fœminæ: *l. quid ergo.* 13. §. 2. *in fin. hoc t.* item patris cuius iussu bina sponsalia contrahũtur. *d. l. quid ergo.* 13. §. 1. Incurrit & in Edictum mulier, quæ ventris nomine per calumniam in possessionem bonorum defuncti mariti missa est. *l. notatur.* 15. *cum ll. seqq. hoc t.* Et hi quidem Edicto, existimationis iacturam patiuntur. Lege porrò & S. C. notantur expilatores hæreditatum, *l. si te.* 12. C. *eod.* & sepulcrorum violatores. *l. 1. de sep. viol.* item exercentes improbũ fœnus, videlicet vsuras centesimas, aut vsuras vsurarum: *l. improbum.* 20. *C. eodem.* periuri *l. si quis maior.* 41. *vbi Dd. C. de transact. qua de re plura Bald. in l. 1. nu.* 5. *C. de summ. Trini.* & in publico lenocinio, aut stupro turpem vitam viuentes: *d. l. palam.* 43. *de rit. nupt.* aut mulier in adulterio deprehensa: *d. l. palam.* §. *fin.* quanquam & simpliciter amissa pudicitia, fœminam amittere existimationem ac dignitatẽ omnem, puta nobilitatem, quidam velint: quod dicere durum est, *Bal. in l. cum in antiquioribus.* 8. *quæst. C. de iur. delib. per l. si qua illustris. C. ad S. C. Orficia. Dyn. in c. infamibus. de reg. iur. lib.* 6. *per l. Cassius. de senat. l. imperialis.* 23. *C. de nupt.* licet & Saxo dicat, luxuriosa vita fœminam non quidem bona sua, sed hominem imminuere: *lib.* 1. *art.* 5. item qui appellando conuicium iudici facit, *l. iudici.* 42. *de iniur.* temerẽue appellat: *l. eos qui.* 6. §. *ne temerè. l. à procoss.* 19. *C. de appel. l.* 5. *quor. appell.* & iudex, qui pœnam aut grauiorem aut mitiorem ordinaria, citra causam imponit, *l. seruos. in fin. C. de vi pub. Tiraq. in tract. de pœna. in prin. num.* 12. aut munera ob iudicandum accipit: *l. iudices. C. de dig. lib.* 12. *Bal. in l. solent.* §. *cum verò. de off. proconf. & legat.* qui pupillam aut adultam cuius curam gerit, vxorem sibi vel filio ducit: *l. amplissimi.* 4. *l. licet.* 17. *C. de excusa. tut.* qui incestas prohibitásque nuptias contrahit: *l. qui contra. C. de incest. nupt. Angel. in* §. *si aduersus. Institut. de nupt.* qui contra iuratam transactionem venit: *l. si quis maior.* 42. *C. de transact.* qui se in curationem vxoris bonorũque eius ingerit neq; excusatione vtitur: *l. licet.* 17. *C. de excusat. tutor.* qui detrectatores publicorum munerum functionem subterfugientes occultant: *l. ex omnib.* 31. *C. de decur. lib.* 10. item notarius, qui prohibitam alienationem, contractumque legibus veritum, conscripsit: *c.* 1. §. *callidis. de prohib. feud. alien. per Frid. in vsib. Feud.* quæ omnia *vide alios casus in l. vnic. C. de his qui poten. l. vnic. C. de senatusc. l.* 1. *C. de stat. l.* 1. *in fin. C. de sum. Trinit. l. si quenquam.* 29. C. *de episc. l.* 8. C. *de hær. l.* 2. *C. de legib. l.* 7. *&* 8. *C. de off. rec. pro. &c.* persequi, huius nunc non est instituti. Ob id tamen solùm, quod quis vincula, aut carcerem passus est, infamię detrimentum non patitur, *l.* 1. *C. eo. vide Alc. in l. morbus.* 113. *de verb. sig.* Idemque est, si quis aut torturam, aut fustigationem sit perpessus: non enim cruciatus, sed causa facit infamem. *d. l. Iulus.* 22. *hoc t. l. nullam* 14. C. *eod.* Debitores quoque, qui bonis cedũt, aut qui creditores effugiunt, probrosi non sunt ipso Iure, *l. debitores* 11. C. *eod.* Nam bonis cedere, etiam boni, calamitate aliqua circumuenti quandoque coguntur. Quare hæc causa non simpliciter turpis est. *vide tamen in d. l. debitores. l. decurionum. C. eod. tit. Land. art.* 22. *lib.* 1. Increpiti à patre, vel à iudice, vel ab alio, qui ius admonendi habet, non notantur infamia, quamuis contumeliosis sint verbis onerati: quia ea res non damnationis, sed castigationis & admonitionis priuatæ speciem habet. *l. ea quæ.* 13. *l. verbum.* 17. *l. interlocutio.* 19. *C. eod.* Testes quoque quorum fides & testimonia in iudicio reprobantur, infames non sunt: *l. Lucius.* 21. *hoc tit.* quia sententia non in testes fertur, sed super causa principali. Neque verò etiã continuo falsi reus est, cuius testimonium reprobatur: potest enim ob aliã causam reiici: puta quia non iuratus dixit, quòd non idoneam causam dicti reddidit, &c. *l. iurisiurandi.* 8. *l. sola.* 3. *vbi Dd. C. de testibus.* Et hæc quidem de his qui notantur infamia aut Edicto, aut S. C. aut Lege: iam de Forma & modo irrogandæ probandæque infamiæ, nonnulla subiiciamus.

¶ Infamia porrò, vt ex superioribus intelligi potest, tribus modis irrogatur: *vt rectè tradi. glo. communiter approbata in l. fin. ad verb. conuentus. C. eod. Lanfr. in c. quoniam. ad verb. testium. num.* 47. *&* 77. *de probat.* videlicet aut Ipso Iure, aut per Sententiam, aut genere pœnæ. Ipso Iure: vt cum lex commissum aliquod, statim infamia dignum censet, sententia non expectata: *gl. in l.* 1. *ad verb. qui eum hoc tit.* vt vsu venit in his qui intra tempus luctus, aut alioqui bina spõsalia, binásue nuptias cõtrahunt. *gl. in d. l.* 1. §. *qui causam. hoc t. per d. l. palàm. de rit. nup. l. quid ergo* 13. §. *cum autem. hoc t.* Non tamen quodlibet commissum statim famę nocet: imò ne publica quidem crimina infamem Iuris ignominia *Bald. in l. si oleum* §. *merito. num.* 1. *de dol. mal.* faciunt reum, nisi sententia sit damnatus. *l.* 1. *in verb. publico iudicio damnatus. hoc tit. l. infamem.* 7. *de publ. iud. in verb. infamem sententia efficit* Ipso igitur facto tunc infamia incurritur, aut cum tale quid notoriè cõmissum est, quod lex non alia pœna quàm probro dignum iudicat: vt sunt prostrata pudicitia, exercitium improbi fœneris: item habere vno tempore bina sponsalia, contrahere nuptias intra annum luctus, &c. aut quando statim lex turpi facto dedecus adhærescere sancit: vt in deprehensa in adulterio muliere, *d. l. palàm.* §. *fin.* &c. In reliquis criminibus contrà est: in quibus videlicet lex aut crimen non statim notat: aut aliam grauiorem pœnam imponit delicto, quam damnum existimationis velut accessorium comitetur: vt in Furto, Iniuria, & Publicis iudiciis omnibus: in his enim, vt locus sit infamiæ, interpretamur Sententia Iudicis opus esse, *d. l. infamem. d. l.* 1. §. *qui in iud. l. furti.* 6. *hoc tit. l. iniuriarum.* 10. *l. si furti. l. non damnatos.* 18. *C. eod.* non Interlocutoria, sed verè Definitiua. *l. verbum. l. interlocutio.* 28. *C. eod. vide Hipp. in Rub. de fals. num.* 30. *gloss. Sax. lib.* 1. *art.* 41. Tertius modus irrogandæ infamiæ, est Genus pœnæ: quæ etiam absque sententia quandoque imponitur extra ordinem, officio iudicis nobili, aut decreto: quod genus nonnunquam infamat: præsertim cum ex turpi causa pœna imponitur: vt cum quis ignominiæ causa exautoratur militia, *l.* 1. §. *ignominia. hoc tit.* mouetur ordine, *l.* 3. C. *eod.* relegatur, *l. capitalium.* 28. §. 1. *de pœnis.* in metallum damnatur, *l. ad tempus.* 6. *C. eod.* fustibus cæditur. *l. fustib.* 16. *C. eod.*

¶ Infamia verò quemadmodem probetur, copiosè alibi à Dd. exponitur: *Speculator titul. de inquisit.* §. *viso. num.* 8. *cum sequent. Innoc. in c. cum oporteat. de accusat. Bartol. in l. de minore.* 10. §. *tormenta. num.* 19. *cum additionib. de quæstio.* quorum dicta omnia persequi, huius non est instituti. In eo tamen ferè consonant, infamiam Dilucidè & Plenè, veluti delictum capitale, *l. fin. C. de probat.* probandam esse: nec probationibus priuilegiatis, puta iureiurando satis edoceri. *Ias. in l. admonendi. de iureiuran.* Deinde testem non probare infamiam, nisi simul ostendat Factum & Causam, vnde ea orta sit, *vide Bald. in l. Cassius de Senatorib. & in l.* 1. *in fin. C. de testib.* & sufficientem dicti sui rationem reddat: *Bald. in l. quid ergo.* 6. §. *quæsitum. in prin. hoc tit.* nec satis esse, testem ab vno aut altera audiuisse, aliquem probris oneratum: sed oportere vt dicat: Se à pluribus, ac maiore parte viciniæ, & non vno tempore neque loco, sed sæpius audiuisse, eiusmodi hominem pro improbo & ignominioso reputari. Addunt tamẽ, non esse necessum, vt testes in causa scientiæ concordent, hoc est, ab iisdem audiuerint: dummodò concordent in principali, dicántque vno ore, A pluribus inculpatum esse. Sed hæc omnia propius inspicienti, tantùm infamiam Facti, non etiam Iuris conuincere & probare, videri possunt. Nam etiamsi probetur, plerosque malè de aliquo sentire: non tamen Inde Iuris infamiam demonstratam esse, dicendum est: cum ea irrogetur non iudicio priuatorum hominũ, (vt suprà dictũ est) sed tantummodò ex iure publico: puta Lege, S. C. Sententia, &c. Quare verius est, testes non aliter notam Iuris probare, quàm si eiusmodi causam scientiæ afferant, quæ ostendat aut lege, aut genere pœnæ, aut sententia labem cuiquam irrogatam esse.

¶ Quod ad effectum attinet, infamia Facti duo potissimum efficit. *gl. & Bart. in l.* 1. *verb. notatur. hoc tit. & Bart. in l.* 3. C. *eod.* nam & hoc modo infamis, à dignitatibus publicis excluditur: *l.* 2. *cum ibi nót. C. de dignitat. lib.* 12. & hæres institutus, à fratribus præteritis, per querelam Inofficiosi, quasi turpi persona instituta, potest repelli. *l. fratres.* 27. *in verb. leuis notæ macula. C. de inoffic. testamen.* Addit Baldus *in l.* 1. *hoc titul.* tertium effectum, videlicet quòd hæc infamia repellat à testimonio: de quo tamen alij meritò dubitant. *Bar. in d. l.* 3. *gl. in l. Cassius de senato. & in l.* 1. *C. de sum. trini. vbi & ipse Bald. numer.* 5. *distinguit.* Et certè hodie deturpati infamia Facti, testes esse possunt: quamuis eorum testimonium non sit omni exceptione maius. *Duaren. disput. lib.* 2. *cap.* 22. Cæterùm infamia iuris inusti communi vsu intestabiles sunt, nec eorum testimonium fidem vllam facit. *vt communiter tradunt glo. & Dd. in d. l.* 1. C. *de sum. Trinit. per l. ob carmen. de testibus.* Quare receptum videmus, in Interrogatoriis examinatorem rogari, vti ex teste examinando scisciterur, num aliqua Iuris infamia sit maculatus. Nam hæc eneruat omnem fidem, *Bald. d. l.* 1. *num.* 5. *C. de sum. Trinit.* atque adeò omnem dignitatem & honorem adimit: ita vt cũ integris personis, taliter infames, alicuius muneris publici non possint esse participes: *l.* 2. *vbi glo. C. de dignita. lib.* 12. *lib.* 1. C. *de infamibus. lib.* 10. *l. ne quis. C. de decurio. lib.* 10. *l. cum prætor.* 12. §. *cum autem. de iud. l.* 1. *ad l. Iul. de vi priuat.* puta in postulando, *gloss. in d. l.* 2. assidendo, *l.* 2. *de offic. assesso.* iudicando, *d. l. cum prætor.* militando, *l.* 3. C. *de re milit. lib.* 12. *l.* 2. §. *ignominia. de his qui notantur infamia.* Quamobrem & pro capitali periculo, infamiæ causa reputatur. *l. iusta.* 9. *de manu. vind. l. cognitionum.* 5. *de var. & extr. cognit. l. Iulianus.* 26. *Si quis omissa caus test. l. reprehendenda.* 5. C. *de instit. & subst. Ias. in rep. l. admonendi.* 31. *num.* 278. *de iureiur. impropriè tamen, vt per Alciat. de præsumpt. in fin. num.* 14. *per l. si adulterium. cum incestu.* 38. *in fin. verb. cuius famæ, multò magis vitæ parcendum est. de adulter.* Munera tamen non publica, neque iudicialia, sed priuata & extraiudiciaria notari sustinere possunt: ne videlicet pœna liberet eos ab oneribus, quæ etiam honesti sufferre cogunt: *l.* 3. §. 1. *de muner.* cuiusmodi sunt, tutelam gerere, *l.* 1. §. *ait prætor.* 3. *l. cui eorum. vbi hoc not. Bar. s. tit.* 1. *de postu.* arbitrum esse: *gl. in d. l.* 2. C. *de dig. lib.* 12. *per l. Pedius.* 7. *de recept. arbitr.* aut procuratorem. §. *fin. Institit. de except. gloss. in l.* 2. C. *de digni. lib.* 12. Sed & à notariatu non excludi turpes, plerisque placuit, dummodò nomine malè gesti officij non sint notati. *l. si quis aliquem. C. de suscept. & arc. lib.* 10. *Barto in l. eadem.* §. 1. *ad l. Iul. repetunda. Ferr. in forma oppos. instrumen. ad verb. non fuit Authenticus. nu.* 5. Illud quoque ad effectum infamiæ pertinet, quòd ea semel Iure imposita, perpetuo durat, *gloss. & Dd. in l.* 3. *&* 4. C. *eo. per l. palàm.* 42. *de rit. nupt.* Nam (vt ait Plautus) Hominũ immortalis est infamia: etiam tum viuit, cũ eam

esse credis mortuam. Et Vlpian. Non aboletur, inquit, turpitudo, quæ postea intermissa est, *l. palam. 42. in prin. de rit. nupt.* quod tamen aliqua distinctione opus habet. Nam etsi cum pœna perpetua est, aut macula sine præfinitione temporis aspersa, non dubiũ est, quin ea ad omnem vitam duret, nisi sit à Principe remissa, *vt notatur in l. solet. 10. hoc tit. in l. fin. C. de general. abolitio. in l. 1. 3. & 4. & l. fin. C. de sentent. pass. & restit.* aut populo qui non recognoscat superiorem: *Bar. in l. 1. §. de qua re. num. 1. & 3. de postulan.* tamen cum quis tantùm ad certum tempus punitur, puta relegatur, vel ordine mouetur ad quinquennium, an post id temporis infamia duret, meritò addubites. Nam in hac parte leges contrariæ esse videntur: aliis statuentibus, labem non durare vltra tempus sententia expressum: *l. 3. & 4. C. eod. l. Imperator. 8. de postulan. l. ad tempus. 5. l. generaliter. 3. de decur. l. falsi. 13. §. 1. ad l. Corn. de fals.* aliis verò contra *l. ad tempus. 6. C. eod. l. ordine. 15. ad municip.* Doctores *in d. l. 3. & 6. C. eod.* hæc variè conciliant. Ipse arbitror distinguendum vtrum imponatur infamia ex causa, seu crimine quod ipso Iure famosum est, an verò ex causa arbitraria. Vbi crimen ipso Iure turpitudinem habet annexam, ibi omnino dicendum est, perpetuo dedecus adhærere, etiamsi pœna tantum temporalis sit imposita. Nam legis effectus perpetuus est, quæ tantùm considerat delictum: de quo vbi per sententiam constat, sequitur ex legis ordinatione infamia: quæ non renocatur amplius, vt nec ipsum delictum cui accedit: cum factum non possit reddi infectum. *l. in bello. §. factæ. de cap. & postlim. reuers.* Nec in considerationem venire hoc casu oportere, vtrũ iudex temporalem pœnam adiecerit, an non, vel illud argumento est: quia si eius rei haberetur ratio, iam nunquam iudicium Furti aut Iniuriarum esset famosum, neque ex hoc perpetua sequeretur infamia: quod contrà est. In his enim iudiciis pecuniariter solet damnari reus, puta ad duplum, quadruplum, aut certam æstimationem, quæ soluenda est intra 4. mensium spacium. *l. fin. C. de vsur. rei iudica.* aut vbi grauis pœna est, solet relegatio tẽporalis, præsertim in actione Iniuriarum, arbitraria decerni. Hoc igitur tempore elapso, & solutione facta, extinguitur rei iudicatæ obligatio ac condemnatio. *l. diuus. 7. de iure patron.* Et tamen in his durare infamiã, manifestum est. *l. decuriones. 5. l. iniuriarum. 10. C. eod.* Ex quo liquido sequitur, vbi lex alicui delicto maculam annectit, ibi pœnam à iudice etiam cum temporis determinatione expressam nihil immutare, quominus infamia sit perpetua. Nam iuris authoritas, vt inquit I. C. non est in potestate iudicantium, sicut Facti potestas. *l. ordine. 15. ad municipal.* Et alibi ait, non posse iudicem efficere, quin furti damnatum sequatur infamia. *l. non poterit. 63. de furt.* Atqui hoc efficere posset, si pœna temporali adiecta, post lapsum tempus illa non remaneret. Et his in terminis puto accipiendas eas leges, *l. ad tempus. 6. C. eodem. l. fin. C. de aboliti. l. palam. 41. de rit. nupt.* quæ perpetuam esse infamiam decernunt. At vbi delictum est punitionis arbitrariæ, cui non lex pœnam turpitudinis præstituit, sed iudex: tunc arbitror notam vna cum animaduersione durare & extingui: vt si coerctio sit temporalis, puta quinquennale exilium, infamia quoque eodem tempore duret, ac post cum pœna extinguatur, ne accessorium diutius duret, quàm principale. *l. 3. & 4. C. eod.* Idemque statuendum videtur, quando certam legis vindictam iudex ex probabili causa, & in casu quo potest, facit arbitrariam. Nam etsi hoc regulariter non conceditur, *d. l. ordine. 16. ad muunicip. l. non poterit. 63. de furtis.* tamen ex causa, in casu de quo lex principaliter non loquitur, permissum est. *vide J. de pœn. Tiraq. latissimè in tract. de pœn.* Qua in specie si Durius plectat, censetur dispensasse cum Infamia: quæ aut Nulla erit, aut saltem Temporalis, si pœna temporalis fuerit adiecta: *d. l. generaliter. de decurio. l. furti. 6. §. pen. hoc tit.* si Leuius *ut est text. in l. 3. C. eod. l. falsi. 13. §. 1. de fals. l. Imperator. 8. §. de postul. l. 3. de decur.* cum pœnæ tempore dedecus terminabitur: vtrobique enim est pœna arbitraria. Cuiac. *lib. obser. 7. c. 19.* doctiss. & de studiis nostris optimè meritus Iurisc. hæc ita cõciliat, vt putet ex Veteri iure & Legibus notam durare Perpetuo: Constitutionibus verò Principum post expletionẽ coerctionis Tempore remitti.

¶ Contrariæ porrò infamiæ, sunt eæ quæ vocantur Cautelæ, quibus infamia vitari potest: quarum hæ sunt præcipuæ. Primò, si reus per procuratorem in iudicio famoso se defendat, *Harmenop. lib. 1. tit. 2. de abiurat. Bal. in l. nihil 20. num. 6. C. de procur.* id quod licet in iudiciis Ciuilibus, puta Mandati, Depositi, Tutelæ, Doli, Metus, &c. & in quibusdam criminalibus priuatis: vt in actione Iniuriarum, Moribus nostris: quanquam aliàs in criminalibus procurator non admittatur. *l. fin. cum ibi nota. C. de iniur. l. vlt. C. de procur. Harmenop. lib. 1. tit. 2. cap. de criminib. l. 1. vbi gl. an per procur. caus. appellat.* Hoc igitur casu, quo procurator locum habet; Dd. volunt, nec reum principalem, neque procuratorẽ fieri probrosum. Quæ opinio vt communis, vsu est recepta. *vt testatur Socin. reg. 179. fallen. 1. & Cæpoll. in tracta. caut. l. caute. 12. Panorm. in c. cum tedæ sentent. & re iudic. text. in l. furti. 6. §. 1. hoc tit.* Secundus modus est: Si pœnam pecuniariam, quæ per sententiam imponi potest, reus antè offerat, quàm sententia condemnatoria feratur. *l. si reus paratus. 73. de procurato.* vt verbi gratia, si conuentus actione Furti, offerat duplum aut quadruplum in quod per sententiam iure ciuili erat damnandus: aut conuentus actione Iniuriarum, ante sententiam paratus sit præstare æstimationem iniuriæ, ab actore petitam, aut pœnam statuto vel consuetudine iniuriis præstitutam, quæ moribus Saxonum est 30. solidorum. *vid. J. de iniur.* Eiusmodi igitur pœnam, Realiter offerens, aut nolente aduersario recipere,

pere, apud Acta deponens, *iux. l. acceptam. 19. C. de vsur. l. obligatione. 9. C. de solutio.* maculam euitat. Nam hæc, vt ante dixi, per sententiam irrogatur: sed sententia ferri nõ potest, vbi reus paratus est soluere. *d. l. si reus paratus. 73. de procur. §. fin. Inst. de perp. & tempo. act.* Ergo nec infamia hoc casu locum habere potest. Verũm illud hic quæstionis est, Quando oblatio facienda sit vtrum ante litem contestatam, an verò etiam post offerre liceat, vsque ad sentẽtiam? Bart. *Bar. in l. ictus. 22. hoc tit.* ait, offerri oportere ante litem contestatam. Nam (inquit) si post offerret reus videretur soluendo confiteri crimen. *l. quoniam. 5. hoc t.* Cum autem paria sint, Aut cõfessum esse de crimine, aut damnatum: *l. post rem iud. de re iud. l. 1. de confess.* perinde confessum sequeretur labes, atque damnatum. Panormitanus *in c. cũte extr. de sent. & re iud.* autem arbitratur, posse offerri quouis tempore, dummodo ante sententiam: sufficit enim, de crimine reum non esse damnatum: nec ex solutione vera confessio sumi potest, sed tantum qualis qualis suspicio vel præsumptio: quæ ratio parum firma est. Nam hanc præsumptam confessionem, quę ex pactione aut solutione sumitur, lex ad hoc sufficere statuit, vt inter ignominiosos habeatur, qui hoc modo confessus est. *l. 5. hoc t.* Quare Socin. *in reg. 179. fallent. 2.* aliam distinctionem facit: vt siquidem causa talis sit, quæ ipso Iure citra Sententiam confessi existimationem minuat, tum necesse sit, ante litis contestationem offerri. Nam modo dictum est, qui paciscitur aut soluit ante litem contestatam, eum non haberi Pro confesso, quia confessio extraiudicialis est. Quicquid enim fit ante litem contestatam, hoc videtur extra iudicium fieri. *l. ædiles. §. item sciendum. de ædilit. edict.* Confessio autem extraiudicialis, plenè non probat. *vt tradunt Dd. in l. certum. 4. §. pen. de confessis. vide infrà illo tit.* Quare nec solutio, quæ fit ante litis contestationem, ad deturpandum nomen efficax esse potest, cum pro Confesso non habeatur Qui soluit. post litem autem contestatam vult solutionem in istiusmodi casibus, non excusare ab infamia, quia tum soluens pro Iudicialiter confesso habetur. *d. l. quoniam. 5. hoc tit. l. ad solutionem. 5. C. de re iud.* In quibus verò iudicatos demum nora sequitur, vt fit in plerisque, ait licitam esse oblationem vsque ad sententiam. Quæ distinctio Socini, etsi vero maxime videtur consentanea: tamen hodie pleræque Curiæ sequuntur sententiam Panormitani, tanquam æquiorem: nec idem in solutione, quod in transactione, depectionéue statuendum iudicant, còque arbitrantur, indistinctè offerentem ante sententiam periculo nominis liberari Quin amplius puto: solutionem à condemnatione factam, interdum prodesse: vt quando sententia per Leuterationem aut appellationem suspensa est. *bonus text. in l. qui cum maior. 14. §. accusasse. 5. de bon. libert. Bald. in l. 3. nu. 4. C. eod.* Nam ea pro sententia non habetur: *iuxta. l. furti. in prin. h. t.* idq; moribus etiã nostris obtinet. Aliud etiã consilium dat alibi Angelus: *in d. l. non poterit. 63. de furtis.* vt quando dubitatur, vtrum reus offerendo infamiam euitare possit, annon, curet offerri pœnã per tertiam personã, sine suo mãdato. Nam tunc pro confesso habere nõ poterit, ex alieno facto: & tamen solutio recipiẽda erit quia à tertio etiã extraneo cuiusque debitum dissolui potest, & id recipere creditor cogitur. *l. soluẽdo. 39. de neg. gest. l. solutionẽ. de solutio.* Et hanc tutissimam esse viã, nõnulli arbitrantur. *Bar. Cæpoll. in caut. 12. per ea quæ tradantur à Dd. in c. testimonium. extr. de testib.* Cæterùm ex const. pro 42. parte 4. reus offerendo mulctam à pœna infamiæ iniuriarũ nõ liberatur. Tertius modus est, Si ante sententiam reus paciscatur aut trãsigat, authoritate iudicis impetrata. *l. furti. 6. §. qui iussu. h. t.* aut citra iussũ iudicis adhibita protestatione, Se transigere, nõ quod delictũ cõfiteri intẽdat, sed quò à vexatione litis sese redimat. Ea enim protestatio excusat, vt volũt Dd. *Ias. in l. transigere. 18. n. 3. C. de trãsact.* Quartus modus est. Si iudex recedat ab ordinaria pœna: quod fieri ex causa posse, diximus: & aliquam seuerioré reo imponat, quã quæ ex lege debeatur. *l. in seruorum. 10. §. in personis. de pœnis.* Cẽsetur enim cum existimatione dispensasse, qui duriorem pœnam imposuit. *d. l. furti. l. quid ergo. §. pen. h. t. l. 3. & 4. C. e. l. ordine. 15. ad municipal.* Quintus est, Si iudex expressim in sententia Existimationem reo cõseruet, addita clausula: Se illud ex iussa causa facere. Nã cũ tacitè imposita duriore pœna famę consulere possit, vt supra dictũ est: cur expressè idem non possit Ex iusta causa, nulla ratio est. *Bar. in d. l. quid ergo. §. pœna. 5. h. t. Bal. & cõmuniter. Dd. in l. 3. C. eo.* Sed hoc casu causã in sentẽtia exprimere aut speciatim, aut in genere debet, etiãsi aliàs ad id non cogatur. *c. sicut vbi Dd. de re sent. & iu.* Quia citra iustã causam, iudex dãnatũ reũ ab infamia, contra legis dispositionẽ liberare regulariter non potest. *d. l. non poterit. de furt. d. l. ordine. 15. ad munic.* Sextus modus est, Si condemnatus, à sentẽtia prouocet: & pẽdente appellatione: leuteratione, aut alio remedio sententiã suspendente, det operam interea ne subsequatur altera sententia, sed lis pereat per pactum, solutionem, aut alio quouis modo. *Bal. in l. 3. nu. 3. & 4. C. eod. l. qui cum maior. 14. de bon. li.* Septimus & vltimus modus est, Si probris affectus, per principem existimationi pristinæ restituatur. *l. solet. 10. hoc t. Bal. in d. l. nu. 3. & 4. C. eod. & in l. 1. ac ll. seq. C. de sent. pass. & rest. Bar. in l. 1. §. fi. ẽ. de postul.*

DE PROCVRATORIBVS & defensoribus. Tit. III. C. 2. 13.

1 *Continuatio.*

2 *Vnde dicitur procurator: quid sit, quomodo ab aliis administratoribus differat.*

3 *Diuisio & genera procuratorum.*
4 *Causa efficiens: qui procuratores dare: qui esse possint, vel non possint.*
5 *Materia: ad quas res gerendas procuratores constitui possint, vel non.*
6 *Forma: quomodo, & quam variè cõstituatur procurator: déque eius satisdatione, & instrumento procuratorio.*
7 *Forma probãdi mãdatũ procuratoriũ.*
8 *Finis & effectus: & de officio ac potestate procuratorũ, item excusatione, & actionibus quæ vtrinque dantur.*
9 *De interpretatione procuratorij.*
10 *Affinia.*
11 *Cõtraria: & quomodo reuocetur procurator, quid ei obiici possit.*
12 *De defensoribus tractatio methodica.*

1 Postquam † dictum est de his qui postulare non possunt, vel propter Edictum prætoris, vel propter Infamiam, aut aliam causam: sequens est videre de iis, qui pro aliis rectè postulant. Nam in iudiciis prima quæstio est de procuratoribus: vtrum videlicet is, qui alicuius nomine agit vel defendit, idoneus sit procurator, an non sit. *l. licet. 24. C. eod.* Sequitur igitur consequenter titulus de Procuratoribus & Defensoribus, qui cum defensores à procuratoribus ipsa inscriptione secernat, par est nos idem discrimen retinere: & distinctè primum de procuratoribus, tum de defensoribus dicere.

2 ¶ Procurare, est pro alio aliquid curare: & Procurator eodem modo dicitur, quo Proconsul, Proprætor, Protutor, & si qua sunt similia, in quibus præpositio significat aliquid pro alio seu alieno nomine administrari. Procurator igitur, est authore l. C. *l. 1. hoc titul. Spec. in Rub. eod. num.* 1. qui aliena negocia, mandatu domini administrat. Qua in definitione omisit genus, breuitatis causa, vt solent I. C. Sub intellige autem genus, videlicet est Gestor, seu Administrator, seu Curator, &c. Materia ostenditur in verbo, Aliena negocia. nam in propriis negociis nemo sibijpsi est procurator. *l. licet. 42. §. is cui. hoc t.* Vt enim res sua nemini seruire dicitur, *l. in re. 26. de ser. vrb. prædio. l. vti frui. 5. §. si vsusfru. pet.* ita, contrà nec quenquam rerum suarum procuratorem aut seruum perhibemus. Hæc enim nomina & officia sunt relatiua, quæ ad alium dominum respectum habent: vt vna persona, in eodem negocio, simul procurator, seu seruus & Dominus esse non possit. Differentia autem est in verbis, Mandatu Domini. Nam specifica forma, qua procurator à defensore, negociorum gestore, tutore, curatore, administratore ciuitatis, & similibus secernitur, est Mandatum domini. Negociorum enim gestor & defensor, sine mandato negociantur: tutor verò & curator, ac similes, non domine mandatu, sed publica authoritate vel testatoris, vel legis, vel magistratus. At procuratoris est, qui mandatu priuati domini administrat. Verbum autem Administrandi, cum denotat officium procuratoris, tum illud ab officio patronorum distinguit: quorum non est priuatim negocia gerere aliena loco domini, sed pro alterius causa publicè dicere, & aduocare, seu (vt loquuntur) ius partis pandere, meritáque causarum allegare. *vide in tit. C. de postulando. & de aduoc. diuers. iud. & in l. rem non nouam. §. patroni causarum. C. de iudic.* Distinguit idem verbum, procuratorem à nuncio. Nam administrare, propriè significat loco seu iure domini negocium gerere. *tit. de administr. tut. de admin. rer. ciuit.* Hoc autem modo procurator administrat. *l. nulla. 23. C. eod.* nuncius non item. Quia nuncius non loco domini aliquid accurat, sed vt nudus minister, penes quem non est ius administrandi, sed solummodo nudum factum exequendi: quique veluti instrumentum seu organum aliquod interuenit, *l. si pupilli. 6. §. item. vbi gl. de neg. gest. D d. in l. 1. C. per quas person. nob. acquir. & in l. 1. de acqui. possess* & (vt inquit Spec. *Spec. de procurat. §. vlt. num. 5.*) vice epistolæ fungitur.

3 ¶ Procurator autem constituitur aut Vniuersorum bonorum, *l. mandato. 60. hoc titul.* aut Certæ alicuius rei vel litis, negocijve. *l. 1. hoc titul.* Hic Specialis. *l. procurator. 58. verbo generaliter, hoc tit. c. 5. de procur. in 6.* ille Vniuersalis procurator dici solet, nonnunquam etiam generalis, *d. l. procurator. 58.* aut procurator cum Libera administrandi potestate: *d. l. procurator. 58. hoc tit.* quem Legitimum Cic. pro Cecinna vocat: qui maiorem ac liberiorem tractandæ rei potestatem habet, quam procurator generalis. *l. mandato. 60. l. procurator. 63. hoc tit. c. 4. §. fin. eod. lib. 6.* Rursum procurator alius constituitur in rem Alienam, alius verò in rem vtilitatémque Suam: qui quidem alienum negocium (nam proprij, vt dictum fuit, nemo procurator est) mandatu domini gerit, sed ad suum tamẽ emolumentum: *l. seruum. 33. §. fin. hoc tit.* vt est is cui dominus aut vendidit, aut quoquo modo actiones cessit. *l. procuratore. 55. l. si quis. 34. hoc tit.* Tertiò perhibetur alius esse procurator Iudicialis, qui lites alienas in iudicio persequitur: alius verò Extraiudicialis, qui extraiudicialia negocia curat. *l. seruum. 33. hoc tit.* Vltimo, quidam dicuntur Veri procuratores, quidam Falsi. *l. licet. 24. C. eodem. l. falsus. 19. C. de furt. l. licet. 56. de iudic.* Falsus rursum procurator multis modis: vt qui nullum habet mandatum: aut qui mandatum quidem habet, sed reuocatum, aut alio quouis modo extinctum, puta morte, &c. aut qui mandatum quidem exhibet, sed ad propositum impertinens: verbi gratia, si producat generale mandatum, in causa, cui opus sit speciali: *c. 5. de procur. in 6.* itẽ cuius mandatum est insufficiens, puta ab eo, qui mãdare non potest, datum: vel qui quidem procurator constitutus est, sed nondum

nondum mandatum exercendi officij accepit. *vide post glo. Bart. Bald. & Salic. in l. falsus. 19. C. de fur. & Ias. in l. lic et. num. 4. & 5. C. eod.*

4 ¶ Efficiunt autem & constituunt procuratorem aut Iussum iudicis, qui (vt volunt Dd.) petentibus procuratores ipse constituit *l. 1. §. 1. vbi glo. & Dd. §. de postul.* (quanquam edictum illud non de procuratoribus, sed aduocatis & postulatoribus loquatur:) aut Consensus priuatorum & ratificatio, quæ pro mandato est. *Mynsing. obser. 44. cent. 1. vide glo. & Dd. in l. si pecuniam. 9. C. de negoc. gest.* Nam constituuntur procuratores, voluntate mutua & constituentis, & constituti, quasi per mandatum. *glo. in l. mutus. 43. in princ. ad verb. procedere. hoc tit. alleg. ad hoc l. 1. ff. mand. l. filiusfamil. 8. §. inuitus. §. fin. l. 2. in verb. quia consensus abest. hoc tit.* Ac si rem verè putare volumus, hic contractus in mandatum incidit, ex eoque Mandati producitur actio, *l. si procurator. 8. ff. mand. l. licet. 42. §. eod. hoc tit.* Quibúsnam verò procuratores constituere permissum sit, facilè sciri poterit, iis cognitis, qui procuratores dare prohibentur. nam hoc edictum Prohibitorium est. Quocirca qui non prohibetur dare, huic constituendi procuratoris intelligitur facta potestas. *l. mutus. 43. §. 1. hoc tit.* Procuratorem constituere non potest. Excommunicatus, *c. fin. ext. eod.* Pupillus, item Minor qui curatorem habet, nisi tutore vel curatore authore. *l. neque. 11. C. eod.* Quod si porro minor curatorem non habeat, sicut habere non cogitur extra iudicium, *vide Instit. de curat.* tum procuratorem ad extraiudicilia negocia constituere potest: *l. mutus. 43. §. is qui. 3. hoc tit.* ad iudicia verò, litésque persequendas, non item: quia legitimam ipse personam in iudicio standi sine curatore non habet: *in princ. Instit. de curat.* tantum abest vt aliũ ad id legitimare possit: quod & in mulieribus iure Sax. receptum est. *Land. lib. 1. art. 45.* Syndicus quoque Vniuersitatis, item tutor vel curator procuratorem dare non possunt in litem, antequam ea sit contestata, sed tantùm actorem: *l. nec ciuitatis. 74. hoc tit. l. neque. 11. l. nulla. 23. C. eod.* quia syndicus vel tutor non est dominus litis, ante contestationem. *d. l. neque.* Nullus procuratorem dare potest, nisi qui sit litis seu rei dominus. *gl. in d. l. neque.* Ab ea verò contestata & hi & ipsi procuratores, quamuis substituti tantum, aliùm dare ac substinere possunt. *d. l. neque. Mynsing. obseruat. 43. Centur. 1.* Filiusfamilias extra iudicium procuratorem ad negocia rectè sumit, quoniam & rectè contrahit, quemadmodum & seruus in iudicio verò procuratorem instar serui constituere nequit suo nomine, quia nec agere potest: quibusdam, casibus exceptis, vt actione Iniuriarum, & similibus. *l. filiusfamilias. 8. hoc tit. l. non eo. 14. C. eod.* Statuliber qui de statu suo litigat, rectè procuratorem dat: neque enim pro seruo habendus est, quamdiu de statu suo litigat. *d. l. seruum. 33. h. tit.* Ab hostibus captus procuratorem facere nequit, sed tantum actorem aut curatorem: quia quamdiu in hostium est potestate, sui iuris non est, nec rerum suarum dominus. *l. ab hostibus. 15. ex quibus causis maio.* Mutus & surdus eo modo procuratores dant, quo dare possunt, videlicet nutu, vel scriptura. *l. mutus. 43. hoc tit.* Plures quoque simul agentes aut defendentes, vnum procuratorem constituere possunt: non tamen plures cohæredes, inter se Familiæ hæriscundæ iudicio contendentes. Hic enim propter adiudicationes & condemnationes quæ inuicem fiunt, vnus procurator omnium nomine recipi non potest, ne idem eidem ac sibijpsi condemnetur. *l. licet. 42. §. pen. hoc tot. tit.* Sunt etiam qui inuiti dare procuratores in iudicio cogantur, vt qui per se litigare non possunt: cuiusmodi sunt personæ Illustres, *l. penu. cum Auth. seq. C. eod.* & iure nostro Saxonum, mulieres: quæ in iudicio neque agendo, nec defendendo, absque tutore liti, petentibus authoritate iudicis præfecto idoneè consistunt. *Chil. in prac. cap. 22. per tex. lib. 1. art. 42.* Quanquam pro coniugatis plerunque maritus (velut legitimus iure Sax. curator) præstita tamen de Rato cautione, admittatur. *l. maritus. 20. C. eod.* Nam etsi legitimus sit rerum vxoriarum administrator, ac moribus quoque patriis curator: *lib. 1. art. 31. 45.* tamen, quia rem vxoris inuitæ minuere nequit, *vide inf. de fund. dota.* idcirco non est satis consultum aduersæ parti, nisi eiusmodi de Rato cautionem præstet. Quínam autem dari procuratores possint vel non, eadem regula quam antè posuimus, dijudicatur. Nam quicunque non prohibetur dari, is id officij rectè suscipit. *d. l. mutus. 43.* Dari autem in iudicio procuratores non possunt minores: quia propter beneficium restitutionis quod habent, idonei non videntur esse, *l. exigendi. 12. C. eod. vbi Ias. num. 19. & 20. dicit hanc esse communem. & in l. neque. num. 3. C. eod. tit. Panor. in c. non iniustè. 14. ext. eod.* nec habent legitimam personam standi in iudicio: *l. 1. & 2. C. qui legit. person.* vnde & in propriis, per curatorem litigare coguntur: *in prin. Instit. de curat. §. 2. C. de accusat. l. 4. de his qui accus. poss.* tantum abest, vt alienas lites persequi rectè queant. *l. fin. C. de legit. tutor. §. item maior. 4. Instit. de excusat. tutori.* Fœminæ quoque indistinctè in iudiciis procurare vetantur: cum quia virile officium est pudore sexus alienum: *l. alienam. 19. C. eod.* tùm quoniam intercessio quædam est in procuratione iudiciali, qui alienam rem sua fide, suóque periculo tractandam suscipit. *l. non distinguemus. 32. §. 1. de recept. arbit.* Intercessionibus autem mulieres non censentur idoneæ, quoniam obligationi per S.C. Velleianum eximuntur. *d. l. non destinguemus. §. 1. & tot. tit. ff. & C. ad S.C. Velleianum.* Nonnunquam tamen ex decreto causa cognita Iure ciuili quidem admittuntur: vt si litem agant suam: *l. 4. C. eod. vide Cuiac. ad Paul. lib. 1. tit. 2.* aut pro parentibus liberísue vel etiam captiuo deferróque marito *decis. Neapo. 143. Spec. hoc tit. §. ratione. num 1. per l. 3. de lib. caus. decis. Rot. 16. tit. de procura.* intercedant: nec

quenquam præstò habeant qui se horum nomine alioquin offerat. *l.feminas. 41.hoc tit. l.libertos. 31. §.penul. de neg. gest.* Sed iure Saxonum ne his quidem casibus admittuntur. Nam non habentibus tutorem aut intercessorem, iudex ipse constituit. *gl.Land. 45 lib. 1.* Milites in aliena quoque causa, procuratoris officium suscipere, etiam volente aduersario, vetantur: *l. militem. 7. l. qui stipendia. 9. C. eod. l. filiusfam. §. veterani. hoc tit.* ne videlicet à publico iure militiæ, per negotia priuatorum auocentur, nisi rem in suam, aut suæ nomine cohortis agant. *d. l. filiusfam. §. veterani.* Item & Decuriones, aliísque digniores (quia vile procuratoris officium est, *l. si quis. 16. l. si quis. 34. C. de decu. lib. 10.*) Medici & Professores: *Spec. de procur. §. 1. num. 35.* seruus, alia ratione, quia personam standi in iudico legitimam non habet: *d. l. seruum. l. 1. & tot. tit. C. qui legit. person. stan. in iud. non hab.* quanquam extraiudicialibus rectè præficiatur: vt & Minor, Mulier, & similes: *vide ĵ. de instit. act.* item furiosus, quia consensu caret. *d. l. 2. hoc tit.* Filius porrò familias, dummodò maior 25. annis, indistinctè tam in iudicio, quàm extra iudicium, siue ad agendum, siue ad defendendum, rectè procurator constituitur. *l. filiusfamil. 8. in princ. hoc tit.* Mutus & surdus, ad negocia procuratores dari possunt: ad litem persequendam, nequaquam: *l. mutus. 43. hoc tit.* quia nec postulare possunt. *l. 1. §. 2. ĵ, de post.* Infames autem an idoneè procurent, variè disputatur. Verius videtur olim nec dare neque dari procuratores potuisse, *Paul. lib. 1. tit. 2.* quod postea Iustin. *§. vlt. Instit. de except.* sustulit. Communis itaque conclusio est, Iure ciuili infamem procurare posse. *§. fin. Instit. de except.* quia pro se, & aliis quibusdam rectè postulat. *d. l. 1. §. fin. cum seqq. ĵ. de postul.* Nec obstat, quòd Infames ab omnibus honoribus & dignitatibus arceantur. *l. 2. C. de dig. lib. 12. l. 1. C. de infam. lib. 11.* Nam procuratoris officium non est dignitas, sed onus: *vt ait glo. in l. 2. in fin. C. de dig. lib. 12. & Panorm. in c. Imperatorum. num. 9. in fin. de iuram. calumn.* & à plerisque pro vile contemplibilíque functione habetur. *l. si quis procuratorem. vbi gl. ff. Bart. Ang. & alij hoc notant. C. de decur. lib. 10. Dyn. in c. infamibus. in fin. de reg. iur. in 6. Panor. in c. post cessionem. num. 2. de probat.* Iure sanè Pontificio distinguitur: vt pro Ecclesiasticis nempe personis procurator ignominiosus non admittatur, sed tantùm pro laicis & secularibus. *vt post multam disput. concludit Panorm. in d. 2. Imperatorum. num. 9. de iuram. calum. quod latiss. mè pro suo more exequitur Tiraquellus in tract. de nobilitate. c. 30. nu. 2. cum mult. sequ.* Rei quoque causæ capitalis, *l. reum. 6. C. eod.* & redemptores alienarum litium, *l. item 15. C. eod. l. si contra. 20 C. mand.* item ex communicati. *c. intelligentes. de iudic. c. prudentiam. §. 6. de off. delegat.* procuratoris officium subire nequeunt: vt nec fiscus, aut vniuersitas, aut ciuitas, *l. 2. & tot. tit. C. ne fisc. vel priu.* alia tamen ex causa ne videlicet potentia vel gratia in re priuata causam alterutrius partis reddant deteriorem. Vnde quæri solet, an Syndicus Vniuersitatis, priuatorum etiam lites procurare valeat, præsertim cum totam repræsentet Vniuersitatem? *l. 1. quod cuiusque vniuer.* Et puto posse: quando non vt syndicus agit aut defendit, nec totam vniuersitatem repræsentat, sed interuenit vt procurator priuati. Extra sui namque fines officij nihil aliud est, quàm persona priuata: *Dec. in l. factum. 170. de reg. iur. Panorm. Dec. in c. si quando. de offi. deleg. text. in l. fin. cum ibi not. de iurisd. Card. in cle. 1. §. fin. de cel. miss.* nisi aliunde, gratia eius aut potentia ostendatur nimis esse formidolosa. *tot. tit. C. ne liceat potent. cum sequent.* Nec id nouum est, propter diuersos rerum ac personarum respectus, *l. tutor. de his quibus vt indignis. Euerhard. in locis legalibus. in loco, de Tanquam, seu de Respectiuis.* Absens dari procurator potest, *l. 1. in fin. hoc tit.* quia consensu constituitur. Quæ autem sunt illius generis, illa etiam inter absentes per nuncium aùt epistolam rectè peraguntur: *l. 2. de pact. l. 1. in fin: de contrah. empt.* dum tamen absens aut sciat se dari procuratorem, aut constitutionem habeat ratam, postquam scire cœpit: vt si mandato, literísque procurationis acceptis acquiescat, *fac. l. si procuratorem. 65. hoc tit.* neque de dissensu suo protestetur. *Clement. 1. vbi Zab. de procur. Bartol. in l. quo enim. §. fin. ff. rem rat. hab. Ias. in l. quæ dotis. numer. 90. ff. solut. matrim. Felin. post Panorm. in c. nonne. numer. 10. de præsump.* nam inuitus, & qui dissentit, procurator dari nequit. *l. filiusfamil. 8. 1. hoc tit.* Inuitus autem is est, qui neque dicto nec facto aliquo præ se fert assensum: *l. filiusfamil. 8. §. 2. vbi gloss. hoc tit. l. inuitus 17. C. eod. vide Felin. in d. c. nonne. Bart. & Ias. in d. l. quæ dotis.* Dominus in re sua procurator dari nequit, quia tollitur relatio inter procuratorem & herum necessaria: nisi detur respectu iuris, quod tertius in re sua habet: vt si debitor dominus rei oppignoratæ, à creditore detur procurator in causa hypothecaria: aut maritus ab vxore in causa dotalitij, quod vxori in bonis mariti propriis constituitur. *l. licet. 42. §. is cui. 3. hoc tit.* Vnius etiam litis plures esse procuratores possunt: *l. si quis. 31. §. 1. hoc tit.* ita tamen vt in solum, (quod non præsumitur, *Mynsing. observ. 47. cent. 1.*) aut saltem coniunctim omnes dentur. Nam per partes constituere procuratores non licet: ne in plures aduersarios, altera pars cum incommodo distrahatur. *l. 3 famil. herciss.* Verbi gratia, si ab aliquo petantur centum, non potest reus procuratores plures dare, quorum alius 20. alius 30. alius 50. defendat non deberi. *l. non tamen. 38. hoc tit.* Is etiam qui reipub. causa absturus est, aut inituris Magistratum, aut qui perpetuo morbo tenetur, & denique omnis is, qui inuitus iudicium pati non cogitur, idoneus procurator non est, & repudiari potest. *l. neque. 54. hoc tit.* Postremò sciendum est, coniunctas personas pro consanguineis, item maritum pro vxore, etiã sine mandato,

dato procuratores esse posse, dum tamen de Rato caueant. *l. Pomponius. 40. §. fin. hoc tit. l. maritus. 21. C. eod.*

5 ¶ Quod ad materiam attinet, eadem regula teneatur quæ suprà tradita est: videlicet omnibus validè causis & negociis adhiberi procuratorem, nisi quid disertè exceptum sit: est enim hoc edictum Prohibitorium. *l. mutus. 43. hoc tit.* Quodcunque igitur non inuenitur prohibitum, id intelligi debet concessum. *l. cum prætor. 12. de iud.* Procurator ergo qui velut curator non personæ, sed rebus datur, *l. in copulandis. 8. c. de nupt.* aut omnium bonorum cõstitui potest, aut alicuius partis extra iudicium, *l. 1. hoc tit.* veluti curator. *in princ. Instit. de curat.* In iudicio verò aut omnium litium, aut vnius rectè procurator datur: totius tamen, non partis alicuius. *iuxta d. l. non tamen. 38. hoc tit. Mynsing. obseruat. 46. cent. 1.* Ab hac regula excipiuntur eæ causæ, quæ per procuratorem agitari non possunt: vt sunt Iudicia Publica, in quibus procurator alieno nomine non admittitur, neque ad agendum, neque ad defendendum. *l. penul. §. fin. de pub. iudic. l. 2. 3. & 5. C. de in qui accus. poss.* item non Publica, quæ tamen Criminalia sunt, & eiusmodi, vt pœna supra relegationẽ damnato queat imponi. *l. 1. An per al. causæ app. Dd. in d. l. penul. §. ad crimen. latè Marant. in specul. part. 4. distinct. 1. num. 35. in pract.* Quod tamen limitant Dd. nisi pro absente reo non principalis, sed absentiæ causa defendatur. *l. absens. 71. hoc tit. Bart. post gl. & Dd. in l. 1. ĵ. An per al. causæ. app. latè Marant. in Spec. aur. part. 4. dist. 1. num. 42.* aut nisi quis suam suorũmque iniuriam persequatur: *Bart. in d. l. licet. 42. in prin. hoc tit. Mar. præall. loco. num. 41. de quo tamen vide l. non cogendum. 45. §. 2. hoc tit. c. tuæ. de procur.* aut actio criminalis ciuiliter sit instituta, puta ad pœnam pecuniariam: sicut de criminibus omnibus aut criminaliter aut ciuiliter agi potest. *l. vnic. C. quando ciuil. act. præiud. crimin. Bar. in l. 1. & 2. de priua. delict.* Et hæc quidem iure ciuili tralatitia sunt. Moribus autem nostris, à parte accusatoris indistinctè procurator admittitur, siue agat criminaliter, siue ciuiliter, quia lege patria accusator non item tenetur ad pœnam talionis, velut iuribus nostris: sed tantùm sumptus præstat & mulctam pecuniariam, si in accusando defecerit: *vt tradit Chilian. c. 47. Fach. diff. 41. Reinhar. diff. 38. pœnal. per art. 68. lib. 1. & art. 5. lib. 2.* vt nulla causa sit, quamobrem procurator non sit admittendus. Sed an in iudiciis famosis procurator iure ciuili recipietur? non enim videtur, quia capitalibus hæc comparantur, *l. iusta. vbi glo. de manumiss. vindict. glo. in §. suspectus. ad verb. ob culpam. Instit. de susp. tutorib. latiss. Ias. in repe. l. admonendi. num. 278. de iureiur.* eóque I. C. in accusatione Suspecti tutoris, quæ famosa, nimirum ob dolum esse potest, *§. suspectus. vbi dixi Inst. de susp. ct. tut.* procuratorem non facilè putat admittendum: *& non solùm. 39. §. fin. hoc tit.* & in causa Iniuriarum, lex prohibet admitti, nisi personæ illustres litigent. *l. fin. C. de iniur.* At contrà Paulus, *in l. licet. 42. hoc tit.* Iniuriarum actione, quę ex lege Cornelia descendit, procuratorem admittit: & suprà *ad tit. de his qui not. infam.* dictum est, aliquem alieno nomine de causa famosa posse damnari: puta procuratorio, tutorio, & *c. l. furti. 6. §. si quis alieno. 8. de his qui not. infam.* Ex quo intelligi licet, in his iudiciis alieno nomine iudicium haud perperam suscipi. Sed hæc, distinctione superiore adhibita, ritè conciliantur. Nam vbi certa pœna famosis actionibus præstituta est, aut certa pœna petitur, quæ minor sit relegatione, hîc procurator accipitur. *in d. l. licet.* Quando autem pœna arbitraria est, sicut cum de suspecto tutore quæritur: aut cum agitur actione Iniuriarum Prætoria & incerta pœna Postulatur procurator repudiari debet. *Maran. de iud. part. 4. dist. 1. num. 25. & 37.* Nam arbitraria coercitio, pro ratione circumstantiarum augeri potest & minui, & etiam vsq; ad pœnam mortis extẽdi: vt est communis conclusio. *in l. sacrilegij. ad l. pecul. per glo. & Dd. in §. in summa. verb. extraordinaria. Instit. de iniur. l. 1. de ext. crim. vide ĵ. de acqu. rer. dom. nu. 7. in fin. item vide hac de re latiss. mè Maran. in disput. 3 & in Specul. aur. parte 4. dist. 1. nu. 53. Bald. in c. 1. §. iniuria. de pact. iur. fir. Bart. in l. fin. vbi pup. educ.* Quare non mirandum est, si in his procuratori non sit locus. Nec verò huic distinctioni aduersatur quod suprà dictum est, causam famosam capitali comparari. Etenim hoc nõ simpliciter verum est: sed secundum quid, puta in delatione iuramenti, & consimilibus. In hac certè quæstione non obtinet: an enim procurator admittendus sit, non grauitate & qualitate causæ æstimamus, sed qualitate pœnæ quæ ex condemnatione sequitur, & est eiusmodi, vt procuratori imponi aut possit, aut non possit. Iure tamen Saxonum, iniuriarum causa procuratorẽ ab vtraque parte indistinctè recipit: quia lege patria iniuriarum pœna non est arbitraria, sed pecuniaria: & quidẽ certa, videlicet 30. solidorum. *vide tit. de iniur.* In popularibus causis an procurator recipiatur, distingui solet: vt actor quidem eum dare non possit, quoniam publica, non sua causa est, nisi suam principaliter iniuriã persequatur: pro reo autem alius rectè interueniat: quia priuatã causam, hoc est, pecuniariam, quæ istis actionibus peti solet, tuetur. *l. licet. 42. in princ. l. non cogendum. 45. §. qui ita. 2. hoc tit. l. 5. de popularibus act.* In interdicto de Liberis exhibendis, procurator non admittitur ex parte agentis: nõ, quòd actio criminalis sit, sed quia personalis: Datur enim soli patri, quando in id agatur, vt abducere liberos liceat: quod ius solius est patriæ potestatis. His igitur causis exceptis, in omnibus reliquis procurator admittitur ab vtraque parte. *l. mutus. 43. hoc tit.* tam pecuniariis, *l. fin. C. eod.* quàm liberalibus: *l. seruum. 33. §. eum. l. sed & hæ. 55. §. 1. h. tit.* nec interest, vtrum ad litem Futuram, an præsentem & inchoatam, *l. 3. l. qui proprio. 46. h. tit. l. nihil. 20. B. eod.* vtrum in Prima instantia, an in Secunda detur. *l. 2. l. inuitus. 17. C. eod.*

6 ¶ Quod ad formam constitutionis attinet, procuratorem consensu præsti, suprà dictum est. Constituitur autem consensu vel Expresso, vel Tacito. Expresso, velut per pactum, *in l.1.l. sed hæ.35. hoc tit.* nuncium, literas, *l.1.in fin. cum l. seq.hoc tit.iunc. l.2.de pact. & l.1.§.mandati.* ratihabitionem.*l.in causæ.27.l. licet. 42.hoc tit. Mynsing.obserua.44.Cent.1.* Tacito, vt cum dominus præsens alterum patitur suam agere causam: *l. qui patitur.18.§.mandat.* aut quando mulier permittit marito, suorum negociorum curam:*l.maritus. 21.C. de procurat.* aut quoties procurator datus, mandati iussum vel literas recipit, neque contradicit: *Clement.1. de procurat. l. si procuratorem.65.hoc tit.* vel cum instrumenta causæ principalis, hoc est, quibus causa instrui ac probari potest, traduntur. *l.si mulier. 11.vbi Bald.num.2. C.de pact.conuent. Rom.sing.643. incip. per productionem. & cons. 446.in fin. Andreas Sicul. latè in cap coràm.in prin.de offic.deleg. & Alc. in tractatu præsumpt. reg. 1. præsumpt. 33. num.4.* Constituitur autem procurator tam Præsens & coràm, quàm Absens (vt dictum est) per epistolam vel nuncium:*l.1.& 2.l.5. & 6. l.seruum. 33. hoc tit. l.1. ff.mandat.* item vel In præsens (hoc est, vt statim gerat officium:) vel In diem, vt post calendas Iunij: vel Ad diem, *l.3.hoc tit. Specul. de procurat. §. venum. n.13.* vt vsque ad annum: vel sub Conditione, *l.3.hoc tit.* vt si Titius litem mouerit. Potest etiam præfici vel Generaliter ad omnia negocia, vel Specialiter ad certam causam: *l.mandato.60.hoc tit.c. qui generaliter. 5. in princ. eod. lib. 6.* item cum clausula Cum libera, hoc est, adiecta potestate plena & libera pro domino agendi, faciendi, administrandi ea omnia, quæcunque in causa dominus ipse agere facere coràm posset.*d.l.mandato.60. l.procurator. 63. hoc tit.c.4.§.fin.eod.lib.6.Bart.in l. credi:.60. in l. Lucius.ff. mand. & l. procurator. 58. hoc tit. in l.3.§. si ego. de oper. nunc.in l. 2.ad Trebell. gloss.in ca.per tuas.& c.ex parte. de arbit.per text. in c. cum contingit.de transact.in c.cum dilectus. de relig. domib. & l.1.de off.procurat. Cæsar. Bald.in l. si procurator.* C. *de procurat.& in c.1.§. nomina. in fin. de pace constant. vbi tradũt.quomodo procurat. cum libera constituatur.* Procurator item vel In iudicio, vel Extra iudicium constituitur. In iudicio quidem ex parte agentis, si dominus mandatum actis insinuet, hoc est, literas mandati offerat iudici, aut mittat, & ad acta redigi curet: aut si ipse coram iudice procuratorem eligat, eiúsque personam confirmet, & se ratum habiturum quicquid ille gesserit, polliceatur & caueat. *§. sin autem. Instit. de satisdat.* Nam hæc promissio de ratihabitione, in omni mandato & constitutione procuratoris est necessaria, *l. si procuratorem. 65. (vbi Bart.& Dd.) hoc tit. Specul. in tit.de procuratore. §.ratione formæ. num. 13. & 19.* Extra iudicium verò constituere procuratorem actor potest, aut coram notario & testibus: aut si is haberi nequit, literis, priuato vel (quod firmius est) publico sigillo consignatis. *d. l. si procurator. 65. vbi Bart.numer.3. Specul. præalleg. loc. numer.8.9. per l.penult.§.fina. de pignor.* Et hoc casu, quando sic de mandato constat, non cogitur procurator cauere rem ratam dominum habiturum. Vbi nanque mandatum certum est, ratihabitio nunquam est necessaria, *l.vnic. C.de satisd.l.1. vbi Dd. C. eod.* nisi defensionis fortè nomine. *l. seruum.33. §. ait prætor. hoc tit. vide in fin. huius tit. de defens.* Quòd si porrò nullum omnino exhibere mandatum potest, tunc ne offerens quidem cautionem, inuito aduersario, nisi pro coniuncta persona recipitur. *l.sed & hæ.35. h. t. l.exigendi.12.l.maritus.21.C.eod.* Sin autem probabiliter dubitetur, vtrum quis mandatum habeat an non, hoc casu cum cautione de Rato admittitur, *§.si verò in personam. Instit. de satisd. Cuiac.obser.lib.7.cap.26.* vt si proferat in iudicio mandatum aliqua ex parte mutilum, aut insufficiens. *ita communiter distinguunt glo. & Dd. in d.l.1.C.eod.& in c.1.vbi glos. ad verb. portitorib. extr.eod. glos. in l. non solùm. 39.§. qui alienæ. ad verb. debet. hoc tit. Specul. de procur. §. 1. nam.31. per l. si antè.8.de negoc. gest. Chil.in pract. cap.12. numer.2.* Moribus tamen patriis vno casu indistinctè procurator satisdare cogitur, non quidem de Rato, sed de expensis & Reconuentione: videlicet si principalis actor, bona immobilia in loco iudicij non possideat. *vt tradit Chil. in d.pra. cap. 47.* Procurator autem rei eodem modo aut in iudicio aut extra iudicium constituitur, sed adhibita satisdatione Iudicatum soluì: *l.iudicatum. 6.ff.iud. solui.* eóque nomine hypothecam suorum bonorum supponere pignori reus debet.*l. qui proprio. 46. hoc tit. §.sin autem. Instit.de satisd.* Quòd si ipse principalis hanc satisdationem non præstiterit, ad eam indistinctè compellitur procurator: nec antè recipitur, quàm caueat de Iudicato soluendo, *l.vnic.C.de satisd.* etiamsi apud acta fuerit constitutus.*vt rectè Spec.de procur.§.ratione.num.4.* Nec enim rectè cautum esset aduersario de executione, si neque à domino, nec à procuratore eiusmodi satisdatio præstaretur. Vnde nata regula, Neminem in re aliena defensorem fore iustum, qui non satisdet de Iudicato soluendo. *l. qui proprio. 46.§.2.hoc tit. Bart.in d.l.si procuratorem.65. num. 1. vbi addit, etiamsi mandatum habeat idoneum procurator, tamen ad hanc cautionem teneri, nisi dominus ipse satisdedit.per l.vnic.C.de satisd.* Sed hæc cautio, moribus Saxonum neque à domino, hoc est, reo principali, nec ab eius procuratore peti, præstaríque solet. *vt Chil. præall. loc.docet.* itaque sufficit etiam à parte rei, vel mandatum idoneum exhiberi, vel iuxta distinctionem in actoris procuratore suprà positam, caueri de rato.

¶ Porrò quod ad formam instrumenti procuratorij attinet, cõtinere illud debet nomen constituentis, & procuratoris constituti: item contra quem, in qua causa, corã quo iudice, & ad quos actus procurator eligatur. *Spec in d.§.ratione.num. 20.per c.accidens. c. constitutus. ex eod. d.l.si procuratorem.*

ratorem.65.hoc tit. Solent item præcipui actus exprimi: puta ad agendum, offerendum, aut recipiendum libellum, excipiendum, litem contestandum, producendum testes, audiendum sententiam, *Spec.in d.§.ratione.num.7.* &c. Et quoniam nonnulla sunt, quæ speciale mandatũ requirunt, nec in generali comprehenduntur: *c. in prin.& c.5. de procur.lib.6.* vt iuramentum deferre, referre, præstare, *l.iusiurandum.18.§.fin.de iureiur.* transigere, paciscí, petere in integrum restitutionem, & similia.*d.c.4.§.fin.* ideo qui plenũ liberũmque dare vult mandatum, aliqua horum in instrumento vt exprimat, necesse est: puta, Concedo potestatem iurisiurandi deferendi, &c. ac postea subiicienda generalis clausula: Et omnia reliqua agendi, quæ ipse dominus præsens agere facere posset. *vt traditur in d.c.1.eo. lib.6.vide de hac forma Spec. in d.tit.de procur.§. vt autem per tot.* Illud etiam sciendum est, in omni instrumento procuratorio inserendam esse clausulam, Ratum haberi quicquid procurator gesserit:*d.l.procuratorem.65.vbi Bart. hoc tit.* nec sufficere ita poni, Quicquid legitimè gestum fuerit. nam dominus semper cauillari posset, non legitimè gestum esse. *vt rectè Spec. in d.§.ratione. num.4.* Item, annum & diem constitutionis instrumento inserendum. *Spec. in d.§.ratione.num. 15.per c.fin.de procur. c. post cessionem. de probat. tot. tit.in Auth. vt nomen Impera.* & aliquo sigillo, publico vel priuato, illud signandum: *d.l.si procuratorem.* & in summa, stylum illius curiæ, vbi procurator constituitur, seruandum esse: *l.semper. 34.l.contractus. 23. de reg.iur. l.si fundus. 6. de euictio.Spec.præall.loc.* Nihil verò interesse, vtrum instrumentum procuratoris constituatur in prima persona: vt, Ego talem constituo. an in tertia: vt Titius constituit, *Spec. in d. §. ratione.num. 15.& in §. vt autem.num.7. per c.dudum.de conuers. coniug.* &c. Item, vtrum verbis præteritis, an præsentibus. *Spec. præall. loc. num. 7.* Quod ad probationem verò procuratorij mandati attinet, probatur illud aut instrumentis, aut Testibus, aut Præsumptione. Instrumentis, vel publicis vel Priuatis: *c.petitio.9. ex eod.l.si procurat. 65.hoc tit.* vt cum per acta publica, aut instrumentum à notario vel domino confectum. de mandato docetur. *§.sin autem. Inst. de satisd.d.l.si proc.65.* Testibus, vt quando nuncupatur procurator coram duobus aut pluribus, qui postea testimonium de mandato perhibent. *Bart. in d. l.si proc. 65. num. 3. Spec. de proc. §. ratione.num.13.* Cum enim mandatum, quo procurator constituitur, solo contrahatur consensu: *Instit.de obligat. ex cons. in princ. ad verb.mand.* & nudis verbis, hoc est, absque stipulatione: *Paul.lib.1.tit.3. §.proc. Instit. de his per quos ager.poss.* sequens est, sicut geri coram testibus hic contractus potest, ita & posse per testes probari. *l. cum instrumentis.10.l.non idcirco.12.C.de fide instru.l pacta. 17.* C. *de pact.l.4.de pig. cum simil.* Præsumptione probatur mandatum, ex coniunctione sanguinis: *l. sed & hæ.35. hoc tit.l.maritus.21.C.eod.* item si constet dominum esse præsentem, neque cõtradicere procuratori agẽti: *l.qui patitur.18.mand.* si proferantur instrumenta principalis negocij, quæ nemo sine mandato alicui cessurus præsumitur. *Bald.in l.si mulier.11.num.2.C.de pact.conu. Canon. in c.coram.de offic.del. Roma.sing.643. & cons.446. Alc.in tract.præsumpt.reg.1.præs.33.nu.4.*

¶ Finis procuratorij mandati est, vt quia rebus ipsi suis interdum domini superesse vel nolunt vel nequeunt, eorum negocia per alios ad id idoneos, expediantur. *l.1.in fin.hoc tit.* Procurator datur aut ad Agendum, aut ad Administrandum: & vel ad lites Omnes, vel ad Speciem vnam. *l.1.§.1.hoc tit.* Cuius rei vtilitas & publicè & priuatim latissimè patet. Vnde I.C. inquit, Etiam publicè interesse, vt absentes defendantur. *l. seruum. 33. §. publicè. hoc tit. l.4. §.1. de act. & §.1. Instit.de oblig. quæ ex q. contract.* Effectus autem suscepti mandati procuratorij hic est, vt qui suscepit, etiam inuitus absoluere & exequi mandatum authoritate magistratus cogatur. Prætor enim se coacturum edicit: *l.filiusfamiliàs.8.§ fin. l.sed & hæ.35.§.fin.hoc tit.* nisi videlicet iustissima causa excusare se procurator possit: puta ob valetudinem, aut necessariam peregrinationem, aut inimicitias quæ postea inter dominum & ipsum sunt exortæ, aut munus publicè impositum, aut alias occupationes quæ derepente inciderint, & à quibus procurator non nisi cum suo damno queat abesse. Nec enim æquum est, procuratorem ad id compelli, vt suis neglectis aliena prouidere atque persequi cogatur: *d.l.filiusfamiliàs. 8. §. fin. cum trib. ll.seqq. hoc tit.* ne suum ei officium sit damnosum. *l.sed si quis.7.in princ. ff.quemadmodum, testa. aperian.* Procurator autem qui vel sponte vel coactus suscipit negocium demandatum, & tractare incipit, ipsa tractatione, postquam res desiit esse integra, fit dominus negocij, tam extra iudicium. *l.eum.§.fin.de constit.pec. Bart in l.1.num. 5.* C. *de senten. & interloc.per l.stipulatio ista. §.si quis insulam. de verbor. obligat. l.1. de stipul.serno.* quàm in iudicio. Vnde receptum est, procuratorem post litis contestationem, litis dominum appellari. *l. procuratoribus. 22. l. nulla.23. C.eod.l.4. §.fin.de appell.c.1.§.1.eod.in 6.* Quare litem ante contestatam quamuis procuratorem constituere nequit, quia dominus necdum est.*vt traditur in l.licet.11.C.eod.* quia nec lis est:*l.amplius. rem rat.hab,* tamen post eam contestatam suo arbitrio substituere potest,*d.l.nulla.d.l.4.§.fin.l.neque 11. C.eod. Mynsing.obseru.43. centur..1.* & omnia gerere, facere, ex bona tamen fide,*l.sed & hæ.35. §. 2.l. qui proprio.46.§.procurator.hoc tit.l.si fideiussor. 29.mandat.* quæ dominus facere posset, *c.1. vt lite non contestata.* Nam nec melior nec deterior est procuratoris conditio, quàm domini, *l.sed & hæ.35.§. defendere.l. non solùm.39. hoc tit.* in causa videlicet sibi mandata, in qua eius factum domino nocet, & prodest, *c.1. & 2.de confess.in 6.l.2.§.fin.quand.appell. l.3. vbi Salic. C. eod.* non etiam si quid extra

fines mandati gerat vel committat: *l. in causa.* 27. *hoc tit. l. si procur.* 10. C. *eod. cap. cum olim.* 32. *de off. deleg. las. post Bart. in l. vnic. §. si procurat. num.* 7. *&* 8. *si quis ius dicen. Panor. Felin. Soc. in c.* 1. *vt lit. non contest.* nisi idem dominus quoque facere teneretur, puta se defendere. Nam & hoc procurator actoris facere debet; etiamsi eius rei mandatum non habeat, *l. seruum.* 33. *§. fina. l. mutus.* 43. *§. penul. l. penul. hoc tit. l.* 3. *C. eod.* Amplius procuratoris persona eadem esse cum domini persona fingitur: *l. si procurator.* 11. *vbi gloss. fina. ad verb. admisit. de doli mali excep.* quanquam alienare, vel innouare, vel transigere nequeat, nisi sit procurator cum libera: *l. procuratorem.* 16. C. *eod. l. procur.* 63. *l. procur.* 58. *l. sed & id.* 59. *l. manda.* 60. *hoc titul.* multo verò minus (etiam cum libera constitutus) donare. *l. pactum.* 22. *C. de pact. vbi dixi.* Aliquando procuratoris etiam potior habetur ratio quàm domini, scilicet quoad lis durat. Nam citationes omnes dirigendæ sunt ad procuratorem, non ad dominum: *l.* 1. *C. de sent. & interloc.* & omnes actus iudiciarij, ab illo, non à domino sunt exigendi: *d. cap.* 1. *vt lit. non contest. cap.* 1. *& 2. de confess. in* 6. atque ipsa adeo sententia est in procuratorem, (quanquam iudicati actio in quasi defensorem nunquam detur, *l. si procurator.* 28. *in fin. hoc tit. Cuiac. ad Paul. lib.* 1. *tit.* 2.) non in dominum proferenda. *d. l.* 1. *C. de sent. vbi hoc gloss. Bart. & alij disputant. l. si quis.* 31. *hoc tit. l. liberto. §. fina. de negoc. gest. Canon. in cap. querelam. de electio.* Quod tamen intelligendum est de his, in quibus executio sententiæ perinde fieri potest in procuratorem, ac in dominum: vt in ciuilibus & pecuniariis causis: secus est in iis, in quibus executio fieri nequit in procuratorem: vt in criminalibus, matrimonialibus, & id genus alijs. *l. fina. in fi. vbi glo. C. de iniur. gl. Bar. & DD. in l. nihil.* 20. C. *eod. & in l.* 1. C. *de sent.* Ad effectum obligationis procuratoriæ, pertinent etiam actiones, quæ vltrò citrò que domino & procuratori dantur. Nam actio, proprius est obligationis effectus. *l. licet.* 42. *§. ea.* 2. *vbi DD. hoc notant. hoc tit.* Hæc igitur obligatio, quæ inter dominum & procuratorem consistit, Mandati actionem parit: *d. l. licet. §. ea.* quam dominus in procuratorem ex variis causis intentare potest: vt si procurator susceptum negocium exequi nolit: *l. filiusfamil.* 8. *§. sed etsi. hoc titul. l. si procuratorem.* 8. *§. sed etsi. mandat.* si in officio aliquid detrimenti, per dolum aut negligentiam intulit: *l. si quis.* 38. *§ si quis.* 9. *de pœnis.* si per iniuriam aut collusionem, aduersarium absolui passus sit: *d. l. si procurator.* 8. *§. sed etsi.* item vt rationem omnium, quæ ex mandato & gestu consecutus est, siue iuste consecutus sit, siue iniustè, *l. qui proprio.* 46. *§. procurator.* 4. *hoc titul.* reddat, quæsitásque cedat actiones. *d. l. si procura.* 8. *§. fina. cum ll. seqq. ff. mandat.* Sed an sine cessione de gestu procuratoris actiones aduersus tertium domino dabuntur? I. C. quidem ait, per procuratorem retineri potius actiones quàm acquiri: *l. per procuratorem.* 72. *hoc titul.* sed æquius est, & verius, Vtiles saltem actiones domino contra tertium suppeditari: quando in rem eius contractum sit, & ipse quodammodo contraxisse videatur qui per alium contraxit. *l. in causæ.* 27. *§. fin. l. si procuratorem.* 28. *l. quod procurat.* 68. *hoc tit. l. Iulianus.* 14. *§. si procurat. de actio. empt.* Quare quod I. C. dicit, retineri, non acquiri actiones per procuratorem: de directis, non etiam de vtilibus videtur intelligendum. Econtrario procuratori datur in dominum ex Mandato actio; non quidem Directa, quia non est par eius causa cum domino, sed Contraria: *d. l. licet.* 42. *§. ea. l. qui proprio.* 46. *§. idem hoc titu.* vt si quid præstitit ex mandato, nomine domini, id consequatur. *l. si quis.* 31. *d. l. qui proprio. §. procurat. & §. penultim. hoc titu.* Æquum est enim impendia restitui, *l. actoris.* 30. *d. l. qui proprio. §. penult. l. si quis.* 31. *hoc titul. l. qui mutuam.* 56. *§. fina. infr. mand.* siquidem bona fide expendit. Nam si quid profusè & non necessariò consumpsit, vel à iudice propter delictum mulctatus est, eius sumptus in hoc Contrario iudicio non habetur ratio. *d. l. qui proprio.* 46. *§. proc.* 4. Si quid tamen extra mandatum impendat in vtilitatem domini, quod etiam ipse dominus verisimiliter impensurus fuisset, potest id repetere; non quidem Mandati actione (quoniam eius rei mandatum non habuit) sed Negociorum gestorum. *l. si quis.* 41. *d. l. qui proprio. §. procur.* 4. *in fin. hoc tit.* Æquum est enim nusquam illi officium esse damnosum. *l. sed si quis.* 7. *quemadmodum test. aperia.* Quin & retentione quæsitarum rerum, procurator vti potest: necantè rationes reddere tenetur, quàm illi planè sit à domino satisfactum. *l. quæ omnia.* 25. *in fin. cum l. seq. hoc tit.* Quòd si dominus soluendo non sit, licitè petit, & illud actoris procurator, vt ex re iudicata sibi satisfiat. *l. actoris.* 30. *hoc tit.* Atque etiam non modò aduersus dominum, sed etiam contra substitutum, item eos quibus cum contraxit, rectè quiuis procurator agit. *d. l. si procuratorem.* 8. *§. si quis* 2. *mandat.* Quod autem de impendiis dictum est, idem & in salario obtinet; iis videlicet casibus vbi debetur. *l. salarium.* 7. *cum ll. seqq. l. qui mutuam.* 56. *§. fin. ff. mand. l. salarium.* 17. C. *mand. vide l. sumptus.* 53. *de pac. §. fin. Instit. de mand.*

¶ Iam de interpretatione huius constitutionis, contractúsque procuratorij, regulas quasdam percenseamus. Procurator constitutus ad prosequendum iudicium petitorium, videtur etiam constitutus ad exercenda iudicia Præparatoria & Possessoria, etiamsi aliud mandatum non habeat. *text. in l. ad rem.* 56. *l. ad legatum.* 62. *hoc tit.* Nam cum aliquid mandatur, omnia intelliguntur iniungi, sine quibus commodè ad exitum res mandata perduci nequit, *l.* 2. *de iurisdic. omn. iudic. l.* 2. *& l. fin. de offic. eius cui manda est iurisd.* Sic in duplicibus iudiciis datus procurator ad agendum, videtur etiam datus ad defendendum, ex horum iudiciorum natura: *l. si defuncius.* 15. *in fin. hoc tit.* in aliis etsi ad defendendum mandatum habere non intelligatur,

gatur, tamen defendere debet. *l. seruum.* 33. *§. fin. l. penult. hoc tit.* Procurator autem ad agendum datus, intelligitur dari sine præfinitione temporis: scilicet vt pro suo arbitratu aut statim agat, aut ex interuallo, cum erit opportunum. *l. qui procuratorem.* 57. *hoc tit.* Quare & ad duas res petendas suffectus, potest vnam statim petere, alteram ex interuallo. *l. fin. hoc tit.* Procurator omnibus causis præpositus intelligitur etiam datus futuris, *vt vult. Spec. toto tit. de procur. §. ratione formæ. numer.* 8. *& 9. per l. fin. de pign. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* non tamen criminalibus. *vt rectè ibidem Speculator. num.* 8. In nullum namque mandatum, quamlibet generale, criminalia veniunt, multo verò minus ipsum crimen mandatum intelligitur, *l. creditor.* 60. *§. penult. mand.* aut facta donandi potestas. *l.* 4. C. *de nouat. DD. in l. pactum.* 22. *C. de pact. l. præsei.* 12. C. *de transact.* Cum procuratores plures simul dantur, in solidum dari non intelliguntur: sed pro parte tantùm, hoc est, vt alter sine altero agere non possit, nisi fuerit aliter cautum. *c. si duo.* 6. *ex. de procuratorib. lib.* 6. *Mynsing. obser.* 47. *cent.* 1. Si procurator & mandatum generale & speciale habeat, aut duo diuersa mandata: siquidem diuersis temporibus sint data: posterius derogabit priori: *iuxta reg. l. pacta nouissima.* C. *de pact.* sin idem sit tempus in vtroque, id quod specialius est, anteferetur generali. *d. c. non iniustè. de procurat. Specul. d. tit. de procur. §. ratione formæ. num.* 13. Illud etiam dubitari potest, si quid obscuratis sit in mandato, pro vtro facienda sit interpretatio. Nam quidam existimant, dominum qui mandatum dedit, posse pro suo commodo atque arbitrio interpretari. *Specul. in d. §. ratione formæ. num.* 11. *per l. fin. C. de ll. l. in prætoriis.* 9. *de prætor. stipulat. cum similib.* Alij contrà statuunt, interpretationem à procuratore contra dominum esse faciendam: quia imputandum huic est, quòd legem instrumenti non dixerit apertius. *iuxta reg. l. veteribus.* 39. *de pactis. l. Labeo.* 21. *de contrah. empt.* id quod verius esse videtur.

¶ Affinitatem porrò quandam cum procuratoribus, Aduocati & Patroni causarum habere videntur: quod tamen secus est. sunt enim horum officia multis modis distincta. *vt rectè Bald. in l. cum oportet.* 6. *in princ. num.* 16. *C. de bo. quæ libe.* Id quod vel inde perspici potest, quòd traditum est, filiumfamiliàs, quicquid ex patrocinio quærit, sibi quærere, non patri, tanquam peculium quasi castrense. *l. fin. C. de inoff. testam.* Quod autem quærit ex procuratione, id non esse quasi peculium castrense: quia non est autoramentum alicuius doctrinæ vel ingenij, sed solummodò quæstus communis negociationis. & (vt loquitur Baldus, *Bald. in d. l. cum oportet.*) mercantiæ. Quare quo ad vsumfructum, vult hæc patri acquiri. Et sinè ita se res habet, vt procurator tantùm communes operas, in tractanda, seu (vt nunc loquuntur) in sollicitanda causa præstet: patronus autem nauet operam singularis doctrinæ, atque honestissimæ artis in causa aliena ex iure defendenda. Procurator velut administer administrat domino, patronus meritis causæ. Ille agit nomine litigatoris, quicquid hunc in causa facere oportet. Aduocatus ex suo officio agit causam, & ius eius ostendit, ac defendit, velut antistes iustitiæ, iurisque tutor, ac vindex. Ideo procuratoris officium vt priuatum vilius habetur, ita vt à decurionibus, nobilibus militibus exerceri non possit. *l. si quis decurio.* 16. *l. si quis procuratorem.* 34. *C. de decuriis. lib.* 10. At aduocatorum officium publicum est, plerunque dignitatis ac militiæ priuilegiis honestatum. *l. laudabile. cum seqq. C. de aduoc. diuers. iudic. l. prouidendum. vbi Bald. & alij notant ad verb. nobilissimos. C. de postul. c. quia episcopos. in fin. in verbo, laudabilis artis.* 5. *qu.* 3. *Quæ de re plura DD. in l. quisquis. vbi gloss. ad verb. honori suo. & in l. aduocati. C. de postul. & in l.* 1. C. *de aduoc. diuers. iudic. vbi aduocati inter clarissimos recensentur.* Maiorem autem affinitatem cum procuratoribus habent Notarij: quorum officium eadem ratione vtilius censetur, vt à decurionibus exerceri non possit. *l.* 1. *&* 2. C. *de tabell. & scrib. lib.* 12. quanquam notariorum officium magis est publicum: *c. quoniam. ext. de prob. Dec. in l.* 2. *de reg. iur.* procuratorum, vt antè dictum est, priuatum. Est etiam consimilis procuratori nuncius: vnde & sæpenumerò promiscuè nuncij & procuratores appellantur: *c. causam. in fin.* 19. *de testib.* maiorem tamen potestatem habet procurator, quia causæ dominus est: nuncius autem non est causæ dominus, sed nudus executor, vicem gerens epistolæ, seu vocis siue organi & instrumenti, per quod dominus agit. *Speculator. in d. tit. de proc. §. vbi. num.* 5 Maximè autem, & ferè per omnia procuratoribus similes sunt, imò inter genera procuratorum rectè numerantur Defensores, *l. Pompon.* 40. *§.* 2. *l. Plautus.* 61. *l. si procurat.* 28. *in fin. hoc tit. Cuiac. ad Paul. lib.* 1. *tit.* 2. Cognitores, *Paul. libro* 1. *tit.* 2. *vbi Cuiac.* item qui sine mandato ad alterius negotium gerendum accedit: qui extra iudicium Negociorum gestor, in lite Voluntarius procurator appellatur. *Paul. lib.* 3. *Cicero in Brut. vide Cuiac. lib. obser.* 10. *cap.* 25. Item Vindices, *Boet. in Topic. Cuiac. libro* 5. *cap.* 29. Syndici, & Actores: de quibus paulò pòst opportunius dicetur.

¶ Et hæc hactenus de constitutione procuratoris dicta sufficiant: nunc contrà quibus modis ea constituto dissoluatur aut reuocetur, & quid contra eam obiici excipíque possit, postremò est recensendum. Qua in parte reuocanda in memoriam est regula sæpe tradita: Vnumquodque eodem modo dissolui quo colligatum est. *l. ab emptione.* 58. *de pac. l. nihil tam naturale. de reg. iur. c.* 1. *ex eo.* Vt igitur procurator mutuo consensu constituitur, ita & eodem consensu reuocatur. *l. mutari.* 24. *h. t.* Vnius autem voluntate non semper, nec eodem modo solui hæc obligatio potest. Quare distinctione res est explicanda.

A Dominus igitur ante litem contestatam reuocare, aut mutare procuratorem potest: *l. ante litem. 16. hoc tit.* quia res adhuc videtur integra. *l. 5. de iurisd.* Est autem in omnibus hoc mandatis translatitium, vt ante Rei exceptionem dominus, cuius causa contractum est, reuocare mandatum possit. *§. rectè. Instit. de mand. l. si verò. 12. §. penult. l. si quid. 37. §. 1. inf. mand.* Quare quandiu res est integra, tam extra iudicium quã in iudicio, procuratori inchoandi negocij potestas rectè B præuertitur ac adimitur: Postquam verò res cœpta est, non tam facilè reuocatio conceditur: ne videlicet damno mandatarius afficiatur. *d. §. rectè. Instit. de mand.* Itaque post litem contestatam, qua res integra desiit esse, *vide in l. vbi cæptum. 30. de iud. in l. 5. l. si conuenerit. 18. cum l. seq. de iurisd. l. si cum. 22. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim.* dominus non nisi ex iustis causis reuocare mandatum potest. *l. post litem. 17. hoc tit.* Iustæ autem causæ sunt, ætas procuratoris, minus apta negociis: item valetudo, occu- C pationes, & reliqua impedimenta, quibus dominus ita distringi procuratorem animaduertat, vt suis negociis commodè præesse nequeat, *d. l. 17. cum multis ll. seq. hoc tit.* item & suspiciones, propter quas probabiliter opinatur procuratorem suis rebus minus vtilem affectumque esse, vt sunt inimicitiæ, item affinitates aut amicitiæ cum aduersario contractæ. *l. vel exilio. 21. cum multis ll. seqq. hoc tit.* His autem ex causis mu- D tatio facilè domino permittitur, quia procurator vix honestè se illi opponere potest: fit enim eo ipso suspectus quòd in rem alienam inuito domino se ingerere velit: *l. quæ omnia. 25. §. 1. hoc tit.* nisi fortè iustam habeat eius rei causam: vt quia sumptus fecit, quia in rem suam datus est, *d. l. quæ omnia. §. fin. cum l. seq. l. procuratore. 55. hoc tit.* quia dominus partem solummodò negocij *l. in causæ. 27. hoc tit.* reuocat, &c. Econtra- E rio quoque ex iisdem causis petere potest procurator, vt inuito etiam domino hoc onere liberetur: puta si inimicitiæ ortæ sunt, si valetudo aut occupationes eiusmodi, profectionésue obuenerint, vt procuratori non sit integrum susceptum onus exequi. *l. filiusfamiliâs. §. fin. cum multis. ll. seqq. hoc tit.* Finitur etiam mandatum, finita instantia: videlicet lata sententia definitiua. Nec enim cogitur procurator in secunda instantia, hoc est, in iudicio appellationis operam suam præbere: *l. inuitus. 17. vbi Dd. C. eod.* F cum in paucis sufficiat, rebus amici, consuluisse: *l. tutori. 20. C. de neg. gest.* nec vlterius grauandus procurator sit, quàm quatenus negocium in se suscepit. Suscepit autem iudicium, id quod per sententiam soluitur. *l. iudex posteaquam. 55. de re iudica.* Solui igitur & eius obligationem, vt & fideiussoris, *l. Græcè. 9. §. 1. vbi not. Bart. de fideiuss.* eodem tempore, par est. Sed & si dominus soluendo esse desierit, aut bona eius à creditoribus possideantur, iustè illi nuncium mittit procura- G tor: ne fortè in damnum incidat, cum domino non sit superfuturum, vnde depensi sumptus re-

sarciri possint. *l. sed & hæ. 35. §. fin. hoc tit.* Quæ ratio in contrarium ita valet, vt ex sola fortunæ procuratoris mutatione ac calamitate, reuocari vel tacitè mandatum intelligatur. *l. cum quis. 38. in princ. vbi Bart. l. si cum Cornelius. 82. vbi Bart. num. 1. de solutio. Bald. in l. mandatum. nu. 19. C. manda. Felin. in c. ex parte. num. 21. de rescript. Cyn. & Fab. in l. falsus. C. de furt.* Ex his quidem modis inter viuos obligatio procuratoria dissoluitur: in quo tamen illud tenendum est, mutationem procuratoris in idem recidere cum reuocatione, eademque in mutatione obtinere, quæ de reuocatione diximus: *l. si quis. §. fin. hoc tit.* & cum disceptatio hac de re inter dominum & procuratorem incidit, esse iudicis, Summariè & de Plano hoc incidens negocium definire. *l. quæ omnia. 25. l. in causæ. 27. hoc tit.* Sed & morte alterutrius quandoque mandatum soluitur. Nam quodcunque voluntate, id etiam plerũque morte reuocatur: quoniam hac voluntas finitur. *l. 4. in fin. locat.* Quocirca re integra, mortuo domino, mandatum reuocatum intelligitur: nec obligatus est hæredibus procurator. *l. si defunctus. 15. hoc tit. l. inter. 26. in princ. l. qui negocia. 34. §. fin. ff. mandati. §. rectè. Instit. de mand. l. 5. vbi Dd. s. de iursdictione. & in l. diem functo. de offic. assess.* Econtrario quoque mortuo procuratore obligatio hæc commoritur, etiamsi res desierit esse integra. *l. tam ex contract. lib. 57. de iudic. l. si quis. 27. §. qui suscepit. infr. mand.* Nec enim ad hæredes transit, quod electa videtur personæ industria. *l. vnic. §. vbi autem. C. de caduc. toll.* Aduersantur etiam huic constitutioni Exceptiones: quæ procuratoribus quoniam obiiciuntur, à re vocantur Procuratoriæ, *l. itaque. 48. l. qui procuratorem. 57. hoc tit.* vel Dilatoriæ: quia opponuntur, non sicuti Peremptoriæ post litem contestatam, sed vt Dilatoriæ litis ante contestationem, *l. ita demum. 13. vbi Dd. C. de proc.* Sumuntur autem istiusmodi exceptiones partim à defectu Causæ efficientis, partim à Vitio materiæ, partim à defectu Formæ. Ratione causæ perfectricis quæ deficiat, excipitur: si allegetur aut falsum esse mandatum, aut dolo, vel errore, vel metu expressum: item si opponatur aliquid aut personæ mandantis, aut mandatarij: vt si negetur constituens ius habuisse: puta quia non dominus, aut quia causa ad eum non pertinet, *l. neque. C. eod. cum simil.* aut quia excommunicatus, *c. fin. ex eo.* filius familias, & denique eiusmodi qui ius dandi nullum habeat. Item si obiiciatur procuratori causam eum non intelligere, nec commodè tractare posse. *c. in pertractandis. de iuram. calum. l. si actore. 29. h. t. Spec. de proc. §. ratione igitur sui. num. 35.* Item quòd procurator esse nequeat quia excommunicatus, *c. post cessionem. 7. de probatio. c. intelleximus. de iud. c. prudentiam. §. 6. de off. deleg.* reus criminis *l. reum. 6. C. eod.* redemptor litis *l. litem. 15. C. eod. l. si contra. 20. C. mandati. l. si remunerandi. 6. §. maritus. ff. mandati.* clericus, *l. placet. 17. de episc. & cler.* medicus, aut alterius professionis artifex, qui ab hac functione meri-

tò sit

tò sit arcendus: *vt vult Specul. in d. §. sui. num. 35.* denique ex eorum numero, quos suprà diximus procuratoris officio fungi non posse. Qua tamen in parte distinguendum est, inter eos qui procuratores esse nequeunt, ex ea causa quòd legitimam personam standi in iudicio non habeant: vt est minor, *l. 1. & 2. C. qui legit. person. leg. clarum. 4. C. de author. præstan.* seruus, fœmina: *in d. tit. C. qui leg. person. standi. l. alienam. C. de procurat. & s. dictum est, numer. 4.* & inter illos, quibus quidem standi in iudicio ius est, sed aliqua præscriptione, puta militiæ, dignitatis, &c. ab officio procuratorio reiici possunt. Nam contra hos, si nihil fuerit initio exceptum, valet iudicium, nec post litem contestatam aliquid iis potest obiici. *leg. ita demum. 13. C. eod. l. qui procuratorem. 57. hoc tit.* Illis verò qui legitimam personam non habent, etsi nihil opponatur, tamẽ iudicium nullum redditur, eóque in quacunque eius parte (etiam post sententiam) vitium ostendi potest: illegitima enim persona, pro nulla est. Paria namque sunt, non esse, vel non legitimo modo esse. *§. sciendum. 3. Instit. de satisd. tut. leg. quoties. 5. qui satisd. cogan.* Quoties autem vna ex tribus iudicij personis deficit, puta actor, iudex, vel reus: toties nullum reddi iudicium necesse est. *cap. forus. de verb. signif. leg. iudicium soluitur. 58. de iudiciis. ita rectè & eleganter distinguunt Bart. Bald. & communiter Dd. in l. filiusfamiliâs. 8. §. veterani. hoc tit. Panor. & Canon. in cap. non iniustè. 14. ex. eod.* Ex defectu materiæ sumuntur exceptiones, si vel talis causa agatur quæ procuratorem nõ admittit, vt Criminalis, Popularis: vel si causa aliud mandatum quàm quod exhibetur, requirat: vt si generale mandatum exhibeatur in his, in quibus opus est speciali: *de quibus in c. qui ad agendum. 6. eod. lib. 6.* puta in causa Restitutionis, *l. Pomponius. §. fin. l. illud. §. si talis. de minor. c. per tuas. c. coràm. de restit. in integ. Dd. communiter in l. vnic. C. etiam per procur. caus. in int. rest. agi posse.* Matrimonij & Sponsaliorum, *c. 1. & 2. de despons. impub. c. veniẽs. qui cler. vel vouen.* Suspecti tutoris, *l. non solum. 39. § fin. hoc tit.* Iurisiurandi, *l. iusiurandum. 17. §. fin. hoc tit.* Transactionis, *c. contingit. de arbit. l. mandato. 60. hoc tit.* & aliis similibus. *vide Speculator. tit. de procurat. §. ratione igitur sui. numer. 4. cum mult. seqq.* Ex defectu formæ: si mandatum perhibeatur insufficiens, quòd clausulas non habeat vsitatas: aut quòd habeat inusitatas, aut quòd fines mandati procurator excedat: *l. si procurator. 10. C. eod. l. itaque. 48. hoc tit. c. cum olim. 32. de offi. deleg.* item si excipiatur mandatum non rite, aut plenè, aut non satis clarè conscriptum, aut non authenticè sigillatũ, *l. si qua. 22. vbi Bald. C. de episc. & cleric. cap. 1. de pecul. cler. cap. 1. ex. eod. cap. post cessionem. de probat. cum simil.* aut non debita forma transmissum ad iudicem vel aduersarium: *iuxta l. si procuratorem. 65. hoc tit. & Spec. in dict. §. ratione autem formæ. in prin.* aut reuocatum, vel aliqua in parte mutatum esse mutilatúmque. *l. ante. 16. cum seqq. hoc tit. cap. in nostra. ex eod.* Et denique ex consideratione formę & clau-

A sularum obligationis procuratoriæ, de quibus suprà dictum est, variæ exceptiones pro re nata sumi possunt: quæ omnia hîc iterum repetere, non est necesse. Nunc ergo ad alteram huius tituli partem, quæ de Defensoribus inscribitur, transgrediamur.

¶Defendere, est iudicium Rei nomine suscipere, & eandem vicem obire, quam reus subiturus esset. *leg. sed & hæ. 35. §. defendere. leg. filiusfamiliâs. 8. in princ. leg. minor. 51. hoc tit. leg. rectè. 63. de* B *iudic.* Latius igitur patet appellatio Procuratoris, quàm Defensoris. Nam procurator tàm est actoris, quàm rei, & tàm in iudicio, quàm extra iudicium interuenire dicitur: defensor autem tantummodò in iudicio appellatur is, qui est rei procurator, aut actoris quatenus reus est, in reconuentionem: & plerunque defensor dici solet, qui citra expressum mandatum ad defendendum venit. Defensores autem quidam Necessarij sunt, quidam Spontanei. Nam alij ne- C cessariò coguntur defendere: alij sponte & vltrò, ad propugnandam amici causam accedunt. *l. liberto. 31. §. litem. 20. de neg. gest. leg. tutori. C. eod. tit.* Necessariò defendere coguntur, qui alieno nomine agunt. *leg. seruum. 33. §. pen. & fin. hoc tit.* Vt enim principalis dominus agens, non haberet excusationem reconuentus, quin se defendere cogeretur: *leg. 2. §. sed etsi agant. inf. de iudic. l. cum Papinianus. 14. C. de senten. tot. tit. ext. de mut. petit.* ita nec procurator habet, qui loco domi- D ni est. *l. non solum. 29. §. 1. hoc tit.* Quare non solùm is qui ex mandato agit, sed & coniũcta persona si agere velit, etiam defendere debebit. *leg. sed & hæ. 35. in princ. hoc tit. leg. non solum. 29. §. si de dote. 3. hoc tit.* Quod tamen non obtinet in eo, qui Populari actione agit etiam alieno nomine: hoc est, eius cuius potissimùm interest, hic enim non tàm alienum, quàm ius suum videtur persequi. *l. mutus. 43. §. in popularib. hoc tit.* Quare & idem dicendum est, si pater agat nomine E filij, aut maritus pro vxore, Iniuriarum actionę: videntur enim suam potius iniuriam, quàm alienam prosequi. *d. leg. non solum. §. si pater. 4. hoc tit.* Sed & qui ab actione desistit, defendere non cogitur. *leg. sed & hæ. 35. §. fin. hoc tit.* pœna enim non defendentis, hæc sola est, vt denegetur illi actio. *l. mutus. 43. §. pœna. hoc tit.* Sunt & aliæ causæ propter quas defensio detrectari potest: *in d. leg. mutus. 43. §. fin. cum ll. seqq. & in leg. seruum. 33. in fin. cum ll. seqq.* videlicet illæ quæ à procuratio- F ne excusant, de quibus suprà est expositum. Spõte verò quilibet ad defendendum admittitur, dummodò personam standi in iudicio legitimam habeat. Quanquam enim sine mandato, nemo procurator esse potest agentis, nisi coniuncta persona (vt suprà dictum est:) tamen in defensoribus aliud placuit, vt etiam extranei citra mandatum admittantur, quia causa defensionis Priuilegiata est: cum publicè intersit, cũctos etiam ignorantes defendi: *d. leg. seruum. 33. §.* G *publicè. hoc tit. l. 1. in fin. ff. tot. tit.* ne videlicet ignari damnum faciant, nemine eos defenden-

te.*l.1.§.fin.quod cuiusq; vniuers.* Nam iudicium in inuitum & absentem, ignorantémque redditur, *l.inter.83.§.1. de verb.oblig.* & bona non defensa possideri possunt. *d. l.1.§.fin. quod cuiusq.vniuers. tot.tit.de bon.auth.iud.poss.* Diximus autem, admitti qui legitimam personam standi in iudicio habent. Nam reliqui, qui ad agēdum non sunt idonei, hi ne quidem ad defendendum seu excipiendum recipi debent. *leg.4.quam ad hoc notant Bart. Bald.& Salic.C.eod.* Cæterùm inuitus qui defendere cogitur, is omnium actionum quę intentātur nomine, se ad defensionem offerre debet: *l.omnium.37.l.sed & hæ.35.l.non solum.39. hoc tit.* non tamen alio loco quàm vbi agit. Iniquum enim esset, procuratorem ad aliam iurisdictionem trahi, quam ipse agendo non agnouisset. *dict.l.sed & hæ.35.§.1.l.neque.54.hoc tit.* Alia porrò est causa illius, qui vltrò ad defendendum accessit: nec enim aliam subire cogitur disputationem, quàm quæ ab illo voluntariè fuit suscepta. *l. qui proprio.46. §.1. hoc tit.* Defendere porrò defensor boni viri arbitratu debet. *leg.pen.hoc tit.* nec videtur officio satisfacere, qui actorem frustrando, efficit ne lis ad exitum perducatur. *l.fin. hoc tit.* Debet autem defensor & satisdare, *d.l.sed & hæ. 35. §.defendere. hoc tit.* videlicet Iudicatum solui: *vt rectè ibid. gl. & Dd.* non enim idoneè rem tuetur alienam, nisi qui eiusmodi satisdationem præstare paratus est. *l.non videtur.53.l.qui proprio.46.§.qui alium. 2.hoc tit.* Interdum etiam & Rem ratam habiturū dominum cauere debet: vt est is, qui sine mandato agit, nempe coniuncta persona: item & is, qui non agens, tamen citra mandatum se ad defensionem offert. *leg.Pomponius.40.§.1.hoc tit.* Nam qui cum mādato agit, eum vix crediderim compelli posse, vt cautionem de Rato præstet: cum mandatum habens ad agendum, tacitè præpositus intelligatur & ad defendendum. *leg. ad rem mobilem. leg. seruum. 33.§. ait prætor. vbi Dd. hoc tit.* Denique defensor & iudicium ex bona fide suscipere, & omnia quæ dominus in iudicio facturus erat, quæque diligentem procuratorem facere par est, obire debet. *d. l.sed & hæ. 35.§.defendere.& §.præter.cum ll seqq.h.tit.l.liberto.31.§.litem.de nego.gest.* de quibus quia suprà satis est dictum, nihil attinet, eadem hîc iterum commemorare.

QVOD CVIVSQVE Vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur. Tit. IV.

1 *Continuatio.*
2 *Quid, & quotuplex sit vniuersitas: & de collegiis prohibitis.*
3 *Qui nam sint syndici, ecdici, actores, &c.*
4 *Causa efficiens: qui syndicum constituere (possint.*
5 *Qui syndici constitui possint.*
6 *Materia: quibus in causis syndicus cōstitui possit.*
7 *Forma: quomodo syndicus constituatur.*
8 *Finis et effect°: de off. et potestate syndici.*
9 *Contraria: & quib. modis finiatur syndicatus.*

1 QVANDOQVIDEM de Procuratoribus hactenus priuatorum exposuimus, tempestiuum est nonnihil subiicere de Procuratoribus Vniuersitatum & Collegiorū, quasi publicis: qui Syndici, Actores, & Ἔκδικοι nostris vocantur.

2 ¶Vniuersitas dicitur hominum, in ciuili societatę viuentium communitas, qualis est in oppidis & pagis: *Ang. Faber, & alij, in §.vniuersitatis. Instit.de rer.diuis.* cuius tria genera facit Bartolus. *cons.189.incip.primò quæritur.in prin.* Collegia autē dicta esse Varro scribit à simul Legendo, quia plurès in vnum corpus colleguntur. Nec enim vnus constituit Collegium, quamuis retineat: *l. sicut.7.§.fin.h.t.* sed plures, & non pauciores quàm tres. *l.Neratius.85.de verb.sign.* Collegium autem eodem modo distat ab Vniuersitate, quo pars à toto: nam non totius vniuersitatis, sed partis est, & aliquorum, qui instituendo collegium singulare, quia videntur se à iure & corpore totius vniuersitatis segregare, ac quandam secessionem à communitate facere, quod multis suspicionibus & odiis, etiam sumptibus est obnoxium, & laxationem disciplinæ plerunque propter frequentes, vt fit, collegarum comessationes, affert: ideo in iure collegia regulariter sunt prohibita, *tot.tit.J.de colleg.illicit. vbi vide.* vt & priuata conuenticula. *l.conuenticula.15.C.de episc.& cler.* exceptis iis, quæ lex aut Princeps bono publico vel constituit, vel patitur & permittit: vt sunt collegia mercatorum, pistorum, & aliorum opificum in singulis ciuitatibus: quorum opera communitas ciuium carere non potest. Hæc autem collegia probata, formam quandam habent paruæ vniuersitatis. Nam sicut vniuersitas, ita & collegium perpetuò durat, quoad vna persona superest, etiamsi aliæ subinde personæ aut intercidāt, aut recipiantur: *l.proponebatur.76.de iudic.l.sicut.7. §.2.hoc tit.* & habent communia iura: vt priuilegia, statuta, itē pecuniā, arcas communes, & syndicos atque actores, perinde ac quælibet vniuersitas. *vt in l.1.h.t.in l.2.de colleg.licit.*

3 ¶Porrò syndici, ἔκδικοι & Actores, inter se aliquo modo differunt. Syndicus à lite seu causa appellatur: δίκη enim Græcis id significat. Et syndici dicuntur plurali numero: quia non vnus, sed plures, & cum minimùm duò ad id munus in magnis præsertim communitatibus assumi solent. Est igitur Syndicus propriè procurator vniuersitatis, qui communi mandato causas & lites vniuersitatis in iudicio persequitur & administrat: *vt liquet ex leg.1.& tot. hoc tit.* ἔκδικος autem etsi pro syndico passim ponitur, tamen propriè ἔκδικοι illi dicuntur, qui causas reipublicæ tractant criminales, & exigunt mulctas ac pœnas vniuersitati debitas: quales nunc sunt, qui Procuratores Fisci vulgò nominantur. ἐκδικεῖν enim Græcis propriè vindictam & mulctam

ctam iudicio persequi significat. *Alciatus ad l. præses.12.C.de transactio.* Actor etsi distat à procuratore, vt suprà dictum est, quia est is qui vice procuratoris, ab eo qui procuratorem dare non potest (vt à tutore) substituitur: *leg.neque.10.vbi Dd.C.de procu.l.1.C.de acto.à tuto.dan.l. tutor.6.C. quando ex facto tutoris. leg. si actor.12.C.de appellat.* tamen in hac materia procuratorum publicorum, sæpe actor pro syndico, & è diuersò ponitur. *l.1.§.1.in verb. & actorem siue syndicum. hoc tit. l.nec ciuitatis.74.§.de proc.* Distinguit tamen Accursius Actorem à Syndico: quòd syndicus sit generalis procurator, datus ad omnes causas tractandas, tàm præsentes quàm futuras: actor autem procurator specialis, qui ad vnam tantùm causam, impedito fortè syndico, constitutitur. *gl. in d.l.1.ad verb.syndicum.hoc. tit.per l.item.§.1.& §. quid si actor. h.t.* Itaque vt in procuratoribus priuatorum, ita & in his cōmunibus actorem proprièeum dici apparet, qui syndico substituitur ad vnam vel plures causas: vt sicuti actor est vice procuratoris in priuatis, ita & sit vice syndici in communibus. *d. l.item.6.§.fin.h.t.* Distant autem ab his administratores, & curatores ac seruí ciuitatum *l.fin.hoc t.* Administrator vniuersitatis propriè dicitur, qui præest eius pecuniæ, aliáque negocia eò pertinentia tractat: *tot. tit. de adm.rer. ad ciuit.pert.* Curator verò, qui alia negocia ciuitatis extraiudicialia persequitur: Subcurator, qui curatori substituitur. *l.ex facto.30.de neg.gest.* Seruus autem publicus dicitur, qui iudicijs inseruit: vt sunt scribæ publici: qui actuarij (ab actis) hodie dicuntur. *l.fin.vbi Dd.h.t.§.cum autem. 3.Inst. de adopt. iuncl.l.non aliter.cum ll.seqq.ff.eo.de adopt.leg.orphanotrophos.C. de episc.& cler.& C.de tabula.lib.10.* Cæteri hi liberi sunt: at seruus olim publicus, verè seruus erat, nisi quòd factionem testamenti haberet. *Vlpian.de testamen.*

4 ¶Constituuntur syndici aut à Lege siue Consuetudine: aut ab Vniuersitate, vel maiore eius parte: aut ab Ordine, vel ab iis quibus ordo cōmisit. A lege vel consuetudine: vt cum lex, consuetudo, statutum vniuersitatis, hanc potestatem concedit: *leg.1. hoc tit.* velut si iubeat constituí maiorem natu, aut peritia potiorem, aut alium ex certo ordine certáue familia hominem, &c. *leg.3.hoc tit.* Vniuersitas constituit syndicum, vbi lex vel consuetudo deficit: & quidem aut tota, aut maior eius pars, computatis etiam iis qui ex vniuersitate domo absunt. Nec enim satis est, duas partes consentire præsentium: sed vt consentiant duæ partes, seu maiorpars vniuersitatis, est necesse. *leg.3.hoc tit.l.quòd si mater.ad munic.l.2.de decret.ab ordin.facien. leg. nominationum. C. de decurio. lib.10. Spec. de syndico. in prin. nu.1.& 3.* Quanquam autem maiorem partem consentire sufficit, tamen omnes citandi sunt. *vt rectè voluit Bart.in leg.nulli.3.num.8.hoc tit.per l. 2.C.de decur.lib.10.* Nam quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet, *l.fin. C. de author. præstan.* aut certè omnes ad hoc citari oportet: cuiis citationis effectus ille peculiaris est, vt si alii qui emaneant, nihilominus præsentes possint actum perficere. *Bart.in. l.1.num.3. de albo scriben. per Authent. si omnes. C. si minor se hæred. abstin.* Nec interest, qualisnam sit vniuersitas, siue nobilium, siue ciuium, siue etiam rusticorum, seu (vt inquit Bartol.) studiosorum; qui in vno collegio commorantur. *in leg.1.in prin. num.3 hoc tit. per l. fin. de colleg. illic.* Illud tantùm interest, vt in numerosa vniuersitate, qualis est ciuium, non opus sit nomina constituentium exprimi (id enim facilè fieri non potest:) nisi vno casu, cum videlicet syndicus ad alienandum constituitur. *leg.fin. C.de vendend.reb.ciuit.lib.11.c.fin.de proc.* In paruis verò vniuersitatibus, vt pagis atque villis rusticorum, omnium nomina sint instrumēto syndicatus consignanda. *vt est communis distinctio Bart.in l.1. in prin. de albo scriben. Spec.de syndico.circ.princ.pen.text.leg.fin.C.de legat.lib.10.idque seruari testatur Chilian.in pract.cap.19.nu.3.* Quod autem diximus, omnes ex vniuersitate conuocari: de his accipiendum est, qui ius suffragiorum habent, non etiam de mulieribus: quæ cùm ab omnibus publicis muneribus remotæ sint, *l.2.de reg. iur.* nec ius comitiorum conuentúmque publicorum & suffragandi habeant, *Gell. lib.5.cap.16.* meritò vocari non debent. *Spec.d.tit. de synd. num.3.& 4.* Sed an minores vocandi sint? Et videtur vocari non oportere, cum nec hi ipsi muneribus publicis rectè adhibeantur: *l. exigendi.12.vbi Dd.C.de procur.leg.ad rempub.8.de muner.& latius tradit Decius in dict. l.2.§.1.de reg. iur.* placet tamen Specul. tantùm pupillos & impuberes prætermittendos esse, non etiam puberes: quia & hi sacramentum præstare vniuersitati, aut superiori possunt & debent. *c.1. §.præterea de prohib feud.alien.per Freder. ita Spec.d. tit. de syndico.num.3. vbi id vsu etiam seruari testatur.* Quod verum est, nisi alia specialis consuetudo aliud introduxerit, quæ præcipuè attendenda est. *l.item.6.in prin.hoc tit.* Quamobrem & fœminæ, vbi collegium moribus habere possunt, vt in monasteriis, & multis xenodochiis ac orphanotrophiis, & similibus piis locis, hoc casu syndicum constituere non prohibentur. *l.placet.17. C.de episc.& cler.Spec.præal.loco.* Potest etiā ordo decurionum, syndicum constituere, *l.3.& l.item eorū.6.in prin.& §.si decuriones h.t. Bal.in leg.si ita. C.de seruo reip.* hoc est, ordo Magistratuū in singulis oppidis. *Chil. d.c.19.num.3.* Nam in his, quia haud facilè tota vniuersitas cōuenire & consentire potest, ideo receptū est in plerisque, vt communitatis nomine, Magistratus ius populi exerceat. *l.non ambigitur.9.de ll l.2.§. cùmque difficulter. de orig. iur.* Nec modò decuriones eligere syndicum possunt, sed etiam hi, quibus ea res ab ordine est commissa: vt plerunque tribus aut quinque committi solet. *Bart.& Alex.in d. leg.3.hoc tit.* Id enim ab ordine fieri dicitur, quod fit ab his, qui authoritatem ab ordine habent. *c. is cui. vbi gla.de præben.lib.6.Bart.in leg.3.§.si decurion. in princ.hoc tit.* Illud tamen in genere sciendum est, syndicum, à quibuscunque constituatur, publica

authoritate, & nomine totius communitatis præficiendum esse. *glo. in l. item. 6. §. fin. ad verb. de rato. hoc tit.* Causa porrò constituendi προκαταρκτικὴ, est necessitas. Nam absque constitutione syndici, communitas nec agere quicquam, nec cum ea agi quippiam rectè potest. *leg. sicut. 7. §. 1. hoc t. Bart. in l. solent. nu. 18. de alim. & cibar. leg. per l. 4. §. creditorib. de fideicom. libert.*

5 ¶Syndicus autem eligi debet ex corpore & ordine decurionum: si quidem idoneus inde desumi potest: *l. planè. 4. hoc tit. vbi gl. & Bart. per l. in Ecclesiis. C. de episc. & cler. l. decernimus. 13. C. de episc. aud. l. vt gradatim. §. sed etsi. de muneribus.* cæteroqui ex ipsa vniuersitate allegendus est: quoniam is maiore studio & fide præsumitur, communitatis suæ causas acturus, quàm quiuis extraneus. *cap. 1. ext. de syndic. d. leg. planè. 4. hoc tit.* Quòd si ne in ipsa quidem vniuersitate, quisquam idoneus reperiatur: quod in oppidis rarius, in pagis non infrequenter vsuuenire solet: hîc necessitas rem eò perducit, vt etiam extraneus in syndicum eligatur. *Spec. in d. tit. de syndic. num. 20. per cap. in pertractandis. 3. de iura. cal. d. leg. in Eccles. C. de episc. & cler. l. 2. §. 2. de cura furio.* Idonei autem esse putantur literati, & causarum rerúmque intelligentes ac periti. *vt rectè Bald. & Panorm. in d. cap. in pertractandis. in princ. Chil. in prac. d. c. 19. num. 5.* nam imperiti, velut inhabiles, quatumlibet electi, repelli possunt. *leg. 1. §. fin. vbi glo. verb. aut inhabilis. hoc tit.* Potest etiam superior in vniuersitate deligi in syndicum: vt Consul, Duumuiri, Defensores, &c. *Bart. in leg. nulli. 3. hoc tit.* Potest & aliquis ex illorum sumi numero, quibus potestas eligendi data est. *leg. planè. 4. hoc tit.* Si tamen vni hæc electio commissa esset, ipse se constituere & nominare non posset: *l. præses. 5. de off. præs. vt rectè vult Accurs. & Bart. in d. leg. 4.* quia de eo non intelligitur esse actum: *leg. qui cum tutorib. 9. de transact. leg. inquisitio. 18. C. de solut.* nec quisquam sibi ius dicere potest: *leg. qui iurisdictioni. vbi Dd. de iurisdiction.* & eo ipso suspectus est, quòd sese spontè ingerit. *leg. quæ omnia. 25. in princ. ff. de procurat.* Neque solùm vnus adoptari potest, sed etiam plures, ac plerunque duo aut tres constitui solent: quia rectius plurium fidei quàm vnius, Respub. committuntur. Illud tamen verum est, singulos in solidum creatos videri, etiamsi id instrumento non exprimatur. *Castrens. & Alex. in l. 1. §. 1. hoc tit. Bald. in cap. 1. §. priuilegia. ad verb. finito. de pace constantiæ.* quod contrà in procuratoribus priuatis esse diximus. In summa, qui procuratores esse possunt, hi & syndici. Vnde & filiusfamiliâs, sicuti procurator esse, sic etiam dari actor & syndicus potest: *leg. item. 6. in fin. hoc tit.* tanto maiore ratione, quanto in his velut publicis, minus attenditur patria potestas. *leg. solent. vbi Bart. num. 1. hoc tit. l. quippe. 78. de iud. leg. filiusfam. 9. ff. de his qui sunt sui vel ali.* E contrariò, qui procuratores esse prohibentur, multo minus syndicatū exercere possunt. Nam absurdum fuerit, illis negocia publica credi, qui A ne priuatis quidem commodè præesse queant: cùm publica priuatis sint potiora. *Auth. res quæ. C. communia. de legat. & fideicommiss.* Quare nec minor 25. annis, *l. exigendi. 12. C. de proc. Ias. in leg. neque. num. 2. C. eod.* neque fœmina, nec milites, & similes quos suprà diximus, procuratoris officio arceri, syndicos creari par est: vt nec illi qui valetudine aut aliis impedimentis distringuntur, quo minus negociis rectè supersint: Interest enim Reipub. aut tales non creari, aut si creati B sint, apparente impedimento mandatum statim reuocari. *leg. 1. § fin. hoc tit.* Hoc tamen differunt, quòd procuratores inuiti non dentur: *leg. filiusfam. 8. §. inuitus. ff. de procu.* syndicatus verò, velut publicum munus, etiam nolentibus imponatur. *Specul. de syndi. in prin.* Illud postremò sciendum est, etsi nemo causam vniuersitatis agere queat præter syndicum: tamen defendi vniuersitatem, à quolibet cautionem de Rato offerente posse: quia interest vniuersitatis, res e- C ius non relinqui desertas, sed à quouis quolibet modo defendi. Nam defensionis ratio nunquam detrimento est, sæpius autem commodo. *leg. 1. in fin. hoc tit.* Nec huic obstat quod dicitur, *in leg. 2. hoc tit.* Neminem vniuersitatis nomine experiri posse, nisi cui id lex aut vniuersitas permittat. nā hoc de agente intelligendum est, sicut verbum Experiri in iure plerunque significat Agere, non defendere. *l. 1. de in ius vocan. cum simil.*

¶Etsi verò procurator à priuato dari non po- 6
D test in causis criminalibus, vt suprà dictum est: tamen ab vniuersitate etiam in his (nam vniuersitas etiam criminaliter teneri & conueniri potest, *vide distinctionem* Bart. *in l. aut facta. §. nonnunquam. de pœn.*) syndicus rectè constituitur, cum mandato tamen speciali: *vide Bart. in leg. 2. §. fin. de accusat. Salic. in leg. 3. qui accus. non pos. Bal. in leg. Polla. C. de his quibus vt indig. & in §. vasalli. verb. damna. tit. de pac. const.* quia sicut in ciuilibus causis, ita & in criminalibus vniuersitas, nisi E per syndicum haudquaquam commodè conuenitur vel agit. *Spec. tit. de syndic. num. 5. & tit. de accus. vers. fin.* Ac potest syndicus in genere ad omnia negocia, omnésque causas Reipub. *l. fin. hoc tit.* Bart. *in l. 1. de albo scrib. per c. fin. de procur.* etiam futuras rectè dari, *l. item. 6. §. sed si ita. hoc tit.* quāuis actor non nisi ad præsentes causas constituatur: quia (vt suprà dictum est) tantùm ad iudicialia adhibetur: vbi igitur non est præsens iudicium, ibi nec actor esse potest. *d. l. item. 6. § sed si ita. vbi præter alios Castr.* F Illis quoque causis rectè syndicus præficitur, quas vniuersitas cum superiore, puta Principe, rectore aut alio habet: nec hic propterea culpandus est, quòd vniuersitati operam præstat contra superiorem. *Spec. in d. t. de syndi. nu. 19. per c. cum Eccles. de electio. c. cum olim. de causa possess. & propriet.*

¶In constituēdo autem syndico, potissimùm, 7
antiqua forma & vsitata consuetudo attendenda est. *leg. item. 6. in princ. vbi glo. & Bald. hoc tit.* G *Specul. de syndic. num. 3.* Vbi consuetudo deest, forma iuris seruanda est: nempe vt omnes qui

consti-

constituere debent, conuocentur in locum aliquem publicum, *l. 2. C. de decur. lib. 10. l. pen. C. de legat. eod. lib. leg. 2. C. de præd. decur. lib. 10. Specul. de syndic. num. 2.* vno eodémque tempore, *leg. 2. C. de decur. lib. 10. Bar. in leg. nulli. 3. num. 8. hoc tit. Specul. dict. t. de syndic. num. 9.* per sonitum campanæ, aut tubæ, aut aliud signum vsitatum. *Specul. dict. tit. de syndic. num. 16.* Nam omnes vno tempore præsentes esse, & in suffragium ire debent. *leg. pen. C. de legat. lib. 10.* Nec potest hæc suffragatio diuidi, aut per ratihabitionem absentium suppleri: *l. fin. C. de præsidiis decuri. lib. 10. Spec. in d. t. de synd. num. 2.* vt nec reliqua solemnia: *leg. obligari. 9. §. fin. de author. tut. § fin. Instit. eod. leg. continuus. 137. in prin. de verb. oblig.* quamuis confirmatio superioris, ex interuallo, subsequi possit. *Specul. de syndic. num. 17. & 18.* Electo autem & constituto syndico, instrumentum ea super re conficiendum est: vt tanto facilius syndicatus probari possit. Quo instrumento quatuor præcipuè comprehendenda esse, Speculator monet: videlicet, Quis syndicum constituat, Ad quas causas & lites, Contra quos, item Quomodo & quare constitutus sit. *Specul. in d. tit. num. 21. per leg. si procuratorem. 65. ff. de procurat.* Est tamen & hoc instrumento consignandum, non modò legitimè lectum esse syndicum, sed maiorem quoque partem vniuersitatis in electione adfuisse. *Specul. d. tit. num. 10. Bart. in leg. 1. vbi & Andr. Siculus ad Bart. annotat. de albo scrib.* Qua in re credetur instrumento, donec contrarium fuerit probatum. *Specul. de syndic. num. 16. vt & semper aliàs. leg. optimam. 14. C. de contrah. stipul. leg. cum precib. 18. C. de probatio. cum similib.* Atque ita obseruari, Speculator testatur. Neque tamen nomina omnium constituentium exprimenda sunt, prout suprà ostensum est: nisi cùm ad alienationem faciendam syndicus constituitur: scilicet vt sciri hoc casu possit, quorum mandatu res vniuersitatis sit alienata. *leg. fin. C. de prædiis decur. lib. 10. Panor. in c. 1. de his qui à maior. parte cap.* Aliàs hanc inscriptionem Dd. non requirunt, velut omnino necessariam, vt nec authoritatem superioris, quamuis Speculator & Bartol. dicant, tutius esse vtrumque adhiberi, si commodè fieri possit. *Specul. in dict. tit. num. 9. & 11. per l. 1. de albo scriben. Auth. præsides. C. de episcop. aud. & leg. hac consultissim. in prin. C. qui testam. facere poss. Bart. in d. l. nu. 2. & 3. de alb. scriben. & nouissimè Chilian. in pract. c. 19. num. 2. & 3.* Illud etiam vltimò notandum est, syndicum ad certum tempus, puta annum, constitui posse: & quamuis per litis contestationem factus fuerit causæ dominus, tamen elapso tempore, hoc dominium vnà cum ipso syndicatu extingui: *Specul. in d. t. num. 8. per l. 2. & 3. ff. de procurat.* & ita datum, vltra tempus cogi diutius non posse. *Ias. in l. neque. 11. C. de procurato. & Dd. in d. l. 3. ff. de procurat.* Est & illud non prætermittendum, syndicum regulariter ad satisdandum, cautionémque præstādam non vrgeri, siue agat, siue defendat: nisi cum de syndicatu & mandato probabiliter dubitari potest. *gl. in leg. item. 6. §. fin.* A *ad verb. de rato per illum tex. h. tit. in leg. actor. num. 1. & 11. rem ratam haberi.* Nam cùm à tutore priuato non exigatur cautio, quòd administrator vniuersalis sit publica authoritate datus: *l. tutores. 13. C. de admin. tutor.* certè non conuenit, neque æquum est, syndicum velut personam publicam aliqua satisdatione onerari: præsertim cum vniuersitas: cuius causas agit, semper præsumatur esse soluendo. *fac. d. l. vt legat. nom.*

¶Finis autem quare constituatur, est necessi- 8
B tas & vtilitas, cùm vniuersitatis, tum etiam eorum quibus lis & negociū cum vniuersitate intercedit. Nam suprà dictum est, vniuersitatem neque conueniri, nec agere rectè posse, nisi per syndicum qui vniuersitatem repræsentet. *Spec. d. tit. de syndic. num. 5.* Deinde & illud verum est, res communes plerunque esse neglectui, quasi alienas, nisi certus his rebus administrator præficiatur, *l. 2. C. quando & quib. quarta pars. lib. 10.* qui & agat vniuersitatis nomine, & eandem C aduersus cunctos etiam ciues defendat, *leg. sicut. 7. §. fin. l. pen. hoc tit.* ne bona communia ob rem non defensam possideantur. *l. 1. in fin. h. t.* Quod autem ad effectum attinet, syndicus parem potestatem consequitur quam procurator. *d. leg. item. 6. §. fin.* Quocirca dominus fit litis, ita vt ei rectè promittatur: *d. §. fin.* & omnia agit quæ vniuersitas agere potest: adeò vt etiam iuramentum deferre ac præstare nomine vniuersitatis non prohibeatur. *glo. in d. leg. item. 6. §. fin. ad verb. de rato.* D Nam syndicus intelligitur semper cū libera cōstitui potestate, etiamsi hoc non sit expressum *Ias. in l. præses. 12. num. 7. C. de transact. qui licet distinguat, tamen Alex. dicit id esse verius, cons. 22. num. 11. volum. 1.* Tutius tamen videtur, speciale mandatum dari, *vide* Bald. *in l.* Polla. C. *de his quib. in indig. & in §. damna. de pace constan.* in his quæ illud requirunt, iuxta formam alibi traditam. *c. qui ad agendum. 4. in princ. de procur. in 6. vt voluit Alex. in l. 1. in fin. h. tit. Ioan. Andr. in c. præsentium. 4. de testibus. lib. 6.* E Etsi verò syndicus, vt dixi, loco domini est: tamen sicut vtilitas causæ, sic eadem ratione damnum omne in vniuersitatem deriuatur. *leg. fin. vbi Dd. hoc tit.* Illud vltimò addēdum est, syndicum eadem officia sustinere & exequi, quæ suprà procuratori priuatorum incumbere diximus: & illud præterea operam dare oportere, vt non rem priuatam aut singulorum, sed tantummodò communem sibi commissam accuret. *l. 2. hoc tit.*

F ¶Postremò, quod ad contraria & exceptio- 9
nes attinet, sciendum est easdem syndico opponi, quæ suprà procuratoribus obstare diximus. Vt si obiiciatur vitium effectricis causæ: puta duas partes in constituendo non adfuisse: *Specul. d. tit. de syndic. num. 11. per c. inter monasterium. de sent. & re iud.* si ineptus & inhabilis dicatur qui constitutus est: *l. 1. § fin. hoc tit.* aut si ostendatur vitium esse in forma syndicatus: puta quod non debito loco, aut tempore, aut solenni G ordine syndicus sit constitutus. qua tamen in parte illud notandum est, non vitiari

syndicatum, si error tantùm sit in verbis, non in re ipsa: puta si pro syndico nominatus sit actor, vel procurator, aut è contrario. Vt enim libellum suprà sustineri diximus translatis verbis, ita & instrumentum syndicatus, eadem interpretatione adiuuandum est. *vt rectè Specul. in dict. tit. num. 11. & Bart. in leg. 1. §. quibus. num. 3. hoc tit. & in Auth. sed hodie. num. 3. C. de episcop. & cler. per cap. petitio. de procurator.* Nam verba instrumentorum potius impropriandа sunt, quàm vt actus rectè gestus annihiletur. *leg. si olei. 21. vbi Bart. & Dd. C. de loca. leg. si vno. in princ. ff. eod.* Illud etiam animaduertendum, exceptionem syndico eodem modo opponendam esse, quo procuratori priuato: videlicet in modum dilatoriæ, ante contestationem litis. Nam post eam contestatam, non potest dilatoria illi opponi, quia dominus litis factus est. *ita Specul. d. tit. numer. 11. & 12. per l. ita demum. 13. C. de procur. & dict. cap. inter monaste. de sent. & re iud.* Finitur autem syndicatus iisdem propè modis, quibus mandatum procuratorium: nam vniuersitas iure priuatorum vtitur: *leg. eum qui. 16. de verb. signif. Specul. de syndic. num. 2. per l. fin. hoc tit.* puta morte syndici, non etiam constituentium: quia communitas, cuius nomine fit constitutio, semper viuere & perdurare intelligitur. *leg. sicut. 7. §. fin. hoc tit. leg. an vsufructus. 63. de vsufruct. l. proponebatur. 76. de iud.* item reuocatione. *leg. item. 6. in fin. hoc tit.* An autem solus præfectus vniuersitatis, syndicum sine consensu totius vniuersitatis reuocare possit, distinctione solet explicari: *Bart. in d. leg. item. §. quòd si actor. hoc tit. & plenius in leg. actor. num. 9. ff. rem ratam haberi.* vt si potestas exercendæ actionis ad solum præfectum pertineat, non ad totam vniuersitatem (id quod est perrarum:) eo duntaxat casu, & non alio, ius reuocandi syndicum præfecto concedatur: aliàs verò sicut in constitutione, ita & in reuocatione syndici, totius vniuersitatis vel maioris partis suffragatione fit opus. *Bart. preall. loc. per l. si per epistolam. 50. de acquir. hære. c. præsentium. 2. de testib. lib. 6. leg. §. quis mancipiis. 17. §. si pupillus. de instit. actio.* Et hæc quidem de syndicis dicta sufficiant. nam cum eorum officium & potestas ferè cum procuratorum munere in omnibus conueniat: reliqua quæ huc pertinet, ex superiore titulo desumi possunt.

DE NEGOCIIS GESTIS. Tit. V. C. 2. 9.

1 *Ex qua æquitate detur negociorum gestorum actio.*
2 *Edictum de negociis gestis.*
3 *Quis cuius negocia gerere possit.*
4 *Quot modis ad aliquem dicatur negocium pertinere.*
5 *Quibus competat hæc actio.*
6 *Hæreditatis res etiam rectè geri.*
7 *Has actiones esse transitorias.*
8 *Aduersus necessariũ gestorum non dari directam.*
9 *De directa & vtili neg. gest. actione.*
10 *Quid veniat in directam actionem.*
11 *Quid in contrariam.*

A ET hæc † quidem ita se habent in iis qui mandato domini res procurant alienas: sed quia sæpenumerò fit, vt eorum qui propter subitam festinationem nulli demandata rerum suarum cùra peregrè profecti sunt, negocia præsentes amici vltrò suscipiant: ne aut neglecta pereant, aut absentis non defensi bona possideantur: placuit vtilitatis gratia, mutuam ex eo gestu quasi ex contractu obligationem nasci: eóque nomine actiones constituere quæ appellantur Negociorum gestorum: quibus vltrò citróque agi possit de eo quod alterum alteri præstare oporteret. Idque receptum est, quia plerunque homines eo animo peregrè proficiscuntur, quasi statim redituri, nec ob id vlli curam suarum rationum mandant: deinde nouis causis interuenientibus, dum ex necessitate diutius absunt, huiusmodi eorum negocia deperire iniquum esset: quæ sanè deperirent, si vel is qui obtulisset se negociis gerendis, nullam habiturus esset actionem de eo quod vtiliter de suo impendisset: vel is cuius negocia gesta essent, aduersus eum qui gessisset, nullo iure agere posset. *leg. ex maleficio. 4. §. si quis absentis. 1. de actio. Instit. de obligat. quæ ex qua. cont. in princ. l. 1. & 2. hoc tit. vide Paul. lib. 1. tit. 4.* De † his ergo ita cauit edixítque prætor: I QVIS NEGOCIA ALTERIVS, SIVE QVIS NEGOCIA, QVAE CVIVS CVM IS MORITVR FVERINT, GESSERIT: IVDICIVM EO NOMINE DABO. *l. 3. in prin. h. tit.* Hæc † verba, SI QVIS, accipienda sic sunt, SIVE QVAE, vt plerunque. *leg. 1. de verb. signif.* nam & mulieres actione Negociorum gestorum agere & conueniri, non dubitatur: *dict. leg. 3. in prin.* quamuis à procuratione iudiciali arceantur. *leg. alienam. 18. C. de procurat. leg. 1. §. secundo. sup. de postul.* Pupillus si negocia gessit, post rescriptum D. Pij conueniri potest in id, quo factus est locupletior: agendo autem, compensationem eius quod gessit, patitur: *d. l. 3. in prin.* ex re enim actio est, vnde & pupillus prodigúsque obligantur. *leg. furiosus. 46. de actio.* NEGOCIA.) Negocium ab Ocio, addita negatiua, & contraria particula Ne, ductum ac compositum videtur: & propriè significat in iure, id quod inter duos actum est. *leg. si in area. 33. de condict. indeb.* ALTERIVS.) Et hoc ad vtrumque sexum refer. ABSENTIS.) videlicet & ignorantis. Nam si sciat, aut præsens sit, patiatúrque suum negocium geri, mandasse videtur: *leg. si remunerandi. 6. §. qui passus. leg. qui patitur. 18. ff. mand.* eóque tum Mandati

Mandati nascitur vtrinque actio, quæ huic antecedit.

4 ¶ Alterius autem negocia multis modi dicuntur: *vide glo. in l. si pupilli. 6. §. item quæritur. ad verb. ipso gestu. vbi Bart. num. 4. hoc tit. & in l. si pecuniã. 9. C. eod. tit. Cyn. in l. si mandatum. 14. in prin. C. eod.* vel quia verè cuiusquam est, *leg. item si. 5.* vt cùm à debitoribus meis exigis, aut creditoribus soluis: *leg. quæ vtiliter. 45. §. Titius. 2. l. cum pecuniam. 43.* vel quia contemplatione mei gestum est; *l. si pupilli. 6. §. sed si ego. 5.* vel quod ratum habui. *dict. l. 6. item quæritur. 8.* quæ duo postrema obtinet, cùm verè aut in consequentiam negocium pertinet ad eum, cuius respectu gestũ est, aut qui ratum habuit. *d. l. 6. §. 5. cum seq.* Nam si, cum me hæredem putares, insulam fulcieris, Titius verè sit hæres, cui ipso gestu negocium quæritur: nullo modo ad me res pertinebit, etiamsi habuerim ratam. *d. l. 5. & 6.*

5 ¶ Vnde satis apparet, hanc actionem iis competere, quorum negocium esse gestum interfuit, *leg. mandasti. 46.* siue principaliter, siue in consequentiam: vt cùm nomine tutoris, curatoris, procuratoris, res pupillares minorísue administrantur, ne illi negligentiæ nomine iudiciis Tutelæ & Mandati conueniri possint. *d. l. 6. d. l. mandasti.*

6 ¶ His verbis, SIVE QVIS NEGOCIA, QVAE CVIVS CVM IS MORITVR FVERINT, significatur tempus illud, quod quis post mortem alicuius negocia gessit. De quo fuit necessarium ædicere: quia neque testatoris iam defuncti, neque hæredis qui nondum adiit hæreditatem, res gesta videtur. *leg. 3. §. hæc verb.* Sed quia detrimentosum erat, inchoata negocia morientium deseri, quod ne facere quidem debet gestor: *l. nam & Seruius. 21.* ideo qui hæreditaria curat, videtur sibi quodammodò hæreditatem quæ defunctum repræsentat: *leg. si is qui. 15. de vsuc. leg. mortuo. 22. de fideiuß.* séque ei obligare. Nec refert, an etiam pupillus hæres existat: nam id æs alienum cum cæteris hæreditarijs oneribus ad eum transit. *dict. l. nam & Seruius. §. 1.*

7 Neque † id mirum videri debet, cùm & in hæredes, & contra hæredes transeat hæc actio. *leg. 3. §. hæc autem actio. leg. successori. 12. cum seq. leg. sin autem. 20.* GESSERIT.) Gerere significat omnem rem sine verbis, hoc est, absque promissione atque conuentione factam: *leg. Labeo. 19. in fin. de verb. signif. leg. pro harede gerit. C. de acq. hære.* etiamsi nonnunquam gerere & facere æquiuocè sumantur. *leg. licet. 58. de verb. signif.* Quare, qui citra conuentionem mandati, alterius negocia sponte administrat, gerere propriè dicitur. *leg. 1. 2. l. si ego 24. hoc tit. l. ita. 5. §. gessisse. de administ. tut.*

8 Dicò † autem, Sponte & nulla necessitate cogente. Nam qui coactus gerit, vt tutor posthumi: *leg. cum pater. 29.* hæredes tutoris curatorísue, qui inchoata perficere coguntur: *leg. 1. C. de hær. tut. leg. furti. 6. §. 1. de his qui not. infam.* vel necessitatis suspicione: vt qui falsò existimat se mandatum curámue suscepisse, *leg. curatoris. 17. C. eod.* vel iustam seruitutem mandanti seruire. *leg. atqui natura. 19. §. si libero. hoc tit.* cùm alienum negocium gerere non videatur, qui suum gerit, sibíque consulere vult, ex verbis huius edicti, directò non tenetur. Sed † quia hoc casu aliæ possunt deficere actiones, Vtile, ex interpretatione prudentum, Negociorum gestorum iudicium etiam tunc datur: *d. leg. curatoris. leg. quidquid. C. arb. tut. d. l. 3. leg. 5. l. si liber. 36. d. l. cum pater.* quod quidem effectu idem hîc est cum actione directa. *l. antepen. hoc tit.* nam & hæc extraordinaria erat, & sine solenni actionum ciuilium forma Prætoris ex edicto concipiatur. *Theoph. Instit. de succ. sub.* Vnde † intelligi potest, hanc actionem Prætoriam esse. *d. leg. 3. in princ. vbi glo. ad verb. ait prætor, hoc tit. leg. aduersus. 8. vbi gloß. ad verb. ciuiliter. C. eod.* IVDICIVM DABO.) Ita quidem, vt Directam actionem ei tribuat: cuius negocium gestum est, & ad quem præcipuè tota gestio pertinet: qua actione postulatur, vt actus sui rationem gestor reddat, *l. 2. hoc tit.* & eo nomine condemnetur, in id quod vel non gessit, vel non vt oportuit gessit: puta dolo, *leg. 6. §. sed si quis.* aut culpa quamuis leui. *d. l. 6. §. videamus. cum ll. seqq. leg. tutori. 20. C. eod.* nam de casu & inopinato euentu non tenetur, sed sufficit vtiliter inchoasse, *leg. sed an vltrò. 10. §. 1.* nisi in culpa hæreat. *l. si negotia. 11.* Sed & id in actionem hanc venit, vt gestor restituat, quicquid ex gestu quocunque modo est acquisitum, *l. si autem. 8. §. 2.* vnà cum vsuris, *d. leg. atqui natura. 19. §. fin. l. liberto. 31. §. qui aliena. 3. l. litis. 37. §. 1.* & fructibus, *dict. l. 8. §. 1.* Contrariam † verò actionem dat Prætor gestori: quamuis compensationis etiam beneficio conuentus vti possit: *l. 3. §. pupillus. leg. si autem 8. §. si quocunque. 2.* qua quidem actione consequetur, quicquid impendit vel amisit, ratione gestionis: item vt liberetur ab obligatione: vt indemnitas rerum administratarum, & quidquid abest, vel eo nomine abfuturum est, præstetur. *d. leg. 2. in fin. l. atqui. 19. §. penul. cum ll. seq. leg. si quis. 23. d. leg. liberto. 32. §. liberto. 4. l. quæ vtiliter. 45. hoc t.* Iniquum enim esset, suum ipsi officium damnosum existere. *d. l. quæ vtiliter. §. fin. l. 7. quemadm. testam. aper.* quod de iis accipiendum est, quæ sine culpa *l. sive 22.* vtiliter accurantur, quamuis euentus non respondeat: quam vtilitatem nõ ex opinione gerentis, sed communi quodam hominũ iudicio, iuxta rerum, temporum & personarum qualitatem expendere, & ex bona fide metiri conuenit. *leg. sed an vltrò. 11. §. 1. hoc tit.* Est etenim hęc bonæ fidei actio. *l. quia 7. hoc tit.*

DE CALVMNIATORIBUS Tit. VI. C. 9. 46.

1 *Continuatio tituli*
2 *Edictum de calumniatoribus, & eius interpretatio, cum seq.*

3 *Quis dicatur calumniari, & quis hoc edicto teneatur.* 4 *Cui, aduersus quē, & ad quid detur hæc actio.*

5 *Aliæ pœnæ & actiones, quæ in calumniatores competunt.*

1 POSTEAQVAM † expositum est, qui suo vel alieno nomine postulare atque agere possint: sequitur, vt quæ pœnæ calumniatores maneant, ostendamus: vti harum metu, malitiosi homines à falsis postulationibus fabricandísque iniuriis deterreantur.

2 ¶De his ita Prætor est elocutus: IN EVM QVI VT CALVMNIAE CAVSA NEGOCIVM FACERET, VEL NON FACERET, PECVNIAM ACCEPISSE DICETVR, INTRA ANNVM, IN QVADRVPLVM EIVS PECVNIAE, QVAM ACCEPISSE DICETVR, POST ANNVM SIMPLI IN FACTVM ACTIONEM DABO, *l.1.in princ.h.tit.*

3 ¶Calumniari, in Criminalibus, est falsa crimina intentare: *l.1.in princ. ad S.C.Turpil.* in Ciuilibus, per mendacium & calumniam agere vel excipere, ad negocium alicui malitiosè faciendum. *tot. tit. C. de iureiur. prop. calumn. dan. Paulus lib. 1. Sent. capite* 5. Sed hac in materia propriè Calumniator perhibetur, qui pecuniam, vt alicui negocium faceret vel non faceret, accepit. *Paul. d. cap.* 5. Ergo, QVI CALVMNIAE CAVSA NEGOCIVM FACERET.) agendo videlicet. AVT NON FACERET.) puta, quia maluit reus aliquo dato se à calumniis redimere, potius quàm malitiosa lite diuexari: *l.penult.hoc tit.* vel quoniam ab alio, eius rei gratia pecunia data est: *leg. si quis.* 7. nam quocunque modo quis depectus est, hoc est, non transigendo, sed sordidis concussionibus pecuniam accepit, vt calumniosa lite abstineret, hoc edicto cōprehenditur. *l.1.§.pen.leg.2.leg.3.* PECVNIAM) aut aliud pro pecunia qualecunque compendium. *l.1.§.fin.l.2.l.3.* ACCEPISSE DICETVR.) siue ante, siue post cœptum iudicium: *l.1.§.1.* nec † in-

4 terest, vtrum post pactionem faciat alicui negocium, an desistat. *d.l.3.§.1.* INTRA ANNVM.) sicuti Prætoriæ & Pœnales dari solent. §. 1. *Instit. de perpet. & temp. act. leg. in honorariis.* 35. *de actio. leg. iusiurandum* 34. §. *qui iusiurandum. cum seq. in verb. de calumnia. de iureiur.* IN QVADRVPLVM.) exemplo actionis Vi bonorum raptorum, *leg.5.hoc tit.§. quadrupli. Instit. de actio*, cui rei persecutio inest: *in princ. Instit. de vi bonor. rapt.* nam species quædam manifesti furti & rapinæ est, per fraudem & calumniam innocentes expilare. POST ANNVM IN SIMPLVM.) quia rei persecutoria. ACTIONEM DABO.) non modò ei qui dedit, sed etiam illi, cuius nomine datum est: *dict. leg. si quis.* 7. aduersus eum, qui calumniæ faciendæ aut non faciendæ causa accepit. Hæredi hæc actio non datur, quoniam Pœnalis est: eíque sufficere debet, quòd eam pecuniam, quam defunctus dedit, per Conditionem ob turpem causam repetere possit. *l.4.hoc tit.* neque In hæredem competit: quia Pœnalis, nisi in id quod ad eum peruenit. Constitutum enim est: Turpia lucra etiam ab hæredib. extorqueri posse, licet crimina morte extinguantur. *l.5.h.t.*

¶Præter hanc actionem etiam aliæ ex legibus aduersus calumniatorem competunt. Nam cum 5 ista concurrit Condictio ob turpem causam: si modò sola accipientis, non etiam dantis turpitudo versetur. Nam si & dantis, melior erit conditio possidentis, neque agi condictione poterit: *vide inf. de condict. ob turp. caus.* si tamen condictum fuerit, tollitur hæc actio, & contrà. nam cum vtrique insit rei persecutio, bona fides non patitur bis idem exigi. *l.5.§.1.hoc tit. leg. bona fides.* 57. *de reg. iur.* Deinde & condictio competit ex constitutione Antonini, quæ iudici, vel aduersario pecuniam extra causam transactionis dari prohibet, & ex eo litem perire iussit. *leg.1.§.2.hoc tit. leg. 1. C. de pœn. iudic. qui malè iudic.* Super hæc ciuilia iudicia, etiam criminaliter ad vindictam publicam calumniatores rectè postulātur. Nam tenentur pœna Talionis, etiamsi inscriptiones hodie non vsurpentur: *leg. fin. vbi glo. & tot. tit. C. de calumn.* item lege Iulia repetundarum, *l.1.§.1. hoc tit. l. lex Iulia. § vltim. ad leg. Iul. repet.* & iudicio Concussionis: *leg. 1. & 2. de concuss.* nonnunquam etiam lege Iulia de Vi priuata ex S. C. Volusiano, *leg. ex S.C. ad leg. Iul. de vi priu.* & l. Cornelia de Falsis: *leg.1.§.1.ad leg. Corn. de fal. l.2. de concuss.* ac si capitalem fraudem cuiquam machinati sint, de Sicariis: *leg. 1. in princ. ad l. Corn. de sicar.* postremò, S.C. Turpiliano. *leg.1. & tot. tit. ad S. C. Turpil.* atque ita variè pro modo & varietate delicti plectuntur. *l. vlt. C. de calumn. leg.1.§. calumniatoribus. ad S. C. Turpil.* In quo illud ferè seruari videre licet: vt quod periculum calumniator dolosè reo creabat, id quasi per talionem in ipsius caput reuertatur. *l. fin. & tot. tit. C. de calum. De pœna calumniatorum, vide etiam Deut.* 19. & 22. Olim calumniatus publico in iudicio, l. Remmia tenebatur: ex qua frons damnato inuri litera consueuit: cui integræ frontis testis opponitur: *leg. quæsitum.* 13. *de testib.* sed ea pœna constitutionibus sublata est. *leg. si quis.* 17 *.C. de pœn.* Calumniæ verò in priuatis aut extraordinariis iudiciis damnatum, extra ordinem fuisse coercitū, Paulus ostendit. *leg.1. tit.5. fac. leg.1, §. 1. ad S.C. Turpil. dict. l. quæsitum.* quod nunc tralatitium est: postquam veteribus accusationum solennibus antiquatis, extra ordinem de criminibus cognosci per constitutiones cœpit. *l. ordo. 8. de pub. iud. l. lex. 7. §. vltim. ad l. Iul. repet.*

DIGEST.

DIGEST. LIB. IIII.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS. Tit. 1.

1 *Ex quibus causis quis restituatur.*
2 *Restitui etiam hæredes.*
3 *Quomodo quis in integrum restituatur.*
4 *Continuatio sequentium titulorum.*
5 *Methodica enplicatio tituli.*

1 SOLET † etiam interdum, qui in iudiciū vocatur, petere olim quidem à Prætore, *tot. hoc tit. leg. 1. & 2. C. vbi & apud quem.* Iure autē nouissimo, à quolibet magistratu ordinario, *l. fin. C. vbi & apud quem. vbi gloss. & Dd. Card. in cle. vnic. de restit. in integ. Bar. in leg. in causæ. 2. §. nunc videndum. de minor. Salic. in leg. placet. C. de peda. iud.* In integrum restitutionem: quòd vel metu compulsum, vel dolo aduersarij, aut ætatis lapsu circumscriptum, vel absentia, vel status mutatione, vel iusto errore, aut alia de causa, quæ excusationem mereatur, in captionem incidisse se dicat. Quæ quidem causa, si adhibita cognitione iusta esse videbitur, *l.3.h.tit.* & res maioris sit momenti (nam propter minimam summam audiēdus non est, qui contra ius ciuile petat In integrum restitui, vt maiori rei vel summæ prçiudicetur, *leg. 4. hoc tit.*) æquum est Prætorem ita læsis subuenire, *l.1. & 2.* quamuis ex conuentione, aut

2 alio iuris vinculo teneantur: nec † modò ipsis, verum etiam eorum hæredibus, *l.6.h.t.* qui personam defuncti repræsentant. *Nouell. de iureiuran. à mor. præst.*

3 ¶Restitui autem In integrum dicuntur, quoniam Prætor eos in integrum pristinúmq; statū & conditionem, qua fuerāt ante captionem, reponit, *gl. in c. 3. circa fin. ex. eodem.* perinde atque si nullum negocium gestum esset: vt meritò dixerit Paulus, *l. 5. h.t.* neminem videri re exclusum, quem Prętor in integrum restiturum se pollicetur.

4 ¶Etsi autem generale est, nec ad vnam alligatum causam restitutionis In integrum beneficium: & quoties æquitas poscit, toties impetrari solet: *l. diuus. 7.* tamen certæ quædam, eęque frequentiores restitutionum causæ, edicto sunt comprehensæ: in quibus, quia non vno vbique modo Prætor restituit, sed pro varietate subiectæ rei variè: ideo de singulis sigillatim & distinctè in proximè sequentibus titulis agitur.

5 ¶Sed antequam eò descendamus, pauca in genere ad hunc generalem titulum de restitutionibus sunt annotanda: Restituere est aliquid reddere, *l. restituere. 75. de verb. signif. leg. præterea. 29. l. qui restituere 68. de rei vend.* seu in pristinum statum reponere. *leg. restituere. 75. de verb. signif. l. 2. §. 27. ne quid in loc. pub. gl. in dict. c. 3.* Paulus lib. 1. Sentent. cap. 7. In integrum restitutio, est redintegrandæ rei vel causæ actio. Res redintegratur, hoc est, reponitur in integrum, quæ data aut facta est: causa, quando res integra est, puta quando nihil datum aut factū, sed causa, hoc est, obligatio subest, quæ per In integrum restitutionem venit annihilanda. *Isidor. lib. 5. Etymol.* nec enim modò res perfecta, sed imperfecta, & inchoata redintegratur. *leg. mutum. 9. §. sed quod.*] *tit. 1.* Sed hæc definitio tam Ordinariis (quarum hîc nulla tractatio instituta est) restitutionibus, *de quib. in leg. 3. C. ex quibus cau. ma. l. 2. C. de res. ind. vend. l. 1. verb. restitutoria. de interd. tot. tit. extr. de restit. spoliat.* quàm Extraordinariis, de quibus hac in parte duntaxat agitur, potest accommodari. Quare vt definitio subiectæ materiæ congruēs, per quam res intelligi possit, habeatur: nos hac qualicunque descriptione vtamur licet. Restitutio, est remedium extraordinarium, quo Prætor deceptos aut læsos, in eam causam, in qua ante deceptionem aut læsionem erant, ex iusta causa reponit ac reducit. Species læsionum plures sunt: *l. 2. & 3. h. t. vide tit. seq.* Causa efficiens Prætor: *l. 1. & tot. tit.* ϖερὶ κατεργολικῆ, petitio & imploratio officij iudicis. *l. quòd si minor. 24. §. fin. de minor.* Impulsiua, æquitas causæ: vnde apparet per iniuriam alterius alteri damnum esse datum. *l.1. & 2. hoc tit.* Materia, sunt res maioris momenti, non friuolæ & leuidenses, *leg. 4. & l. pen. h. t.* Nam Rescissoriæ actiones (vt sunt restitutionum) quia contra ius ciuile dantur, *l. in honorariis. 35. de act.* non temerè, nec ob res leuiculas dandæ sunt. *leg. 10. & 11. de dol. mal.* Forma, vt ea petitio intra legitima tempora proponatur, *l. nō solùm. 6. h. t. leg. fin. C. de temp. in integr. resti.* implorato officio iudicis, vel intentata etiā actione: *Ias. in leg. 1. num. 8. de iurisd.* atque ita causa legitimè, hoc est, plenè cognita & probata, *vide Mynsing. obs. 48. & 49. & 52. cent. 1.* citatísque partibus, *leg. 3. & fin. hoc tit. vide copiosè Spec. tit. de rest. in integ.* restitutio fiat. Finis & effectus, vt lapsis ætate, vel errore, vel alia iusta causa, subueniatur, perinde atque si lapsi non essent: vt ex sequentibus titulis intelligi potest: in quibus sex restitutionum species, prout initiò dictum est, ordine subiunguntur.

QVOD METVS CAVSA gestum erit. Tit. II.

C. 2.20.

1 *Edictum de metu & vi.*
2 *Differentia inter vim & metum.*
3 *Propter quem metum vel violentiam restitutio fiat.*
4 *Edictum in rem scriptum, cui & aduersus quos detur.*
5 *Quomodo prætor restituat, & quid in hanc actionem veniat.*
6 *Actionem esse arbitrariam.*
7 *Cui & aduersus quem non detur.*
8 *De annali & perpetua actione.*
9 *Affinia remedia, quæ vim passis dãtur.*

HOC in titulo de ea specie tractatur, cum quis restitui in integrũ petit, quia Vi metúue coactus sit aliquid facere, Cùm enim etiam qui vi metu ve cogitur, consentiat, *leg. si mulier.21.§.pen.hoc tit. vide Paul.lib.1. tit.7.* quia eligit ex duobus malis quod minimum est, & maluit contrahere quàm interfici, *Arist. lib.3. Ethic.* vel aliud grauius malum pati: ideo cõtractus metu factus, iure ciuili quasi consensu initus valet: nec de eo quicquam antiquis legibus cautum erat, vt extraordinario Prætoris auxilio fuerit opus: quod in rebus ciuilibus & politicis vsum etiamnum suum habet. In spiritualibus porrò ea subtilitas hodie non attenditur, sed simpliciter vi metúue gesta pro nullis habentur. *Auth. sacramenta puberum. vbi Ias. num. 5. & 43. C. si aduer. ven. & in l. interpositas. num. 2. C. de transact. Panor. in c. de muliere. & c. cum locum. nu. 2. & 6. c. veniens. num. 5. de sponsal. Hypp. sing. 347. Guid. pap. sing. 969.*

1 ¶Edicti verba sunt: QVOD METVS CAVSA GESTVM ERIT, RATVM NON HABEBO. Olim: ita dicebatur: 2 QVOD VI ⊤ METVS VE CAVSA. Vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest, *l.2. hoc t.* vt cùm ineuitabili violentia chirographum, pecunia, &c. alicui eripitur. Huius autem fiebat in Edicto mentio, propter necessitatem impositam, voluntati contrariam: quæ multum differt ab his, quæ metu coacta voluntate geruntur. Cùm enim violentia quid extorquetur, principium actionis aliunde & extrinsecus venit: nec magis dici id potest voluntate patientis fieri, quàm volente fit nausa, quoties tempestate ad scopulum nauis allidit. At vbi impendentis violentiæ periculúue metu quid fit, puta datur, traditur, conceditur: tum intus in patiente existit actionis origo: quæ à iudicio nequaquam impedito, & voluntate minus malum eligente proficiscitur. *leg. si patre. 22. de rit. nup. cap. sacris. §. extr. de rest. in integ.* Quo casu verum est quod dicitur: Voluntatem coactam esse voluntatem, *Arist. lib.3. Ethic.* & rigore iuris obligare. *l. si mulier. 21. §. si metu. 5. hoc t. gl. Dec. Cag. in l. velle. 4. de reg. iur.* Quanquam autem hæc subtiliter distinguunt philosophi, & re ipsa differunt, tamen Prætor verbo quidem hæc in Edicto seiungebat, re simul complectebatur. Putauit enim, quodcunq; vi atroci committeretur, id metu quoque fieri, volũtate vtiq; præsenti violentiæ cedente: & eodem modo subueniri, siue quis vim passus sit, necessariam & ineuitabilem, quæ corpori & loco motiuæ vim affert: siue vim coactionis, quæ animum duntaxat inuadit, mentémque superat: maximè cum vtrobique metus sit, & populariter cum populo, cui ius redditur, sit agendum: cuius maxima pars inter vim & coactionem voluntatis seu metum, non satis peritè distinguere nouit. Et sanè qui vim infert, metum etiam facit. Duplex enim metus est: alter quem Fecimus, alter quẽ Pãtimur, authore Quintil. *lib.6. cap.3.* Itaque Iurisconsult. qui student breuitati, *l. ampliorem. 37. §. pen. C. de app.* & (quantum arbitror) Iulianus, Edicti compositor, detraxit Vis mentionem, vt nõ necessariam, quasi & VIM clausula METVS contineat. *l. 3. h.t.*

3 ¶Vim autem accipimus, quæ aduersus bonos mores fit, non eam, quam magistratus iure licito infert. *dict. leg. 3. l. quemadmodum. 29. §. pen. ad l. Aquil.* Metum verò præsentem, *l. metum. 9. h.t.* & qui in hominem constantissimum à formidine obiectorum cadat, *leg. 5. 6. hoc tit. interpositas. 13. C. de transact.* vt mortis, vinculorum, *leg. 7. 8.* stupri, *l. 8. in fin.* carcerum: *l. pen.* videlicet illicitorum & priuatorum, quos habere non licet. *tot. tit. C. de priu. carc. Land. lib. 2. artic. 13.* nam in publicis & licitis magistratuum carceribus distinguitur: vt si quis dignè incarceratus sit, non restituatur si quid promittat: quia hunc ipse sibi metum fecit: *l. 3. l. si mulier. 21. hoc t. in prin. tex. in l. accusationis. 10. C. eod.* sin verò indiguè, restitutioni locus sit, etiamsi cum iureiurando promiserit, aut quid fecerit vel dederit. *Bart. in leg. qui neque. §. solutum. de ver. sig. gl. 2. in cap. ex tenore. de conces. præb. &c. veniens. quæler. vel vou. Hypp. sing. 177. text. in l. sed etsi quis. §. 1. si quis caut. cap. sicut. §. 1. de iure iur. deris. Thol. 422. Band. lib. 3 artic. 41.* Nam vis à magistratu iustè facta, non habet restitutionem, vt suprà dictum est: sed tantùm iniusta, quia in hac magistratus pro priuato habetur, *leg. nec mag. 32. de iniur. Cle. 1. §. fin. vbi Car. de cel. miss. Dec. in l. factum. 131. de reg. iu. tex. in l. pen. & leg. fin. C. eod.* Metus Reuerentialis in hoc Edictum non venit: *l. cum te. 8. l. fin. leg. ad inuidiam. 6. C. eod.* etiamsi officio iudicis, rescissionem quandoque actus importet: *Bar. in leg. 1. §. quæ onerandæ. nu. 4. quar. rer. act. per leg. pen. de fur.* nisi accedat alia impressio, & violentia. *l. fin. leg. pen. C. eod.* Neque tamen solius potentiæ dignitatísue timor sufficerit: *d. l. ad inuid.* aut accusationis *leg. accusationis. 10. C. eod.* & infamiæ: *leg. 4. hoc tit.* aut minarum: *l. metum. 9. C. eod.* nisi capitales sint, & ab eo qui exequi solet, effusæ: *l. donationis. 7. leg. pen. hoc tit. Gloss. & Dd. in d. l. metum. vide omnino Spec. de præsu. §. vlt. num. 7.* Metum, inquit Imperator, non actionibus vel contestationibus, sed atrocitate facti probare conuenit. *d. l. metum. 9.* Quamobrem vbi facto opus est, verba non sufficiunt: *l. 4. in prin. de pecul.* multo verò minus preces etiam potentioris suffecerint: *Fab. in l. accusationis. 10. C. eod. & §. quadrupli. num. 4. Inst. de act.* quamuis vulgò dicatur, Preces domini esse præceptum, *gl. in l. 1. verb. quemadmodum quod iur.* & blanditias Principis, vim continere minarum, *gl. verb. pignora. in l. 1. C. si rec. pro. Feli. in c. 1. num. 2. & 3. de off. iud. del.* iuxta dictum: Rogando cogit, qui rogat potentior. Sed hæc in hoc Edicto rescissorio, & quod atrocitatem facti requirit, non considerantur: *gl. Bart. & Dd. in d. l. metum. 9. C. eo. Bart. in l. de pupillo. §. si quis. de op. noui nunc. Dd. in c. ex literis. de desponf. impu. Ias. in l. Titia. num. 8. de verb. oblig. Dec. in l. in omnib. 39. de reg. iur.* præsertim quando contra minas alio remedio vti liceat, scilicet Cautionis: quam implorato iudicis officio, datis fideiussoribus vel pignoribus, *c. 1. vbi Fran. num. 3. de homicid. in 6. Sali. in l. denunciamus. num. 2. C. de his qui ad Eccles. confu.* præstare de non offendendo coguntur, qui minitando terrorem incutiunt. *Bart. & Imol. in l. hæc autem satisdatio. si cui plus quàm per l. Falcid. Dd. in l. illicitas. §. ne potentiores. de off. præs. in l. qui bona. §. si quis. de damno infect. in l. interpositas. C. de transact. Angel. in tract. malef. ad verb. verba iniuriosa, num. 8.* In hoc ergo Edicto tantùm iustum esse metum intelligimus præsentem, vitæ, *l. 7. 8. 9. h. t. l. metum. 9. C. eod.* cruciatus corporis, *l. 4. C. eo. c. pen. extr. eod.* & status, *l. 4. l. isti. 8. h. t.* seruitutis, *d. l. isti.* fortunarum, *Bart. in l. pen. num. 5. de cond. ob causam.* pudoris & infamiæ realis, *l. isti. 8. §. quòd si dederit. h.t. gl. in l. 4. verb. infamiæ. h.t.* non etiam verbalis: *l. 4. vbi gl. 1. h.t.* quia cum verborum atrocitate factum concurrat oportet: *l. 3. in fin. in verb. terrore verborum extorsit. h. tit. d. l. metum. 9. in verb. non iactationib. sed atrocitate facti. C. eod.* vinculorum & carceris, *l. 7. & 8. h. t.* & si qua sunt similia: *Paul. lib. 1. tit. 7.* nec interest, in se quis hæc vereatur, an in coniuge & liberis, *Listi. 8. in fin. hoc tit.* qui pars corporis affectúsque sunt, & de quibus non minus quàm nobismet ipsis, sæpe etiam amplius laboramus. Si tamen constaret, quid metu etiam leui & vano factum esse (quod quidem non præsumitur:) crediderim restitutioni, saltem ex officio iudicis, locum fore; *Bart. & Bal. in fin. Cast. ac Dd. in l. interpositas. 14. De transact. per gl. in l. 1. ver. metum. quar. ver. act. Aretin. consil. 14. in 4. dubio. Aemil. consil. 2. nu. 7. 9. cum seq.* licet non ex edicto, attamen ex edicti ratione, beniguáque interpretatione. Quid enim interest, quo metu quis compulsus sit, dum constet compulsum esse? *Dec. in l. in omnibus. 39. num 3. de reg. iur. & in c. fin. extr. eod.* Et notum est, alios aliis esse timidiores, & natura mulieres commoueri facilius quàm viros: eóq; & ex leuiore metu restitui: *cum loc. vbi gl. de responsal. Ias. & Dd. in l. interpositas. 13. C. de transact. Dec. in d. l. in omnib. num. 2. & 3. Roma. sing. 226.* planè vt necesse sit, metum ex personæ cuiusque qualitate, rerũque circũstantiis æstimari: *Dec. in d. l. omnibus. nu. 3. per not. Imol. in c. cũ delectus. quod met. caus.* etiãsi in abstricto verũ sit, nõ nisi iustissimũ; quique in cõstantem virũ cadat metũ, huic edicto locum facere: nec aliũ, quò ad intentionem fundandam, & probationem faciendam, rectè allegari posse. *Dec. in d. l. in omnibus. nu. 3.*

4 ¶GESTVM ERIT, ait Prætor, nec adiecit quo gestum sit: vnde apparet, in Rem loqui edictũ, indifferenter, non modò cõtra eos qui metum intulerunt, *l. metum. 9. §. animaduertendum. 1.* siue vnũ siue plures (licet vna solutione, quia rei persecutio actioni inest, omnes liberẽtur, *l. item. 14. §. fin. cum ll. seq.*) sed aduersus omnes omnino, qui lucrum hinc perceperint, restitutionem dari: *d. l. 9. §. fin. cum l. seq.* adeò vt non quæratur, vtrum is qui conuenitur, an alius metũ fecerit. Sufficit enim docere, metum sibi esse illatum: & ex hac re eum, qui cũ agitur, etsi crimine caret, lucrũ percepisse: *d. l. 14. §. in hac actione. 3.* Neq; tamen hæc actio sic rem sequitur, sicuti Rei vendicatio. nã is qui vim intulit, iubetur restituere, etiamsi ad aliũ res peruenìat: quia actio Personalis est ex delicto nata: is verò ad quẽ peruenit, quamuis alius metum fecerit, non tàm ratione possessionis, quàm quòd lucrum ex delicto fecit, conuenitur ex æquitate naturali, quæ ex qualicunque crimine emolumentum sperare nõ patitur. *l. 2. s. de eo. per quem. l. non fraudantur. 134. de reg. iur. l. siue. 22. s. de neg. gest.* Qua ratione hæc actio in rem scripta dicitur: *d. l. 14. §. Pædius. 5. vide Cuiac. lib. obser. 5. c. 17.* quia nullã personæ mentionem facit, sed in ipsam rem metu gestam, cõmodúmque inde perceptum, digitum intendit: quemadmodum & pacta, *l. iurisg. 7. §. pact. 3. s. de pact.* & interdicta, *l. 1. §. fin. de interd.* In Rem concepta dicuntur, quæ rem ipsam, non personam respiciunt. Quod cùm ita sit, minus mirandum est, hanc actionẽ hæredibus, cęterísque successoribus dari etiã in Quadruplum: præsertim cùm cõtineat rei persecutionẽ: *d. l. item. 14. §. l. quod diximus. 16. §. 1. in fin.* cuiusmodi actiones solent transire. *Inst. de perp. & temp. act.* In hæredes autem, & successores cæteros, in id competit, quod ad eos peruenit. Licet enim pœna ad hæredes non transit, *l. vnic. vbi Dd. C. ex del. def.* attamen quod turpiter vel scelere quæsitũ est, id (sicut & suprà diximus) ad compendiũ nullius, nedũ hæredis debet pertinere: *l. quod diximus. 16. l. 16. l. 20 h t.* quin & de consumptis tenetur: sufficit enim semel peruenisse, *l. videamus. 17.* quamuis interitum & casum non præstet. *l. si ipsa. 18.*

5 ¶ Sed quod Prætor, ait, RATVM NON HABEBO: quatenus accipiendus sit, videamus. Et sciendum est, ex hoc Edicto metum passo & Actionem & Exceptionem dari: *d. l. 9. §. sed quod prætor ait. 3.* vt hac aduersus petentes, is qui metu gessit promisitque quid, defendatur: illa, quod ita gestum est, in integrum restitui officio iudicis petat: vt, si per vim tradita res sit, retradatur, & de dolo promittatur, ne fortè deterior res facta sit: sin acce-

ptilatione liberatio interuenerit, in pristinum statum obligatio restituatur, *d. l. 9. §. ex hoc edicto.7.* &c. Sed & partus ancillarum, & fœtus pecorum & fructus non modò perceptos, sed etiã qui percipi potuerũt, & omnem deniq; causam restituì oportet: *l. sed & partus. 12.* quæ quidem omnia (etiam loco consumptorum æstimatione subrogata, *l. 1. C. de his quæ vi metus. caus. l. in re furtiua. 8. de cond. furt.*) simul peti possunt, hac conditione: vt nisi arbitrio iudicis restituantur, in Quadruplum reus condemnetur. *d. l. item. 14. §. 1.* Cùm enim, qui vi rapuit, improbior fur esse videatur: *d. l. 14. §. qui vim intulit: 11.* cur non ad pœnam furti, aut cõsimilem alligetur? Imò pro delicto clementer cum illo agit Prætor: primò, quòd non statim, vt furem, in quadruplum condemnat: sed restituendi concedit facultatem, si pœnam euitare velit: deinde, quòd in quadruplo simplum, & ipsam rei persecutionem (pro vt in edicto bonorum raptorũ, *vid. J. & Inst. de vi bon. rapt.*) complexus est, secus quàm in actione furti. *l. item si cum. 14. §. sed & si quis. 8. cum seq.*

6 ¶ Hæc igitur actio Arbitraria est: petitur enim, ex bono & æquo arbitretur index, quod metu gestum est, vt restituatur in integrum: quod ni fiat, in Quadruplum concipiatur condemnatio. Iussus igitur arbitrio iudicis, & interlocutoria sententia seu decreto rẽ restituere, licentiam habebit reus vsque ad sententiam definitiuam à iudice dandam restitutionẽ facere: quod si non fecerit, iure meritóque quadrupli cõdemnationem patietur. *d. l. 14. §. hæc autem actio. 4.* Vtrum autem hoc iussum iudicis sententia sit Interlocutoria tantùm, an verò Definitiua nostri variè disputant. *gl. & Dd. in 4. C. eod. & in l. item. 14. § hæc autem. h. t.* Ego putauerim interlocutoriam fuisse, qua iudex damnum metu factũ arbitrio suo, hoc est, ex bono & æquo, velut, tãxaret, & hoc eũ qui dedisset illud, resarcire actori vim passo iuberet. Ac fortasse ne tale quidem iussum sententiámve interponi opus est: nec eam Edictum, eíusve interpretes Iurisconsulti magnoperè exigunt: sed id tantummodò velle videntur, (exẽpla enim textus mirificè variant) vt habeat reus facultatem offerendi restitutionem vsque ad sententiam. *d. l. item. §. si quis. & §. hæc autem.* Atque ita paratus soluere eutet condemnationem: *l. si debitori. 21. de iud. l. si reus paratus. 73. de procu. §. fin. Instit. de perp. & temp. act.* quod ni faciat, & sententiæ euentum expectet, in Quadruplum deinceps veluti fur manifestus (nam qui vim fecit, fur est improbior, *in prin. Instit. de vi bo. ra.*) vna sententia, iuxta libelli petitionem, cui sententia congruere debet, condemnetur. Id quod & tum obtinet, cum tertius possessor ex aliena vi conuenitur. *d. l. item. §. in hac. 3.* Imputet enim sibi, qui delictum alienum mordicùs defendit: ex cóque possessionem rei per metum ablatæ retinet, ac eiusmodi ratificatione vim facit suam, peræque atq; si ipsus illam commisisset: *l. 1. §. deiecisse. vers. cum autem, de vi & vi armat.* neque beneficio prætoris

A vti in tempore festinat: quò restitutionis pro arbitrio iudicis faciendæ oblatione, sententiam cõdemnatoriam (qualis ex hac actione indistinctè sequitur, cùm libello sententiæ cõformis esse debeat, *l. fin. C. de fideicom. lib. l. vt fundus. 18. J. com. diuid.*) euitare posset, & mereri absolutionem *§. fin. Instit. de perp. & tempor. actionib. Bart. in l. ictus, de his qui no. infam. Panor. in c. cum te. de sent. & re iud. Soc. in fallen. reg. 179.* quam indulget Prætor iis, qui non expectantes dubium litis euentum, *l. quod debetur. de pecul. gl. in l. Lucius. 78. §. si. ad verb. possess. ad S. C. Trebell.* & quasi penitentia ducti, præproperè offerunt satisfacere ex arbitrio iudicis, ne condemnentur. In quo satis clementer cum reo conuento Prætor agit: *d. l. item. 14. §. 1.* cùm aliàs legibus ciuilibus & iure stricto, pœnam delictorum non molliat pœnitentia: neq; auertatur aut minuatur actio hoc nomine intentata, etiamsi reus satisfacere de re, puta rem furtiuam restituere, sit paratus. *l. qui ea mente. 67. ff. de fur.* At in his arbitrariis iudiciis, ita benignè Prætor cum reo agit, vt det illi facultatem (peræquè vt in ciuilibus causis, vbi de pecunia, nõ de delicto quæritur, *d. §. fin. Inst. de perp. & temp. d. l. si debitori. 21. de iud. d. l. si reus. 73. de proc.*) pro arbitrio iudicis, hoc est, ex bono & æquo, prout bonum vinum arbitrari conuenit, *l. 1. de lega. 2. l. in personam 22. §. 1. de reg. iu.* restituendi rem solam, priusquam in pœnam delicti condemnetur: quo quidem beneficio, si

D non vtatur, est quòd sibi imputet insequentem quadrupli condemnationem: etiam cum ex alterius flagitio conuenitur: quippe qui maluerit pertinaciter alienum delictum ad extremum vsq; defendere, quàm tempori suas rationes ab illo crimine, eiusdémq; pœna seiungere. Vlpianus: *d. l. item. §. in hac act. 3. h. t.* Ne cui, inquit, iniquum videatur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari: quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur: hoc est,

E non simpliciter in quadruplum concepta est actio, sed conditionaliter, hoc modo: Ni reus ante sententiam, quod metu gestum est, tuo arbitratu restituat, in Quadruplum iudex condemnato. Quadruplabitur autem id, Quanti ea res erit, hoc est, cũ fructibus & omni causa: *d. l. item. 14. §. Labeo. 6. & §. quadruplabitur. 7. l. si mulier. 21. §. 2. h. t.* id tamen quod vel è interest, & in quo quis certò damnum patitur, est quadruplandum.

F Vnde Iulianus ait, eũ qui ex causa fideicommissi quadraginta debebat, si trecenta promiserit per vim, & soluerit, tantum 260. quadruplum consecuturum. In his † enim tantummodò vim passus est, cum quadraginta reliqua deberet. *d. l. 14. §. pen.* Nam hæc natura est huius actionis, vt rem damnúmq; persequatur, neque eidetur, cui nihil ab est: *d. l. 14. in prin.* quamobrem aduersus creditorem, qui debitori suo vt solueret vim adhibuit, non competit: *l. sed & partus. 12. §. fin.* licet

G negari non possit, in legem Iuliã de vi cum incidisse, & ex cõstitutione Marci, ius crediti amisisse. *d. §. fi. l. extat. 13. h. t.* Sed quadrupli cõdemnatio-

tum.

tum demum locum habet, cùm intra annũ agitur. *d. l. 4. §. post annum.* nã omnes pœnales Prætoriæ anno vtili finiri solent: *l. in honor. 35. de acti.* licet ciuilis iniuriarum anno continuo expiret. *l. 5. C. de iniur. vid. Gouea. lib. 1. Lec. & infr. de iniur.*

8 ¶ Quamobrem si à tempore illatæ violentiæ annus vtilis effluxerit, amplius ad vindictam iniuriæ in Quadruplũ agi nequit, propter præscriptionem: superest tamen in Simplum actio Rei persecutoria, in qua æstimatur omne quod agenti abest: *l. si mulier. 21. §. qui possessionem. 2. h. t.* quæ licet non sit Arbitraria, neque crescat propter contumaciam non restituentis: tamen quia de vi quæritur, & Extraordinaria ac Rescissoria est, grauátque existimationem rei, *l. 1. §. antepen. J. vnde vi. Bal. in c. 1. §. fin. num. 15. de prohib. feu. ali. per Fed. in feu. ali. in c. 1. § si verò, de mil. va. qui cont. est.* quamuis ipso iure non infamet: *gl. in l. si cum exceptione. §. eum qui, verb. tenentur. h. t.* ideo non datur nisi cum causæ cognitione, videlicet vt si alia non sit, hæc detur. *d. l. 14. §. post annum.* Ac datur quidem exemplo reliquarum perpetuò. *l. videamus. 17. l. quod autem. 19. h. t.* Et sic accipiendum est, quod ait Paulus: *l. si mulier. 21. §. 1. hot t. vide quæ dixi Inst. de perpet. & tempo. actionibus. in prin.* Quod metus causa gestum erit, nullo tempore Prætor ratum habebit, *l. interpositas. 13. C. de transact.* Nam etsi nullo tempore Prætor ratum habet quod metu gestum est, eóque eiusmodi actiones olim, vt exceptiones, absque vlla tẽporum præscriptione perpetuò durabant: tamen

D sciendum est, actiones omnes tàm Iuris ciuilis quàm Prætorij, antea perpetuas, nunc spacio 30. annorũ (vt aliquis sit litium finis, neque timeantur semper controuersiæ.) Principum constitutionibus esse inclusas, *in prin. Instit. de perpe. & temp. act. l. 3. & 4. cum seq. C. de præscr. 30. vel 40. ann. d. l. in honor. 35. de act.*

9 ¶ Sunt autem & alia remedia, quæ vim passo dantur. Nam volenti parcere famæ rei, & Vendicatio datur in rem per vim ablatam: *d. l. 9. §. volenti. 4. h. t.* quia res in bonis eius esse videtur, qui vim passus est: *d. l. 9. §. licet. 6. l. si quis. 17. de acq. possess.* & personalis actio quæ antea competebat, rescissa acceptilatione, aut liberatione per vim extorta: *d. l. 9. §. volenti.* quemadmodum & coacto hæreditatem repudiare vtiles actiones dantur, redacta ad nihilum repudiatione. *d. l. 21. §. fin. h. t.* altera tamẽ actio alteram tollit. *d. l. 9. §. licet.* Est & locus interdicto VNDE VI in possessionibus, item QVOD VI AVT CLAM: *d. l. 9. §. 1.* & legi Iuliæ de vi: *d. l. sed & part. 12. in fin.* & edicto diui Marci, quo ius crediti, qui sibi ius priuata authoritate dixit per vim, amittit, *d. l. extat. 13.* Nonnunquam etiam solo iudicis officio, sine vlla pœna, quod metu gestum est, restituitur: vt si metus non extet, cui vis atrox causam dedit: *l. fin. §. 1. & 2.* aut si vis sit à magistratu illata, cognitione non habita. *d. l. fin. §. fin.* Deinde eum qui metum fecit, de Dolo teneri certum est, quia vis sine dolo malo non adhibetur: altera tamen actio alteram consumit, exceptione in

A Factum opposita. *d. l. item si. 14. §. eum qui. 13. h. t.* At qui dolo deceptus est, de vi agere non potest, nisi ea sit illata: nam in hoc Edicto vim probari omnino necesse est: *d. l. 14. §. in hac 3.* dolus autem sine vi, tecta fraudulentia & machinatione animi committitur. *l. 5. ex quib. caus. maior. l. 2. §. doli. 4. de vi bon. rapt. l. vlt. C. de litigio.* Itaque Doli tantùm mali actio propter dolum competit: in qua cuiusmodi fiat restitutio, deinceps videamus.

B

DE DOLO MALO. Tit. III. C. 2. 21.

1 *Dolum olim tribus tantùm casibus fuisse vindicatum.*
2 *Edictum de dolo.*
C 3 *Ratio edicti.*
4 *Quis sit dolus malus.*
5 *Edicto non esse locum, si alia actio sit.*
6 *Sine iusta causa non dari hãc actionẽ, & quando cesset: ac de actione in factum.*
7 *Qualem actionem, cui, aduersus quos prætor det, & ad quid.*
8 *Quo tempore finiatur.*
D 9 *Quatenus transeat ad hæredes.*

HOc in titulo † de secunda restitutionis speciе agitur, cùm quis Dolo malo aduersarij circumuentus, in fraudem & damnum incidit. Nam olim iure ciuili tribus tantùm casibus dolus coercebatur: primò ex lege duodecim Tab. quãdo in tutela commissus erat: secundò ex lege Lectoria, circũscriptis adolescentibus: tertiò sine lege, in Iudiciis, quib. ex bona

E fide addebatur. *Cic. lib. 3. Offic.* Vnde apparet, cõtractus bonæ fidei per dolũ contractos, nõ fuisse ipso iure nullos, alioqui nec obligatio, nec actio, neque iudicium constitui potuisset: *l. licet. §. ea. de procur. l. si pupilli. 6. §. videamus. 5. de neg. gest.* sed obligationem Iure ciuili constitisse: quia licebat se inuicem contrahentibus decipere: *l. in causæ. 16. §. pen. de minor.* verùm in iudicio bonæ fidei, quod dolo malo factũ esset, solere purgari aut retractari: *l. si dolo 5. C. de rescind. vend.*

F excepto cùm minor contra legem Lectoriã deceptus esset: *l. & eleganter. 7. h. t.* talis enim contractus, ne inter maiores quidem valebat, *d. l. in causæ. 16. de min.* vt pote contra legem factus, *l. nõ dubium. C. de leg. §. si aduersus. Inst. de nupt.* & ideo totus irritus: aut cùm dolus ab vtraque parte interueniebat: *l. 3. pro sec. l. si. in emptione. 34. de cont. empt.* qui contractum bonæ fidei stare non patitur, quando nulla vtrinque bona fides intercesserit. *l. domum. 57. de cont. empt.* In reliquis porrò,

G quæ non sunt bonæ fidei, conuentionibus, qui circumscripti erant, efficaciter obligabãtur. Sed

quod iniquum videbatur nō modò dolum esse, A impunitum, *l. in delictis. 4. §. cùm dominus. 2. de noxact.* verùm etiam cum detrimento alterius quæstuosum, *l. ne ex dolo. 12. h.t. gl. in l. 2. per illum text. de eo per quem fac.* C. Aquilius prætor ætate Ciceronis æquiss. de Dolo Molo coercendo formulas, verissimum euerriculum omnium malitiarum, primus proposuit: *Cic. lib. 1. & 3. Off.* quarum deinceps summa in Edictum Perpetuum ad hūc fermè modum est relata.

2 ¶ QVAE DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR, SI DE HIS REBVS ALIA ACTIO NON ERIT, ET IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IVDICIVM DABO. *l. 1. in princ. h.t.* B

3 ¶ Hoc Edicto Prætor aduersus varios & dolosos, qui aliis obfuerunt calliditate quadam, subuenit: ne vel illis malitia sua sit lucrosa, *d. l. 2. de eo per quem fac. l. 5. si quis caut. l. non fraudantur. 134. in fin. de reg. iur.* vel istis simplicitas damnosa. § *sed quia. Instit. de fideicom. hæred. l. 4. §. vlt. l. 11. & passim. de except. dol. ma.* C

4 ¶ Dolum autem Malum (reiecta Seruij definitione, quam tamen Cic. lib. 3. Offic. probat. & alibi Vlp. *l. iurisgentium. 7. §. dolo. 4. §. de pact. Paul. lib. 1. tit. 8.*) Labeo ait, *l. 1. §. 1. vid. l. vlt. C. de litigios.* esse omnem calliditatem, fallaciā, machinationem, ad circumueniendum, fallendū, decipiendum alterum adhibitam. Cùm machinationem adhibitam definiat, facilè intelligi potest, dolū in committendo versari: qua potissimùm nota à culpa etiam lata discriminatur: nam hæc magis in negligentia vel ignorantia cōsistit. *l. si mora. vbi gloss. sol. mat. l. mag. ne gl. 226. l. latæ. 223. de verb. sig. l. 3. de iur. ign.* Non fuit autem contentus Prætor Dolum dicere, sed adiecit MALVM distinctionis causa & per diastolen: quoniam veteres etiam Bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebāt: maximè si aduersus hostes aut latrones quis machinaretur. Dolus enim an virtus, quis in hoste requirat? *l. 1. §. 2. h.t. l. 5. in fi. de re milit. c. dominus. 23. q. 2. Menoch. consil. 100. num. 222. Panor. c. in nostræ. nu. 7. de sepult. vbi duplicem statuit dolum: alium bonum, alium malum.* vt nomen homonymum hac adiectione fuerit distinguendum, quo sciretur quem dolum Prætor notaret. D

5 ¶ Ait prætor: SI DE HIS ALIA ACTIO NON ERIT. Meritò Prætor ita demum hanc actionem pollicetur, si alia actio nō sit. nā eiusmodi agendi genus, quo perpetua ignominiæ nota condemnato inuritur, *l. 1. verb. doli. de his qui not. infam.* non temerè debuit à Prætore decerni, si sit alia actio, qua quis possit experiri. *d. §. 2. l. 1. h.t.* Itaq; non est huic Edicto locus, cùm tutore colludente pupillus à Titio circumscriptus est: *l. 5. h.t.* quia ex lege 12. Tab. iudicio Tutelæ, quod sua interest à tutore cōsequitur, nisi is soluendo esse desierit: *l. nam u. 6.* item si minor circumscribatur, quoniam in integrum restitui potest: *l. 1. §. idem Pompon. 6.* aut si quis in contractu bonæ fidei sit circumuentus. omnibus enim bonæ fidei iudiciis exceptio Doli inest; *l. huiusmodi. 84. §. qui seruum. 4. de leg. 1. l. sed etsi. 21. sol. mat.* vt in his qui vel agendo vel excipiendo, machinatione se aduersārij deceptum probat, in integrum ex bono & æquo restituatur, arbitrio iudicis: qui vel contractum nullum declarabit, si dolo quis ad contrahendum inductus fuerit: *l. & eleganter. 7. in prin.* vel, si eum ratum habendum putet, ne quid decepto dolus aduersārij noceat, pro singulorum factorum qualitate & circunstantiis prouidebit. *d. l. 7. in fin. l. 9. h.t. l. si dolo. 5. l. dolus. 10. C. de rescind. vend.* Denique quocunq; tandem modo quis tutus sit: siue exceptione siue actione, ciuili aut honoraria, siue pœnali, vel etiam populari: *d. l. & eleganter. 7. in prin.* denegabitur ex hoc Edicto in integrum restitutio: *d. l. 1. §. ait prætor. 3. cum multis seqq. l. 2. 3. 7. §. 1. & 2. §. pen. l. arbitrio. 18. §. 1. & 2. hoc tit.* nisi probabiliter, an alia actio competere possit, dubitetur: *d. l. 7. §. 1.* aut nisi alia actio quæ concurrit, æquè famosa sit: vt Stellionatus. *l. 3. de crimin. stell. vid. gl. & Dd. in l. sub prætextu. 19. C. de transact.* C

¶ Eadem ratione prætor causæ cognitionem inseruit: ET IVSTA, inquit, CAVSA ESSE VIDEBITVR. nec enim tam grauis actio passim fuit indulgenda. *l. si quis. 9. §. fin.* Quare si modica sit summa, hoc est, ad duos vsq; aureos, non debet dari hæc actio, *d. §. fin. cum l. seq.* sed in factū potius: *gl. & Dd. in d. §. fin.* perinde vt moribus nostris actio Furti criminalis nequaquam locum habet, nisi tres aureos furtum superet. *vide glo. & Dd. in §. gallinarum. Instit. de rer. diuis. & j. tit. de furt. vbi dixi.* Sed & quibusdam personis non dabitur: vtputa liberis vel libertis, aduersus parentes patronōsve: item humili, vt plebeio, aduersus Consularem: prodigo, aut aliàs vili, aduersus hominem vitæ emendatioris: cum parcendum sit talium personarum existimationi. Quid ergo erit in horum personis? Dicendum est, in Factum verbis temperādam de dolo actionem, vt bonæ fidei mētio fiat: hoc est, vt addatur clausula Bonæ fidei, concepto in ipsum factum cui dolus inest, iudicio: atq; ita ex bono & æquo index arbitretur, ne contrà quàm bona fides exigit, fraus alterius alteri noceat, dissimulata interim doli mentione, quamuis ex narratione facti possit vtcunque colligi & apparere. E

¶ Ait prætor: IVDICIVM DABO. at cuiusmodi? nō modò tribuendo Exceptionem, *l. fin. h.tit.* sed etiam Actionem, vt in superiore Edicto: à quo tamen eo distat, quòd in hoc designari oportet, cuius dolo factum sit, quamuis in Metu non sit necesse: *l. sed & §. fin.* quia hæc tristis est famosa actio ne mimium euagetur, non in rem, sed in personā quæ dolum fecit, scripta est. vnde & certò comprehendi debet, quid dolo malo factum sit: vt sciatur qua in re, à quo actor sit circumscriptus. *l. item. 16.* Porrò cùm ab iis, qui dolum commiserunt, recesseris, in alios non cōpetit, nisi quatenus ad eos peruenit. *l. sed et. 15. §. pen. l. si plures. 17. §. fin.* Sanè si plurium dolo quid factum dicatur, omnes quidem ex suo crimine in solidum obligabuntur: sed quòd actio est

est Rei persecutoria, & bona fides non patitur compluries idem exigi, vno rem, vel quanti ea res fuit restituente, omnes liberabuntur. *d. l. si plures. ex l. Bona fides. 57. de reg. iur.* Sed & hæc actio est Arbitraria, in qua restitutio fieri arbitrio iudicis iubetur: quæ ni fiat, sequitur condemnatio Quanti ea res est: cuius æstimatio iurijurando in litem actoris cōmittitur. *vid. tit. ff. & C. de in lit. iur.* Non tamen semper in hoc iudicio arbitrium iudicis dandum est. Quod enim si manifestum sit, rem restitui non posse? veluti si seruus dolo malo traditus, sit defunctus: ideóque protinus condemnari debeat reus in id quod interfit actoris. *d. l. arbitrio. 18.* Neque verò hīc ad quadruplum crescit in contumacem condemnatio: quia dolus non eam, quam vis, cum furto habet affinitatem: decepto enim volenti, non inuito, aufertur: ideóque furti pœna locū hīc nō habet. Ac visum fuit sufficere, si refusis actori damnis, reus in vindictā doli existimationis iactura plecteretur: *l. 1. §. non fuit. hoc t. l. 1. verb. doli. de his qui no. infam.* quæ certè homini ingenuo, pudētique, omni pecuniæ iactura grauior esse *l. iusta. vbi gl. de man. vind.* debet. *fac leg. licet. 103. de verb. sig.* Sed cur hæc actio peræquè non est Rescissoria, & contractū retractat, atq; superior quæ ob Vim datur? Respondeo: Edictū de Vi, ita Prætor concepit, vt polliceatur se Ratum non habiturum, atque ita Irritum facturum quod gestum est. De dolo, non eodem modo edicit. Nam dolus quadantenus permissus est contrahentibus, ex natura & vsu commerciorum ac solertiæ humanæ: *l. in causæ. 16. §. pen. de minor.* nec perinde magnum scelus est vt metus aut vis: quia hæc in publicum crimen incidit, *ad l. Iul. de vi publ. & de vi priua. leg. hoc iure. 152. de reg. iur.* dolus non item. *leg. 3. de crimi. stell.* Quare visum fuit hunc leuius coërcere satisque esse damnum refundi, ne contractus hoc prætextu temere rescindantur. A B C D

¶ Hæc autē actio Vtili olim anno, hodie Continuo biennio, quia grauis & odiosa est, terminatur: *l. fin. C. eod.* adeò vt ne litis quidem contestatione perpetuetur. *gl. & Dd. in d. leg. fin. C. eod. Salic. in l. fin. C. de præsc. 30. annor.* Cæterum in Factum actio, quæ datur in quātum factus est reus locupletior. Perpetua est: *l. itaq; 3. 28. in fin. h.t.* cum quia cessat acerbitas ignominiæ, *l. Sabinus. 29.* tū quòd nullo tēpore lucrum ex delicto cū alterius damno sit sperandum: & hæc actio merè sit Rei persecutoria, quod genus 30. annis durat: *l. 34. de act. Instit. de perp. & temp. act. l. 1. vnde vi. cum similib.* qua ratione etiam Doli exceptio perpetua *l. purè. 5. §. vl. de dol. ma. except.* est. Nec enim infamat, quoniam opposita exceptione doli, non dānatur actor, sed absoluitur reus. Nemo autem ex dolo infamis est, nisi de dolo damnatus, *l. 1. de his qui not. infa.* Deinde exceptio rem tuetur: eóq; vt rei persecutoria, durare in perpetuum debet. *l. si pactum. 6. C. de except. l. purè. in fin. de dol. except. gl. in l. 3. verb. persecutione. C. de præscrip. 30. annor.* Perpetuitas autem hæc non item vt in actionibus, *Inst. de per. & tempo. act.* sic hīc 30. annis concluditur. E F G

¶ Hæredibus porrò hæc actio datur, quia rei persecutoria. In hæredes autem cæteróque successores perpetuò catenus, quatenus ad eos peruenit: *l. si plures. 17. in fin. l. in hæred. 26. cum ll. seqq. h.t.* nam iniquum esset, vlterius quenquam ex alieno delicto obligari. Quod enim vltrà est, pœna est in persona hæredum, cum ad eos res non peruenerit, nec sint facti locupletiores. quo pœnali genere actionis, hæredes conueniri non solent. *l. 1. de priuat. delic. l. vnic. C. ex del. def.* 9

DE MINORIBVS VIGINTIQVINQ; ANNIS. Tit. IV. C. 2. 22. vsq; 45.

1 *Edictum.*
2 *Eius ratio.*
3 *Quibus minoribus ad quod vsq; tēpus hoc beneficium detur.*
4 *Qui ex persona minoris restituantur, aut (non.*
5 *Ex quo gestu minor restituatur.*
6 *Nō sine causæ cognitione restitutionē fieri, & quid in causæ cognitionem veniat.*
7 *Quid in hoc iudicio sit probandum.*
8 *Nullam ex hoc edicto proficisci actionē.*
9 *Effectus restitutionis, & vis, & quomodo fiat.*

DE iis † qui inconsulta quadam iuuenilis ætatis leuitate damnum fecerunt, in integrū restituendis, ita Prætor edicit: QVOD CVM MINORE QVAM XXV. ANNIS NATV, GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVAEQVE RES ERIT. ANIMADVERTAM *l. 1. h.t.* 1

¶ Hoc Edictum Prætor, naturalem æquitatem secutus proposuit, quo tutelam minorum suscepit. Nam cùm inter omnes constet, fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorúmque expositum insidiis, ac (vt ait Cicero, *pro M. Cælio.*) tempus illud ætatis sua sponte tur- 2

mum, aliorum libidine etiam esse infestũ: Prætor eis auxilium hoc edicto est pollicitus, & aduersus captiones opem: quã omni minoris ætatis tempore petere possent. *l. 2. & 3. C. de temp. in integr. rest.*

3 ¶Apparet autem minoribus 25. annis id auxilij polliceri, nõ maioribus: nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat: & ideo hodie in hanc vsque ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur: nec antè rei suæ administratio eis committi temerè debet, quamuis B rem suam bene gerentibus. *d. leg. 1. in fin. C. de leg. tut. in prin. Instit. de curator. vbi dixi.* Ergo si cum minore contractum sit, & contractus inciderit in tempus quo maior efficitur, restitutio cessat: nisi totum hoc dolo aduersarij structum, & eò protractum probetur, vt maiore illo facto, quod gestum esset, subsisteret. *l. 3. §. si quis. hoc tit.* Cæterùm de eo quod in minore ætate gestũ est, maior iam factus restitutionem petere non prohibetur (nisi ratam alienationem habuerit, *t. t. C. sima. fact.*) olim quidem intra annum vtilem, hodie intra quadriennium, *l. fin. C. de temp. in integ. rest.* ab ingressu iustæ ætatis computandum. Minorem autem natu accipimus, qui nondum 25. annum perfectè & omnimodò adimpleuit. nam à momento in momentum tempus spectamus: adeò vt si postremo die, aut vltima hora, quæ ad complementum 25. anni deest, captus sit, restitutioni locus relinquatur. *l. 3. §. minorem. 3. h. t.* Iure porrò Saxonum ætas, 21. ætatis anno terminatur: & exinde tempora quadriennij currere incipiunt. *Fach. diff. 9. per text. Landr. lib. 1. artic. 42. & Lehen. artic. 26. Reinh. de tute. diffe. 5.* Nihil autem refert, minores sint patres an filiifamiliares an fœminæ, dummodò ipsorum interfit restitui. *leg. 3. §. sed vtrum. 4. & §. si quid. 7. h. t.* Serui tamen minores non restituuntur: quoniã domini tantùm, cui acquiritur, persona spectanda est, *l. non minus. 31. de hæred. instit. leg. debitor. 82. §. 1. de leg. 2.* qui sibi imputare debebit, E quòd minori rem commiserit. *l. 3. §. final. l. 4.* Eadem ratione minoribus alieno nomine, vt procuratorio, institorio, &c. negociantibus, non succurretur: cùm eo modo potius maiori consuleretur, cuius damno res sit cessura. *leg. cum mandato. 23.*

4 ¶Ex ipsius autem minoris persona restitutionem petunt, procurator eius, cui nominatim id mandatum est, aut qui rem ratam dominum habiturum satisfecit: *l. illud. 25. §. 1. cum leg. seq.* item pater, quia eius periculum agitur, cùm de peculio teneatur: *l. patri 27.* & hæres, quando non respectu solius personæ hoc beneficium detur, sed propter damnum & læsionem, quæ in hæreditate manent, & à minore in hæredem transfunduntur. *l. 3. §. pen. h. minor. 18. §. fin. cum l. seq.* Fideiussori non succurritur, quòd iniurium sit huic in necem creditoris subueniri, qui in securitatẽ obligationis eum accepit: sed ipsi potius qui vltrò spopondit, deneganda erit mandati actio. *l. in causa. 13. h. t. in prin. l. 1 & 2. C. de fid. min*

A ¶Ait prætor, GESTVM ESSE DICETVR. Gestum sic accipitur, qualiter qualiter, siue cõtractus sit, siue quid aliud, vnde damnũ minor fecit. *l. ait prætor. 7.* Sanè in delictis nulla deprecatio aut restitutio est: *l. auxilium. 37. leg. 9. h. t. & C. si ad. delic.* indigni enim sunt legis beneficio, qui in legem committunt, *d. leg. auxilium.* quanquam pœna miseratione ætatis in his mitigari solet. *l. ferè. 108. de reg. iur. d. leg. 37.* Qua ratione & illud rectè placuit, si post repudiatam hæreditatem, negociis ab alio successore confectis atq; finitis, ad partam laboribus substituti pecuniam velit minor admitti, *l. quod si. 24. §. Scæuola. 2. h. t.* aut si ipse se maiorem simulando, fallaciam alij struxerit, *leg. 2. C. si min. se maior. dix.* nequaquam audiendum.

¶Illa verba, VTI QVAEQVE RES ERIT, 6 causæ cognitionem significãt. Nec enim semper ea, quæ cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum redigendã: ne magnõ incommodo afficiantur huius ætatis homines, & nemine cum his propter metum restitutionis contrahere volente, quodam modo commercium eis interdicatur. *d. leg quod si. 24. §. 1.* Itaque ea tantùm, in quibus manifesta est circumscriptio, irrita fient: vtpote si circumuenti, suáque decepti facilitate, aut quod habuêre amiserint: aut emolumentum quod erat in manibus, siuerint elabi: *d. l. 7. cir. fin. hoc t.* aut se inutilib. negociis damnosisue litibus implicuerint. *l. minorib. 6. l. si minor. 34. §. 1. l. non omnia. 44. hoc tit.* nam hæc omnia verbo Circumpscriptionis comprehenduntur: *d. l. non omnia.* adeò vt etiam affectionis habeatur ratio. *l. si in emptionem. 35.* Non †aliter 7 tamen in his subuenitur minoribus, quàm si causa cognita, & rem alicuius esse momenti, *leg. sciendum. §. de rest. in integ. Fer. in for. lib. super pet. restit. in verbo, & minorib.* & in ea se ætatis lubrico captos probarint. *l. verum. 12. §. sciendum. 3. hoc t.* Neque enim qui sobriè sua administrans, occa- E sione damni non inconsultò accidentis, sed fato, velit restitui, erit audiendus: cùm non mali euentus, sed inconsulta facilitas pariat restitutionem. *d. §. sciendum.* Sufficere tamen arbitror, & minorem ætatem ostendi, & læsionem: *dict. §. sciendum. in verbo. capti esse probentur. leg. nam potest. 9. §. si minor. de iure eiur. Ferra. præall. loco. leg. 1. & qui & aduer. quos Schurff. latè consit. 28. centur. 1.* quæ non in casu & euentu, qui prudentissimos fallit, sed ipso hæreat contractus principio. *d. leg. F verum. §. si locupleti. 4. hoc tit. l. fin. C. eod.* In causæ cognitione etiam hoc versabitur, num fortè aliqua actio contractum annihilans possit competere, citra In integrum restitutionem. Nam si communi iure tutus est, puta si conuentio ipso iure nulla sit, vt conueniri ab alio nequeat, nec quicquam præstiterit, vt conuenire alterum necesse non habeat, non debet ei extraordinarium auxilium tribui: *l. in causa. 16. h. t. vide l. vlt. & tot. tit. C. si tut. vel. cur vbi dixi an actiones aliæ cum hac G concurrant.* quod secus fuerit, si alia ei actio competat: *tot. t. C. statut. vel cur.* potest enim vtilius esse minoribus

minoribus restitui, quàm sumptuosis actionibus atque litibus distringi. *l. 16. §. vlt. ff. ex quibus caus. maior.* Deinde vtrum soli ei succurrendum sit, an etiam iis qui pro eo sunt obligati, an verò potius creditoribus: *d. l. in causa. 13. hoc tit.* Deniq; quis contra quem (nam neque aduersus parem, hoc est ætate minorem, *l. verum. 12. §. pen.* item libertatem, *l. si ex causa. 9. circa fin.* nec semper contra bonæ fidei possessorem restitutio dari solet, *l. planè. 14.*) ex qua gestione, propter quam causam, & quatenus, *d. l. 9. l. cum mandatum. 23.* A nem statum mutat, obligationes priores stricto iure perire: quoniam qui emancipabatur olim, aut per adoptionem in alienam transibat familiam, is solenni quadam imaginariáque venditione dabatur in seruitutem, cui nulla obligatio ciuilis adhærescere potest. *l. 3. §. fin. h. tit.* Sed & arrogatus vnà cum omnibus bonis & iuribus in potestatem arrogatoris transit: vt vel hoc nomine inanis reddatur aduersus adoptatum, qui nihil in bonis retinet, actio. *l. 6. §. de dol. mal.* Cæterùm quòd iniquum erat, hunc ad modum ludificari, & agendi facultate priuari eos, qui cum talibus bona fide contraxissent, Prætor intercessit, itáque cauit.

restituendus sit, diligenter ex circunstantiis rerum est perpendendum: *d. l. in causa. 13. §. 1.* quæ quidem causę cognitio pręsentibus aduersariis, quos contrà restitutio impetratur, aut saltem legitimè euocatis, & per contumaciã absentibus, est facienda. *d. l. 13. §. causa. 2.* Addit prætor, ANIMADVERTAM: videlicet vt causa cognita, provt æquum videbitur, aut largiar beneficium resti- 8 tutionis, aut denegem. Cum † autem nullum iudicium aut actionem, sed tantummodò se animaduersurum polliceatur: intelligi licet, nullã propriam actionem vel cautionem ex hoc edicto proficisci: *Ias. post alios, in l. ea demum. 6. num. 4. C. de coll.* sed totũ id pendêre ex cognitione Prætoris: *l. quod. si. 24. §. fin. hoc tit.* eiúsve magistratus qui prætoria potestate fungitur: vt Præfecti vrbi, Prætorio, *d. l. in causa. 16. §. fin. cum l. sequ.* aut minoris etiam magistratus: *l. minor. 18.* item in 9 pronincia Præsidis. *l. præses 42.* Restitutione † autẽ in integrum decreta, vnusquisque ius suũ D integrum recipit, sumptúsque in rem facti restituuntur: *d. l. quod si 24. §. penult. d. l. patri 27. circa fin.* vnà cum fructibus, vsuris, omniq; causa tam minori, *l. quod si minor. 24. §. penult. l. patri 27. §. 1. hoc tit.* quàm ei qui cum hoc contraxit, *l. minor. 40. §. fin. h. t.* reddenda. Nec enim ita subueniendum est minoribus, vt ex alienis incommodis sua comparent commoda. Quare & ipsi, qui cum eis contraxerunt, in eam conditionem, qua ante contractum fuerant, sunt reponendi: *l. intra. 39. §. fin.* quod in omnibus in integrum restitutionibus, exigente ita æquitate, obseruatur. *l. ergo. 22. ff. ex quibus caus. maior. l. vnic. C. de reputa. quæ fiunt.*

DE CAPITE MINVTIS. Tit. V.

1 *Ratio huius Restitutionis.*
2 *Edictum.*
3 *Edicti explicatio, & ad quos contractus pertineat.*
4 *Quid sit capitis minutio.*
5 *Tria genera minutionis.*
6 *In minima duntaxat edicto locũ esse.*
7 *Effectus huius restitutionis.*

1 QVod † ad restitutionem, quæ propter status mutationem datur, attinet, sciendum est, cùm quis per adoptionem aut emancipatio-

¶QVI QVAEVE, POSTEAQVAM QVID 2 CVM HIS ACTVM CONTRACTVMVE SIT, CAPITE DEMINVTI, DEMINVTAEVE ESSE DICENTVR, IN EOS EASVE, PERINDE QVASI ID FACTVM NON SIT, IVDICIVM DABO. *l. secunda. §. 1. hoc tit.* Rectè † in- 3 C quit, POSTEAQVAM CONTRACTVM, &c. nam si quis post minutionem capitis cum his contrahat, imputare sibi debet, cùr contraxerit, quantum ad verba huius Edicti attinet. *d. l. 2. §. hi qui. 2.* ACTVM CONTRACTVMVE.) Hoc de ciuilibus contractibus atque actionibus accipimus: nec enim necesse fuit quippiam edicere de criminalibus: cùm nemo delictorum pœnis per capitis diminutionem exuatur: *d. l. 2. in fin.* sed eiusmodi obligationes semper cum capite ambulent. *l. tutelas. 7. vers. iniuriarum. hoc tit.* Tutelas etiam hîc obligationum nomine comprehendimus: quanquam non amittantur capitis minutione Minima *d. l. tutelas. 7.* (de qua hoc Edictum loquitur) nisi illæ quæ ex lege XII. Tab. in iure alieno, hoc est, potestate patria, *tot. titu. §. de his qui sunt sui vel alien. iur.* constitutis personis (nam & filijfam. tutores esse possunt, vt suo loco dicemus) deferuntur: videlicet agnatis. *d. l. tutelas vid. ff. de tut. vide Vlp. tit. 11. Gouc. lib. lect. 2. cap. 12.* E Agnatio namque tollitur, mutatà per capitis minutionem familia, non ius sanguinis, naturæ, vel ciuitatis. Quare quæ tutelæ ex testamento aut à Magistratu nouisque legibus deferuntur, minimè pereunt capitis minutione: quoniam ad ius ciuitatis pertinent, quod hac familiari ratione non perimitur: sicut nec illæ, quæ ex lege non agnato, sed natura proximo deferuntur: quandoquidem adoptio vel emancipatio, ius naturalis proximitatis auferre non potest. *d. l. tutelas. l. 1. ad Tertull. cum simil.* F Deferre autem (vt hoc addam) propriè lex tutelam dicitur, testátor verò vel magistratus Dare.

¶Ait prætor: CAPITE MINVTI.) Capitis 4 minutio, est status permutatio. *l. 1. h. tit.* Caput enim hîc pro statu accipimus: *l. 2. de interd. & rel. capitalium. 28. de pœ.* vt cùm dicimus ciuem esse Integri capitis, *Cic. in Piso.* Nullum caput habere seruum, *l. 3. in fin. hoc tit. §. seruus. Instit. G eod.* &c. quod quidem caput, cum immutatur, diminui dicitur: quemadmodum res quæ mu-

tantur, *l.1. verb. diminutum.* *ſ.tit.1.l. deperditum.21. de petit.hæred.l. vltim. de legib.* & in alienam poteſtatem tranſeunt. *l.diuus.5.de petit.hæred.* Minu- A
5 tionis † autem capitis tria ſunt genera, Maxima, Media, Minima. Tria enim exiſtunt, velut ſtatus capita: quorum quoad potimur, & in quibus donec quaſi ſtamus, ciuilem Rom. ciuitatis ſtatum retinere dicimur: videlicet Libertas, quæ manat à natura: Ciuitas, quæ ex iure ciuili: & Familia, ex iure gentilitio. *l.1. de interd. & relega.* Eá Terent. vno verſiculo complexus eſt: B
Principio dico eſſe liberam, ciuem Atticam, meam ſororem. Igitur hæc omnia cum amittimus, libertatem, ciuitatem & familiam, Maximam eſſe capitis minutionem conſtat: *l. fin.h.t. §.1.Inſt.eod.* quod accidit his, qui atrocitate ſententiæ ſerui pœnæ efficiuntur: quod hodie fieri non ſolet: *Nou. ll.conſt.22.de nuptiis.§. deportatio. Authen.ſed hodie. C.de donat.int.vir.& vxor.* & libertis ingratitudinis nomine in ſeruitutem reuocatis: item his qui ad participandum precium venundari ſeſe paſſi ſunt. *§.1.Inſt.eod.* Cùm C
verò amittitur retenta libertate ciuitas, Minor ſiue Media eſt capitis diminutio: *d. l.fin.hoc tit.* quam patiuntur aqua & igni interdicti, ſiue, quod in eius pœnæ locum ſucceſſit, *l. 3. infr. ad l.Iul.pecul.l.2.§.1.de pœn.* deportati. *§.1.Inſtit. eod. l.1.C.de hæred.Inſt.* Cùm autem & libertas & ciuitas retinetur, familia tantùm per adoptionem emancipationémve mutata, liquet Minimam eſſe capitis diminutionem: *§.minima. Inſtit.eod.d.* D
6 *l.fin.* ad quam ſolã hoc Edictũ pertinet. Nam † ſiue amiſſione ciuitatis, ſiue libertatis contingat capitis diminutio, locus Edicto eſſe nequit: quia ſic minuti penitus non poſſunt conueniri, *l.2.hoc tit.* quando & actionum iudiciorũmque commercium inter ſolos duntaxat ciues conſtet: & nulla ſit reſtitutionis æquitas aduerſus eum, qui aut duram, omniũmque rerum indigã ſeruitutem ſeruit: aut amiſſis bonis, ciuitate relicta, nudus exulat, vt deportatus. *d. l. 7. in fin.* E
Dabitur planè actio Vtilis in eos, ad quos bona eius peruenerũt, ſiue fiſcum, ſiue dominum. *d. l.2.d.l.7. §.fin.* Tum igitur demum huic Edicto locus eſt, cùm ſalua ciuitate, capitis minutio cõtingit: quo caſu iudicium ſe Prætor daturum pollicetur: cuius tamen hodie minor eſt vſus: poſtquam ſublatis mancipationum ſolennibus, ex hac cauſa minui capita deſierunt. *vide quæ dixi Inſtit.de cap.diminut.*

7 ¶PERINDE QVASI IN FACTVM NON SIT,) Quod ita accipiendum eſt, non vt totam capitis diminutionem reſcindere, & ad nihilum redigere velit: quemadmodum in ſuperioribus reſtitutionum ſpeciebus fieri videmus: ſed vt actiones priſtinas iuris ſubtilitate extinctas reſtituat: *l.2.in fin. verb. reſtituitur in eum actio.l.7. in fin. in verb. nulli. reſtitutioni.&c.* áſque qui capitis minutionem paſſus eſt, & eius bona, perinde teneantur, *d.l 7. in fin. in verb. in bona, quæ habuit, mitti.* atque ſi nulla omnino emancipa- G
tio nulla adoptio, nulla denique minutio capitis interueniſſet. Hoc iudicium Perpetuum eſt, A
& in hæredes & Hæredibus datur: *d. l. 2.§.fin.* quia Rei perſecutorium eſt. *ex regula. §.1.Inſt.de perp.act.in l.honorarijs.35.de act.*

EX QVIBVS CAVSIS maiores vigintiquinque annis in integrum reſtituantur. Tit. VI.

C. 2. 54.

1 *Ratio huius reſtitutionis.*
2 *Edictum.*
3 *Eius explicatio.*
4 *Quomodo prætor abſentibus conſulat, & ex qua abſentia.*
C 5 *An abſentes procuratorem relinquere debeant.*
6 *Quomodo prætor præſentibus contra abſentes ſuccurrat.*
7 *Quis dicatur defendi, aut non.*
8 *Quandiu duret hoc beneficium.*
9 *De actione reſcindente & reſciſſoria.*
10 *De generali clauſula, Si qua mihi iuſta, &c.*
D
11 *Prætorem non reſtituere contra leges.*

NVNC † de reſtitutione In integrum, quæ propter abſentiam datur, eſt vidẽdũ: cuius quidem Edicti nemo nõ iuſtiſſimã cauſam eſſe cõfitebitur. Quid enim æquius, quàm abſentiã cuiuſquam, quæ vel negociis Reipubl.datur, vel quam expreſſit neceſſitas, aut vis maior, nullius in fraudem atque iniuriam redundare: ſed ita E quod ea re euenit reſtitui, vt nec obſit cuipiam, neque proſit? *l. videlicet.29.l.ergo.22.h.tit.* 1

¶Verba Edicti talia ſunt: SI CVIVS QVID DE BONIS, CVM IS METV AVT SINE DOLO MALO REIPVBLICAE CAVSA ABESSET: INVE VINCVLIS, SERVITVTE HOSTIVMQVE POTESTATE ESSET: SIVE CVIVS ACTIONIS EORVM, CVI DIES EXISSE DICETVR: ITEM SI QVIS QVID VSV SVVM FECISSET, AVT QVOD NON VTENDO A- F MISIT CONSECVTVS, ACTIONEVE QVA SOLVTVS OB ID, QVOD DIES EIVS EXIERIT CVM ABSENS NON DEFENDERETVR, INVE VINCVLIS ESSET, SECVMVE AGENDI POTESTATEM NON FACERET: AVT CVM EVM INVITVM IN IVS VOCARE NON LICERET, NEQVE DEFENDERETVR: CVMVE MAGISTRATVS DE EA RE APPELLATVS ESSET, SIVE CVI PER MAGISTRATVM SINE DOLO IPSIVS G ACTIO EXEMPTA ESSE DICETVR: EARVM RERVM ACTIONEM INTRA ANNVM, 2

QVO PRIMVM DE EA RE EXPE- A RIVNDI POTESTAS ERIT: ITEM SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM: QVOD EIVS PER LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT. *l.1. hoc*
3 *tit.* Hoc† Edicto Prætorem & conſulere abſentibus ne capiantur, & aduerſus eos ne capiant, minimè obſcurum eſt, *d.l.1. in princ.l.item,21.in prin. hoc tit.* SI CVIVS.) videlicet Abſentis, vt B ſubiicit: primò enim conſulit Abſentibus, poſt
4 aduerſus eos Præſentibus. DE † BONIS EVENERIT QVID DIMINVTVM.) hoc eſt, vſucaptum, præſcriptum, amiſſum. *l.deperditum. 21. de petit.hæred.* CVM IS METV.) puta mortis cruciatus, aut alio iuſto timore correptus abeſſet; cuius rei diſquiſitio eſt penes iudicem. *l.2. in fin.l.3.hoc tit.* AVT SINE DOLO MALO REIPVB. CAVSA ABESSET.) Dolum malum C eò pertinere accipimus, vt qui commodi captandi, faciendæve alteri iniuriæ gratia id data opera egerit, vt Reipubl. cauſa abeſſet, vel qui maturius profectus eſt: vel cùm poſſet reuerti, non rediit, ab iſto priuilegio arceatur. *l. 4. & 5.* Nec enim Reipubl. cauſa eos abeſſe intelligimus, qui non coacti, ſed commodi ſui *l. Reipublicæ. 36.h. tit.* aut priuati negocij *l. non verè. 42. h.tit.* gratia, aut finito officio. *l.hi qui.37.l. ſi cui. 38. §. 1.* abſunt. Sed ſi quis ſine dolo malo Reipubl. cauſa ab vrbe profectus ſit (vt Proconſul, D Legatus, *exemplum elegans in l. Senatuſconſulto.16. de offic. præſid. quæ accipienda eſt ſuper iure dicundo in vrbe, de rebus magiſtratuum abſentium.* procurator Principis, Tribuni, milites: aut qui ad aliud Reipubl. expediendum negocium amandantur, *l.32.33.34.35.36.38.*)& interea, quòd non defenderetur, damnum paſſus fuerit: cùm ei officium publicum damno eſſe non debeat. *l. ſed etſi.7. quemadm.teſtam.aper.* in ea cauſa eſt, vt E In integrũ reſtituatur. SIVE IN VINCVLIS.) aut publicis, aut latronum, militum, &c. Quinetiam Vinculorum appellatio latiùs accipitur. Nam & incluſos latomiis, vnde lapides cæſi ſunt, aut aliis parietibus cuſtodiáue coërcitos, itáue alligatos, vt vel nullo modo, vel ſine decore non poſſint in publico apparere, Vinctorum numero haberi placet. *l.9.19.h.tit. vide gloſſ. & D.d. præſertim Imol. in. l. is qui reus, 5. de publ. iud. & S. vide quæ dixi ad tit. Si quis caut.* F SERVITVTEVE.) quam vel bona fide libenter, vel detentus liber homo ingratis ſeruit. *l. ei quoque 11.h.tit.* Loquitur enim Pretor de liberis hominibus. *l.recte.13.h.t.* Porrò qui de ſtatu litigat, hoc edicto non continetur. *l. is autem.12.hoc tit.* HOSTIVMQVE POTESTATE ESSET.) hoc eſt, ab hoſtibus captus, vel ibi natus. *l. item. 14. l. ab hoſtibus. 15.* nam transfugis nullum credendum eſt beneficium tribui, quibus denegatum eſt Poſtliminium. *d.l.14.* Qui igitur ex tam G iuſta cauſa abſunt, ſi quid interea de bonis amittant, puta vſucapione, aut quia alicuius actionis alicui eorum competentis dies expiret, A vel interea dum abſunt, aut intra modicũ tempus quã redierũt, ita vt nulla imputari eis poſſit negligentia: *d.l.15.§.fin.l.16.* cum tam neceſſitate, quàm iuſta abſentia, à culpa deſidiæ (in cuius pœnam vſucapionũ præſcriptionũmque iura ſunt inuenta, *l.alienationis. 28.in verb.qui patitur.de verb.ſignif.l.2.C.de annal.except.*) excutentur, meritò reſciſſa vſucapione, In integrum, hoc eſt, eum ſtatum reponi debent, in quo ante ab- B ſentiam conſtiterunt.

5 ¶Neque verò imputari eis debet, quòd per procuratorem non ſibi curarint ſubuenire. *l.ſed etſi.26. §.fin. in verb. ſiue habet procuratorem, ſiue non.* Nam neque omnes procuratorem habere poſſunt, vt liberi homines ſtatus ſui ignari, bona fide ſeruitutem ſeruientes. *d. l. 15.* nec commodè ſæpenumerò fieri etiam poteſt, vt à captiuis fortè vel metu detentis, idoneus procurator C deligatur: & ea ſæpe eſt proficiſcentium ratio, atque etiam feſtinatio, aut alia neceſſitas, vt administrationem negociorũ ſuorum alicui demandare non veniat in mentem. Addo amplius: etiam ſi procuratorem reliquerit, cuius negligentia res perierit, adiuuari eum debere, ſi malit reſtitui, quàm Intereſſe Mãdati actione conſequi. *d.l.16.§.fi.* cur enim minus ſuccurratur diligentibus, quàm his qui rerum ſuarum curam cuipiam committere neglexerunt? *l. pupillus. 4. quæ in fraud.cred.* aut quamobrem melioris conditionis ſint ſtulti, vt ait Seruius, quàm periti? D *l.Seruius.4.infr. quod vi aut clam.*

¶Et hactenus quidem Prætor abſentibus ſuccurrit, Ne capiantur: nunc videamus: quomodo contrà prouideat aduerſus eos, Ne capiant. Qua in parte plus Prætor expreſſit, quàm cùm ipſis ſubuenit. Neque enim hic certas perſonas enumerat, quas aduerſum opituletur: ſed adiecit clauſulam, qua omnes abſentes, Siue ex iuſta, E Siue iniuſta cauſa, complexus eſt. *l. item.21.§.1.h. tit.* Nec enim ad ius præſentis intereſt, per qualem abſentiam aduerſarij, quem nemo defendit, Iuſtam an Iniuſtam, facultate conueniendi caruerit. SI QVIS.) Abſens videlicet. VSV FECISSET SVVM.) ſiue per ſe, ſiue per ſubiectas perſonas. *l.3.§. ſaltus. 7.§. in amittenda. 4. l. peregrè. 44. de acqu.poſſ. l. item. 21. §. hac autem.2. hoc tit.* ACTIONEVE QVA SOLVTVS LIBERATVSVE SIT, OB ID QVOD DIES EIVS EXIERIT, CVM ABSENS NON DEFENDERETVR.) Meritò † hoc additum eſt: nam ſi 6
7 Præſto fuit procurator, qui defenderet, in integrum volens reſtitui, non audietur: quia facultatem agendi habuit. *l. is qui. 39. hoc titul.* Defendi antem non tantùm is videtur, cuius ſe defenſor ingerit: ſed & qui requiſitus ab actore, non eſt defenſioni defuturus: plenáque defenſio accipitur, ſi & iudicium non detrectetur, & iudicatum ſolui ſatiſdetur. *d.l.item. 21.§ fin. hoc titul.* Ergo ſciendum eſt, non aliter hoc Edictum locum habere, quàm ſi amici abſentis interrogati fuerint, an defendant, aut ſi

nemo sit qui interrogari potest. Ita enim absens defendi non videtur, si actor vltro interpellet, nec quisquam defensioni se offerat: quæ postquam fuerint testatione consignata, æquissimum erit non negligenti subueniri. *l. ergo. 22. h. tit.* Ait prætor: SIVE IN VINCVLIS ESSET, SECVMVE AGENDI POTESTATEM NON FACERET.) Hæc persona meritò adiecta est: fieri enim potest, vt quis non absens, de quo superiora loquuntur, sed etiam Præsens in vinculis sit, vel in publica vel in priuata vincula ductus, quem posse vsucapere constat. *l. ait prætor. 23. h. tit.* Eorum qui seruitutem vel bona fide, vel apud hostes captiui seruiunt, hic non meminit: quia nihil sibi per vsum acquirere, nec etiã cœptam vsucapionem implere possunt. *d. l. 23. §. 1.* Planè ex re peculiari, qui sunt in horum potestate, vsucapiunt, eóque casu subuenietur. *d. l. 23. §. si planè. 3. h. tit.* Deinde adiicit prætor: SECVMVE AGENDI POTESTATEM NON FACERET.) quod ad eos pertinet, qui conueniri frustrantur, & qualibet tergiuersatione efficiunt, ne cum ipsis agi possit: *l. sed & 24. h. t.* quod quidem simili modo ad eũ quoque pertinere dicimus, qui non frustrãdi gratia id faciat, sed quòd multitudine negociorum distringatur: *l. quod quidem. 25. h. tit.* nec enim ius alterius per id auferri debet. Itaque hunc ad modum aliquem impedita agendi facultate, si interea per vsum acquisitio impleatur, vel quid ex supradictis contingat, vt quia actionis dies expiret, restitutio concedetur. *d. l. 23. §. fin. hoc tit.* Ait prætor: AVT CVM EVM INVITVM IN IVS VOCARI NON LICERET.) Hæc clausula ad eos pertinet, quos More maiorum sine fraude in ius vocare non licet, vt COSS. Prætorem cæteróque Magistratus, qui Imperium potestatémque habent: *l. 2. de in ius vocand.* non autem ad eos, quos Prætor prohibet, sine suo permissu in ius vocari. Nam is aditus potuit permittere ac constituere iudicium. *d. l. 26. §. ait prætor. hoc. tit.* Deinde adiicit: NEQVE DEFENDERETVR.) quod ad omnes suprascriptos, etiam captiuos, pertinet: nam contra eum qui defenditur, non est locus restitutioni. *d. l. 26. §. deinde. 3. h. tit.* Neque enim negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis. *l. non enim. 16. hoc tit.* Ait prætor: SIVE CVI PER MAGISTRATVM, SINE DOLO MALO IPSIVS, ACTIO EXEMPTA ESSE DICETVR.) vel quia per dilationes iudicis (nam solennes & ordinariæ, quæ prouideri possunt, non excusant, *d. l. 26. §. si feriæ. 5.*) effectum sit vt actio eximatur: hoc est, præscribatur, ne amplius agi possit: *d. l. 26 §. ait prætor. 4. vers. actio exempta. h. t.* vel quia magistratus copiam sui non fecit, neque ius dicere maturauit: *d. §. ait prætor. 4. hoc titul.* & adiicitur, SINE DOLO MALO IPSIVS.) Delinquentibus enim Prætor non succurrit: vt si, dum vult apud sequentem Prætorem agere, tempore frustratus est: aut quia ob contumaciam vel aliam iustam causam à iudice non audietur. *d. §. ait prætor. 4. in fin.* EARVM† RERVM ACTIONEM, inquit, INTRA ANNVM DABO.) videlicet Vtilem: vt verba ipsa indicant. Huic enim temporis spacio omnes ferè suas actiones Prætor includere consueuit. *l. 1. de diuers. & temp. præscript.* Hodie tamen exemplo cæterarum, quæ ad restitutionem In integrum proditæ sunt, Quadriennio hæc durat *l. vltim. C. de temp. in integ. rest.* Atque † huius quidem actionis vis & effectus est, vt vsucapionem præscriptionémque rescindat, rémque in integrum restitui petat, vt non iniuria Rescindens à Dd. appelletur. Itaque rescissa per hanc vsucapione, vetus actio, quæ ante completã præscriptionem competebat, restituitur, *d. l. sed etsi. §. si feriæ.* siue ea in Rem, siue in Personam sit: in quam etiam id quod interest, & fructus veniũt: *l. ait prætor. 23. §. 1. l. & fine. 27. nec non. 28. §. final. hoc titu.* quæ quia rescissa vsucapione datur, Rescissoria dicta est, *d. l. 28. §. penult.* & anno tantùm cùm longissimè durat: *d. l. 28. §. si quis sæpius. 3. d. l. in honorarijs. vers. sed cùm rescissa. de act.* potest enim fieri vt minus duret, cùm illud tantùm tempus agendi restituatur, quo per absentiam, aut aliam iustam causam fuit impeditus actor, quo minus ageret. *d. l. 26. §. si feriæ. & §. quoties. 6. h. tit.* Verbi gratia: Rem tuam possedi vno die minus statuto in vsucapionibus tempore, deinde Reipubl. causa abesse cœpi: restitutio vnius diei aduersus me facienda est: *d. §. quoties. 6.* nec enim aliquid restitutione adiici actori debet: sed in eam conditionem, vt dixi, res reponi, in qua ante absentiam vel aliud agendi impedimentum erat. Porrò exemplo Rescissoriæ actionis etiam exceptio ei, qui Reipub. causa abfuit, competit: fortè si res ab eo possessionem nacto vendicetur. *l. necnon. 28. §. fin. h. tit.* Nam cui damus Actionẽ, multo magis Exceptionem competere certum est. *l. 1. vers. nam cui. de superfic.* Quin ita eius possessionem tuetur prætor, vt si eam amittat, non Temporalem, sed Perpetuam ad recuperandam habeat actionem. *l. si is cuius. 31. h. tit.* Item inquit prætor: SI QVA ALIA IVSTA MIHI CAVSA VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM.) Hæc † generalis clausula Edicto inserta, valde necessaria est. Multi enim casus absentiæ interuenire possunt, propter quos æquum sit deferri restitutionis auxilium, nec singulatim omnes enumerari potuerunt: *tot. tit. §. de rest. in integr.* vnde quoties æquitas suggerit, ad hanc clausulam erit descendendum. *l. sed etsi. 26. §. fin. hoc tit.* Quid enim, si alia probabilis absentię probetur causa, cuiusmodi est studiorum? Quis enim eorum non miseratur, qui amore scientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt? & quæ sequũtur. *Auth. habita. C. ne fil. pro pat.* Cæterùm hanc clausulam argumento huius Edicti aptam, Accurs. & Dd. generatim, haud scio an rectè, de qualibet restitutionis æquitate accipiunt & interpretantur: vt si quis non negligentia, sed quadam Facti ignorãtia, ius suum præscribi siuerit, quod sibi cõpetere ignorauit.

Hic,

Hic, vt opinantur, æquitas suadet, intra quadriennium à tempore scientiæ, per beneficium In integrum restitutionis succurri: non modò aduersus vsucapionem seu præscriptionem longi temporis, *glos. in l. si partem. §. super fundum. & in l. si sic. in verb. vna seruitus. vbi Castrens. quem seru. amit. gl. vlt. in l. 2. vbi Cyn. Bart. Bal. Salic. C. de iur. emph. l. sicut. verb. militia. C. de præscript. 30. annor. vide Tiraquel. in retract. prox. §. 35. glos. 4. num. 36.* sed etiam longissimi: *glo. in l. sicut. in verb. militia. C. de præscrip. 30. anno. Panor. & Felin. in c. vigilanti. de præscrip. Rom. consil. 123. primum. & consil. 149. conclusionem. & consil. 165. viso. latè Alex. cons. 7. videretur. lib. 1. & consil. 116. perspectis. lib. 5. Schurff. consil. 33. quod in terminis. nu. 14. cent. 3.* quod quidem minus mihi probatur, & omnia præscriptionum iura, quæ contra ignorantem currunt; *l. vlt. C. de long. temp. præscript.* prorsus euertit, vt lex verbis, non rebus imposita videri possit. *l. 2. C. commun. de legat.* Et si ex qualibet iusta causa maiores restituuntur, quid inter hos & minorem ætatem intererit, cum ne huic quidem nisi iusta ex causa dari restitutionem paulò antè demõstratum sit? Officio tamen iudicis absque restitutione fateor illis, sed aliter, ad 30. scilicet annos, non intra quadriennium restitutionis tantùm, de qua l. vlt. C. de temp. rest. subueniri. *l. 3. vbi gl. pen. C. ex quibus caus. maior.* Sed de his aliàs differendi, fortasse dabitur aliquando, Deo faciente, locus. Nunc, vt concludamus; totũ istud restitutionis beneficiũ hoc epilogo determinat & moderatur Prætor, QVOD EIVS PER LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT.) Quæ † clausula non illud pollicetur, Restituturum eum, si leges permittant: omnes enim restitutiones, nõ permittente lege, fiunt contra Iuris ciuilis asperitatem: quam Prætor in casibus, de quibus lex principaliter non loquitur, mitigat, concessa restitutione propter probabilem causam. Nam si lex ipsa permitteret, quorsum opus esset Extraordinario Prætoris beneficio? *l. in causæ. 16. §. de min.* Itaque hæc clausula sic accipienda est: Si leges expressim non prohibeant. *d. l. 28. §. quod eius. 3. h. tit.* Prætor enim, qui custos est Iuris ciuilis, id quod lex apertè disertéque inhibet, concedere nõ debet. Quamobrem si quo casu lex nominatim restitutionem In integrum vetet fieri, vt aliquando vetare certum est, *l. 10. §. fi. supr. de minor. l. si mater. 6. C. ne de stat. def. glos. in d. §. quod eius.* puta in delictis, *l. auxilium. 37. §. de minor. tot. tit. C. si aduers. delic. tot. tit. C. de sentent. pass. & restit.* non poterit authoritatem suam prætor interponere: sed hoc potestati & indulgẽtiæ summi Principis, qui & ipse nõ nisi magna ex causa & raro contra leges quid cõcedere solet, est reseruatum. *l. nisi. 11. §. de minor. vide C. Si contra ius vel vtil. public. l. penult. C. de prec. imper.*

off.

DE ALIENATIONE IVdicij mutandi causa facta. Tit. VII.

C. 2. 55.

1 *Ratio huius restitutionis.*
2 *Ex quibus causis detur hæc restitutio.*
3 *Ad quid detur.*
4 *Cessante interesse, cessat ista restitutio.*
5 *Hæc restitutionem ad futura tantùm modò iudicia pertinere, & quare.*
6 *Dolũ malũ & causam mutandi iudicij subesse oportere, vt fiat restitutio: alioqui eam cessare, & concurrere hoc remedium cum rei vendicatione.*
7 *Quadiu, & an hæredib. hæc actio detur.*
8 *Edicti verba.*
9 *Cur hoc edictum Caius prouinciale appellet.*

VLtima † restitutionũ species ad Alienationem iudicij mutandi causa factã pertinet: qua iis subuenitur, qui iusto errore, hoc est, nullo suo facto, sed dolo aduersarij in molestias & detrimẽta litiũ præcipitant. Cùm enim intelligeret Prætor iudiciorũ exitũ interdum duriorẽ constitui, opposito alio aduersario: iniquum autem esse, ex alieno facto causam nostram fieri deteriorem: *l. 2. quod vi aut clam. l. non debet. 75. de reg. iuris.* in eã quoque rẽ prospexit: vt si quis alienando rem cuius vẽdicatio timeretur, alium nobis aduersarium suo loco substituerit, ídque data opera in fraudẽ nostram fecerit: tanti nobis in Factũ actione teneatur, quanti nostra interfit, aliũ nos aduersariũ non habuisse. *l. 1. h. tit.* 1

¶Itaque si alterius prouinciæ & iurisdictionis hominem, cuius forum sequendum sit, *l. 3. h. t. l. fin. C. de iurisdic. om. iud.* aut potentiorem nobis aduersarium, cui pares esse non possumus, (priuatum tamen: nam si quis alicui Magistratu aliáue potestate ciuili publicáque prædito mãcipet, ipso iure nulla est alienatio, *l. 2. C. ne lic. po.*) aut aliũ improbũ Phormionẽ, qui vexaturus sit aduersarium, opposuerit, aut quocũque modo duriorem nobis agendi conditionem fecerit: tenebitur hac actione *l. 1. in fin. l. 2. 3. h. tit.* ad id quod Interest nostra, *l. item. 4. §. hæc actio 4.* alium aduersarium non habuisse: fortè si quas impensas fecerim, aut si quam aliam incommoditatem passus sim alio aduersario substituto. *l. 3. §. fin.* 2

¶Quid ergo, si reus ostendat, actoris nihil interesse: putà quod nullum ius in re habeat: vel quia vsucapta res sit: vel neutiquã actoris dominio subiecta: aut sine culpa eius qui alienauit, dicatur extincta? 3

¶Et rectè dicitur, denegandam ex hoc Edicto actionem, cùm causa actionis, videlicet damnum actoris, non existat. *d. l. 3. §. fi. d. l. 4. §. hæc actio. 4. l. ex hoc. 8.* 4

5 ¶Eadem ratione non ad præſentia, ſed futura iudicia, hæc alienatio pertinere creditur. Nam inchoato ſemel iudicio, & re facta litigioſa, (quod fit per citationem; libelli oblatione, aut alio modo cauſa mota, in Realibus: quemadmodum litis conteſtatione in Perſonalibus, *glo. & Dd. in l.2. & Authen. litigioſa. C. de litig. Fab. in §. 1. Inſtit. de act.*) alienatio interdicta eſt: & ſi fiat, nullius erit momenti, *l.2. & fin. C. de litig.* ſaltem Exceptionis ope: *vide Cuiac. hic. & tit. infr. de litigioſ.* quia pendente iudicio, nihil eſt innouandum: *tot. tit. C. vt lit. pend. & extr. eod. ti.* vnde cùm alienando nihil efficiatur, & idem maneat poſſeſſor, non tenetur hoc quidẽ Edicto cùm actoris nihil interſit: perinde atque is, qui cùm alienaſſet, ſtatim rem recepit. *l.8. in fin. h. tit.*

6 ¶Pertinet igitur hoc Edictum ad futura iudicia, cùm quis metu impendentis litis alienat rẽ, vel alienatione duriorem aduerſarij conditionem reddit. *l. communis. 24. ff. comm. diuid.* Perinde autem eſt, quoquo modo fiat alienatio, etiam donationis cauſa: *l. pen. h.t.* dũmodo vel ex perſona eius in quem tranſlata eſt, vel aliis ex circunſtantiis conſtet, & Dolo malo, & Cauſa mutandi iudicij, alienationem factam eſſe: vtrũque enim concurrat neceſſe eſt, *Bart. in l. item. 4. §. fi. vbi ponit modum vtriuſque probandi h.t.* cùm vtriuſque in edicto fiat mentio, *d.l.4. §. ſi quis autem. 3.* vt locũ hæc actio habeat. *l.4. §.1. h. tit.* Quamobrem ſi quis ſine Dolo malo poſſidere deſiit, quantumuis Iudicij mutãdi cauſa id faciat, huic edicto nõ erit obnoxius. *d.l.4. §.1.* Quid enim, ſi quis ob valetudinẽ, aut ætatem, aut occupationes, litem in alium trãſferat? Niſi enim hoc admittas, interdictũ erit per procuratores litigare, dominio plerũque in eos iuſta ex cauſa tranſlato: quod dicere fuerit perabſurdum. *d. l.4. §. ſi quis. 3.* Quid ſi obligatus ſoluero Titio eã ipſam rem, quàm petere intendis? *l. antepen. hoc tit.* quid ſi venditori redhibeam? *l.8. in fi. l.9. h. tit.* certè in neceſſaria alienatione dolũ ineſſe dici nequit: *l.1. de fun. do.* nec fraudẽ cõmittit, qui ſuo iure vtitur. *l. nullus. 55. de reg. iur. l. ſi donaturus. 9. in fin. de cond. cauſ. da. l.1. §. idẽ aiunt. 10. verſ. denique. de aqu. pluu. arc.* Quid ſi ſine dolo malo, eo animo, vt litis moleſtia liberer, rem alienẽ? equidem verecunda cogitatio lites execrãtis, non erit vituperanda, qui tanti habui re carere, ne propter eam ſæpius litigarem. *l.4. §.1. h.t.* Iam verò ſi quis hæredẽ inſtituendo, vel legãdo alienet, num iudex arbitrabitur Mutandi iudicij cauſa, ac non potius benigna voluntate *l. nec adiecit. 8. pro ſoc.* id eſſe factum? *l. ex hoc. 8. in fin. h.t.* Contra poteſt aliquis Dolo malo deſinere poſſidere, nec tamen Iudicij mutandi cauſa id feciſſe, neque hoc iudicio teneri. Nec etiam alienat, quod ad hoc Edictum attinet, qui duntaxat poſſeſſionem omittit, ſed oportet iudicij mutandi cauſa id fieri. *l.4. §.1. h.t.* Mutandi autem iudicij cauſa fieri dicitur, cùm moleſtior aduerſarius ſubiicitur, aut alia ratione agendi conditio durior fit, & deterior. *l.1.2.3.4. §.1. h.t.* Ergo ſi ex alienatione nullum detrimentum ſentiat actor, puta quòd in periude commodum atque expoſitum hominẽ alienatio ſit facta, ceſſabit ex hoc edicto actio: vt etiam tum, quando is qui alienauit, paratus eſt vtile & ex æquitate admiſſum atque efficax vendicationis iudiciũ pati, perinde ac ſi poſſideret. *l.3.4. ſi l. is qui ſe obtulit. de rei vendic.* Neque enim his caſibus intereſt agẽtis, alienationẽ eſſe factam: & proinde nihil exigere poterit. Ex quo facilè intelligi poteſt, hanc actionem pertinere ad Vindicationes, vel actiones his ſimiles, vt Miſtas & in Rem ſcriptas: *Cuiac. obſeru. lib. 10. c.3. per l.24. §. vlt. comm. diuid.* & cum Rei vendicatione concurrere: *glo. Bart. & Dd. in l.3. §. fin. h.t.* quanquam alij non firmis ſat argumentis contradicant. *Iaſ. Zaſ. & alij in §.1. Inſtit. de actio.*

7 ¶Porrò cùm hæc actio Reſtitutoria rei perſecutionẽ cõtineat arbitriò iudicis, *d.l.8. h.t.* hæredi dabitur. *d.l.4. § fin.* In hæredem autem, vel ſimilem, quatenus ad eum peruenit, *l. quia pertinet. 6. h.t. Cuia. obſeru. 13. cap. 37.* nec poſt annum, dabitur: *l.5.6.7. h. tit.* quia licet pertineat ad rei perſecutionem, tamẽ ex parte debitoris ex delicto dari videtur: *l.7. h.t.* naſcitur enim ex dolo, quod delictum eſt: *l. item exigit. 16. ff. de dol. mal.* datúrque ſiue factus ſit locupletior reus, ſiue nõ ſit, in id quod intereſt actoris: vt pœnalis ſit actio quod ad reũ attinet: quod genus actionum, nequaquã in hæredes debitoris rei, ex regula iuris tranſit. *l.1. de pri. del. §.1. Inſtit. de perp. & temp. act. l. in honorariis. 35. de act. l.5. §. fin. ne quis eum.*

8 ¶Huius edicti verba ita reſtituit Baro. *Manu. lib.1.* NE QVA ALIENATIO IVDICII MVTANDI CAVSA FIAT. SI QVAE DOLO MALO CESSIO, QVAEVE ALIENATIO IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA FVERIT, NEQVE ARBITRIO IVDICIS PRISTINA IVDICII CAVSA RESTITVATVR: EI AD QVEM EA RES PERTINEBIT, IN EVM QVI ID FECISSE DICETVR, QVANTI EA RES ERIT, INTRA ANNVM QVO PRIMVM EXPERIVNDI POTESTAS ERIT, IVDICIVM DABO.

9 ¶Cæterùm non modò Perſonalem actionem ad id quod Intereſt, ſed etiam reſtitutionem In integrum, ex hoc edicto datam fuiſſe, l. vnic. C. eod. oſtendit: vt non ſit nihil, quod in hoc Baronis albo deſiderare poſſis. Hoc edictum Paulus *d. l.8. §. ait prætor. h.t.* & Vlp. *l.2.4. h.t. l. communis. §.1. ff. com. diuid.* ad prætorem referunt, Caius ad proconſulẽ. *l.1. l.3. §. fin. h. t.* Neque id nouũ eſt: ſcripſerint enim Paulus & Vlp. Ad Edictu Vrbicum, Caius ad edictũ Prouinciale: quòd prætores aliique qui Procõſulari poteſtate in prouincias mittebãtur, perinde ac Romæ magiſtratus, quorũ vices ſuſtinebãt, *vide ff. ad tit. de off. procon. & de off. præſ.* in prouinciis edicta proponebant, ex quibus ius dicerent: *Cic. in Verr. & lib. Epiſt. ad Att. 5. epiſt. 1.* quæ cùm eſſent vibicis coſimilia, ea interpretanda Caius ſuſcepit: ita fit interdum, vt quod Paulus & Vlp. Prætorem edixiſſe ſcribũt, id Caius ferè Procõſuli aſcribat: *l.1. de poſtul. l. patri. 27. §.1. de mino. l. in hæredẽ. 26. de dol. mal.* Sed & verã reſtitutionẽ, alienatione nimirũ reſciſſa ex hoc Edicto datam eſſe, argumento eſt, quòd non tantũ in alienantẽ, ſed contra poſſeſſorẽ quoque ex edicto in Rẽ actio detur: niſi dicamus id cõſtit. Principũ *l. vn. C. de alie. iudic. mutan. cauſ. vbi Dd.* tãdẽ inductũ, & ea in parte edictum interpolatũ eſſe: quod nunc quidẽ in medium relinquo. Eſt autẽ edictum in poſſeſſorem & reum directũ, qui quo ad realia iudicia, poſſeſſionem alienãdo cauſam agẽtis facere poteſt deteriorẽ. In perſonalibus non æquè, quòd inuito creditore aliũ vice ſua delegare, & in aliũ ius ſuũ transferre non poſſit: *l.1. C. de nouat.* Quo ad agentẽ tamẽ huic Edicto, quod generale eſt, & quanuis alienationẽ, iudicij mutandi cauſa factam, arguit, locus erit: *gl. l. non ſolùm. §.1. per l. vl. h.t.* quia cedere, debitore inuito, *d.l.1.* nomẽ poteſt alteri, & quidẽ potẽtiori, aut magis priuilegiato, vnde iudiciũ reo futurũ ſit difficilius, poterit igitur ex hoc edicto petere, vt denegentur ceſſionario actiones: ni parat⁹ ſit eo iure agere, quo cedens vti debuiſſet. *vide Cuia. obſ. lib. 10. c.3.*

DE RECEPTIS, QVI arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant. Tit. VIII.

C. 2. 56.

1 *Cõtinuatio tituli, & cauſa cõpromiſſorũ.*
2 *Edictum de arbitris: & quid ſit arbitrium, & quotuplex.*
3 *Prima pars edicti, in qua prætor non cogit arbitrium ſuſcipere, ſed ſuſceptum exequi.*
4 *Arbitrium olim nullius efficaciæ, niſi adiecta pœna.*
5 *Hodie ex ſentẽtia arbitri oriri actionẽ.*
6 *Prætorem ſe non interponere arbitrio nullo, aut inefficaci, aut finito: & quomodo finiatur.*
7 *Secunda pars edicti, qua prætor iubet ſententiæ arbitri ſtari.*
8 *Quæ actio ad pœnam exigẽdam detur.*
9 *De reductione ad arbitrium boni viri.*

1 INter ea quę ſunt iudiciorũ præparatoria, vltimo loco compromiſſa recẽſentur. Nã omnibus aliis ſubterfugiis deficiẽtibus, ſolent litigatores ad iudiciorũ moras & ſumptus, cæteráque incõmoda declinãda, priuata alicui viro bono, *l.3. §. pe. h.t.* vni aut pluribus controuerſiã diiudicandã credere: *l. non diſtinguemus. 32. §. quæſi ũ. 15. l. quãuis. 37. l. inter. 44. h.t.* in cúmque ita cõpromittere, vt quicquid ſtatuerit, ratũ atque firmũ & pro iudicato habeatur: *l. diem. 27. §. ſtari. & §. fin. h.t.* vt nõ immeritò dixerit Iuriſc. *l. [illegible] quãuis. 37. h.t.* Cõpromiſſ. ad ſimilitudinẽ iudiciorũ redigi, & ad finiendas lites pertinere. Quod cũ eſſet à Prætore animaduerſum: quẽ minimè fugiebat, quoquo modo inter ciues iurgia cõſopiri, magni ad publicam tranquilitatem conſeruandam intereſſe: hanc quoque litium veluti ſecurim minimè neglectam iacere paſſus eſt: ſed Edicto atque authoritate ſua in hunc ferè modũ ad vſum aptauit: QVI † ARBITRIVM PECVNIA COMPROMISSA RECEPERIT, *l.3. §. ait prætor. 2. hoc tit.* SENTENTIAM EVM DICERE COGAM: ET NISI ARBITRIO PAREATVR, QVA DE RE RECTE COMPROMISSVM ERIT, PECVNIAM COMPROMISSAM SOLVI IVBEBO. 2

Arbitriũ ſignificat opinionẽ & iudicium boni viri. *l. in perſonam. 23. §.1. de reg. iur. l.1. de legat. 2. l. hæc venditio. 8. de contrah. empt.* Compromiſſum ab eo dictum, quòd litigatores Cõpromittere, hoc eſt, Simul & Inuicẽ pœnam Promittere ſoleant, ni ſententiæ arbitri ſtetur. Promittere autem de ſtipulatione accipitur. *§. ſi ſcriptum. Inſtit. de inut. ſtip.* Nam ex nuda quando conuẽtione pœna exigi nequeat: *vide ff. de pact.* ideo Prætor authoritatem nõ interponit ſuam, quando citra ſtipulationẽ, in pactũ dũtaxat, pœna eſt deducta. *l. litigatores. 11. cum ll. ſeqq. h. tit.* Arbitrorũ, authore Proculo, *l. ſocietatem. 76. §.1. cum ll. ſeqq. ff. pro ſoc. vbi vide Bart.* duo ſunt genera: vnum huiuſmodi, vt ſiue æquũ, ſiue iniquũ dixerint, parére debeamus: quod obſeruatur, cum ex cõpromiſſo ad arbitrũ itum eſt: quo de genere hîc agitur. Alterũ eiuſmodi, vt ad boni viri arbitratum redigi pronunciatũ debeat: ad quod hoc Edictũ nõ pertinet. Huius porrò Edicti duæ ſunt partes, quarũ altera eũ qui recepit arbitriũ, ſententiã dicere: altera litigatores dictæ ſentẽtię ſtare, ac morẽ gerere, metu pœnę prętor cõpellit.

3 ¶Tametſi enim neminẽ cogit initio arbitriũ recipere (quoniam ſicuti cæteri cõtractus actionéſque priuatæ liberæ ſunt *l. nec emere. C. de iur. delib. l. ſicut. C. de act.* ita & arbitrij, quod neque publicum, neq; ciuile munus eſt, ſuſcipiẽdi aut deprecãdi libera facultas eſſe debet:) tamẽ vbi ſemel quis in ſe recepit arbitriũ, id eſt, iudicis partes ſuſcepit, finẽque ſe ſua ſentẽtia cõtrouerſiis impoſiturũ eſt pollicitus, *l. Põponius. 13. §. recepiſſe. 2. h.t.* ad curã & ſolicitudinem ſuam hanc rem pertinere prætor putauit: non tantùm quòd ſtudeat hac ratione intra priuatos parietes ſine occupatione publica Magiſtratus, lites finiri: verũ etiã quia non debent decipi, qui quaſi virũ bonũ diſceptatorẽ inter ſe elegerũt. Finge nãque poſt cauſam iã ſemel atq. iterũ tractatã, poſt nudata vtriuſque intima, & ſecreta negocij aperta, arbitrũ, vel id gratiæ dantẽ, vel ſordib. corruptũ, vel alia ex cauſa, nolle ſentẽtiã dicere: quiſquámne poteſt negare æquiſſimũ fore, Prætorẽ interponere ſe, vt officium quod in ſe recepit, impleat? *l.3. § pe. h. tit.* Itaque ſi ſubterfugere & celare ſe in animũ inducat, Prætor eũ inueſtigare debet: & ſi diu non apparuerit, mulcta aduerſus eum dicenda eſt: *l. non diſtinguemus. 32. §. ſi arbiter. 11. h.t.* verùm id ita demum facturum ſe Prætor pollicetur, ſi pecunia fuerit loco pœnæ compromiſſa.

4 ¶Iure quippe veteri nullum erat arbitrij munimentum, nulla vis, nisi pecunia esset compromissa: *vide l.diem.27.§.fin.h.tit* quam se daturos pollicebantur, qui cõpromittebant, si quid contra sententiam arbitri fecissent. Quanquam enim ex sententia iudicis oriebatur in Factum actio, qua condemnatus iudicatum facere iudicis officio compellebatur: *l.item veniunt.20.§.idem rectè.5.de peti.hereditatis.l.actori.8.C.de rebus cred.* tamẽ decreto arbitri non tãtam placuit vim attribui, vt inter publica & priuata iudicia ratum maneret discrimen: néue exæquatis iudiciariæ authoritati priuatorum hominum placitis, splẽdor & maiestas illa iudiciorum obsolesceret: quemadmodum eadem ratione inter testamenta & codicillos videre licet, differentiam esse retentam. *vide J.de codic. & Inst.eod.tit.*

5 ¶Post verò etiam ex sententia arbitri, quę aut Expressim, aut Tacito quodam decem dierum consensu à litigatoribus approbata esset, tam Actionem, quàm Exceptionem dari, Imperatores voluerunt. *l.4.l.pen.C.eod.tit.* Sed iure hoc, vt dixi, veteri nemo ex vi solius conuentionis, arbitro parére cogebatur: neque Actio aut Exceptio ex Cõpromisso dabatur: *l.2.h.t.* eóque addebatur pœna nũmaria, aut alia res vice pœnæ: *l.litigatores.11.§.quod ait.2.h.t.* vt qui contra eius sententiam quid molitus esset, eam pœnam adversario penderet. Itaque pœna nulla ab vtroque promissa vel ita promissa vt exigi non posset, vt cùm Nudo pacto erat promissa: cùm nullius efficaciæ futurum esset arbitrium, Prætor non cogebat arbitrum. *d.l.litigatores.cum ll.seq.* Nam iuperuacuum atque deridiculum fuisset, ad id quem cogi, cuius non vllus esset effectus. *d.l.non distinguemus.32.§.summa.2.*

6 ¶Eadẽque ratione Prætor se non interponit, siue initiò nullum sit cõpromissum, vel ratione personæ in quã compromittitur, *l.1.l.cum lege.41.* vel propter eos qui compromittunt, *d.l.32.§.si servus.7.l.si pupillus.35.* vel rem de qua compromissum est: *d.l.non distinguemus.32.§.Iulianus.5.* siue valeat quidem initiò, sed sit incertum, an ex eo pœna propter adiectam conditionem exigi possit: *l.11.§.fin.* siue postea deficiat pœna soluto compromisso, vel die *d.l.non distinguemus.32.§.summa.2.* (nam die, intra quem arbiter definire ex compromisso debuit, exeunte, omne arbitrium expirat, nisi omnium voluntate dies prorogetur, *l.Labeo.25.l.diem.27.*) vel morte arbitri, aut vtriúsve qui compromisit, *d.l.diem.§.1.* vel acceptilatione, *l.13.in princ.* iudicio, *l.si quis rem.30.* pacto, *d.l.32.§.item.4.&c.* His enim modis atque aliis finito arbitrio, Prætor sententiam dicere non cogit. *d.l.32.h.tit.* Item si iusta excusatio sit, quamobrem arbiter deprecari rectè necessitatem iudicandi possit. *l.4.in fin.* 10.11.*l.32.§.sacerdotis.3.hoc tit.*

¶Atque hæc quidẽ in prima parte. In secunda prætor inquit: NISI ARBITRIO PAREATVR.) id est, sententiæ arbitri siue aquæ, siue iniquæ. *d.l.diem.§.stari.2.h.t.l.societatem.77.§.fin.ff.pro soc.* (nec enim appellatio, *l.1.vbi Bald.C.eo. Dd. in l.arbitro.qui satisd.cogant. Maran. de appell. nu.259.* reductione. *Panor. & Dd.in c.quintaualli.23. de iureiur. & in c.2.de arb. vide Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc. Maran.in spec.aur. parte 6.7.art.2.nu.255.256.* ad arbitrium boni viri, locum in ea habet) dummodo non extra metas compromissi vagetur, aut incerta sit, aut alio modo inualida. *l.si vnus.17.cum ll.seq.* QVA DE RE RECTE COMPROMISSVM ERIT.) Nam vbi compromissum non valet, ne sententia quidem valere & obligare ad pœnam debet. *d.l.32.§.Iulianus.5.cum seq.*

¶POENAM COMPROMISSAM SOLVI IVBEBO.) dando actionem Ex stipulatu, aduersus eum qui dolo malo *l.ita demum.31.* contrauenit: vnde & doli clausula ad plenum cõpromissum faciendum addi solet: *d.l.31.* & certam quidem vbi pœna certa adiecta est: incerti verò actionem ad id quod Interest, quoties nõ expressim pœna est addita, sed simpliciter sententiæ stari quis stipulatione promisit. *l.32.§.fin.h.t.*

¶At hodie, vt dixi, ex constitutionibus actio & exceptio ex sentẽtia arbitri semel approbata datur. *l.penult.C.eod.* scilicet quando decem silentio dierum est homologata: post quod tempus non potest peti *l.pen.C.eod. vbi Bald. Maran.prælleg. loc. nu.113. Panor.in d.c. quintaualli.de iureiur.* reductio ad arbitriũ boni viri: etiamsi hæc alias 30. annis, in arbitratorum scilicet definitionibus duret. *ita est communis conclusio Bart. in d.§.arbitrorum. & in d.c. quintaualli. Alex. cons. 95.vol.2.Soc.consil.220.vol.2. Dec.consil.39. in fin. Maran.prælleg.loco.n.112.decis.Neap. 135. Ang. consil. 314.* Si tamen enormis & euidens extaret in arbitrio lęsio, etiam post decẽ dies Exceptio doli, contra illius iniquitatem, *l. si quis cum aliter. 36.vbi not. dolum re ipsa in omni læsione subesse de verb.obligat.* opponi posset, executionem impeditura. *d.l.non distinguemus.32.§.cum quidam.hoc tit. Panor. in c.2.extr.eod.per c.per tuas.extr.eo. Maran.prælleg. loc.nu.255.* cui exceptioni non facilè, ne cum Iuramento quidem, *vnde Can.in d.c. quintaualli. Maran. prælleg.loc. num.115. & 352. Rom. consil.27.* intelligitur renunciari: vt nec remedio l.2.C.de rescind.vend.ob læsionem vltra dimidium iustæ debitionis, *vide Cast.in l.2.nu.7. cum multis seq.C. de resc.vend.* inducto: quod ipsum quoque arbitramenta rescindere receptum est. *vide Mynsing.obser.33.cent.1.*

NAVTÆ CAVPONES, stabularij, vt recepta restituant. Tit. IX.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Duo esse huius edicti capita.*
3 *Primũ caput: et eius ratio atq. expositio.*
4 *Qui ex hoc capite teneantur.*
5 *Quando dicatur receptum, vt locus sit edicto.*

6 *Ex hoc edicto qualis nam actio detur, & cum quibus concurrat.*
7 *Actionem hanc esse in simplum.*
8 *Secundum huius edicti caput.*
9 *Actionem in duplum ex hoc edicto dari, & contra quos, & ex qua causa.*
10 *Pœnalẽ hanc esse actionem, nec transire ad hæredes, quamuis sit perpetua.*

1 GEneralis † est tituli superioris inscriptio, DE RECEPTIS: *in Flor. exemplari.* vnde cum non modo arbitri sententiam se dicturos, sed etiam nautæ, caupones, stabularij, res sibi creditas custodiendas recipiant: rectè atque ordine fit, vt postquam ostensum est, quemadmodum arbitri suscepto satisfacere arbitrio ex Edicto cogantur, obiter etiam declaremus, quomodo hi ex Recepto obligentur.

2 ¶Sciendum autem est, huius Edicti duo fuisse capita, quorũ ex vtroque diuersas separatim
3 actiones Prætor pollicebatur. Horum † primum extat, ex Vlpian. *l.1.in prin.* repetitum: NAVTAE,
„ CAVPONES, STABVLARII, QVOD CVIVS-
„ QVE SALVVM FORE RECEPERINT, NISI
„ RESTITVENT, IN EOS IVDICIVM DABO.)
„ Maxima vtilitas est huius Edicti, quo simul succurritur viatoribus, quos necesse est plerunque horum hospitum fidem sequi, & quamlibet ignotorum custodiæ res committere. Simul occurritur fraudibus ex ea fæce hominum, quas cum furibus, aduersus eos quos recipiunt, struere solent *l.1.in prin.*

4 ¶Nautas caupones, stabularios eos accipimus, qui nauim, cauponam, stabulum exercent: *l.1.§.1.& 2.* id est, ad quos quæstus & reditus præcipui perueniunt. *l.1.§.exercitorẽ. 7.de exer.act.§.1.Inst. quod cũ eo qui in alien.po.* Exercere enim, est quęstũ ex rei alicuius exercitio facere. *d.l.1.& t.t.de exerc.actio.* Quãuis autẽ hi non mercedem accipiunt custodiæ gratia: sed nauta, vt traiiciat vectores cum mercibus: caupo, vt viatores manere in caupona patiatur: stabularius, vt permittat iumenta apud se stabulari: tamen & custodiæ nomine de omnibus rebus quas receperunt, tenentur: quod iniquum videri non debet, cùm & fullo ac sarcinator custodiæ nomine ex locato teneantur: quamuis non pro custodia, sed pro artificio & opera mercedem accipiant. *l.5.h.tit.*

5 ¶Ait prætor: QVOD CVIVSQVE SALVVM FORE RECEPERINT,) videlicet tanquam nautæ, caupones, stabularij. Nam si extra negocium suum, vt depositum ab amico, rem pignori datam aut commodatam recipiant, hoc quidem iudicio (quando ciuile cuiusque pactionis sufficiat) non tenebuntur. *l.3.§.2. vers. cæterum.* Receptæ autem res esse videntur, etsi non expressim custodiæ ipsorum assignatæ sint, sed solùm immissæ. *l.1.§.fi h.t.* Ipso enim facto, qui immittit, testatur se sua fidei custodiæque exercitoris
A committere: & is silentio suo æque exercitio quasi profitetur, se suámque nauim aut diuersoriũ idoneũ esse, cui res turò credantur. Itaque ex hoc Edicto tenebuntur, nisi prædixerint Exercitores, vt vnusquisque vectorum aut hospitum res suas seruet, neque enim se dãnum velle præstare, & vectores prædictioni cõsenserint, *l. fin. vers. itẽ si prædixerint.h.t.* resq; perierint, aut amissæ sint, non quidẽ fatali dãno aut vi maiore, *l.3.§.1.h.t.* sed negligentia, aut culpa, aut casu qui
B præcaueri potuit, vt incendio, *l. si vendita.11.de peric. rei vend.* furto, *l.cum duobus.52.§.damna ff. pro soc. vide Bald.in l.1.in 1.quæst.C.depos. Salic.in l. quæ fortuitis.C.de pign.act. Panor.in c.1.de comm.&c.* neque solùm ex suo tenentur facto, sed omnũ omnino qui in naui, caupona, stabulo sunt, habitant, vel diuersantur. *l.1.§.fi.l.2.l.3. in prin. & §.1.*

¶At quomodo teneantur, videamus. Ait enim 6
Prætor: NISI RESTITVENT, IN EOS IVDICIVM DABO. Ex hoc igitur Edicto, nisi restitutio fiat, in Factum actio datur Honoraria
C de Recepto. *l.3.§.fin.* Nam etsi ciuiles actiones non desint, vt locati, si merces interuenit: si gratis res susceptæ sunt, depositi: tamen hæ actiones non nisi ex conuentione dantur, quæ sæpe non intercedit, aut etiam difficulter probari potest, vt debet. *l. consilio.de cura fur.* Deinde, vt in hoc argumento maximè aliquando ciuilis aliqua actio concurrere posset: nihilo tamen minus, vt innotesceret, Prætorem curam agere re-
D primendæ improbitatis hoc genus hominum, etiam ex suo Edicto iudiciũ pollicetur: in quo hoc amplius est, quòd non solùm ex dolo suo, vt in depositi: aut culpa, vt in locati iudicio, sed omnimodo qui recepit conueniatur: etiamsi sine sua culpa, puta negligentia familię, res perierit, vel damnum datum sit. *d.l.3.§.1.*

¶Probabile autem est, hanc actionem tãtùm 7
in simplum fuisse conceptam: cùm quia tanquã ex contractu, quasi conducto vel deposito com-
E perebat: tum quòd I.C. ait, Rei tantùm persecutionem ea contineri, eóque In hæredem & Perpetuò dari, *l.3.§.pen.hoc tit.*

¶Secundum huius Edicti caput, consultò dicam, an per negligenriam compilatorum? est 8
omissum. quod sic restituit Baro: SI FVRTVM
FACTVM, DAMNVMVE INIVRIA DATVM,
AB IIS QVORVM OPERA ET MINISTERIO NAVTAE, CAVPONES ET STABVLARII, IN NAVE, CAVPONA ET STABVLO
F VTVNTVR, ESSE DICETVR: IN FACTVM
IN EXERCITORES, CAVPONES ET STABVLARIOS, IN DVPLVM IVDICIVM DABO.

¶Ex hoc Edicto actio in Duplũ aduersus exer 9
citorem competit, ex Quasi delicto: si vel ipse, vel aliquis eorum, quibus in exercendo vtitur, furtum fecerit, aut damnum dederit ei qui res suas credidit, *l.6.& 7.hoc tit.l.vnic.J.furt.ad naut. caup.stab.* sicut & habitator nomine suę familię,
G si quid deiectum fuerit vel effusum, tenetur. *J. de hi qui deiecer.* Ex Quasi autem maleficio hæc

actio datur: est enim in suorum etiam delictis aliquatenus reus, qui malorum hominum opera vsus est. §.*pen. Inst. de obl. quæ ex quasi delic. d. l. fin.* §. *si seruus* 2. *d. l. vnic.* Sanè factum viatorum & hospitum quorum conditionem probabiliter ignorare potuit, neutiquam hîc præstat exercitor. *l. 6.* §. *in factum* 2.

10 ¶Porrò cùm Pœnalis sit hæc actio, non transit in hæredem: *l. fin.* §. *hæc iudicia.* 4. perpetuam

A tamen (quod mirum) exemplo actionis Furti & legis Aquiliæ, cum quibus quandam habet cognationem, *d. l. vnica.* Prætor esse voluit: *d.* §. *hæc iudicia.* quò viatoribus & securitati hospitum, quorum respectu quadantenus Rei est persecutoria, & qui ex mercibus aliquid amissum esse, sæpenumerò serius deprehendunt, prolixius consuleretur.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM, PARS II. LIBER V.

DE IVDICIIS, ET VBI QVISQVE AGERE VEL CONUENIRI DEBEAT. Tit. I.

C. 3. I.

1 *Continuatio.*
2 *Diuisio ciuilium iudiciorum.*
3 *Quare primo loco de vēdicationib. agatur.*
4 *Dispositio huius partis.*
5 *Quid sit iudicium.*
6 *Partes iudicij.*
7 *Litis contestatio quomodo fiat.*
8 *Species iudiciorum.*
9 *Quæ personæ constituant iudicium.*
10 *De iudice, quis, à quo dari possit.*
11 *De actore.* 12 *De reo.*
13 *Materia iudiciorum.*
14 *Forma vetus, & noua.*
15 *Finis & effectus.*
16 *Vbi quis agere vel conueniri debeat: & quot modis forum sortiatur.*

1 IVRIS † prudentiæ iudiciorúmque principiis, in quibus exponendis hactenus commorati sumus, gradum porrò in ipsa deinceps Iudicia faciamus: quæ aut Ciuilia sunt, aut Criminalia, aut Fiscalia siue Extraordinaria: *l. 1.* §. *pen. de calumn.* ciuilium porrò alia propriè ciuilia, alia verò Prætoria.

2 ¶In ciuilibus, aut ex obligatione in personam agitur, quæ Personalia iudicia dicũtur: aut propter rem mouemus alicui controuersiam, qui nullo ex contractu nobis est obligatus: §. 1. *Inst. de act. l. actionum.* 25. *j. eo. tit.* quæ Realia, aut simpliciter Iudicia appellantur. Sunt enim multifariam varia, neque ex vlla certa obligatione aut contractu dantur: vt certo specialíque nomine designari nequeant.

3 ¶De his igitur priore loco in hac secunda Digestorum parte tractatio est instituta: cum quia potiora sunt Personalibus, *l. plus cautionis.* 25. *de reg. iur. Ias. in Rub. C. de inof. testam num.* 2. potiora autem præmittenda sunt: §. *singulorum in fin. Instit. de rer. diuis. l. 1. de alb. scriben.* tum quòd propriè iudicia nominẽtur: nec enim ab obligationibus, vt cætera, sed à mero Iudicis officio dependent. *Alc. in Rub. si cert. pet.* Quia verò cum realibus iudiciis magnam similitudinem cognationémque habent actiones illę personales, quæ occasione rerum, citra vllam conuentionem, ex aliquo facto seu delicto leuiore, quod criminale iudicium nequaquam cõstituat, siue tractatu

B partium enascuntur: sic vt quædam ex his partim in Rem directæ existimentur: ideo harum quoque explicatio passim, prout connexio rerum postulabat, est inserta,

¶Itaque iudicia, de quibus in hac parte sumus acturi, trium sunt omnino generum: quædam Realia, quas Vendicationes vocant, quibus rem nostram perimus: quædam Personalia, quæ nõ ex contractu aut scelere, sed facto culpáve aliqua gignuntur: quædam ex his Mixta: de quibus sigillatim differemus, si prius generalia quędam præcepta de Iudiciis, & Vbi quis agere vel conueniri debet, exposuerimus. 4

C

¶Iudiciũ, inquit Asconius, dicitur res quæ causam litéque determinat. Itaque sic illud definire possumus, vt sit legitima cõtrouersiæ apud iudicem tractatio & diiudicatio *arg. c. forus. de ver. sig.* 5

¶Partes iudicij præcipuę sunt, Litis contestatio, & Sententia. *l. 1. C. de lit. con. l. iudex.* 55. *de re iudic. iunc. l. amplius.* 15. *j. rem rat. hab.* Nam reliqua, quæ in iudiciis versantur, aut Præparatoria sunt, vt citatio: *d. l. amplius.* aut Media, vt probationes: aut Posteriora siue consequentia, vt executio. Alij tres partes constituunt: videlicet Litis contestationem, velut principium: deinde intermedium, videlicet Probationes: postremò finem, nempe Sententiam. *Auth. ad hæc. vbi Ias. num* 2. *C. de iudic.* 6

D

¶Litis contestatio fiebat olim nonnunquam sponsione, *Cic. pro Pub. Quin. Quintil. lib. 7.* interdum sacramento: *Cic. lib. 1. de Orat.* plerunque nuda 7

E

nuda testatione coram testibus, vnde & nomen habet. Hodie lis contestari dicitur, quando res agi disceptaríq; cœpta est per actionẽ propositam, & responsionem Rei subsecutam, *d. l. 1. C. de lit. contest. c. 1. vbi Socin. post alios. extr. eodem tit.* De sententia porrò & Re iudicata opportuniùs suo loco differemus. *ad tit. de re iud.* A

8 ¶Iudicia ordinaria (vt dictũ est) sunt aut Ciuilia, aut Prætoria, aut Criminalia. Ciuilia ciuili iure & legibus, ac officio mercenario: *l. iudex. posteaquam.* 55. *de re iudic.* Prætoria vina magistratus voce & authoritate, ac nobili plurimùm officio: Criminalia pœnis & imperio experiuntur. Criminalia rursus aut sunt Priuata, quæ priuatam aut Publica, quę publicam vindictam expetunt & persequuntur. De his ordine in Pandectis tractatur, ac primo loco de Ciuilibus: quæ sunt aut Realia, aut personalia, aut ex his Mixta. §. 1. *cum seq.* §. *quædam. Inst. de act.* Realia rursum aut Petitoria, aut Possessoria. *vide Dd. l. naturaliter,* §. *nihil. de acq. poss. & ext. tit. de caus. poss. & propr.* Petitoria, aut Vniuersalia, quib. vniuersum corpus multorum diuersorum iurium petitur: *Bart. & Dd. in Rubr. solut. mat. Ias. in l. 3. num.* 10. *C. de edend. & in Rubr. ff. &* C. *de inoff. testa. gloss. in l. 1. de eden. Canon. in c. 2. de lib. obla. & c. conquerente. de off. ord.* aut Generalia, in quibus de vno quidem iure, sed quod multas habeat species, *Spec. de act. seu pet.* §. *sequitur. Ias. in d. l. 3. Muran. in tract. iud. parte 4. dict. 4. nu. 2.* agitur: aut Particularia, quibus vna tantùm species vindicatur. De his ordine tractari, subsequentes tituli ostendunt. B C

9 ¶Constituunt iudicium, Iudex, Actor & Reus, *d. c. forus. ver. in omni. de verb. signif.* & personæ his adminiculantes: litigatoribus quidem Patroni causarum & procuratores: Iudici, Assessores, Tabelliones, Scribæ, Actuarij, Apparitores.

10 ¶Iudex dictus est à iure dicendo. Iudicem autem dare possunt, quibus lege, vel constitutione, vel senatusconsulto conceditur. *l. cum prætor.* 12. *hoc tit.* Iudices dari omnes possunt, siue patres, siue filijfam. *d. l. cùm prætor. in fin. l. in priuatis.* 77. *hoc. t. l. quidam.* 57. *de re iudic.* qui non prohibentur. Prohibentur autem quidam Natura: vt surdus, mutus, furiosus, impubes: quia hi animi, illi corporis vitio impediti, munus iudicandi obire nequeunt. quod aliter in cæco est. *l. cæcus.* 6. *hoc titul. Duar. disp. lib. 2. cap.* 23. quidam Lege, vt qui senatu motus est: quidam Moribus, vt fœminæ & serui. *d. l. cùm prætor.* D

11 ¶Actor ab agendo dicitur: estq; is qui actionem proponit, & prior ad iudicem prouocat. *l. in tribus.* 13. *l. qui prior.* 29. *hoc tit.* omnes autem agere possunt, quibusdam exceptis: *l. qui accusare.* 8. *cum li. seqq. de accus. tot. titul.* C. *de his qui accus.* præsertim his, qui aut legitimam personam standi in iudicio non habent: *C. qui legit. person.* aut edicto de postulando excluduntur. *s. de postul.*

12 ¶Reus à re cuius causa conuenitur, *Cic. lib. 2. de Orat.* & de qua est disceptatio, appellatur: quem etiam fugientem vocant. *l. properandum.*

11. §. 1. C. *eod.* Possunt autem omnes rei fieri, tàm ciuilibus quàm criminalibus actionibus, si paucas excipias. *l. hos accusare.* 12. *de accus.* Illud iure Sax. hac in parte singulare, quòd etsi fœminæ agere & conueniri possint, tamen absque tutore litis comparere & postulare prohibeantur. *art.* 44. 46. 47. *lib. 1. vbi Zobel. Chil. in prac. cap. 22. D. Reinhar. diff. iudic.* 40.

¶Materia iudiciorũ, sunt Causæ & Lites, quarum nullus neque finis neque modus est his teterrimis temporibus: quibus refrigerata charitate abundat iniquitas multorum: longéq; verissimum in nostra iurisdictione & foro experimur esse vetus illud: δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβην βλάβη. Callistratus. *l. 5. de var. & extr. cogn.* ait: Cognitionum numerum ex variis causis descendere, nec in genera proinde facilè diuidi posse: ad quatuor tamen genera ferè redire: quòd aut de Muneribus & honoribus agatur, aut de re Pecuniaria, aut de Existimatione (quæ qualibet causa pecuniaria grauior est, *l. si in duabus.* 104. *de reg. iur. l. Iulianus.* 26. *si quis omiss. caus. testam. l. infamia.* 8. *C. de decur. lib.* 10. *vbi notan. grauiorem esse famæ quam oculi amißionem.*) aut de Capitali crimine quæratur. Etsi verò Callistratus de extraordinariis cognitionibus, quæ speciali legi constituuntur, agat: tamen etiam Ordinaria iudicia subiectum habere pecuniam; vel crimina, vel his affinia, palàm est. *Cicer. pro Cecinna.* Illud etiam teneatur, neminem in sua causa ius dicere vel iudicare. *tot. tit. C. ne quis in sua caus. l. qui iurisdictioni.* 10. *de iurisdict.* In suorum causa ius dicere non posse: *d. l. qui iurisdictioni,* eoq; nec iudicem in Publica ac capitali vel Status causa esse posse. hæc enim iurisdictionis sunt. *l. 1. de off. eius. l. 4. 6. de off. procos. l. non distinguemus.* 32. §. *de liberali.* 6. *de recep. arb.* In priuatis causis iudicem esse suis posse. *l. in priuatis.* 77. *hoc titul.* (quamquam non sibi) quia cogitur: *l. pen. l. de vocat. mun.* cum publicum sit officium: *l. quippe.* 78. *hoc. t.* coacto autem non æquè adhæret suspicio, *l. tutori.* 20. *C. de nego. gest,* vt se ingerenti: *l. quæ omnia.* 25. *de procur.* denique quoniam etiam consentientibus vel petentibus datur. *vide Duar. disp. lib. 1. cap.* 51. 13

B C D E

¶De impetratione, forma & ordine veterum iudiciorum, nihil attinet dicere, formulis & impetrationibus iam sublatis. Nam olim quidem, vt omnia ordine & rectè procederent, & ne temerè sinéque causa quis ad iurgia & lites conuolaret, impetrandum erat à Prætore iudicium: qui actori postulatam à se actionem impartiebatur, & formulam agendi disceptandíque pedaneo iudici & litigatoribus præscribebat. Quæ postea Constan. antiquauit. *l. 1. 2. C. de formul.* Hodie hic ferè ordo seruatur. Appellato iuridicè reo, offertur libellus, qui acceptus ad deliberandum iudiciis velit contendere necne: postquam contendendu putauit, negando affirmandóve intentionem, exceptionibúsq; propositis, litem contestatur: exceptiones actor replicatione diluit, hac reus duplicando, atq; ita deinceps, *l. 2.* 14

F G

§.*fin. de excep. vide Inst. de replic.* donec omnibus allegationibus propositis, & iis quæ in facto consistunt, probatis cognitisque, causa conclusa, iudicibúsque commissa, tandem sententia definiatur: quam iudex exequendam curat legitimo tempore, nisi fuerit appellatum. *Auth. offeratur. C. de lit. cont. d. l. properandum.* II. C. *eodem. c. quoniam contra. de probat. l. à diuo Pio.* 15. *de re iudic. l.* 2. *&* 3. C. *de vsur. rei iud.* Quòd si reus ad iudicium peremptoriis edictis vocatus, copiam sui non faciat, iudex in bonorum eius, aut rei litigiosæ possessionem mittere actorem consueuit: *l. hæres absens.* 19. §. 1. *de eo.* 26. *hoc tit. c. Romana.* §. *contrahentes. de for. comp. in* 6. *l.* 2. C. *vbi in rem act.* vt aut respondere aut rerum suarum possessione carere reus cogatur: *l. consentaneum.* 8. *vbi Dd.* C. *quomodo & quan. iud. d. l.* 2. *si quis emptionis.* 8. *C. de præsc.* 30. *ann tot. tit. extr. de eo qui mit. in poss. & tit. de dol. & cont.* quanquam aliis etiam modis coerceri potest. *Dd. in l.* 1. §. *si quis ius dic. non ob. in l.* 5. *hoc tit. in l.* 2. *si quis in ius voc. non. ier.* Nam interdum nulla habita litigatoris per contumaciam absentis ratione, de causa cognoscit iudex, & pronunciat: *l. in peremptorio.* 71. *hoc t. d. l. properandum.* §. 1. C. *eod.* quod maximè post litem iam contestatam fieri solenne est. *not. in l. fin.* §. *illud.* C. *de temp. app.* nam sine litis contestatione non facilè ad sententiam est perueniendum. *tot titul. extr. vt lit. non. con. vide Chil. in prac. c.* 36. At iure Sax. contumax reus citra discrimen pro confesso est, & actori condemnatur: id quod olim quoque obtinuisse, suprà diximus: *ad tit. de in ius vocan. per l. diuus. de rest. in integr. cum similib.* contráque actore contumace, reus ab instantia iudicij absoluitur. *Chilian. præall. loc. cap.* 36. *&* 37.

15 ¶ Finis iudiciorum, vt quisque præsidium iuris sui habeat publicum, *l.* 4. C. *de his qui ad Eccles. confug.* atque ius suum iudicio consequatur publico, §. *Instit. de act.* non suo priuato: *l. nullus.* 13. C. *de Iudæ.* litésque terminentur authoritate magistratus, *l.* 1. *de re iudic. c.* 1. *eodem. lib.* 6. *l. properandum.* C. *de iud. l.* 4. C. *de his qui ad Eccles. confug. l. vnic.* C. *quand. lic. vnic. l. nullus.* 13. C. *de Iudæ.* quę priuatim componi non possunt. Cicero pro Cecinna, ait omnia iudicia aut distrahendarum cõtrouersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta esse. Effectus, quòd iudicium redditur in inuitum, *l. inter.* 83. §. 1. *de verbor. obligat.* perpetuat actiones, *l. vnic.* C. *ex del. def.* interrumpit præscriptionem, *l. fin.* C. *de præscript.* 30. *annor. vide infr. de vsucap.* constituit in mala fide possessorem, *l. nemo.* C. *de acq. poss. l.* 2. *l. antepenultim.* C. *de præscript. long. temp. de quo vide* ¶. *ad titul. de vsucáp.* quasi ex contractu obligat, *l.* 3. §. *idem scribit de pecul.* nullius ius deterius, sed firmius efficit, *l. nemo.* 87. *l. non solet.* 86. *de reg. iur. l. aliam.* 29. *de nou.* quatenus scilicet ius est: nam hoc solùm in iudiciis redditur, & contra iniuriam omnem propugnatur. *l. nullus.* 13. C. *de Iudæ.* Affinia sunt arbitria. *l.* 1. §. *de recep. arb.* Contraria, mutatio iudicis, *l. iudex.* 46. *hoc tit.* renouatio expressa, *l. cum prætor.* 12. *in princ. hoc tit.* tacita, *l.* 4. 5. *de iurisdict. vbi Dd.* sordes, munera, *l.* 1. 2. *& tot. tit.* C. *de pœn. iud. qui malè iud. l. pen.* C. *si cert. pet.* §. *penult. in Auth. vt iud. sine quoquo suff.* inæqualitas & similes iudiciorum pestes. Remittit etiam iudicandi necessitatem morbus sonticus, *l. iudex.* 46. *hoc tit.* finit iudicium sententia, *l. iudex posteaquam.* 55. *de re iudica*, præscriptio. *l. properandum.* II. C. *de iud. l. vlt.* C. *de præscr.* 30. *annor.*

¶ Quod ad secundam huius tituli partem attinet, vbi quisque agere aut conueniri debeat: 16
sciendum est, actorem sequi forum rei: *l.* 2. C. *de iur. omn. iud. l. fin.* C. *vbi in rem. act.* hunc autem iurisdictioni obnoxium fieri quatuor præcipuè ex causis, *c. fin. de for. comp.* domicilio, *l.* 2. §. *legatis.* 3. §. *sed etsi.* 6. *hoc titul.* contractu, *l. hæres.* 19. §. 1. *&* 2. *hoc. tit.* delicto, *l. omnem.* 20. *l. argentarium.* 45. *hoc tit.* (ob quod tamen hodie, remissionibus quippe non admodum frequentatis, plerumque ibi nocentes puniuntur, & forciuntur forum, vbi reperiuntur maximè vagabundi, *vide gl. & Dd. in l.* 1. C. *vbi de crimin. Bart. in l. vlt. de furt. & in l. si abducta.* 10. C. *eod. tit. Lanfr. in ca. quoniam verb. confessiones. num.* 11. *de probat. Gand. in tract. de fur. pun. nu.* 5. *& tit. vbi del. pun. Ferrar. in for. inquis.*) & re qua de agitur (eo enim in territorio defendi debet, in quo res sita est, *l. quod legatur.* 38. *hoc tit. l. fin. C. vbi in rem act.*) nonnunquam etiam ex aliis: *l. si vxor.* 42. *l. si exigere.* 65. *hoc tit.* vt si sponte se aliena iurisdictioni litigatores submittant. *l.* 1. 2. 51. 74. Quòd si quis pluribus locis forum sortiatur, in electione est actoris, vbi velit agere: *d. l. hæres.* §. *fin. l.* 3. *de eo quod cert. loc.* neque reus declinare poterit, nisi sit legatus, aut aliam iustam habeat recusandi iudicis causam, *l.* 2. §. *legatis. cum sequ. l.* 5. 7. 8. 22. 24. 26. 27. 36. 39. 49. *h. tit.* Exire tamen domo citatus, & in loco cõtractus, alióve competente, causam dicere non cogitur, nisi citatio eum ibi apprehenderit. *vide Dd. d. l. hæres absens. hoc tit. per illum text.* Cætero qui cum remissioni maximè in contractibus non sit locus, declinare forum, quamuis competẽs, potest: *c. Romana.* §. *contrahentes. de for. comp. in* 6. vtíq; domicilij priuilegio, *l. plerique.* 18. *de in ius vocan.* ne inuitus inde ad aliud forum, maximè extra prouinciam, extrahatur: *Nouell.* 53. *de exh. & intro. reis. vide Dd. l.* 3. *de off. præs. Clem.* 1. *de iudic.* Maximè cum ante iudicium & tempore citationis, necdum constet plerunque, an alibi forũ ex contractu, qui tum nondum apparet, nec probatus est, sortiatur, vt comparere cogatur.

DE INOFFICIOSO TEstamento. Titul. II. C. 3. 28.

1 *Continuatio.*
2 *Querelam inoff. & petitionem hæreditatis vniuersalia esse iudicia.*
3 *Qua ratione, & ex qua causa introducta sit querela.*

4 *Definitio*

4 *Definitio huius actionis.*
5 *Petitionẽ hæreditatis cũ hac cumulari.*
6 *Quibus detur, aut non, & quando cesset, aut præscribatur.*
7 *An & quando hodie locus sit querelæ.*
8 *Querela an & quando in hæredes*
9 *Aduersus quos detur.* *(transeat.*
10 *Forma agendi.*
11 *Effectus querelæ, & quatenus testamenta rescindat.*
12 *Casus in quo pro parte tantùm testamentum rescinditur.*

1 HIs ergo summatim præmissis, ad vendicationes deueniamus: quæ, prout res ipsæ, multiplices sunt: vt enim aliæ res corporales, aliæ incorporeæ, quædam singulares, nõ nullæ vniuersitatis cẽsentur: ita varia cõstituuntur, multíque modis diuersa de his iudicia. Sed quia vniuersitas potior est rebus singulis, sicuti totũ suis partibus: primò de Iudiciis vniuersalibus videamus. Ea verò sunt illa, quæ ad petendã
2 hæreditatẽ proponuntur. Nam † hæreditas, cùm plurimas res, partim in corpore, partim in iure positas complectatur, *l.* 1 §. 1. §. *de rer. diuis.* & augmẽtum diminutionémque recipiat, *l pecuniæ.* 178. §. *hæreditas.* ¶. *de verbor. significat.* meritò nomen vniuersitatis obtinet. §. *fin. Institut. per quas perso. nob. acqu. vide Ias. in l.* 3. *C. de eden. l.* 1. *ff. eod.* De hac, aut per Querelam inofficiosi testamenti, aut petitionẽ hæreditatis, disputari ferè consueuit. Querela inofficiosi, commiseratione exhæredatæ iniustè familiæ est indulta, & lege Glicia, vt putatur, inducta. *l.* 4. *hoc tit. Cuiac. obs. lib.* 2.
3 *cap.* 21. Nam † quia parentes interdum sine iusta causa, nouercalibus fortè delinimẽtis, aliísque odiis instimulati, liberos suos exhæredãt, sanguini suo contra legem naturæ, quæ ad successionẽ liberos vocat, *l. scripto.* 7. §. *si ff. vnde lib.* 1. *cum ratio.* 7. *de bo. dam.* iniuriam inferẽtes: placuit vt de inofficioso testamento liberi agere possint: qui queruntur, iniquè & contra officium pietatis se esse exhæredatos. Dico Exhæredatos, eóque vero etiã Præteritionẽ maternam, cæterorúmque cognatorũ complector: quia pro exheredatione habetur. §. *fin. Instit. de exh. liber.* Porrò præteritio paterna nõ eget huius querelæ, cùm ipso iure testamẽtum annihilet: quasi liberis contra legis dispositionem, & obliuione potius quàm consultò prætermissis. *eodem titul. Institut. de exh. lib. vbi vide alias rationes in nostris scholis. & ¶. de lib. & posthum.* Quod autem nullum est, frustra rescindi petitur. *l.* 5. *de iniust. rupt. test. l. decem.* 116. *de verb. oblig.*

4 ¶ Est itaque Qeurela, vt ad rem redeamus, imploratio officij iudicis, qua quis accusat scriptũ testamẽtum: quia se in illo contra officium pietatis, & sine iusta causa exhæredatum dicit, petítque illud, vt iniustum, rescindi. *l. Papinianus.* 8. § *si quis irritum.* 12. *&* §. *fi.* Propriè enim neque A Actio est, quia non persequitur ius agentis: nec Accusatio, quia non persequitur pœnam: sed est querela quædam iudicis officio petens testamentum rescindi, vt aditioni hæreditatis ab Intestato, rescisso testamento, aditus patefiat. *Bart. post gl. in l. posthumus.* §. 1. *num.* 3. *hoc t. & in l.* 3. §. *si minor. nu.* 2. *&* 3. *de iureiur. glo. Ias. & alij, in Rubr. C. eod.* Huic ¶ enim actioni adiici solet, & adiungi petitio hæreditatis, hoc modo: vt quis rescisso testamento, petat se hęredẽ declarari, sibíque
B adiudicari hæreditatem. *l. quis de.* 20. *vbi glos. & Bar. hoc. t.* ac puto olim id quoque vsitatum fuisse: *d. l.* 8. §. *quoniam. in ver. non totam debeo hæreditatem petere. l. mater.* 19. §. 1. *l. qui repudiantis.* 17 *l. eum qui.* 21. §. *idem. hoc tit. l. si quis filium.* 34. *C. eod.* cùm dicat I. C. *d. l. Papinianus.* §. *fin. hoc tit.* hæredem fore eum, secundum quem pronunciatum est. Ne que sanè hoc nouum est, nec ad minuendas lites inutile: vt vnà cum actione seu imploratione officij Rescissoria simul detur, eíque ad-
C iungatur actio, quę post rescissionem erat competitura. Frustra enim in plura iudicia diuiditur, quod vno potest expediri. *Ias. in* §. *rursus. numer.* 85. 86. *Institut. de actio. dicens hanc esse communem vide glos. in l.* 1. *ad verb. necessaria.* ¶. *ad exhibend. vbi quoque diximus.* Obseruatũ id tamen est, hanc hæreditatis petitionem de inofficioso, quæ datur contra titulo possidentẽ, differre à simplice, cui aduersus iusti tituli possessorem non est locus. *Cuiac. ad Paul. lib.* 4. *tit.* 5 *Gouea. Lec. lib. tit.* 5.

D ¶ Omnibus autem vtriusque sexus liberis, *l.* 1. 6
5. 6. 8. *cum fin.* 28. §. 1. 30. & parentibus, *l. pater.* 14. *l. nam etsi.* 15. licet de inofficioso disputare: fratribus porrò & sororibus germanis non aliter, quàm si propudiosæ turpęsque personæ sint institutæ. §. *soror. Institut. eod.* Porrò fratres vterini, cæterique vlterius cognati, melius facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent, *l. fratres.* 27. *C. eodem tit.* cùm obtinendi spem non habeant. *l.* 1. *hoc tit. l. fratris.* 21. *C. eod.* Nec enim vult lex in insi
E nitum instituendi necessitatem propagari, testandíque libertatem restringi: *contrà l.* 1. *C. de sacros. Eccles.* præsertim cùm his personis collateralibus non perinde debeatur successio, atque descendentibus & ascendentibus. *l. nam etsi. hoc tit. l. fi. C. de codicil. in Auth. de hæred. ab intest. venien.* Ac ne his ipsis quidem aliter datur querela, quàm si ab intestato sint successuri: nam alioqui frustra agent, atque adeò etiam obtinebũt: si causa intestati ad alios sit peruentura, *l.* 6 §. *pe-*
F *nultimo.* & alio modo ius succedendi consequi nequeant. *l. Papin.* 8. §. *si quis impubes. hoc titul.* §. *tam.* 15. *Instit. eod.* Quamobrem etiam si quis legitimam portionem sit consecutus, non admittetur. *d. l.* 8. §. *si quis mortis.* 6. §. *si quis impubes.* 15. tutóque testari quis poterit, quarta legitimis hę redibus relicta, *l.* 6. C. *eodem* quæ hodie tertia est: *Auth. nouissima. C. eod.* Quin etiam tantus est sustinendorum testamentorum fauor, vt si minus relictum quoquo titulo *d. l.* 8. § *si quis mortis. l.*
G 30. 36. §. 1. *l. quoniam.* 29. *l. omni modo.* 30. *C. eod. in d. Auth. nouissima.* sit, saluo testamento, ad supple-

mentum tantùm agi possit: *d. l. omni modo.* nisi A quòd nouissima constitutione Iust. institutionis titulo filiis relinqui voluerit. §. *aliud quoque. Nouell. const.* 115. *vt cum de app. cognos.* Præterea nec ei accusandi potestas est, qui quoque modo agnouit sibi à testatore relictum, *l.*10. *in fin.l.*12. 22.*hoc titul.* aut aliter voluntatem eius approbauit, *d.l.*8.§.*si conditioni* 10.*l.*23. §.*penult. hoc tit.* aut querelæ renunciauit, *l. qui repudiantis.* 17. *l. nam etsi.*15.§.1.aut per quinquennium à tempore aditæ hæreditatis conticuit. *l.scimus.* 36.§.*fin. l.si quis* B *filium.*34.*in fin.*C. *eod. l.* 2. C.*in quib. caus. in integ. rest.l.Papinian.*8.§.*vlt.hoc tit.vbi glo.fin.* quãquam Condictio, qua ad supplementum legitimæ agitur, quinquennio non præscribatur, sed Perpetuò, hoc est, 30.annis, vt reliquæ actiones personales, durent: *ita est communis opinio Bald. Ias. & aliorum contra Bart.in l.si quis filium.* 34. C. *de inoff. test.Guid.Pap.decis.*82. neq; etiam extinguatur, quamuis quis sibi relictum acceptarit. *l.si quando.* 35.§.*fin.*C.*eo.vid.Mynsing.obs.*36.*cent.*1. hac e- C nim non impugnatur testamentum.

7 ¶ Ac nouissimo quidem iure vix est, vt in recta linea locus sit accusationi: nam cùm non modò liberi, sed etiam (vt volunt, §. *sancimus. Nouell.const.*115.*vt cùm de app. cog.*) parentes sint hæredes instituendi: nisi iustis expressisque de causis exhæredentur, *Dd. in d.* §.*sancimus.* quas hæres probare cogitur, §. *sive eadem. d. Nouell.* in omnem euentum, citra querelam videtur iis satis esse prospectũ. Nam si in legitima sint instituti, D. nihil est quòd defuncti officium accusent: sin in minore parte, agent ad supplementum: sin exhæredentur, aut id fit iniuria, & testamẽto quod ad institutionem attinet euacuato, ab intestato succedunt, vt querela non sit opus: aut iure factum est, & meritò omni aditu consequendæ hæreditatis, qua se indignos reddiderunt, atque ita etiam querela inofficiosi excluduntur: *l.quidam.*132.*vers.quid ergo. de verbor. oblig.* prorsus vt E fratribus potissimùm opitulari deinceps hæc accusatio videatur, etiamsi quidam contradicant. *Vigil.in Rub.Institut. eodem.* Vno tamen casu volunt nostri vsurpari etiam in ascẽdentibus & descendentibus querelam inofficiosi, scilicèt cùm iusta ex causa exhęredatio facta est: quæ tamen necdum probata sit. Hoc enim casu quia valet testamentum, & exhæredatio legitimè, hoc est, ex iusta causa expressim addita, facta est, ideo intra quinquennium putant inofficiosi querela illud rescindendum esse: *Bald.num.*2. & 22. *Ias.* F *num.*18.*dicens hanc esse communem.in Auth.ex causa.*C.*de lib.præter Bald. consi.*89.*proponitur. & cons.* 212.*Paul.vol.*5. etiamsi exhæredatione sine causa, aut ex nulla causa facta, sit testamentum nullum, & duret quæstio Nullitatis, seu Ius dicendi nullum, *Ias.in l.si filius.n.*14.*de lib.& posth.Cast.& Dd.in d.Auth.ex causa.* annis 30. *Guid. Pap. dec.* 597.*de lib.& posth.n.*5.

8 ¶ Illud vltimo loco addimus, querelam in hæredes transire, iisque competere: liberis quidem G ind.stinctè, *l. si quis.* 34. *C. eodem.* extraneis verò non aliter quàm præparata à defuncto querela.*l.*6.§.*fi.hoc t.*est enim quædam iniuriæ species, quod genus ad hæredes transire non solet. *vide* J.*de iniur.in princ.Inst.de perp.& temp.act.* Suis tamẽn hæredibus arbitror competisse olim querelam non iure Hæreditario, sed Suo: quòd propter ius Repræsentationis, ipsis iniuria facta videtur: emancipatis autem, & extra potestatem constitutis non itẽ, quia iure ciuili pro extraneis habebãtur: *vid.Inst.de hær. qual.* §.*cæteri.& de hær. quæ ab intest.* §. *emancipati.* vt eis actio ciuilis dari non debuerit, cùm hoc iure veteri demortuum parentem neutiquam repræsentarent. Vnde nec mater querelam ad liberos transmittebat. *l. cum mota.*6. C.*de transact.* quoniam non habet eos in potestate, eóque nec suos relinquit hęredes. *l.nulla.*13.*de suis & legit.Vlp.Inst. c.*26.*vide quæ dixi Institi.ad S.C.Tertull. in prin.* Sed Iustin. qui hoc discrimen suitatis sustulit, videtur indistinctè descendentibus querelam concessisse, *d.l.si quis.* 34. C.*eodem.*

¶ Datur autem hæc actio aduersus hæredem, 9 atque ita post aditionem hæreditatis, ex qua fit hæres, *l. Papinianus.* 8.§. *si conditioni. hoc tit.* cuiuscunque tandem sit ille dignitatis & cõditionis: *l.*8.§.*si imperator.*3.*l.pen.*§.1.*hoc tit.* siue ex liberis, siue extraneus aut municeps: *d.l.penultim.* quantum quidem ad querelam liberorum aut parentum exhæredatorum attinet: nam in fratribus distingui diximus, turpis an honesta persona sit instituta. Sed & aduersus hos competit, qui locum hæredis obtinent: vt est successor hęredis, *l.si pars.*10.*hoc tit.* fiscus qui bona occupat, *l.si hæredum.*10.*C.eod.* fideicommissarius vniuersalis: *l.*1.*C.eod.* nonnunquam etiam in particularem legatarium, qui suspecta collusione ad defendendum testamentum venit. *l. si suspecta.* 29. Ita tamen hi conueniri poterunt, nisi priuilegio aliquo, quod relictum est, defendatur. Nam constat aduersus testamentum militare, *d.l.*8.§.*Papinian.*3. quódq; de peculio castrensi fit, vel quasi querelam non dari. *l.fin.C.eod.*

¶ Ipse porrò querelæ modus est, vt dicat a- 10 ctor, doceátq; immerentem, atque indignè præteritum se, vel exhæredatum. *l.*3.*l.*5 *hoc tit.* Inofficiosum enim testamentum dicere, est allegare quare exhæredari vel præteriri non debuerit: *d.l.* 3.5 *hoc tit.* quasique non sanæ mentis fuerit is, qui testamentum ordinauit: non quo verè furiosus fuerit, sic enim testamentum ipso iure corueret probato furore: *l.*2.*hoc tit.* sed rectè quidem compósque mentis fecerit testamentum, non tamen ex officio pietatis. *l.*2.5. *vide Val.Max. lib.*7.*ca.*8. *l.pen.de cond.inst.tut.* Quod cùm ita sit, petit actor declarari testamentum inofficiosum, ac rescindi: eóq; rescisso, sibi vt hæredi proximo hæreditatẽ adiudicari. *l.Papin.*8.§.*quoniam.in verb.non totam. debeo hæreditatem petere. hoc tit.* Quia verò cui datur, actio, ei multo magis competere exceptionẽ dicendum est. *l.* 1. *vers. nam cui. de superf. c. qui ad agendum de reg.iur.in* 6. potest etiam qui exhæredatũ iniustè se queritur, si est in possessione bonorum,

norum, in modum Cõtradictionis & excipiendo querelam introducere. *d.l.*8.§.*si filius.*13. Illud præterea admonendi sumus, hanc querelam nõ esse perpetuam, ne perpetuò suspẽsæ incertęque pendeant defunctorum voluntates, *l.fin.commu. præd.* sed intra quinquennium à tempore aditæ hæreditatis esse proponendam: *l.scimus.* 36.§.*fin. C.eod.vide Bald. consi.*89.*proponitur.vol.*5.præsertim cũ sit Rescissoria, & cõtra leges ciuiles impugnans testamentum & vltimas voluntates, quarum magnus fauor est: *l.si pars.*10.*h.t.* eóque B velut extraordinaria & odiosa, reliquarum rescissoriarũ exẽplo certis spaciis debeat includi. *l.in honorarijs.* 35. *de actio.* quod etiam moribus Sax.obtinet. nec enim præscriptiones rerũ communes illis inductæ, temerè producendæ sunt ad singulares actionum præscriptiones: quæ quando non inueniantur sublatę, iure putantur etiamnum durare. *l.sancimus.*27.*C.de testament.*

11 ¶ Effectus autem huius iudicij est, vt probata causa, declaretur testamentum inofficiosum: C eóque rescisso, legata quoq; & libertates inscriptæ pereant, *l.Papinian.*8.§.*penultim.l.Titia.*13.*l. cum mater.*28.*hoc tit.* (quod tamen hodie correctum videri potest, cùm Iust. voluerit, institutionẽ tantùm vitiari, saluis reliquis testamenti articulis, *d.Nouel.*115.*vt cùm de app.Auth.ex causa.C. de lib.præt.*) & in ea causa res constituatur, perinde atque si nullum testamentum scriptũ, nulla hæreditas adita esset: *l.eum.*21.*in fin.h.t.* vtque actori victori hæreditas ab intestato restituatur, si modò docuerit se ab intestato hæredẽ. D *l.*6.§. *pen. l.*15.*in fin.hoc.tit.* Quamuis autem hac actione nemo amplius petere possit, quàm eam partem quam ab intestato habiturus esset: *d.l.*8. §. *quoniam.* tamen sententia secundũ querelam lata, totum testamentum corruit, quasi vitiosum, & à demente factum: *d.l.*13.*in fin.d.l.*21.*d.l.* 28. adeò vt victor solus obtineat hæreditatem, neque illi concurrant, qui alioqui ab intestato partem facerent, si agentem deseruerint. *l. filio.* 16. videntur enim animo repudiantis accusationem neglexisse: *l.qui repudiantis.* 17.*hoc titul.* nisi culpa silentij nulla, impeditis fortè, imputari queat, *l.si hæres.*7.*fam.hercis.* Sed si is, qui institutus est, etiam ab intestato hæres existit, cum minimè repudiare ius suum voluisse ipsa aditione & propugnatione testamenti contra querelam, cui se opposuit, abundè sit testatus, ideo rescisso per querelam testamento, ab intestato cum victore concurret: vt cùm contra filium institutũ alter exhæredatus obtinuit. *l.mater.*19. *l.si ponas.* 12 23.*hoc tit.* Vno tamen casu pro parte tantùm rescinditur testamentum: proptérque rei iudicatæ authoritatem, partim testatus, partim intestatus decedit testator, contra regulas iuris ciuilis: *l.ius nostrum. de regul.iur.* videlicet cùm pluribus querela conuentis diuersæ sententiæ latæ sunt, quarum in altera laudetur, in altera declaretur testamentũ inofficiosum. Id quod euenire non difficulter potest, quoties aduersus extraneũ, & fratrẽ, hęredes institutos, agitur. cõtra hũc enim, A perinde atque contra extraneũ, querelam obtinere fuerit periniquum. *d.l. mater.*19. *l. nam etsi.* 15.*in fin.l.circa.* 24.*hoc tit. l.cum duobus.*13.*C.eod.*

DE HÆREDITATIS petitione. Tit. III. C. 3. 31.

1 *Continuatio: & affinitas huius actionis cum præcedente.*
2 *Quid sit petitio, quid hæreditas.*
3 *Diuisio petitionum.*
4 *Definitio petitionis hæreditatis.*
5 *Quæ eius propria: et explicatio definitionis.* 6 *Cur petitio sit vniuersalis, ciuilis, realis, bonæ fidei, &c.*
7 *Species petitionis.*
C 8 *Causa efficiẽs: & quib. cõtra quos, corã quo iudice hæc actio detur: et quomodo, quoque ordine sit proponẽda.*
9 *Quando sit proponenda: & cui quare detur, contra quem.*
10 *Quis pro possessore vel hærede possideat, & cur non detur contra singulari titulo possidentem.*
D 11 *Materia, quid in petitionem veniat: & explicatio S.C.*
12 *Forma: & ratio petendi ac libellandi.*
13 *Finis & effectus.*
14 *Affinia.*
15 *Contraria: & quomodo præscribi huic actioni possit.*

QVERELAE inofficiosi testamenti af- 1 E finis est Petitio hęreditatis. Nam & vniuersalis est, *gloss.& Dd. in Rub.C.de inoff. testa.per.l. item.*20.§.*item.hoc t.* & hæreditatẽ petit, quomodo illa, ac (sicuti antè diximus) illius veluti pars est, aut certè sequela, aut (vt volunt Dd.) illa huius præparatoria, *gl.hic in Rub.& in Rub.C.de inoff.testa.& de pet.hæred.* ita cumulari vno libello possint. *vide* §.*tit.* 1. *vbi dixi.* Quare post expositionẽ querelæ de inofficioso testamento, ordine sequitur, vt de petitione hęreditatis agamus.

F ¶ Petitionis verbo, plerunque actiones reales 2 significãtur. *l.pecuniæ.* 178. *vers.petitionis.de verb. sign.* Cum itaque hæc actio realis sit, *l.sed etsi lege.* 25.§.*petitio.* 13. *hoc t.* rectius Petitio quàm Actio nominatur. Hæreditas nomen iuris est, *d.l pecuniæ.vers.hæreditas.* & etiã sine corpore intellectũ iuris habet. *l.hæreditas.*50.*h.t.* hoc est, intelligitur ex iuris disciplina hæreditas existere, quantũuis nullum corpus, seu nulla res corporalis, quę sub sensum aspectũque cadat, in ea reperiatur: vt cũ G aliquis mercator tãtùm nomina & actiones, vel etiã duntaxat æs alienũ, in hæreditate relinquit,

Hæreditas Ciceroni, *in Topic.* est pecunia (nomine scilicet generatim vsurpato, *l.pecuniæ.* 178. *de verbor.signif.*) quæ morte alicuius ad quempiam peruenit: nec ea legata testamento est, aut possessione retenta: Theophilo, *Institut. de reb. corp.& incorp.* Ius quoddam certis modis constitutum, & intellectu comprehensum, quod alieni patrimonij vniuersalem dominum iure efficit: Iuliano, *l.hæreditas.* 62. *de reg. iur.l. nihil.* 24. *de verbor.signific.* successio in vniuersum ius quod defunctus habuit, qua de re alibi *ad tit.* Ĵ.*de hær. inst.* diximus.

3 ¶ Hæreditas autem petitur aut ex iure Ciuili, aut ex iure Prætorio, aut ex S. C. & petitur vel Tota, vel pro Parte: ex quo fit, vt plures numerentur petitionis species, de quibus singulis est dicendum: ac primùm de Ciuili & Vniuersali

4 hæreditatis petitione. Ea † sic definiri potest; Vt sit actio ciuilis, vniuersalis, in rem, petitorij iudirij, bonæ fidei: qua quis petit hæredem se declarari hæreditatémque iure ad se pertinentem, ab eo qui pro hęrede, vel pro possessore possi-

5 det, sibi restitui. Dico † esse Ciuilem. nam etsi prætor eam proponit in Edicto, *l. 1. in princ. si pars hære.petat.* tamen ex iure ciuili, quo hæreditates petuntur, *l. 1. & 2. hoc tit.l.lege.* 130. *de verbor.significat.* eam proponit, vt reliquas iuris civilis vendicationes, *l.prætor.*75. Ĵ.*titul.1. vbi vide.* atque etiam personales actiones. *l.in princ. commod.* Dico esse Vniuersalem. *l. 1. in princ.in verb. post actiones quas de vniuersitate, &c. de rei vend. gloss.in l.1.de edend.* Ias.*post alios in Rub.*C.d. *inoff. testamen.* Vt enim vniuersale est iudicium dotis, *Dd.in Rub.solut.mat.gloss in l. quod dicitur.* 5. *verb. sed dotis.de impen.in res dot.fac.* peculij, *l.item.*20.§. *non solùm.* 8. *hoc tit. in gloss. in d. l. quod dicitur.* Ias.*in l.3.num.*10.C.*de eden.* iurisdictionis, Ias.*in d. l.3.*&c. ita & est petitio hæreditatis. petitur enim ea corpus bonorum, hoc est, vniuersitas. *l.1.de rei vend.gloss.in l.2. verb.sed dotis.vers.patrimonij. de impens. in res dot.fac.* in qua sunt varia iura, & di-

E uersæ species, res corporales, incorporoles, mo-

6 uentes, mobiles, immobiles, &c. Quare † cum actiones assimilentur rebus quæ his petuntur. *gloss.& Dd.n l.1.C.si aduers.transf. & in §. hæc ergo. verb.numeranda.in Auth.de non alienan.Bald.in l. iubemus.*14.C.*de sacr.Eccles.* cúmque iudicetur de actione, vt de re ad quam petendam destinata est: *Bartol.lac.de Are.Alc.in l.monentium.de verbor.significat.Cast.in l.quam Tuberonis.*§ *.fin. de pecul.Alex.in l.à diuo Pio.*§.*in venditione, in 1.not. de re ind.latè Tiraq. in retrac. prox.*§.1.*gloss.* 7. *num* 17. sequens est petitionem etiam hæreditatis, quæ ad vniuersitatem bonorum persequendam proposita est, vniuersalem esse. *d.l.1.de rei vend.* Nec obstat, quòd etiam res minima. *l.licet.* 10. *hoc t.* & singularis, & nō modò tota hæreditas, sed etiā pars eius peti possit. *l.1. & tot.tit.si pars hær.peta.* nam & qui rem singularem petit vt hæreditariam, vniuersaliter agit. petit enim se declarari

G hæredē, hoc est, vniuersitatis dominū: & ius suū

F petitur, non ex eo quod aduersarius possidet,

A sed quòd ipse habet, *d. l. 1.* & qui partem petit hæreditatis, vniuersitatem petit. quod enim iuris obtinet in toto, idem & in qualibet eius parte: *l.quæ de tota. 76. de rei vend.* & vt hæreditas tota est vniuersale corpus bonorum, ita & quota hæreditatis portio. §.*restituta.cum seq.Institut. de fideicomm. hære. l. non amplius.*26.§.*fin.de leg.*1, *l. si quis seruum.* §. *fin. cum l.seq.de leg.*2. Addo, esse Realem: *l. sed etsi.* 25. §. *petitio.* 13. *hoc titul.* ea de causa, quòd detur contra possidentem, *l. nec vllam.* 13. §.*fin.cum l.seq.hoc titul.* qui nullo ex contractu ad dandum vel faciendum obligatus est: sed ratione eius quod possidet, vt id scilicet restituat, conuenitur. id quod proprium est actionum realium, quia peculiari velut nota, à personalibus discriminantur. §. 1.*Institu.de actio.Ias. in Rub. C. de inof. testam. Bald.in l.si certis annis. antepenultim.C.de pact.* Habet tamen hæc actio præstationes aliquot personales. *d. l. etsi.* §. *petitio.* quarum respectu, mistam causam obtinere dicitur. *l.hæreditatis.*7. C. *eodem.*§. *quædam. Instit. de act.* Quandoquidem enim vniuersalis est, in cámque veniunt omnia quæ ex bona fide (vnde bonæ quoque fidei existimatur, *l.fin.*C.*eodem.* §.*actionum. in fin. Inst: eod.*) præstari æquum est: fit, vt interdum dari etiam quippiam à possessore petatur: puta precia rerum distractarum, aut æs alienum à debitoribus exactum. *l. item veniunt* 20. *cum ll. seq. hoc tit.* Petere autem uel Dari, proprium est personalium actionum: in quibus ad

D dandum vel faciendum agitur, sicuti in realibus ad restituendum. §. 1. *Inst. de act. l.actionum.*35.*de act.& oblig.* Hoc igitur respectū, petitio hæc mistam obstinere causam intelligitur: alioqui sua natura est realis, *d.l.sed etsi.*25.§.*petitio.Maran. parte iudic.* 4. *distinct.* 3. *num.*8. *vbi dicit hanc esse communem, vide Ias.in § sed istæ num.*42.*& §.item Seruiana.num.*121, *Inst de acq.*eóque & petitio dicitur *l. pecuniæ.* 178. *versi. petitio.de verb signific.*& Vendicatio, *l. legitimam.* 8. *hoc tit.*& actor in Rem agere *l. si bonæ.* 49. *hoc tit.l.*3.C.*eod.*ac vendicare *d.*

E *l.legitimam.* peth.betur. Dico, esse petitorij, iudicij Ias. *in §. actionum.nu.*214.*Instit.de actio.* quia actor nō modò petit sibi res hęreditarias restitui, quod est commune cum possessoriis: *l. 1. verb. restitutoria. de interdict.* sed etiam ius suum declarari, & se pronunciari hæredem, hoc est, dominum, peræquè atque in rei vendicatione. Hæredem enim dominum veteres appellarunt, tanquam herum. §. *fin. Instit.de hære.qual.& Differen.* Dico esse Bonæ fidei. *d. l.fin.*C. *eod.*§. *actionum.verb. petitio. & c.institut. de actio.* Nam cum sit vniuersale iudicium, & augmentum ac decrementum *d. l.item* 20.§.1.*hoc tit.* natura sua, pro ratione variantium circumstantiarum & variis rerum euētis recipiat: ideo certa formula concludi, & stri-

F ctis iudiciorum regulis includi nequit: sed quo suum cuique rectè tribuatur, ex bono & æquo vt interpretationem recipiat, necesse est: idque & publicè interest, vt voluntatibus defunctorum, ad quas pertinet hæc petitio, prolixius consulatur. *l.1.*C.*de sacros.Eccles.l.3.de testam.* Neque

enim

enim solùm ab intestato, sed etiam ex testamen-

A to hæc actio proponitur, & vtrocunque modo agatur, semper ex voluntate defuncti agi intelligitur: qui non facto testamento, præsumitur sponte sua hæredes ab intestato, sibi succedere voluisse. *l. 3. conficiuntur.* 8. *de iure codicill.* Addo, Quia quis petit se hæredem declarari, & sibi hæreditatem restitui, &c. Sunt enim duæ hæ actionis partes: *Bart.in l.*1. C.*quor. bon.* quarum altera Petit se actor hæredem sententia iudicis declarari, altera Res hæreditarias sibi restitui.

B

7 ¶ Species huius actionis duæ sunt præcipuæ, alia enim Directa est, quæ datur contra eum, qui pro hærede aut pro possessore possidet: alia Vtilis, quæ competit aduersus eum, qui à possessore rem habet. *l.nec vllam.* 13. §.*quod si* 4.§.*si quis. scient.* 6. *&* §.*item si quis.* 7.§.*apud Marcellum.*8.*h. tit.* Deinde alia est Ciuilis, & hæc aut in Totam hæreditatem, *vt hoc tit.* aut in Partem intenditur: *vt in tit. seq.* alia Prætoria, quæ ex iurisdictione magistratus; bonorum possessoribus datur:

C Ĵ.*de possess. hær. petit.* alia Fideicommissaria, quæ ex S.C. fideicommissariis vniuersalibus, Ĵ. *de fideicom. hæred. petit.* bonorum possessoribus, *l. 2. & 3. de fideicom.hæred.pet.* & aliis qui pro hæredibus ex S. C. habentur, competit: vt nec merè ciuilis sit, nec prætoria, cum ab his distinguatur: *d. l. 2. & 3.* sed commune quoddam remedium vtile his, qui quidem directò non sunt hæredes, sed quasi, & pro hæredibus siue iure ciuili siue prætorio habentur. *l.2. & 3. de fid.hæred.pet.*

D

8 ¶ Causa igitur efficiens remota huius actionis, est Lex, Prætor, S. C. Causa propinqua, Ius hæreditarium, quod agens habere intendit: siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex veteri iure XII. Tabul. siue ex nouo: *l. 1. 2.3. hoc tit.* siue per se illud habeat, siue per alios. *d.l. 1. 2 3.* Nam & hæres hæredis, pro hærede est: *l si hæredem.*10. C.*eod. l. fina. C.de hæred. instit. de quo tamen vide Paul. lib.1. tit.*13.*iunc.l.6.*§.*vltim.de inoff. testam.* & indifferenter quicunque hæredes se

E esse intendunt, hac actione agere possunt: etiam filius contra patrem, de successione materna, *l. fina. hoc tit.* &c. Datur autem eo ordine, vt primùm scriptis detur hæredibus: *l. legitimam.* 8. *hoc tit. l. si scripti.* 9.C.*eod. Bart.in l.si quis* 13.*hoc tit.* pòst, causa testamenti euacuata, illis qui ab intestato veniunt. *d. l. legitimam.* quanquam potest quis etiam omnem hæreditarij iuris causam in iudicium deducere, non expresso eo, vtrum ex testamento agat, an ab intestato. *glos.*

F *& Dd. in l. vlt. ad verb.præclusisse.C.de codicill. & in l. ex sextante. verb. de iure. de excep. rei iudica.* Nam libelli generales & incerti, in his vniuersalibus iudiciis faciliùs admittuntur: cùm horum iudiciorum natura talis sit initiò, vt propter varietatem rerum certò definiri designariqúe nequeant, sed post per probationes, & officio iudicis dilucidentur. *glo. & Dd. in l. 1. in prin. de eden. l. 2. C. quæ sentent. sine cert.quant.* §. *curare. Instit. de act. vide omnino Soburff. consi.* 63.

G *cent.*1. Quare crediderim, & alternatiuè ab his,

A qui ab intestato succedunt, agi rectè hoc modo posse. Peto ex testamento, si quod factum est: & vt de hoc constet, peto illud exhiberi & possessorem ad iusiurandum cogi, vtrum aliquod in bonis hæreditariis repererit, an non: sin autem nullum omnino factum est, peto eandem hæreditatem ab intestato. *Pet. Iacob.in for. petit. ab intest. num.* 3. *Ias. num.* 6.*post glo. & Bart. in l. controuersia.de transact. vide tamen. l. vlt.* C. *de codicill.* maximè † si aut ex facto aduersarij, calli- 9

B dè celantis testamentum, aut aliunde probabilem habeat actor dubitandi causam. *per doctrinam. Bart. in l.* 1.*num.* 1.*quor. bon. Ias. in §. curare. num.*7. *Instit.de actio. Dec.in l. nemo.* 43. §. *quoties. de reg.iur.* nec enim altera petitio alteram impedit: neque sententia in vna lata, parit exceptionem in altera: vt hîc nulla regula, prohibens cumulationem, obstare possit. *l. legitimam.* 8.*h.tit..glo.in l.ex sextante.verb.de iure. de except. rei iudic. & in l.fin. verb. præclusisse. vbi Salic.num.*

C 7. C.*de codicill.* Aliàs fateor verum esse, ab intestato non antè commodum peti, quam cognitum exploratúmque sit ex testamento hæreditatem peti non posse: §. *proximus. Instit. de leg. agnat.* §. *cum autem. in verb. eo tempore quo certum est aliquem sine testamento decessisse. Instit. de hær. quæ ab intestat. l.scripti.* 9. C. *eod. l. is qui putat.*15. *cum ll. seqq. l.si quis.* 21. *cum l.seq l.pater.*93. *de acq. hære.* quemadmodum nec idoneè petitur, priùs

D quam constet hæreditatem esse: hoc est, eum esse defunctum, de consequenda cuius hæreditate lis est. *Roff. in summa. de petit.hæred.* Viuentis enim nulla est hæreditas. *l. 1.de hær.vel act.vend.* Necessaria autem hæredibus istiusmodi est actio, quia licet ex lipso iure hæredes fiant, & adita animo hæreditate, *vide* Ĵ. *de acq. hæred.* statim dominiū & omne ius defuncti, ab eius morte consequantur, §. *fin. Inst. de hær. qual.l. omnia.* 193. *l. omnis.* 138. *de reg. iur.l.si ex re.*28.§.*fin.de stipul. ser.* occupare etiam vacantem, neque ab alio hæreditatem possessam possint, *Bald.in l.fin. num.* 3.*vbi etiam Bart. Cyn.Fab.Dec.Ias.C.de edic. diui. Adria.tollen. Ferra. in for. lib. quo peta. hær.ex testam. ad verb. iniustè. num.* 1. *&* 4. *Innoc.Imol. & alij, in c. cum in officiis. de testam. vide* Ĵ. *Quor.bono.* tamen vbi alius pro hærede vel possessore eam possidet, priuata eum authoritate expellere prohibentur: eóque legitima hac actione restitui vt sibi petant, necessè est: cum tantum dominium, quod est iuris, non etiam possessio, quæ plurimum facti habet, adita hæreditate ipso iure transeat: *l.cum hæredes.* 23.*de acq.poss. vide* Ĵ *ad tit. Quor. bono.* Datur ergo hæc actio hæredi isto casu, quando scilicet hæres factus est adeundo, *vide Roff. in summa.*& tamen possessionem necdum est adeptus, nec sua priuatim authoritate adipisci potest. Nam ea semel quæsita & adepta, amplius ad res amissas repetendas non datur Hæreditatis petitio *vide latè Ias. in §. actionum. num.* 215. *Instit. de actio.* (desiit enim esse hæreditas) sed superest tantùm Rei vendicatio. *Dec.in l.hæreditas.* 67. *num.*3. *&* 4. *de reg.iur.* Proponi autem

i

hæc actio vtrouis loco potest, vel vbi domicilium possessor reus habet, *Bartol. &* Bald. *in l. 1. C. vbi de hær. agi.* vel vbi maior hæreditatis pars est sita: *gloss.* Bartol. *& Dd. in l. vnic. C. vbi de hær. ag.* Bald. *in l. 2. quem. testam. ape.* & si pluribus locis dissipata sit, pluribus etiam locis poterit intentari: Bald. *&* Castr. *d. l. vnic.* sicut pluribus locis in possessionem bonorum missio peti potest: *Bald. Cast. Salic. in d. l. vnic.* electione scilicet actori concessa, quo potissimùm in foro agere velit, *l. fin.* C. *de iurisdict. l. fin.* C. *de long. temp. præscr.* Nam etsi actor sequitur forum rei, *d. l. vlt.* C. *de iurisd.* tamen cùm pluribus hic locis iurisdictioni obnoxius est, tum in arbitrio & potestate agentis est eligere ex omnibus forũ maximè idoneum, præsertim in realibus *glos. Castr. & Dd. in l. vlt.* C. *vbi in rem. act.* alioquin reus variando ludificari, & subterfugere iudicium posset. *l. 3. in princ. de eo quod certo loc.*

10 ¶ Quamuis autem olim hæc actio apud Centumuirale iudicium solita est exerceri, *l. fin.* C. *eo.* tamen de eo hodie, vt pote Centumuiralibus illis iudiciis sublatis, subtilius quæri non est necesse, próque explorato illud habendum est, coram quouis ordinario fori competentis iudice, hanc institui actionem posse. Quę quidem competit aduersus eum, qui Pro hærede vel Pro possessore, ius aut rem hæreditariam, licet minimam, *l. regulariter. 9. cum ll. seqq. l. 4. hoc tit.* possidet. *d. l. regulariter. l. hæreditatis. 7.* C. *eod.* Pro hærede autem possidet, qui putat se hæredem esse eius, de cuius hæreditate agitur. *l. pro hærede. 11. cum ll. seqq. hoc tit.* Nam si velut alterius hæreditatem possideat, hac actione conueniri nequit, quia titulo singulari & extraneo possidet: *Bart. & Dd. in d. l. pro hærede. vide Appel. in dialect. c. 1.* vt paulò pòst dicemus. Nec interest, vtrum se putet ex iusta causa hæredem, an ex iniusta: *l. item. 20. § præter. 6. l. sed etsi. 25. § scire. 4. hoc t.* quin etsi verè sit hæres, dabitur tamen contra eum, vt cohæredem, Hæreditatis petitio, si actorem pro cohærede agnoscere nolit. *l. 1. § item. 4. si pars hæred. peta. l. permittendum. 8. eodem titul.* Sed & is qui scit se hæredem non esse, tamen si contendat, potest pro hærede conueniri: *l. pro hærede. 11. hoc titul.* nec enim interest, vtrum quis bona an mala fide possideat. Quod ita accipiendum est, num scilicet is, qui ita scienter possidet, aliquam causam Pro hærede possidendi habet & obtendit: vt, num emit ab eo hæreditatem, quem sciuit ius vendendi non habere. Etsi enim malæ fidei est, tamen non continuo prædo est, & Pro possessore tantùm possidet, qui precium numerauit: *l. nec vllam. 13. § si quis sciens. hoc tit.* aliàs verò si per mendacium, & sine vllo probabili prætextu aut causa contendat se hæredem, qui scit hæreditatem ad se non pertinere: is nõ Pro hærede, sed pro possessore possidere intelligetur. *l. qui interrogatus 12. hoc titul.* Pro possessore enim possidet prædo, qui interrogatus cur possideat, petiturus sit principium: nec aliud responsurus quàm, Quia possideo: nec contendit se hæredem aut per mendacium contendit. *l. pro hærede. 11. § fin. cum l. seq. hoc tit. l. sed etsi. 25. § 1. l. prædonis. 46. hoc tit.* Hi autem tituli, Pro hærede & Pro possessore omnibus titulis qui ex eodem iure hæreditario consequuntur, & fluũt, cohærent. *l. nec vllam. 13. § 1. hoc tit.* Pro hærede quidem titulus, omnibus his qui veri & iusti sunt. Nam Bonorum possessores, & reliqui, qui pro hæredibus habentur, *l. item. 20. § licet. 11. hoc tit.* item singulares successores hæredum, puta qui à putatiuo hærede emerunt, aut ex alia causa titulóve quæsiuerunt, pro hæredibus conueniuntur. *l. sed etsi. 25. § item. 12. hoc tit.* saltem vtiliter. *l. nec vllam. 13. § quid si. 4. hoc tit.* Pro possessore autem titulus cohæret reliquis omnibus titulis iniustis & nullis: vt si quis emit nulliter à furioso, aut donatum accepit ab eo, qui donare prohibetur, puta à coniuge se pro hærede gerente, *d. l. nec vllam. 13. § 1.* &c. Paria enim sunt: Nullo titulo possidere, vel non iusto neque valido possidere. *d. l. nec vllam. 13. § 1. § sciendum. Institut. de satisd. tut.* Oportet autem possessorem esse qui conueniatur, vt in Rei vendicatione: nec enim implere intentionem huius actionis potest, hoc est, restituere nequit, qui non possideat. quare qui restituit hæreditatem, aut res alienauit, hac actione teneri nequit, nisi dolo & sciens fecit, atque ita propter dolum pro possessore teneatur. *d. l. nec vllam. 13. § fin. l. quòd si 16. cum multis ll. seqq. hoc tit.* Debitor quoque hæreditatis, pro possessore habetur, quia possessor iuris est. Iura porrò hac etiam actione petuntur, vt paulò post dicam: quare & hunc teneri petitione hæreditatis, certum est. *d. l. nec vllam. 13. § fin. l. sed vtrum. 14. cum ll. seqq. hoc titul. l. fin. si pars hær. peta. l. fundus. 51. § fin ff. famil. herciscund.* Nam quod ait Vlpianus, *l. si debitor. 42. hoc titul.* non teneri debitorem Petitione hæreditatis, qui nõ ideo nolit soluere, quòd se dicat hæredem, sed quòd neget aut dubitet, an hæreditas pertineat ad eum qui petit hæreditatem; accipiendum est de eo qui soluere paratus est, dummodo actor sit is cui solui debeat. In quem meritò non datur actio: sed potius, ostenso summatim actoris iure, indulgebitur ei spacium ad soluẽdum, cum competenti cautela, vt alibi dicitur. *l. si debitori. 21. de iud.* Porrò qui alio titulo quàm qui ex hæreditate fluat, possidet, siue singulari, siue vniuersali: is Petitione hæreditatis non tenetur, sed Rei vendicatione conueniri debet. *l. hæreditatis. 7. C. eod. l. 4. C. in quib. causs. cess. long. temp. præscrip.* Nam petens hæreditatem, nullum ius dominij in iudicium deducit, sed iure defuncti vtitur, petítque res ab eo possessas, non modò iure dominij, sed quouis etiam alio *l. & non tantùm. 19. hoc tit. Bart. & Dd. in l. hæreditas. 9. C. eod. Ias. in l. non hoc. 4. C. vnde leg. Bart. in l. vt iurisiurandi. 7. § si liberi. de oper. lib. Iacob. in tract. feud. verb. & cum pacto quod ipsi. num. 7.* Itaque quando par & æquale ius possessionis habeat ille, qui alio titulo quàm Pro hærede vel possessore possidet, non potest ei ab actore res auferri hac actione. cum

ne à defuncto quidem, quo potius ius habere hæres nequit, vt in cuius locum se successisse prætendat, sic agendo auferri potuisset. In pari quippe causa, melior est possidentis conditio: *c. in pari. de reg. iur. in 6. § retinendæ. versic. commodum. Inst. de interd. l. final. C. de rei vindica.* cui (nisi ex aduersò intentata vendicatione probetur dominium) possessio sua auferri nequit. *l. vlt. C. de rei vendicat.* In hac autem actione non probatur dominium, sed tantùm res fuisse hæreditaria proponitur, quæ etiam aliena in hæreditate esse potuit. consentaneum igitur est, non satis eam habere virium, ad possessionem tertio possessori, qui ab hæreditate causam non habeat, auferendam. *vide latè Ias. in § actionum. num. 195. Inst. de actio. Cast. in l. 2. C. eod.*

11 ¶ Porrò in hæreditatis petitionem veniunt vniuersæ res hæreditariæ (non etiam feudales, *Ias. in § actionum. num. 210. Instit. de actio. Socin. consil. 19 adsit. num. 7. vol. 1.* nisi cùm tota successio feudalis petitur, *Imol. in l. si patroni. vers. extra. ad S.C. Trebell. Roff. de pet. hær. num. 11. 12. per doctrinam gloss. & Bart. in l. item videndum. 18. § fin. ad verb siue iura. hoc t. vide latè Ias. in l. Gallus. § quidam. nu. 41. de lib. & posth. melius. Bart. in l. vt iurisiurandi. 7. § si liberi. de oper. li. Iacob. in tract. feud. ad verb. & cum pacto quod ipsi nu. 7.* aut feudum hæreditarium, *Mynsing. obseru. cent. 3. obseru. 67. per Dd. in c. 1. an agnat. vel fil.*) siue iura, siue corpora, *d. l. item. 18. § fin. cum ll. seqq. hoc tit.* siue etiam singulares. *l. licet. 10. hoc tit.* Non enim metitur actor intentionem suam ex eo quod possidetur, sed ex iure quod ipse habet. *l. 1. infr. si pars hæred.* Nec tantùm petuntur hæreditaria corpora, sed quorum etiam periculum ad hæreditatem pertinet: vt res depositæ, commodatæ defuncto, *l. & non tantùm. 19. hoc tit.* &c. (ex quo perspicuum fit quod antè dictum est, nullum dominij ius in hoc iudicium deduci) vnà cum fructibus, precio rerum distractarũ, & quæ quacunque ex causa ad hæreditatem accesserunt. *l. item veniunt. 20. cum multis seqq. hoc tit.* aut accedere potuerunt. *d. l. item. 20. § redactæ. 13.* Nam fructus & reliquæ accessiones augent hæreditatem, vtpote ius vniuersitatis: eóque actionis iure, non officio iudicis hîc debentur. *d. l. item. 20. § 1. l. sed etsi. 25. § fin. l. ancillarum. 27. hoc titul. l. 2. C. eod.* qua de re tota, extat S.C. tempore Adriani imperatoris factum: cuius partes & verba considerare fuerit, vt opinor operæ precium. Partes autem præcipuè sunt duæ: quarum in prima, agitur de restitutione hæreditatis, quam bonæ fidei possessor facere debet: in altera, de restitutione quæ à malæ fidei possessore flagitatur. Bonę autem fidei possessor est, qui iustis ex causis existimat ad se hæreditatem pertinere. *l. item. 20. § præter. 6. hoc tit.* Causa autem iusta, etiam error iuris est: *l. sed etsi. 25. § scire. 4. hoc tit.* quia quælibet causa, etiam friuola, à dolo & mala fide excusat. *l. igitur. 12. de lib. cau. glo. fin. in fin. & Dd. in l. vnic. si quis ius dicent. non obtemp.* Malæ verò fidei possessor est, qui sciens hæreditatem ad se non pertinere, eam inuasit, cum nullam haberet iustam possidendi causam. *l. sed etsi. 25. § 1. hoc tit.* Post petitam autem hæreditatem, quilibet possessor incipit malæ esse fidei, *l. item. 20. § petitam. l. si quid. 30. § 1. hoc t.* quia de suo iure dubitare incipit: nec opus est litis contestatione, sed sufficit moueri controuersiam. *l. sed etsi. 25. § si antè. 5. hoc t.* & à quocunque denunciari. *l. item. 20. § præter. 6. & § petitam. 9. hoc tit.* Sed etsi non denuncietur, sciat autem possessor ad alium rem pertinere & peti posse, malæ fidei possessor efficitur. *d. l. item. 20. § petitam. 9. hoc tit.* Verba porrò S.C. hæc recitantur. *d. l. item. 20. § præter. 6. hoc tit.*

PRIDIE IDVS MARTIAS, QVINTVS IVLIVS BALBVS ET PVBLIVS IVVENTIVS CELSVS, TITVS AVFIDIVS ET OENVS SEVERIANVS COSS. scilicet duo magistratum gerentes, duo verò designati in futurum annum) VERBA FECERVNT DE HIS QVAE IMPERATOR CAESAR, TRAIANI PARTHICI FILIVS (adoptiuus scilicet) DIVI NERVAE NEPOS, HADRIANVS AVGVSTVS IMPERATOR MAXIMVSQVE PRINCEPS PROPOSVIT, QVINTO NONAS MARTIAS QVAE PROXIMAE FVERVNT, LIBELLO COMPLEXVS ESSET QVAE FIERI PLACEAT (solent enim boni Principes in nouo iure constituendo, rem proponere oratione Senatui deliberandam, vnde orationes Principum dictæ. *l. oratione. de spõsa. l. 1. de reb. eor. cum simi.*) DE QVA RE ITA CENSVERVNT: CVM ANTEQVAM PARTES CADVCAE (quæ videlicet deficientibus scriptis hæredibus aut legatariis, iure veteri ex constitutione Augusti (vt est apud Dionem) ad fiscum deuoluebantur: vt is, bellis ciuilibus iam planè exhaustus, sine cuiusque iniuria, & expilatione subditorum, hac ratione locupletaretur, *l. vnic. in princ. C. de caduc. tollend.*) EX BONIS RVSTICI FISCO PETERENTVR, HI QVI SE HAEREDES ESSE EXISTIMANT, (atque ita bonæ fidei existunt possessores. *l. item. 20. § præter. 6. l. sed etsi. 25. § scire. 4. hoc titul.* de his enim hac in parte agitur) HAEREDITATEM DISTRAXERINT: PLACERE, REDACTAE EX PRECIO RERVM VENDITARVM PECVNIAE VSVRAS NON ESSE EXIGENDAS. (Etsi enim precium & pecunia meritò petitur, velut res hęreditaria, quippe redacta ex hæreditate: *l. item. 20. § redactæ. 13. cum seqq. hoc titul.* in qua vtpote iure vniuersali, precium succedit loco rei. *l. 2. § 1. vbi gloss. & Dd. de hæred. vel act. vend. d. l. item. 20. hoc tit.* tamen vsuras in hoc bonæ fidei iudicio exigi ab eo qui neque in mala fide esset, neque moram vllam in restituendo faceret, *l. mora. 32. § in bonæ. penult. infr. de vsur.* esset periniquum) IDEMQVE IN SIMILIBVS CAVSIS SERVANDVM. (vt in bonis vacantibus, vel aliunde fisco acquisitis: *d. l. item veniunt. 20. § ait Senatus. 7. l. 1. de iur. fisc.* item in priuatorum,

quibus hæreditates obuenerunt, petitionibus: vt quamuis S. C. duntaxat de bonis fisco acquisitis loquatur, tamen eodem quoque iure, priuati hæreditatem petentes vti debeant *d. §. ait Senatus.*) 7. ITEM PLACERE, A QVIBVS HEREDITAS PETITA FVISSET, SI ADVERSVS EOS IVDICATVM ESSET, PRECIA QVAE AD EOS RERVM EX HAEREDITATE VENDITARVM (ante petitionem scilicet institutam: nam ea facta, amplius quicquam alienari non potest. *l. 5. hoc tit.*) PERVENISSENT, ETSI EAE ANTE PETITAM HAEREDITATEM DEPERISSENT, DEMINVTAE'VE FVISSENT, (hoc est in rerum natura esse desijssent, aut corruptæ vel vsucaptæ essent, *l. deperditum. 21. hoc tit.*) RESTITVERE DEBERE, quatenus scilicet locupletiores facti sunt. *l. vtrum. 23. hoc tit.* nam omne lucrum, & quicquid quacunque occasione ex hæreditate obuenit, auferendum est, non etiam aliquid amplius. *l. sed etsi. 25. §. fin. l. ancillarum. 27. l. post. 28. hoc tit.* Iniquum enim esset, bonæ fidei possessores damno affici, & suprà quàm accepissent exigi: de quibus ac in parte S. C. agit. Ad malæ verò fidei possessores subsequentia pertinent. ITEM EOS QVI BONA INVASISSENT, CVM SCIRENT AD SE NON PERTINERE, (hoc est, nullam iustam possidendi causam haberet, *d. l. sed etsi. 25. §. quid autem. 2.*) ETIAMSI ANTE LITEM CONTESTATAM FECERINT QVO MINVS POSSIDERENT, PERINDE CONDEMNANDOS QVASI POSSIDERENT. In toto enim iure, qui dolo desijt possidere, pro possessore habetur, *l. qui dolo. 131. de regul. iur.* & condemnatur. *d. l. sed etsi. 25. §. perinde. 6. hoc tit. l. sin autem 27. §. sed & si. de rei vendic.* Dolo sed enim desijt possidere, qui sciens sibi ius in rebus nullum esse, eas tamen alienat atque distrahit. Quare istiusmodi ita tenentur, vt si res extent, quamuis sint distractæ, redimere eas ac præstare debeant: sin recuperari nequeant, tanti damnentur, quantum erit in litem ab actore iuratum: sin autem deperditæ vel diminutæ sint, verum earum precium debeant, *d. l. item veniunt. 20. §. restituere. §. vlti.* vnà cum accessionibus, incrementis, fructibus, non modò perceptis, verumetiam qui percipi potuerunt. *d. l. sed etsi. 25. §. quod autem. 2. cum §. seq. l. cum hæreditas. 56. hoc tit. vide Cast. & Dd. in l. 1. & 2. C. eodem.* Nam ad horum quoque præstationem malæ fidei possessores vegeri tralatitium est. EOS AVTEM QVI IVSTAS CAVSAS HABVISSENT, *d. l. item 20. §. præter. vers. eos autem.* QVARE BONA AD SE PERTINERE EXISTIMASSENT, VSQVE EO DVNTAXAT, QVO LOCVPLETIORES EX EA RE FACTI ESSENT. PETITAM AVTEM FISCO HAEREDITATEM EX EO TEMPORE EXISTIMANDVM ESSE, QVO PRIMVM SCIERIT QVISQVE EAM A SE PETI: (nota, ex quo tempore in hoc iudicio quis intelligatur fieri malæ fidei possessor) ID EST, CVM PRIMVM AVT DENVNCIATVM ESSET EI, AVT LITERIS VEL EDICTO EVOCATVS (hoc est, citatus ad experiendum super hæreditate) ESSET, CENSVERVNT. Et hæc quidē de materia hactenus. *vide de ea plura apud Paul. lib. 1. tit. 13. d. l. & non tantùm cum seq.*

¶ Forma porrò Petendi, ex definitione paulò ante tradita colligi potest. Diximus enim, duas esse huius actionis partes: quarum altera, Se hæredem declarari, aut quod perinde est, hæreditatem esse suam, *l. licet. 10. h. tit.* altera, Sibi hæreditatem rest. tui, petitor intendit. *Bartol. in l. 1. C. quo. bon.* Vsitatè tamen ita libellus concipi solet, vt primò ponatur, defunctum esse eum cuius hæreditas petatur, *vide Roff. in summa. de pet. hær. in l. 3. num. 72. C. de eden. Alex. cons. 70. num. 10. & consil. 152. num. 3. vol. 6.* (viuentis enim nulla est, *l. 1. de hær. vend.* nulláque adiri petiue potest hæreditas, *l. qui superstit. cum simil. de acquir. hær.*) & huius hæredem esse actorem vel ex testamento, vel ab intestato: *l. 1. & 2. hoc t.* aut hæreditatem saltem hac ad actorem pertinere, *Bartol. in l. 2. hoc titul.* eóque ab illo esse animo aditam: nisi enim adierit, petere nequit. Quod licet ita sit, tamen reum sine iusto aliquo titulo atque causa, res hæreditarias possidere, nec petenti actori restituere velle. Quare petere agentem, vt primò declaretur esse hæres, *l. licet 10. hoc tit. l. 1. §. 1. ff. tit. 1. Bart. in l. 1. C. quor. bon.* aut declaretur hæreditas ad eum pertinere: *Bartol. in l. 2. hoc tit.* deinde officio iudicis, ad restituendas res hæreditarias, vnà cum fructibus & accessionibus possessor compellatur. *Bartol. in d. l. 2. & d. l. licet. hoc ti.* Ex quo percipitur, quàm ob rem hæc actio dicatur & sit Vendicatio. *l. 3. C. eod. l. 1. si pars. hæred. petit. l. 4. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscr.* Est enim hic eadem quæ vendicationis alius formula: quoniam actor intendit suam esse rem quam petit, hoc est, hæreditatem, proindéque sibi tanquam Domino à possessore restituēdam esse: *d. l. licet. 10. hoc tit.* quæ duo sunt omnium vendicationum capita. §. 1. *vbi Dd. Ias. & alij. Instit. de act. l. ex diuerso. vbi Bart. ff. de rei vēd. vt l. Pomponius. §. 1. de procur.* Quanquam autem speciali vindicatione corporales tātùm res, non etiam incorporales, cuiusmodi est hæreditas, *Institut. de reb. corp. in fin.* repetantur: *l. vindicatio. 56. infr. de rei vindicat.* constat tamen alias reales actiones ac vindicationes hoc nomine præsto esse: *tot. tit. ff. si vsusfruct. peta. & si ser. vindic.* vt in hoc iudicio: vbi potest etiam peti de non Alienando, Minuendo, &c. cautio: *l. 5. l. quòd si 16. hoc t.* & descriptio bonorum atque fructuum, *Bal. Bart. & Dd. in l. si creditores. de priuil. cred. l. qui fundum. §. qui sciens. pro empt. l. de bonis. §. vlt. l. quæritur. de Carbo. ed. l. ex libero. §. vlt. de quæst. Paul. li. 1. tit. 11. l. vnic. C. de prob. seq. per l. 1. § penul. de vent. in poss. mitten. Bartol. in l. defensionis. C. de iur. fis. lib. 10. Ias. in l. si fideiussor. §. fin. num. 28. qui satisd. cogan.* non etiam facilè sequestratio. *Ferra. de for. iaximen. in prin. vide gloss. in l. in omnibus. 41. de iudic. Ias. in l. vinum. si cert. petat. per l. 1. § si*

debitorem. quæ in fraud. cred. & eundem in §. 1. Instit. de actio. Canon. in tit. de prob. sequest. vide l. 1. & 2. de coll. bonor. Item ad probationem subleuandam, petitur à possessore, vt aut inuentarium bonorum in hæreditate repertorum, iustum atque idoneum exhibeat, aut mediante suo corporali, iuramento, quantitatem eorundem declaret. *l. fin. §. licentia. vbi glo. ad verb. sacramento illius. C. de iur. delib. l. 2. C. quand. & quibus quarta pars. lib. 10.* Et procedit ac sustinetur in hoc iudicio vniuersali, incertus etiam ac generalis libellus: *l. 1. §. fin. ff. tit. 1.* quemadmodum & sententia: *Bart. in Rub. sol. matr. num. 22.* ac sufficit, in ipsa executione fieri declarationem, *Schurff. cons. 63. cent. 1. per glo. & Dd. in l. 1. de eden. in princ. & in l. 2. C. de senten. quæ sine cert. quant.* Quocírca neque necesse est exprimi, vtrum ex Testamento an ab Intestato g'o. *& Dd. in l. fin. C. de codicill. Ias. in §. actionum. num. 191. Instit. de actio.* & quota ex parte *l. 1. §. fin. ff. tit. 1.* petatur: multo vero minus certa rerum designatio ac specificatio est necessaria. *Ias. in d. §. actionum. num. 191.* Conclusione tamen opus est, vt in reliquis libellis, qua petat actor, Se hæredem declarari. *Ias. ibid. num. 214.* Nam cùm sit iudicium Reale & Petitorium, opus est concludi ad declarationem dominij, vel alterius iuris, quod actor se habere intendit. *Ias. ibid. per & in §. omnium. eod. tit.* Si tamen non sit petitum, actorem declarari hæredem, vel ius hæreditarium ad eum pertinere, sed duntaxat res hæreditarias tanquam hæredi, officio iudicis (nam per hoc fit restitutio, *l. licet. 10. vbi Bart. h. tit. Ias. in §. actionum. num. 214. in fin.*) restitui: eo ipso tacitè petitum intelligitur, vt actor declaretur per sententiam hæres. *Bart. in l. & ex diuerso. de rei vend. vide Ias. in d. §. actionum. num. 214. & in §. omnium. Instit. de actio.* Ac potest etiam iudex, si id partis aduersæ interesse animaduerterit, mandare actori, libellum vt suum amplius declaret. *Bart. in l. 2. h. tit.* Erant & olim interrogationes in hoc iudicio vsitate, *tot. tit. de inter act.* ad quas cogebatur reus respondere, vtrum Pro hærede an Pro possessore possideret, non etiam reliquos suæ possessionis titulos declarare. *l. cogi. 11. C. eod. Ias. in d. §. actionum. num. 189. 203.* Quæ etsi hodie quoque ad instantiam actoris fieri possunt, *Ias. præall. loc.* tamen minus frequentantur: propterea quòd rei sit excipere, si alio titulo possideat: quantum verò possideat, id eiusdem iurijurando committi solet: quo declarare cogitur, quid quantumque ex hæreditate perceperit. Itaque nihil ferè hoc in iudicio actor probare cogitur, quàm Se hæredem (hoc enim est fundamentum intentionis, *l. licet. 10. h. tit.*) & Res esse hæreditarias. *Bar. & Dd. in l. hæreditas. C. eod. Maran. part. ind. 4. diffin. 3. num 5.* nam vtrum reus possideat, an non (id quod in casu inficiationis probandum alioqui esset) per eius sacramentum, vt dixi solet manifestari. Et si neque Inuentarium exhibeat, neque iusiurandum de bonis possessis præstet, potest aduersus eum in litem iurari, perinde ac que contra malæ fidei possessorem, vel eum qui mala fide possidere desiit. *l. item. 20. §. restituere. 16. l. sed etsi. 25. §. hæc verba. ll. 7. tit.* Sed de tota iudicij huius cōfirmatione, plura ex interpretum scripti peti possunt. *vide gl. Bar. & Dd. in l. 1. de ed. Bar. in l. 2. & l. licet. 10. h. tit. Ias. latè. sed remissiuè. in §. actionum. num. 214. Instit. de act.*

¶ Finis & effectus huius actionis, ex libello iam descripto intelligi possunt. Probata enim intentione, sententia & executio libello respondeat, *l. vt fundus. 18. com. diuid. c. licet. de simon.* & actor hæres declaretur, ac officio iudicis restitutio decernatur & fiat *vide Ias. præall. loc.* oportet. Non tamen necesse est, ferri sententiam certam respectu rerum singularium, quæ in executione possunt specificari: sed sufficit certam esse respectu iuris vniuersi. *Bart. in Rubr. solut. matrim. num. 22. & 23. vide Dd. in l. 2. C. de senten. quæ sine cert. quant.*

¶ Affinia huic actioni remedia sunt, ex petitoriis quidem familiæ herciscundæ iudicium, *l. sed etsi. 25. §. hoc S. C. 14. hoc tit.* & Rei vendicatio, *l. 1. §. 1. & 2. si pars. hær. pet.* quæ etiam cū petione in eodem libello cumulari possunt: *vide Ias. in d. §. actionum. num. 221. Instit. de act. Bald. in l. 2. C. eod.* item actio Ad exhibendum præparatoria: *l. si à domino. 36. hoc tit. vide glo. in l. 1. ad exhibend.* porrò ex possessoriis interdictum Quorum bonorum, *tot. tit. ff. & C. quor. bon.* & remedium l. vltim. C. de edict. diui Adrian. tollend. *vide de hu Ferr. in for. lib. quo peta. hæred. ex testam. in princ.*

¶ Contraria sunt, non possidere, *l. nec vllam. 13. §. fin. cum ll. seqq. hoc tit.* Rem extinctam esse *l. si à domino. 36. §. si prædo. 3. hoc. tit.* Consumptam aut deperditam, *l. sed etsi. 25. §. consulunt. 8. cum seqq. h. tit.* Non esse hæreditatem, neque esse potuisse. *l. liber. 8. C. eod. l. si testamentum. 6. h. tit.* item Reputatio impensarum & sumptuum, hæreditatis nomine factorum: *l. in restituenda. 4. cum l. seq. C. eod. l. sed etsi. 25. l. si quid. 31. h. tit.* Allegatio iuris proprij in hæreditate quæ petitur, *l. permittendum. & si pars hære. pet.* & præcipuè tituli externi ac singularis: *l. cogi. 11. C. eod.* in quo etiam est vsucapio: cùm scilicet res hæreditariæ singularibus titulis, puta Pro emptore, Donato, & similibus, per triennium aut longum tempus præscribuntur. *vide ff. de rei vend. Cast. in l. 2. C. eod. l. 4. C. in quib. caus. long. temp.* Dico, Singularibus: nam pro hærede, aut ex causa hæreditaria, qui possidet, is petenti hæreditatem præscribere, nisi ex possessione 30. annorum, non potest: *l. hæreditatis. 7. C. eod. l. 4. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscr.* quia nullam iustam possidendi causam habet, respectu eius qui hæreditatem petit. vnde citra titulum longo tempore res hæreditarias, quæ petitione concluduntur, non vsucapit: *l. 4. C. de long. temp. præscr. l. cum notissimi. 7. C. de præscr. 30. ann. vide ff. de vsuc.* sed tantùm 30. annis (quibus omnes actiones, tàm personales quàm reales terminantur, *l. 3. cum seq. l. 8. C. de præscr. 30. ann. in princ. Instit. de perp. &*

temp. actio.) huic actioni præscribitur: *d. l. hæreditatis. C. eod. l. licet. vbi Bald. & Sal. C. de iur. delib. vide gl. Land. art. 28. lib. 1.* exceptis iure Saxonicis vtenſilibus & expeditoriis: quæ cum propriè nõ ſint res hæreditariæ, neque petitioni hæreditatis includantur, ſed iure ſtatuti ſingulari obueniant: ideo inſtar aliarum rerum mobilium, hoc iure per annum vſucapiuntur. *Fachſ. diff. 11. per art. 28. & 29. lib. 1.* Idemque vſus plerorumque locorum extendit ad res hæreditarias mobiles, ſeu hæreditatem cui mobilia tantum inſunt: quod tex. diſertè de hæreditate (Erbe) loquatur, nec in alia verificari, aut locũ habere poſſit. Quod mihi durũ, & præter rationem videtur: iuſtáque emẽdatione. vt alia multa huius iuris plane barbara, prorſus habet opus.

SI PARS HÆREDITATIS petatur. Tit. IIII.

1 *Continuatio.*
2 *Idem iuris in parte, quod in toto.*
3 *Actorem ſuo iure metiri actionem.*
4 *Principaliter petitione in id agi, vt actor hæres declaretur.*

1 ESt † cũ non tota hæreditas, ſed aliqua eius pars petitur: nec enim omnes ex aſſe, ſed alij ex aliis partibus inſtituuntur, aut exiſtunt ab inteſtato hæredes.

2 ¶ Qua quidem in petitione idem iuris obſeruatur in parte quo ad partem, quod eſt in toto quo ad totum. *l. quæ de tota. 76. de rei vend.*

3 ¶ Sciendum autem eſt, eum qui totam hæreditatem vel partem eius petit, ius non ex eo metiri quod poſſeſſor occupauit, ſed ex ſuo iure: & ideo, ſiue ex aſſe hæres ſit, totam hæreditatem vendicaturum, licet reus vnam tantùm rẽ poſſideat: ſiue ex parte, partem, etſi poſſeſſor totam hæreditatem obtineat, *l. 1. §. 1. h. tit.*

4 ¶ Ex quo intelligi licet non principaliter hac actione in hoc agi Vt bona reſtituantur: alioqui non liceret, amplius à quoquam petere, quam poſſideret, & reſtituere poſſet: verùm ad illud, Vt actor hæres declaretur, eique vt hæredi & domino bona per conſequentiam & acceſſionis vice reſtituantur.

DE POSSESSORIA HÆREDITATIS petitione. Tit. V.

1 *Continuatio.*
2 *Qualis ſit hæc actio.*
3 *Cui, aduerſus quem, ad quid detur.*

1 ORDINARIVM † fuit poſt ciuiles actiones hæredibus propoſitas, rationem habere Prætorem etiam eorum, quos ipſe velut hæredes facit: hoc eſt, quibus Bonorum poſſeſſio data eſt. *l. 1. hoc tit.* Bonorum † poſſeſſio nihil aliud eſt, quam ius (hoc eſt facultas) peſequendi retinendique patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſque cùm moreretur fuit, à Prætore inductũ & conceſſum, *l. 3. §. bonorum. 1. de bonorum poſſeſſ.*

¶ Bonorum igitur poſſeſſoribus, quos Prætor non minus tuetur quàm ius ciuile hæredes, *vide Inſtit. de bon. poſſ.* datur Poſſeſſoria hæreditatis petitio: per quam tantundem conſequuntur, quantum ſuperioribus ciuilibus actionibus hæres conſequi poteſt. *l. 2. hoc tit.* Itaque quæ in ijs valere & vſurpari diximus, in hac quoque locum habebunt: vt eadem rurſus repetere, nihil ſit neceſſe.

DE FIDEICOMMISSARIA hæreditatis petitione. Tit. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Cui, aduerſus quem, ad quid hæc actio detur.*

1 EX ordine † occurrit actio, quæ proponitur his, quibus reſtituta eſt hæreditas. Nam quiſquis ſuſcepit reſtitutam hæreditatem, quoniam ex S. C. hæredis loco eſt, §. *reſtituta. Inſtit. de fideicom. hær.* & in eum actiones tranſeunt, *l. 1. hoc tit. l. 1. §. 1. ad S. C. Trebell.* quæ hæredi & in hæredem competunt, ideo Fideicommiſſaria hæreditatis petitione vti poterit: *d. l. 1.* quam eadem recipere quæ ſunt in hæreditatis petitione ciuili, dubium non eſt. *l. 2. hoc tit.* Nec intereſt, verbi cauſa, Mihi quis rogatus fuerit reſtituere, an Cui hæres extiti. *vide ſup. de hæred. petit. numer. 4.* Sed etſi bonorum poſſeſſor ſim eius, cui fideicommiſſaria hæreditas relicta eſt, vel alius ſucceſſor, hac actione experiri potero. Ex quo patet, eam Prætoriam eſſe, non Ciuilem, alioqui poſſeſſori non daretur: id quod & Paulus. *l. 2. hoc tit.* innuere videtur, cum eam à ciuili actione diſtinguat: quod olim obtinuit, quo tempore tàm fideicommiſſario, quàm in eum, à Prætore vtiles actiones dabantur. §. *reſtituta. Inſtit. de fideicomm. hæred.*

¶ Hodie porrò quando Iuſtinianilege denitur, §. *ſed quia ſtipul. Inſtit. eod. titul.* ciuiles potius ſunt appellandæ. Sciendum tamen eſt, hanc actionem aduerſus eum qui reſtituit hæreditatem non competere. *l. 2. hoc tit.* Fruſtra namque petitur ab eo hæreditas, qui reſtituit, confeſſuſque ipſa reſtitutione eſt, fideicommiſſarium eſſe hæredem: nihil vt opus ſit hac actione id iterum declarari. ſed ſi quid non integrè reſtitutum ſit poteſt ex teſtamento actione perſonali aut reali idem peti.

DIGESTORVM LIB. VI.

DE REI VENDICATIONE.

Tit. I. C. 3. 32.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dicta ſit vendicatio, & quid ſit.*
3 *Cauſa efficiens, & cui detur.*
4 *Aduerſus quos.*
5 *Materia, & quæ res vendicari poſſint.*
6 *Forma inſtituendæ vendicationis.*
7 *Quid in eam veniat.*
8 *Finis huius actionis.*
9 *Effectus.*
10 *Contraria.*

1 RECTE † atq; ordine, poſt actiones quæ de vniuerſitate propoſitę ſunt, ſubiicitur actio ſingularũ rerũ petitionis: quæ aut pertinet ad res corporales, tam mobiles quã ſoli, rã animatas quã inanimes, *l. 1. in prin. hoc t.* & tum appellatur Rei vendicatio: aut ad res incorporales, puta ſeruitutes: qua in parte Confeſſoriæ Negatoriæque actionis nomen ſortitur.

2 ¶ Rei vendicatio à vendicando, hoc eſt, liberando & aſſerendo de manu ac iure poſſeſſoris, *Cic. pro Mur. & lib. 1. de Ora. Liuius dec. lib. 3.* dicitur. nã id in hac actione agi palàm eſt. Rei enim vendicatio, eſt actio realis, ſpecialis, *l. hæreditatis. 7. C. de pet. hær. l. 3. C. de præſcript. 30. annor.* qua quis petit ſe dominum rei controuerſæ declarari, *l. & ex diuerſo. 35. §. 1. hoc tit. l. ſicut. 8. §. ſed ſi quæritur. J. ſi ſer. vend.* & eam officio iudicis à poſſeſſore ſibi reſtitui. *§. 1. Inſtit. de actio. l. qui reſtituere. 68. hoc tit.*

3 ¶ Cauſa efficiens huius actionis, eſt Ius ciuile, & Lex XII. Tab. à qua eſt introducta: *Gel. lib. 20. c. 19.* licet eã Prætor, penes quem dandæ actionis erat poteſtas, ſe daturum polliceatur. *l. prætor. 75. hoc t* Qui porrò eã in iudicio proponit atque agitat, eſt is qui vel iure gentium vel ciuili dominium acquiſiuit, *l. in rem actio. 23. in prin. hoc tit. vide Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 25. de acq. poſſ.* etiam reuocabiliter: *l. non ideo. 66. hoc t.* nulli enim alij quàm domino competere, aut vtilis eſſe poteſt. *l. fin. C. eod.*

4 ¶ Aduerſus eum autem proponitur, qui nullo quidem iure nobis obligatus eſt, ſed rem quã noſtram intendimus, poſſidet: *l. officium. 9. l. is qui deſtinauit. 24. hoc t. l. vni. C. de alien. iud. mut. cauſ. fact.* aut dolo poſſidere deſijt: *l. ſin autẽ. 27. §. 2. h. tit.* ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam poſſidere aut detinere deſierit: vt verior eſt Bartoli opinio. *Bart. & Dd. in l. 2. 3. l. quia. §. fin. de alien. iud. c. mut. per l. ſi autem. §. ſed & is. 7. hoc t. contra Panor. in c. 1. in 2. opp. de alien. iud. mut. cauſ. Iaſ. & Zaſ. in §. 1. Inſtit. de actio.*

5 ¶ Materia de qua hæc actio proponitur, ſunt Omnes res corporales, §. 1. *in verb. corporalem. quod ad hoc not. glo. Fab. nu. 26. Iaſ. nu. 109. Inſt. de act.* quę dominio alicuius contineri poſſideriquè poſſunt, l. 1. §. 1. *hoc tit.* tam mobiles quàm ſoli: *d. l. 1.* nec modo ſingulæ res per hanc actionẽ vẽdicantur, ſed etiam quandoque vniuerſitas: vt grex, armentum, equitium, *d. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. &c.* quæ tamen vniuerſitas iuris non ſit, vt hæreditas ſed ſpecierum, corporalium. Nam iura incorporalia peti non poſſunt rei vendicatione, primum quoniam olim neceſſe erat exhiberi in iudicio, ac quaſi manu teneri atque aſſeri, quod vendicaretur: *tot. tit. ad exhibend.* vt Cic. pro Murena, Liuius, & alij multis locis oſtendunt. id quod in rebus incorporalibus obtineri nequit, quæ ſub aſpectum ſenſumque non cadunt. Secundò, quia vendicatio tantùm contra eum datur, qui poſſidet aut detinet, *l. vnic. C. de alien. iudic. mut.* vt ſuprà dictum eſt: atqui incorporalia propriè neque tenentur neque poſſidentur. *l. ſequitur. 4. §. ſi via. de vſucap. l. 3. in prin. vbi gl. de acqui. poſſ. l. ſeruus. 43. §. incorporales. de acquir. dom.* eoque nec vendicationi reuera patére poſſunt. *Fab. in §. 1. num. 26. Inſt. de act.* Actionibus tamen realibus effectu vendicantur: *J. ſi ſer. vend. & ſi vſufr. peta. §. æquè Inſt. de act.* vnde triplex vendicatio perhibetur, Proprietatis, Seruitutis, & Pignoris. *l. 3. §. eſt autem. §. Pompon. ad exh. Cuiac. obſer. lib. 5. cap. 29.*

¶ Forma vendicandi olim multiplex fuit, & ſolennis: *Cic. pro Muren. Gell. lib. 20. ca. 19. Hopp. lib. 3. ad Pand.* quæ cum reliquis formulis & impetrationibus antiquata eſt. *tot. titul. C. de for. ſub.* hodie ita agitur, vt actor in libello proponat ſe eſſe dominum, vel quaſi (nam Publicianam adiici rei vendicationi propter difficultatem probandi dominij, *vide Dd. in l. 4. & l. cum res. 12. C. de prob.* vſitatum eſt, *c. abbate ſanè. circa fi. de re iud. in 6.*) & aut cauſam ſui iuris exprimat, aut omne ius ſuum, nulla cauſæ ſpecialis dominij mentione facta, in iudicium deducat, prout illi commodum erit, (vtrumlibet enim licet, *d. c. abbate. l. & an eadem. 14. l. ſi mater. 11. §. eandem. 3. de except. rei iud.* etſi aliter in perſonalibus obſeruetur, *Dd. in l. 1. §. de eden. & in l. 2. C. vt nem. priu.*) & quia dominus ſit, ſicuti & declarari cupit, ab aduerſario qui poſſidet, rem ſuam petat ſibi reſtitui. *d. l. qui reſtituere. d. l. vni. vide Ferr. in prac. in for. lib. ac. rea. decla.* Poteſt etiam poſtulari cautio, de re quæ vẽdicatur conſeruanda: quam ſi præſtare poſſeſſor tergiuerſetur, in agentem transfertur poſſeſſio. *l. 1. C. vti poſſ. de. Paul. lib. 1. tit. 11. vbi Cuiac.*

¶ Reſtituendi verbo totam rem cum ſua cauſa, id eſt vtilitate quæ à re cauſatur & prouenit, *l. Iulianus. 17. l. præterea. 20. l. ſi nauis. 62. hoc tit. l. 5. §. 5. ſi vſufru. peta.* complectimur. *d. l. præterea. l. in condemnatione. 137. §. cum verbum. 1. de regul. iuris.*

Ideoque si dolo culpáue possessoris res perierit A vel deterior post litē cōtestatā facta sit vel si fructus percepti, aut aliud emolumentum è re natū sit, ratio horum omnium officio iudicis in restituendo habebitur, *l. fructus. 33. d.l.prætereà.l. non solùm 13. h.t.* Dico, Officio iudicis horum rationem haberi: quia iudici, statim atque de causa cognoscere incipit, omnium rerum officium incūbit, quæcunque in iudicio versantur: *l. ædiles. 25. §. item sciendum. 4. de ædil. edict.* ea verò quæ ante iudicium contingunt, non valde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta. *d. §. itē.* quamobrem fructus, non quidem pendentes (nam hi pars fundi sunt, *l. fructus, 44. h.tit.* eoque petitioni fundi insunt) sed percepti ante litem contestatam, nominatim erunt petendi: *l. partum. 10. de vsur. Felin. in c. inter. num. 2. de fid. instru. Bald. in l. ampliorem. in prin.* C. *de appell. vide quæ dixi in §. Si quis à non domino. Inst. de rer. diuis.* qui quidem à bonæ fidei possessore præstantur quatenus extant: *l. certum. 22.* C. *de rei vend. l. fructus. 45. de vsur. l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium. 1. de acqu. rer. domin. d. l. fructus. 33. l. si nauis. 62. h.tit. bona. 136. de reg. iur. vide Instit. de rer. diuis. d. §. si quis à non domino.* nam consumptos propter bonam fidem lucrari eum æquius est: *§. etsi hæreditas. Instit. de off. iud. d. l. certum.* à malæ autem fidei possessore omnes indistinctè, non modò qui percepti consumptique sunt, sed etiam qui percipi potuerunt. *l. mala fide. 3. C. de cond. ex leg. l. si fundum. 17.* C. *de rei vend. d. l. fructus. 33. §. si quis à non domino. Inst. de rer. diuis.* Qua de re variè ex complexu personarum & rerum, bonus iudex constituet: *l. in fundo. 39. h. tit.* atque adeò impensas à bonæ fidei emptore factas, deducet *d. l. in fundo.* iure nostro, quamuis moribus Saxonum aliud videatur inductum. *Reinhar. diff. 32. part. vltim. per art. 46. Land. lib. 2.* Illud etiam ad formandam rectè hanc actionem omnino opus est, vt res quæ vendicatur, finibus, nomine, qualitate, forma, aliisque accidentibus ita exprimatur & designetur, vt qua de re sit lis & quæstio, certò constare possit. *l. si in rem. 6. h.tit. vide Spec. latè declarantem, tit. de lib. concep. §. iuxta. nu. 17. cum seq. Ias. in §. 1. Instit. de act. Fer. in for. lib. act. real.*

8 ¶ Finis huius actionis est, vt vero domino res sua restituatur, & quisque suum teneat: qui nerus est publicæ tranquillitatis.

9 ¶ Effectus est, vt impleta approbatque actoris intentione, *l. fin.* C. *eod.* reus condemnetur ad faciendam restitutionem: quæ quidem eo qui suprà propositus est modo, & quidem statim erit facienda (nam vero domino res sua quàm ocyssimè est restituenda) nisi ex probabili causa dilationem iudex indulgeat: *§. 1. Inst. de off. iud.* quamuis in personalibus quatuor mensium spacium indistinctè condemnato detur, *l. 2. & 3.* C. *de vsur. rei iud.* Quod si quis non pareat restituere iussus, manu militari ex officio res erit ei auferenda. *l. qui restituere. 68. h.tit.* Est enim iudicis, sententiam suā imperio exequi. *l. à diuo Pio. 15. de re iud. tot. tit. Ne vis fiat ei, &c.*

¶ Contrariæ, & exceptiones rei vendicationi 10 variæ obiici possunt: *vide Fer. in for. opp. rei.* sed præcipuè sunt, Exceptio dominij, si reus contrà se dominum esse intendat: *§. 1. Inst. de act. l. circa. de probat. vbi glo.* item Præscriptionis, quæ bifariam proponitur. Vno modo, cum reus se rem ac ita simul actionem, *l. hæreditatis. 7. in fin.* C. *de pet. hæred. l. 4. in fin.* C. *in quib. caus. cess. long. temp. præscrip. §. vltra. vbi Cuiac. Nou. 119.* sicut in confessoria, *l. pen. C. de seruit. l. corruptionem. 16.* C. *de vsufruc.* præscripsisse dicit: quo casu sufficit decennij vel viceunij præscriptio: *l. hæreditatis. 7.* C. *de pet. hær. tot. tit.* C. *de long. tempor. præscr. ita accipe. l. 3.* C. *de præscrip. 30. anno. quæ dum non vult actiones reales diutius durare 30. annis, non negat præscripta re celerius præscribi. l. 4.* C. *in quib. caus. cess. long. temp. præscrip. d. l. hæreditatis. 7.* C. *de pet. hær. quam distinctionem probat. §. vltra. Nou. 119. l. corruptionem. vbi Bal. eius rei rationes affert.* C. *de vsufr.* altero, cum non allegat vsucapionem rei, fortè quia non potest: vt si mala fide, aut sine titulo possedit, at tamen dicit, actioni præscriptum esse. quo casu non sufficit longum tempus, sed 30. annorum possessio erit obiicienda. *l. sicut. 3.* C. *de præscr. 30. annor.* Est & illa vtilis exceptio, Si reus se possidere neget. *l. qui petitorio. 36. h.tit. l. si à te. 9. de except. rei iudica.*

DE PVBLICIANA IN rem actione. Tit. II.

1 *Continuatio, & vnde dicta Publiciana.*
2 *Quare prætor Publicianam introduxerit.*
3 *Edictum.*
4 *Eius explicatio, & cui detur hæc actio.*
5 *Ad quid detur.*
6 *Contra dominum non dari.*

1 SED † rei quidem vendicatio ex legitimis causis descendit. Aliam autem Prætor ex sua iurisdictione in rem comparauit, quæ ab authore Publicio, Publiciana est appellata. Nam † cùm 2 is cui ex iusta causa res aliqua à non domino tradita fuerat, eiusque rei ante completam vsucapionem casu possessionem amisisset, nullam haberet in rem directam actionem, ad eam persequendam: quippe ita proditæ erant iure ciuili actiones vt quis dominiū suū vendicaret, durúm que videretur eo casu deficere actionem: inuenta est à Publicio Prætore actio, in qua dicit is qui possessionem amisit, eam rem se vsucepisse, quam vsu non cepit, & ita vendicat suam esse. *§. sed istæ. ver. namque si cui. Instit. de actio. vbi dixi,* Visum enim est æquius fore, hunc colorem obtendi potius actioni, quam pati vt eius defectu possessor bonæ fidei, amissa fortè possessione, ius omne facultatemque rei recuperandæ amittat, & iniustus possessor id omne lucretur, cùm bona fides possidenti tantum praestare soleat, quantum veritas. *l. bona fides. 136. de reg. iur.*

¶ Verba

3 ¶ Verba porrò edicti hæc sunt: SI QVIS, ID A QVOD TRADITVR EX IVSTA CAVSA NON A DOMINO, ET NONDVM VSVCAPTVM, PETET, IVDICIVM DABO.

4 Ex † iusta causa traditum hîc accipimus, scilicet Ex iusto contractu vel titulo, puta emptionis, donationis dotis, aut alia causa: ex qua si dominus tradidisset, dominium transferretur. *l. 1. in fin. cum mult. seqq. h. tit.* Nam ex aliis etiam iustissimis, non datur hoc iudicium, si ea possessionis B causa sit, vt ex illa neq; dominiū à vero domino, neq; vsucapiendi conditio à non domino transeat: vt est in pignoratitia, precario, locatione, *l. 2.* C. *de præscr. 30. ann.* &c. Eo enim animo eiusmodi acquiritur possessio, vt is qui eam accipit, credat se dominum non esse: cui hæc actio vtilis esse nequit, vt nec malę fidei possessori: eóque opus est, hac age re volenti traditionem bona fide factam esse. *l. quæcunque. 13. h.t.* Nam quisquis alienam rem occupat, Publiciana experiri ne- C quit: quia nec vsucapere potest: *l. sed etsi. 7. §. fin. h.tit.* Oportet igitur eum qui hac actione agere velit, bona fide ex iusto & translatiuo dominij titulo, possessionem esse nactum. *d. l. 7. §. prætor. 7.* Ait prætor, A non domino. Nam si dominus tradidisset, ipsa traditione dominium transtulisset. *l. traditio. 20. de acqu. rer. dom. l. clauis. 7. de contra. emptio.* Et addit, Nondum vsucaptum. Nam si vsucaptum esset, haberet ciuilem actionē Rei vendicationis, *l. 1. h.tit.* & frustra desideraret Publicianam. Postremò ait, Iudicium dabo: scilicet ei qui ita petere rem nondum vsucaptam, & aliquo casu amissam instituit.

5 ¶ Iudicium porrò Prætor hîc ferè dat eodem modo, quo in rei vēdicatione. Nam vt in ea approbato actoris dominio iudex rem illi officio suo restitui iubet: ita hîc probato iusto agentis titulo, & bona fide ac traditione subsecuta, res ei tanquam domino restituitur, omniáque ferè eadem sunt in Publiciana, quæ in Rei vendica- E tione. *d. l. etsi. 7. §. si petenti. 3. §. sed istæ. vbi vide Ias. & alios. Inst. de actionib.* Huic autem actioni vna tantùm exceptio obiici potest, nēpe Dominij. Æquū enim est, actori bonam tantùm fidem cum titulo alleganti, præferri verum dominum, præsertim possidentem: *l. 1. 2. & passim. de cond. obtur. caus. c. in pari. de reg. iur. in 6. l. vlt.* C. *de rei vendica.* qui etiamsi nō possideret, à quolibet tamen possessore rem suam vendicare posset. *l. penul. & l. vlt. h.tit.*

SI AGER VECTIGALIS, id est emphyteuticarius petatur. Tit. III. C. 4. 66.

1 *Ex qua causa detur hæc actio.*
2 *Cui aduersus quos detur: & methodica tractatio de emphyteusi.*

1 AD † exemplum huius Prætoriæ actionis, alia quoque inuenta est: quia illis qui non quidem directum, sed vtile (vt nunc loquuntur) dominium habent, consulitur. *l. si cum. 66. in princip. de euiction.* cuiusmodi olim in fundis prouincialibus, non Italici soli, nempe stipendiariis populo Rom. tributariis Principi, possessores habebant. *§. per traditionem vbi Theoph. Instit. de rer. diuis. in prin. Iust. de vsucap. l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 13. de damn. infect. l. cum sponsus. 12. §. 1. de Publician.* quanquā autem hoc dominiorum discrimen Iustin. sustulit, *l. vnic.* C. *de vsucap. transfor. in princ. Inst. de vsucap.* manet tamen adhuc fundorum in longum tempus elo- B candorum vsus, *l. 1. de superficiebus.* vel meliorationis causa. *l. 1. 2. h.t.* Solent enim ciuitates etiā nunc, aut alij rerum domini, vel propter sterilitatem, vel aliam ob causam, agros suos in perpetuum, aut ad longum tempus colendos meliorandosq; locare: hac lege, vt quandiu pro his vectigal pendatur, tādiu neque ab ipsis qui conduxerunt, neque iis qui in locum eorum successerunt, eos auferre liceat. Quia nāque publica neglectui haberi à colonis solent, quorum res non vertitur: ideo quo in agris publicis colendis essent diligentiores, vsitatum fuit, vt sub certa pēsione agri publici ita locarentur, vt ius vtile in colonum transiret: isque suo bono & malo, suáque fortuna agrum colere haberet necesse.

¶ Qui ergo in perpetuum, aut longum tempus, fundum fruendum conduxerunt à municipibus: quamuis non efficiantur veri domini: tamen, quia vtile dominium in fundo emphyteuticario habent, placuit competere iis in Rem actionem aduersus quemuis possessorem: sed & D aduersus ipsos municipes, ita tamen si vectigal soluant. *d. l. 1. & 2.*

Sed quia contractus emphyteuticus, moribus non est infrequens: erit, vt arbitror, operæprecium, de hac re methodicam aliquam subiicere tractationem. *vide de eadem materia Ias. & Dd. in l. 1. 2. 3.* C. *de iur. emphyt. c. potuit. de loca. Land. lib. 1. art. 54.* A Græco verbo φύω vel φυτεύω, quod serere aut plantare significat, fit ἐμφυτεύω, implā- E to, insero: & ἐμφύτευσις implantatio: ἐμφυτεύματα, implantationes, & per metaphoram meliorationes: quia per cultum & sationem implantationémque agri meliores redduntur. Hinc contractus emphyteuticus dictus: quem hoc modo definire possumus: Vt sit iuris ciuilis nominatus, stricti iuris: in quo dominus vtile dominium ac possessionem sui prædij in emphyteutā per- F petuò transfert ea lege, vt is prædium colendo reddat melius, & in recognitionem dominij directi quod dominus retinet, Canonem, hoc est, certam pensionem quotannis præstet. *vide Panor. ita ferè definientem in c. potuit. de locat.* Dico, esse Contractum: quòd hîc vltrò citróque oritur obligatio. *l. Labeo. 19. de verb. signif.* Addo, Ciuilem: quia formam à iure ciuili habet, §. *adeo. Instit. de loc. l. 1. vbi Dd.* C. *de emphyt. Bar. & Dd. in l. 5. de inst. & iur.* etiamsi Corasius non rectè contrà sentiat. *lib. 1. Miscel. cap. 21.* Addo, Nominatum: G quoniam actionem producit, & nomen certum habet: idque communiter est traditum. *in d. l. 1.*

vbi Ias.num.69.C.eod.Bart. in l.vnic. de condict.ex leg. Addo, Stricti iuris:ex doctrina Doctorum: *Ias.in d.l.1.nu.67. Sal.in l.fin. C.eod.* quamuis non desint qui probabiliter contradicant. *Conman. lib.7.cap.12.* Aio:Perpetuum esse:videlicet in rebus prophanis, *Ias.in l.1.num. 6.& in l.2. nu.160. C. eod. tit.* quoad emphyteutæ posteritas durat. *Ias.in l.2.num.203.Spec. de emphyt.num. 88.* Secus in Ecclesiasticis, in quibus tēporalis est emphyteusis:*Ias.in d.l.1.num.26. & in d.l.2.num. 202.per §.si verò.in Auth.de nō alien.*propter quod discrimen constitui duæ solēt emphyteuseos species: altera Ecclesiastica: quæ ad res Ecclesiæ: altera Ciuilis, quæ pertinet ad res priuatorum,hoc modo concessas. Causa efficiens est lex, *d.§.adeo.d. l.1.C.eod. tit. Molin. in consuet. Paris. tit. de censib. in prin.nu.30.*& consensus cōtrahentium:quo solo hic cōtractus ex dispositione legis perficitur. *Spec. de emphyt. num.5. fac.l.1.de iur.emphyt.§.adeò. Inst.de loca.* Ex contractu hoc fluit, seu per contractum cōstituitur ius & dominium vtile in re, quod emphyteuticum dicitur: accedente scilicet domini traditione,vel patientia, qua secundum fidem contractus patitur emphyteutam vti frui re concessa.Præscriptione etiam quæritur emphyteusis, quasi ex tacito domini & possidētis consensu.*l.litib.C.de ag.& censib. lib.11.l.fin.C. de fund.pat.lib. 11. l.si finita.§.si de vectigalibus. de damn.infect.Spec.de emphyt. num.69. in fin.* Materiam in qua existit emphyteusis, communiter Dd.res Soli statuunt, *Ias.in l.1. num.100.cum seqq. C.eod.gloss.in c.potuit. vbi Imol. nm. 5. extr.de loca.* sicut & in feudalibus. *c.1. §.sciendum. de feud.cognit.*Nam in mobilibus,quæ vsu non melioranturſed aut pereunt vtendo, aut fiunt deteriores, *l. lex quæ.22. C. de admin.tuto. l.1.& 2.ℑ.de vsufru. ear.rer.quæ vsu cons.*emphyteusis constitui,& vtile dominium alteri concedi facilè non potest. *l.1. vbi Ias.num.11. C.eod.* Formam huic contractui præcipuè dat pactio contrahentium. Specifica verò si nihil aliud conuenit, forma in eo est, vt dominium directum retineat dominus, emphyteuta vtile consequatur: sic tamen, vt in recognitionem directi dominij, certam pensionem quotannis soluat. Contrahitur autem plerunque in scriptis hic contractus,*l.1. & 2.C.eod.* etiamsi ad solēnitatem scriptura non requiratur: vt communior est opinio,*in d.l.1.vbi Ang.Ias.nu.12.& 61. Specul.de emphyt. num.5.* nisi in Ecclesiastica emphyteusi. *l.iubemus. Auth.hoc ius.C. de sacrosan.Eccles.& in Auth.de alien.& emphyt.*Nam alienationes Ecclesiasticæ omnes in scriptis fieri debent.*c.sine.12.qu.12. vbi vide Reb. c. hoc ius.10. q.2.vide Dd.in c.2.de reb. Eccles.non alie.*Finis est, vt agri inculti & steriles, per culturam meliorētur:quod & nomen ipsum indicat. *l.3.& 7. C.de fund.patri.lib.11.* Effectus idem qui nominatorum contractuum. nam nec pœnitere licet, *d.§. adeo.d.l.1.vbi Ias.num. 9.* & actio vtrinque oritur, quæ Condictio ex lege est, *Salic.post.Bar.in d.l.1. in fin.C.eod.Bart.in l.vnic. de condict. ex lege.* sæpe etiam actio Realis, *Spec.de emphyt.nu. 68. & 153.*

A *Imol.in d.c.potuit.nu.22.l.1.in fin.h.tit.*Sed & omne commodum atq; incommodum rei emphyteuticæ,cōtractu perfecto in emphyteutam transit. *l.1.vbi Ias.num.29.& 77.C. eod. Spec.de emphy.nu. 157.158.161.*Finitur porrò emphyteusis, finita generatione seu sobole eius qui accepit: *Specul. de emphyt. nu.130.cum seq.*item præscriptione.*Salic. in d.l.2.nu. 23.Ias.nu.72.156. C.eod. tit.per l. competit.C.de præscr.30.anno.c.1. §.si quis per 30. annos,si de feud. defunct. in vsib. feud.* Sed & Canone per
B biennium in Ecclesiasticis,trienniúmve in temporalibus non soluto,*l.2.C.eod.cap.potuit.de locat.* aut aliénatione, ignorante domino facta, iure suo cadit emphyteuta: *l.fin.C.eod.tit.* quemadmodum & quando pactis conuentis stare detrectat.*§.cæterùm.§. si verò.in Auth. de alien.& emphyt.Ias.in l.1.num.11.C.eod.* aut dolo malo interuertere ius suum domino conatur: *Ias.in d. l. 2. num.86.C.eod.per c.vasallus. si de feud.contro. §. fin. d.l.Corr.adi.* quanquam ob solam inficiationem
C eum non priuari,verius videtur. *Ias.præall.loc.in fin.quem.vide.* Sed quod de præscriptione diximus, explicatione quadam opus habet. Sciendum enim est, libertatem ab emphyteuta non aliter præscribi, quàm si causam possessionis domino mutet: vt,.verbi gratia, quia dominus voluit recognosci dominium, vel soluipensionem in eius recognitionem: & emphyteuta ius ei directum inficiatus est, atque exinde per 30. annos pro suo possedit:cetero quinon prescribit
D causa possessionis non mutata,quia alieno nomine possidet: etiamsi canonem non soluat. *l.2.l. cum notissimi.7.§.fin.C.de præscr.30.an.* nam libertatem à canone poterit hoc modo præscribere 30.annis. *d.l. cum notissimi.l.plures. C.de fid.instru.* directum porrò dominium nequaquā donec mutata sit possessionis causa, quā ipsus sibi sine nouo aliquo facto mutare nequit. *l.3. §.penul.l.qui bona.19.§.1. de acquir. posseß.* Potest enim recognosci dominium,etiam sine pēsione: quia eam
E remittere dominus tacitè vel expressè emphyteutæ potest,iure dominij manente, & durante nihilominus emphyteusi: quamuis ea initiò, sine canonis constitutione induci non potuisset. *Salicetus in d.l. cum notissimi. §. fin.fac. l.cum satis. 72.C.de agr.& cens.lib.11.*Et hæc quidem iure ciuili obtinent. Iure Sax. quædam in emphyteuticis paulò aliter habentur. Nec enim emphyteuta cadit iure suo,etiamsi non soluat, aut si alienet: sed dominus habet tantùm ius Retractus, aut in casu non factæ solutionis,ius Pignoris.Est & alia pœna non soluentis vsitata, videlicet vt canon duplicatus soluatur: quod locum tamen aliter non habet, quàm cū initio ita est conuentum. *Land.lib.1.art.54.cum gl. item glo. 206. Land. lib.2.art.58.D. Reinh.diff.11.* Deinde quamuis iure ciuili cogitur emphyteuta, canonē suis sumptibus ad domum domini portare, si sint eiusdem fori:*Bart.in l.item illa.de const. pecun. Panor. in c.significante.de pign.*tamen iure Sax.con-
G tra seruatur.*Land.lib.1.art.54.*

vbi Zob.

DIGEST.

DIGEST. LIB. VII.

DE VSVFRVCTV, ET QVEMADMODUM quis vtatur fruatur. Tit. I.

Caput.3.33.

1 *Continuatio.*
2 *Cur dicantur fundi seruire.*
3 *Diuisio seruitutum.*
4 *Species seruitutum personalium.*
5 *Quid sit vsusfructus.*
6 *Quarum rerum vsusfructus habeatur.*
7 *Quid insit in vsufructu.*
8 *Quid fructus ab vsu differat, & an alterum alteri insit.*
9 *Quomodo vsufructuarius vti debeat.*
10 *Dispositio titulorum sequentium.*

1 HACTENVS † de rerum corporalium Vendicatione tractatum est,nunc de rebus Incorporalibus,quæ quidem vendicari
A are vendicatur, sed rei vendicationi inest: res enim sua, separatim nemini seruit. *l. vti frui.ℑ si vsufruct.petat.* Altera itaque species vsusfructus. de qua hic titulus agit, appellatur à Dd. Formalis, quoniam est forma quædam vtendi fruēdi,à proprietate,separata, *gloss.in d.l.si cum argentum. §. penul. ad verb. suum. de except.rei iud. & in princ. Instit. eod.Bald. & Dd. in l. vsufructu. 57. ff. solut.matrim.* quæ ad hunc modum definitur: Vsusfructus, † est ius alienis rebus vtendi fruendi,salua rerum substantia. *l.1.h.t. in prin.* Vsumfructum ergo hîc accipimus, non pro dominio, aut eius parte, vt aliquando capi videmus: *l.qui vsumfructum.58. de verb.oblig. l. 4. hoc tit.* sed pro seguitute,quæ in iure consistit. Est igitur vsusfructus separatum ius à proprietate siue dominio rei:& quidem ius,hoc est,iure constituta facultas vtendi fruendi. Additur in definitione, 6
† ALIENIS REBVS: oportet enim res alienas esse,quarum vsumfructum habemus.*Inst. eo.vers.vsufruct.* Nam quæ nostræ sunt,hæ nobis seruire non possunt: sed iure dominij, non seruitutis(vt paulò antè dictum est) his vtimur fruimur. *l. vti frui. 5. ℑ. si vsusfructus petatur.l. in re.26.de seruit. vrban. prædior. l.si cum argentum. 21. §. si fundum.3. de except. rei iudicatæ.* Porrò
B verbo † Vtendi fruendi,omnes fructus,omniáque omnino veniunt emolumenta, quæcunque 7
ex fundo, aut eius occasione percipiuntur, non modò naturalia,*l.item si fundi.9.*sed etiam ciuilia: vt pensiones, vsuræ, aliæque obuentiones ciuiles:*l.vsufructu.7.hoc tit.* quæ videlicet non ex ipsa præcipuè re nascuntur, & proinde nec sunt infructu,*d.l.item si.* sed industria hominis, qui rem vtendo vtilem facit, comparantur:item vtilitas fodiendi, cædendi, pascendi, *d. l.item. 9. §. sed si. hoc tit. Ias. & Dd. in §.si vir.l.diuortio. ℑ.solut. matr. vide Sax. lib.1.art.35. Reinhart.in vlt.part. diff.7.*&c.

2 ¶ Harum autem seruitutum aliæ Personales sunt,aliæ Reales. Personarum sunt, quæ personis debentur, & sine persona vtentis esse nequeunt.Rerum siue prædiales seruitutes vocant onera & iura,quæ inhærent prædio seruienti,debentur autem alteri dominanti: sine quib.duobus correlatiuis stare non possunt.

4 ¶ In personalibus seruitutibus numerantur
C Vsusfructus, Vsus, *l.vsusfructus. de stipul.seruorum.* Habitatio. Sed de vsufructu prius videamus. Constituunt autem Dd. vsumfructum alterum Causalem,alterum Formalem. *gloss.verb. ius. vbi etiam Angel. Fab.& Dd.in princ.Instit. eod.* Causalem vocant, qui coniunctus est cum causa rei, hoc est, quem dominus habet ex causa rei, seu iure dominij: *l. si cum argentum.21. §. penul.de excep. rei iud.* dominij enim præcipuus
D vsus est in rei fruitione: vnde vsusfructus, dominij pars esse dicitur.*l.4.h.t.* De hoc vsufructu hîc propriè non agimus. *l.quod nostrum. 63.hoc tit.* Loquitur enim de vsufructu hîc, prout est seruitus, & vendicari potest separatim: *tot. tit. si vsusfru.peta.*non prout pars dominij.nam dominus re sua vtitur,non seruitutis,sed dominij. *l. in re mandata.C.mandat. vid. Dd.in Rubr. de acquir. rer.dom.* iure. Neque talis vsusfructus separatim

3 ¶Apud I.C. autem Vsus & Fructus hoc differunt, quòd Vsus non plus habet quàm quantum satis est quotidianis necessitatibus vtentis: *in prin. Instit. de vsu & habitat.* vnde Vsus esse, pro Opus esse, Latinis dicitur: at fructus comprehēdit omne omnino commodum, non modò ad necessitatem, sed etiam ad lucrum & voluptatē pertinens. Vnde non immeritò dixit Vlpianus, *l. per seruum. 14. §. 1. ff. de vsu & habitat. vide quæ dixi Inst. de vsufru. & de vsu & hab.* Fructui vsum inesse, vsui fructum deesse posse. Frui enim nemo ad lucrum aut voluptatem re potest, nisi prius vtatur: id est, inde sumat ea, quibus opus habet. Verùm vti potest ad vitæ necessitates sine fructu, id est, citra maius aliquod lucrum, aut perceptionem ad voluptatem quæstúmque cōparatam, vltra vsum. Vtcunque sit, liquet ex his verbis, ius vtendi fruendi, omnem omnino vtilitatem, quam quocunque modo res afferre potest, ad vsufructuarium pertinere. Addit postremò, SALVA RERVM SVBSTANTIA. Non † enim oportet vsufructuarium deteriorem facere rei substantiam: sed vti frui debet arbitratu boni viri, & patrisfam. *l. sed cum 65. h. tit.* ita vt securus sit dominus de proprietate: *l. si cuius. 15. in prin. h. tit. l. 1. ff. vsufruct. quem. ca.* aliquoqui ab eo conueniri potest ad interesse, ex stipulatione, quam præstare vsufructuarius cogitur. *l. damni infecti stipulatio. 18. § si cuius. 2. de damno infecto. l. inter fructuarios. 20. de damno inf. l. 1. ff. vsufructuarius. quem cau. vid. gl. & Dd. in l. 4. C. eo.* Causa remota Lex est. Consuetudo, vt nunc in dotalitiis, item Senatusconsultum: *infr. de vsufruct. ear. rer.* propinquior, Pactio constituentium, *§. 1. Instit. eod.* Præscriptio, item Vltima volūtas: qua vsusfructus relinquitur: *d. §. 1. & tot. tit. de vsufruct. lega* Proxima, Quasi traditio per inductionem & patientiam, *l. 3. h. tit.* Adiudicatio in duplicibus iudiciis, *l. vsusfr 6. h. t. iunctos. §. vlt. Instit. de off. iudic. &c.* Materia in qua constituitur, corpus aliquod. *l. 2. h. tit. l. 5. §. 2. quibus mod. vs. amit.* mobile, *l. 7. l. sed si. 15. §. 3. l. numismatum. 28. l. statuæ. 41. hoc tit. §. 2. Instit. eod.* mouens, *l. serui. 25. l. veius. 68. h. tit. d. §. 2. Instit. eod.* immobile: *§. 2. Instit. eod. l. 1. vti possid.* cuius tamen vsus absque abusu esse possit. *vide infr. de vsufruct. ear. rer. §. 2. Instit. eod.* Forma, vt patientia constituentis, & vsurpatione eius cui constitutus est, introducatur: *l. 3 hoc tit.* quæ in incorporalibus, cuiusmodi est vsusfructus, *§. 1. Instit. de reb. incorp.* pro traditione habetur. *l. 2. de act. emp.* Pactio igitur vel testamētum inducit ius Ad rem personale, ad petendum vsumfructum: patientia & vsus, ius In re, vt loquuntur, reale. Finis & effectus, vti fui re aliena, ad vitam tantùm, non vlterius. *§. 3. Instit. eod. & infr. quibus mod. vsusfruct.* Adiacens, vti boni viri arbitratu. *vide infr. vsufruct. quemadmo. caue.* Affinis Vsus: de quo paulò post. Contraria, illa quæ vel impediunt vsumfructum constitui, vel constitutum extingunt. *vide infr. quibus modis*
10 *vsusfruct. amitt. §. 3. Instit. eod.* Et hæc † quidem

A generatim dicta sufficiant, ad intelligendum quid sit vsusfructus: nunc amplius quomodo acquiratur, amittatur, quibus in rebus constituatur, quæ actiones de vsufructu proditæ sint, perscrutemur.

DE VSVFRVCTV ACcrescendo. Tit. II.

B

1 *Quibus modis vsusfructus cōstituatur.*
2 *In coniunctis accrescendi ius tantùm obtinere.*
3 *Quid sit ius accrescendi.*
4 *De triplici coniunctione.*

1 CONstitui † atque acquiri vsumfructum cō-
C uentione, stipulationibus, testamento, dubium non est: *§. 1. Instit. de vsufru. §. fin. Inst. de seruit. rust. prædio.* nec id maiori declaratione opus habet. Moribus tamen nostris non nisi cum tutoris ad id dati authoritate, constitui mulieri vsusfructus aut dotalitiū in bonis mariti potest. *Sax. lib. 1. art. 44. Reinh. diff. 13. de tute.* Constituitur etiā & acquiritur vsusfructus præscriptione longi temporis, iure Nouo: *l. fin. v. er. vsusfructus. C. de præscrip. long. temp.* quamuis iure Veteri, quo seruitutes non præscribebātur, *l. seruit. 14. ff. de ser.* contrà fuerit. *l. iusto. 44. §. antep. de vsucap.*
D nec obstat quod vsusfructus causam habeat discontinuam, vnde videri poterat, nō nisi tempore immemoriali posse præscribi. *Dd. in l. foramen. 27. de ser. vrb. præd.* Nam discrimen illud Continui & Discontinui actus, tantùm obtinet in seruitutibus prædialibus, in quibus ideo consideratur Continuitas actuum, quia prædiis debentur, quæ sunt inanima, nec aliter quàm per continuationem actus continuò possideri pos-
E sunt. *vide contrà disputata inf. de seruitut.* In personalibus secus est, quia à persona hæ seruitutes animo semper continuo possidentur, etiamsi actus non sint continui. *l. 3. §. saltus. §. in amittenda. l. si id quod. 25. §. fin. l. clam. 6. §. 1. de acquiren. poss.* Vnde pro continuis indistinctè omnes personales seruitutes habentur: debentur enim personæ, seu homini. At homo continua voluntate semper possidet, & possessionem animo retinet, etiamsi non sit in continuo actu possidendi. *vide Bart. in l. iusto. 44. §. non mutat. de vsucap.* Illud
F etiam enodemus, si vsusfructus pluribus cōiunctim relictus sit, quomodo per Ius accrescendi interdum vsusfructus acquiratur: qua propria est huius tituli materia. *vide Paul. lib. 3. tit. 6. Cuiac. ad Vlp. tit. 24. Gouea. de iur. accresc. & quæ dixi in § si eadem Inst. de legat.*

¶Sciendum igitur est, Ius accrescendi locum 2
non habere, nisi Coniunctim vsusfructus legatus sit. Nam si separatim vnicuique partis rei
G vsusfructus relinquatur, verbi gratia: Mæuio fundi

fundi Tusculani vsumfructum pro dimidia par- A
te do lego: alteram partem vsusfructus Titio lego: sine dubio ius accrescendi cessabit. *l. 1. in prin. h. tit.* Ergo in coniunctis tantùm ius accrescendi locum habet.

3 ¶ Est autem ius accrescendi, cùm duobus aut pluribus coniunctis, altero deficiente, alteri pars deficientis adiicitur & accrescit. Cuiacio hîc est Ius retinendæ vel nanciscendæ partis eius qui non concurrit, vel concurrere desijt. Porrò Coniuncti vocantur qui à lege vel homine ita con
B nectuntur, vt pro vno habeantur. *l. planè. 34. in prin. de legat. 1.*

4 ¶ Triplici autem modo fit hæc coniunctio Re, Verbis, ac Re & Verbis simul. *l. triplici, 142 de verb. signif. l. re coniuncti. 89. de legat. 3.* Re quidem: vt, Titio vsumfructum fundi lego, Seio eiusdem fundi vsumfructum lego. Hic enim cum vnicuique in solidum vsusfructus legetur, non tam ius accrescendi, quàm ius non decrescendi locum habet. Fiunt enim partes cōcursu vtriusque legatarij: ex forma legati. Vtriq; enim in solidum vsusfructus est legatus. Quamobrem altero legatariorum mortuo, aut repudiante legatum, quia concursus cessat, alteri in solidum vsusfructus iure non decrescendi ceder. Verbis tātùm coniunguntur: quibus æquis pro indiuiso portionibus vsusfructus relinquitur, hoc modo: Titio & Mæuio vsumfructum æquis partibus do
D lego. *d. l. re coniuncti.* Hi enim Re separati sunt, quia æquales partes sunt relictæ: non quidem corpore diuisæ, sed intellectu. Nam si corpore diuisæ essent, vtique dimidia parte separatim relicta, nulla esset coniunctio. *d. l. planè. de leg. 1.* In his igitur propriè locū habet ius accrescendi, vt si alteruter moriatur, aut repudiet legatum, alteri pars eius accrescat. Re & verbis iūguntur, quibus idē, partibus nullis expressis, in eadē oratione cōiūctim relinquitur: vt, Titio & Mæuio vsumfructū Tusculanū do lego. Hîc enim Verbalis cōiūctio sola nō est, cū partes nullę sint expressæ: nec
E Realis sola, cū verbis iungantur legatarij: itaque Verbis & Re coniuncti sunt: ac tā iure nō decrescēdi, quod est re coniunctorum, quā accrescēdi, quod coniūctis verbo propriū esse diximus, vtūtur, cæterisq; sunt potiores. *d. l. 1. §. idē est. 1. h. t. d. l. re coniuncti. vbi Dd. præcipuè Ias. de leg. 3. d. §. si eadem. Instit. de lega. vbi dixi.* Sed de hac materia difficili & Inexplicata, satis hoc in instituto dici nō
F poteſt. *vide Cuiac. hic. & passim. in tit. de legat.*

QVANDO DIES VSVSfructus legati cedat. Tit. III.

1 *Vsusfructus diem ab adita hæreditate cedere.*
2 *Ratio eius.*
3 *Quare reliqua legata à morte testatoris cedant.*

1 ILlud † autem notandum est, vsufructu legato, diem eius cedere, id est, vsumfructum deberi, *l. cedere diem. 213. de verb. signif.* non à morte testatoris, vt cætera legata, sed ab adita hæreditate: *l. vnica. h. tit.* cùm † quia vsusfructus intelligi nō potest, nisi sit qui eum constituat, quique 2
frui patiatur: *l. 3. §. de vsufr.* nempe hæres, qui nullus existit ante aditam hæreditatem: tum quod ratio, quamobrem cæterorum legatorum dies cedat à morte testatoris, hîc cessat.

B ¶ In his enim ideo statim cedit, vt legata, mo- 3
riente ante aditam hæreditatem legatario, ad hæredem eius transmitti possint, neque fiāt Caduca: *§. si coniunctim. Instit. de legat. l. vnica. §. cùm igitur. in fine. & §. in nouissimo. C. de Cadu. tollendu.* quod in vsufructu locum habere non potest, cum his semper moriente vsufructuario vnà extinguatur, vt pote qui personæ cohæreat: *l. 2. & 3. quando dies legat. cedat. l. vnica. §. libertatib. C. de cad. tollend.* vt frustra omnino eius dies ante ipsam constitutionem, quæ demum post aditam
C sit hæreditatem, sit cessura.

QVIBVS MODIS VSVSfructus, vel vsus amittitur. Tit. IIII.

1 *Quare placuerit vsumfructum aliquādo extingui.*
2 *Vsusfructus finitur morte.*
3 *Capitis diminutione.*
4 *Interitu vel mutatione rei non dominij.*
5 *Cessione.*
6 *Consolidatione.*
7 *Non vtendo.*
8 *Malè vtendo.*
9 *Quasi morte, & tempore.*

E

1 QVia † diximus morte finiri vsumfructum
D *l. 3. §. fin. hoc tit.* videamus & de reliquis modis, quibus vsusfructus vel vsus amittatur. Placuit enim has seruitutes certis modis extingui, ne inutiles essent proprietates, semper abscedente vsufructu. *l. 3. l. an vsufructus. §. 6. ff. de vsufruct. §. vsusfruct. in fin. Instit. eod.* Præter † mortem igitur vsufructuarij, etiam Capitis 2
ipsius diminutione extinguitur vsusfructus: *l. 1. hoc tit.* quia, quod ad priorem statum attinet, pro mortuo minutus habetur: atque olim quidem quacunque diminutione: *l. 3. hoc tit. §. fin. Instit. eod.* nouissimo † autem iure (quo sublatis 3
mancipationum solennibus minima capitis minutio penè obliterata est) maxima & media tantùm non etiam minima. *l. corruptionem. 16. §. fin. C. de vsufr.* Cùm autem hoc modo morte aut capitis minutione vsusfructus extinguitur, fru-
G ctus vltimi anni non pertinent ad vsufructuarium aut eius hærede, nisi quatenus sunt per-

cepti: §.is verò Instit. de rer.diuis. vbi vid.quæ dixi. quod tamen iure Sax. in industrialibus non obtinet. nam quicquid vsufructuarius conseuit, id quamuis necdum maturum neque perceptum ad suum hæredem transmittit. *Reinh.diff. vltim. part.diff.*11.

4 ¶ Amittitur etiam vsusfructus, Interitu seu mutatione rei. Cùm enim ius sit in re, hac sublata ipsum extingui necesse est, modò tota res pereat: nam in parte totus etiam vsusfructus retinetur. *l. si cui.*53.§. *de vsufr.* Oportet igitur totam rem interire, vt soluatur vsusfructus, aut certè in aliam formam mutari: veluti vsufructu ædium legato, si ædes corruerint, vel exustæ sint, corrumpitur vsusfructus, ita vt ne areæ quidem vsusfructus debeatur: non enim areæ, sed ædium vsusfructus legatus est: *l. repeti.*5.§.*rei mutatione.* 2.*h.tit.* aut si ager flumine vel mari inundatus sit, *l.si ager.* 23. *cum l.seq.* vel ab hostibus captus fuerit. *l. si ager.*23. *eod.* His tamen posterioribus casibus restituta proprietate vsusfructus restituitur, nisi forma rei planè sit immutata. *d.l. si ager.* 23.*&* 26. Dixi verò, Rei ipsius mutatione dissolui vsumfructum: nam dominij mutatione, vt quando proprietarius fundum alienat, nec vsusfructus, neq; iter actúsve deperit. *l. neque vsusfructus.*19.*h.tit.*

5 ¶ Item finitur vsusfructus, si is Cedatur (id est alienetur: nam cessio species est alienationis legitimæ, vt tradit Boëtius ad Topica Ciceron.) domino proprietatis: quia res sua domino amplius seruire nequit, & vsusfructus cum proprietate consolidatur. Cedendo autem extraneo nihil agitur, vt inquit Iustinianus, §.*fin.Instit.de vsufru.* cùm personæ vsusfructus cohæreat: *l. si vsusfructus.* 4. *de nouat.* à qua diuelli non potest, nisi legitimis modis iam traditis: quibus aliquando diuulsus, ad proprietatem redit: non autem per solam cessionem, quæ nullius est momenti. *arg. c. non præstat. de reg. iur. l.* 2. 3. 4. *de op. leg. l. quod pupillæ.* 30. *quan.di.leg. ceda. l.hæc conditio. de condit. & demonstr.* Atque ita intelligendus est Pomponius, *l. si vsusfructus.* 66. *de iur. dot.* cùm ait: Cessione extraneo facta, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuerti vsumfructum: scilicet legitimo tandem modo extinctum. Iniquum enim esset, cùm nullum delictum, nulla etiam vis insit in cessione, eo facto quempiam ius suum amittere. *c. non præstat. de reg. iur. in* 6. *l.ea quidem.C. si mancip.ita fuer.alien. Bald. in l.* 2. *C. de episc.aud. Aluar.in c.* 1.*Quid iuris, &c.* Iure tamen Sax. mulier dotalitium suum, cuius quasi vsumfructum quendam habere videtur, è manu sua transferens atque cedens, iure suo priuatur: *Reinhar. part.vlt.diff.*22.*per art.* 21. *&* 32. *lib.*1. *& Lehen.cap.*58.59.69.*Zob.d.artic.* 21. *Vueych. artic.* 39. *& art.*57. ac fortasse idem olim fuit in cessione iuris solenni, de qua Pomponius loqui videtur. *d.l. si vsusfructus.*66. *vide quæ dixi in* §.*vlt.Instit.de vsufr.*

6 ¶ Contraria quoque Consolidatione vsusfructus perit: *l.si tibi fundus.*17.*h.t.* §. *item finitur. Instit. eod.l.idem.* 6. *de vsufr.accresc. l.cum in fundo.*78. §.*vxor.de iur.dot.* scilicet quando proprietatis aliquo casu, vsufructuario obuenit.

7 ¶ Postremò, Non vtendo per modum & tempus. *l.placet.*25. *h. tit.* Nam etiam vel certæ partis vel pro indiuiso vsusfructus non vtendo amittitur. Atque hoc quidem tẽpus olim exemplo cæterarum vsucapionum erat biennium, *l. corruptionem.* 16. *vers. non vtendo autem per annum vel biennium.* C. *de vsufru.* vt ostendit Iulius Paulus lib. 3. Sententiarum. Hodie decennium inter præsentes est, vicennium inter absentes. *l.fin.*C. *de seruit.l.corruptionem.*16.C.*de vsufr.*

8 ¶ Malè verò vtendo vsufructuarius an amittat? Et cum teneatur ex cautione ad id quod interest, *l.* 1. *& tot.t.ĩ. vsufruct.quemadm.caueat:* non videtur ex hac causa perdere, nisi res in nõ vsum incidat: vt quando hyeme vtitur, cum tantùm æstate cõcessus vsusfructus esset. *l. si communem.* 10.*quemad.ser.amittit.* Plerique tamen etiam malè vtẽdo corrumpendóque substantiam rei, vsufructuarium iure suo cadere volunt, *Bal.Castr.in Auth.qui rem.num.*3.C.*de sacr.Eccles.per l.hoc amplius.* 9.§.*fin.de damn.infec.l.cognouimus.C.de mancip.& col. lib.*11. *& l.eos.*C.*de aquæduct.lib.*11.*Ias.in l.diuortio.* 8. §.*si fundum. solut. matrim.* velut colonum, *l.*3.C.*de locat. d.l.cognouimus.* emphyteutam *Auth. qui rem.C.de sacros.Eccles.Ias.in l.*2. *n.*98.*de iur.emphyt.* vasallum, *c.* 1.§ *penul.vbi Bald.nu.*2.*de pac.tenend.* mariti viduam. *Ant.Nat.cõsil.vl.nu.*11. *Aimo. Cra.consil.*300.*nu.*4.*li.*2.*Land.art.*22.*lib.*11. *& ibi glo.lat.in fin & d. artic.*21.*vbi Zob.eod.lib.per l.si vsusfru.l.*1.*vsufr.quem caue.l.diuortio.*8.§.*si fundũ. vbi Ias.sol.matr.arg.in l.itẽ si fundi.*9.§. *fin.de vsufr.* nec actionẽ eius quod Inter est eum à pœna liberare, id quod iudicis arbitrio puto committendũ.

9 ¶ In municipiis & vniuersitatibus finitur vsusfructus iis euersis *Cic.in orat.pro Cecin.inducto, vt loquitur aratro.* vel dissolutis, quasi morte: *l.si vsusfru.*21.*h.tit.* aut quia id rarius fit, *l.proponebatur.* 76.*de iud.l.sicut.* 7.§.2.ĩ. *quod cuiusque vniuers.* post centum annorum velut longissimi vitæ humanæ termini *l.vlt'm.* C.*de sacrosan.Eccles.* decursum. *l.an vsusfr.*56.ĩ.*de vsufr.*

DE VSVFRVCTV EARUM rerum, quæ vsu consumũtur vel minuuntur. Tit. V.

1 *Quibus in rebus constitui vsusfructus possit.*
2 *Quare in rebus, quæ vsu consumuntur, constitui vsusfructus nequeat.*
3 *Quomodo iis in rebus quasi vsusfructus constituatur.*
4 *Hũc quasi vsumfructum tantùm morte & capitis diminutione finiri.*

Nunc.

1 NVnc † enodemus, Quibus in rebus constitui vsusfructus possit. Et quidem Senatus censuit, vt omnium rerum, quas in cuiusque patrimonio esse constaret, vsusfructus legari possit: quo Senatusconsulto inductum videtur vt & earum rerum vsusfructus legari queat, quæ vsu pereunt vel minuuntur: *l.*1.*h.tit.* quo in numero sũt, pecunia, vinũ frumentũ & consimilia.

2 ¶ Harum enim rerum nullus est vsus, nisi in abusu. nam vtendo his rebus, aut alienatur proprietas vt pecuniæ assidua permutatione, aut consumitur, vt fit in vino, frumento, oleo, & id genus aliis: quorum nullus vsus est nisi in abusu, hoc est, substantiæ absumptione. Quare olim vsumfructum hæ res non recipiebant, qui nullus est nisi salua rei substantia, vt ostendit Cicero, *in Topicis.* Sed Senatusconsulto effectum est, vt quidem nõ proprius esset pecuniæ vsusfructus, (nec enim id ratio naturalis aut ciuilis patitur, §. *constituitur.Instit.de vsufr.vbi dixi.*) sed vt Quasi vsusfructus haberetur. *l.*2.§.*fin.h.t.*

3 ¶ Itaque si pecuniæ vsusfructus vel vsus (quia in hac specie vsus appellatione etiam fructum contineri magis accipiendum est: *l. quoniam.* 10. §.1.*l.*5.§.*fin. h.tit.* tota enim res, id est, proprietas cum possessione, transfertur, in qua semper vsusfructus, inest, *l.*4.*de vsufruct.*) sit legatus, vel aliarum rerum quæ in abusu, id est consumptione consistunt: præstanda quidem res erit legatario, sed ab eo cautio exigenda: vt quando is mortuus aut capite minutus fuerit, eiusdem res qualitatis restituatur *l.si tibi.*6.*h.tit.*

4 ¶ Nam in hac stipulatione de reddendo vsufructu duo tantùm casus, quibus finitur vsusfructus, ponuntur: videlicet mors vsufructuarij, & capitis diminutio, quoniam harum rerum vsus aliter amitti non potest, quam his modis. *l.in stipulatione.*9.*cum l.seq.h.t.* Nec enim mutationem aut interitum patiuntur, cum in genere consistant: *l.incendium.*11.*C.si cer.petat.* neque non vtendo amituntur: vel quia ipso vsu pereunt, vt hîc tẽporis diuturnitas momentum afferre nequeat: vel quia proprietas cum possessione rei ad vsufructuarium deuoluitur: vt ille continuè possidendo vti semper intelligatur. Inter viuos vix est, vt eiusmodi constitutio admittatur, cum nihil aliud sit quam mutuum, ideo S.C.de vsu pecuniæ legato, disertè loquitur. *vide quæ dixi in d.* §.*constituitur.Inst.de vsufr.*

SI VSVSFRVCTVS PEtatur, vel ad alium pertinere negetur. Tit. VI.

1 *De actionibus seruitutis personalis.*
2 *De confessoria & negatoria.*
3 *Quis aduersus quem, ad quid agat cõfessoria.*
4 *Differẽtia inter confessoriã & personalẽ ad seruitutem consequendam.*
5 *Confessoriam non dari domino fundi.*
6 *Negatoria cui, ad quid detur.*
7 *Quare in incorporalibus negatoria detur, non in corporalibus.*

RESTAT † vt exequamur, quæ actiones, quibus contra quos, & ad quid, harum personalium seruitutũ nomine cõcedantur. Et cũ vsusfructus vel petatur tanquam debitus, vel ad aliquẽ pertinere negetur quasi non debitus: proditæ sunt in hac rẽ duæ actiones, *l.*1.*h.t.* quemadmodũ & pro cæteris seruitutibus, §.*æquè.Inst.de act.* quarũ † al- 1 2
tera quis confitetur & asserit sibi vsumfructum deberi, vnde & actio Cõfessoria vocãtur. *l.*2.*l.*5.§. 1.*h.t.* Quoniã illa qui agit, ius quod sibi adest cõfitetur, ad hũc modum: SI PARET VSVMFRVCTVM MEVM ESSE, *Theophilus.in d.*§.*æque* &c. Altera asseritur libertas prædij, negatúrque vsusfructus, quem quis indebitè sibi vsurpat, VT, SI PARET ADVERSARIVM IVS VTENDI FRVENDI FVNDO MEO NON HABERE, &c. Hinc negatoria dicta est hæc actio. *d. l.*2.*h.t.* Vtraque vero Realis est, quia ratione rei competit. §.*æquè. vbi Dd.Inst.de act.l.*2.*com.præ.l.*4.*l.*6.*si ser.vend.* Cõfessoria vindicatio est seruitutis, *l.creditori.* 9. *de oper.no.nuncia.l.*4.*de seruit.* seu actio in rem specialis, qua ius in re postulatur, *l.*3.*in princ.* C.*de præscript.*30.*annor.*

3 ¶ Confessoria autem agit, qui vsumfructum sibi velut suum, vel aliam seruitutem asserit, *l.ei qui.* 16. *de seruit. l. creditori.* 9. *de oper.nou.nunc.l.*5. *& passim.h.t.* nec tantum aduersus dominum qui seruitutem debet, sed omnes omnino qui impediunt vsumfructum, quocunque tandem modo id fiat, *l.si quis diuturno.*10.§.*agi.ĩ.si seruitus. vend. l.vti frui.* 5.§.*vtrum.*1.*h.tit.* & ad hoc agit, vt iudex declaret vsumfructum sibi competere, condemnetque aduersarium vt patiatur actorem vti frui nec in posterũ impediat, eóque nomine caueat, *l.vn.vbi Bart.*C.*vti possid.c.fin.de rest.spo.l.harum.* 7.*l.egi.*12.ĩ.*si ser.vend.* præstétque fructus (si fortè aliquo tempore possedit) perceptos & id quod interesse potest actoris, creatum sibi impedimẽtum non fuisse. *d.l.vti frui.*5.§.*fin.*

4 ¶ Ex quibus apparet, aliam esse hanc actionem quàm illam Personalem, qua ad constituendum vsumfructum, ex testamento fortè vel contractu contra hæredem, aut eum qui promisit, agitur. Hæc enim non est Confessoria, nam non confitetur actor in ea ius quod habet, sed quod non habet petit, tãquam sibi debitum, constitui. Vnde Personalis est actio, non Realis, quia nõ competit ratione iuris, quod res insit. Nullum enim ius in re esse potest, priusquam sit illud constitutum. At hæc de qua agimus, realis est. petit enim actor declarari, sibi ius esse eiusmodi iam ante constitutum & quæsitum, & in iure antea sibi constituto perfruendo, impediri se à reo non oportere contendit.

5 ¶ Hæc autem actio domino seruitutis, non autem fundi domino datur, quia qui habet fun-

dum, integrúmque dominium, ius vtendi fruendi separatum, & seruitutem non habet: nec enim potest alicui suus fundus seruire. *l. vti frui. 5. in princ. h. tit.* Sed si impediatur in possessione suæ rei, agere licet illi interdictis, quæ in hoc prodita sunt, vt suæ vnicuique possessiones sine impedimento liberę sint, atque saluæ. *vide J. vti poss. & vnde vi.*

6 ¶Porrò actio Negatoria, velut superiori contraria, domino fundi datur: aduersus eum qui vsu aliquo seruitutis libertatem rei impedit, & sibi vsurpat: *Bald. in l. quemadmodum. 29. §. 1. a d l. Aquil.* contra quem dominus per hãc actionem libertatẽ sui prædij astruit: negátque aduersario vsumfructum deberi: vnde & Negatoria appellatur. Petit enim vt iudex declaret suũ prædium esse liberum: iubeátque cauere aduersarium, ne in posterũ ius seruitutis vllum vsurpet, & quanti interest præterito tempore non vsurpatum fuisse, vt id sibi rependat. *d. l. vti frui. h. t. egi. 12. J. si seruitus vend.* Ex qua ipsa actionis formula patet, cur in incorporalibus negatoriè agi permittatur, cum ad petendas res corporales id genus actionis proditum non sit. *§. æquè. Inst. de action. vbi dixi.*

7 Nam in his qui possidet, ei actio nulla datur, per quam neget actoris rem esse: *l. 1. §. interdictum. J. vti possidetis.* cùm quia ei sufficere debet quòd habeat possessionem: vt non opus sit superuacaneis actionibus iudicia onerari: tum quòd non acturus sit de iure suo, sed alieno: quod perabsurdum est: *d. l. vti frui. l. loci. 4. §. competit. si seruit. vend.* quicunque enim cum aliquo agit, ex eo iure quod ipse habet, *l. 1. si pars hæred. peta.* causam suam iudici probare necesse habet, vt rectè annotauit Theoph. *ad d. §. æquè. vide Bar. & Castr. in l. 1. 2. de excep. rei vend.* Nam alioqui possessori, si agat de iure alieno, nihil profuturum est, declarari aduersarium non esse dominũ. neque enim, etiamsi is dominus non sit, ideo sequitur possessori dominium competere. *l. sed si possessori. 11. de iureiur.* Multò autem minus illi proderit, si asserat tertium, puta Titium, esse dominum. Nam de iure & re aliena nemo sine idoneo mandato agere potest: & vt maximè agat atque obtineat: nõ tamen aut sibi proderit, quia de iure suo nihil probauit, nihílque iudicatũ est: aut vero domino, quia sententia & res inter alios dicta, aliis neque prodest neq; nocet. *l. sæpe. 63. de re iud.* At in incorporalibus, qui Negatoriã proponit, etsi verbo negat, tamen reuera Confessoria agit. Qui enim inficiatur alteri seruitutem deberi in suo fundo, affirmat & confitetur rebus ipsis prædium suum esse liberum. *l. loci. 4. §. penul. & fin. cum ll seqq. l sicuti. 8. J. si seruitus vendicetur.* idque eius libertatis ostendere intendit. Et hæc quidem de tractatu vsusfructus dicta sufficiant: si illud prius monuerimus, has actiones eodem tempore durare, quo rei vendicationes. Quod igitur dicitur, his actionibus decem & viginti annorum spacio præscribi, id sic intelligo: quando tanto tempore ius seruitutis aut exstinctum, aut quæsitum est. *l. 2. de ser. vide hac de re Ias. in §. æquè. num. 37. Instit. de act. per l. corruptionem. 16. C. de vsufr. l. penul. C. de seruit.* nam si præscriptio ob iniustitiam tituli, aut interruptionem, aut malam fidem, aliúdve impedimentum completa non sit: haudquaquam putauerim, aliter quàm 30. annorũ spacio his actionib. præscribi: sicut & de rei vendicatione suprà est expositum. *ad tit. de rei vend. vide Ias. quamuis dubitantem. in d. §. æquè. num. 39. l. 3. C. de præscr. 30. annor.* Omitto nunc quæstionem, an mala fides non hanc etiam præscriptionem inhibeat: de qua alibi fortassis erit dicendi locus. Certum tamen est, iure ciuili non inhiberi, *vide l. 3. 4. 6. 7. 8. C. de præscript. 30. annor. l. 2. l. vlt. C. de annal. excep. l. morę. vbi Salic. nu. 5. C. de rei vend. & in l. vlt. num. 25. C. de edic. diui Adria. tollen. Bart. nu. 3. Castr. nu. 6. & Dd. l. sequitur. §. viam. de vsucap. Castr. l. hoc autem. num. 4. de serui. vrb. prædio. Ripa. l. nemo potest. nu. 113. de legat. 1. Felin. Rubr. de præscri. nu. 18. & in c. fin. nu. 6. eod. tit. Paris. consil. 101. num. 18. vol. 1. Socin. iun. consil. 145. nu. 65. vol. 1. Bouius de præscrip. sta. §. 1. nu. 12. &* 18. cum absque respectu possidẽtium, neque considerato, vtrum bonæ malæ ve fidei sint, tantùm in odium agere negligentium sit inducta, *d. l. vt perfectius. l. vlt. C. de anna. excep. Bart. & Dd. l. cum notissimi. C. de præscr. 30. annor.* vt aliquis esset controuersiarum finis: *l. 3. l. 4. cum seq. tot. t. C. de præscr. 30. annor.* nec in incerto manerent dominia, si post tantum interuallum repetitionibus cuiusuis relinquerentur. Cæterùm iure Pont. aliud inductum volunt. *Canon. c. vlt. de præscr. Bouius de præscr. statu. §. 1. nu. 33. 34. Tiraq. de retrac. conuen. §. 1. glo. 2. nu. 20. & de præscr. §. 1. glo. 2. & hanc magis communem testatur Anton. Gab. lib. 5. conclus. 3. de quo scripsi consil. 5.*

DE OPERIS SERuorum. Tit. VII.

EST autem consimile vsusfructus operarum legatum: quando videlicet non ipse vsusfructus. sed serui hominis (cæterarum enim animantium vsus non in operis, sed in vsufructu est, *Gouea. lib. 1. Lec. cap. 7.*) operę legantur, vel inter viuos constituuntur. Cùm enim fructus hominis in operis consistat, & retrò in fructu hominis operæ sint: *l. fructus. 4. h. tit.* consequens est: operis seruorum legatis vel concessis, & fructum, *d. l. 4.* & vsum, *l. operis. 5. h. tit. vbi tamen Gou. d. cap. 6. pro vsum, legit, vsumfructum.* atq; ita etiam vsumfructum effectu cõcessum, intelligi. *d. l. 5.* Verùm hoc differunt, quod nec capitis diminutione, imò ne morte quidem ipsius cui debentur, *l. 2. de vsufruct. lega. cum ll. seq. Bald. & Dd. Rub. C. de vsufruct.* neq; non vtendo operæ amittantur: *l. 2. h. tit.* cuius ratio est, quòd operæ in actione hominis consistant, neque sint in rerum natura, priusquam præstantur. *l. operæ. 9. de operis libertor.* Quod autem non est, id neque capitis diminutione, nec morte, aut non vtendo, perire potest. *l. 1. h. tit. & l. Sempronius. 26. de vsu & vsufr. legat.* Priuatio enim præsupponit habitum, vt vulgò loquuntur. *l. decem. 116. de verb. obl. l. nam etsi. 5. de iniust. rup. & irrit. f.* Adde, quod operæ quandam habeat cum dominio cognationem: *d. l. operæ. de oper. liber.* cui argumẽto est, quòd cum vsusfructus vsucapione proprietatis non amittatur, *l. locum. 17. §. proprietatem. 25. de vsufruct. l. iusto. 44. §. non mutat. de vsucap.* operarũ tamen legatum, serno vsucapro, peretat: *l. 2. de vsu & vsufr. legat.* Vt igitur dominium nõ extinguitur primo domino morienté, sed transit ad eius hæredes vita & legatarius ad successores suos operarum legatum transmittit: quæ operæ præstandæ erunt, donec is à quo sunt edendæ, fuerit superstes. Nam eius morte finiuntur, *arg. l. interdum. 34. de oper. lib. l. vnic. §. ne autem. C. de cad. tollend.* Goueanus *lib. 1. cap. 7.* illam affert rationem, quòd vsusfructus sit ius personale, operæ non sint: sed magis ex re quæ eas debet, spectentur.

DE VSV ET HABItatione. Tit. VIII.

1 *Vsum similem esse vsusfructus.*
2 *Quid contineat vsus.*
3 *Quando vsusfructus contineatur.*
4 *Quare frui pro parte, nõ vti possumus.*
5 *De habitatione.*
6 *Habitationem non vtendo, aut capitis diminutione non extingui, sed morte.*
7 *Quid insit habitationi.*

1 NVNC †videndum est de Vsu & Habitatione, quę seruitutes quòque personales sunt, sicuti vsusfructus, cuius quędam quasi pars sunt: *l. per seruum. 14. §. 1. hoc tit.* vt meritò idem ius in parte, quod in toto, seructur. *l. quæ de tota. de rei vendic.* Constituitur autem vsus sine Fructu, vt quis vtatur re ad suas necessitates, non verò fruatur ad vtilitatem: *l. 1. l. per seruum. 14. §. 1. l. plenum. 12. hoc tit.* & iisdem omnino modis, quibus vsusfructus, constitui ac desinere solet: *d. l. 1. in prin. Inst. eod.*

2 ¶Itaque cum Vsus non omne omnino emolumentum, quod quoquo modo ex quaque re percipi potest, sed tãtum quantũ opus est ad victum vtenti, comprehendat; vt antè diximus: *ad tit. de vsufr.* consequens est, cui vsus relictus sit, eum Vti posse ad subsidia vitæ, Frui verò non posse. *l. 1. h. t.* Vnde vsu ædium legato, habitare cum cõiuge & familia parentibusque, & inquilinum quoque recipere, dum ipse inhabitat, vsuarius potest. *d. l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. h. tit.* Locare verò seorsum aut concedere habitationem sine se, aut vsum vendere, permissum non est: *l. sed neque. 8. l. si habitatio. 10. in fi. h. t.* cum hæc omnia, quantum ad fructus ipsos attinet, vsufructuarius facere queat: *Instit. eod. in prin. vers. nec vlli.* cuius ea est ratio, quòd ad vsufructuarium omnis rei vtilitas pertineat: vsuario autem id tantùm sit concessum, vt pro conditione suæ personæ re vtatur. Quòd si locare alij seorsum vel vendere ius suum habitandi posset, iam vti domo ad necessitates suas, cõtra naturam vsus, desineret. *d. l. plenum. §. equitij. 3. & §. si vsu. 4. in verb. quemadmodum enim concedere alij operas poterit, cùm ipse vti debeat.* Paria in constituto cæterarum rerum vsu dicenda sunt: verbi gratia, si vsus fundi relictus sit, potestas habitandi, deambulandi, vtendi etiam fructibus naturalibus, vt pomis, floribus, lignis, fœno, &c. quatenus ad quotidianum victum opus est, facta videtur. Domino autem fundi in serendo, colendóve impedimento esse: aut fructus industriales, vt vinum, frumentum, &c. eius sumptu atque facto prouenientes, decerpere, & alienam in messem falcem immittere, vsuarius non debet. *d. l. si habitatio. §. fin. cum l. seq. h. t.*

3 ¶Vsus tamen nomine, aliquando & Fructus continetur: quoties ex verbis testatoris, vel rei natura, vel conditione legatarij. id fieri oportere ratio suadet. Vnde vsu syluæ legato, fructum quoque legatũ videri, Adrianus rescripsit: *l. diuus Adrianus. 22. h. t.* quia nisi liceret legatariis cædere syluam & vendere, quemadmodum fructuariis licet, nihil habituri essent ex eo legato. Cædere igitur, & vendere, non quidem sicuti plenus vsufructuarius, sed pro ratione & modo Sui vsus, poterunt. Nam & aliàs quamuis vsuarius alij vsum concedere prohibeatur: tamen minimè illi inuidendum est, si eos fructus, quos ad vsum & necessitates suas percepit, vendere velit. *argumento. d. l. plenum. §. fin. cum l seq. hoc tit.*

4 ¶Porrò illud notatu dignum est, quod vsus pars legari nequit: Frui enim, vt I. C. inquit, pro parte possumus, Vti pro parte non possumus. *l. vsus. 19. h. t.* Differentiæ ratio est, quòd vt ipsi fructus diuisionem admittunt (licet enim fructuũ partem tantùm recipere) ita & effectu vsusfructus: at vsus cùm ad victum quotidianum, necessitatésque vitæ tolerandas referatur, sub partitionem non cadit: quia partim viui nequit.

5 ¶Quod ad habitationem attinet, hæc, & vsus ædium, idem effectu ferè sunt. nullus enim est alius propemodum ædium vsus, quàm habitatio, cuius gratia extruuntur. *d. l. si habitatio. 10. h. tit. Cic. lib. 1. off. vide quæ dixi Inst. eod.* Si cui tamen habitatio legata, vel alio modo cõstituta fuerit: neque vsus, nec vsusfructus, sed quasi propriũ aliquod ius constitutũ videbitur. *§. sed si cui. Inst. eod.* Differt enim in hoc ab vsu, quòd hic in Iure, habitatio verò in Facto consistat: cui vsus constituitur, illi ius seruitutis competat: in habitatione verò solùm habitandi factum insit: vnde nec capitis diminutione, neque non vtendo, quemadmodum vsusfructus & vsus amittitur. *d. l. si habitatio.* Habitatio †enim nulla intelligitur, nisi verè habitetur. Vnde quod non est non vtendo, id est, non habitando, nullo modo

potest amitti. *d.l.Sempronius.de vsu & vsufr. lega.* Pari ratione Capitis diminutio habitationem non extinguit: neque Præteritam: quia cùm habitatio ipsa perceptione & singulis momentis, quibus habitamus, consumatur, desijt esse in rerum natura: neque Futuram, quoniam nondum existit: quod autem non est, perire nequit, vt paulò antè diximus. Morte tamen corrumpitur: quoniam personalis est habitatio: & factũ eius cui competit, videlicet Inhabitationem, omni-
7 no requirit. Eáque de causa olim nõnullis I.C. visum fuit, habitationem alteri non posse locari, aut quoquo modo cedi: *l. si habitatio. 10.h.t.* quòd nimirum ius nullum existat habitationis, nisi in ipso eius facto cui constituta est. Sed postea Iustin. aliorum sententiam secutus, *l.1.ʃ.commod.* quo plenius esset habitationis ius, locandi facultatem concessit. *l.cùm antiquitas. 13. C.de vsufr. & habitat.* Vltimò sumus admonendi, dominum proprietatis debere causam habitantis, aut vsuarij, nullo modo facere deteriorem: facit autem deteriorem, etiam in meliorem statum re commutata. *l.fin.h.t.* Et rursum, si plus vtatur vsuarius quàm oportet, officio iudicis contineri, ne aliter quàm debet vtatur. *l pen. in fin.h.t.*

VSVFRVCTVARIVS quemadmodum caueat.

Tit. IX.

1 *Quare introducta sit hæc cautio.*
2 *Quid insit in cautione.*
3 *Quando caueri oporteat: & quomodo.*

1 HAc de causa rectè à Prætore prouisum est, vt legatarius, vel is cui alio modo constitutus esset vsusfructus aut vsus, de vtroque caueret: & vsurum se boni viri arbitratu: & cùm vsusfructus ad eum pertinere desiisset. Restituturum quod inde extabit. *l.1.in prin.h.t. Paul. lib.3.tit.6. & lib.1.tit.11.*

2 ¶Hæc stipulatio duas habet causas: vnam, si aliter quis vtatur, quàm Vir bonus arbitrabitur: id est, si non percipiat boni viri arbitratu, & deteriorem causam vsusfructus faciat, cæteráque non faciat quæ in re sua faceret: *d.l. 1.§.caueres.* aliam, De vsufructu restituendo: quarum prior statim committitur, cùm aliter fuerit vsus. Vtilius enim visum est, non expectari dum vsusfructus finiatur: & sæpius committitur, toties, videlicet, quoties vtens re abutitur. Sequens verò committitur finito demũ vsufructu, *d.l.1.§.vlt.* Rectè autem facient hæres & legatarius, si Qualis res sit, cùm frui incipit vsufructuarius, in testatum redegerint: vt inde apparere possit, an & quatenus peior facta sit. *d.l.1.§.rectè.* 3. Hac stipulatione etiam continetur, Dolum malum abesse, abfuturúmque esse. *l.5.h.t.*

¶Nec solùm satisdare iubet Prætor, cũ vsusfructus legatus, aut aliter constitutus est: sed etiam cùm vel vsus sine fructu legatur: *l.vsu.11.h.t.* vt tum de solo vsu cautio fiat: vel contrà fructus sine vsu: puta vel quia testator simpliciter fructum legauit, nulla vsus mẽtione facta: quod perinde est atque si vsumfructum legasset: *l.per seruũ.14.§.1.ʃ.tit.1.* vel quòd verè fructus nõ iure seruitutis (nã fructus sine vsu esse non potest, vt sit videlicet seruitus) sed legati obtigerint: vt in reditu prędij videre licet, cùm vindemia legatur aut messis. Sed etsi habitatio, vel operæ hominis, vel cuius alterius animalis relictæ fuerint, licet per omnia hæc vsumfructum non imitentur, nihilominus tamen cogendus erit legatarius cauere, *d.l.5. cum l.seq.* aut actiones quibus ad id compellatur, suscipere. *l si vsufr. 9.§.1.h.t.* Cautio autem non de Nuda promissione intelligatur, *vt in l.2.C.de verb. sig. & ʃ. qui satisd. cog.* sed datis Fideiussoribus, *l.4.vbi gloss.C.de vsufr.l. 1. verb. datis fideiussoribus. qui satisd. cog.* siquidem haberi possunt. Si verò nec fideiussoribus neque pignoribus ob inopiam cauere vsufructuarius queat, æquius est eum ad Iuratoriam cautionem admitti: *Auth. generaliter. C. de episc. & cler. Cyn. Bald. Castr. in l.4.C.de vsufruct. Ang. in prin. Inst. de vsufr. gloss. & Dd. in c. qua fronte. de appell. Bald. & Ias. in Auth. cui relictum. C. de ind. vid. tollẽd.* etiamsi hoc in disceptationem à nonnullis, atque dubium vocetur. *gloss. & Bart. in d.l.4.*

DIGEST. LIB. IIX.

DE SERVITVTIBVS.

Tit. I. C.3.34.

1 *Continuatio & dispositio huius materiæ.*
2 *Quid sit seruitus realis.*
3 *Seruitutem ad aliquam vtilitatem referendam.*
4 *Definitio Dd. improbata: & diuisio seruitutum.*
5 *Quomodo constituantur seruitutes. Causa efficiens.*
6 *Quibus in rebus. Materia.*
7 *Quæ sit forma constituendæ seruitutis.*
8 *Quare ea constitutio nec diem nec conditionem recipiat.*
9 *Regulæ de fine, natura & proprietate seruitutum.*

SERVI-

1 SERVITVTES aut Personarum sunt, vt Vsus, Vsusfructus, Habitatio, aut Rerum, vt seruitutes Rusticorum prædiorum & Vrbanorum, quæ propriè seruitutes dicuntur, vt ex inscriptione huius tituli patet. Ac de illis quidem hactenus: nunc & has exponamus, primò quidem generatim, *ad hunc tit.* pòst per species: *ad tit. de ser. urb. præd. & de ser. rust. præd. & com. de seruit.* tum quomodo petantur: *ad tit. ʃ. ser. vend.* postremò, quibus modis amittantur. *ad tit. quem. ser. amit.*

2 ¶Porrò, vt à definitione ordiamur, SERVITVS EST IVS AGENDI, HABENDIVE ALIQVID IN FVNDO ALIENO AD SVI PRAEDII VTILITATEM, QVOD IVRE COMMVNI AGERE, HABERE NON DICET. Dico, IVS AGENDI HABENDIVE: nam si neque agatur, nec habeatur quippiã in fundo alieno, iam inutilis futura est seruitus, vt pòst videbimus. Additur, IN FVNDO: quia sine prædiis hæc seruitus constitui aut esse nequit: *l. vt pomum.8.l. quoties.15.h.t.l.1.ʃ.com.præd.* & quidem alieno: nam res sua nemini seruit: *l. in re.26.ʃ. tit.1.l. vti.5 si vsufruct. petat. l. cum essent.33.§.fin. de ser. rust. præ.* sed prædiorum oportet alterum esse quod debeat seruitutẽ, cuiúsque dominus patiatur aliquid fieri in suo fundo, aut non fieri: *d.l.quoties.h.tit.* alterũ cui debeatur: quod Dominans prædium vulgo dicitur. *Dd. hic.* Atque hinc est quòd, cùm prædiis inhæreant hæ seruitutes, nominentur Prædiales. *l.1.ʃ.communia præd.*

3 ¶Meritò autem subiicitur, AD SVI PRAEDII, videlicet dominantis, VTILITATEM. nam de eo quòd nihil interest, neque vtilitatem prædio præstat, seruitus prædialis non constituitur: veluti si stipuler: ne per fundum tuum eas, aut ibi consistas, aut mihi concedas ius tibi non esse illo fundo vti frui, nihil agitur: *d.l.quoties.in prin.* nec enim meo prædio commodat vtare an nõ: nec tuo in prædio ius vllũ constituitur, vt prædialis hæc dici seruitus non possit: quanquam nec personalis sit, cum nihil personæ, cui constitutio sit, præstetur. Oportet igitur, vt mihi ius agendi vel habendi aliquid in tuo fundo ad mei prædij vtilitatem constituam: non verò, vt tecitra vllum meum commodum agere, facere quid, vetem. Id enim esset inuidẽtis rebus alienis, non sibi commodantis: nec in hoc iura prodita sunt, vt quis, cùm sua nihil intersit, alij quippiam auferat, vel contra humanitatem sit detrimento. §. *alteri.* §. *si quis. Instit. de inutil. stipul.l.fin.ʃ. de pact. vbi Dd.l.quæcunque. 10. de actio. l.in fundo.38.de rei vind.* Adde, quòd ipsum nomen seruitutis indicat, eam ad commoditatem eius, cui debetur, pertinere. Seruire enim id dicitur, quod alij cui seruit, commodat: vt ex verbis illis Ciceronis apparet: Seruirem mihi, & consulerem meis. Pertinere ergo ad vtilitatem prædij dominantis seruitus debet: *l. ergo.5. l.ex meo.24.l.qui duo prædia.30.ʃ. de seru. rust. prædior.* alioqui nihil agitur, id est, constitui seruitus non potest, vt inquit I.C. Hinc fit, vt necesse sit vicina esse prædia, in quibus seruitus constituitur: cæteroquin nihil intererit seruitutem imponi. *l.si ædes.37.cum l.seq.ʃ.tit.1.l.Mela. 14.§.quidam.2.de alimentis legat. l.qui sella.7.§ fin. de serui. rust. prædior.* Et fortassis hinc etiam est, quòd vt pomum decerpere liceat, vt spaciari, vt cœnare in alieno possimus, seruitus scilicet prædialis imponi nequeat: *l.vt pomum.8.h.t.* quoniam hæc magis ad voluptatem hominis, quàm ad veram vtilitatem prædij comparantur. Quanquam & illud dici rectè potest, non prædio, sed homini seruitutem hoc modo constitutũ iri: quod omnino in istis prædialibus fieri nequit, vt vel ipsum nomen est argumento. *l. 1.ʃ. comm. prædiorum.* Sanè quamuis reuerà nullam vtilitatẽ seruitus apportet, tamen si existiment constituentes fore illam vtilem, veluti, si aquam alicui ducere nõ expediat, seruitus ea vtilis erit. *l.ei fundo.19.h.t.* Contractus enim initium, & mens contrahentium est attendenda. Postremò additur, QVOD IVRE COMMVNI AGERE NON LICEAT. Nam si quid communiter permissum fit, de eo seruitutem velle constituere, perquàm fuerit absurdum.

4 ¶Doctores ita SERVITVTEM definiunt, vt sit IVS QVODDAM PRAEDIO INHAERENS, QVOD DOMINANTIS VTILITATEM AVGET, SERVIENTIS LIBERTATEM MINVIT. Sed præterquam quòd ea definitione non declaretur, quale sit ius seruitus: verum quoque non est, diminui semper libertatem siue ius prædij seruiẽtis: potest enim vtrique fundo seruitus esse cõmoda. Deinde sunt iura quædam eiusmodi prædiorum, quæ tamen seruitutes nõ sint: *l.1.§.fin. de aqua pluu. arcen.* vt definitio latior hîc sit definito. Prior igitur illa quam retulimus, potior videtur, & probabilior.

Seruitutum alij tres, alij quatuor species constituunt: *gl. Bar. & Dd. in l.1. hoc tit. Cæpoll. de serv. cap.1.l.C.l.1.h.t.* tantùm duas. aliæ enim (inquit) sunt seruitutes Prædiorum, aliæ Personarum. Personales esse iudicantur, quæ ad vsum personæ: *l. vsus 22. l. plenum. 12. l. diuus. 22. de vsu & hab. l. Lucius. 37. de ser. rust. prædio. Cyn. in l. vlt. nu.3. C. de præscript. long. temp. Bald. in l.1.nu.2 & l. vt pomum.h.t.* Reales seu prædiales, quæ ad vtilitatem prædiorum constituuntur. *l.2.3.4.5.de serv. rustic. præd. gloss. in l.1.§. vlt. verb. computanda. eod.t. Cast. in l. pecoru. eod. tit. Angel. in §. vlt. Instit. eod. dicens, hanc esse communem. Cæpol. de ser. real. cap. 2. num. 6. & de ser. rustic. præd. cap.4. & cap. de aqu. ductu. num. 5. & 6.* De personalibus suprà dictum est, quas omnes esse continuas exposui. *Bart. in l. iusto. §. non mutat. de vsucap. Cæpol. de seruit. cap.19.* In prædialibus contrà est: quarum nonnullæ sunt Continuæ, videlicet aut actu, aut potentia: quædam Discontinuæ, quarũ scilicet vsus per solam operam humanam habetur: quæ quãdo nequeat in cõtinuo & perpe-

tuo esse exercitio atque actu, discōtinuam efficit seruitutis causam. *Dd. in l. seruitutes. 14. h. t. & in l. foramen. 27. §. tit. 1.* Est & illa diuisio à Dd. tradita, alias esse seruitutes Nominatas, quæ scilicet nominatam & certam iuris speciem habent; alias verò Innominatas, quę singularem formā, certúmve nomen nō habent: *glo. in l. 1. verb. computanda. de seruit. rust. præd. Bald. Dd. in Rub. C. de vsufruct. Cæpoll. tract. seruit. cap. 19.* item, aliàs Diuiduas haberi, alias Indiuiduas. *l. 1. §. si vsusfructus. ad l. Fal. l. stipulationes. 72. vbi Dd. de verb. oblig. Cæpoll. de ser. ca 10. Duar. disp. lib. 1. cap. 59. vid. Ias. in l. 2. §. & harum. num. 2. de verb. oblig.*

5 ¶Constitui seruitutes Pactionibus inter viuos, & Vltimis voluntatibus, ab his qui ius constituendi habent, *l. quid per. 16. potest. 15. com. prædio. §. fin. Inst. eod. & de vsufruct. in prin. Cæp. tract. ser. cap. 19.* dubium non est. Constituitur etiam & acquiritur hodie (nam olim contrà fuit, *l. si alienam. 10. §. hoc iure. de vsucap. vide §. tit. de vsucap.*) seruitus Præscriptione longi tēporis, exemplo rerum immobilium: *l. fin. C. de præscrip. long. temp. l. 2. C. de seruit. Dd. in l. seruitutes. 14. h. t.* quando scilicet cum titulo possidetur: vt quia iure constituta sit à non domino: *Cyn. & Castr. in d. l. 2. per l. fin. C. de long. temp. præscri. Cæpoll. de seru. vrb. cap. 20.* quando verò sine titulo, scientia & patiētia domini opus est, *d. l. 2. C. de seruit.* quæ sit loco tituli, *l. si quis. 10. si ser. vind.* ad vsucapionem longi temporis complendam: nam ad præscriptionem longissimi temporis, seu 30. annorum complendam, neutro est opus. *Cæpoll. de ser. vrb. prædior. cap. 20. per doctrinam Castr. in d. l. 2. vide Franc. Balb. tract. præscrip. & l. Celsus. 27. de vsucap.* Et hæc in cōtinuis seruitutibus obtinent. Nam discontinuæ non præscribuntur, quia præscriptio cōtinuam possessionem, quæ hîc nulla habetur, exigit: tanto tamen tempore, cuius initij memoria non superest: *l. seruitutes. 14. vbi Dd. h. t. Cæpoll. de seru. vrb. cap. 19.* velut priuilegio quodam has etiam acquiri volunt. Sed & iure Sax. indistinctè omnes 31. annis acquiruntur. Et hæc quidem ita recepta sunt: & communibus calculis approbata, in foro quoq; frequentātur: *Guid. Pap. decis. 573.* quæ si quis ad veritatem iuris limare ac exigere velit, profectò reperiet, hanc distinctionē neque iure nec firma ratione vlla probari. Omnes enim seruitutes, natura sua continuam causam habere debent: *l. foramen. 27. de seruit. vrb. præd.* quæ quidem seruitutis natura seu potentia quandocunque libet vtendi, vel ipsis testibus Doctoribus, *Alex. consil. 16. in causa. num. 13. vol. 5.* magis consideratur, quàm cōtinuitas actus: sufficere enim debet Posse quem vti, & actum seruitutis Semper posse existere. *d. l. foramen.* Præterea cum lapides cædere in alieno fundo, sit actus discontinuus & seruitus discontinua: tamen eam consuetudine acquiri definitum est: *l. venditor. 13. §. si constat. com. præd.* atqui consuetudinem longo tempore etiam in seruitutibus *l. 1. C. de seruit.* induci, ab omnibus est traditum *B. art. num. 14. Ias. num. 43. 85. & alij*

A *in l. de quibus. 5. de legib. per l. 1. & 2. C. quæ sit long. consuet. l. sed ea. 34. de legibus.* Quòd si fateantur consuetudinem, quæ & ipsa actus habet discontinuos, nec cohærere personis, longo tempore, maximè in seruitute cædendorum lapidum discontinua, præscribi: cur idem in cæteris id genus seruitutibus prædialibus negatur? Nam quod aiunt, consuetudinem in tacito, Populi consensu fundari, eóque esse continuam; annon idem obtinet in seruitutibus, *d. l. venditor. §. si*

B *constat.* quarum vsus patientia & taciturnitate domini firmatur? *l. 2. C. de seruit.* Quid verò ad iurisdictionis præscriptionē dicent, quam constat & fatentur ipsi longo tempore compleri: *l. viros. C. de seruit. off. lib. 12. l. 2. C. de fund. l. mit. lib. 11. l. 1. C. de emancip. lib. c. cum contingat. de for. com. c. 1. §. irrefragabili. de off. ord. Dd. in l. 3. de iurisdict.* & tamē certum est, cohærere iurisdictionē territorio, *l. 3. vbi Bald. nu. 2. C. vbi & apud quem.* & absque hoc per se non præscribi? *Bal. in d. l. 3.*

C *numer. 13. per l. longè. de diuers. & temp. præscript. iunct. l. 1. & l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11.* vt illud effugium distinctionis inter seruitutes Personales & Reales, hîc sufficere nō possit: quanquam operæ precium est videre, quale illud tandem sit distinctionis genus. Aiunt, *Bar. in d. l. iusto. §. non mutat. de vsucapio. Cæpol. de ser. cap. 19. Cyn. in l. 2. quæst. 6. C. eod.* seruitutes personales, quamuis actus habeant discontinuos, tamen continuas esse, quia ab animo hominis

D continuo possidentur: id quod concedatur sanè: *l. 3. §. saluus. & §. in amittenda. l. si id quod. §. fin. l. clàm possidere. §. 1. de acquir. possess.* sed idem in realibus seruitutibus verū esse, quî negari potest? Cùm enim etiam in his actus præscribentis, & animus sit continuus, singularium actuum discontinuitas attendi non debet. *Alex. consil. 16. in causa. nu. 23. vol. 5. per d. l. foramen.* Nam si illa differentiæ ratio, quòd personales personæ debeātur, eóque possideātur animo: reales præ-

E dio, eóque animo, cuius prædium particeps non sit, possideri nequeant: si inquam ea valeret ratio, iam sequeretur, nullam seruitutem prædialem, ne quidem continuam, præscribi vnquam posse: quia prædium nec bonam fidem, vtpote quæ ab animo dependeat, habere potest: quam tamen in omni præscriptione, saltem lōgi temporis, qua seruitutes continuas acquiri volunt, *l. 2. C. eod.* requiri apertissimum est: *l. si fraude. 6. l. nec bona. 10. C. de long. temp. præscript. l. vnic. C. de*

F *vsucap. transform. l. 4. §. de illo. de vsucap. l. 2. §. si seruus. pro empto. l. 2. l. bonæ fidei. §. in contractibus. de acquir. rer. dom.* nec possidere etiam verè potest: non animo, quia nullum habet: non corpore, quoniam alterius fundum occupare nequit: cum corpus eius immobile ne loco quidē moueatur. Quid? quòd cùm ab altero, videlicet domino suo, prædium possideatur, certè illud prædium possidere aliquod ius non potest: *l. possessio. 49. de acquir. posses. & stipulatio. 38. §. hi qui.*

G *cum §. seqq. vbi glo. & Dd. de ver. oblig.* aut si possidere dicendum est, domino profectò possidet, *l. peregrè*

l. peregrè. 44. de acquir. possess. & is per id quod suum est, possessionem acquirit, & possidere intelligitur: *d. l. possessio. l. 1. §. item acquirimus. de acq. posses.* atque ita animo continuo eandem possessionem retinere: *l. 3. §. quòd si seruus. de acquir. posses. l. placet. 79. de acquir. hæred.* etiamsi nec corpore nec actu cōtinuo possideat: quemadmodum & ipsa prædiorum possessio animo continuo retinetur, licet dominus corpore absit, & interdum ipso facto possessionē non vsurpet. *l. licet. 4. C. de acquir. & retin. poss.* Quid? quòd in præscriptione seruitutis, non considerantur seruitutes per se, vt ius incorporale continuum vel discōtinuum, alioqui 30. demum annis omnis seruitus præscriberetur, velut reliqua iura incorporalia: *l. hæreditatis. C. de pet. hæred. l. 3. cum ll. seqq. C. de præscrip. 30. ann. §. si quis per 30. annos. si de feud. defunct.* sed vt pars seu accessio rei immobilis: quæ accessio velut ipsa res soli animo continuo possidetur, & proinde longo tempore vsucapitur. *l. 2. C. de seruit. in ver. exemplo rerum*

C *immobilium. l. vlt. C. de præscr. long. temp.* Illud verò permirum est, cur vnico Pauli responso, *l. seruitutes. 14. de seruit.* tantoperè nostri moueantur, vt in hac sententia tam pertinaciter persistant: cum in eodem responso paulò pòst, *d. l. seruitutes. in fin. prin.* in seruitutibus prædiorum vrbanorum, quæ tamen ipso etiam actu continuæ sint, idem obseruari, scilicet Vt non præscribantur, traditum inuenire liceat: & alibi expressè definitum sit, Seuitutes indistinctè longo tempore non capi. *l. 4. §. si viam. l. si aliena. §. 1. de vsucap.* nisi cum per vsum temporis immemorialis seruitus pro constituta, & à domino concessa (vt præscriptionis quæstione opus non sit) habetur. *l. 2. §. ductus aquæ. de aqua quotid. & æstiu.* Vt igitur rē in pauca pro instituto nostro conferam, sic statuo: ante Iustinianum non potuisse seruitutes vsucapi & præscribi, nedum discontinuas, *d. l. seruitutes. 14.* sed ne quidem continuas: *d. l. seruitutes. 14. vers. idem & in seruitutib. prædiorum vrbanorum obseruatur. l. si aliena. 10. §. hoc iure. de vsucap. l. seruus. 43. §. incorporales. de acq. rer. dom.* non modò reales, sed nec etiam personales, vt vsumfructum, & similes: *l. iusto. 44. §. non mutat. vbi omnino de hac materia vide Cuiac. item Reuard. ad l. Scribon. de vsucap.* idque propter legem Scriboniam, quæ eiusmodi vsucapionem certis ex causis inhibuit: *l. 4. §. vlt. de vsucapio.* primò fauore libertatis, & odio seruitutis. Vt enim contra libertatem personarum, seruitus nullo tempore præscribitur, *l. vltim. C. de long. temp. præscr. quæ pro liber.* sed bene contra seruitutem libertas: *l. 1. & 2. C. eod. t.* sic argumento à personis ad res ducto, *l. qui furere. de stat. homin. l. si quis inquilinos. 112. §. si ita legatum. de legat. 1. l. si quis filio. de iniust. rupt. testam.* visum fuit æquum, vt prædiorum libertas præscribi posset, seruitus non posset: *d. l. 4. §. final. vbi Cuiac. ad verb. libertatem de vsucap.* quanquam hac in parte subtilis fuisse videtur apud veteres distinctio: hæc videlicet: vt seruitutes rusti-

A cæ, velut discontinuæ, & quæ propterea non possidentur, *d. l. seruitutes. 14. in prin. de seruitut.* non vtendo amitterentur, *d. l. 4. §. si viam.* eóque illarum libertas præscribi non posset: nec enim eorū iurium libertas apud veteres vsucapiebatur, quæ non vtendo amittebantur. *Paul. lib. Sentent. 1. cap. 17. de seruitut.* In præscribenda enim libertate, facto opus est eius, qui seruit: vbi verò ius non vtendo perditur, nullo eiusmodi facto opus est, sed sola cessatio sufficit

B eius, cui seruitus debita est. *vide Cuiac. in l. 4. §. vlt. ad verb. libertatem. de vsucap.* Ex quo fiebat, cum non vtendo seruitutes discontinuæ perirent, puta vsusfructus, *vid. §. quib. mod. vsufructus amitta.* & seruitutes rusticorum prædiorū: vt in his præscriptio libertatis, velut superuacua non fuerit admissa: vsucapio enim suo genere odiosa est: quare cùm alia ratione prouideri posset, ne incerta manerent possessiones, puta cum per cessationem non vtentis seruitus amitteretur, vsucapio non videbatur admittenda. Vrbanæ verò seruitutes, vtpote perpetuo actu continuæ, sua natura non vtendo euanescere non poterant, cum in perpetuo vsu atque actu esse intelligantur: eóq; harum libertas, quandoquidem aliud remedium non superesset, facto eius, qui eam ex suo prædio deberet, præscribebatur. *l. 5. & 6. de seruitut. vrban. præd. l. si quis alia. 18. §. vlt. quemad. seruit. amitt. l. 4. §. vlt. de vsucapio.* Verbi gratia, si tignum se-

D mel alienis ædibus iure seruitutis iniunctum fuerit, (nec enim pactionibus, sed re ipsa constituitur seruitutis ius reale) continua est seruitus: eóq; quamuis tignum eximatur, tamen illa durat, durante scilicet foramine in pariete alieno (nam in suo habere foramen, nihil ad seruitutis ius proficit, *l. foramen. de seruit. vrban. præd.*) & non vtendo non extinguitur: ea de causa maximè, quòd semel acquisita, & continuò possessa sit, vt tempus cessationis, ius illud

E quæsitum auferre nequeat, cum tempus non sit modus tollendæ istiusmodi continuæ seruitutis, *l. 4. h. tit.* Quare hoc casu opus est præscriptione libertatis, ex aliquo facto eius qui seruitutem debet: puta si foramen in suo factum obstruat, aut dominum cui seruitur, deinceps ea seruitute vti vetet: ísq; in eiusmodi prohibitione facta per legitimum vsucapionis tempus acquiescat. *Ias. in l. quo minus de fluminib. l. 2. vbi Dd. C. de seruitut.* Ad quod olim sufficiebat bien-

F nium, quo res immobiles vsucapiebantur: *in prin. Instit. de vsucap.* hodie verò opus est decennio: quod à Iustiniano, in rebus soli, & quæ his cohærent iuribus, velut seruitutibus, est introductum. *l. pen. C. de seruit.* Iustinianus enim, longo demum tempore vsucapi res soli voluit: quarum exemplo & seruitutes velut iura his rebus inhærentia, semper eodémq; tempore præscribuntur. *l. 2. in verb. exemplo rerum immobilium. C. eod.* Altera ratio legis esse potuit, quòd serui-

G tutes non Per se, sed tantùm cum ipso prædio possideantur: *d. l. seruitutes. 14. d. l. 4. §. si viam. de*

quo Gouea. Lect. lib. 1. cap. 14. ex l. 1. de vsufruct. lega. A eóque per se nec possideri, neq; in bonis esse intelligũtur. *l. 1. de vsufr. lega.* cũ aũt sine possessione nõ procedat vsucapio, *l. sine. 25. de vsucap.* non videbatur esse consentaneum, vt per se seruitus vsucapi posset. Tertia, quòd iura incorporalia olim neque traditionem reciperent, nec vsucapionem: *l. seruus. 43. §. incorporales. de acqui. rer. dom.* vnde & actiones, quæ legibus certis non erant conclusæ, perpetuò dabantur, *in prin. Inst. de perp. & temp. actio. vbi dixi. l. si mulier. 21. §. 1.* B *quod me. caus.* donec sacris constitutionibus ad 30. annos sunt redactæ. *l. 3. cum seq. C. de præscrip. 30. ann. in prin. Insti. de perp. & temp. actio.* Cùm itaque seruitutes quoque iura sint incorporalia, *in prin. Institt. de reb. corpor. & incorp.* meritò iuxta horum naturam atque regulam, *d. l. seruus. §. incorporales.* vsucapioni & illæ eximebãtur. Quarta ratio maximè in seruitutibus rusticorũ prædiorum valebat: quòd scilicet vsus earum non esset continuus, *d. l. seruitutes. 14. h. t. l. cum vsusfructus. 13. de vsu & vsufr. lega.* vt continuò posideri quadam iuris subtilitate non viderentur: & proinde nec rectè vsucapi possent, cũ absque continua possessione, nulla vsucapio compleatur. *l. 2. l. nemo. 10. C. de præscript. long temp. c. illud. 8. de præscrip. l. 3. in verb. per continuationem possessionis. de vsucap.* Sed hanc solam rationem non satis fuisse idoneam, nec per se valere oportere, ex eo intelligi potest, quòd (vt antè dictũ est) non modò discontinuæ, sed etiã continuæ, ma- D ximè vrbanæ seruitutes lege Scribonia, deinde omnia & qualiacũque iura incorporalia, prohiberentur vsucapi. Quanquam autem hæc legis Scriboniæ prohibitio, ætate veterum I. C. hoc est, Seueri & Alexãdri Seueri temporibus, quibus præcipui I. C. de quorum responsis Pandectæ confectæ sunt, floruerunt, fuit vsurpata: *l. si aliena. 10. §. 1. in verb. hoc iure vtimur. de vsucap. d. l. seruitutes. 14. in verb. idémque obseruatur. h. t.* nihilominus tamẽ sciendum est, tempore immemoriali potuisse etiam tũc iura incorporalia, & in his seruitutes acquiri: *l. 3. §. ductus. 4. de aqu. quot. l. 3. de loc. & itin. pub.* non iure præscriptionis, sed iure constituti: *l. 2. §. ductus aquæ. de aq. quot. & æsti.* quòd ex vsu tanti temporis præsumatur, initiò seruitutẽ pactione, & domini fundi seruientis voluntate fuisse constitutam. Verustas enim vicem legis constitutæ conuentæque, quam quisque rei suæ dicere potest, *l. ob res. 20. de pact. dot.* obtinet: *l. 1. §. final. de aq. pluu. arcen.* & cum ignoretur principium eius vsus, qui tam longissimo tempore durauerit, *l. si arbiter. de probat. d. l. 3. de loc. & itiner. pub.* meritò præsumitur is bono principio atque titulo, hoc est, concessu & voluntate domini, constituta pactionibus seruitute, inductus esse: cui præsumptioni iure statur, cum probari contrarium in re immemoriali non possit. Deinde & illud tenendum est, quibus in rebùs iure veteri non curre- G bat vsucapio, vt stipendiariis, tributariis, &c. in iis possessoris nihilominus possessionem longo tempore continuatam, solere præscriptionibus siue exceptionibus, *l. 45. in prin. in verb. præscriptio longæ possessionis. item, occupanti datam exceptionem. de vsucap. l. emptor. 9. C. de long. temp. præscr. vide quæ dixi Inst. de vsucap.* ac etiam vtilibus actionibus datis defendi, *l. 3. & tot. tit. de diuers. temp. præscrip. l. 2. C. de præsc. long. temp.* atque ita longo tempore seruitutes vtiiiter quæri: *l. 2. 3. C. eod. l. si quis 10. si ser. vend.* ex quo factum est, vt etiam apud veteres possessio, vel potius vsus & consuetudo, *l. seruitutes. 19. in ver. habendi consuetudine. de ser. vrb. præ. l. 1. in verb. longi temporis consuetudinem. C. de seruit.* vel quasi possessio, *l. si quis. 10. in prin. si seruit. vend.* seruitutis, longo tempore, hoc est, decem annis inter præsentes, 20. inter absentes, *Paul. lib. 5. sent. tit. 2. l. 2. C. de seruit. Cuiac. ad l. 4. §. vlt. de vsuca.* vsurpata, quamuis non vsucaperetur, tamen propter diuturnam possessionem defenderetur: *d. l. seruitutes. 19. d. l. si quis. 10 l. 1. §. vlt. de aqu. plu. arcen. d. l. ven-* C *ditor. §. si constat.* ita vt vicem seruitutis effectu, ea possessionis vel quasi consuetudo obtineret: *l. 1. C. de seruit.* adeò vt & Vtiles actiones hoc nomine, & Publiciana. *l. cum sponsus. 14. §. in vectigalib. de publ. in rem action.* possidenti darentur: *d. l. si quis. 10.* dum tamen non Vi, nec clàm, neque Precariò ab alio vsus esset. *d. l. si quis. 19.* (quibus tribus modis mala fide possidetur, *l. Pomp. 13. §. 1. de ac. poss.*) & continuata esset per longum tempus possessio. Quod adeò verùm erat, vt licet vectigalia prædia & tributaria non vsucapiantur, quòd pleno Quiritum iure non possiderentur, præscriptione tamen ista defendatur eorum possessio. *l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. de damn. infect. l. cum sponsus. 13. §. in vectigalibus. de public. in rem action. Cuiac. in d. l. 4. §. vlt. dixi Inst. de vsucap.* Ac quamuis aliàs præscriptio longæ possessionis, ad obtinenda loca publica (quia hæc non modò vsucapi, sed non possideri quidem priuatim possunt) concedi non E soleat: *l. 45. in prin. de vsucap.* tamẽ in his aliquod ius (quod in dominio priuato possessionéque esse potest) occupanti, detur Exceptio ista, Quãdiu scilicet occupatum id tenet. *d. l. 45. in verb. occupanti datam exceptionem.* vt si quis in littore habeat quid ædificatum, aut pluribus annis in diuerticulo fluminis publici, quod priuato acquiri potest, *l. 1. & tot. t. de fluminib.* sit piscatus: vtitur enim exceptione Quandiu occupat: sed ædificio diruto, aut postquam piscari desiit, al- F terum eodem iure vti prohibere nequit: *d. l. vlt.* non enim ex sola facultate & vsu piscationis, inducitur possessio alios excludens, cum res sit meræ facultatis, vt vno desinente piscari (qui in sua occupatione, quandiu piscatio scilicet durat, non est impediendus: cum hîc locum habeat regula, Qui prior est tempore, potior sit iure, *l. 2. C. qui pot. in pign.*) alter quo minus ibidem piscetur, prohiberi non possit: nisi prohibendi ius, & possessionem pluribus annis, hoc G est, longo tempore prior possessor & piscator continuarit. Atque ita Martiani responsum, *l. si*

quisquam.

quisquam. 7. de diuers. temp. præsc. accipiendum A videtur: quod etsi non faciat mentionem eiusmodi factæ prohibitionis, tamen eam præsupponi non est perabsurdum: cùm quia prohibendi ius concedit, quod in actu meræ facultatis, & in loco publico admitti nequit, nisi eiusmodi prohibitionis ius per longum tempus sit continuatum, ac (vt ita dicam) iustificatum: tùm etiam, quia positum est illud responsum in tit. de diuers. & tempor. præscript. vbi de præscriptione quæ datur Ex possessione vel Quasi longi temporis, quæ absq; eiusmodi prohibitione non acquiritur, *Ias. in l. quo minus. de flumini. Bal.* B *& Dd. in l. 2. C. de seruit.* agi certum est: *l. 3. & t. t. de diuers. temp. præsc.* vt iuxta Rubricam, & subiectam materiam accipi id responsum, seu (vt nostri loquuntur) intelligi Nigrum iuxta Rubrũ, non sit à recta interpretandi ratione alienum: quanquam fortasse negatiua lectio verior est: ALTERVM EODEM IVRE VTI NON PROHIBET: *ita legit. Gribal. Mopha.* quæ quidem omnem difficultatem tollit: si tamen affir- C matiuè legas, eo quo diximus modo, cum Papiniani responso. *l. præscriptio. 45. de vsuc. vide quæ dixi in §. flumina. Institt. de rer. diuision.* conciliari rectè potest: scilicet vt quamuis inhibeatur publicorum locorum vsucapio, eóque nec longæ possessionis præscriptio ad obtinenda loca iuris gentium publica concedi soleat: *d. l. præscriptio.* qui tamen pluribus annis possederis certum aliquod fluminis diuerticulum, pro- D hibere queat, quandiu piscatur, & occupatum diuerticulum tenet: *d. l. si quisquam. d. l. præscriptio. 45. in verb. occupanti datam exceptionem.* non verò prohibere postquam occupare desiit, & retia reduxit, exercitiúmque piscationis intermisit: nisi & in huius iuris Quasi possessione per prohibitionem longo tempore factam, *vide Bald. & Dd. in l. 2. C. de seruit. Ias. in l. quo minus. de fluminib.* sit constitutus. Sed vt ad seruitutum possessionem reuertamur, de hac agi quo- E que videtur in responso Antonini, *l. 2. C. de seruit.* (nisi tamen à Iustiniano interpolatum est) cum in eo rescribitur, Tempore quæri seruitutem, ex emplo rerum immobilium: scilicet earum, in quibus idem olim quod in seruiturtibus obtinebat: cuiusmodi erant olim omnes fundi prouinciales, qui Italico iure non censerentur: in his enim non obtinebant iura vsucapionum: *in prin. Institt. de vsucap.* eóque fiebat, vt F longa harum rerum possessio, exceptionibus & vtilibus actionibus defenderetur: *d. l. 3. de diuers. temp. præscriptio. l. 2. C. de long. temp. præscr.* cuius rei exemplo quæri seruitutum quoque Ius possessorium longa possessione, videtur innuere Antoninus. Non enim de iure proprietatis & dominij ea Constitutio accipi potest, siue de possessionibus Italici soli, siue de Prouincialibus interpretari velis; cum constet, ante Iustinianum in vsucapienda rerum immobilium proprietate, non longo tempore, de G quo ibi agitur, sed tantùm biennio opus fuisse in agris Italicis: *in prin. Institt. de vsucap.* in reliquis verò, nullo tempore. *Vlpian. tit. 1. vide quæ dixi Institt. de vsucap. in prin.* dominium vsucapiendo, sed tuitione Prætoris, *l. 1. quibus. mod. vsufr.* tantùm Quasi dominium ope Exceptionis quæri potuisse. *in prin. Institt. de vsucap. Theoph. §. per traditionem. Institt. de rer. diuis.* Nec verò obstat declarationi iam factæ, quòd alibi vsu 30. dierum, seruitutis possessio etiam in discontinuis quæri videatur. *l. 1. & tot. tit. de itin.* B *actúque priu.* Nam in eo interdicto non agitur de iure possessionis, ad quod acquirendum longo tempore opus est, *l. 2. C. de præscr. long. temp. l. 2. C. de seruit.* vt ibidem Vlpianus ostendit: *l. apparet. 5. vers. pen. de itin. actúque priuat.* sed de simplici vsu itineris & viæ rusticæ, quam ob commoditatem transuehendarum frugum atque fructuum non impediri ei qui 30. diebus vsus esset, visum fuit vtilius, donec scilicet de iure possessionis plenius foret cognitum. nam de pro- C prietate (id quod falsò à nostris traditur) quæri illo iure, hac in specie non potuit: cum seruitutes, præsertim discontinuæ, puta Iter, Via, &c. etiam iuxta Dd. sententiam, nullo tempore (prout iam dictum est) olim præscriberentur. Itaque quia illud ius propter commoditatem viarum, singulari ratione fuit inductum: ideo nec ad aquæ ductus pertinet; *l. 1. §. quod autem. de aq. quot. gl. in l. 1. in princ. verb. rusticis. de itin. actúque priuat.* neque ad seruitutes vrbanas: *d. l. 1.* D *§. 1. de itin. actúque priuat.* & consequenter nec ad iura possessionum est extendendum. *d. l. apparet. 5. § pen.* Hæc igitur ita iure veteri obtinuerunt: nec putandum est parum inter vsucapionem & hanc longi temporis præscriptionem interfuisse. Illa enim iuris est, hæc facti. *Cuiac. in l. 2. §. vlt. pro emp.* Illa ex lege 12. hæc contra subtilitatẽ iuris ex æquitate iurisdictionis Prætoriæ: *l. 1. quib. mod. vsufruct.* idéoque illa dominium adiicit, *l. 3. de vsucap. l. traditionib. C. de pact.* quod lex dare potest: *dixi. §. 2. Institt. de bono. poss.* E hæc non dominium, sed exceptionem suppeditat: *tot. tit. C. de long. temp. præscr. & D. de diuers. temp. præscr. Cont. lib. disput. 1. cap. 12.* quia Prætor dominos non facit, *§. 2. Institt. de bon. poss.* nec dominia adiicit, *l. qui vsumfructum. si vsufruct. peta.* sed possessiones solùm tuetur. *d. §. 2. Institt. de bon. poss. & passim D. eod.* Illam nec mala fides, *l. bonæ fidei. 48. de acqu. rer. do. vide. J. de vsucapion.* & ideo neque litis contestatio interpellat: F *l. si post. de rei vend. l. 2. pro donat. l. Iulianus. §. quantum. ad exhibend.* hanc & mala fides, *l. pen. C. de præscr. long. temp. l. pen. C. de præscr. 30. annor.* & litis contestatio. *Cuiac. in d. l. 2.* interrumpit. Vsucapio tantùm secuta condemnatione rumpitur, & ideo lite omissa procedit. *d. l. si post. l. sicut. §. sed si quæratur. si ser. vend. Theoph. Institt. de diuisio stipulat.* Præscriptio longi temporis semel per litem interrupta, etiam hac omissa non procedit. *Cuiac. in d. l. 2.* Sed Iustinianus vt omnes istas controuersias & subtilitatum nodos, Gordio nodo longè intri-

catiores, vno gladio atq; actu discinderet & auferret è medio: totum hoc ius vsucapionũ mutauit, siue(vt ipse loquitur) transformauit: constituítque, vt & res soli Prouincialis, decem vel viginti annis, ad instar rerum Italici soli: *tot. tit. C. de vsucapion. transforman.* & eádem ratione seruitutes indifferenter omnes longo tempore, hoc est, decem annis inter præsentes, 20. inter absentes vsucaperentur, peræquè atque res ipsæ immobiles: *l. vlt. C. de long. temp. præscript.* eodemq; tempore voluit, non vtendo omnes indifferenter amitti. *l. pen. C. de seruit. l. corruptionem. 16. C. de vsufruct.* Nam valde falluntur, qui Iustinianeam constitutionem, *d. l. vlt.* tantùm de seruitutibus personalibus & realibus, quæ continuæ sint, intelligunt, cum expressè in ea mentio fiat vsusfructus: quæ seruitus causam habet discontinuam, & quamuis personalis sit, tamen nõ aliter animo possidetur, quàm quælibet seruitus realis, vel iurisdictio, consuetudo, ius venandi, & similia iura territoriis cohærentia: quæ tamen præscribuntur longo tempore, vt antè est expositum. Iam verò non habet rationem vllam, cùm Iustinianus omnia iura incorporalia, *l. omnes. 4. & tot. tit. C. de præscript. 30. annor.* etiam fiscalia, *d. l. omnes. 4.* certis temporum metis, nempe 30. & 40. annis indistinctè, siue continui essent actus, siue discontinui, *vide l. cum notissimi. 7. d. l. omnes. C. de præscr. 30. an. l. plures. 18. C. de fid. instrument. l. fin. C. de fund. patrim.* incluserit: dicere solas seruitutes discontinuas exemptas à regula esse, nec vllo præscriptionis tempore, nisi immemoriali (quod genus præscriptio non est, sed potius priuilegium, & præsumpta concessio, *d. c. super. §. præterea. de verb. sign. l. 3. §. ductus aquæ, de aq. quot. & æsti.*) acquiri: maximè cùm nulla dari possit differentiæ ratio, quare propter dominiorum ac possessionũ incertitudinem non peræquè in his atque aliis iuribus, vsucapionum iura debeant obtinere. Concludo igitur, totum hoc ius & discrimen præscribendarum seruitutum vetus (vt & alia vsucapionum iura, *tot. tit. C. de vsucap. transform.*) à Iustiniano transformatum, correctúmque ad eum quem dixi modum esse: reliquias tamen illius veteris iuris atque discriminis, in Pãdectas fuisse relatas: seu quòd ea iuris mutatio, compositis iam Digestis, hac parte saltem primatenus, *d. l. vnic. C. de vsucap. transfor. quæ data est post consulatum Lampadij, quo tempore Digesta iam componebantur, & tantùm non erant absoluta.* facta sit: seu errore aliquo atq; incuria, vt alia multa: seu, quòd absque huius aliqua cognitione, reliqua iura seruitutũ & vsucapionũ, de libris I. C. conquisita & collecta, satis commodè intelligi non posse viderentur. Et hęc quidẽ de constitutione præscriptionéque seruitutis, quasi de causa Effectrice, dicta sufficiant: nunc ad reliquas seruitutum causas progrediamur.

6 ¶Materia, siue subiectum in quo existunt seruitutes, sunt Prædia: & ea quidem (vt diximus) Aliena: quorum vel in Solo consistunt, vt seruitutes rusticorum prædiorum: vel in Superficie, id est, in eo quod solo sustinetur, puta ædibus, &c. vt pleraque sunt vrbanorũ prædiorum, *l. 3. h. t.* item aut in Toto fundo, aut Qualibet eius partẽ. *l. ad certam. 6. h. tit. Cæpoll. de ser. vrb. cap. 16. gl. & Dd. in l. pro parte. 11. hoc t.*

7 ¶Quod ad Formam constituendæ seruitutis attinet, sciendum est differre Promissionẽ seruitutis à Constitutione. Promissio personam tantùm obligat. Constituitur verò seruitus non aliter quàm patientia domini, qui fundum seruientem possidet, & vsu eius cui seruitus est cõstituta: *l. fi. h. t.* puta si stipulatorem in suum prædium seruitutis promissor inducat, & patiatur eum seruitute vti. *l. 1. in fin. ff. de seruit. rust. præd l. penul. h. t.* Patientia enim pro traditione habetur in rebus incorporalibus, *l. 3. §. dare. ff. de vsufr.* quę aliam veram traditionem non recipiunt. *l. seruus. 43. §. incorporales. ff. de acquir. rer. dom.*

8 ¶Hinc existimari potest, quamobrem Papinianus *l. 4. h. t.* dixerit, Seruitutes, ipso iure neque ex tempore, neque ad tempus, neque sub cõditione, neque ad certã conditionem, verbi gratia, Quandiu volam, posse cõstitui. Loquitur enim disertè de constitutione seruitutis, non verò de promissione: quæ cur diem aut conditionem non possit recipere, nihil video. *l. existimo. 98. de verb. obl. vide Conna. lib. 4. Comment. cap. 8. Gouean. Lect. lib. 1. cap. 9.* Nec enim ius In re, sed Ad rem tãtùm inducit, & obligationem merè Personalem, quæ est illius naturæ, vt conditionem & diem recipiat. *Cæp. de ser. vrb. cap. 22. per l. 4. §. 1. hoc tit. l. si quis 29. de ser. vrb. præd.* Vbi verò quis cõstituit seruitutem, factum ipsum patientiæ præsentaneum vt sit, opus est, quò prædio seruitus imponatur: quæ ita imposita, non potest amplius ipso iure pactionibus hominũ alterari, neque diem aut conditionẽ recipit. Habet enim natura sua causam continuam & perpetuam. Deinde hæc iura nihil aliud sunt quàm prædiorum qualitates, *l. quid aliud. de verb. sign.* seu conditiones. *l. via. 23. §. si fundus seruiens. de ser. rust. prædio.* Quanquam autem personis seruitus, vt vsusfructus, ad diem vel ex die deberi possit: *l. 4. ff. de vsufruct.* tamen rebus & prædiis qualitas sub conditione vel ex die non imponitur: quia non afficitur nisi ex vsu & conditione ac possessione præsenti: quæ vbi semel competere cœpit, postea ipso iure per pactum diei vel temporis, quod extra rem est, tolli nequit. Sed tamen quòd æquum est conditiones seruari, *l. 1. ff. de pactis.* idcirco si hæ adiiciantur per pacti vel doli exceptionem, ex æquitate iuris Prætorij, aduersus iuris ciuilis subtilitatem occurretur, contra placitum seruitutem vendicanti. Modum quoque adiici posse seruitutibus constat: veluti quo genere vehiculi agatur, vel vt equo duntaxat: vel vt certum pondus vehatur: aut statis anni temporibus, certísue diebus vtatur. *l. 4. §. fin. cum l. seq. hoc tit.* Nec enim modus facit, quo minus seruitus sit simplex, continua & perpetua: sed vsum tantùm seruitutis

definit, ac certis legib. moderatur: quod minimè contra naturam est seruitutis.

9 ¶Ad finem, Effectum, Vim & Naturam seruitutum pernoscẽdam, vtile fuerit has regulas tenere. I. Seruitutum non ea natura est, vt faciat aliquid quis: velut vt viridaria tollat, aut amœniorem prospectũ præstet, aut vt in suo pingat, vel (vt alij legunt) pangat: *l. quoties. 15. §. fin. h. tit.* hoc enim fieri ab altero, nostri prædij nihil interest: sed vt patiatur, aut nõ faciat aliquid, idque principaliter. Nam in consequentiam aliquãdo quid facere cogitur: vel natura seruitutis, vel pacto contrahentium id postulante: *l. etsi fortè. 6. §. etiam. 2. l. sicuti. 8. §. distant. 2. ff. si seruit. vindicetur.* cum id prædio vtile esse potest. Seruitutes enim aut prædiorum sunt, aut hominum: *d. l. quoties. 15. h. tit.* hoc est, pertinent ad vsum aut hominis, aut prædij. Quæ homini seruiunt, Personales: *l. plenum. de vsu & hab.* quæ rei, Reales iudicantur: *l. 2. 3. 4. cum seq. de seruit. rustic. præd.* nec vltrà constitui possunt quàm prædio opus sit: *l. ergo. 5. in fin. de seru. rust. præd. Cuiac. lib. 3. cap. 28.* quæ neutri seruiunt, seruitutes non sunt, quia non seruiunt, & vsum commoditatémque alteri præstant: *d. l. quoties. 15. h. tit. Gouean. Lect. lib. 1. ca. 15.* verbi gratia, ne eas per fundum tuum, néue ibi consistas. *d. l. quoties. 15. h. tit. & dixi ff. in definit.* II. Seruitutes natura sua perpetuæ sunt, & continuam habent causam, *l. foramen. 28. ff. de seruit. vrban. prædior.* quamuis continuam possessionem non semper habeant. *l. 14. in princ. hoc tit.* III. Hoc quoque seruitutis proprium est, quòd diuisionem non recipiat. Vnde pro parte neque legari, nec adimi via potest, nec pro parte dominij acquiritur. *l. pro parte 11. hoc tit.* Vt si fundum cum aliquo communem habeam, non possum illi solus quærere vel imponere seruitutem. Nam neque mihi soli pro parte, nec toti fundo quicquam adipiscor: quia socio quærerem contra regulam qua traditur, Neminem alterius fundo seruitutem acquirere posse: *d. l. pro parte. l. si vnus ex sociis. 19. infr. de seruit. rustic. prædior.* neque imponendi seruitutem communi fundo, ius est inuito socio, quia conditionem eius facerem deteriorem: *l. 2. h. tit. l. per fundum. 11. l. vnus. 34. ff. de seru. rust. prædior.* id quod non licet: *l. non debet. 75. de reg. iur. §. religiosum. Instit. de rer. diuis.* &, In re communi melior est conditio prohibentis. *l. an vnus. 11. si ser. vindic. l. si quis. 6. comm. diuid.* IIII. Seruitus in toto fundo tota est, *l. si cui. 9. h. tit.* & tota in qualibet eius parte. *l. ad certam. 6. hoc tit.* Hinc quod dicitur, Pro parte seruitutem retineri, *l. vt pomum. 8. §. fin. h. tit.* non eam habet significationem, quasi pars seruitutis, quæ est indiuisibilis, retineri possit: sed quòd in parte fundi tota seruitus retineatur. V. Natura seruitutum est, vt per se possideri non possint: sed intelligatur possessionem earum habere is, qui prædium possidet. *l. si ædes meæ. 32. §. fin. ff. tit. 1.* Et hæc quidem in genere de seruitutib. dicta sufficiant. Nam quæ ad species earum pertinent, hæc sequentib. tit. explicabuntur.

DE SERVITVTIBVS VRBANORUM PRÆDIORUM.

Tit. II.

1 *Prædia vnde dicta, & de vrbanis ac rusticis.*
2 *De seruitutibus vrbanis ac rusticis.*
3 *De seruitute altius tollendi, vel non tollendi.*
4 *De seruitutibus luminum.*
5 *De seruitute ne prospectui officiatur.*
6 *Stillicidij vel fluminis seruitus.*
7 *Tigna immittendi.*
8 *Proiectum habendi.*
9 *Oneris ferendi.*
10 *Cloacæ.*
11 *Foraminis.*
12 *Positum non habendi.*

1 PRAEDIA † dicta sunt à præstando, authore Varrone: quòd his pignori datis, publicè mancipes fidem præstent: eóque nomine venit rerum immobilium & Solum & Superficies: puta fundus, & quicquid in superficie fundi est ædificatum: domus, villa rustica, horreum, &c. Itaque prædiorũ significatio, latiùs patet quàm fundorum. *Ias. in l. si pro fundo. 33. C. de transact. l. quæst. l. fundi. l. locus. de verb. sign.*

2 ¶Prædia porrò alia Vrbana sunt, alia Rustica. Vrbana nominantur, quæ ad habitandum præcipuè sunt ædificata, non solùm in oppidis, sed etiam in villis & vicis. *§. 1. Instit. de seruit.* Vnde & stabula meritoria, recipiendis mercede tàm equis quàm hospitibus idonea: *l. vrbana. 198. de verb. signific. l. eod. iure. 4. §. stabula. in quibus caus. pign.* & prætoria, *l. 2. ff. tit. 1.* quæ ad habitationem voluptatémque domini villæ, quẽ Prætorẽ vocabant, tanquam supremum præitorẽ principémque suæ ruri familiæ, cõstructa, hoc nomine censentur. Quia, vt inquit Paulus, *l. vrbana prædia. 198. de verb. signific. l. 1. ff. com. præ.* prædiũ vrbanũ non locus facit, sed materia: hoc est, subiectum, cõmoditas & vsus rei: vt id vrbanum sit, quocunque tandem loco situm, in quo habitandi est opportunitas: rusticũ verò, quod fructuum gratia quocunque loco construitur: *l. si prædium. 16. C. de præd. mino.* sicuti in consimili exemplo, vrbana familia & rustica, nõ loco, sed genere distinguũtur. *l. vrbana familia. 166. de verb. signif.* Et hæc quidem obtinent quo ad præsentem seruitutũ materiam: nã aliàs prætoria & cõsimilia ædificia in villis constructa, cũ sint pars & accessio fundi: *l. fundi. 8. quib. mod. vsufr. l. hæres in fundo. 12. de vsufr. legat.* iure principalis censeri solẽt: *l. hi qui accessionis. 34. de fideiuss. l. cũ principalis. 178. de reg. iur.* eóque propriè ædificata in vrbibus vrbana sunt, & Aedes appellãtur: ruri verò cõstructa Villæ & Rustica prædia vocari solẽt. *l. fundi. 211. de verbor. signific.* Quia verò seruitutes hæ in prædiis tãtũ-

modò cõstituũtur(nec enim aut personæ aut rei A mobili imponi possunt,*l.1.com. præ.l. vt pomum. 8.§.de seruit.*) eò factum est, vt quemadmodum ipsa prædia,sic & seruitutes iis inhærẽtes,ita distinguãtur:vt aliæ sint Vrbanorum prædiorum: quæ debentur prædio tanquam vrbano, respiciúntque commoditatẽ ædificij siue habitationis, etsi prædium ipsum rusticum sit: aliæ verò Rusticorum,quæ ad prędium tantùm rusticum, hoc est,ad vtilitatem percipiẽdorum fructuum & agri pertinent.Fit tamen interdum, vt sicut B vocabula prædiorum,sic & seruitutum confundantur.Nam vt ædificia habitationum quæ ruri sunt,rustica nonnunquam à situ,& quia pars ruris sunt,perhibentur: ita seruitutes etiam vrbanæ,quæ his prædiis inhærent, à subiecta quandoque materia rusticorum dicuntur prædiorũ, *d.l fundi.211 de verb signif.l.2.ʃ.de seru.rust.præd. vi de Gouea.hæc aliter interpretantem Lec. lib.1.ca.16.*

3 ¶Vrbanorum autem prædiorum iura, vt vult I.C.*l.2.h.t.* talia sunt: in primis Altius tollendi. C *§.æquè.Inst.de act.* Quanquam enim naturaliter in solo cuique suo ius imponẽdi est in infinitũ, *l.cuius.24.h.t.* & ædificandi vel ad cœlum vsque, vt aiunt,etiã si inde vicini ædes obscurentur:*d.l. cuius.24.l.cum eo.h.t.D d.l.altius.C.eod.*tamen quia legatis,pacto,*l.egi.26.de except.rei iudic.* cõsuetudine,*l.1.2.cum ibi not.C.eod.*statuto,cõstituto alia forma induci potest: ideo est etiã huius cõstitutionis vsus. Cui nãque vicinus permittit præter vsitatum ædificandi morem, priorémque ædiũ D formã altius tollere:*vt in d.l.egi.*is ius Altius tollendi,hoc est,ædificãdi, habere dicitur. *l.1.h.t.§. æquè.2.Inst.de act.vbi dixi.* Altius Non extollendi seruitus est, cùm vicino nostro cõtra naturalem libertatem imponimus necessitatẽ,ne ædes suas vltra præscriptã aliquã,certámque & nobis vtilem altitudinem extollat: qui tamen Viridaria,quæ nomine ædificij minimè veniunt,super eam altitudinẽ habere poterit.*l.ædificia.12.h.t.*

4 ¶Quod ad Lumẽ attinet, seruitus aut Immittendorum luminũ,aut Ne officiatur luminibus, constituitur. Luminum seruitute constituta,id acquisitũ videtur, vt vicinus lumina nostra,hoc est,fenestras quib.lumen cœli hauritur, (lumen enim id est, vt cœlum videatur, *l.lumen.16.h.t.*) excipiat. *l.luminum.4.h.t.* Quanquã enim vnusquisq; lumina in suo facere potest:tamẽ immittere in vicini parietem, aut communem non licet:*l.eos. 40.h.t.*nec etiam prohibere vicinum, F quo minus aduersus illa ædificet, atque ita obstruat, nisi quæsita eiusmodi seruitute. Cum autẽ seruitus imponitur, Ne luminibus officiatur,hoc adepti maximè videmur, ne ius sit vicino altius ædificare,& luminibus nostris officere. Differt tamen hæc à iure Altius non tollendi in quo nihil aliud inest quàm ne vicinus altius ædificet.Itaque si non ædificando,sed alio modo, put a viridariis umina obstruat, contra seruitutem facere non videbitur.*d.l.ædificia. 12.* At hac seruitute cõstituta,non modò ædificando lumi- G nibus officere vicinus qui seruitutem debet,nõ poterit,sed ne vllum quidem aliud omnino impedimentum inferre: *l. inter seruitutes. 15.* adeò vt vel arborem ponere quę luminibus obsit,vel vmbram ei loco cui sol est necessarius, facere prohibeatur. *l si arborem. 17.* Illud quoque hac seruitute continetur,non modò vti ne luminib. quæ Nunc sunt, obstruatur, sed etiam ne Futuris:nisi disertè ita cautũ de præsentibus fuerit, Lumina quæ nunc sunt,vt ita sint.*l.si seruitus. 23.*

¶Huic affinis est seruitus Ne prospectui offi- 5 B ciatur: *l.3.hoc tit.*in qua id amplius est, ne quid obiiciatur ad minuendum prospectum gratiorem, & quaqua versus liberum: cùm superiore tantùm illud contineatur, ne quid ad impediẽdum cœli aspectum fiat. Itaque prospectus etiã ex inferioribus locis est, lumen ex inferiore loco esse non potest.*d.l.lumen,16.*

¶Est & Stillicidij vel Fluminis,in tectũ areám 6 ve vicini Auertendi vel Non auertendi:(vt quia mihi vtile sit,aquam pluuiã ex tuo tecto in meũ hortum cadere) seruitus. *d.l.2.h.t.§.præd.vrban. Inst.de seruit.* Stillicidium autem,est casus stillæ: quod diminutiuum,authore Festo,est à stiria,id est,gutta frigore concreta. Stillicidiũ igitur est, quod stillatim ab alto casitat:Flumen verò,omnis aqua quæ continuè fluit: vt cùm pluuia perpetuo rigore,cõtinuóque ductu per canales decurrit:*Varro lib.de ling.Lat.*pro qua pluuia aqua hîc flumẽ accipitur. Nam aquæ vel fluminis per agrum ductus,rustica,nõ vrbana seruitus est, vt infrà dicemus. Ergo qui ius auertendi in vicini aream aut tectum stillicidij acquisuit,siue vt in eo cadat, siue vt per illud tubis ducatur (neque enim id sine seruitute licet, *l.fin.§.fin.quod vi aut clàm.*) is altius tollere stillicidiũ poterit: leuior enim fit eo pacto seruitus.Nam quod ex alto cadit,leuius cadit, & interdũ nec directè peruenit ad locũ seruientem. Inferius demittere non potest,quia fit grauior seruitus: futurum est enim pro stillicidio flumen. Ea de causa retrò quoque duci potest stillicidiũ,quia in nostro magis incipiet cadere. Produci non potest,ne alio loco cadat stillicidiũ, quàm in quo imposita est seruitus. Et omnino sciendum est, meliorem vicini conditionem fieri posse, deteriorem non posse.*l.seruitutes quæ. 20.§.pen. h.tit.* Ex quo liquet discrimen inter seruitutem Stillicidij & Fluminis,atque hanc illa grauiorem esse.

¶Seruitus Tigna (quæ à tegendo dicta sunt, 7 *l.1.de tig.iniuncto.*) immittendi in parietem vicini, cuiusmodi sit,per se patet. Nemini enim licet in alienum parietem, sine eius consensu immittere. *l.hoc quod dictum. 25. h.tit.* Nam lex xii. Tabularum, in eum qui conuictus est furtim tignum alienis ædibus iniunxisse, in duplũ dat actionem.*tot.tit.de tig.iniunct.* Tigni autem appellatione continetur omnis materia, ex qua ædificium constat: quanquam propriè pro trabibus quibus domus tegitur, accipiatur. *l. tigni. 62.de verb.signif.l.tigni.7.ad exhib.*

¶Hoc autem quod dictum est de immissis ti- 8 gnis, locum habet vbi ex ædificio alio in aliud

tigna-

tigna trabésq; mittuntur,vt requiescant. *d.d.hoc* A 9 *quod dictũ.*Nam † si stipuler,vt liceat mihi supra aream tuam habere Proiectum,id est,longè extensum protectúmue aliquid,vtMeniana & Podia pensilia, partes videlicet domus prominentes,vnde aspectus est in vicos, (quas vernacula lingua arcas,vel potius arceras vocamus:) hæc non seruitus Immittendi, sed Proiiciẽdi est.*l.2. hoc tit.* Proiectũ enim id dicitur, quòd ita protẽditur,vt nusquam quiescat:*l.malum. 241.§.inter.1.de verb. signif.* quemadmodum Protegendi B seruitus est, licere, tectum suum supra alterius aream extendere ad protegẽdas ab iniuria pluuiæ ædes.Protegere enim est, tectum huius rei gratia proiicere: & eiusmodi protecta, id est, partes tecti prominẽtes,quib.stillicidia à parietibus arcentur,Suggrundæ & suggrũdia vocantur. *l.5.§.prætor ait. vbi Budæus,de his qui deiec.vel effu.l.pen.C.de ædif. priuatis.t.t.de dam.inf.& suggrun.& protectis. Alcia.in d.l.malum.§.inter, &c.*

10 ¶Huic vicina est seruitus Oneris ferendi, vt C paries aut columna aliena onus nostrarũ ędium ferat.*l.eum debere.33. h. t.* Ius etiam Immittendæ cloacæ,seruitus est.*l.ius cloacæ.7.§.t.1.*

11 ¶Est autem Cloaca,authore Festo, à colluendo dicta,quòd in eam colluuies immũdiciarum & sordium recipiatur,ac per eam defluat. *l.1.§. 1.de cloa.*Hoc cùm ad commodum habitationis fiat,nihil dubito, quin hæc seruitus sit vrbani prædij:quamuis alij rusticam esse volunt, propterea quòd Neratius,*l. 2.ʃ. tit.1.* dicat,seruitu- D tes rusticorum prædiorum etiam esse has,licere Altius tollere, & Officere prætorio vicini, & Cloacam vel Protectũ habere. Sed ex ipsis speciebus, quas I.C. ibi refert, euidenter apparet, ipsum loqui de seruitutibus vrbanorũ prædiorum, quibus ius cloacæ annumerat: nec aliud voluisse dicere,quàm has etiam esse rusticorum prædiorum,id est,rusticis prędiis imponi posse: vt non modò Neratius nihil contra nos faciat, sed etiam opinionem hanc adiuuare videatur.

12 ¶Huic etsi consimile esse videtur Foramen proluendi,hoc est, aqua adhibita abluẽdi pauimenti causa in pariete conclauis, tamen aliud longè est.Nã cùm Cloaca, quæ cõstituitur proiicitúrve in parietem communem aut vicini aream, habeat perpetuã causam, meritò seruitus est:at Foramen in suo habere, perpetuã causam non habet. Nam neq; immittitur aliquid quod perpetuũ sit, sed aliquando solùm per foramen eluuies abluti detersitq; pauimẽti emittitur:ídque olim fiebat non scopis, vt nunc,sed spõgijs made factis. *l.quæsitum.12.§.item.de fund.instru.& instru.lega. Martial.lib.14. Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis.*quod quia in facto hominis consistit,perpetuò fieri nequit. Ex eiusmodi igitur foramine seruitus, quæ perpetuã sua natura caũsam habere debet,non consistit Iure ciuili:quia eiusmodi aqua nõ de cœlo venit, sed manu,quoties pauimẽtum detergitur, operaq; G hominis immittitur. quare nec causam habet perpetuam:nec seruitus est,quæ naturalẽ,& potentia,quamuis non actu, *l.cum vsusfructus. 13. de vsusfruc.lega.* perpetuam causam habere debet, *l.1.§.stagnum. vt in flum.publ. l. 1. §. caput. de aq. quot.l.1.§.hoc interdictum.de fonte. l. 8. h. tit.*eóq; si ex eo foramine,quamuis perdiu possesso,damnum aliquod sentiat vicinus,in factũ ex l.Aquilia agere,*l.si fistulæ. 18. h.t.*Damni infecti cautionem potest exigere:*l.si quid. 29.h. t.* quia seruitus non consistit quod aliter est in seruitute naturali,quæ lædere seruientẽ fundum potest, sic vt hoc nomine cautio nulla debeatur, nisi quatenus seruitutis modus exceditur. *d. l. si fistulæ. 18.hoc t.l.si mihi.§.seruitus. ʃ.tit.1.* Eádem ratione non est seruitus Stillicidij,vel Fluminis,quando tecta canalésq; non aqua naturali pluuiæ, sed manu hominis affusa purgantur, eadémq; aqua in vicini aream eiicitur. Constat tamen hîc seruitus,quia in tecta canalésq; aqua quoq; pluuia descendit. Quamobrem & foramen erit seruitus,si in eum locum aqua ex cœlo veniat: quæ cùm naturaliter cadat, perpetuò cadere posse existimatur.*l.foramen.28.cum l.seq.h.t.*

¶ Seruitus Positum non habendi est,cùm vi- 13 cino non licet in aliquo loco aliquid ponere, quod quoquo modo nocere meo prædio possit.Sed cuiusmodi hæc fuerit seruitus, rustici an vrbani prædij,& quis eius vsus,difficile est suspicari,cùm vno tantùm loco in toto iure fiat eius mentio. *l.si quando. 17. §. 1. si seruit. vindicetur.* Probabile tamen est, fuisse vrbani prædij seruitutem:cùm Alfenus ibi dicat, locum in domo Gaij,ædib.Annij ita seruiisse, vt in loco positum habere ius.ei non esset: & positum habere aliquid,ex sua natura magis prædio atq; habitationi,quàm agris aut fructuũ perceptioni detrimentũ afferat. Ac sicut sanè edicto prohibemur in publico positum habere,cuius casus nocere possit: *l.5.ʃ. de his qui deiec.* ita ob hanc aliámue causam,nihil obest,cur inter vicinos nõ idem priuatim possit cõuenire, ne quid aliquo E scilicet ædium loco ponatur,quod ex casu alióve quouis pacto dãnum dare vicini ædib.possit.

DE SERVITVTIBVS rusticorum prædiorum.

Tit. III.

1 *Seruitutes rusticæ,iter,actus,via,quomodo*
2 *Seruitus aquæductus.* F *(do differant.*
3 *Aquæ haustus.*
4 *Ius pecoris appellendi, pascendi, &c.*

PRAEDIA † rustica sunt,quę nõ in cõtinẽtib. 1 ædificijs,sed ruri fructuũ potissimũ colligẽdorũ gratia construũtur.*l. e. iur.4.ʃ. in quib.caus. pig.vel hyp.&c.* Seruitutes igitur quæ præcipuè ad vtilitatẽ fundi fructúsq; colligẽdos sunt cõparatę,Rusticorũ prædiorũ seruitutes appellãtur: cuiusmodi præcipuæ, magísq; necessariæ sunt, Iter,Actus,Via,&c.*d.1. h.t.in prin. Inst. eod. quæ*

vocabula in hac materia, vbi pro seruitutibus A accipiuntur, diuersa significant: cùm aliàs promiscuè pro omni itinere vsurpentur. *l. quantũ. al. paries. 57. de verb. signif.* ITER, quod ab eundo dicitur, authore Vlpiano, *d. l. 1. hoc tit.* EST IVS EVNDI (transitionis gratia, ídq; non modò pedibus, sed etiã sella, aut lectica, aut æquo, *l. qui sella. 7. l. inter. 12. hoc tit.*) AMBVLANDI (quod etiam sanitatis voluptatísque ergò fieri potest) HOMINIS: eius videlicet ad quem fundus, cui seruitutis constituitur, pertinet. ad hunc enim solum ius seruitutis adhærescit, & ita quidem, vt nec locare alteri seruitutem possit: *l. locare. 44. ff. locati.* quanquam per seruos, colonos, fructuarios, aliósque qui eius nomine possident, seruitute vti possit. *l. vsu. 20. quemadm. seruit. amitt. l. si mulieri. 22. quib. mod. vsufr. amitt. l. 1. §. is cuius. & §. penul. de itin. act. priu.* Meritò autem adiectum est, Hominis: vt sciamus, seruitute itineris ius agendi iumentum vel vehiculum non contineri. ACTVS EST IVS AGENDI VEL IVMENTVM VEL VEHICVLVM. Agere enim propriè ad animalia pertinet. *l. ferri. 235. de verb. sign. Cuiac. ad Paul. lib. 1. tit. 17.* Inter Actum igitur & Iter nonnulla est differẽtia. Iter est, quo quis pedes, vel eques cõmeare potest: actus verò, vbi & armenta trahere, & vehiculum ducere licet. *l. inter. 12. h. tit.* Itaque qui iter habet, actum non habet: qui actum obtinet, iter habere videtur, *l. 1. h. tit.* id est, itineris commoditatem: nam in maiori includitur id quod minus est, non econtrariò. Ergo reuera distinctæ sunt hæ seruitutes: *l. loci. 4. §. 1. ff. si seruitus vind.* quamuis in actu nõ potest itineris vsus non inesse, *l. qui vsumfruct. 58. de verb. oblig.* quo itinere vti poterit etiam sine iumento. Minor est differentia inter Actum & Viam, QVAE EST IVS EVNDI ET AGENDI ET AMBVLANDI. Nam iter & actum via in se continet: *d. l. 1. vers. via. vide omnino quæ dixi Instit. de seru.* cùm actus idem omnino; nempe eundi agendíq; ius complectatur: etsi igitur effectu non admodum differant, re tamen ipsa separatæ sunt & diuersæ seruitutes. *vide quæ dixi Instit. de seruit.* Actus enim, vt dixi, per se nõ ipsum ius siue seruitutem eundi comprehendit, sed tantùm per quandam consequentiã & ex interpretatione, itineris vtilitatem: quemadmodum & ius vehendi nõ propriè, sed in consequentiã tantùm iumentorum trahendorum ius complectitur. Præcisè itaq; & propriè facultatem solùm agendi iumentum, actus cõtinet. At in via simpliciter & ex proprietate verbi vtraq; seruitus, & Iter, & Actus, & ius Vehendi, vnde Via quasi veha dicitur, inest. vt fortasse scripserit Vlpianus, *in d. l. 1. h. t.* VIA EST IVS VEHENDI: vbi nostra exemplaria habent Eundi. Itaq; qui actum habet, tantùmodò agere potest: trahere verò lapidem aut lignum, hastámq; rectã ferre nõ potest: quæ omnia faciẽdi ius illi est, cui viæ seruitus debetur. *d. l. qui sella. 7. h. t.* Quin etiam secernuntur hæ seruitutes latitudinis modo, qui in itinere actú; aut conuentione constituentium, aut si nihil conuenit, per arbitrum determinatur: *l. certo. 13. §. 1. h. t.* & cumplurimum, authore Varrone, *lib. 4. & 6. de ling. Lat.* Iter ad duos pedes, Actus ad quatuor in porrectum, ad octo verò in anfractum. At si de via nihil conuenit, legitima latitudo debetur: *d. §. 1.* quæ ex lege XII. Tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractũ, id est, vbi flexum est, sedecim. *l. viæ. 8. hoc tit.* De his Varro ad hũc modum, *lib. 4. de ling. Lat.* Quà agebant Actus: quà vehebant, Viæ dictæ: quò fructus conuehebant, villæ: quà ibant, ab itu Iter appellarũt: quà id angustè, vt semiter dictum. *Et lib. 1. de Re rust. cap. 2.* Villicus agri colẽdi causa cõstitutus, atq; appellatus à villa, quòd ab eo in eam cõuehuntur fructus, & euehuntur: à quo rustici etiã nunc viam Veham appellãt, propter vecturas: & vellam, non villam, quò vehunt. Et hoc quidẽ modo hæ seruitutes à se inuicem differunt: quarum aliqua constitutio ita per omnem agrũ diffunditur, vt omnes glebæ seruiant, *d. l. certo. §. 1.* & per quam liber fundi partem ire liceat. *l. si mihi. 20. h. t.* Quod tamen ciuili modo accipiendum est. Non enim per villam ipsam, neq; per medias vineas ire finendus est, qui id æquè commodè per alteram partem facere possit, & minore seruientis fundi detrimento. *l. si cui. 9. §. de seruit.* Itaq; aut conuenire inter constituentes de modo itineris solet, aut dato arbitro iter determinari: & quamprimùm determinatum est, seruitus inibi cõsistit, cæteræ partes agri liberæ sunt. *d. l. certo. §. 1.* Ac liberæ quidem vsu itineris, & effectu, quia per illas amplius ire agere non licet: non tamen ipso iure obligationis, & debitione liberatæ. Nam totus nihilominus fundus seruitutem debet, quæ pro parte esse non potest.

¶ Quarta seruitus rusticorum prædiorum, est 2
AQVAEDVCTVS: quam ita definit Vlpianus, *in d. l. 1. h. t.* vt sit IVS AQVAE DVCENDAE PER FVNDVM ALIENVM, quod vel canalibus ac digitis, vel etiam ducta fossa fieri assolet. Ducitur autem aqua aut publica, aut priuata. E publica aqua, vt flumine publico, nihil impedit quo minus quisque ad suũ agrum irrigandum ducere possit: si Imperator aut Senatus vetet: si modò ea aqua in vsu publico non sit: *l. 2. de flumi. l. Imperatores. 17. h. t. l. si autem. 10. §. fin. de aqua plu. arc.* Sed si aut nauigabile flumẽ est, aut ex eo aliud nauigabile fit, non permittitur id facere: *d. l. 2.* ne iter stat: eóque nauigij, id est, vsus nauigãdi corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut in totum auferatur, *l. 1. in prin. & §. nauigij. de flumi.* idémque seruabitur, si ad alium Reipub. vsum conducat: cuiusmodi erat aqua, quæ magnis sumptibus riuis fossíque ducebatur in vrbem Romam, castellísq; recipiebatur: ex quibus ducere fas non est, sine permissu Principis, ne priuata vtilitas publicis cõmoditatibus præferatur. *l. 1. §. permittitur. de aqua quoti. & æsti.* In priuatæ verò aquæ, siue fontis, siue fluminis, siue cuiuslibet (quæ tamen perpetuam habet causam, *d. l. foramen. §. tit. 1.*) ducendæ

ducendæ vel etiam quærendæ, *l. Labeo. h. tit. vide Gouean. lib. 1. c. 19.* concedendo iure, non tantum eorum quorum in loco aqua oritur, verum etiam illorum ad quos eius aquæ vsus pertinet, id est, quibus seruitus aquæ debetur voluntas exquirenda est: nec immerito, *l. in concedendo. 8. de aqua. plu. arcen.* cùm eorum ius imminuatur. *ex ratione. l. vlt. C. de author. præstan. quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.* In vniuersum autem illud obseruandũ est, neque publicam, neque priuatam aquam per alienum agrum, nisi impetrata à domino fundi, hac aquæductus seruitute, duci posse, *l. 2. C. de seruitut. l. quemadm. 28. ad l. Aquil.* & ipsum ductum oportere ad certi vsum fundi pertinere, vt eatenus ducatur, quatenus illi opus est: non autem vt quocunque ducere, *l. 1. §. præterea. 17. de aqua quotid. & æstiu. l. ergo. 5. in fin. l. pen. hoc t.* (nam tunc non prædij, sed hominis ius est, *d. l. pen. h. t. d. l. 1.*) aut alteri ex nostro aquæductu aquam concedere liceat, nisi id etiam nominatim conuenerit *l. ex meo. 24. l. cum essent. 33. §. 1. hoc t.*

¶ Præter has, inter rusticorum prædiorum seruitutes computantur AQVAE HAVSTVS, *l. 1. in fin. h. t.* id est, ius hauriendi aquam ex flumine, fonte, putcóue priuato (nam ex flumine publico etiam sine seruitute haurire licet, *l. 3. §. fin. hoc tit.*) quatenus ad fundum nostrum opus sit, *l. 5. in fin. h. tit.* Est enim non hominis, sed prædij ius. *l. si mihi. 20. §. fin. hoc tit.* Itaque prædio constitui in dubio intelligitur. *l. 2. 3. 5. 6. l. Lucius. 39. h. tit. l. pater, de seru. leg. vbi Castr. & Dd.* Quòd si expressim ad vsum personæ concedatur, personalis etiam erit seruitus. *l. vsus. 22. l. plenum. 12. l. diuus. 23. de vsu & hab. l. Lucius. 37. de seruit. rustic. præd. glo. in l. 1. §. fin. verb. computanda, h. tit. Cyn. in l. vltim. num. 3. C. de præscrip. long. temp. Bartol. in l. 1. numer. 2. & l. vt pomum. de ser. & in l. pecoris. 5. vbi Castr. hoc tit. Ang. in §. fin. Instit. eod. Cæpol. de ser. rea. cap. 2. num. 6. & de ser. rust. præd. cap. 4. & de aquæduct. num. 5. & 6.*

¶ Item IVS PECORIS AD AQVAM APPELLENDI AVT PASCENDI: *d. l. 1. in fin. l. 3. in prin. l. 4. hoc tit.* ius calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, cretæ lapidísque eximendi: *d. l. 5. l. venditor. 13. infr. titul. 1.* scilicet ædificandi eius gratia quod in fundo est. *l. veluti. 6. hoc tit.* nam alioqui vsusfructus potius esset, si pro arbitrio lapides, cretámue, &c. fodere, eaque re quæstum facere ex vicino agro liceret. *l. item si fundi. 9. §. 2. ff. de vsufr.* Adde his ius nauigandi per perpetuũ vicini locũ, *l. via. 23. §. 1. h. t.* aliáque id genus, *l. 3. qui duo. 23. h. t. d. l. venditor.* quæ si personæ cõstituãtur ad eius vsum, personalia sunt, *l. plenum. 12. l. diuus. 23. l. vsus. de vsu & hab. l. penul. hoc t. l. 1. de vsufru. lega. l. Mela. l. quidã. vbi Bartol. & Dd. de alimen. lega. l. Lucius. 37. hoc t.* neq; personã excedũt, nec in hæreditatẽ transmittũtur. *d. l. vsus. de vsu & hab. d. l. pecoris. 5. l. Lucius. 37. h. t. l. cum seruus. 39. §. si quis. 3. de lega. 1. l. pater. de seru. lega. l. Mela. de alimen. legat.* de quibus hic agitur. eóque vtile est, in scripturis & instrumentis constitutionum semper exprimi hanc causam vtilitatis prædialis. *Cæpoll. de seruit. c. 2. de seru. rea. num. 6.*

COMMVNIA PRÆDIORVM, tam vrbanorum, quàm rusticorum. Tit. IIII.

1 *Continuatio tituli.*
B 2 *Quæ habeant inter se seruitutes communia.*
3 *Quare socius imponere seruitutem nequeat.*
4 *Seruitute concessa, videntur omnia cõcessa ad vsum eius necessaria.*

MINIME † nouum est, postquam de diuersis 1
speciebus separatim tractatum est, expositumque in quibus differant, ostendere quibus cõueniant, quæque inter se habeant communia. *tot. tit. commu. vtri. iudi. & titul. communia. de lega. & fideicomm.* Itaque cum hactenus de seruituibus vrbanorum & rusticorum prædiorum separatim dictum sit, iam hoc in titulo cõmunia quædam de vtrisque præcepta, loco nõ inconueniẽte proponuntur: de quibus, quoniam & supra, cũ de natura seruitutum loqueremur, aliquid actũ est, hic dicendum erit parcius.

¶ Primò igitur in hoc conueniunt; quòd vtra- 2
D que seruitus prædiorum appellatur, quia sine prædiis neutra constituitur. Non enim potest nec acquirere seruitutem vel vrbani vel rustici prædij, nec debere, nisi qui habet prædium. *l. 1. hoc tit. vide quæ dixi Instit. eod. in princ.* II. Quòd fundum sequantur, vnáque per alienationem transeant. *l. cùm fundus. 12. hoc tit.* III. Quòd tàm stipulationibus aliísque conuentionibus, quàm testamentis possunt constitui. *d. l. venditor. l. proprium. 5. l. potest. 16. hoc tit. l. 3. §. de vsufru. iun. l. 5. §. de seruit.* IIII. Quòd vnusquisque eas suo tantùm fundo, non alieno acquirere vel imponere
E potest. Vnde † & vnus ex sociis communi fun- 3
do seruitutem aut acquirendi aut imponendi facultatem non habet. *l. vnus. §. titul. 21.* Si tamen omnes socij diuersis temporibus id faciant, ex nouissimo actu etiam superiores confirmantur, perinde atque si illo ipso huius nouissimi actus tẽpore omnes simul cessissent, *l. fin. hoc tit.* Duorum autem prædiorum dominus, alteri quod
F tradit, seruitutem aut imponere aut acquirere potest. *l. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 11. hoc tit.* V. Nec rebus sacris aut religiosis, aliisque iuri humano exemptis, neque publicis, vllæ seruitutes priuata lege imponuntur. *l. 4. d. l. venditor. hoc tit.* VI. Si per hæreditatis aditionem seruitutes confusæ fuerint, ea hæreditate vendita restituuntur: quia id agitur, vt emptor hæres extitisse videatur, *l. si ei. 9. h. t.* VII. Concessa † qualicunque seruitute, intelli- 4
gunturque & ea concessa, sine quibus seruitute vti integrum non est. Verbi gratia: Si per tuum fun
G dum ius mihi sit aquam aut cloacam ducere,

tignum parieti imponere.&c.tacitè hęc iura sequuntur, vt reficere mihi liceat (nam in omnibus seruitutibus refectio ad eum pertinet, qui sibi seruitutem deberi asserit, *l. etsi forte. 6. §. etiam. J. tit. 1.*)& adire cum fabris per tuum fundum, quà proximè possum, ad reficiendum. *l. refectionis. 11. h. tit.* Vltimò, vni loco plures seruitutes possunt imponi, si prior à posteriore non impediatur. *l. qui per certum. 15. h. t. l. 1. §. fin. l. per quem. 14. ff. tit. 1. l. Lucio. 4. de aq. quot. & æst.*

SI SERVITVS VINDICETVR, vel ad alium pertinere negetur. Tit. V.

1 *Actiones confessoria & negatoria.*
2 *Quibus dentur.*
3 *Aduersus quos.*
4 *Ad quid dentur.*

1 DE seruitutibus † in rem actiones competunt nobis, ad exemplum earum, quę ad vsumfructum pertinent, tàm confessoria quàm negatoria. Confessoria, ius est vindicandarum seruitutum, *l. 1. §. 1. de remission.* vindicatio seruitutis, *l. creditori. 9. de oper. no. nunc.* petitio. *l. ei. 16. l. 4. de seruit. iuncta l. actio. 28. de oblig.* Negatoria est illi contraria, *l. sicut. 8 in princ. h. tit.* quæ libertatem prædij à seruitute vindicat, hàncque deberi negat. *glos. verb. ius. & verb. altius. in §. æquè. Instit. de actio.* vtraque ciuilis, *d. §. æquè.* specialis & perpetua, *l. 3. in prin. C. de præscrip. 30. ann.* in rem, *l. 2. comm. prædio. d. l. 3. l. 4. §. competit. vers. in rem actione. l. 6. §. 2. vers. hæc actio. h. t.* petitorij iudicij, *l. etsi. 6. §. 1. si ser. vind.* arbitraria, *l. harum. 7 si cer. vin.* alia directa, *l. 1. 2. 4. h. tit.* alia vtilis. *l. ei. 16. 5. de seruit. l. seruitutes. 20. §. 2. de seru. vrb. præ.* Confessoria, competit domino prædij dominantis, qui seruitutē esse suam intēdit. *l. 2. §. 1. h. t. l. ei. 16. ff. de seru.* aut aliis, qui ius in re habent, cuius nomine vindicare possint: *d. l. ei. 16. l. creditori. 9. de op. no. nunc. l. 1. §. 1. de remiss.* negatoria domino prædij seruientis, qui deberi seruitutem negat, datur. *l. 2. h. t. 1 ff. & Dd. in §. æquè. Instit. de act. quo loco aliquid annotaui.*

2 ¶ Confessoria quamuis ad vsumfructū vendicandum domino fundi non detur: *l. vti frui. 5. in prin. ff. si vsusfr. pet.* tamen ad confirendum petendúmq; seruitutis ius, domino prædij cui seruitutis asseritur, competit: & huic quidē soli. Nemo enim vendicare seruitutem potest, quàm qui dominium in fundo vicino habet, cui intēdit eam deberi. *d. l. 2.* Sed & negatoria soli domino fundi competit: quia omnes, vt inquit I. C. actiones de seruitutibus, siue rusticis siue vrbanis, eorum sunt, quorum prædia sunt. *l. 1. l. 6. §. 2. h. tit.* Perinde autem est, siue quis in solidum, siue pro parte dominus sit. Vnde & seruitutem communis prædij vnus ex sociis aut cō-

A fiteri aut negare potest, *l. an vnus. 11. l. si cum. 14. §. 1. l. si de communi. 19. hoc tit.* Vnicuilibet enim sociorum actio in solidum competit, cum solida & tota seruitus debeatur, & toti fundo, & omnibus eius partibus. *l. 4. §. si fundus. 2. h. t. l. in am satis. 6. §. 1. J. tit. 1.*

3 ¶ Agitur autem confessoria non tantùm cū domino prædij qui seruitutē deberi negat, sed aduersus omnem omnino qui eam impedit. *l. si quis diuturno. 10. §. 1. hoc tit.* Itē negatoria aduersus quemlibet indebitum sibi seruitutis vsurpantem. Vt autem vnicuilibet ex sociis, in solidum hanc actionem competere diximus: ita aduersus vnumquemlibet quoque datur. *d. l. 4. §. si fundus. 2.*

4 ¶ Præter principalem vtriusq; actionis intētionē, quarū altera petitur seruitus, altera negatur: illud quoq; officio iudicis perinde atquè in vendicationibus continetur, vt in posterum caueat reus de iure agētis nō imminuēdo, aut impediendo. *l. harum. 7. l. ei. 12. h. tit. l. vnic. C. vti poss. Paul. lib. 1. tit. 11. vbi Cuiac.* Veniunt quoque fructus in has actiones, *l. etsi. 6. §. vltim. h. tit.* & si quid interest actoris seruitutem aut non fuisse impeditam, *l. 4. §. 2. h. tit.* aut non vsurpatam. *l. 4. §. 1. l. 6. §. fin. h. t. l. pen. ff. si vsusfr. petatur.* Sed de his plura paulò *ad tit. ff. si vsusfr. petat. vide Ias. & Dd. in d. §. æquè Instit. de act.* ante diximus, vt nihil necesse sit eadem hic iterum inculcare.

QVEMADMODVM SERVITVTES AMITTVNTVR. Tit. VI.

1 *Seruitus amittitur, sicut vsusfructus.*
2 *Consolidatione.*
3 *Actu contrario.*
4 *Interitu rei.*
5 *Resoluto iure imponentis.*
6 *Non vtentis negligentia.*

1 QVIBVS † vsusfructus, iisdem ferè modis seruitutes amittuntur: præterquamquòd sicuti vsusfructus morte, aut capitis diminutione ipsius domini, non pereant. *l. 3. h. t.* Nec enim sunt personales, sed prædij seruitutes: quo saluo, integræ saluæque perdurant.

2 Vt † autem vsusfructus consolidatione, ita seruitutes confusione extinguūtur: si idem vtriusque prædij dominus in solidum esse cœperit. *l. 6. hoc tit.* nec enim cuiquam res sua seruire potest. *l. in re communi. 26. ff. de serui. vrba. præd.* Dico, in solidum: nam si pro parte tantùm fiat dominus, pro parte seruitutem etiam totam retinebit. *l. vt potuum. 8. §. 1. ff. de seruit.* perinde atq; cùm pluribus fundis iter mihi debentibus medium fundum acquiro. manet enim seruitus, quia vti illa in re aliena non desino, vtpote quæ adhuc per primum & vltimum prædium, quæ aliena

aliena sunt, debeatur. *l. si cum seruitus. 15. hoc tit.*

3 Deinde † & actu aliquo concesso, qui seruituti ita contrarius sit, vt durare simul nequeat, extingui eam necesse est. Vt si stillicidij immittendi ius habeam in aream tuam, & permisero potestatem tibi in ea ædificandi: aut per fundum via mihi debeatur, & concedam in eo loco, per quem via debetur, aliquid fieri atque extrui, quo viæ planè vsus auferatur. *l. si stillicidij. 8. hoc tit.*

4 Tertiò, † rei interitus seruitutem quoque extinguit. Vt si locus viæ impetu fluminis, aut ruina, vel chasmate amittatur: in quo tamen id notandum est, via publica hoc modo amissa, vicinum proximum viam præstare debere. *l. si locus. 14. in fin. h. tit.* Quartò, † si hæres fundo, qui sub conditione legatus est, imponat seruitutē, conditione existēte, illa extinguitur: quamuis acquisita fundo ad legatarium transeat: *l. in cui via. 11. §. fi. h. tit.* cuius conditio melior facto hæredis

6 fieri potest, deterior nequaquam. Postremò, † non vtentis negligentia amittitur: olim quidem biennio, exemplo cæterarum præscriptionum: hodie 10. annis inter præsentes, viginti inter absentes: *l. pen. C. de seruit.* idque, si continua sit seruitus, ita vt singulis diebus vti liceat. Nam si ita constituta sit aqua, vt vel æstate tantùm ducatur, vel alternis annis aut mensibus, duplicato constituto tempore, nempe viginti

A annis inter præsentes, 40. inter absentes, amittetur. *l. si sic. 7. h. tit. l. fin. C. de seru.* Iure nostro Sax. sicuti cæteræ res soli, ita & seruitutes his adhærentes, vno & triginta annis, atque aliquot diebus, hoc est, septimanis, & acquiruntur, & amittuntur, non vtendo. *Sax. lib. 1. art. 29.* Dixi autem, negligentia amitti. Nam necessitas, qua quis seruitute vti prohiberur, vt semper aliàs, *l. vnic. §. 1. vbi glo. de offi. cons. & de off. eius cui mand. est iuris.* ita & hîc excusationem habet. *l. si locus. 14. h. tit. l. vnus. 34. in fin. cum l. seq. ff. de fru. præd. rust.* Is autem dicitur non vti, qui nullo modo & omnino non vtitur. Etenim si partim ea vtatur, tota retinetur seruitus: *l. 2. l. 6. d. l. si stillicidij. §. fin. cum l. seq. h. tit. l. vna est via. 18. ff. de seruit. rustic. prædio.* vt & si socius, aut alius quilibet nostro nomine, quasi debita seruitute vsus fuerit. *l. 5 6. si communem. 10. h. vsu. 20. cum 4. ll. sequen. h. tit. l. 1. §. in cuius. 5. l. 3. §. vti videmus. 4. de itin. actique priuato.* Vsus autem dici non potest, nisi qui tanquam

B suo iure suáque seruitute vti se credit: *l. fin. h. tit.* non qui pro via publica, aut alieno iure, aut alia quàm de qua agitur, seruitute vtitur. *d. l. si communem. §. 1. l. si quis alia. 18. in prin. h. tit.* Et hæc in seruitutibus obtinent. nam libertas non amittitur non vtendo, nisi fuerit interpellata. *d. l. 18. in fin. h. tit. l. si præses. vbi Dd. C. de ser. Ang in §. prædiorum. nu. 3. Inst. de ser. vrb.*

DIGEST. LIBER IX.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE dicatur. Titulus I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *De quadrupede actio ex lege 12. Tab.*
3 *Edictum.*
4 *Eius explicatio.*
5 *Cui, aduersus quem detur hæc actio.*
6 *Ad quid detur.*

1 PROXIMA † & planè consimilia actionibus realibus, quas hactenus exposuimus, ea sunt iudicia personalia, quæ quando nec ex contractu, neque maleficio dentur, naturam ræaliū induūt.

2 Ex † his penè vetustissima est, de quadrupede actio. *vide Exod. ca. 21.* est enim prodita lege XII. Tabularum, qua aut animal quòd noxiam commisit, dedi: aut æstimatio noxiæ, id est, ipsius delicti siue damni, præstari postulatur: *l. 1. in prin. h. tit.* Cuius quidem veteris iuris confirmandi gratia prætorem in eam rem edictum protulisse apparet. *d. l. 1. §. ait prætor. 1.* Neque id mirum, cùm & ædiles in hanc curam incubuisse videamus. *l. hi enim. 40. cum l. sequ. de ædil. edict. §. fin. Instit. eod. tit.*

3 ¶ Verba autē siue legis 12. siue edicti, aut hæc
„ aut similia fuerunt: SI QVADRVPES PAVPE-
„ RIEM FECISSE DICETVR, EI CVIVS
„ INTERERIT, IN EVM QVI DOMINVS E-
„ RIT QVO TEMPORE DE NOXIA QVAE-
„ RETVR, ACTIO ESTO, VT VEL NOXAE
„ QVADRVPEDEM DEDAT, VEL NOXIAE
„ AESTIMATIONEM PRAESTET. Etsi de quadrupede tantùm lex loquatur, tamen bipes animal si damnum dederit, ex mente legis vtilis actio dabitur. *l. penult. h. tit.*

4 ¶ Pauperies autem, est damnum sine iniuria facientis datum. nec enim potest dici animal iniuriam fecisse, quod sensu caret. *l. 3. §. 1. de iniur.* Itaque ex sententia Seruij, tum hæc actio locum habet, cùm cōmota feritate, cōtra naturam eius generis communem nocuit quadrupes. Vt si equus calcitrosus calce percusserit, *vide Paul. in c. significasti. de homic.* aut bos cornu petierit, canis momorderit, &c. Nā si genitalis sit feritas, vt est in vrsis, leonibus, &c. cessat actio: quia eiusce modi ferę simulatque custodiam euaserunt, desinūt in nostro esse dominio. *d. l. 1. §. 1. cum §. seq. h. tit. Instit. eod. in princ.* Quòd si verò in custodia negligentius asseruatæ, damnum dederint, non hac actione, sed ex ædilitio edicto dominus conuenitur. *l. hi enim 40. cum ll. seqq. J. de ædil. edict.*

Hæc autem intelligenda sunt, cùm citra cuius- A
quam culpam, sua lasciuia, aut feruore, aut feri-
tate animal nocuit. Nam si vel culpa alicuius,
vel instigatu, pauperiem fecit, hac actione ces-
sante, damni iniuriæ ex lege Aquilia, cũ eo qui
in culpa est, agetur. *d.l.1.§. quòd si propter.* Quod
si quis ipsus in se feram proritauit, nulla est a-
ctio. *l.1.§.1.verb. instigatu.h.tit. Paul.lib.1.tit.15.l.*
item Mela.§.item cum eo.ad l.Aquil.

5 ¶Subiungitur, EI CVIVS INTERERIT,
non enim solum domino rei, cui damnum illa- B
tũ est, datur hæc actio: sed omni cuius interest,
vt commodatario, *l.2.hoc tit.&c.* Additur, IN
EVM QVI DOMINVS ERIT, &c. nam in qua-
drupedibus noxa caput sequitur, quemadmo-
dum in hominibus: vt aduersus dominum hæc
actio detur, non cuius fuerit quadrupes cùm no-
ceret, sed cuius nunc est cùm agitur. *d.l.1.§. &*
cum etiam.6. Sanè si plurimum sit animal, aduer-
sus singulos erit in solidum noxalis actio, sicut
in homine. *d.§.& cùm etiam.versic.si commune.* No- C
xales enim actiones diuisionem non recipiunt,
l.si seruus seruum.27.§.1.ĵ.tit.1.

6 ¶Addit prætor, VT VEL NOXAE DEDAT,
&c. In quo notandum est, etsi iuxta præscriptam
hic formam alternatiuè agi debeat, tamen ali-
quando conueniri dominum in solidum, non
vt noxæ dedat, sed vt æstimationem damni so-
lidam præstet: idque propter inficiationem, si
in iure interrogatus, an sua sit quadrupes, falsò D
& per mendacium respondeat, suam non esse,
d.l.1.§.interdum.7.h.t. Et hæc iure ciuili cõstituta
sunt. Ordinatione autem imperij, *cap.130.* arbi-
trio iudicis pauperies æstimatur. Iure Sax. do-
minus qui recipit noxiam quadrupedem, indi-
stinctè tenetur: qui non recipit eam postquam
nocuit, sed pro derelicto habet, immunis est.
Land.lib.2.art.40.Fach.diff.68. Reinh.diff.pœnal.
16. Quod in mansuetis obtinere duntaxat quidã
volunt. Nam de maleficio ferarum, indistinctè E
dominum teneri censent. *Reinh.diff.pœna.11 per*
art.62.Land.lib.2. Porrò licet iure Sax. etiam in-
cludere animal alienum quod damnum dedit,
donec satisfiat. *Land.lib.2.artic. 47. & 48. Fa h.*
diff.69. Reinhard. diff.pœn.17. (quamuis id iure
ciuili non liceat, *l. quintus.39.§. Pomponius. d.l.*
quamuis.40 infr.tit.1.Bart.in l.hoc amplius.§.de his-
num.3.de dam.infect.vide Mynsing. obser.11. Cent.1.
pro quo ita incluso, quotidie tres solidi deben-
tur, & à domino præstandi sunt, donec redima- F
tur. *Landr.lib.2.art.27.vbi glo.latin.in fin.* Itaque
ad sumptus illos quotidianos euitandos, statim
pignus eiusmodi captum redimi refuso sumptu
solet, præstita satisdatione sistendi iudicio, & de
eo iudicialiter experiundi. Porrò non tantùm
de pauperie, sed de pastu & de damno dato a-
ctio est, *l.qui seruandarum.14.§.vlt.de.præscr.verb.*
& de homine perempto extraordinaria. *Paul.*
lib.1.tit.15. Pastus propriè nec damnum, nec pau
peries est: ideo nominatim de eo caue- G
tur. *Paul.preall.loc.& ibi*
Cuiac.

AD LEGEM AQVI-
liam. Tit. II.
C. 3. 35.

1 *Cõtinuatio tituli, & author L. Aquiliæ.*
2 *Tria capita legis.*
3 *Primũ caput, & ad quas res pertineat.*
4 *Quid in eo significet iniuria.*
5 *Quid veniat in hac actionẽ, & ad quid agatur.* (*des transeat.*
6 *Pœnalem esse actionem, & an in hære-*
7 *Cui detur ex hoc capite actio, aduersus quos.*
8 *De secundo & tertio capite.*
9 *De quibus rebus, cui, aduersus quem, ad quid detur ex hoc capite actio.*
10 *Actio in factum subsidiaria.*

PORRO † quando non quadrupes, sed homo 1
damnum iniuria dedit, ad id petendũ con-
sequendúmque lex Aquilia, quæ omnibus supe-
rioribus legibus de dãno iniuria dato loquenti-
bus derogauit, actionẽ præbet. *l.1.h.t.de cuius ma*
teria vide etiam legem Mosaicam, Exod. 21. & 22.
Leuit.24. Eam legem Tribunus plebis Aquilius
à plebe rogauit, vt lex Aquilia plebiscitũ sit *d.l.*
1.h.t. quod tamen perinde ac iussum populi, vel
S C. omnes Quirites obligat, vt diximus. *ad l.2.*
§ deinde cum esset.de orig.iur.§ plebiscitum.Instit.de
iur.nat.gent.& ciui.& Instit.de l.Aquil.

¶Legis Aquiliæ tria sunt capita, quorum pri- 2.
mo de occiso alieno homine quadrupedeue,
tertio de vulnerato cauetur. Secundum huius
legis etiam antiquis in vsu non fuit. *l. si seruus.*
seruum.27.§.huius.4.hoc tit.§.illud.in fi. Instit.eod.
Ac † primo quidem capite ita cautum est: QVI 3.
SERVVM SERVAMVE, ALIENVM ALIE-
NAMVE, QVADRVPEDEM VEL PECVDEM
INIVRIA OCCIDERIT, QVANTI ID IN
EO ANNO PLVRIMI FVIT, TANTVM
AES DARE DOMINO DAMNAS ESTO. AD-
VERSVS INFICIANTEM IN DVPLVM A-
CTIO EST. *l.2.in princ. hoc tit.* Vt igitur appa-
ret, seruis exæquat quadrupedes, quæ scilicet
pecudum numero sunt, & gregatim habentur,
veluti oues, boues, equi, &c. Nam canis inter
pecudes non est, quamuis domesticum sit ani-
mal, & multo minus feræ bestiæ: *d.l.2.in fin.*
quia hæc animantia per greges non habentur,
neque pascuntur. *l.2.h.tit.*

¶Meritò autem adiicitur, INIVRIA: non e- 4.
nim sufficit occisum esse, sed oportet iniuria id
esse factum. Iniuriam autem hîc accipe, non
quemadmodum circa iniuriarũ actionem con-
tumeliam quandam, sed generaliter quod non
iure factum est: *l.1.de iniur.* hoc est, si contra ius
& per culpam quis occiderit. Igitur iniuriã hîc
accipiemus, damnum culpa datum, etiam ab eo
qui nocere noluit. *l.5.§.iniuriarum.1.h.t.* vt si quis
canem

canem aut aduersarium saxo petens, alium præ- A
tereuntem læserit. *l. scientiam.45. §.1.h.tit.* cùm
imperitia medicus, aut obstetrix, vel ignorantia
quis hominem interficit. *l.8.l.9.l.si putator. 31. h.*
tit.§.præterea.Instit.eod. Nam si dolo malo occi-
dat, non modò ciuiliter lege Aquilia, sed etiam
criminali legis Corneliæ de sicariis iudicio te-
netur. *l.inde Neratius.23. §.si dolo.7.h.tit.§. libe-*
rum.Instit.eod. Quare vbi iniuria deest, Aquiliæ
locus non erit: vt si quis prouocantem ad sui de B
fensionem, vel rerum suarum tutelam, læserit.
l.3.4.5.l.scientiam.45.§.1.h.tit. neque tamen suffi-
cit, alterum causam rixæ dedisse. nam quomo-
docunque defensionis modus excedatur sem-
per iniuria damnum fit: *l.scientiam. 45.§.1.l.si ex*
plagis.52.§.tabernarius.h.tit. & proinde ciuili huic
actioni locus est, etiamsi in criminalibus iudi-
ciis prouocato, & modum excedenti parci, pœ-
náque mitigari soleat. *vide Ias. in l.1.ff.de leg. &*
quæ dixi ĵ.ad l.Corn.de sicar. Quare magistratus C
qui nõ ex lege, neq; iure, aliquẽ damno afficiũt,
hac lege tenẽtur, *l.quemadmodum.29.§.penult.h.*
t. & vniuersitates, *vide Bar.in l.aut facta.§.nonnũ-*
quam.de pœn. & qui horum illicitis iussis paren-
tes damnum iniuria inferunt. *vide Bald. in d.l.*
quemadmodum.§.penult. Dyn.in c. quod quis.34.in
fin.de reg.iur.Dec.in l.non videntur.167.§. qui ius-
su.de reg.iur. Occisum autem accipere debemus,
siue gladio siue fuste, vel alio telo, vel manibus,
vel qualiter qualiter, *l.qua actione.7.§.1.* D

5 ¶Ait lex: QVANTI IN EO ANNO
PLVRIMI FVIT.) quæ clausula æstima-
tionẽ habet dãni, quod datũ est, *l.ait lex.21.h.tit.*
nec solùm veri damni dati, sed etiam aliquando
longè maioris. Vt si quis hominem, qui hodie
mancus, aut claudus, debilitatúsve sit, occiderit,
qui in eo anno integer aut preciosus fuerat, nõ
tanti tenetur, quanti hodie est, sed quanti in eo
anno plurimi fuerit. Item si precioso pictori aut
scribæ pollex fuerit præcisus, & intra annũ quo E
præcideretur fuerit occisus, in actione Aquiliæ
eo precio æstimabitur, quanti fuit priusquam
artem cum pollice amisisset. *d.l.2. l.inde Nera-*
tius.§ idem Iulianus.3. Qua ratione creditum est,
pœnalem esse huius legis actionẽ: quia non so-
lùm tanti quisque obligatur, quantũ damni de-
dit, sed aliquando longè pluris. *§.his autem. Inst.*
6 *eod.* Ideóque † constat, quãuis hæredi cæterisq;
successoribus hæc actio detur, quia ex parte a-
gentis est rei persecutoria, & damnum resarciri F
postulat: tamen in hęredẽ non transire, nisi for-
tè ex damno locupletior sit factus: quæ procul-
dubiò transitura fuisset, si vltra damnum lis nũ-
quam æstimaretur. *d.l.inde Neratius. §.actionem.*
6.d.§.his autem verbis.Inst.eod. Annus autem re-
trorsum cõputatur, ex quo quis occisus est. An-
no autem terminatur æstimatio pluris: nam a-
ctio ipsa damni, velut rei persecutoria perpe-
tuò durat: vt C. eod. tit. diximus. licet dam-
num quod petit, ad æstimationem anni tempo- G
rísque, quo factum illud est, redigatur. Quòd si
mortiferè fuerit vulneratus, & postea post lon-
gum interuallum mortuus sit, inde annum nu-
merabimus, secundum Iulianum, ex quo vulne-
ratus est: licet Celsus contrà scribat. *d. l. ait lex.*
Sed vtrum corpus eius solùm æstimamus quan-
ti fuerit, an potius quanti interfuit nostra non
esse occisum? Et quamuis verba legis de æstima
tione corporis occisi tantùm loquantur, tamen
ex interpretatione placuit, eóque iure vtimur,
vt quicquid præterea perempto corpore dam-
ni illatum fuerit, resarciatur: puta si seruus hæ-
res ab aliquo institutus, antequam adire iussus
sit, occidatur, non solùm occisi fiet æstimatio,
sed etiam hæreditatis. Item si ex pari mularum
vna, aut ex quadrigis equorum vnus interficia-
tur, supra precium interfecti corporis, id quoq;
computabitur, quanti depreciati sint qui super-
sunt. In summa, omne quod vllo modo interest
æstimatur. *d.l.ait lex.cum duab. ll. sequent. §. illud.*
Instit.eod. Quo verbo non modò comprehen-
ditur damnum datum, sed & quod consequi po-
tuimus, aut erogare cogimur: *l.si seruum.33.d.l.*
inde Neratius.§.in summa. quod ex communi æ-
stimatione, non pro singulorum affectione ta-
xatur. *l.si seruum.33. hoc tit. l.precia.63. vbi Bart.*
ad l.Falcid.

¶ Dat autem lex actionem domino, *l.i-* 7
tem Mela.11.§.legis.6. hoc tit. qui solus ex verbis
legis directam habet: vtilem verò ex interpre-
tatione aliis quoque præstari, cœptum est. Quo-
ties enim deficit actio ex verbis legis directa,
toties ex benigna interpretatione vtilis à præ-
tore datur. *l.quoties.21.de præscri.verbis.* Exempli
gratia: Liber homo dominus membrorũ suorũ
non videtur. si igitur illi sit nocitum, directam
actionem non habet, quia non est dominus rei
læsæ: sed tãtùm ex sententia legis vtilem. *l.liber*
homo.13.h.t. Quamobrem si occidatur, hæredes
eius aut legatarij agere vtiliter poterunt, *l. sed*
si ipse.14.h.tit. cædis nomine, perinde atque de-
functus ob vulnus agere potuisset. Quam in a-
ctionem impẽdia in medicos facta, & quicquid
lucri interuersum, aut damnum per vulnus ac
cædem datum est, venit. *l.1.§.hæc autem.l.fin.ĵ.tit.*
1. ipsius autem corporis liberi hominis, aut
membrorum æstimatio non item: *d.l.fin.glo.in*
l.qua actione.7.§.fin.in verb.gloriæ.h.tit. quia hæc
æstimationem non recipiunt. In Aquiliam au-
tem actionem, quæ damnum æstimat, ac resar-
ciri petit, nihil deducitur nisi Interesse, quod æ-
stimari potest. *l.arbitrio.18.§ fin.de dol.mal.* Qua-
re aliæ actiones hoc nomine intentandæ sunt:
videlicet quibus non æstimatio aut id quod in-
terest, sed pœna vel criminalis vel ciuilis, ob in-
terfectum liberum corpus exigitur. *l.1.§.1.ĵ.tit.*
1.vide ĵ.ad l.Corn.de sicar. Fructuario quoque vel
vsuario corporis perẽpti vtile iudicium datur.
d.l.item Mela. Datur autem aduersus omnes, qui
suo corpore damnum dederũt. Nam si alio mo-
do necauerint, vt seruum inclusum vel pecus fa-
me, aut nimia actione, aut alio modo, Vtilis siue
in Factum actio ex interpretatione legis com-
petit. *§.fin.instit. eod. l.item si obstetrix. 9.§. si quis*

hominem.h.tit. Eádem ratione nec aduersus mandantem datur: quia corpore suo damnum non dedit, nisi ius imperandi habuerit. *l. liber. 37. h. tit.l.is damnum. 169. de reg.iuris.* Porrò aduersus confitentem dirigitur in Simplum: contra negantem, ad vindictam mendacij, in Duplum. *d. l.inde Neratius.23.§.1.l.contra negantem.4.C.eo.t.* Et hæc quidem de primo huius legis capite, in quo de corpore occiso agitur, ita cauetur.

8 ¶Secundum nusquam extat, neque extare opus est, cùm in desuetudinem sua iam ætate abiisse, I. C. fateantur. *d.l.si seruus seruum.27. §.huius legis.4.h.tit.* Tertio porrò capite eadem lex
» Aquilia ait: CAETERARVM RERVM
» PRAETER HOMINEM ET PECV-
» DEM OCCISOS, SI QVIS ALTE-
» RI DAMNVM FAXIT, QVIDVE
» VSSERIT, FREGERIT, RVPERIT
» INIVRIA, QVANTI EA RES
» FVIT IN DIEBVS TRIGINTA
» PROXIMIS, TANTVM AES DOMI-
» NO DARE DAMNAS ESTO. d.§.*huius*
9 *legis.4.* Si † quis igitur non occiderit hominem vel pecudẽ, sed Vsserit, Fregerit, Ruperit, id est, quoquo modo deteriorem fecerit, sine dubio ex his verbis legis agendũ erit. *d.l.si seruus seruũ.§.si quis.* 12. tenetúrq; vulneris seu læsionis nomine qui damnũ intulit, siue vnus, siue plures. *gl.in l.si in rixa.17.ver.vniuscuiusque.ad l.Cor.de sicar.l.item Mela.§.11.sed si plures.h.tit.* Quòd si verò plures vulnerauerint, nec ictus discerni potest, omnes tenebuntur, etiã tota quandoq; vniuersitas: *vide Bar.latè distinguentem, in l. aut facta. §. nonnunquam.num.3.4.5.de pœn.* nisi ipsi inter se certò designare eum qui fecit, possint. *gl.d.l si in rixa. 17.de sicar.* Tenentur autem plures ad dãni quidem æstimationem pro virili, quia bona fides non patitur idem pecuniarium debitum in solidum à pluribus exigi: sed ad pœnam statutariam, & mulctã, quæ (verbi gratia) Iure Sax. pro vulneribus iudici, item parti læsæ, absque respectu eius quod interest debetur, omnes velut ex delicto obligati sunt in solidum: ita tamẽ, vt in pluribus vulnerib. vnius membri maius vulnus trahat ad se minus, sic vt non singula separatim puniãtur, sed pro omnib. præstetur mulcta maximi vulneris, scilicet dimidium Vverigeldiũ. *vide l.si ita vulneratus.51.l.illud. 32. §.1.h.tit. Bart. in l.prætor.§. si mihi. de iniur. in l. nunquam plura. de priuat.delic.& lib.Sax.2.art.16. vide etiam J.de pœn.Salic.in l.adulter.5. C.de adult.* In quo tamen & illud notandum est, cum plures in rixa se mutuò vulnerant, nec cõstat vter prouocauerit, delicta solere mutua compensatione tolli. *l.scientiam.§.cum stramenta.ad l.Aquiliam.glo. in l.1.§. cum arietes. si quadrup. paup. fecis. dic. vbi Bar. & Dd.latè. Tiraq.in tract.de pœn.caus.66.* Idem iuris in omnibus animalibus quæ pecudes non sunt, aut læsis, aut occisis, de quibus primo capite nihil caueri suprà diximus, ex hoc capite actio erit: vt de cane, cæterisq; feris & auibus. *l.quemadmodum.29.§.hac actione.3.* Sed etsi rebus inanimis quid dãni inferatur, vt si tectũ meũ exuras, vinũ vities, vestimẽta scindas vel inquines, vineta, segetẽ, &c. corrũpas, si tabulas, chirographũ, aut alicuius rei instrumentũ deleas, hac actione mihi teneris: *d.l.si seruus seruum.27.§.si quis.12.cum seq.l.in l.40.cum ll.seqq.h.tit.§.capite 3. Inst.eod.* in quam venit non Quãti plurimi toto retrorsum anno, sed Quãti in triginta diebus proximis res plurimi fuit. *d.l.quemadmodum.§.fin.* Nec ènim tã grauiter puniendus est qui læsit, quàm qui occidit: neque tanti cædes æstimanda est ferarum quadrupedũ, quãti hominũ vel pecudum, quarũ vsus & cõmoditas maior existit. Il lud palàm est, sicuti ex primo capite demũ quisque tenetur, si dolo aut culpa eius homo vel quadrupes occisus occisáve fuerit: ita in hoc de dolo tãtùm aut culpa quæri: *l.qui occidit.30.§.fin.h.tit.* Culpa autẽ est, cùm quod diligenter prouideri potuerat, nõ est prouisum. *l.si putator.31.* Nã in lege Aquilia etiã leuissima culpa venit. Vt autem ex primo, ita etiam ex isto capite vtiles actiones de sententia legis dantur, vt libero homini suo nomine. *d. l. liber.37.h.tit.* vt cùm res non corrupta, sed consumpta planè est: *l.qui occidit.30.§.1.* cùm quis nõ suo corpore dãnum dedit, sed occasionẽ damni præstitit: quæ quidem actio Vtilis in Factum aliquando nominatur. *l.qui seruandarũ.14. de præscri.verbis.l.item si obstetrix.9.§.1.l. qua actione 7. §.proinde.3.l.item Mela.11.§.si alius.l.si seruus.27.§. si quis de manu.13.l.quemadm.29.§.pen. cum simili.h.tit.* Quanquam † propriè illa dicitur in Factum actio subsidiaria, quæ datur propter damna lege Aquilia non comprehẽsa: *l. si seruum.33. in fin.h.tit.* vt cum neque corpore damnũ datum est, neque corpus læsum: quemadmodũ si seruũ meum aut animal compeditum solueris, vt fugeret. *§.fin.Instit.eod.* Hîc enim cùm deficiant & verba & mẽs legis Aquiliæ, supplet Prætor quod legi deest, redditque actionẽ in ipsum damni dati Factum, legi Aquiliæ accommodatam, *l.quia actionum.11.de præscr.verbis.* Sed & iniuriarum dicam cum Aquilia cumulari posse, receptum est. *Mynsing.obs.23.cent. 1. Spec. de iniur.§.1.nu.17. per l.item apud.§.si quis seruo.33.de iniur.*

DE HIS QVI DEIECERINT vel effuderint. Tit. III.

1 *Ratio edicti.*
2 *Edicti caput primum.*
3 *De quo loco, quáve deiectione loquatur prætor.*
4 *Cui, aduersus quos detur hæc actio: & nu.6.*
5 *Quid in hanc veniat.*
6 *An in hæredes transeat, & quando sit popularis.*
7 *Clausula de noxa adiecta.*
8 *Alterum caput edicti.*
9 *Cui, aduersus quẽ, ad quid ex hoc capite detur actio.*

1 CVM † damna sæpe deiectione vel effusione prætergredientibus inferantur, meritò Prætor id operam dans, vt per vias & itinera publica tutò & sine metu periculóque commeare liceat, de his qui Deiecerunt vel Effude-
2 runt, hoc Edictum proposuit: VNDE † IN
„ EVM LOCVM, QVO VVLGO ITER FIET,
„ VEL IN QVO CONSISTETVR, DEIE-
„ CTVM VEL EFFVSVM QVID ERIT, QVAN-
„ TVM EX EA RE DAMNVM DATVM FA-
„ CTVMVE ERIT, IN EVM QVI IBI HABI-
„ TAVERIT, IN DVPLVM IVDICIVM DA-
„ BO. SI EO ICTV HOMO LIBER
„ PERISSE DICETVR, L. AVREORVM I VI-
„ CIVM DABO. SI VIVET, NOCITVMQVE
„ EI ESSE DICETVR, QVANTVM OB EAM
„ REM AEQVVM IVDICI VIDEBITVR, EVM
„ CVM QVO AGETVR CONDEMNARI, TANTI
„ IVDICIVM DABO. SI SERVVS INSCIENTE
„ DOMINO FECISSE DICETVR, IN IVDICIO
„ ADIICIAM, AVT NOXAM DEDERE. *l.in prin. hoc tit.*

3 ¶VNDE IN EVM LOCVM, inquit prætor, QVO VVLGO ITER FIET, &c.) siue is locus publicus sit, siue priuatus, dummodò per eum vulgò iter fiat: quia iter facientibus prospicitur, non publicis viis studetur, Semper enim ea loca, per quæ vulgò iter fieri solet, eandem securitatem habere debent. Cæterùm si quis in secretum & infrequentem locum deiecerit, non debet hoc Edicto teneri: *d.l.1.in prin.* vt ne tum quidem, cùm noctu deiicit. Vnde referente Gellio, lib.4.cap.14. Mancinus ædilis Curulis cùm ad populum diem dixisset Manuliæ, quòd noctu ab ingressu ædium prohibitus, & lapide de eius ambulacro ictus esset, vulnúsque ostentaret, decreuerunt Tribuni, iure ex eo loco Aedilem deiectum percussúmque videri. Quod tamen intelligendum de iis locis non est, vbi iter noctu fieri consueuit. *l.penul. h. tit.* DEIECTVM, puta corpus solidum: vt lapis, tegula, &c. EFFVSVM, de liquore accipe. Quòd si quid, cùm suspensum esset, decidit vel effusum est, perinde Edicto locus erit. *d.l.1.§. quòd cum suspenderetur. l. 1.h.t.* IN
4 EVM QVI HABITAVIT.) Hæc † igitur in Factum actio datur in eum qui inhabitauit cùm qui deiiceretur, siue patrem, siue filiumfamiliàs: *d.l.1.§.si filiusfamil.* 5. non verò in dominum ædium. Culpa enim penes habitatorem est: *d. l.1.§.hæc in factum.* 2. vel quia deiecit, vel quia ne sui deiicerent, curæ non habuit. Suorum enim vnusquisq; culpam præstat. *l.si verò.5. l. penult. in fin.hoc tit.* Vnde non tantùm hîc ex vero maleficio vel culpa, vt in l.Aquilia, sed etiam ex Quasi maleficio agitur. *§. 1.Inst.de oblig. quæ ex quasi delicto.* Perinde autem est quo modo, quóve iure habitetur, siue in suo, siue in conducto, siue in gratuito: dummodò animo commorandi. Nam hospes qui paulisper alicubi hospitatur, non tenetur, sed is qui hospitium dedit. *d.l.1.§. hospes.7.* Huic tamen ex æquitate in verum deiectorem actio dabitur, si ob id quod deiectum dicitur, damnatus est. *d.l. §. cum autem. 6. h. tit.* Si plures in eodem cœnaculo habitent, vnde quid deiectum est, ita vt difficulter sciri possit quisnam effuderit: in quemuis dirigi poterit actio, & quidem in solidũ. *d.l.1.§.fin. cum duab. ll. seq.* Quòd si cum vno fuerit actum, cæteri nõ quidem litis contestatione, sed perceptione, id est, solutione ipsius damni liberabuntur: præsturi partem detrimenti Sociatis iudicio, vel vtili in factum actione, ei qui soluit. *d. l.3. & 4.* Ex quasi enim maleficio cùm teneãtur, non in solidum, sed pro parte tantùm debent exigi, & vnius solutione omnes liberantur. *l.1.C.de condictio. furti.l. fin.§.si plures. §. nautæ, caupon. stabular.* Si verò plures diuisi inter se cœnaculo habitẽt, oportebit Prætorem æquitate motum, in eum potius dare actionem, ex cuius exedia vel cubiculo eiectum est. *d.l.5.in prin.& §.interdum.2.*

¶ Hæc autem actio ad exemplum legis Aquiliæ introducta est. *d.l.5.§. cum autem.* 4. vt enim ibi, ita & hîc culpa punitur. Hoc solùm differunt quòd hæc sine adiectione vlla, id est, semper, in Duplum damni illati datur: illa Semplex est, nisi inficiatione crescat. *d. l. 1.§.hæc in factum.* 2. Vnde apparet in hac pœnam esse graviorem, vt eius metu itinera publica reddantur tutiora: quod vt fiat, communis salutis & Reipub. maximè interest. *d.l.1.in prin.* Atque istud quidem obtinet, vbi res vel corpus læsum est, quod æstimari potest. Nam si liber homo deiectione periit, damnì æstimatio non fit in duplum, quia in homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest. *l. 3. §. si quadrupes paupe.fecis. dica.* Quòd autem æstimationem non recipit, & in quo simplum constitui nequit, id multò minus duplicari potest. Itaq; hoc casu 50. aureorum iudicium dabitur. *d.l.vers. sed cum liber homo.* Quod si viuet, nocitúmque ei, id est, eius corpori (nam si vestimẽta aut quid aliud ruptũ corruptúmue fuerit, in duplum, vt diximus, fit æstimatio, *d.l.1.§.hæc autem verba.4.*) esse dicetur: non quidem in duplum actio erit, (vt enim totũ corpus, ita partes quoque eius & membra, &c. æstimationem non recipiunt) sed quanti iudici æquum esse videbitur, tanti iudicium erit: *d.l.1.§. hæc autem. in fin.* quo quidem in iudicio computabuntur mercedes medicis præstitæ, cæteráq; impendia quæ in curatione facta sunt: præterea operæ quib. caruit & cariturus est, ob id quòd inutilis factus sit. cicatricum autem & deformitatis nulla fit æstimatio, quæ in libero corpore nequaquam fieri potest. *l.fin.h.tit.* Quod fortè sic intelligendum est, vt nulla certa communiter iniri possit aut debeat huius rei pensitatio. Quia tamen ex bono & æquo hæc actio datur, sane non iniquum erit, rationem quoque deformationis, quam homini ingenuo multis impendijs longe grauiorem tristiorémq; esse posse certum est pro modo circumstantiarum interdum haberi: maximè si culpa & iniuria damnum datum sit.

¶ Hæc autem actio quę competit de Effusis & Deiectis, perpetua est, & hæredi competit, quia

rem quæ duplo inest, persequitur: in hæredem A verò non datur, cùm respectu eius sit pœnalis. Quæ autem de eo competit, quòd liber homo perisse dicitur, anno duntaxat durat: quia non modò pœnalis & Prætoria, sed etiam Popularis actio est: eoque & pœnam inter fiscum & actorē diuidi oportet. *l. lege Cornelia. 25. §. vl. de S.C. Syl.* Popularia enim esse debent, quæ ad communem ciuium salutem, vindicandáque ea, quæ ei nocere videntur, pertinent. Omnes autem populares actiones supra annum non extenduntur, *l. fin. §. de popula. actio.* Neque in hæredem, quia pœnalis: imo nec hæredi datur, tanquam hæredi. Nam sanè absurdum accideret, vt hæres precium quasi occisi consequeretur iis, cui hæres extitit: *l. nam sicut. 36. §. tit. 1.* sed vt vni ex populo. Quod si liber homo non interfectus, sed ictus mutilatúsue sit, ipsi quidem Perpetua erit actio, qua rem & damnum persequitur: si verò alius velit experiri, Annua erit, quia popularis: nec enim hæredibus iure hęreditario competit. Quippe quod in corpore libero damni datur, iure hæreditario transire ad successores non debet, quasi sit damnum pecuniarium, cùm pecunia æstimari liberi hominis membra nequeant, sed ex bono & æquo hæc actio oriatur: hoc est, non datur ad damnum aut æstimationē hoc casu ista actio, nam liberum corpus æstimationem nō recipit. Sed quia iniquum fuerit impunè liberum hominem deiectione interfici: D cum nec Criminalis actio locū habeat, quia dolus abest. *l. in lege. 7. de sicar.* nec Ciuilis, Aquilia, aut similis ad æstimationem damni, cùm vita sit inæstimabilis: ideo hæc actio ciuilis nō in Damnum, sed ad Pœnam introducta est. *l. 1. §. 1. & 2. h. tit.* Quæ autem ad pœnam & vindictam competūt actiones, non sunt in bonis, eoque nec iure hæreditario transeunt in hæredem: *l. 2. §. emancipatus. de collat. bon.* sed ex æquitate dantur hoc casu hæredi, quia non tam transeunt quàm incipiunt in persona hæredis, vt pote quæ demum ex cæde testatoris nascātur. Poterit igitur tanquam vnus ex populo hæres intra annum agere, ad quem huius culpæ tam damnosæ persecutio & vindicta, meritò præ reliquis defertur.

7 ¶ Postremò ait Prætor: SI SERVVS NE-
" SCIENTE DOMINO FECISSE DICETVR,
" FI IVDICIO ADIICIAM, AVT NOXAM
" DEDERE.) Ex quo satis apparet, solere prætorem formulas iudiciorum concipere, iisque addere clausulas negocij circumstantiis cōgruentes, quas iudex in definienda causa sequeretur: sicuti hîc, quando ex serui facto dominus conuenitur, non simplex iudicium, sed addita clausula, Vt noxæ dedere liceat, se daturum pollicetur. Iniquum enim esset, serui factum vltra ipsius corpus domino damnosum esse. Et hæc quidem ad primam huius Edicti partem dicta sufficiant, in qua de damno deiectione dato agitur. Sed quia expedit periculosos casus præuertere, nec expectare donec noceant: meliúsque est occurrere in tempore imminentibus periculis, quàm post exitum & vulnus acceptum medicinam quærere: *l. 1. C. quando liceat vnicuique.* consequens etiam fuit, Prætorem in hunc casum prospicere, Vt si quid in partibus ædium eminentibus periculosè positum esset, ne noceret itaque † in secundo huius Edicti capite, De eo 8
" quod positum est ita Prætor ait: NE QVIS IN
" SVGGRVNDA PROTECTOVE, SVPRA
" EVM LOCVM QVA VVLGO ITER FIET
" INVE QVO CONSISTETVR, ID POSI-
" TVM HABEAT, CVIVS CASVS NOCERE
" CVI POSSIT. QVI ADVERSVS EA FECE-
" RIT, IN EVM SOLIDORVM DECEM IN
" FACTVM IVDICIVM DABO. SI SERVVS
" INSCIENTE DOMINO FECISSE DICE-
" TVR, AVT AESTIMATIONEM DARI, AVT
" NOXAE DEDI IVBEBO. *l. si verò. 5. §. prætor ait. 6. h. tit.* Vt igitur in superiore capite: qui deiecit vel effudit: sic in isto coercetur, qui Positum habuit: siue nocuit id quod positū erat, siue nō nocuit. Datur † autem hæc actio non in habitatorē 9
sed in eum qui posuit. *d. l. 5. §. si id quod. 9.* Sufficit enim ita dari, quia dominus vel habitator, etsi ipse nō posuit, tamē si ab alio positū petitur, suo nomine perinde atque si posuisset, tenetur. *d. §. id quod. 9.* Loquitur autē Edictū de partibus ædificij proiectis & eminētibus, vt suggrundis: quē admodū ex verbis illis, SVPRA EVM LOCVM, &c. satis apparet Quamobrem si quis ex testiculo suspensum, vel in pergula quid positū habeat quod damnū aut dedit, aut dare potest, non quidem ex verbis huius edicti quæ deficiunt, sed ad exemplum huius actionis, vtilis actio dabitur. *d. l. 5. §. fin.* Hæc actio etiam popularis est: quoniā publicas vias esse securas. & ab omni periculo liberas, vniuscuiuslibet interest. *d. §. fin.*

DE NOXALIBVS Actionibus. Tit. IIII.

C. 3. 41.

1 *Quare dentur noxales actiones.*
2 *Noxales in delictis publicis non habēt locum.*
3 *Quid veniat in noxalem actionem.*
4 *Noxales esse tantùm adiectitias qualitates.*
5 *Quæ ciuiles, quæ prætoriæ dicantur.*
6 *Quomodo conueniatur is, qui dolo possidere desiit.*
7 *Generale edictum de noxalibus.*

QVEMADMODVM † habitator suorum culpam præstat, ita dominus, si seruus deliquerit, eius nomine cōueniri pōt, Cū. n. aduersus seruū agi nequeat, simul quia personā stādi in iudicio legitimā nō hēt, *l. seruus. C. de iud. l. vix certis. 53. §. eo.* vtpote cū iure ciuili pro mortuo, hoc est nullo putetur, neque caput habeat *l. quod attinet 32. de reg. iur. vid. §. de c. dimin.* simul q̄ nihil proprij

prij possideat, ex quo damnum resarciri possit: A *l. hos accusare. 12. §. omnibus. 1. de accusationibus.* & iniquum tamen sit, ei qui infortunium accepit, non consuli: æquum visum fuit. dominū ex noxa, id est maleficio serui, Noxalibus actionibus obligari: vt cui emolumenta & fructus acquirerentur, ad eundem detrimenta, culpa serui contracta, pertinerent. Quod † tamen intelligendum est, de priuatis iudiciis, quæ damnum persequuntur. Nam ad publica maleficia, quibus & liberi, & serui sontes, ad exemplum & vindictā B corporali supplicio afficiuntur, Noxalis actio non pertinet. *l. 2. C. de accusat. d. l. hos accusare. §. omnibus. l. pen. §. si ex noxali causa agatur.*

3 ¶ Dantur igitur ad damnum persequendum noxales actiones in dominū: quarum vis & potestas hæc est, vt si damnatus fuerit dominus, habeat tamen (vsque dum Iudicati actione conueniatur, *l. item veniunt. 20. §. idem rectè ait. 5. de petit. hæredita.*) deditione ipsius corporis, facultatem euitandi litis æstimationem: *l. 1. h. tit.* ne videlicet nequitia serui, vltra corpus eius domino sit damnosa. *l. 2. in prin. h. tit. Instit. eod. in prin.* C Defendere itaque seruum, & damnum præstare dominus cogitur, aut eo carere, & noxæ dedere. *l. 29. l. 33. h. tit.* Quod quidem verum est, si ignorante domino deliquit. Nam si eo sciente, vel non prohibente, ad integrā litis æstimationem, perinde ac si iussisset, dominus alligatur. *l. 2. cum 3. ll. seqq. h. tit.*

4 ¶ Dicuntur autem Noxales actiones, adiectiæ quædam qualitates, & formulæ ad alias principales appositæ: veluti noxalis actio Furti, noxalis Aquilia, noxalis Iniuriarum, Doli mali, Metus, &c. Nec hæc qualitas immutat principalis D actionis naturam: *l. penul. C. eod. tit.* sed id tantùm efficit: vt & contra dominum detur actio, & is noxæ dedendo seruum, æstimationem litis effugiat. Itaque † quod dicitur, Noxales actiones 5
aut legibus aut Edicto prætoris esse constitutas, *§. sunt autem. Instit. eod.* ita accipiendum est: Quibus actionibus in lege additum est caput De noxa, vt actioni Furti lege XII. Tabularum, damni Iniuriæ lege Aquilia; hæ noxales actiones legitimæ sunt. cùm verò prætor de Noxa clausulam aut Ciuilibus aut Prætoriis actionibus adiūgit. Prætoria dicitur noxalis actio. Et hæc quidem directò dantur ex verbis vel legis, vel Prætoris. *l. electio. 26. §. 1. h. tit.*

¶ Quòd si dominus seruum dolo desiit possidere, quoniam tunc actio ex supradictis capitulis non suppeditat, ex quibus tantùm aduersus 6
dominum possidentem (quia noxam caput sequi voluerunt, §. *omnis. Instit. eod. l. fin. hoc tit.*) agi potest: ideo Prætor ad puniendum dolum, quem non decet esse impunitum, *l. 4. §. cum dominus. 2. h. tit.* pollicetur iudicium Prætorium siue Vtile, idque sine noxæ deditione. *l. si plurium. 5. l. quoties. 21. h. tit.* Itaque † omnibus no- 7
xalibus actionib. hanc quasi explicationem generali Edicto Prætor adiecit: SI IS IN CV-
" IVS POTESTATE ESSE DICETVR, NE-
" GAVIT SE IN SVA POTESTATE SERVVM
" HABERE: VTRVM ACTOR VOLET, VEL
" DEIERARE IVBEBO IN POTESTATE
" SVA NON ESSE, NEQVE SE DOLO MA-
" LO FECISSE QVO MINVS ESSET. quo casu, si falsum iurat, de periurio tenebitur: poteritque ab ipso, si seruum iterum defendat, petitæstimatio damni in solidum. *d. l. quoties. in fin.*
" VEL IVDICIVM DABO, SINE NOXAE
" DEDITIONE. *d. l. quoties. §. prætor ait. 1.* hoc est, permittam, vt cum domino in solidum agi possit, adempta, illi dedendæ noxæ facultate. *d. l. quoties. in prin. l. si seruus. 17. de interro. actio. l. 1. §. interdum. §. si quadrupes pauper.* SI SERVVS
" PRAESENS ERIT, NEC QVISQVAM SIT
" QVI EVM DEFENDAT, DVCI IVBEBO: qua-
" ductione illi acquiretur qui abduxit, perinde atque si noxæ deditus esset. *l. si qui in aliena. 32. l. electio. 26. §. fin. h. tit.* Sed hodie apud nos Sax. qui ministris liberis, non seruis vtimur, huius Edicti non magnus est vsus: cùm illorum nomine non teneamur, *§. omnis. Insti. de nox. tot. tit. C. Ne vx. pro mar. cum seq.* nisi quatenus eorum merces se extendit. *Land. lib. 2. art. 32. vbi glo. lat.*

DIGEST. LIB. X.

FINIVM REGVNDORVM. Tit. I.

C. 3. 39.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Origo iuris de finibus regendis.*
3 *De quinq. pedū præscriptione.*
4 *Ad quos fines, causas hæc actio pertineat.*
5 *Quibus, contra quos detur.*
6 *Cuiusmodi sit iudiciū, & quid in illud veniat.*
7 *Quomodo in eo probandū & iudicādū.*
8 *Reliqua iura quibus fines muniuntur.*

PRAETER † actiones perfectè E reales, aut merè personales, quædā sunt quæ mixtā causam obtinere videtur, de quib. deinceps est differēdum. In hoc genere primum locu eæ actiones obtinent, quib. aut Fines agrorū petuntur (nam hæ vendicationi cohærent, *l. 3. C. eod. Cuiac. obser. lib. 5. cap. 21.*) *discerni ac regi*, aut res Communes diuidi, *§. quædam. Inst. de act.* Vt † certi agro- 2
rum constituantur fines, certísque limitibus cōfines fundi disterminentur, ad pacem seruandam, rixásque & arma inter vicinos sopienda, plurimum interest. Itaq; & lege diuina prohibitū est,

terminos transferre, Deuter. 19. 14. & 27. 17. & ſta A
tim ab vrbe condita, Numam Pompilium ferunt, Conſecrato Deo Termino, iura finium regione quadam muniuiſſe: ne, quod fieri ſolet, quodque eſt perniciosiſſimũ, temeritate cuiuſquam aut iniuria violarentur. *Dionyſ. Halic. lib.* 2. Deinde lege XII. Tabul. ad exemplũ eius legis quam Solon Athenis tuliſſe dicitur, de finibus quædam præſcripta ſunt: *l. fin. h. t.* idque inter cætera, (quod huc pertinet) vt inter confines agros B
quinque pedum ſpaciũ, velut vnus gradus geometricus, quò iri ſine alterius incõmodo colẽdi gratia, aratrúmque circũduci poſſit, relinqueretur, *l. 5. de term. mot. Paul. lib. 1. tit. 15. Aggen. de limit. conſtan. lib. 2. Cuiac. in l. 4. §. vlt. de vſucap.* Id ſpacij & fines conſtituebat, & ex lege XII. Tab. vſucapi, ex conſtit. præſcribi non poterat, *l. quinque pedum. C. eod. Cuiac. in d. l. 4. §. vlt.* vt oſtendit Cicero lib. 1. de Legibus. quanquam hodie 30. annis præſcribi poſſe videatur *l. vlt. C. eod.*

3 ¶ De his ergo quinque pedibus, aut aliis finibus (nec enim in diſterminandis hortis aut pratis tantum ſpacij olim relictum, ſed aut lapide, aut ſepimento, aut alio modo, confinia diſcerni ſolere, multis ex indiciis apparet) orta controuerſia, propter mutatos confuſóſque terminos, aut dolo aduerſarij per exarationem, tranſlationemque, &c. aut inundatione, vetuſtate, alióue modo, lege Manilia cautum erat, vt arbitri ſiue agrimenſores tres, perinde atque in vẽdicationibus, earum rerum periti, regendis finibus, id eſt, diſcernendis, & ad certam æquabilémque regulam dirigendis darentur. *Cuiac. obſ. lib. 5. ca. 21.* vt ſupradicto loco Cic. declarat. Quod quidem regendi ius cùm ſit, vt oſtenſum eſt, antiquiſſimum, iure primo loco in hac diuiſoriorum iudiciorum expoſitione exponitur. *§. ſingulorum. in fin. Inſtit. de rer. diuiſ.*

4 ¶ Iudicium autem hoc ad prædia ruſtica, eorumque confinia pertinet: *l. 2. l. 4. §. fin. h. tit.* in vrbanorum diſplicuit. *d. §. fin.* Neque enim confinia hæc ſunt, ſed magis vicina, & communibus E
parietibus plerunque diſterminantur. Ideoque etſi in agris ædificia iuncta ſint, tamen huic actioni locus non erit, ſed potius Confeſſoriæ, aut Negatoriæ, aut alicui Interdicto, quemadmodum e contrariò in vrbe hortorum latitudo efficit interdum, vt etiam Finium regundorum agi vtiliter poſſit *d. l. 4. §. fin.* Si verò flumen vel via publica interuenit, confinium non intelligitur: quia magis in confinio meo via publica vel F
flumen eſt, quàm ager vicini. *d. §. fin. l. 5. h. tit.* Sed ſi riuus priuatus interfluit, Finium regundorum agi poteſt: *l. 6. h. tit.* quia pars fundi eſt, ſicuti reliqui priuati limites.

5 ¶ Exercitium autem iſtius iudicij cõpetit dominis prædiorum: quia hac actione, quamuis in Perſonam ſit, tamen veluti per vendicationem, petit ſibi rem quiſque ſuam adiudicari. *l. 1. h. tit.* Datur & vtilibus dominis, vt Emphyteutæ, Beneficiario, &c. item Fructuario & Creditori qui G
iure pignoris poſſidet, *d. l. 4. §. finium. 9. h. t.* propter ius quod in re habent. Contra eoſdem autem omnes eadem ratione competit: quia Duplex hoc eſt iudicium. *l. iudicium 10. h. t. l. in tribus. 13. de iud. vide glo. & Dd. §. pen. Inſtit. de interd. l. 2. ff. com. diuid.* Inter ſocios porrò, qui communes agros poſſident, locum habere non poteſt. Vt ſi ego & tu fundum habeamus communem, cui vicinum alium ego fundum habeam proprium, non conſtabit inter nos finium regũdorum controuerſia: quoniam adiudicationes quibus hoc iudicium expeditur, in re Propria fiunt, in Communi fieri nullo modo poſſunt. Quod enim alteri adiudicatur, & tanquam ſuum ſententia iudicis attribuitur, commune manere nõ poteſt: aut ſi manet, inutilem & nullius vſus eſſe adiudicationem dicendum eſt: quod fuerit perabſurdum. Itaq; ſi velim tecum contendere, neceſſe habeo, aut communi diuidundo fundum communem tecum diuidere, aut proprium alienare. *d. l. 4. §. ſi communem.*

C ¶ Iudicium Finium regundorum eſt mixtum. 6
Datur enim partim in perſonam, vt reliqua iudicia, in quibus de diuiſione agitur: vel ex male ficio, contra violantem terminos: vel ex negatione, aduerſus eum qui alios limites præſcribit, quam nos eſſe intendimus: partim in Rem, quãdoquidem noſtrum petimus, vt videlicet domino, vel potius agris ſuum adiudicetur. *d. l. 1. d. l. 4. §. ſi alter. 5.* Finis autem & concluſio (vt ita dicam) D
huius actionis, eſt, vt veteres termini officio iudicis reſtituantur: vel ſi non apparent, dirigãtur noui: eiusque quod intereſt. & poſt litem cõteſtatam fructuum ratio habeatur, Nam antè percepti non omnimodo in hoc iudicium venient: quandoquidem ſi bona fide percepti ſunt, lucro eius cedunt qui conſumpſit: ſin mala fide, condicuntur. *d. l. 4. in prin. h. t.* Duplex autem hoc iudicium eſt, quia vnuſquiſque & agentis, & eius qui cum agitur, partes ſuſtinet: ſi quidem vterque petit, & ab vtroque petitur. *d. l. 10. h. t.*

¶ Porrò quomodo dirigendi ſint fines, & quod 7
ſit iudicis officium, vt intelligatur, ſciendum eſt, cùm de finibus quæritur, primò (ſicuti in cæteris realibus iudiciis) de poſſeſſionis iure quæri ſolere, *l. in qui deſtinauit. 24. de rei vend.* quo videlicet modò & loco termini hactenus ſint obſeruati & poſſeſſi: *l. 3. C. fin reg.* ad quod vtrinque probationes ſunt producendæ. *c. 3. de probat.* In his enim duplicibus iudiciis vtrinque documẽta exiguntur, quia vterque petitoris perſonam gerit. *l. in tribus. 13. de iudic. l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ. 4. ff. tit. 1.* Poſſeſſionem autem iuſtam qui probauerit, obtinere debebit, ex vulgari regula: Cùm obſcura ſunt vtriuſque partis iura, pro poſſeſſore iudicari ſolet, *c. in pari. de reg. iur. in 6. §. commodum. Inſt. de inter.* niſi aduerſarius de iure proprietatis, aliisque finibus docuerit. *c. ex literis de probat.* Probantur autem fines veteribus monumentis. vt ſepibus, foſſa, arboribus, &c. authoritate cenſus, ante litem inchoatam ordinati: niſi contra varietate ſucceſſionum, & arbitrio poſſeſſorum: additis vel detractis

tractis agris, fines eſſe immutatos demõſtretur. A
l. 1. de term. moto. vide Paul. lib. 1. tit. 16. l. 1. C. de accuſat. Quæ quidem accuſatio ciuile finium iudicium non tollit, neque ab eo tollitur: ſed qui finium regundorum egit, accuſare Termini moti reum poteſt, & contrà. *l. 4. §. ſi dicantur. 4. h. t.* Alterutro tamen iudicio pendente, æquum eſt alterum ad finem vſq; prioris differri. *l. 4. de publi. iud. l. vnic. C. quando ciuilis actio. præiu. crimin.* Illud vltimò addo, ius Sax. hac in parte nõ diſcrepare à iure communi: niſi quòd aliud ſpacium, B
nempe trium pedum inter confinia velit relinqui. *Land. li. 2. art. 51. Reinh. diff. 35. parte vlt.* quàm iure communi cautum ſit & definitum: *l. fin. h. t.* & ciuili tantùm mulcta puniat eos qui ignorãter fines tranſponunt: *lib. 2. art. 28.* criminaliter verò & arbitrariè, qui dolo malo. *vide gl. Zob. in d. art. 28. Fachſ. diff. 65. Reinh. præalleg. loc.*

FAMILIAE HERCIſcundæ. Tit. II. C. 3. 36.

C
1 *Ratio & origo huius iudicij.*
2 *Definitio, & quale ſit iudicium.*
3 *Quid hoc iudicio petatur.*
4 *Quibus detur hæc actio.*
5 *De quib. reb. & quid in hoc iudicium veniat.*
6 *Quæ ratio diuiſionis ineunda.*
D 7 *Quando detur, & quandiu hæc actio.*
8 *De effectu huius iudicij, & de diuiſione.*

QVEMADMODVM † ex veteri legis XII. 1
Tabul. iure hæreditates dãtur: *l. 1. §. de pet. hær.* ita indidem actio deſcendit, qua res hæreditaria inter hæredes à communione diſcedere volentes, diuidi officio iudicis petũtur. *l. 1. h. t.* Cùm enim materia cõmunionis ſoleat excitare diſcordias, *l. cùm pater. 77. §. dulciſſimis. de legat. 2.* eóque inuitum in communione detineri E
lex vetet: *l. fin. C. comm. diuidun.* neceſſariũ videbatur, aliquã hæredib. largiri actionem, qua res iure ſucceſſionis communicatas, ad diuiſionem reuocare, ad eámq; diuiſionem faciendã cohæredes prouocare poſſent: quæ quidẽ actio, iudiciũ Familiæ herciſcundæ nominatur. Nam ‡ Fa- 2
milia inter alia hæreditatem ſignificat, *l. vl. C. de verb. ſign. l. pronunciatio. 195. §. familiæ. 2. ff. eod. tit.* vt in illis legis XII. Tabularũ verbis: AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. *d. l. pronunciatio. Vlpia. c. 26. in prin. Inſt. de leg. ag. ſucceſſ. vbi dixi.* Erciſcere autem antiquum verbum, idem eſt, quod Diuidere. Hinc dictum iudicium Familiæ herciſcundæ, quod eo familia, hoc eſt, hæreditas, erciſci, id eſt, diuidi petatur. EST AVTEM HOC IVDICIVM ciuile, duplex, mixtum, bonæ fidei, vniuerſale, quo ad diuiſionem hæreditatis, officio iudicis inter cohæredes faciendã agitur. Dico eſſe CIVILE, quia ex lege
G XII. Tabularum deſcendit. *d. l. 1. h. t.* DVPLEX, quoniam vnuſquiſque hæredũ & rei & actoris partes ſuſtinet. *l. 2. §. in familiæ. 3. l. 45. §. qui fami-*

lia.4.h.t. licet quantum ad ordinem iudiciorum A seruandum attinet, qui prior ad diuisionem prouocat, actoris vice fungatur. *l. in tribus.13.§.de iudic.l.2. in fin.§.tit.1. l. iudicium.10. §.tit.1.* MIXTVM. nam dirigitur tam in Rem quæ diuidi petitur, quam in personam respectu personalium præstationum, *l. item.22. §.familiæ.penul.h.tit.* vt accepti commodi vel incommodi, fructuũ, expensarum. *l. his consequenter.18. cum l.seq.h.tit.* & adiudicationum: quæ personales sunt. *d. l. item. §.pen.* Permittitur enim in his iudiciis diuisoriis B iudici, rem alicui litigatorum, ex bono & æquo compensatione precij facta, adiudicare. *§. quædam. Instit. de actio.* Quin & ea ratione personalis censetur, quòd ex Quasi contractu ortum habeat, & in personam cohæredis tantùm detur, *§. item si inter. Instit. de obligat. quæ ex qua. contr.* BONAE FIDEI iudicium est, *l.9.C.eod. §.actionum. Instit. de actio.* cùm quia ex ciuili bonæque fidei negocio ortum habet, tum vt laxior sit iudicis in adiudicationibus ex bono & æquo fa- C ciendis potestas. VNIVERSALE dicitur, quoniam vniuersa hæreditas in hoc iudicium deducitur, adeò vt in omnium agentium personam condemnationes & absolutiones faciendæ sint, *l. in hoc iudicio.27. hoc tit.* nec quippiam debeat iudex relinquere indiuisum. *l. hæredes.25. §.penult. hoc tit.*

3 ¶ Peti autem in hoc iudicio, & ad id agi, vt res hæreditariæ officio iudicis diuidantur, certum est. *l.1. 2. 3. l. officio.26. hoc tit.* Nam tum demum D huc peruenirí solet, cùm neque ex testatoris, nec hæredum voluntate hæreditas diuisa est: quemadmodum paulò post dicemus, vt quæ priuata consensione iniri nequit partitio, ea iudiciali authoritate explicetur.

4 ¶ Illud porrò in aperto est, inter cohæredes duntaxat *l. cum putarem.36.* huic iudicio esse locum, quocunque tandem iure hæredes sint, siue suo nomine, siue iure successionis: *l. si familiæ. 48.* & siue possideant suam portionem, siue pe- E tant. *l.1. 2. l. hæred.25. §.1. hoc tit.* quorum vel vnus arbitrium Familiæ erciscundæ petere inuitis cæteris potest. *l. arbitrum.42. h.t.* Sed nec dubitandum est, quin & inter pauciores hæredes ex pluribus hoc iudicium accipi possit. *l. 2. §. dubitandum. 4. h.tit.* quod tamen absentibus aut ad diuisionem non vocatis, nullum creat præiudicium. *l. cohæredibus. 17. C. eod. tit. l. inter. 44. §. si cohæredes. 2. h.tit.* Et generaliter, qui petere hæreditatem possunt, hi & diuisionem rectè petũt. F *d. l. 2.* Bonorum verò possessoribus, fideicommissarijs, reliquisque qui veri hęredes iure ciuili non sunt, sed vicem hæredis repræsentant, non quidem Directum hoc iudicium, quod cùm ciuile sit, tantùm ad veros iure ciuili hæredes pertinet, sed vtile ex æquitatis interpretatione sententiáque legis competit. *d. l. 2. §. si quarta. 1. l. sed & eius. 24. l. si ex asse. 40. h.tit.* Porrò qui cohæres non est, ei nec adiudicari quippiam oportet, neque aduersarius est condemnandus: denique planè aditus huius iudicij est præclusus: adeò vt G is qui possidet, si neget agentem esse sibi cohæredem, possit eum excludere per hanc exceptionẽ, Si in ea re qua de agitur, præiudiciũ hæreditati non fiat. Prius enim oportet de iure hæreditario per petitionẽ hæreditatis cognoscere, quam de diuisione. *l. 1. cir. fin. l. fundus. 51. §. fin. h.t.*

¶ Iam videamus, de quibus rebus detur hæc 5 actio, & quæ res, quomodo in hoc iudicium veniãt. Ad omnem igitur hæreditatem, siue ex testamento, siue ab intestato deuolutam, pertinet. *d. l. 2.* Sed & de pluribus hæreditatibus, quæ inter eosdem ex diuersis causis communes sunt, vnum Familiæ hęrciscundę iudicium sumi potest: *l. hæredes. 25. h.t.* déque omnibus rebus hæreditariis, tam soli quàm mobilibus, siue in ipsa hæreditate inuentis, siue occasione hæreditatis, vt vsucapione. *l. 8. 9. 10. 11. 12. cum simil. hoc tit.* & c. acquisitis: etiam alienis, quas bona fide de functus possedit, *l. item 10. h.tit.* aut pignori habuit: *l. si pignori. 29. h. tit.* denique de omnibus omnino commodis & incommodis hæreditatis, iudiciũ familiæ herciscundæ competit. *l. item ex diuerso. 19. l. item Labeo. 22. h.t.* Vnde in illud & præteriti temporis fructus veniunt: *l. penul. h. tit.* item ea quæ vel dolo, vel culpa cohæredis, aut amissa. aut deteriora reddita sunt. *d. l. hæredes. 2. non tantùm. l. & puto. 16. §. sed etsi dolo. h. tit.* Ex quibus intelligitur quid sit quod dicat. I. C. *d. l. item Labeo. 22. §. pen.* Iudicium hoc ex duobus constare, Rebus videlicet quæ diuidi petuntur, & Præstationibus, quæ alij ab alio, ratione fructuum, doli, culpæ, sumptuum, &c. sunt faciendæ. Porrò non veniunt in iudicium familiæ herciscundæ nomina: *l. 4. h.tit.* quia ex lege XII. Tabularum sine vllo iudicio inter hæredes proportione hæreditaria sunt diuisa, vt aliter diuidi nequeant. *d. l. hæredes. in prin. h.tit. l. 6. C. eod. l. pacto successorum. C. de pac. l. 2. C. de hær. act.* Sed nec perniciosa veniunt, vt mala medicamenta, aut venena, aut libri improbatæ lectionis, &c. quæ à bono & innocente iudice statim sunt corrumpenda: neque quæ furto aut alio crimine acquisita sunt, quæ dominis, aut quidem debentur, restitui oportet: *d. l. 4.* nec quæ speciali titulo, vt pro donato, aut pro emptore à cohærede possidentur. *d. l. hæredes. §. quod pro emptore. 5.* vniuersalia enim iudicia aduersus titulo speciali possidentem nõ dãtur, quemadmodum suprà diximus. *ad tit. de pet. hær.* Vnde si quid contendas ex hæreditate mihi tecum esse commune, quod ego ex alia causa meum proprium dico, id in Familiæ herciscundæ iudicium, quod de sola hæreditate datur, non venit. *l. si quid. 45. h.tit.* In hoc iudicium illa quoque deduci ac reputari æquum est, quæ à morte testatoris in res hæreditarias insumpta sunt: & quicquid omnino necessitate cogente, non etiam ex voluptate, *l. ex duob. 27. de neg. gest.* cohæres fecit aut expendit. *l. his consequenter. 18. §. sumptuum. 3. d. l. hæredes. §. si vnus. l. ex parte. 39. in prin.* Quædam etiam cohæredi vt præcipua adiudicari debent, nec reputantur: veluti prælegata, *l. Pomponius. 8. l. si ita legatum. 42. h.t.* & quod defunctus

defunctus hæredi debuit: *l. si filia. 20. §. 1. l. fundus. A 51. hoc tit.* item expensæ nomine studiorum filij factæ. *l. quæ pater. 50. hoc tit.*

6 ¶ Quia verò nõ solet hoc in iudicio inter hæredes conuenire, penes quem tabulæ testamenti, cautiones, instrumenta, pendente iudicio custodiri debeant: ideo curare debet iudex, vt apud eum maneant, qui maiore ex parte hæres sit, cæteri descripta, recognitáque habeant: cautione tamen interposita, vt cùm res exegerit, ipsæ Authenticæ tabulæ exhibeantur. Quòd si omnes iisdem ex partibus hæredes sint, nec inter eos conueniat, apud quem potius esse debeãt, sortiri eos oportet: aut ex consensu vel suffragio eligẽdus erit amicus, apud quem deponantur, vel in æde sacra deponi debent. *l. 4. 5. 6. hoc tit. l. vlti. de fid. instr. vide Schurff. consi. 50. visi. cent. 1.* Illud autem officio iudicis incumbit, vt nihil omnino relinquat indiuisum, *l. officio. 26. hoc t.* (nã cùm tota hæreditas petatur diuidi, sententia & offi- C cium iudicis, libello debet esse cõforme, *l. fin. C. de fideicom. l. vt fundus. 18. commu. diuid.*) sed in omnium personis absolutiones & condemnationes faciat: *l. in hoc iudicio. 27. h.t.* de euictione aliisq; iuribus cautiones ex bono & æquo interponi iubeat. *d. l. hæredes. 25. §. fin. l. in iudicio. 47. h.t.* Et si quæ res commodè diuisionem non recipiunt, vel alternis temporibus adiudicet, *l. & puto. 16. h.t.* vel licitatione admissa, & compensatione precij facta, alteri rem, alteri precium D addicat, *d. l. item Labeo. §. 1. hoc tit.* Quod si altera pars diuisionem detrectet, nihilominus potest iudex diuidere, & pręsenti suam adiudicare partem, absentis verò partem sequestrare. *Spec. de secun. decre. §. videndum. nu. 5.* Potest & in dubiis sorti rem committere. *l. 3. C. com. de lega. 1. as. in l. 1. num. 39. si cer. peta. & in §. sequenti. num. 72. Inst. de actio.* diuisionis autẽ potestatem vni, alteri verò electionis facere, iure ciuili, nisi per modum Licitationis, vt dictum est, nõ potest: *Ias. prælleg. E loc.* quod tamen & à Canonistis, *in c. 1. per illum text. de paroch. Schurff. consil. 71. casus. num. 21. cent. 1.* & moribus nostris est receptum, scilicet vt maior natu diuidat, minor eligat, *gl. Land. lib. 3. art. 29. Fach. diff. 31. Reinh. diff. 42. Schurff. d. consil. 71.* etiam in diuisione feudalium bonorum: scilicet, si inter duos tantùm, non etiam plures, diuisio instituatur. Nec exemplo primæ vetustatis, ea res caret. Sic enim legimus Abrahamum maiorem natu, patrueli suo Loth. optionem in F diuisione reliquisse, *Genes. 13.* Cæterùm vbi consuetudine vel statuto hoc inductum non est, *Mynsing. obser. 37. cent. 4.* tutius fuerit etiam inter duos, nedum plures, rem sorti committere: nec inter æquales alteri præ altero aliquid concedere: prout video communiori calculo probari. *Hanc esse communem, multis confirmat Tiraq. de iure primogen. quæst. 60. per tot. per l. vlt. C. comm. de lega. cum simil.*

7 ¶ Quamuis autem diximus, omnibus hæredibus huius iudicij exercitium competere: tamen illud tenẽdum est, tum demum id obtine- G re, cùm iam adita est hęreditas. *l. qui erat. 49. in fi. h.t.* Nam per aditionẽ hæredibus ius quæritur, & res inter ipsos cõmunicantur. Postquã aut cõpetere semel cœpit exẽplo cæterarũ personalium actionũ in Perpetuũ, id est 30. annis durat. Semel autẽ tãtũ intentari potest, quia vniuersale est, omniũque diuisio rerũ in vnum iudicium deduci ac explicari debet: quod si non fiat, & res quæpiam remanserint indiuisæ, communi diuidundo erit agendum. *d. l. si filia. 20. §. familiæ. 4. hoc tit.*

B ¶ De effectu porrò huius iudicij ita inquit 8 Paulus: *l. inter. 44. al. 45. §. 1. hoc tit.* Si familiæ erciscundæ actum sit, adiudicationes Prætor tuetur, exceptiones aut actiones dando: has petentibus, illas possidentibus, idque exemplo aliarũ rerũ iudicatarum, quæ vtroque remedio defenduntur. *l. actori. C. de reb. creditis. tot. tit. de except. rei iudic.* Quare etiamsi quid indebitum ex hac causa solutum sit, cessat repetitio, *l. cum putarem. 36.* nisi diuisio retractetur propter notoriam iniustitiam: *Schurff. consil. 26. in fin. cent. 1.* vtpote si cum hærede putatiuo actum & diuisum sit, qui pòst non inuenitur esse hæres: *d. l. 36. l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. l. cum solus. 29. de vsucap.* aut lę sio vltra dimidiam iustæ portionis partem inter uenit. *l. 3. vbi Dd. Com. vir. iud.* Nam etsi remedium illud contra rem iudicatam non obtineat *Ias. in l. si quis cum aliter de verb. sign.* tamen quia non tàm pronunciatur super diuisione, quàm ex D sententia diuisio authoritate mandatúque iudicis suscipitur: ideo æquius videtur, hoc auxilij genus enormiter læsis non denegari. *l. Lucius. 38. in fin. h.t.* Et hæc quidem in familia per iudicem erciscunda obtinent: nunc de priuata & extraiudiciali diuisione aliquid subiiciamus. Qua in parte sciendum est, aliud esse Diuisionem, aliud Diuisionis placitum. *l. cum proponas. 21. C. de pact.* sicut aliud est Conuentio de contrahendo, aliud Contractus. *gl. & Dd. in l. in bonæ. 8. de eo quod cer. loc.* Diuisionis placitum, tantùm est nudum pa- E ctum de diuidendo, vnde nulla oritur actio, *d. l. cum proponas.* Diuisio fit re ipsa, quasi rebus permutatis: *l. cum pater. 77. §. hæreditatem. de lega. 2. gl. & Cyn. in l. 1. C. com. vtr. iud.* vnde obligatio Bonę fidei *Cyn. post gl. in d. l. 1.* & actio Præscriptis verbis eiusdem naturæ, tanquam ex permutatione seu venditione oritur. *l. si fratres. 7. C. com. vtr. iud. l. licet. 24. l. si familiæ. 14. C. fam. ercisc. l. his cõsequenter. 18. §. idem. l. si filia. 20. §. si pater. hoc t.* Nam di- F uisio emptionis vicem obtinet: *l. 1. C. comm. vtr. iud.* quæ tamen si sit inæqualiter facta, ad æquitatem reduci debet: *l. 3. C. comm. vtriusq. iud.* quod de inæqualitate, dimidiam iustæ æstimationis partem superante, nostri interpretantur. *Dd. in d. l. 3. Schurff. d. consil. 25. & 28. cent. 1.*

COMMVNI DIVIDVNdo. Tit. III. C. 3. 37.

1 *Quare hæc actio introducta, & quomodo differat à reliquis.*

2 *Ex qua causa detur.*
3 *Quibus, contra quos detur.*
4 *Quid in eam veniat.*
5 *Quomodo diuisio facienda, & quale sit iudicium.*

1 COMMVNI DIVIDVNDO † iudicium id-eo necessarium fuit, quòd Pro socio actio, magis ad personales inuicem præstationes pertinet, quàm ad communium rerum diuisionem: *l.1.hoc tit.* Familiæ autem ercisçundæ iudicio, hæreditatis tantùm fit diuisio, non aliarum rerum singulariũ: *l.4.h.t.* quæ cùm vel ex societate, vel citra vllam societatis affectionẽ alia ex causa possint inter aliquos esse communes: *l. 2. h.t.l.vt sit.31.cum.l.seq.ff.pro socio.vide Cuiac. lib. 5. cap.* 10. opus fuit iudicio aliquo, quo res quomodocunque communes ad diuisionem perducerentur. Nec enim quispiam inuitus in societate communionéue est retinendus, *l.fin. C.eod. tit.* etiamsi pacto conuentum fuerit, ne diuisio vnquam fiat. *l.in hoc iudicium.*14.§.*pen.hoc tit.* Latius itaque patet, quod ad vsum attinet, Cõmuni diuidundo iudicium, quàm Familiæ ercisçũdæ: quia hoc inter solos hæredes de hæreditate datur, illud verò omnibus omnino qui rem aliquam habent communem: adeò vt & cohæredibus, vbi familiæ ercisçundæ iudicium deficit, dari soleat. *d.l.si filia.*§.*familiæ.d.l.inter.ff.tit.t.*

2 ¶Datur autem ex causa Communionis, à qua peritur recedi: *d.l.1.h.tit.* siue ex contractu societatis, siue alio modo, puta emptione, legato, donatione, &c. res sit communicata. *l.2.h.tit.* Et hactenus quidem realis est actio. Quatenus autem fructus perceptos, aut expẽsas factas, cæterásque personales præstationes respicit, personalis existit, daturque ex Quasi contractu: quia neque ex cõtractu, nec ex maleficio sibi inuicem obligati socij esse videntur, §. *item si inter. Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu.* vnde liquet, hanc actionem Mixtam causam obtinere.

3 ¶Hæc directa competit solis dominis rei corporalis communis: *l.4.h.t.* siue neuter, siue alter tantùm eorum, siue vterque rem possideat, *l.pen. h.t.* & vel inter omnes, vel certos ex his, diuidere, desiderantes, hoc iudicium accipi potest. *leg. est.8.l.si quis.29. in fin.h.t.* Vtile autem iudicium datur etiam vtilibus dominis: vt qui fundos vectigales possident, *leg. communi diuidundo.* 7. *in prin.hoc t.* qui Publicianam habent, *d.l.7.*§.1. aut alia iusta ex causa pro suo vsurpant. *dict. l.* 7.§ *si duo sint.* 4. Inter prædones autem, aut Precariò vel Clàm possidentes, aut colonos, locum non habet: *d.l.7.*§.*inter prædones.2. &* §.*neque colonis.6.h.t.* quia nullam obtinent iustam possessionis suo nomine causam, sed aut iniustè, aut alieno nomine possident. Datur & vtile iudicium iis qui ius incorporale, vt vsumfructum, pignus, & consimilia iura habent inter se communia. *d.l.7.*§.*si duo.4.l.item.* 10. §.1.*l.arbor.19.*§. *fin.hoc t.* Quia enim hæc veram diuisionem non

A admittunt, *leg.cùm filius.in prin.76.de leg.2.* ideo vtile tantùm iudicium datur: quo nõ ipsum ius incorporale (qui enim potest? *vide Ias.in l.2.*§.*& harum.num.*3.*de verb.oblig.leg.stipulationes.72. vbi* Bart. *&* Dd.*eod.tit.*) sed illa diuiduntur, quæ eo comprehensa, sub aspectũ sectionemq; cadunt: vt in vsufructu fructus, in pignore vsus pignoris, &c. Nam si nihil insit, quod diuisionem recipiat, vt in seruitutibus, hac actione non agetur. *d.l.arbor.* §.*si per eundem.* 2. Datur interdum etiã

B non dominis, ratione præstationum, quæ personales actiones sunt, neque rei cohærent: *l.item Labeo.* 22. §.*pen.ff.tit.* 1. quoties videlicet res aut extincta est, aut communis esse desiit. *leg.si quis putans.6.in prin.l.in summa.*11.*hoc tit.* Sed & in hæredes transit, contráque cęteros successores, non tanquam hæredes, sed vt dominos & possessores: quo tamen in iudicio etiam id veniet, quod defunctus percepit. *d.l.4.*§.*sicut.d.l.item.* Quibus autem datur hæc actio, contra eosdem dari cer-

C tum est, cùm duplex fit iudicium. *l. 2.in fin.h.tit.*

¶Sicuti porrò ipsius rei Diuisio venit in cõ- 4
muni diuidundo iudicium, ita & Præstationes: vt si quis impensas fecit cõmuni nomine (nam si proprio, retentionem tantùm habet, *leg.in hoc iudicium* 14.*l.antepen.hoc t.*) eas consequatur, *dict. l.4.*§.*sicut.d.l.antepen.* dummodò partẽ suã rectè administrare separatim non potuit: alioquin si potuit, negociorũ tantùm gestorũ habet actionem, eáque tenetur. *l.si quis putans. 6.*§.1.*h.t.* Sed

D etsi quis solus ex re communi fructus perceperit, hi in iudicium venient. *d.l.4.cum seq.* Item si quid ab aliquo sociorum agi debuit, quod actũ nõ est, aut dolo culpáue eius damnum in re cõmuni sit datum, eius habebitur ratio. *leg si in cum quo.*20.*l.3.l.8.*§.1.*hoc t.* Hæc autem omnia vel cumulatim in iudicium veniũt, vel separatè. Nam de præstationibus agi potest, etiamsi res nõ petatur diuidi, vel quòd non placet à communione recedi, *d.l.*14.*vers.quæ cum ita sint.* vel quia res

E cõmunis esse desiit, aut extincta est. *d.l.6.in prin.* Nisi tamen quid fuerit ex communi consensu exceptum nominatim, omninò omnes res quæ actione comprehendi possunt, intelligentur in iudicium esse deductæ. *l.in iudicium.*13.

¶Porrò in diuisione hîc facienda, omnino ea- 5
dem obseruanda erũt, quæ in familæ ercisçundæ actione. *l. si quis putans.6.* §.*fin.d.l.arbor.*19.*in fin.hoc tit.* Nam & hoc iudicium perinde est bonæ fidei, *d l.4.*§. 2. *d.l.in hoc iudicium.*14.§.1. du-

F plex, *l.2.in fin.h.t.* & mixtum. *d. l.* 4.§.*sicut.* Vnde iudex omnes res, de quibus quidem actum erit, (nam vltra id quod in iudicium est deductum, extendi potestas iudicis nequit, *l.vt fundus.* 18. *d. l.4.*§.*hoc iudicium.*) diuidere debebit. *d.leg.*13. aut mẽsura designatis vnicuique certis regionibus, *l.communi.7.*§.*cùm de vsufructu.*§.*hoc tit.* aut temporibus: *d.l.arbor.in fin.* & in his quæ diuisionem non recipiunt, vt animal, &c. totum corpus vni adiudicare: scilicet ei qui plus iuris, maiorémue partem aut etiam affectionem probabilẽ in re

G habet: *l.sancimus.*34.§.1.*vbi Bald.C.de donat.idem*

Bald.

Bal.in l.fin.C.com. de legat.Ias.in §. *quædam.nu.*59. *Inst.de actionib.l.ad officium.*3.*C.com.diuid. & gloss. opt.in l.2.ad verb.in sortium.C.quand.& quib.quar. pars.lib.* 10. eumq; in partem æstimationis alteri, cui res abiudicata est, condemnare: *d.l.6.*§.*pen. l.7.l.*10.*cum simil.h.tit.* aut vbi omniũ iura æqualia sunt, sorti rem cõmittere: *l.fin.vbi Dd.C.com. de leg.l.2.C.quan.& quib. quar. pars. lib.*10. *Ias.in* §.*quædam.Inst. de act.* denique alia quacũq; commodissima ratione diuisionem facere: & si quid in his rebus communibus damni datũ factúmue sit, vel quid eo nomine aut absit ascui socio rum, aut supersit, eius rationem habere, *d.l.*3. vnà cum accessionibus & decessionibus omnibus: *d. l.6.* §.*si quid post acceptum.* & denique in vniuersum prouidere, vt omne commodum atque incommodũ æquabiliter diuidatur, nisi quid dolo, culpa, aut facto socij sit contractum. *d. l.si in cum quo.* 20. *hoc tit.* Eadémque omnia in diuisionibus quoque rerum feudalium seruanda esse, cum nihil specialiter inueniatur dispositum, *c.* 1.*de feud.cog.Cur.in prin. tract. feud.*3. *&* 4.*quæst.* verius est. *And.Iser.& Dd.in c.*1.§.*præterea ducatus.de proh.feud.alie. Chas.in consuet. Burg. titul.de feud.*§.6.*in fin.nu.*20.*Tiraq.in tract. de iure primog. quæst.*4.*nu.*19.

AD EXHIBENDVM
Titulus IIII.
C. 3. 42.

1 *Affinitas huius actionis cum præcedentibus: & an cumuletur cum petitoriis.*
2 *Quid sit exhibere, & ad exhibẽdũ actio.*
3 *Cui, ex qua causa detur.*
4 *Contra quos detur.*
5 *De quibus rebus.*
6 *De officio iudicis in hac actione.*
7 *Quomodo exhibitio sit facienda, & quid in hanc actionem veniat: de specificatione, explicata difficultas.*

1 FInitima † est diuisioni Separatio, qua res vnitæ, per diuisionem quandam disiunguntur à se inuicem, & segregantur. Itaque cùm dictum sit de iis iudiciis, quibus res diuiduntur: sequitur vt nunc videamus de actione, qua rerum exhibitio, & in consequentiam exhibitionis separatio postulatur: nam & ipsa mixtã causam obtinet. Ea autẽ actio ad Exhibendũ ab effectu seu officio est appellata, cuius vsus valde necessarius est, & pene quotidianus, maximè propter vendicationes. *l.*1.*hoc t.* Nec enim res, præsertim mobiles, vendicari possunt, nisi exhibeãtur. Eóque receptum est, vt vnà cum rei vendicatione, hæc actio præparatoria cumulari possit. *gl.in l.*1.*ad verb.necessaria.hoc t.& in l.*1.*ver.instituitur. de inter. actio. Spec. de iudic.* §.*fin.Bart.in l.qui de inofficioso.num.* 4. *&* 5.*de inoff.test. contra*

A *gl.in l.*3.§.*est autem.verb.acturus.hoc t.* EXHIBERE, † est facere in publico potestatem, vt ei qui 2
agere intendit, experiundi sit copia: *l.2.h.t.l.fin. de ver.sig.* & propriè Exhibere, est extra secreũt habere. *leg.*3.§.*ait prætor.de lib.hom.ex.* Quantum autem ad hanc actionem attinet, exhibet is, qui in eadem causa præstat rem, in qua fuit, cum iudicium acciperetur. *l.Iulianus.*9.§. *quantum.*4.*h. titul.* Quapropter actio ad Exhibendum, nihil aliud est quàm actio personalis, in rem directa,

B qua petitur vt res exhibeatur, eiusque videndæ apprehendendæque copia actori fiat. Dico Personalem hanc esse actionem, ex authoritate Vlpiani. *l.*3.§.*est autem.h. t.* Etenim cùm Realis dici nequeat, vtpote qua nõ petat actor rem suam, aut ius aliquod in re sibi restitui, sequitur esse personalem: quia intendit reum aut facere, id est, Exhibere; aut Dare, quanti ea res erit, oportere: quod proprium est personalium actionũ. §.1.*Inst.de actio.l.actionum.*24.*ff.de act.& obl.* Ad-

C de, quòd istarum exemplo oriatur ex obligatione, non quidem vllius contractus, sed Naturali, qua æquum est, vendicare rem suam volenti, eam indicare & exhibere: quòd illi plurimùm profuturum sit, nociturum nemini. *fac.l.2.*§.*iterum Varus. in fin. de aqua plu.arcen.* Datur igitur hæc actio propter illam ęquitatem ex Quasi cõtractu, quemadmodum actiones negociorum gestorum, & quę sociis extra contractum societatis competunt. §. *item si inter. Instit. de obl.quæ*

D *ex qua.contra.* Dirigitur autem in Rem: quia nihil aliud quàm res exhiberi petitur: quo fit, vt aduersus quemlibet possessorem rectè intentetur, *d.l.*3.§.*fin.* vt non immeritò mixtam causam obtinere videatur.

¶Porrò ei datur hæc actio, qui in rem acturus 3
est, qualicunque actione, etiam Pignoratitia, aut Seruiana, aut Hypothecaria. Sed etsi quis vsum fructum petiturus, aut interdicto Vtrobi (quod de rebus mobilibus propositum est, *vide* ff. *vti possidet.*) petiturus seruum, &c. rem exhiberi de-

E sideret: aut noxali iudicio acturus familiam postulet repræsentari, vt recẽsione seruorum facta noxium recognoscat, audietur. *d.l.*3. §. *est autem.* 3.*cum* §.*sequenti.* Quare & qui personali actione rem cõdicturus est, meritò hac quoque actione viam sibi poterit munire. *vt in* §.*si tamen.Inst.de rer.diuis.* Et generaliter sciendum est, non solùm iis quos diximus, competere ad Exhibendum actionem, verùm ei quoque, cuius aliquo modo

F interest exhiberi: adeò vt & plures eiusdem rei nomine ad Exhibendum rectè agere possint, si plurium diuersa ratione interfit, *l.*3.§.*Pomp.*10. Iudex igitur summatim, vt in pręparatoriis tralatitiũ est, *l.*1.*C.vt in poss. leg.* debebit cognoscere, an eius interfit: id est, an probabilem causam habeat actionis, propter quã exhiberi sibi desideret, nõ autẽ an eius res sit: & sic iubere vel exhiberi, vel nõ, prout actoris interest. *d.l.*3.§.*sciendum.*7.*&* 5.*si mecum.*9.*in fin.* Vtroq; autẽ tẽpore

G interesse eius qui ad exhibendum agit, oportet, & quo lis contestatur, & quo fit condemnatio:

l.tigni.7.§.si.hoc t.& quidem interesse pecuniariter,*l.si liber.13.hoc t.* aut vt alia saltem probabilis causa subsit,quamobrem exhibitio sit facienda. *l.fin.hoc t.*Nã & ei qui semel egit,nõ obstat Rei iudicatę exceptio,si ex noua causa interesse cœperit.*l.de eod.12.hoc t.*Quod tamen non ita accipiẽdum est, cùm dicatur agere ad Exhibendum posse omnes quorum interest, quasi quomodocũque intersit,locus sit huic actioni. Quid enim,si quis petat rationes aduersarij sibi exhiberi, quòd magni id sua intersit? aut studiosus illos aut illos libros alienos,quibus lectis doctior & melior sit futurus? an ius ciuile calumniabimur, & captatis verbis sententiam eius circumueniemus? Minimè id quidem faciendum est. *l.pen.hoc t.*Nam nec facultatum suarum rationes edere,& denudare fortunas,nec inuitus suas alij opes communicare,quisquam cogendus est.*leg. fin. C. de alim. pup. præst. l.2.C.quan.& quib.quar. pars,&c. lib.*10. Oportet igitur actoris ita interesse, vt ius aliquod habeat in re,& probabilem causam actionis, proter quam exhiberi desideret.*d.l.3.§.si mecum.9.hoc tit.l.si quis ex argentariis. 6.de eden.*Quòd si vel alia sufficiat actio, qua nõ quidem in Rem vel ad Possessionem,sed ad Exhibendum rectè agatur, nihil causæ erit quamobrem ista actio detur. Vnde Pomponius apud Vlpianum *leg.3.§.si quis extra.6.hoc tit.*ait:Si quis extra hæredẽ (nam illi hæc datur actio, tanquã domino,*leg.2.3.ff.quemad. test. aper.*) tabulas testamenti, vel codicillos,vel quid aliud ad testamentum pertinens exhiberi velit: dicendũ est, per hanc actionem agendum non esse,cùm sufficiant interdicta in hanc rem prodita,videlicet de Tabulis exhibendis.*leg.locum.3.§.solent.§ condemnatio.de tabul.exhib.* Item, si liber homo detineri ab aliquo dicatur, de exhibendo potest quis habere interdictum:*tot.tit.de lib. hom.exhib.* ad exhibendum autem actio in eam rem inutilis videtur, quia hæc actio ei creditur,cuius pecuniariter interest.*d.l.si liber.13.hoc t.* Pecuniariter autem propter liberum hominem interesse nõ potest, quia nullam eius corpus recipit æstimationem.*l.liber homo.13 §.ad l.Aquil.* Illud tamen notandum est, quòd cum neq; huic actioni, neque vendicationi,neq; alij ordinariæ locus est, interdum æquitatẽ exhibitionis efficere, vt in Factum agi possit.*leg.3.§.pen.l. Iulianus.9.§. Marcellus.3.hoc tit.*

¶Porrò aduersus possessorẽ hac actione agitur,non solùm eum qui Ciuiliter,sed etiam qui Naturaliter tantùm incumbit possessioni. *d. l.3. §. fin.* Quare & creditorem qui rem pignori accepit,ad Exhibendum teneri placet: *leg.serui nomine. 16. de vsucap.* & apud quem res deposita, vel cui locata est,aut commodata,*l.3.§.fin.leg.4. h.t.*& omnes qui facultatẽ exhibendi habẽt, *l.5. in prin.l.tigni.7.h.t.* cuiuscũque tandem sint conditionis,siue filiifamiliâs, siue patresfamiliâs. *l. de eod 12.h. t.*siue vnus,siue plures,*d.l.tigni.7.§.1.* Sed & hæredi contra viduã,quæ in domo mariti remãsit,datur.*l.hæres.33. de neg.gest.* Et vsq; adeò possessio vel detentio rei,est fundamentum huius actionis à parte litigatoris conuenti: vt si quis non possideat litis contestatę tempore,postea autem ante sententiam possidere cœperit, condemnandus sit, nisi restituat: contrà si quis, cùm iudicij accepti tempore possideret, postea sine Dolo malo possidere desierit, absoluatur. Nam quamuis est,vt inquit Pomponius,*d.leg.tigni.7.§.si quis.3.*quòd illi imputetur,cur non statim restituit, sed passus est litem secum cõtestari:tamen quia res non ab ipso tanquam aliena petitur,vt dici possit in mala fide verè possessor constitui,cúmque non de restitutione,sed exhibitione facienda agatur,æquius est liberari eum qui citra suã culpam eò redactus est, vt exhibere non possit. Quin etiam si quis possideat,tamẽ si non habet restituendi facultatem,æquitas huius iudicij dabit absolutioni locum.*d.leg.5.§.fin.* Planè qui Dolo malo possidere desiit, cùm pro possessore habeatur,ad exhibendum tenebitur *d.l.Iulianus.9.in prin.*

¶Datur autem hæc actio de omnibus omnino rebus mobilibus, homine puta seruo, animali,& re qualibet inanimata.*l. 3.§.fin.l.5.§.1.l. 6.cum simil. hoc tit.* De rebus autem soli non datur,*leg.ad rem mobilem. 56. de procurat.*cùm per se pateant,oculísque subiiciantur,sine vlla alia exhibitione:neq; latêre possint,vt alibi dicitur.*l.2. C.quando quart.pars.lib.*10. Hoc est quod suprà posuimus,volenti agere interdicto Vtrobi, hãc dari actionem: non verò, agenti interdicto Vti possidetis.Nam hoc ad res immobiles,*vide infr. ad tit.vti pos. & vtrobi.* illud ad mobiles consequendas est proditum.Item, nec de Tigno ædibus iniuncto datur hæc actio.quia lex XII. Tabular.solui vetat, sed aliam actionẽ in Duplum de Tigno iniuncto,domino indulget. *l. gemma. 6.cum l.seq.hoc tit.l.1.de tig.iunct.vide quæ dixi in §.cum in suo solo.Inst.de rer.diuis.*

¶Proposita ergo actione, erit iudicis summatim cognoscere,An agẽtis intersit,& causam agendi probabilem habeat, propter quam exhibẽri desiderat:*d.l.3.§.sciendum.7. & § si mecum. 9.* exceptiones etiam æstimare, quas possessor obiicit,vt si qua tam euidens sit,vti facilè repellat actionem, propter quam exhibitio postulatur,puta exceptio doli,transactionis, iurisiurandi,rei iudicatæ,*c.1.de confess.in 6.*&c.possessorem absoluat:sin obscurior, vel difficilioribus inuoluta sit disputationibus,differat,eámque reiiciat in directum iudicium,re exhiberi iussa. *d. l.3.§. ibid.*11.Quinetiam potest reum contumacẽ per In litem iusiurandum petitori condemnare, quantitate taxata,ad quam vsque iuretur.*d. l.3.§. præterea.2.*

¶Rem autẽ ita exhiberi repræsentarísq; iubebit,vt vẽdicandi apprehẽdendísq; facultas actori fiat,*d.l.2.h.t.d.l.fin.de verb.sign.* Quamobrem si fuerit alij materię adiuncta,vt gẽma inclusa auro,sigillũ cãdelabro, in hoc exhibitio decernẽda erit,vt excludatur. Item si rotã meã tuo vehiculo aptaueris,vel armario tuo meã tabulam,

aut

aut scypho ansam iniunxeris, vel purpuram intertexueris vesti, aut brachium statuæ per applumbaturam coadunaueris: iudicio ad Exhibendum separare compelleris, vt mihi Vendicandi fiat facultas.*d.l.6.& 7.hoc tit.* Item si quis ex vuis meis mustum fecerit,vel ex oliuis oleũ, aut ex lanis vestimẽta,cùm sciret hæc aliena esse(nam si bona fide existimans suam esse materiam,ex ea suo nomine nouam speciem fecisset, dominus eius efficeretur,*l.5.de rei vendic. §. cum ex aliena. Instit. de rer. diui.l.adeò.7.§.cùm quis.de acquir. dom.*) vtriusque nomine ad Exibendum actione tenebitur:quia hoc casu quod ex re nostra fit,nostrum esse, ex sententia Sabinianorũ verius esse Vlpianus existimat. *l. de eo.12.§.denique.hoc t.*Etenim iniquum videtur, domino sine suo facto dominium rei suæ auferri,& illud furi per contrectationẽ immutationémq; rei in nouam speciem acquiri. Quanquam in eo quod accessionis vice alteri accedit, propter præstantiam principalis materiæ,quæ planè tegit & aufert respectum accessionis, nõ consideratur bona aut mala fides. *§. si tamen. §. cum in suo.Inst.de rer. diuis. vbi exposui uberius.* Deinde & illud addendum, in eadem omnino causa rem esse exhibendam, in qua fuit cùm iudicium acciperetur.*leg.Iulianus.9.§.quantum.hoc tit.*Proinde si lite iam contestata vsucaptam exhibeat, nõ videtur exhibuisse, cùm petitor intentionem suam perdiderit,nisi paratus sit repetito die actionem suscipere.*d. §. quantum.*Quin etiã si mutata forma exhibitio fiat,nihilominus tenebitur ad Exhibendum,vt pristinæ formæ rem restituat: *d.l. Iulianus.§.si quis rem.* nam Mutata forma, propè interimi substantiam rei, Marcellus scribit, ita vt res non possit dici eadem. Sanè si deterior tantùm facta exhibeatur, vt equus debilitatus, quia eadem res exhiberur, & via ad vindicandũ patefacta est, ad Exhibendum quidem actione reus absoluitur: poterit tamen actor aut iudicio Vendicationis, aut ex lege Aquilia de hoc damno, aut actione in Factum, ea deficiente, agere.*d.l.si quis rem.l.si quis hominem.17.hoc tit.leg. exhibitionis.C.eod.tit.* Planè cum omnis causa restituẽda sit,partus quoq; & fructus,omnésq; vtilitates quæ amissæ sunt ob hoc quòd res non exhiberetur,vel tardiùs exhibita est, æstimabũtur.*d.l.Iulianus. §. fin. l.si optione.10.l.sed etsi hæreditas.*11.*d.l.de eod.*12.*§.si post iudicium.2.hoc t.*Vltimò sciendum,Ibi rem exhibendã, Vbi fuit cùm lis contestaretur: quamobrẽ si alio loco, quàm vbi actum sit,existat, periculo impẽdíísq; actoris perferenda est eo loci vbi agitur:nisi data opera & dolo malo translata à reo proponatur,*d.l.sed etsi hæred.* 11.§.1.

DIGESTORVM LIB. XI.

DE INTERROGATIONIBVS IN Iure faciendis, & interrogatoriis actionibus. Tit. I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quare introductæ sint interrogationes.*
3 *Mos interrogandi.*
4 *Actionem interrogatoriam qualitatẽ tantùm esse adiectitiam, nõ propriã actionis speciem.*
5 *De interrogationibus sublatis,& positionibus introductis.*

1 QVIA † paulò antè dictũ est de actione ad Exhibendum, quæ viam munit actionibus in Rẽ: visum est iuris compositoribus subnectere tit.de Interrogationibus in iure fatiendis, quæ & ipsæ præparatoriæ sunt:nam reliquis realibus actionibus ancillantur:& vt actio ad exhibendũ, ita & hæ vẽdicationibus,maximè petitioni hæreditatis potissimum aditum patefaciunr: ídque eò magis visum fuit opportunũ, quòd non longè à natura mixtorum,aut certè realiũ iudiciorum, de quibus iam dictũ est,absunt: quia neq; ex contractu,nec delicto,sed ex facto & confessione hominis nascuntur: vt meritò in hanc secundã Pandectarũ partem,in qua de eiuscemodi iudiciis tractatio est instituta,sint relatæ.

2 ¶Prętor igitur Edictum de Interrogatoriis actionibus proposuit, qui a sciebat sæpenumerò difficile esse probare aliquẽ hæredem aut possessorem, qui cum agi aut rei vendicatione, aut petitione hæreditatis, aut simili actione reali, quæ in possessorem tãtùm directa est,*l. vnic.C. de alie.iud.mutan.cau.§.1.Instit.de actio.* rectè posset.Voluit igitur astringere eũ q̃ conuenitur,ex sua in iudicio responsione, vt vel confitẽdo vel mẽtiẽdo sese oneraret: simul & illud eruueretur, quo quisq; iure ex testamento an ab intestato, & quota ex parte hæres esset.*l.2.3.4.h.t.*Qui igitur agere in Rem volebat,vt aduersariũ sua cõfessione cõstringeret,& ex eius cõfessione certã impetrare efficacẽq; posset actionẽ, eiuscemodi interrogationes,Vtrũ possideret,& an Pro hęre de possideret aduersarius,atq; alia id genus,ante iudicium cœptum in iure:id est,apud magistratum populi Romani,*l.4.§.fin.hoc t.* proponebat.

¶Quibus † summariè cognitis,si ad instituendum iudicium eas multũ pertinere Prætor cõ-

perisset,aduersarium respondere iubebat: *l. si sine interrogatione.9.§.illud quæritur.5.h.t.* quiquidē si confitebatur quod erat interrogatum, eámq; confessionē ius & natura admittebant,quasi Ex confesso erat obligatus: *l. de ætate.11.§.qui interrogatus.8.l.confessionibus.13. hoc tit.*& consequens actio fundabatur. Sin autem aut falsò negabat, aut contumaciter in iure tacebat, eam mendacij contumaciæúe ferebat pœnam, quòd in solidum conueniebatur,condemnabatúrq; : *d.l.de ætate.§.si cùm esset.1.& qui tacuit.2. cum seqq.*ex ea actione, cuius respectu interrogationes erant factæ:*d.l.confessionibus.13.* quæ † actio quoniā in interrogationibus, responsione subsecuta aut contumaciter non subsecuta, fundabatur, indidémque vim probationis accipiebat, vocabatur Interrogatoria actio:*Duar.lib.disp.1.c.* 43.quanquam aliquando & Confessoriam dici, quia ex confessione rei datur,sciamus.*leg.proinde.25.ad l. Aquil.* Nam propter adiectā qualitatem aliud actionibus indi nomen,minimè nouum est : vt cùm Arbitrariam, Noxalem, Rescissoriā actionem,&c.diximus.

¶Sed quia postea animaduersum est, iniquum esse quenquam cogi de suo iure ante iudicium respondere,*l. cogi.de petit.hæred.l.fin. C.de rei vendic.c.1.de probat.* potiúsq; actorem domo adferre intētionem & instructum venire oportere, quā à reo confessionē quasi gladium exigere:*l.nimis graue.7.C.de test.l.1.* C. *de eden.*ideo ætate etiam I. C. minus frequentari cœperunt interrogatoriæ actiones,tandémque in desuetudinem abierunt:*l.1.cir.fin.h.t.*quāuis I.C.ordinem Edicti secuti,hanc quoq; eius partē sint interpretati:maximè quòd nō omnino illo tempore interrogationes desiissent,sed minus frequentarentur.Sanè hodie id obtinet,vt interrogationes, siue, vt nunc loquuntur, Positiones,lite demum contestata fiāt:ad quas si fuerit iussu iudicis respōsum, reus ex confessione sua tenetur: *tot. tit.de confess. c.1.& 2.eod.tit.lib.6.* sin autem contumaciter nō fuerit responsum, reus aut pro negāte habetur, si damnosa illi est negatio : aut pro confesso, si confessio illi damno futura est:*Spec. de posit. §.9. cum 4.per iura ibi alleg.* vt iam non ad fundandā intentionem,instituendúmque iudicium,sed ad probationem tantùmmodò ea valeant, quæ ex confessiōne aduersarij apud iudicem facta eliciuntur.*d.leg.in fin.* Et hæc iure communi obtinent. Cæterùm apud nos Sax.non modò interrogationes, sed etiam hæ ipsæ positiones in vsu esse desierunt: *Fachs. diff. 48.& 49.* non etiam confessiones, siue expressim, siue tacitè, puta nihil respondendo, in iudicio factæ. *vide Ias.in l.patre.num.21.& 27.de his qui sunt sui iur. & J. de confess.*

DE QVIBVS REBVS ad eundem iudicem eatur. Tit. II.

ILlud quoque ad superiorum iudiciorum rationem rectè instituendam pertinet, sciri, si inter plures familiæ herciscūdæ iudicio agatur, & inter eosdem Communi diuidundo aut Finiū regundorum quęstio postea glisscat,cōpendij gratia,& quò temporibus omnes lites trāsigātur,faciliúsq; coire coheredes,aut alij ad quos causa pertinet,possint, ad eundem omnes iudicem,vtpote iam antea de causa instructum,eūdémq; locum, vbi omnium præsentia fiat, esse mittendos.*l.1.& 2.hoc tit.*Nec enim continentia causæ diuidi debet:*l.nulli.vbi Ias.C.de ind.*& Frustrà fit per plura,quod fieri potest per pauciora. *l.1.quod met.caus.l.ampliorem.39.§.in refutatoriis:C. de appellat.vide Mynsing.obser.4.cent.1.*

DE SERVO CORRVpto. Tit. III. C. 6. 2.

VT nihil omninò eorum iudiciorum, quæ nec ex vero contractu,neque ex delicto vllo insigni existunt, prætermittatur, rectè iuris compositores ad finem vsque huius libri reliquas quasdam hoc genus actiones, quæ mixtam quodammodò causam obtinent,persequuntur. Ac primò quidē de actione serui corrupti (quæ etiam ad corruptū filium fam.pertinet, *l. vt ostantùm.hoc tit.*Edictum Prætoris hoc recensetur: QVI SERVVM, SERVAM, ALIENVM, ALIENAM RECEPISSE, PERSVASISSE'VE QVID EI DICETVR DOLO MALO, QVOEVM, EAM DETERIOREM FACERET, INEVM QVANTI EA RES ERIT, IN DVPLVM IVDICIVM DABO.*l.1.in prin.hoc tit.* Quæ verba cùm per se clara sunt, tùm à I. C.dilucidè hoc tit.explicantur,*l.2.& tot.hoc tit.Paul. lib.1.tit.12.& 13.& ibi Cuiac.* Hoc autem edictū Perpetuum esse, & inde dari actionem Ciuilē, cum qua cōcurrat tamen extraordinaria criminalis,ostendit l.5.de extraord.crim.

DE FVGITIVIS. Titul. IIII. C. 6. 1.

QVi fugitium aut erronem seruum apud se celat,cùm furti se crimine obliget,*leg.1. in princ.hoc tit. leg. non statim. ad leg. Flaui.de plag.* meritò in eum quoq; actio ex S. C. est prodita. Senatus autem censuit, ne fugitiui admittantur in saltus, néue protegātur à villicis & procuratoribus possessorum : ac mulctam 100. solidorum in secus facientes statuit, de quo S. C. plurima hîc apud Vlpianum. *in d. leg.* 1. Quanquam sint & aliæ actiones,quibus aduersus eiuscemodi receptatores atque occultatores agatur. *l.3.4. 5.ad l.Flau.de plagia.l.quicunq; & tot. tit.C.de ser.fugit.*

DE

DE ALEATORIBVS. Titulus V. C. 3. 43.

1 *Quare alea prohibita.*
2 *Prima pars edicti.*
3 *Secunda pars.*
4 *Senatusc.de prohibito aleæ ludo.*

CVm† teterrimum sit prodigalitatis instrumentum alea, qua complures per inconsultam temeritatem ad inopiam redacti, Deo male dicunt, & grauiora facinora nonnunquam aggrediuntur:*leg.fin. in princ.C.de relig.& sump.fune.& aleæ lusu.* meritò & hoc prouidendum fuit, ne ludo tam noxio vlla ratione indulgeretur: sed potius, quoad eius fieri posset, omnis eius vsus procul è finibus bene institutæ ciuitatis exterminaretur. Interest enim Reipublicæ,Ne quis re sua abutatur.*§.sed etiam:Inst.de his qui sunt sui vel al.iur.* Et quia receptatores occasionem adiumentúmque præbent eiuscemodi nequitiæ,rectè Prætor de iis hoc edictū proposuit:de his enim,non de aleæ ludò, hoc in titulo edicitur. Nam id genus ludi,erat lege aut S.C.prohibitum,vt Prætoris interdicto nō fuerit opus.Horat.lib 3.Carm.

Sen mauis vetita legibus alea.

Vnde facilè intelligi potest, inscriptionē titul. De aleat. & De aleæ lusu, in vulgatis exemplaribus mendosam esse. Ait prætor: † SI QVIS EVM, APVD QVEM ALEA LVSVM ESSE DICETVR, VERBERAVERIT, DAMNVMVE EI DEDERIT, SIVE QVID EO TEMPORE DOMO EIVS SVBTRACTVM EST, IVDICIVM NON DABO.Prætor igitur in odium flagitiosi hospitij præbiti, susceptorem aleatorum verberatum, ac vbicunque & quandocūque,occasionē tamē ludi, infortunio mulctarum non vindicat:adeò vt furtum domi eius eo tempore quo luditur,impunè fiat: quod tamen de actione Pœnali denegata intelligendū est, non quin possit ad Exhibendum condicendúmque rem furto sublatam agere. Idémq; iure Sax.penè receptum est : quo iure mulcta iniuriarum aleatoribus nulla debetur. *Sax.lib.3.art.* 45. Sed & grauiorem pœnam, videlicet Publicationem domus,Iustinianus postea in hunc statuit.*d.l.fin.in fin.C.de relig.*

¶De ipsis autem aleatoribus ita Prætor cauit: IN EVM QVI ALEAE LVDENDAE CAVSA VIM INTVLERIT, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM.Hæc clausula pertinet ad animaduersionem eius qui compulit ludere, vt pro ratione facti aut mulctetur, aut in latomias:id est, lapidicinas, vel in vincula publica detrudatur. Solent enim quidam & ad lusum cogere, vel ab initio, vel victi, dum retinent:*l.1.in fin.l.2.h.t.*& hæc quidē Prætor de aleatoribus. †S.C.autem, quod vim legis obtinet, *l.non ambigitur. de legib.* vetuit omnino in pecuniam ludere,aut sponsionem eiuscemodi lusus gratia facere. *Cic.Philip.2.* Et si quid amissum solutúmq; sit eo nomine, actionem ad repetendum præstat (quæ tamen condictio iure Saxon.non datur,*Reinh.in vlt.parte.diff. 6.per art.6.lib.* 1.) præterquam vbi certatur hasta, vel pilo, currendo, saliendo: luctando, pugnando, quod virtutis causa fit: quibus ex rebus etiam legibus exercendarum virium gratia, sponsionem facere licet.*l.2.in fin.leg 3 hoc tit.* Iustianiani tamen cōstitutione ad vnum tantùm alterúmue vsque solidum etiā in his ludere permissum est.Quod autem in conuiuio vescendi causa ponitur,in eam rem familia rectè ludit.*l.fin .hoc t.* Illud etiam sciendum,quod in ludo venditur,ad eius euictionem non teneri venditorem:*Ias.in l. iurisgentiū. 7. §. prætor. num. 3.de pact.per l.fin. §.1. quæ.rer.non det.act.*& moribus nostris quod inibi creditur,non habere exactionem: eum verò qui pœnam promittit,si deinceps luserit, ludēdo ad pœnam obligari.*l.ex ea parte.121.§.mulier. 1.vbi hoc Bart.notat.de verb.oblig.*

SI MENSOR FALSVM modum dixerit. Tit. VI.

1 *Ratio huius edicti,& quis dicatur mē-*
2 *Ex qua causa hæc actio detur.* *(sor.*
3 *Cui detur.*
4 *Aduersus quem.*
5 *Ad quid detur.*
6 *Affines actiones.*

ADuersus † mensorem agrorum, quem finitorem Cic.*de l. Agrar.*& Plaut.*in Penulo.*vocant, Prætor in Factum Actionem proposuit, à quo falli nos non oportet. Nam interest nostra, ne decipiamur in modi renunciatione, si fortè vel de finibus contentio sit, vel emptor scire velit,aut venditor,cuiusmodi ager veneat: quo nomine in duplum erat olim ex mendacio actio.*Paul.lib.1.tit.* 18.& *lib. 2.tit.17.* Ideo autem hanc actionem proposuit, quia non crediderūt veteres inter tales personas locationem & conductionem esse, sed magis operam beneficij loco præberi: & id quod datur ei, ad remunerandum potius quàm vice mercedis, quæ ex locato debetur,dari: vtpote cum absque vlla conuentione, & incerta quantitate, aliàs plus, aliàs minus dari soleat : vnde & Honorarium appellatur : quia honorandi magis causa, quàm ex certo vllo cōtractu, aut ad certā mercedis quantitatem datur. Si autem ex locato & conducto fuerit actum, dicendum erit, non tenere inrentionem:*l.1.in prin.h.t.* Nam actio locati,datur ex contractu, in quo de certa mercede cōuenit.*d.2.loca.l.1.§.si quis seruum.depos.* At hîc

fine certæ mercedis cõuentione officium mensurandi, cum quadam salarij atque honorarij spe præstatur, vt inde ex locato agi nullo modo possit. *§. fin. Inst. de loca. & condu.*

2 ¶ Hæc actio Dolum malum mensoris exigit: aut latam culpam, quæ dolo malo comparatur. *d. l. 1. §. 1.* Visum est enim abundè coerceri mensorem, si dolus tantùm malus puniretur eius hominis, qui nullo ex contractu iure ciuili obligatus esset: vt quoad eius fieri potest, officium liberaliter præstitum minime sit ei damnosum. B *l. sed si quis. 1. quemad. test. aperi.* Nam & in aliis cõtractibus vsurpari videmus, vt ad quem nulla eius contractus vtilitas redundat, *is* tantummodò dolum præstet: quemadmodum est in deposito. *l. si vt certo. §. nunc videndum. J. commo.* Neque in contrarium vrget, quòd ob mercedem aliquando mensor operam præbeat. Etsi enim ea spe accedere ad mensurandum potest: tamen quia ab initio nulla sit super mercede pactio, intelligitur gratuitò præstari officium: sicuti & C mandatum gratuitũ est, quamuis postea remunerandi gratia honor interueniat. *l. si remunerandi. 6. J. manda.* Semper enim initium contractus est inspiciendum. *l. si procuratorem. 8. in prin. mandat.* Quamobrem si imperitè aut negligenter mẽsor versatus sit, securus erit, eique imputabitur qui illum adhibuit. *d. l. 1. hoc t.* Datur igitur hæc actio ex falsa renunciatione, quæ dolo malo facta est: nam renunciatum esse oportet Quoquo modo. *l. 1. in fin. l. 2. l. 5. hoc tit.*

3 ¶ Competit autem ei cuius interfuit, falsum modum renunciatum non esse: vt emptori, venditori, litigatori, qui damnum propter falsam mensuræ renunciationem passus est. *l. 3. §. 1. hoc t.* Datur & hæredibus: *d. l. 3. §. fin.* quia hæc actio Rem persequitur, & ex Negocio descendit, vnde & Perpetua est. *l. 4. hoc tit.*

4 ¶ Aduersus autem mensorem agrorum intenditur, qui falsum modum mensurámue renunciauit, siue vnum siue plures, & quidem insolidum: quia dolus omnes insolidum obligat, vna tamen solutione actio aduersus omnes tollitur. *d. l. 3. in prin.* etenim in id quod Interest agitur: quod vbi semel receptum est, bona fides non patitur amplius idem exigi, *l. bona fides. 57. de regu. iur.* Et quamuis de solo mensore agrorũ verba Edicti agant, tamẽ latius id porrexit Prætor. Nam etsi cuiusuis alterius rei mensuram falsam renunciasse dicetur, hæc actio, & quidem Directa competet, quia hæc interpretatio non aliundè, sed ex ipsa prætoris authoritate venit: eóque peræquè directã præstat actionem, atque ipsum edictum. Proinde si in ædificiis mensura fefellit vel frumenti, vel vini, vel cuiusuis alterius rei, siue de itineris latitudine, siue de seruitute immittendi proiiciendiue quæratur, siue aream, vel tignum, vel lapidem metiendo mentitus fuerit, tenebitur. *l. 5. in fine. l. 6. 7. hoc tit.* Sed & Vtilem actionem ex edicti interpretatione I. C. (qui cũ iuris cõtendẽdi potestatem non habeãt, directas G actiones, quas lex aut edictum non dat, dare ne-

A queunt) præbent, *d. l. 5. in vers. sed nec vtilem, &c.* in eũ qui mẽsor nõ fuit, fefellit tamẽ in modo. Vt si architectus Dolo malo in lineamẽtorũ ductu, & ordinatione structuræ decepit: aut redẽptor, qui opus alteri suis cemẽtis ædificat, *l. redẽptores. 39. de rei vendicat.* in modo: aut tabularius, in cõputatione, *l. fin. hoc tit.* Nã mẽsorẽ machinariũ, qui machinula formas quadratas aut trigonas designãs, earumque latera dimetiẽs, spacium areæ colligit, *Budeus hic.* cũ verus sit mensor, directo-iudicio cõueniri rectè puto, *d. l. fin. in prin.* Porrò in hæredem similésque personas in hanc actionẽ, quę ex parte rei cõuẽti pœnalis est, & ex delicto, nẽpe dolo oritur, denegari Vlpianus ex authoritate Pomponij scribit. *d. l. 3. §. fin. hoc tit.*

¶ Venit in hanc, id quod interest agentis, falsũ 5 modũ nõ esse renũciatũ. Vnde si alia ciuili actione, vt exẽpto, quis dãnum sibi factũ per falsam renunciationem resarcire potest, cũ nihil eius intersit, cessabit hæc actio. Nam generaliter Extraordinaria remedia, vbi sufficit ordinarium, dari non solent. *l. in causæ. 16. in prin. de min.*

¶ Affinis autem huic actioni est Querela seu 6 imploratio officij iudicis, qua mensorum: aut æstimatorum, aut aliorum omnium qui ex peritia artis suæ iudicant, iudicium, mensura, taxatio, sententia impugnatur: sicuti perpetuò impugnari, & demonstrata imperitia retractari potest, quando nunquam transeat in rem iudicatam. *Iaf. post Alex. in l. arbitro. nu. 10. qui satisd. cogan. Imol. in c. quintauallis. num. 30. de iureiur. Maran. tract. iudic. cap. de appell. num. 102.* Item actio de Dolo, quæ datur in apparitores Prætoris qui D extra ordinem sententiam exequentes, rem viliori precio fraudulẽter proiecerunt, *l. si pignora. 50. de euictio.*

DE RELIGIOSIS ET sumptibus funerum, & vt funus ducere liceat. Tit. VII. C. 3. 44.

1 *Edictum de religiosis.*
2 *De quo loco agat edictũ: & quis sit purus locus, aut religiosus.*
3 *Quid sit sepulchrum, quid monumentum.*
4 *Qualis ex edicto detur actio, cui, contra quem, & ad quid.*
5 *Que actio detur ei, qui prohibitus est funus ducere.*
6 *Edictũ de sumptibus funerum, & quæ, cui, aduersus quem, ad quid actio inde detur.*

HActenus † dictum est de vindicatione & B actionibus rerum quæ sunt humani iuris: nunc proponuntur Edicta duo, quæ ad res Religiosas

Religiosas & Diuini iuris tectas sartasque cõseruandas pertinent: atque ad eundem mixtarum A actionũ ordinẽ meritò rediguntur, De religiosis rebus ita prætor edixit: SIVE HOMO MORTVVS, OSSAVE HOMINIS MORTVI IN LOCVM PVRVM ALTERIVS, AVT IN ID SEPVLCHRVM IN QVO IVS NON FVERIT, ILLATA ESSE DICENTVR: QVI HOC FECERIT, IN FACTVM ACTIONE TENETVR, ET POENAE PECVNIARIAE SVBIICIETVR. *l. 2. §. prætor. h. t.* Si homo, inquit, mortuus, ossáue: B videlicet præcipua aut principalia membra, vt caput. *l. cum in diuersis. 44. h. t.*

2 ¶ Quod dicitur de loco, intelligendum est de eo, qui est extra pomerium oppidi. Nam & lege XII. Tabularũ, & rescriptis Principum prohibitum est in ciuitatibus sepeliri non obstante etiã consuetudine municipali. *l. 3. §. diuus. de sepul. viola.* PVRVS locus dicitur, qui neque sacer, neq; sãctus, neque religiosus est, sed ab omnibus eiusdem modi nominibus vacat. *l. 2. §. prætor. vers. purus.* C

3 *h. t.* SEPVLCHRVM † est, vbi corpus ossáue hominis condita sunt. Vt autem Celsus ait, non totus qui sepulturæ destinatus est locus religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est, A sepulchro autẽ MONVMENTVM distat: quia quicquid memoriæ seruandæ gratia extruitur, monumentum dicitur: *d. §. prætor. vers. monumentum.* in quod si corpus inferatur, fiet sepulchrum: *l. monumentum. 42. h. t.* quanquam monumentum sepulchri etiam id dicitur, quod loci, in quo corpus impositum est, muniendi causa fit. *l. funeris. 37. in fi. h. t.* Illa verba. ILLATA ESSE DICENTVR, de ea illatione accipienda sunt, quæ fit sepulturæ causa. *d. §. prætor. vers. de illa.*

4 ¶ Actio hęc in Factum, personalis est, quę datur ex facto eius qui contra ius locum alienum religiosum facere molitur: cõtinetque illud, Vt aut is qui intulit, tollat quod est illatum, Aut loci precium præstet. *l. is qui intulit. 7. h. t.* Vnde cũ actio sit Rei persecutoria, perpetua est, & hæredi, inque hęredem competit. *d. l. 7.* Meritò autem actio in eam rem prodita est: nã propria authoritate corpus aut ossa ab alio in suum fundum illata, nemo debet propter reuerentiam manũ, & quia corpus rectè sepultum non est inquietãdum, effodere vel transportare: *l. ossa. 8. l. diui. 39. h. t.* quamuis in aliis rebus prophanis id concedatur. *l. quemadmodum. 29. ad l. Aquil.*

5 ¶ Contra autem ei qui prohibitus est inferre in eum locum, quo ei ius inferendi esset, in Factum actio competit: per quam consequetur, quanti eius interfuit, prohibitum non esse: *d. l. ossa. in fin. cum ll. seqq.* quo respiciunt illa vltima verba inscriptionis huius tituli. ET VT FVNVS DVCERE LICEAT: eoque pertinet Vlpiani responsum, *in l. ne corpora. 38. h. t.* cum ait: Officium esse præsidis, prouidere ne corpora aut ossa mortuorum detineantur, néue quis prohibeatur, quo minus via publica cadauer trãsferre aut sepelire possit. Quare ne quidem ob æs alienum inhiberi sepulturam, & arrestari cadauer G

posse dicendum est. *§. hoc autem. Auth. vt cum de app. cognos. in Auth. vt def. seu corp. eor. l. cum sit iniustum. de sep. viol. Couar. var. res. lib. 2. c. 1. nu. 10.*

¶ De secunda autem huius tituli parte, nem- 6
pe de Sumptibus funerum, Prætor ita cauit: QVOD FVNERIS CAVSA SVMPTVS FACTVM ERIT, EIVS RECVPERANDI NOMINE IN EVM, AD QVEM EA RES PERTINET, IVDIDICIVM DABO. *l. si quis sepulchrum. 12. §. prætor ait. h. t.* Hoc edictũ iusta ex causa propositum est, vt qui funerauit, consequatur id quod impendit. Sic enim fiet, ne insepulta iaceant corpora, néue quis de alieno funeretur. Deinde qui propter funus aliquid impendit, quoniam cum defuncto contrahere videtur, *l. 1. h. t.* quasi negocium eius gerens, *l. & si quis. 14. §. eisi quis. vers. quasi alienum. & §. idem Labeo.* meritò ab eius hæreditate & hæredibus defunctum repræsentantibus id reperere poterit. Funeris causa sumptus factus videtur *is* demũ, qui ideo fit vt funus ducatur, & sine quo funus duci non potest. *d. l. & si quis. 14. §. funeris. l. funeris sumptus. 37. h. t.* Vnde hæc actio, quæ & Funeraria dicitur, ex bono & æquo oritur, continetque tãtũ impensa funeris causa, non etiam cæteros sumptus, Aequi autem & boni æstimatio accipitur ex dignitate eius qui funeratus est, ex causa, ex tẽpore, ex bona fide, vt ne plus imputetur sumptus nomine, quam factum est: ac interdum ne tantum quidem, quantum factum est, si fortè im D modicè factum sit. *d. l. & si quis. §. hæc actio. vide l. 1. §. de impensa. al. l. Fal. Land. art. 22. 31. lib. 1.* Quanquam Prætor vel Magistratus municipalis sumptum ad funus pro facultatibus & dignitate defuncti decernere solet. *d. l. si quis. 12. §. fin. h. t.* Nonnũquam etiam is qui sumptum fecit in funus, non recipit: veluti si pietatis gratia, nõ hoc animo quasi recepturus sumptum impendit. Oportebit igitur testari quẽque, quo animo funeret, ne postea patiatur quæstionem. *d. l. & si quis. §. sed interdum.* Hæc autem actio cũ sit Prætoria, cessat, quoties quis aliam actionem habet E de funeris impensa consequenda. *d. l. & si quis. §. Labeo ait. cum seqq.* Datur autem aduersus eos, ad quos funus pertinet: videlicet hæredes, vel bonorum possessores, *d. l. & si quis. §. fin. cum ll. seqq. &c.* Huius autem actionis tantus est fauor ob religionem, vt hæc impensa ante omne creditum, cum bona soluendo non sunt, ex hæreditate deducatur. *l. pen. h. t. l. 2. de priuile. credi. l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. Paul. lib. 1. tit. 21.* Quod & ad eas expensas, quæ ob morbũ defuncti, puta in pharmacopolio contractæ sunt, extendi consueuit. *Iaf. in d. §. in computatione. text. in l. 3. §. in restituendo. 4. C. de pet. hæred. l. 3. C. de relig. & sumpt. funer. Land. art. 22. lib. 1. gloss. art. 6. num. 2. lib. 1. Vueych. art. 26. vide etiam Spec. de sepult.*

F

DE MORTVO INFERENDO, & sepulchro ædificando. Tit. VIII.

1 *Interdictum de mortuo inferendo, & eius explicatio.*
2 *Quatenus differat ab actione superiore.*
3 *Interdictum de sepulchro ædificando.*

1 PErtinet † & huc interdicta prohibitoria, de Mortuo inferēdo, & vt inferre libere liceat: quibus de rebus ita Prętor interdixit: QVO QVAVE ILTI MORTVVM INFERRE, INVITO TE, EI IVS EST, QVO MINVS ILTI EO EAVE MORTVVM INFERRE, ET IBI SEPELIRE LICEAT, VIM FIERI VETO. *l.1.in prin.h.t.* Verba illa, QVO QVAVE, EO EAVE, indicant cōtra interdictum fieri, siue in locum sepulturæ inferre quis prohibeatur, siue in itinere arceatur. Liberum igitur est, quacūque ratione prohibito mortuū inferre, aut statim hoc interdicto vti, quo prohibetur ei vis fieri, aut alio inferre, & postea in Factū agere: per quā actionē cōsequetur actor, quāti eius interfuerit prohibitū
2 nō esse. *l.liberum.9.§.t.1.* Vnde † paret discrimen inter hoc interdictum, & actionē quæ ex superiore edicto datur. Nā hæc quasi cedēs violētiæ, ordinariæ agit ad id quod interest, potiusq; ad Vindicādā quā Arcēdam iniuriā dirigitur. Illud verò ipsi facto obsistit, vimque fieri vetat: & nō longā cognitionē, sed paratā habet executionē, vt pote in simplici verborum cōceptione (vt & alia interdicta omnia, *l. vlt. de inter.*) in officio Prętoris cōsistēs: qui interdicit, Ne vis fiat mortuū inferēti, donec de iure sepulturæ ordinariè agatur, ac diligētior fiat cognitio. Ita per interdictū remouetur impedimentū: per actionē ex Edicto, tantū ad interesse agitur, impedimento omisso. Sed de differentia Edictorū, ac interdictorū, alio loco dicetur opportunius.

B ¶ De sepulchro ædificando Prætor ita interdixit: QVO ILLI IVS EST, INVITO TE MORTVVM INFERRE, QVO MINVS ILLI IN EO LOCO SEPVLCHRVM SINE DOLO MALO AEDIFICARE LICEAT, VIM FIERI VETO. *l.1.§.prætor ait.h.t.* Interdicta hæc proposita sunt quia religionis interest, non prohiberi sepulturam cadauerum, & monumenta extrui atque exornari, *d.l.1. §.1. vers. interdictum.hoc t.* Negat tamē lex Regia mulierem, quæ prægnans mortua sit, humari, antequam partus excindatur, qui contrà fecerit, spem animantis cum grauida videtur peremisse. Non igitur incidit in hoc Edictum, qui vetat eiusmodi cadauer inferri, priusquam partus excidatur. *l.3.h.t.* Affine est, quòd prohibitum sit illatum exhumare etiam ob delictum, nisi contra Ecclesiæ interdictum sepultus sit. *Bal.l.principaliter.13.nu.2.C.de lib. caus.*

DIGEST. PARS TERTIA.

LIBER XII.

DE REBVS CREDITIS, SI CERTVM petatur, & de condictione. Tit. I.

C. 4. 1. 2.

Cōtinuatio & generalis dispositio huius tertiæ Partis, & etiam.2.3.4.5.6.7.
2 *Quare inscribatur de rebus creditis, et quid sit credere, & nu.8.*
3 *Quot modis in creditū eatur, & nu. 5.*
4 *Quare de stipulationib. hic nō agatur.*
5 *Quare dicantur quidam contractus re contrahi.*
6 *Quot modis re contrahatur.*
7 *De inscriptione tituli: eiusq; explicatio.*
8 *Mutuum vnde dictum.*
9 *Quid sit.*
10 *Causa efficiens mutui: & an debeat esse gratuitum.*
11 *Materia: & quæ res in mutuum cadāt quæ functionem recipere dicantur.*
12 *De forma, substantialibus & naturalibus mutui: & explicatio. l. vinū. l. si ergo cū simil.*
13 *Causa finalis.*
14 *De condictione certi & incerti, & quæ ex mutuo actio detur.*

1 HACTENVS † explicata sunt in secunda Pandectarū parte iudicia, quibus rem nostrā petimus & his finitima illa, quæ licet ex nullo cōtractu descendāt, exēplo tamen realium iudiciorum ad rem persequendam instituūtur. Sequitur nūc quādo nō modò res nostras, sed nobis etiā Debitas præstari æquū est, vt videamus quib. actionibus ea quæ Debētur, exigi possint. Etsi aūt diuersę causæ sunt, & varię, ex quibus quid deberi potest, vt patrimonium, tutela, vltima volūtas, &c. tamē quia præcipuè cōtrahendo fit, vt quid dari fieríve oporteat, meritò ante omnia de cōtractibus

tractibus actionibúsque, quę indidem ad res debitas petendas emanant, in hac tertia Pandectarum parte Iūstin. disputationem explicationēq; instituit. *l.2.§.igitur prima. C. de vet. iu. enucle.*

2 ¶ Ideóque hanc partem De rebus creditis inscribere visum est, vt ex ipso titulo statim appareret, de rebus creditis, debitísque ex aliquo cōtractu, hîc agi. CREDENDI enim appellatio generalis est. nā quicunque rei assentiamur, alienā fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Vnde RES CREDITAE dictæ, quę ex eiusmodi fiduciaria, vt ita dicam, conuentione debentur: *l.1.h.t.* & CREDITOR, cui debetur: *l.creditores.10. cū duab.ll. seqq. de verb.sign.* quanquam speciali propriáq; in significatione CREDITVM pro mutuo accipiatur. *l.2.§.mutui datio. 1. h. t.* quia in hoc contractu præcipuè credit pecuniam, & alienā fidem sequitur, *l. 1.§.illud. de separ.l.tutor. §.cum haberes. ad Velleia. l. ait præt. 10. §.si quis. quæ in fraud. cred.* qui mutuò dat. Quare in creditum ire propriè dicitur, qui mutuum vel quasi mutuum cōtrahit. *l. procuratoris. 5. §.sed si dedi. de tribut. act.* REI quoque verbū vt generale Prætor elegit: quo non modò comprehendit res fungibiles, quæ solę cadunt in mutuum, sed alias quaslibet siue species, siue etiam iura. *l. rei appellatio. 5. l. rei appellatione. 23. de verb. signif.* Apparet autē hanc inscriptionem ex Edicto perpetuo, cuius ordinem post. I. C. Iustinianus in hac digestione sequitur, esse desumptam, vt Vlpianus *in d. l. 1. in fi. h.t.* nō obscurè significat. Iulianus enim Edicti compositor, quæ ad varios contractus pertinebant Edicta & Actiones, sub hoc generali titulo vice Prætoris inseruit.

3 ¶ Itur autem in creditum duobus ferè contrahendi modis: aut cùm Re ipsa contrahitur, vt fit in mutuò, cōmodato, pignore, deposito, &c. aut quando potissimùm Cōsensu, vt est in emptione, societate, &c.

4 ¶ Nam quæ verborum formulis innititur obligatio, cùm in ea nihil verè credatur promittēti, magísque sublitate iuris cōstat, quàm rei interuentu: vtpote quæ συνάλλαγμα nullum habeat &, in qua altera tātùm pars obligetur: meritò in alium locum ad Prætoria iudicia, procul à rebus creditis est relata.

5 ¶ Sed quoniam per traditionem rei verè in creditum itur (is enim verè credit, qui alienum nomē sequitur, *d.l 5.§.sed si. de tributor. act. l.1.§. illud. de separ.* & alterius fidei rem tradit & committit. *§. venditæ. Instit. de rer. diuis. l. qua ratione. 9.§.nihil autem. de acq. rer. domin.*) primò de cōtractibus qui rei interuentu perficiuntur, actionibúsque inde descendentib. est videndum. Dicuntur autem RE CONTRAHI, quòd præcipua (à principaliore enim fit denominatio, *l. filio. 23. de lib. & post. §.singulorum. Instit. de rer. diuis.*) horum contractuu causa Efficiens Res est, sine cuius præstatione omnino perfici nequeunt, etiāsi secundariò (vt loquuntur) cōsensum quoq; requirant contrahentium, citra quem nihil cōcludi firmaríue vnquam potest: *l.1.§.vlt. de pact. vide quæ dixi Instit. ad tit. quib. mod. re. cont. ob.* vt contrà alij CONSENSV CONSTARE dicūtur, non quòd rem creditam nullam complectātur, *l. nec emptio. 8. infr. de contrah. emp.* sed quia potissimùm perficiuntur Consensu, quamuis res in præsenti nulla intercedat.

6 ¶ RE ITVR IN CREDITVM, vel cùm rem alteri credimus, & damus eo animo, vt non eadem, sed in eodē genere similis nobis restituatur: quod fit in rebus, quorum alioqui nullus est vsus, nisi in abusu & consumptione, cuiusmodi est pecunia, frumentū, &c. Quæ idcirco mutuò dantur, & necessariò in accipientis dominium transeunt, vt consumendo iis vti possit, qui tamen aliquanto pòst quàm abusus fuerit, reddere debet, vt sit mutua in cōtractu compensatio, similem in eodem genere specię: ad quam petendā datur Condictio. vel cùm credimus rem, vt eadem in specie reddatur: quod fit in rebus quarum vsus est salua substantia, vnde existunt commodatum, pignus, & similes cōtractus. Natura enim ita comparatū est, quarundam vt rerum vsus sit, salua earum substantia: vt animantis, scyphi, &c. quarundam non aliter quàm in abusu. *tot. t. sup. de vsufr. earum rer. quæ vsu. conf.* Necessum igitur fuit, pro diuersa rerum natura, varios cōtractuū modos inueniri, quibus vtræque res inter homines vtiliter cōmunicarentur. Credimus autē personis, vel quas per se bonæ fidei esse putamus: vel quæ ex alio pendent, vt seruis, institoribus, nautis propter dominum, præponentem, exercitorem, qui hac ratione Exercitoria, Institoria, de Peculio actionibus obstringūtur. Sed de singulis suo loco. Nunc ipsum titul. aggrediamur, qui ita inscribitur: DE REBVS CREDITIS. SI CERTVM PETATVR, ET DE CERTI CONDICTIONE.

7 ¶ Verba illa, DE REBVS CREDITIS, non modò ad hunc tit. sed cùm sint generalia, ad totam hanc tertiam Digestorū partem pertinent, etiamsi aliis aliter videatur. *Cuiac. obs. lib.7. cap. 32.* Ac de rebus Creditis, potius quàm Debitis: quoniam hîc agitur de actionibus, quæ dantur ijs qui crediderunt, non de exceptionib. eorum qui debent. Et primò quidē, SI CERTVM PETATVR: quæ propria est inscripto huius primi tituli, cóque etiā ab his verbis cōmuniter allegari nominaríq; solet. CERTVM est, cuius species vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione quæ nominis vice fungitur, qualis quantáque sit ostenditur. *l. certum. 6. hoc titul. l. stipulationum. 74. cum l. seq. de verbor. obligat.* PETITVR autem CERTVM ex mutuò: vnde perinde est ac si inscripsisset, Si mutuum petatur. Sed quoniam in hoc titulo de Certo quod ex stipulatu petitur, nonnulla etiam sunt interspersa, maluit angustiore Certi vocabulo legislator vti. At qua actione petitur Certum? Indicat id altera tituli pars quæ sequitur, DE CONDICTIONE. Cùm igitur & de condictione, quæ

ad mutuum repetendum competit, hîc agatur, A vt ex inscriptione liquet, de vtroque videamus.

8 ¶ MVTVVM reciprocum est: & ad illum pertinet, qui aliquid reddit: vt cum dicimus mutuũ amorem, vel officium, quod pro alio accepto refertur. Itaque debitor propriè mutuum reddere dicitur. Sed in hoc contractu, quia mutuationi initium facit creditor, is quoque mutuũ dare dicitur. Dictum autẽ est, Mutuum: quasi μὲ τοῦ, authore Varrone, & Græcam interpretãtur etymologiam Iurisconsulto eo, quòd de Meo Tuũ B fit: *l.2.§.appellata.2.hoc t. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. in prin.* non quòd solùm hoc contractu transferatur dominium in debitorem (nã idẽ fit in venditione, permutatione, &c.) sed quia mutuum est rerum fungibilium, id est earum, quæ mutuis vicibus funguntur, & quarum altera alterius ita locum supplet, vt quod meum est, in eodem genere, atque adeò vsu idem cum tuo sit. Vnde mutuum dictũ, quia qualem tibi rem mutuò do, talem in eodem genere recipio: vt mea C & tua res ferè vnum sint, vt ita dicam, & idem. Mutuationes fiunt, cum quod non habes, aliunde sumis. *Cic. lib.3.de Orat.*

9 ¶ MVTVVM, est contractus iuris gentium nominatus, stricti iuris, *l. aut si mutua. de eo quod cert. loc.* qui re perficitur: in quo damus rem fungibilem eo anima, vt nunc quidem accipientis fiat: aliquando tamen is non eandem speciem quam dedimus, sed idem genus reddat. Hæc definitio, ne quis eam temerè repudiet, ex verbis consultorum est sumpta. Dixi esse IVRIS GENTIVM, vt plereque sunt cõuentiones. *l. iurisgentium.7. de pact.* Nominatum, quia quum ad parandam pecuniam, sine qua commercia consistere nequeunt, *l.1. de contrah. empt.* contractus hic apud omnes gentes frequenti esset in vsu, facilè nomen proprium inuenit. Addo, esse stricti iuris: quia strictam habet ex sua natura regulam, qua omnia. Arithmetica proportione, ad æqualitatem eorum quæ data sunt exiguntur. E *l.3.h.t.* Et hæc quidem ad genus pertinent. Reliqua quæ adduntur, differentiã monstrant, quæ à cæteris contractibus, præsertim commodato & permutatione, inter quos hic interiectus est, mutuum secernitur: à commodato quidem, quòd in illo dominium non transferatur, sed eadem species reddi debeat: in hoc res accipientis fiat, qui non eandem speciem, sed idem genus restituit: à permutatione, quod in illa diuersi res generis cõmunicentur, in mutuo verò ea quę F sunt in eodem genere fungibilia. Sed de his quæ pertinent ad differentiam, id est substantiã formámque mutui, paulò pòst plura dicentur.

10 ¶ Causa efficiens mutuum, est Conuentio ac Consensus contrahentium, vnà cũm Traditione rei, quæ præcipuè mutuum conciliat. Neque enim solo consensu, sed multò magis Re perficitur. *d.l.2.§.creditum.3.vers. item in prin. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* Nam vltra id quod datum est, nõ contrahitur mutuum, etiamsi sit promis- G sum: *l. rogasti.11.§.1.h.t.* vnde apparet, Rem, non Conuentionem præcipuè attendi. Licet tamen stipulari quid supra mutuum, ad legitimũ vsurarum modum, *l. cum vltra.9.C. de non num. pec.* aut pactum mutuo adiicere. *Ias. post Bar. in d.l. rogasti: & ibi Bald. Alc. &c.* quod tamen Canon. improbant, qui quicquid supra sortem adiicitur, vsuram esse censent, & rem illicitam: *c. consuluit. de vsuris. Panor. & Dd. in c fin. eod.* adeò vt ne tale quidem pactum in mutuo admittant, vt tantundem contrà aliquando mutuo detur. *Corn. cons. 44. in consultatione. num. 5. vol. 2. Henr. God. cons. de præscrip. nu. 88. per doctrinam. Panorm. in d.c. consuluit. in fin. & Host. ibid. num.8.* Porrò mutui conuentio, quia res inter homines vtiliter communicat, Iure gentium inuenta est: Ciuili porrò iure approbata, vt & cæteri omnes contractus. *§. ius autem gentiũ. Instit. de iu. nat. gẽt. & ciu. l. quod si minor. 24. §. non semper. 1. de minor.*

¶ Causa materialis, est res quæ Pondere, Numero, Mensura constat: quoniam earum rerum 11 datione possumus in creditũ ire, *d.l.2.§.1.* id est, mutuum contrahere: propterea quòd in genere suo functionem recipiunt per solutionem, magis quàm specie: hoc est, quoniam in his rebus magis respicimus quantitatem, vim ac valorem, quàm corpora. *l. Titio. de lega. 2. l. si is cui. de solut.* eo fit, vt fungantur aliæ aliarũ vice, cum per solutionem vna res pro altera redditur, ita vt vna tantum præstet, quantum altera, nõ modò ipsa substantia ac qualitate, sed etiã Vsu: *Cõna. lib.1. cap.1.* vt creditor planè idẽ recipere vi- D deatur quod dedit, non quidem in specie: nam corpora certè diuersa sunt, (speciei enim vocabulum hîc I.C. suo more indiuiduis corporibus tribuit) sed per solutionem, quæ (vt dixi) planè idem reddit creditori quod dedit. Verbi gratia: Si mihi vinum certi generis & bonitatis, certa mensura mutuò dederis, eoque consumpto tibi eadem mensura de meo, quod eiusdem est generis, bonitatis ac precij, satisfaciam: hîc non restituo tuam tibi speciem quæ cõsumpta est, sed in effectu per solutionem idem tibi reddo: quia meum vinum tui iam consumpti vice fungitur: tantumque tibi præstat, quantũ quod mihi dedisti, præstare poterat, non modò substantia & qualitate, sed etiã valore atque vsu. Diuersum est in cæteris rebus, in quibus ideo in creditum ire non possumus, quia functionẽ non recipiũt, etiã in eodem genere. Vt cùm homo aut pecus alicui datur, vt in eodẽ genere restituatur aliud. Hic contractus mutuũ non est, sed permutatio. Nec enim hæ res functionem recipiũt in genere: quia animal etsi simile est aliis animãtibus in suo genere, tamen indiuidua ipsa specie, probitate, vsu differũt: vt hîc verum sit, quod dicitur: Nullum simile esse idem. *Dd. in l. quod Nerua.32. depositi.* Cùm autem ea sit natura mutui, vt idem omnino reddi debeat, neq; aliud pro alio solui inuito creditori possit: *l.2.§.1.h.tit.* apparet, quãobrem hæ res in mutuum non cadant. Sunt qui *Duar. disp. lib.1. cap.14.* paulò aliter ea l. C. verba, QVAE RECIPIVNT FVNCTIONEM, &c. interpretan-

terpretantur. Nam, inquiũt, vt fungi officio aut A alio munere dicitur, qui facit quod facere debet, & ad quod destinatus est: *l. in metallum.22. de pœn. l. prætoriæ. de præt. stip. l.3. de coll. dotis. cum sim.* ita I.C. rẽ quoque fungi aiũt, cùm confertur ad illũ vsum, cuius gratia parata est: vt cũ datur, soluitur, &c. Sed Vlpian. tit.6. disertè mõstrat, eam dici rem fungi, quæ datur & redditur. In rebus igitur quæ pondere, numero, mensura constãt, contrahi potest mutuũ: quia functionem, id est, B communicationẽ, dationem, redditionẽ, vsum satisfactionẽ recipiunt, id est præstant, non quidem specie, id est, in ipso indiuiduo: quia inutiliter communicarentur, si eadem species esset reddenda, cùm illarum nõ sit vsus nisi in abusu: sed in genere per solutionẽ, quia solutio eiusdẽ generis facit, vt eadem res quæ data, vsúque cõsumpta est, creditori reddi videatur.

12 ¶ Causa formalis, est ipsa mutui datio: quæ fit eo animo, vt de Meo Tuum fiat. Vnde quia C nemo dare potest, id est, rem & dominiũ transferre, *l. fin. de condict. causa data. l. non videtur.167. de reg. iur.* nisi dominus, *l. nemo plus iuris. 54. de reg. iu. l. mater. C. de rei vendi.* fit, vt in mutui datione dominum oporteat esse dantem. *d.l.2.§. fin.* Requiritur igitur in mutuo rei Datio, *d.l.2. §. creditum.3. l. certi.9. §. numerari.3. hoc t.* hoc est, dominij translatio, *l. fin. de cond. cau. da.* & cõsensus contrahentium: *l. si me. & Titium.32. h.t.* deficiente verò horum alterutro, deficit, aut pen- D det, aut ex pòst facto tantùm confirmatur mutuum: verbi gratia, si cõsensus deest, aut voluntas contrahendi mutuũ: vt cum non eo animo datur, vt statim ex rei præstatione mutuũ contrahatur, sed existente aliqua conditione, aut cũ ex alia causa datur: *l. proinde.8. l. non omnis.19. h. tit.* vel cùm consensu caret qui dat, vt furiosus, pupillus: vel cùm error interuenit: quibus casibus nõ cõsistit initiò mutuũ, sed consumptione rei cõciliatur, *l. si à furioso. 12. d. l. non omnis. §. si pupillus.1. d. l. si me & Titiũ.32.* vnde Vtilis cõdictio competit. *l. 4. C. si cert. peta. d. l. si me & Titium. Cuiac. obser. lib.5. cap.29.* Amplius vult Vlp. *l. si ego.18. hoc t.* errore interueniente, ne nũmos quidẽ accipientis fieri: quod accipiendũ est irreuocabiliter, & iuris subtilitate, quin repeti possint. Nã verè transire dominiũ, quãdo vterque ex titulo translatiuo contrahit, alibi ostenditur: *l. cum in corpus.36. de acqui. rer. dom. & dixi Inst. ad tit. de rer. diuis. §. per traditionẽ.33.* est enim hac in specie, cõsensus in dominio transferẽdo: idque non negat Vlp. *d. l. si ego. in fine.* quia postea subdit: Cõsumptis nũmis cõdicenti obstare exceptionem: condicit autẽ nemo rẽ suam, sed translatã: *l.2. §. fin. de condict. trit. & l. fin. vsufr. quem. caue.* & quanquam loquatur de consumptis nummis, tamen quin idem obtinere debeat illis extantibus, vt scilicet obstet exceptio, nulla causa est. Ediuersò si res deficit, quamuis consensus interueniat, mutuum nõ exstit: vnde Paulus inquit: Qui pecuniam acceptur us spopondit creditori futuro, in potestate habet ne ei accipiendo se G obstringat, *l. qui pecuniam.30. h.t.* Etsi enim verbis credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interposito, vt stipulatione: *d.l.2. §. fin. h. tit. l. si pœnam.68. de verb. oblig.* tamen nisi rei præstatio postea accedat, mutuum non perficitur. Si igitur creditori futuro promittit debitor, quia ea stipulatio conditionem hanc habet, Si mutuum datum fuerit: ea non existente, quod fieri potest si debitor pecuniam accipere recuset, *l. pen. J. quæ res pigno.* stipulatio ad nihilum redigitur. Hinc & illud est, quòd si dedero tibi decem vt vndecim debeas, nihil amplius quàm 10. condici poterũt, quia vlterius res nulla interuenit. *l. rogasti. 11. §. pen. hoc t.* Item, si dominus non sit qui dedit, nummi accipientis non fiunt: ideóq; deficit etiã mutuũ: vt si seruus pecuniã domini mutuo det, *d. l. rogasti. §. si. h.t.* vel furrẽ furto sublatã, *l. pẽ etsi fur. 13. h.t.* vel socius rẽ communem. *l. si socius.16. h.t.* Sed in omnib. his si C pecunia consumpta sit, cum res quæ esse desiit, vendicari nequeat, conciliatur mutuum, vt domino Condictio dari possit: quia æquũ & bonũ est, pecuniã domini, quæ ad te sine ipsius voluntate peruenit, & cõsumpta est, illi reddi. *d. l. si me & Titium.* Sic si depositã apud te pecuniam placeat subinde esse mutuã, mutuũ contrahitur: *l. certi.9. §. vlt. h.t.* si rem vendendam dedero, vt precio vtare, *l. rogasti. h.t.* aut debitorem meum tibi iussi soluere, vel quod mihi debes in causam mutui sumere, stricta quidẽ ratione non cõ- D trahitur mutuũ, *l. qui negotia. 34. manda.* quia nihil de meo tuũ fit: & non pactis, verùm Rebus illud inducitur: iure tamen singulari, & ex vtilitate cõmerciorũ, etiam hîc mutuũ sustinetur. *l. singularia. l. rogasti. h.t.* Illud quoq; in forma & natura mutui est, vt eadem omnino res reddatur, non modò in genere, sed etiã bonitate & valore: *l.3. h.t.* nam Creditori inuito aliud pro alio solui nequit, *l.2. §.1. h.t.* Hinc & illud fit, vt huius contractus actio Stricti sit iuris, nõ Bonæ fidei. E *l. aut si mutua. C. de eo quod cer. lo.* Nec enim in ea licet iudici ex bono & æquo arbitrari, quid quomodo sit restituendum: sed omnia sunt ipsius contractus natura atque regulis metienda, quæ exigunt rerũ vltrò citróq; æqualitatẽ, vt cuius generis ac qualitatis res mutuò data est, illiusmodi omnimodò reddatur. Quanquã illud video quibusdã placuisse, si æstimationem offerat rei creditæ debitor, nullàque captio sit creditoris, æquum esse hanc solutionẽ admitti. *l. vinum. F 22. h.t. l. fin. de condict. triti. l. quoties. in diem. 59. de verb. oblig.* Nec enim affectionem vllam probabilem his in rebus fungibilibus creditor præterdere potest, quando pecunia, quæ vice rerum fungitur. *l.1. de contrah. empt.* facilè parẽtur, & extingui nequeant. *l. in ratione.30. §. incertæ. ad l. Falcidiã.* Ego tamẽ magis puto, inuitũ creditorem ad recipiendũ aliud quàm quod dedit, compelli non posse. *l.2. §.1. l.3. h.t.* præsertim cum in mutuo versetur obligatio Dandi, non Faciendi: in qua æstimatio inuicem rei debitæ succedere non solet: *l. vbi.75. §. fin. l. stipulationes.72.*

vbi Bart. & Dd. de verb. oblig. & tum demum ad A æstimationē perueniri, & de ea quæri arbitror, quando eam oblatam non repudiat actor, nec quippiā opponit, atq; ita Iuliani responsum interpretor & intelligo: *d. l. vinū. vt in l. 6. l. si vi. 15. l. 1. §. quod autem. ∫. vnde vi. vbi dixi. nu. 13.* in quo quando nulla extet de oppositione actoris cōtra æstimationem mentio, nec nos illam præsumere aut supplere debemus: cum exceptiones & oppositiones sint facti, Facta aūt non præsumantur, sed probentur *l. asseueratio. C. de non nu.* B *pec. l. siue. C. de probat. vide Castr. in l. vnic. C. vt quæ des. aduoc.* Quanquam & illud dici potest, nō de æstimatione rei totali, sed de particulari interesse, Iulianū *d. l. vinum. 22.* agere, quod supra vinum mutuo datum postulatur, & æstimandū est ex eo quòd sua die, vel saltem litis contestatæ tempore non fuerit restitutum. *vt in l. exhibitionis. C. ad exh. l. 3. §. item Iulianus. l. quod si Ephesi. de eo quod cer. loc.* Ex eadem ratione & illud fortè defendi potest, pecuniam mutuo datā, in eadem C specie monetæ reddendam esse, *l. Paulus respondit. vbi Bart. limitat. nisi creditoris nihil intersit. ff. de solut.* atque etiam eodem in valore & precio, quo data fuit, etiamsi postmodū valor auctus sit, vel decreuerit: *vide latè Molin. in tract. vsura quæst. 92. nu. 693. cum multis seqq. Curt. senior in l. cum quid h. tit.* cæteroqui nec tantundē, neque idem, sed pauciores plurésue nummi, quam sunt accepti, dabuntur, si secundū præsentem monetæ cursum, non illū qui tēpore mutui fuit, fiat solu D tio: id quod cōtra naturā est mutui, atque æquitatē: *l. 3. h. t.* etiāsi Dd. in alia omnia discesserint: *Bart. in d. l. Paulus. nu. 6. & 10. de solut. & in l. cum quid. vbi Alex. Ias. & communiter Dd. h. t. & idem Bart. in l. 1. l. cum aurum. de aur. legat. & alij quos cumulat. Molinæ. præalleg. loc.* quorum tamen opinio vsu recepta est, maximè illa ex causa, quòd debitor non plus reddere videatur quàm accepit: nā iuxta valorē qui fuit tempore mutui, etiā ipse acceptis nummis proculdubiò vtitur, hoc E est, eodē valore atque æstimatione eos exponit. Nec enim quisquam accipit mutuo, vt ociosam apud se pecuniam retineat, sed magis vt illa etiā vrgente necessitate vtatur, vtendoque eā expēdat. Vnde siue posta decrescat, siue augeatur preciū, nihil vltra quā accepit reddere videtur. Verbi gratia: Dedi tibi ante 20. ann. mutuo 100. Ioachimicos, singulos pro grossis 25. qui nunc tantùm 24. valent. Eos illo ipso mutationis tempore, pro 25. singulos proculdubiò expen- F disti. Etsi igitur nunc tantum pro 24. accipere cogar: tu tamen nullū damnum patiere, cū eodē valore expenderis antea, quo ego illos tibi dedi. Id quoque naturæ mutui consentaneum est, vt periculum pertineat ad eum qui mutuo accepit: *§. item is. Inst. quib. mo. re contra. obl. vbi dixi.* cùm quia ipsius gratia contractus initur, *l. si vt certò. 5. §. nunc videndum. 2. commodati.* tum quod dominus est, cui res perire solet: *l. pignus. C. de pignor. act.* postremò, quoniam res in genere consistentes, vt sunt quæ pondere, numero, mensura constant, perire nequeunt, neque debitorem interitu liberant. *l. incendium. C. si cert. petatur.*

¶ Causa finalis mutui est, Vt res ad necessita- 13
tem vitæ opportunæ, quarū in consumptione vsus est, inter homines communicentur, aliíque aliorū beneficiis atq; auxilio benignè gaudeant & fruātur. Illud quoque ad causam mutui finalem pertinet, quòd eo animo datur accipitúrq; vt aliquandiu re credita fruatur debitor: *l. incōmodato. 17. §. sicut. 3. ∫. commod.* non enim debet creditor cum sacco, vt aiunt, venire paratus: *l. quod dicimus. 105. de solut.* sed spacium aliquod relinquēdum est debitori, intra quod re cōmodè vtatur. Deinde vt eo spacio elapso, quod aut exprimitur in cōtractu, aut intelligitur, debitor rem in eadē bonitate, eodémque genere reddat (vt paulò antè dictum est) quantumuis id expressè non sit actum *l. 3. h. t.*

¶ Nunc de vltima parte huius tituli, videlicet 14
C de Condictione, agamus. Condictionis generali nomine omnes actiones Personales veniunt: quòd iis acturi nō in ius ducere aut rapere debitorem solent, more iudiciorum olim solenni: *vide sup. de in ius vocan.* sed coram testibus condicere, id est, Denunciare diem, ac conuenire cū reo qua die iudicio sisteretur, *§. appellamus. Instit. de actio.* Ex omni autem cōtractu aut Certum petitur, aut Incertum. *l. stipulationum. 2. de verb. oblig.* Ad incertum petendum, actio Ex stipulatu, & aliæ condictiones pro varietate obli- D gationum competunt: de quibus suo loco. Illæ verò actiones personales, quibus certi quid cōprehensum est, quod quale quantūque sit apparet, vocātur generali nomine Certi condictiones: ex quacūque tandem causa & obligatione descendant, siue ex certo aliquo, id est, (quātum arbitror) nominato cōtractu, vel qui certū continet: siue ex incerto & innominato, *l. certi condictio. 9. in prin. h. t.* aut in quo initio certum non E fuit, sed ex pòst facto fit certum. Propriè tamen & specialiter illa appellatur Certi cōdictio, quæ vel ex mutuo, vel ex stipulatione certæ summæ datur. *in prin. Inst. de verb. oblig.* Neque enim certior fieri designatio potest, quàm cùm res fungibilis certo pondere, numero, mensura circunscribitur, quod fit in Actione mutui: vel qualis quātáque sit, certis obligationis verbis designatur, quod fit in Stipulatione. Hinc factum est, vt cùm cæteræ cōdictiones in proprium ferè nomen transeant, solæ hæ actiones nullo alio spe- F ciali nomine quàm Condictionis certi appellentur. Cùm autem hoc in titulo non modò de cōdictione certi ex mutuo, sed etiam ex stipulatu agatur, propterea quòd olim, cùm nō gratuitò darēt mutuo, sed vt plurimùm fœneratò, magis verborum obligatione creditores sibi cauebant, qua sortem & vsuras stipulabantur, *l. 2. §. fin. l. lecta. 40. l. pen. h. t. d. l. si pœnam. 68. de verb. oblig.* quàm solo contractu mutui, ex quo nihil amplius deberi potest quàm datum est: G *d. l. rogasti. §. si tibi. h. t.* rectiùs inscriptio facta est, De certi cōdictione, quæ ex vtraque & mutui & A stipulationis obligatione descendit: quàm de Mutuo, vel Mutui actione.

DE IVREIVRANDO, siue voluntario, siue necessario, siue iudiciali. Tit. II.

C. 4. 1. 2. 59.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quid sit iusiurandum.*
3 *Quot eius partes.*
4 *Causa efficiens.*
5 *Materia: & non esse temerè iurandū.*
6 *Forma & finis.*
7 *Species.*
8 *De iureiurando voluntario.*
9 *De iudiciali.*
10 *De necessario.*
11 *Explicatio l. admonendi.*
12 *Edictum prætoris.*
13 *Effectus iurisiurandi.*
14 *Adiacentia, affinia, contraria.*

1 SAepenumerò † dixi, Pandectas ad formam & vsum forensem esse compositas: ac continuam titulorum seriem interdum noua aliqua materia intersecari, iudiciorum ordine ac praxi id requirente. Cùm itaque in mutui & rerum creditarum ambiguitatibus decidēdis, maximus sit iurisiurandi vsus, & ad id deficientib. in hoc genere probationibus perueniri soleat, E *Rasp. lib. 5. tit. 15. & lib. 2. tit. 1.* adeò vt quidam nō inuenustè dixerit, *Gell. lib. 16. cap. 7.* Emplastrum æris alieni esse iusiurandum, meritò ad materiam mutui & condictionis certi, hic de iureiurando tractatus, quo cōdictionum ambiguitates expediri solent, adiūgitur: quemadmodum & in Codice, vno titulo & Res creditas, & Iusiurandum pertractari, videre licet.

2 IVSIVRANDVM, est assumptio nominis Di- F uini, ad confirmandam iurantis fidem: *Bald. in Rub. hoc tit.* vel potius est Inuocatio Dei, qua petimus vt sit testis nostræ asseuerationis, *Cic. lib. 3.*
3 *Offic.* & puniat fallentes. Ex † quo liquet, duas esse iurisiurandi partes: alteram Inuocationem Dei, vt ipse καρδιογνώστης testis sit nos vera dicere: alteram, Imprecationem nostri, qua deuouemus nos pœnis & vindictæ Diuinæ, si fallamus. De speciebus paulò pòst opportunius dicetur, si prius causas exposuerimus.

4 ¶ Causa efficiens Iurisiurandi est, quod quidem ad hanc materiam, institutúmque nostrum attinet, aliàs Pactio ipsorum litigatorum, qui deficientibus probationibus, aut vt iureiuran- G do res dirimatur, conueniunt, aut inuicem illud in iudicio deferunt, vt omnino præstandum vel referendum sit: aliàs verò Authoritas iudicis, qui in defectum supplementúmq; probationis, iurandi necessitatem alterutri litigatorum imponit. *l. 1. hoc tit.* Videtur autem consuetudine quadam in vsum venisse, authore Gaio, *in d. l. 1.* iurisiurandi religio, in remedium expediendarum litium, vt veritas quæ humano B ingenio erui non potest, ad Deum omnium rerum conscium referatur: eóq; teste atq; iudice, obscura explicentur. Postea Prætor suo Edicto eiuscemodi religionem confirmauit, & sanctam esse voluit.

¶ Materia circa quam, sunt res honestæ & li- 5
citæ: nec debet esse vinculum iniquitatis, *c. 1. eodem lib. 6.* neque obligatorium est, vt aiunt, cōtra bonos mores iuramentum. *c. non est obliga-* C *torium. de reg. iur. in 6. c. vbi. c. cum contingit. de elect. c. 2. de rebus Ecclesiast. non alienandis. c. quanto. 18. de iureiur.* Ad quatuor autem ferè iusiurandum adhiberi solet. Primò ad fidei promissionem, vt cum vasallus domino fidelitatem iureiurando addicit, *tot. titul. de forma fidelitatis. in vsib. feud.* aut magistratus Reipubl. & alij aliis. *l. de creationibus. 20. C. de episc. audi. l. fin. C. de curat. furio. tot. titul. de form. fidel. in vsib. feud. cum sim.* Quo in genere receptum est etiam iura- D mentum, vt vocant, Assecurationis: *c. nimis. 30. de iureiuran. c. solitæ. de maior. & obed.* quod tàm subditi quàm exempti, vt personæ Ecclesiasticæ, domino territorij in quo prædia possident, præstare compelluntur. *c. vnic. §. verum. de stat. rel. lib. 6. c. vnic. vbi Matth. de Afflict. qual. iura. vasal. c. vnic. §. consules. & §. vasalli. de pace const. Iacobin. in tract. feud. ad verb. sed an Princeps. numer. 15. 16. & verb. qui quidem inuestiti. numer. 9. & de homag. numer. 13. & 14. Panor. Imol. & Dd. in d. c. nimis. de iureiur.* Secundò ad Obligationem producendam, cùm aliquis iurat se quid daturum facturúmve: quod iusiurandum non obligare. *Dd. in l. si quis pro eo. 56. ff. de fideiuss. Bartol. in l. vt iurisiurandi. de oper. liber. Ias. in Auth. sacramenta. numer. 7. C. si aduer. ven.* impiè docent, cùm omne iusiurandum rei licitæ sit seruandum, *c. cum contingat. de iureiur. cap. quamuis. de pact. in 6. l. 1. cum Auth. C. si aduersus vend. l. si quis maior. 41. C. de transf.* nec minus iureiurando ali- F cui promitti possit quàm nudis verbis. *c. iuramenti. 22. q. 1. c. 2. de pact. in 6.* Cui non obstat d. l. si quis pro eo. 56. de fideiuss. ex qua generalem regulam extraxerunt, iusiurandum nō esse modum inducendæ obligationis. Loquitur enim in casu speciali, dū ingenuus homo operas officiales promittit, tanquam libertus. Quod quia ingenuitati planè contrarium est, ab Ictis improbatum. *l. vt iurisiurandi. de oper. libert. l. pen. si à paren. quis fue. manu. l. nullum. de obsequ. à libe. & lib. præst.* ideo nō mirū est, eo casu iusiurandū iure Romanorū nullā producere obli- G gationē. *l. iurisgētiū. 7. §. si paciscar. 16. in fi. de pact. l. si quis inquilinos. 112. §. fi. de leg. 1.* Tertiò adhibe-

tur, ad Contractuum cõfirmationem. *d. l. si quis maior.41.C.de transl.l.1.C.si aduer. vend. cũ Auth. seq.d.c. cum contingat.d.c. quamuis.* Quartò ad litis decisionem, in supplementum vel defectum probationis: de quo iureiurando hîc propriè agitur. De reliquis suo loco dicemus: Sed excepto primo & hoc vltimo casu, haud temerè ad ineundam confirmandámve obligationem est iurandum. Etenim nec viri boni est, vt dicebat Socrates, Deum suorum negociorum testem facilè accersere, neque superuacua iuramenta aut deferenda sunt temerè, aut præstãda. *c. 2. de probat. Spec. de test.§.1.num.41.* Et extat apud Vlpian. *l.si duo.13.§.fin.h.t.* dicterium, προπετῶς μὴ ὄμνυε. Quid quòd Sacræ literæ & Diuina præcepta temerariam iurandi facilitatẽ in primis damnãt? *c.etsi Christus.de iureiur. Matth. cap.5.* Sed vt ad iusiurãdum hoc nostrum Iudiciale reuertamur, illud præstari inquit I.C. quacũque quis actione conueniatur: siue in personam, siue in rem, siue in factum, siue pœnali actione, vel quauis alia. *l.3.§.quacũque.vbi vide omnino gl.l.si duo.13.§. idem. h.t. adde, si placet, Schurff.consi. 47.quod in præsenti. circa finem.cent.2.* Et in summa, ad pecunias & ad omnes res locum habet. *l.iusiurandum.34. hoc tit.* Ad formam iurisiurandi requiritur Formalitas, & Specifica verborum expressio, vt loquuntur. *Dec. in l.semper.35. num.13.de reg.iur.per not. Panor. Ant.Butr.in c.pen.de iureiur.*

6 ¶Forma verò conceptis verbis iurandi, veteri Romanorum more duplex fuit. Aut enim testis inuocabatur Deus, vt apud Virgil.12.Æn.

Esto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Et pater omnipotẽs: & tu Saturnia Iuno. Item:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras, mediósq; ignes, & numina testor.

Aut iurans sibi malè precabatur, si fefellisset, verbis illis solennibus: Si sciẽs fallo, ita me Diespiter, salua vrbe arcéque bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Silicem enim lapidẽ manu tenẽs imprecabatur, quẽ postea qua poterat vi proiiciebat: vt est apud Plaut. Cic. Liuium, & alios passim. vtroq; modo ex animi sentẽtia, hoc est, fide & conscientia bona iurari pronunciabatur. *l.3.§.eiusdem.1.de testib. Cic.in Acad. & lib.3.Offic. Liu.lib.22. Gel.li.4.c.vlt. Cuiac.obser. lib.1.c.20.* Sed prior forma, vti plenior & melior (nã & is qui Deũ testem inuocat, simul se pœnæ periurij obstringit) iure nostro recepta est, neque aliter quàm per Nomẽ Dei iurari solet. *Panor.in c.2.de Sponsalib.* [redacted] Sed de forma iurisiurandi Voluntarij partes inter se conueniunt, omnéque iusiurandum licitæ, nec improbatæ religionis Prætor tuetur. *d.l. 5.in prin. & §.sed si quis.3.hoc t.* In iudicio autem, si inter litigatores de qualitate iuramenti fue-

A rit dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis est, qui formam illam sequi solet, vt per Deum tantùm iuretur. *l.iusiurandum.34.§.4. hoc t.* Et ita quidem apud veteres fuit obseruatum. Postea verò quàm Augusti Christianam religionẽ professi sunt, moribus receptũ fuisse videtur, vt tactis Sacrosanctis Euangeliis iusiurandũ daretur. *in Auth.de sanctis. Episc. l.rem non nouã. 12.§.patroni.C.de iudic.l.de creationibus.20. cum simil.C.de episc.aud.* Per nomen tamen solius veri B Dei in nostra Christiana republ. iurandum est: secundum præceptum, in nomine Dei tui iurabis: vt diuinis literis habetur expressum. *Exod. 23.Iud.11.Deu.6.&10.Iosue 23.Mat.5.* Cùm enim Iusiurandum tantùm vni Deo præstetur, *Anchor.consil.192.in auxilium.num.1.* & sit inuocatio, quæ soli Deo καρδιογνώστῃ & omnipotẽti debeatur, efficitur, & per huius quoque solius nomen iurandum esse. Reliquæ per creaturas iurandi C formæ: etsi praua quadam consuetudine inueterauerint: tamen sunt, vt loquitur Christus Matth.5.37. ἐκ τοῦ πονηροῦ. Quamlibet ego promissionẽ per fidem, nõ dico ciuilem, puta Principis, nobilis, boni viri, de qua fides simpliciter & absolutè posita accipitur, nec vim iuramenti habet: sed etiã per fidem Christianã, religiosam, per baptismum, salutẽ animæ, &c. factam Papicolæ Canonistæ pro iureiurando habeant, extrà quàm vbi lex corporale iuramentum in forma requirit: nunquam tamen ego pro iureiurando, D sed potius vice piaculi ac sacrilegij habebo. Et quanquam in iurandi forma multum valet cõsuetudo, secundum quam iuramenta sunt concipienda: tamen hoc ita accipiendum est, dum ne iuri diuino sint contraria. *Ias.in l.fin.nu.2. qui satisd.cogan.* Vnde videmus, solennitatẽ tangendorum Euangeliorum, quasi non necessariam, *Felin.in c.2.nu.14.de spons.per c.etsi Christus. de iureiur. Socin.in l.3.§.iurari.hoc t.per §.fin. in Auth. vt non luxur. contra nat.* multis locis omitti: E [redacted] Nam nulla, quamuis inueteratissima consuetudine, iuri Diuino præscribi potest. *Bald.in l.2.num.1. & 2. & l. eos.27.C. de vsur. Schurff.consil.83.prædictæ.num.11. cent.3. per not. in c.fin.c.venerabilis.c.ad audientiam.extr.eod.* Illud rectius vsitatum, vt per nomen solius Dei, mares erectis duobus digitis primis, fœminæ apposita ad sinistrum pectus dextera, in loco F publico coram iudice iurent. Quòd verò & hîc pro veteri Euangeliorum tactione iam in ordinationes Imperij, morémque publicum irrepit, vt iuretur hac forma: Ita me Deus iuuet, & sanctum verbum eius: in eodem hæret vitio: nisi de verbo personæ, qui est ὁ λόγος καὶ θεός, non de verbo literæ Euangel. (vt fit) accipiatur. Huic enim gloria solius Dei, nempe inuocatio, non est humano consilio tribuenda. Est etiam receptum, inter illustres præsertim & G nobiles personas, vt loco iuramenti per fidem Principalem, seu generositatis ac nobilitatis promitta-

promittatur: quod pro vero iureiurando habe- A ri translatitium est. *c.ad aures. vbi Panor. num.4. & 5. de his quæ vi met.caus. Host. de iureiur.num.1. glo. in c.querelam. verb.præstita. ne præla. vic.suas. c.peruenit. de fideiuss. cap.1.de sepul.in 6. Ias.in l.3.§. iurari.num.3. de iureiur.c.ad Apostolicæ. vbi Innoc. de re iudic. Bal.in c.literas. in fin. de præsump. Land. in tract.de prin. num.258. & sic de notoria consuetudine & in camera seruari testatur Mynsing. obseru.17.cent.1.* Quod admittunt alij si per fidem B Christianam promittatur: secus si per humanam aut absolutè per fidem, quia de humana accipitur. *vide Couar. in c.quamuis.de pact.in 6.* Ego verò hæc omnia libẽs in vitio posuerim, [redacted] C Causa finalis iurisiurandi, de quo nos loquimur, est, vt lites expediantur. *l.1. hoc tit.* & probationis defectus suppleatur. *l.eum qui.30.h.tit.*

7 ¶ Species huius iurisiurandi, quod ad remedium expediendarum litium pertinet, quod lites finit, *l.1.h.tit.* (de hoc enim solo hic agimus) sunt tres, quemadmodum & inscriptio istius tituli indicat: Voluntarium, Iudiciale, & Necessarium. Voluntarium Græci interpretes faciunt non id, quod extra iudicium ex cõuentione de- D fertur, *l.iusiurandum.7.in princ.h. tit.* (nec enim de tali genere in hoc condictionum & iudiciorum argumento tractatur) sed quod in iudicio alter litigatorum alteri defert. *l. 1. l. qui iurasse. 26. §. 1. l.sed etsi.25.l.vlt.l.admonendi.31.in fin.hoc tit. quam de tali iuramento accipiunt.* Potest enim ex multis causis recusare: *l.generaliter.12.C.de rebus cred.* potest referre semper is cui defertur. *l. iusiurandum.34.§.ait.5.h.tit.* Ergo non nisi sponte & voluntarius iurat. Est itaque Voluntarium E cùm respectu eius qui defert, tum illius qui præstat. Necessarium statuunt, quod refertur: quia necessariò præstandum est: *l.penul. h. tit.* Iudiciale verò, quod Iudex defert: *d.l.admonendi. l.3. C.eod.* Nec enim locus solus facit iudiciale (alioqui omne quod in iudicio defertur, & de quo hic agitur, sic appellaretur) sed iudex ipse qui defert: à quo quæ proficiscuntur, Iudicialia nominantur, *vt tit.de prætor.stipul.* quòd à mero iudicis officio proficiscantur. *l.5.de verb.oblig.* Sed F hæc à communi nostrorũ schola abhorrẽt, vbi statuitur Volũtarium siue conuentionale, quod ex conuentione per modum transactionis extra iudicium defertur: *l.iusiurandum quod 17.l.si quis. 39. hoc tit.* ita appellatum, quod ex voluntate & sponte suscipiatur. II. Iudiciale, quòd à parte parti in iudicio defertur. III. Necessariũ, quod inopia probationis à iudice litigatori imponitur. Id enim quia recusari sine iustissima causa non potest, *l.generaliter. 12. §.sin autem. C.de reb. cred.c.fin.in prin.extr.eod.* necessarium nostris ap- G pellatur, Græcis [illegible]. Sunt autem inter has etiam species quædam nostris differentiæ. Iusiurandum † Voluntarium nemo cogitur initiò 8 suscipere: postquam autem semel ex cõuentione susceptum est, præstari omnino debet, neque referri deferenti potest. *d. l. iusiurandum.17.* Sicut enim initio libera potestas est vnicuique habendi vel non habendi contractus: ita renunciare constitutæ semel obligationi aduersario non consentiente, nemini licet. *l.sicut.C.de act. l. in commodato 17. §. sicut. commodati.* Quod autem ad vim & effectum attinet, hoc iusiurandum speciẽ cõtinet transactionis, maioréque habet authoritatem quàm res iudicata, *l.2.h.tit.* & loco solutionis cedit: *l.qui iurasse.§.fin. cum. l.seq. h.tit.* adeò quidem, vt negocium isto iureiurando decisum, detecto etiam periurio, aut nouis repertis instrumentis, non retractetur: *l. 1. C. de reb. cred. l.admonendi.31. in fin.h.tit.l. quod si deferente.21.cum l.seq.de dol.mal.* quemadmodum nec alia quæuis transactio. *l.sub prætextu.19. & 29. C. de transact.*

¶ Porrò Iudiciale iusiurandum deferre actor 9 potest, etiamsi nihil præstiterit aut probarit, vt est communis opinio, *l.delata.9. C.de reb.cred.l. manifestè. vbi Ias.h.tit. & idem Ias.in l. admonendi. h.tit.* quod & ius Sax. sequitur: *Land.lib.1. art.6. Fachs.diff.52.* quo tamẽ iure, ante litis contestationem delatio ab actore (nam in reo, qui exceptionem lite demum contestata proponit, *vide ∫.de except.* & iusiurandum defert, contrà obseruandum esse arbitror) facienda est. nam ea pro mutatione libelli habetur, quæ post litem contestatam recipi non solet. *Chilia.cap. 66. Fachs. præall.loc. Reinh. diff.iudic.* 1. Porrò reus ita delatum non præcisè compellitur suscipere: sed si vult, potest id parti deferenti referre. *l.iusiurandum.34.§.ait prætor. h.tit.* Alterutrum tamen facere cogitur, nisi soluere malit: *d. §. ait prætor. l. delata.9. C. eod.* cùm manifestè sit turpitudinis, nolle iurare, aut non referre, *l.manifestè.38 .h.tit.* Quod tamen ita verum est, si iudex delationem iurisiurandi approbarit: *d. l. generaliter.§.sed iuramento.C.eod.* aut nisi reus, conscientię religionem testibus, & idoneis probationibus supplere possit. *Chil.præal.loc.Salic. & alij in l.2. & l.delata.9.C.de reb.cred.* Qui autem iusiurandum hoc defert, prius debet iurare, si exigatur, se non calumniandi animo iusiurandum deferre: *d.l. iusiurandum.34. §. qui iusiurandum. l. si non fuerit.37. hoc tit.d.l.delata.Paul.lib.2.tit.1.* & si ei referatur, iurare omnino cogetur: aut denegabitur illi actio, cum non debeat ei displicere conditio iurisiurandi, quam primus detulit. *d.l.iusiurandum. §. ait prætor.* Sed nec iusiurandum de calumnia referenti dabitur: quia non est ferendus actor, si conditionis nomine, quam ipse detulit, de calumnia velit sibi iurari, *d.§.ait præt. Chilian.cap. 67.* Quomodo enim iustè insimulet reum calumniæ, quando non ab illo, sed ad ipsomet actore necessitas iurandi sit profecta? Hoc autem iuramentum de calumnia, Speciale appellatur: & m tibus nostris solùm obtinet, reliquis

calumniæ iuramentis, quæ super tota lite præstantur, obsoletis. *Fachs. diff. 47. Reinh. diff. iud. 7.* Sanè si parato aduersario iurare, is qui detulit, remittat iusiurandum: id est, gratiam eius faciat, contentus voluntate suscepti iurisiurandi, perinde habebitur atque si iuratum esset. *l. 4. §. final. l. 5. l. nam postea. 9. §. 1. hoc tit. l. actori. 8. C. eod. Paul. lib. 2. tit. 1.* Potest tamen iure Ciuili (nam Saxonico pœnitere post Guarandam non licet, *Fachs. diff. 53. per artic. 11. lib. 2. Reinhar. diff. iudic. 14.*) etiam non remittere, & ante præstitum iusiurandum illud reuocare, adque probationes reuerti. *l. si quis. 11. C. de reb. cred. Bart. in l. non erit. § fin. hoc tit.* Est & illud quæstionis, An per procuratorem iusiurandum præstari possit: *Auth. principaliter. C. de iur. prop. calum. vide Bart. in l. qui bona. §. si alieno. num. 15. de damn. infect. vbi conuludit posse. Land. lib. 1. art. 46. vide Dd. in c. final. ext. eod. glo. fin. in l. ad egregias. 15. hoc titul. quæ contrà concludit. sed opinio Bart. seruatur in praxi. pro qua text. in c. 2. de testibus. lib. 6.* item, An per hæredem, si fortè antequam iuret, reus vel actor decedat: *l. generaliter. 12. C. de reb. cred. Ias. in l. admonendi. num. 313. hoc tit. & in l. penult. §. hoc iudicium. num. 5. & 7. ne quis eum qui in ius voc. Rom. cons. 290. Land. lib. 3. art. 11. Reinhar. diff. iud. 34.* quæ in nostris Commentariis methodicis prolixiùs examinabuntur. Quod ad effectum attinet, nihil video hoc Iudiciale iusiurandum differre à superiore: cùm ex conuentione quodammodò descendat, eíque stare litigatores velint: *l. qui iurasse. 26. § fin. hoc titul.* adeò vt arbitrer, sententiam post eiuscemodi iusiurandum ciuili iure non requiri. nam moribus aliter obseruari scio. Actionē enim denegari, postquam ita iuratum est, imò actionem & exceptionem ex eiuscemodi iureiurando oriri, Iurisconsulti testantur, *l. nam postea. in princ. & §. 1. hoc tit.* & nihil amplius post iusiurandum quæri aiunt. *l. 5. §. dato. hoc tit. l. post rem. 56. de re iudic.* Ex quibus omnibus satis apparet, post datum hoc iusiurandum litigatores, quasi transactione aut solutione facta, *l. iusiurandum. 27. hoc t.* à limine iudicij remoueri: *cap. 1. de lit. contest. lib. 6.* præsertim cùm vlteriorem quæstionem Prętor edicto inhibeat.

30 ¶Necessarium iusiurandum præstare omninò cogitur is cui delatum est. nam parendum est voci iudicis, *c. fin. ext. eod.* qui eiuscemodi iusiurandum, quando scilicet à partibus est periculum (nam alioqui iudex officium suum nō impartir, *Ias. post Bart. & Dd. in l. admonendi. nu. 316. 317. de iureiur. vbi dicit hanc esse communem.*) in defectum vel supplemētum legitimarum probationum defert, *l. in bonæ fidei. C. de rebus credit.* vbi neque nihil, neq; plenè probatum est: quanquam indistinctè in iudiciali iureiurando delata conditione omnino aut iurandum, aut referendum est, *l. delata. 9. C. de reb. cred.* vt diximus, & vsu obseruatur. Cęterùm hîc nulla probatione facta, reus debet absolui, etiamsi nihil præstet: *d. c. fin. l. qui accusare. C. de eden.* si plenè, condemnari. *l. cum reis. 18. C. de pœn.* Cùm autem suspicionibus tantùm oneratus est reus, deferre illi iusiurandum potest iudex in defectum probationis, vt sese purget, *d. cap. fin. tot. tit. de purga. cano.* quod referri nequit. *l. 3. §. si cubi. C. de his qui ad Eccles. confug. glo. cap. vlt. verb. famosa. de iureiur.* Sin actor semiplenè probarit per vnum testem, aut priuatam scripturam, aut aliis modis, ita vt iudicis animus iis penè persuasus, in causam actoris propendeat: huic potius in supplementum probationis, iusiurandum in causis ciuilibus (nam in criminalibus & aliis grauioribus, cùm probationes iustæ & luce meridiana clariores requirantur, *l. fin. C. de probat.* huic iu[redacted] tetur veritatem ig[redacted] *cium. num. 6. ne quis eum qui, &c. Bart. in dict. l. admonendi. Chil. cap. 66.*

11 ¶Etsi autem iudices in dubiis causis, exacto ita iureiurando, secundum eum qui iurauit, iudicare solent (sententia enim hîc opus est, cùm hoc iusiurādum fungatur non vice transactionis vel solutionis, vtpote inuitis partibus extortum, sed tantummodo probationis: *d. l. eum qui. 30.*) tamen admonendi sumus, interdum ex integro causam agi, si quis noua instrumēta se inuenisse dicat, quibus nunc vsurus sit, & probaturus falsum esse iuratum. Nam quod dicitur, Sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, instrumentis nouè repertis non retractari, *l. sub specie. C. de rei iudic. l. Imperatores. 35. ff. eod.* non obtinet in sententia quæ ex probationibus Priuilegiatis, vt loquuntur, lata est: *l. fin. C. ad l. Iul. de adul.* præsertim falsis ac dolosis, *l. si prætor. 75. §. Marcellus. 1. de iudic.* vt constitutiones etiam Principum ostendūt: *l. 1. 2. 3. C. si ex fal. alleg.* quarum mentionem facit Caius in *d. l. admonendi.* Iusiurandum autem necessarium, est probatio priuilegiata & singularis, quia iurans sibiipsi dat testimonium, contra communes iuris regulas, quibus traditur, Neminem in propria causa idoneum esse testem. *l. nullus. de testibus. l. omnibus. C. eod. tit.* Si igitur sententia secundum iusiurandum data sit, poterit denuò ex nouis instrumētis agi, & sacramenti falsitas ostendi. *l. actione. C. de transact. l. 1. & tot. tit. C. si ex fal. instrum. l. admonendi. vbi Rom. Ias. dicunt, non opus esse restitutione. hoc tit.* Res enim iudicatæ non retractantur, quę ordinaria cognitione ac probatione definitæ sunt: *l. 4. C. de re iud. l. Impp. 35. ff. eod.* non quæ inopia probationum ex religione & fide ipsius partis decisæ. Quod non obtinet, si inter litigatores iureiurando, siue Voluntario siue Iudiciali, transactum sit negocium: quia Quod semel conuentione mutua sopitum transactumq; est, non debet iterum sub specie instrumentorum pòst repertorum retractari: præsertim accedente iurisiurandi religione. *l. sub prætextu. 1. & 2.*

iunc.

[redacted] tum, quod nunc appellatur [redacted] da: & Promissorium, quo quid promittitur: id quod rursus subdiuidunt in Absolutum, quod per se datur: & Accessorium, quod cohæret alij obligationi, eiúsque naturam & interpretationem induit. *l. fin. C. de non nu. pec. l. fin. qui satisd. cogan. Ias. in l. si conuenerit. num. 4. & 5. de iurisd. Schurff. cons. 27. nu. 9. cent. 1.* Alij *Roman. in l. iusiurandum. 17. h. tit. Ias. in Auth. sacrament. num. 9. C. si adue. vend.* tres statuunt species: videlicet Promissorium, Confirmatorium, & Decisorium. Theologi duas: ἐπακτὸν quod à magistratu imponitur: & Voluntarium, quod sponte suscipitur. de quibus disputare, nostri iam non est instituti.

12 Quare † nunc ipsum Prætoris Edictum de iureiurando proponamus: EVM A' QVO IVSIVRANDVM PETETVR (abs alterutro nimirum litigatore. nam de iudiciali iureiurādo, Prætoris edictum loquitur) SOLVERE AVT IVRARE COGAM. *dict. l. iusiurandum. 34. §. ait prætor.* (datur tamē ex humanitate facultas reo, vt si malit, referat iusiurandum) SI IS CVM QVO AGETVR, CONDITIONE DELATA (nam qui nemine deferente iurat, hunc Prætor non tuetur: sibi enim, non aduersario iurauit, *l. 3. in prin. h. tit.*) IVRAVERIT; EIVS REI DE QVA IVSIVRANDVM DELATVM FVERIT, NEQVE IN IPSVM, (qui iurauit) NEQVE IN EVM AD QVEM EA RES PETINET, (vt successorem, aut alium, ad quem aliquod emolumentum ex iureiurando redit: verbum enim Pertinere, latissimè patet, *l. verbum illud. 181. de verb. signif. l. 1. §. in propria. quan. appell. sit, &c.*) ACTIONEM DABO. *l. 3. in prin. l. ait prætor. 7. h. tit.* Hactenus prætor.

13 ¶Sed & hoc per interpretationem placuit, vt non modò aduersus iusiurandum denegetur Actio, sed ex ipso iureiurando actio in Factum, & Exceptio detur, *d. l. nam postea. §. 1. h. tit.* perinde atque ex re Iudicata. *l. actori. C. de reb. credit.* quod tamen quidam, sed perperam, in iureiurando duntaxat Decisorio, non etiam Promissorio, voluut obtinere. *Bald. in c. 1. §. sacramenta. de pac. fir. Ias. in Auth. sacramen. num. 9. C. si aduers. ven.* Nam cùm apud omnes populos, tum præsertim Romanos, magna semper vis, magnus effectus & religio fuit iurisiurandi, quacūque ratione, vel in iudicio, vel extra iudicium præstiti. Nullū, inquit Cicero, *in Offic. lib. 3.* vinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Id indicant leges XII. Tabularum, indicant sacra, indicāt fœdera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides, indicant notiones animaduersionésque censorum, qui nulla de re diligentius quàm de iureiurando iudicabant. Et meritò quidem. exempla enim testantur, verissimum esse quod dicitur, ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀρείων: contrà, religionem iurisiurandi contemptam Deū habere vltorem, *l. 2. C. de reb. credit. Herod. lib. 2.* & grauibus pœnis vindicari, vt non iniuriâ dixerit Hesiodus:

ὅρκον θ', ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

Sed quod dictum est, iusiurandum Deum habere vltorem, scilicet quo ad animā & consciētiam peierantis, non eo inferendum est, periuria Dolo malo dicta etiam legibus non puniri, *l. si duo. §. si quis. vbi Ias. 7. pœnas recitat. hoc tit. l. nam sufficit. de dol. mal. l. fin. de crim. stell. Chass. in consue. Bur. tit. de retra. §. 12. verb. par serment. num. 22. cum seq.* maximè quando cum alterius iniuria vel damno sunt coniuncta: *d. l. si duo. §. vltim.* etiamsi Imperator nolit quasi crimen Maiestatis vindicari, si non dolo malo, sed calore iracundiæ per Principis venerationem fueri peieratum. *l. 2. C. de reb. credit. vide distinct. Bald. optimam. in l. si cum patruo. 6. C. commu. vtriusq. iud.* Etsi enim tale periurium non sit crimen maiestatis: consentaneum tamen est, saltem stellionatum esse, eiúsque criminis pœna puniri, *l. fin. de cri. stellion. vide tamen doctiss. Cuiac. obser. lib. 2. cap. 19. & lib. 7. cap. 13. & lib. 8. cap. 7.* quando alteri dolosè periurio nocitum est. Ac fortè olim iuramenta per Principem dicta, pœnas habuerunt ciuiles, periurio patefacto, *d. l. si duo. §. vlt.* quasi ex contemptu venerationis Principalis: ea verò quæ per Deum præstabantur, diuinæ vltioni fuere relicta, per quam iuratum esset. *d. l. 2. Tertull. in Apol.* Sed cum apud Christianos tantùm per numen ritè iuretur, etiam in hoc genere periuria constitutionibus rectè puniuntur. *l. si quis. 41. C. de transact. l. pen. C. de dig. lib. 12. Nouell. 117. Harm. lib. 1. tit. 2.* Sunt & alij complures iurisiurandi effectus: vt quod induat naturam actus cui accedit: *l. vlt. C. de non num. pec. l. vlt. qui satisd. cogan.* & tamen destituto principali, aut annihilato, non pereat velut accessorium. *c. 2. de pac. in 6. Mynsing. obser. 2. Cent. 3.* habet vim casus expressi, *Bald. l. 1. num. 4. C. com.* supplet præsentiam partis, *Crauet. de antiqu. temp. §. 3. num. 43.* excipit authoritatem superioris. *c. venientes. 19. eod. cap. 1. de prob. feud. alien. per Feud. glo. c. sciscitatus. 19. de rescript.* accipitur secundū intentionem eius cui datur, *cap. quæcunque. 22. qu. 5.* intelligitur de præsentibus, non futuris: *cap. clericus. 35. eod. Mynsing. obseru. 7. Cent. 2. glo. verb. extorta. in Auth. sacram. C. si ad. ven.* neque de noua causa *c. quemadmodum. 25. eod. Boer. decis. 204. nu. 21. cum seq.* vt si altera pars promissis non stet, *c. sicut. 29. in fin. eod.* si res (vt feudum) administratur, cuius nomine iuratum est, aufe[redacted]

quamuis aliàs posteriùs pactum deroget priori, A *l.pacta nouiß.C.de pac.* tamen hîc contra est, *c.veniens.16.c.intellecto.33.eod.* nisi prius sit illicitum. *c.tua.11.d. c.veniens. eod.* probationem facit plenam, *glo.c.1. verb. non probet.de con.rec.feud.* etiam in enunciatiuis: *Cra. de antiq. temp. §. 3.num.47.* semper seruandum est, quando sine detrimento salutis seruari potest: *c.cum contingat. eod. vide 22.q.4.* supplet sollennitates, *Panor. d.c.cum contingat.* confirmat contractus, *c.2.vbi Dd.num.17. de pact.in 6.Ias. Auth.sacram.nu.33.C.si adu.vend.* B tollit restitutionem in integrum, *d. Auth.sacram.* addit forum foro, *Ias.in Auth.sacram.num.17.C. si ad ven.* excludit pœnitentiam, *glo. in leg.si pecuniam.8.ad verb.necesse. de cond.caus.dat. Alex.Imol.& Dd.in l.2.§. sed etsi.de dona.* præcisè obligat, *Ias.in §.item si quis postulante.num.12.Instit.de act.* vim & effectum specifici consensus, *Bald.in l.1.num.4.C.commo. Alexan.in l.sciendum.de verb. oblig.& cons.27.viso.nu.7.vol.1.tex.in ca. ex rescripto.de iureiur.* executionis paratæ, *Bart. in leg.2.in* C *fin.hoc tit. cuius sententiam dicit ibi communem Ias. num.20.& in d.§.item.num. 20.* clausulæ derogatoriæ, *Bart.in l.omnes.num. 33. de inst.& iur.Ias.in l.si mihi.12.§.in legatis.num. 5. de legat.1.* rato manente pacto, *l.si quis.41.vbi Dd.C.de transact.* &c. obtinet. De quibus plura apud Dd. *Ias. in d.§. item.Instit.de act. Dd.in d.l.si quis maior.Cano.in c. quintauallis.extrà eod.*

34 ¶ Adiacent iuriiurando boni mores, *c.non est.* D *de reg.iur.in 6.* pietas, charitas, *c. cum quidam.eod.* veritas, simplicitas, *c.veritatis. 14.eod.* iustitia, iudicium, *c. etsi.26.vbi glo. verb.iustitia ponit hos comites iurisiur. eo. per c. animaduert. 22.q.2.Ierem.4. c.iurabunt.22.q.1.* libertas, *cap.si verò.8.c.verum.15. eo.Dd. Auth.sacram.C.si ad.vend.* intellectus rei, & scientia, *c.quanto.18. eod.* Affinia sunt, promissio fidei, *c.3.eod. Panor.c.constitutus.de transact.& d.cap.ad aures.de his quæ vi. Couar.c.2.de pac.in 6.* aut fides loco iurisiurandi disertè data: quam E non verum esse iuramentum, ex eo liquet, quòd non omne simile, *Bart.l. quod Nerua. depos.* nec quod alterius loco ponitur, *Euerar.à loco, vi seruog.in fin.* sit idem, maximè hoc casu, vbi non conuenit definitio iurisiurandi, quod est Inuocatio numinis religiosa, quæ hîc abest. Contraria sunt: vis, *cap. si verò. 8.c.verum.15.c.cum contingat.28.eod.vbi glo.ad verb.vi.c.abbas. de his quæ vi inet.caus.glo.Clem pastoral.de iud.* dolus, *dict. c.cum contingat. Auth.sacram.C.si ad vend.vbi Ias.num. 29.c.licet.eo.in 6.c.2.de pac.num. 6.Imol. c. quinta-* F *uallis nu.45.eod.* error, *cap.quanto.18.eod.c.homines. c.vlt.22. qu. 2.* impubes ætas, *c.parruli.22.quæst. pe.d. Auth.sacram.* absolutio: *vide Mynsing.obser. 57.Cent.2.obs.99. Cent.3.* quam nostræ leges, nimirum Ecclesiasticæ, concedunt Imperatoribus: *leg. vlt. ad municip. Bald.l.1. C.de iur.aur.ann.*



G

DE IN LITEM IVrando. Tit. III.

C. 5. 53.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quid sit iusiurandum in litem.*
3 *Quòd à iudice tantùm deferatur.*
4 *Ex qua causa deferatur.*
5 *Ratio, quare deferri possit.*
6 *Quibus in actionibus deferatur.*
7 *Quomodo iuretur.*
8 *Quis sit effectus iuramenti huius.*

CVM † in superiore titulo tractatum sit 1
de tribus speciebus iurisiurandi, quod ad lites definiendas pertinet: ne quid hac in materia intactum inexplicatúmque relinquatur, consequenter nunc hîc exponitur & alia species iurisiurandi necessarij, videlicet Iusiurandum in litem. Est † autem IVSIVRANDVM 2
IN LITEM, quod ex delatione Iudicis præstatur, cùm ab aduersario contumaciter & Dolo malo res vel non exhibetur, vel non restituitur, aut dolo eius factum est quo minus exhiberi vel restitui possit. Quo iureiurando permittitur illi æstimationem ipsius rei, ac eius quod interest, etiam in infinitum facere. Dico, † hoc 3
iusiurandum ex Delatione Iudicis dari. *leg. in actionibus. 5.hoc tit.* Nam si alius detulerit, aut eo non à iudice delato, iuratum sit, nulla erit religio, nec vllum iusiurandum. *l.4.§.deferre.2.h.tit.* Sed † non aliter defertur, quàm si aduersarius 4
contumaciter, & Dolo malo ex arbitrio Iudicis exhibere aut restituere rem, quam actor suam esse intendit, aut nolit, aut non possit. *leg.qui restituere. 68. de rei vendic.* Nam propter culpam non esse hoc iusiurandum deferendum, constat: *vide Ias.& Dd.in l.6. §.pret. l.7. l.argen. 10. §.1. de edend.* quia non sine magna causa permittendum est actori, vt pro suo arbitrio & affectione litem æstimet, ac iudex quodammodò in causa propria fiat. Cùm igitur in culpa tantùm hæret possessor, non in dolo, æstimatio litis minimè ab actore iuxta suam affectionem, sed à iudice ex veritate facienda est. *l.4.in fin.h.tit. vbi Dd.* Quam etiam ob causam, contra hæredem contumacis non iuratur in litem, quia dolo caret, *leg. fin. C.eod.* nisi lis fuerit cum defuncto contestata: *leg 4. C. eod.* quamuis ex parte agentis, indistinctè in hæredem hæ-

facultas, quasi pars actionis rei persecutoriæ A transeat. *Auth.princ.vbi glo.& Dd.C.de iur.propt. cal. Ias.in leg.pen. §.hoc iudicium.nu.5.ne quis in ius voc.* dum tamen scientiam rei aliquam habeat hæres, *Ias.præall.loc.num. 7. & in l. admonendi.nu. 313.3. tit.1.* saltem vt de scientia sua & credulitate iurare possit. *Chil.in præc.cap.66.vide Reinhar. diff.iud.34.Land. lib.3.art.11.* Pupillis tamen hoc iuramentum non defertur, *l.4.h.tit.* vt nec aliud quodlibet: *leg.iusiur.34.§.pupillo. leg.qui iurasse.26. de iureiur.* sed bene minoribus. *d. leg. 4.in fin.vbi* B *glos. ad verb.potest iurare.* Tutores autem nomine pupillorum, hoc affectionis iuramentũ subire non cogunturi: *d.l.4.hoc tit.* etiamsi in Decisorio, vbi de veritate dicenda agitur, secus sit. *l.cum etiam.5. C.de reb. cred. Bart.num. 2.Ias.num.15.in l. 4.hoc tit.* Locum autem tum demum habet hoc iusiurãdum, & deferri solet, cum iussus exhibere vel restituere rem, quã actor suam esse intẽ-
5 dit, possessor Contumaciter negligit. Etenim † C
ratio quamobrẽ vsus huius in foro inualuerit, nõ est inopia probationum, vt superioris iurisiurandi: sed locum illi facit à parte quidem rei Contumacia vel dolus, quem puniri oportet: à parte verò actoris cui defertur, Præsumptũ dominium. Huic enim si res sua à possessore contumaci nõ restituatur, aut eius dolo malo restitui nequeat, atque ita quasi necessitas vendendi domino imponatur, meritò rem æstimãdi suam, & precium pro arbitrio statuendi, facultas est D
permittenda. *l.tutor.8.h.tit.leg si cum dos.§.fin.cum l.seq ff.rerum amotarum.*

6 ¶ Porrò cum actio ad Exhibendum propter vendicationes sit comparata, *leg.1.ad exibendum.* & qui exhibere supersedet, impedimẽtum præstat, quo minus vendicare & restitutionem rei suæ petere quis possit, meritò & in hac actione in litem iuratur. *l.in actionibus.hoc t.* Perinde autem est, qualiscunque sit actio, dummodò ad rẽ restituendam agatur: siue sit in Rem: *l. qui restituere.68. de rei vend.* siue Personalis in rem scripta, vt ad exhibendum: siue Bonæ fidei, vt depositi, commodati, *d.l.in actionibus.*&c. In stricti autem iudicij actionibus in litem iurari nõ solet (exceptis arbitrariis, vt eo quod metus causa, de dolo, *leg.arbitrio.18.in princ.de dol.mal.*&c.) nisi propter difficultatem probationis, re post moram extincta: *d.l.in actionibus.cum. l.seq.* cùm quia his actionibus non ad restituẽdum agitur, sed petitur Dari aut Fieri: tum quòd stricta est & F
augusta in his iudicis potestas, quia formula iudicandi sibi præscripta, in qua nõ inuenitur expressum eiusmodi deferendi iurisiurandi arbitrium, recedere non potest. Extincta autem re, cùm æstimatio initur, nihil causæ est, cur etiam in his non liceat pro arbitrio rem suam domino per iusiurandum æstimare: *l.penul.§.1.vbi glo. & Dd. ne quis eum qui in ius voc.* permittitur autem actori planè pro suo arbitrio æstimationẽ facere, ac etiam in infinitum iurare. *l. 4.§.iurare. hoc tit.*

7 ¶ Ne tamen arepra hac occasione in immen-

sum iuretur, potest iudex modum statuere iu-
riiurando, vt intrà certam quantitatem iuretur, *d.§.iurare.*

¶ Quin & postquam iuratum fuerit, licebit iu- 8
dici vel absoluere, vel minoris condemnare. *d. leg.in actionibus. l. sancimus.13.C.de iudic.* Cum enim ex affectione tantùm iuretur, potest iudex affectionem iurantis ad æquum bonúmq; redigere. Sed quia de periurio cuiusquã facilè quæri non debet, etiam cum ex necessitate iuratur: *leg.fin.hoc tit.* meritò non nisi ex magna causa, & postea repertis probationibus, à iureiurando hoc necessario. *l.admonendi. 31. vbi Dd.3. tit.1.* semel præstito, est recedendum: *d.l. 4. §.fin.hoc tit.* ac vix etiam ex magna causa hodie, propter cõstitutionem Iustiani. §. *oportet. Nouell. de iudic. Auth.post iusiurandum.C.de iudic.* Iure porrò Saxon. in hoc iureiurando illud dissimile est, quòd actor sine iureiurando æstimet, & taxationem faciat, in quam reus condemnatur: nisi quatenus eam taxationem iureiurando suo minuit. *Fachs.diff.70.per art.47.lib.3.Chil.in pract.c. 136. Reinhar.diff.iudic.13*

DE CONDICTIONE causa data, causa non secuta. Tit. IIII.

C. 4. 6.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Causa ex qua detur cõdictio, & num.3.*
3 *Ratio cõtractuum nominatorum & innominatorum.*
4 *Quare in his pœnitere liceat. & ratio l.3.§.1.& l.5.h.tit.*

POSTQVAM † de Condictione certi dictum 1
est, sequitur vt exponamus cæteras huic similes condictiones, quæ non quidem ex mutuo, sed Quasi mutuo, oriuntur: *l.4.§.is quoque. de oblig.§.item is cui.in fin.Inst de oblig.quæ ex quasi contract.* videlicet cum aliquid Datum est, aut Ob rem, vel honestam vel turpem, aut Ob causam, aut Sine causa. nam si ob rem honestã data sit pecunia, vel alia res fungibilis (in qua sola mutuum, & ideo etiam hoc quasi mutuum consistit, *vide Cuiac. obser. lib. 8.cap.34.*) puta doris E
nomine, vel vt filius emancipetur, vel à lite discedatur: causa quidẽ secuta, vt secutis nuptiis, emancipato filio, &c. repetitio cessat, perfecto nimirum & absoluto contractu. *l.1.hoc t.* Sin autem secuta non est propter quam dedi, quia affinitas fortè non contrahitur, à lite neque dum receditur: æquissimum est, condictionem ad repetendum id quod datum est, mihi dari.

¶ Etsi etenim negocium hoc in alium cõtra- 2
ctum certum non transit, neq; vi sua parit obligationem, subest tamen Causa & Res: ac elegã-
G ter Celso Aristo respondit, esse συνάλλαγμα, vnde ciuilis obligatio nascatur. *l. iurisgentium.7.in*

A prin.de pact. Cum enim tibi dederim Rem meã propter Causam, vt aliquid des vel facias, certè ex æquitate naturali obligatus es, vt aut impleas causam, cuius respectu tibi dedi: aut si nolis, reddas mihi, quod propter causam accepisti, ne re mea iniustè, contra voluntatem meam, locupletere: qua ex æquitatis obligatione datur mihi Iure ciuili Condictio causa, id est, ob causam dati, causa non secuta: *l. 1. 2. 3. 4. 5. & tot. h. tit.* si videlicet non stes conuentioni, & moram facias. *l. 3. §. 1. h. ti.* B Nam si in nulla mora existas, inhibenda erit repetitio, donec constet te satisfacere aut nolle, aut non posse. *leg. quod Seruius 8. in prin. hoc tit.* At cur implere contractum præcisè nõ cogitur is qui accepit ob causam, cúrue condictio competit ad repetendum quod datum est, rescindendúmque contractum, contra communes regulas quibus traditur, Non ad distractum, sed implementum contractus esse agendum? *l. ea conditione. 14. C. de resc. vend. leg. vendita. 6. C. de actio. empt. cum simil.*

3 C Id † eò fit, quia Iure ciuili certæ tantùm conuẽtiones iuris gentium receptæ roboratæque sunt: quibus quoniam vtiliter communicari res inter homines videbantur, nomen speciale inditum, vísque tributa est obligationis, ex qua postquam conuentum esset, agi rectè posset, vt conuentionis fides impleretur. *leg. 1. in fin. de rer. permut. vide s. de pact.* Reliquæ conuentiones receptæ nõ sunt, neque vlla prodita est actio, qua ad earũ implementũ agatur: D cùm ne in immensum seges discordiarum ac litium, ad perniciem ciuili consociationis excrescat: tum quia nulla iustá subesse videtur obligationis causa. *d. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. s. de pactis.* Vnde & hi contractus Innominati, Do vt facias, & similes, nullo nomine, nulla certa cõtractus specie induti firmatíque sunt, & proinde nullam producunt ex vi solius conuentionis obligationem aut actionẽ: sed cùm iure naturę, quatenus συνάλλαγμα contractum est, & res interuenit, E eatenus obligatio semper cõtrahatur, propterea quòd iusta subest obligationis causa (æquum enim est, neminem locupletari cum alieno damno: nec pecuniam alienam, ob causam acceptam, nullo cõtrà præstito, & sine causa retineri:) meritò Ius ciuile, secundum hanc naturæ rationem, etiam hos contractus, quamuis per sese inualidos, eatenus valere, ac ciuilem parere obligationẽ voluit, quatenus res interuenisset: vt qui ob causam quid accepisset, F accipiendo obligaretur, vel ad implendam causam, vel ad reddendum quod accepisset. Neque enim necessitatem implendi hi contractus obtinent, cum non ex conuentione, sed sola rei contrectatione, accipiens obligetur: quam si restituat, iam deficiente contractus æquitate, & obligationis substantia, cum illo amplius agi non poterit.

4 ¶Et adeò quidem nulla inest his contractibus extra rem obligatio, aut implendi necessitas, G vt si tibi dedero vti quid facias, pœnitere & repetere quod dedi possim. *l. 3. §. 1. l. 5. in prin. &* *§. 1. hoc tit.* Etsi enim tu mihi obligatus es, quia rem meam habes: tamen ego tibi nulla æquitatis ratione sum obstrictus, cũ nihil à te mihi sit præstitum, quo æquũ sit me tibi obligari. Nulla ergo tibi fit iniuria, si rem meam repetam, quæ apud te est sine causa, quum nullum inde damnum facias. Quòd si tu aliquid præstiteris, non modò facto impleto, sed etiam affecto aut inchoato: iam quia res non est integra, neq; sine tuo damno pœnitere possum, inhibenda erit repetitio: nisi indemnitas tibi præstetur eius quod impendisti. *d. l. 5. in prin. & §. 1.*

DE CONDICTIONE ob turpem vel iniustam causam. Tit. V.

C. 4. 7.

1 *Quid sit ob rem vel ob causam dare.*
2 *In turpi causa quando dantis est turpitudo, cessare condictionem.*
3 *Cum accipientis est turpitudo, semper condictioni locum esse.*
4 *Cum vtriusq; est turpitudo, cessare cõdictionẽ.*

OMNE † quod datur, inquit Paulus, *leg. 1. hoc tit.* aut Ob rem datur, aut Ob causam. 1 Ob rem dari dicitur, cum in hoc datur, vt aliquid consequatur, & accipiens vicissim rem det, vel quid faciat. Ob causam damus, vt plurimùm præteritam: veluti cum ideo do, quòd aliquid à te sim consecutus, vel quòd à te quid factum est. *l. damus. 52. s. tit. 1.* Quanquam potest & in futurum ob causam dari, vt sub aliqua conditione. Cum Ob rem datur, re secuta contrahitur συνάλλαγμα: cum Ob causam, non semper, si vel causa sit præterita, vel futura, quæ non est in potestate accipientis, neque ab ipso proficiscitur, vel si fuerit falsa. Et hæc quidẽ inspecta propria verborum significatione, ita se habent: alioquin qui ob rem dat, dare ob causam dicitur, vt ex superiore titulo apparet. Datur autem ob rem aut Honestam, aut Turpem. Ob rem honestam datum ita repeti potest, si res propter quã datum est, secuta non fuit, vt paulò antè diximus. Ob † turpem ita datur, vt aut dantis sit turpitudo, 2 non accipientis: aut accipientis duntaxat, non dantis: aut vtriusque. Cum solius dãtis turpitudo versatur, repetitio cessat, quæ non conceditur suam alleganti turpitudinem: *l. mercalem. 5. C. eod. tit.* vt si meretrici quid detur: etenim hîc non vtriusque, sed dantis tantùm turpitudo eminet. Nam † quod ad accipientem attinet: 3 etsi turpiter facit, quòd sit meretrix: turpiter tamen non accipit, cum sit meretrix. *fac. leg. quæ adulterium. 29. C. ad l. Iul. de adult.* Vnde verius est donationem valere, *l. affectionis. 5. de donat.* & repeti non posse. *l. 4. vers. sed & quod meretrici h. tit.* Quòd si turpis causa accipientis fuerit, etiamsi res secuta sit propter quam datũ est,

repeti

repeti potest. In quo differt hæc cõdictio à præcedenti, quæ causa secuta cessat. Exempli gratia: Si dedi tibi ne furtum facias, néue hominẽ occidas, vel vt reddas mihi depositum, aut in bona causa pro me pronuncies. Cum enim turpiter accipias, qui quod gratuitò virtutis amore & officij legúmq; reuerentia adductus præstare debueras, precio nundinaris. *l. fin. h. t.* meritò quod datum est, condici poterit. *l. 2. h. tit l. 3. l. 4. l. pen. & fin. C. eod.* nemo enim ex sua turpitudine ac iniustitia lucrum sperare & facere debet. *l. miles. 11. §. 1. ad l. Iul. de adult.* Quanquam quod ad eum attinet, qui in bona causa aliquid iudici dedit, etsi turpiter dare non videatur, quoniam dat ob id quod ius fásque est consequendum: tamen ne venum prostent sentẽtiæ, & ad corruptelam iudicum animi malo munerum exemplo assuefiant, atq; adeò quia is qui dat, quãtum in se est, iudicem corrumpit: ab Imperatore Antonino constitutum est, vt is litem perdat, qui diffidentia iustæ sententiæ, in pecuniæ corruptela spem negocij reposuerit. *l. 1. cum Auth. sequ. C. de pœn.*

4 *iud. qui ma. iud. d. l. 2. hoc tit.* Vbi † autem & dantis & accipientis turpitudo versatur, non posse repeti dicimus. *l. 3. h. tit.* vt si propter stuprum aut lenocinium quid detur: *l. 2. l. 4. l. mercedem. C. eod.* vel si quis deprehensus in flagitio, se mercede ab indicio redimat. *d. l. 4. h. t.* excepto, si quid iusto mortis metu præstitit. *l. nec timorem. 7. in fin. de eo quod met. caus.* Cum enim & dantis & accipiẽtis turpis sit causa, iuxta communes iuris regulas, In pari re potior debet esse accipientis & possessoris conditio. *l. penult. h. tit. d. l. 2. d. l. mercalem. C. eod. §. commodum. Instit. de inter. l. 2. C. de probat. l. fin. C. de rei vend. leg. fauorabiliores. 125. de reg. iur. c. cum sunt. extrà eod. l. Arrianus. 47. de actio. cum simil.* Quod autem de turpi causa dictum est, idem etiam in omni Iniusta causa obtinet. *gl. in l. perpetuo. 6. hoc tit.* Quidquid enim iniustè datur aut fit, quando iniustitia nihil sit tetrius, id turpiter dari aut fieri necesse est.

DE CONDICTIONE indebiti. Tit. VI.

C. 4. 5.

1 *Ex qua causa detur hæc condictio.*
2 *Regula generalis de indebiti cõdictione.*
3 *Ratio condictionis.*
4 *Quidnam sit indebitum.*
5 *Intellectus & ratio L. repetitio.*
6 *Condictio nulla est debiti naturalis.*
7 *Alij casus in quibus cessat condictio.*
8 *Quando persona locũ faciat condictioni.*
9 *Condictio non datur scienti, quamuis erranti & dubitandi detur.*
10 *Quid sit condictio: quare, contra quem, ad quid condictio hoc casu detur, non rei vendicatio.*

A NVNC † videndum de Indebito soluto 1 Nam qui indebitũ soluit, quamuis in hoc dare videatur, vt distrahat potius negociũ quàm contrahat: *§. item. Instit. de ob. quæ ex quasi cont. l. si quis 5. §. is quoque. 3. de oblig. l. indebiti. l. hæc cõdictio. 66. h. tit. l. pen. ad Trebell.* quia tamen qui non debitam pecuniam soluit, hoc ipso aliquid contrahit, *l. 2. l. si in area. 33. hoc tit.* ideo Quasi ex mutuo is qui accipit, ad reddendum aut id quod datum est, aut simile obligatur, & ita Condictione indebiti tenetur: B *§. item is cui. Instit. de oblig. quæ ex contr.* quasi ex mutuo quidem, si res fungibilis, in qua mutuum esse possit, soluta sit: *dict. §. item. dict. leg. 5. §. is quoque.* ex bono verò & æquo, si aliam rem non fungibilem solui contingat. *d. l. indebiti. d. l. hæc condictio. 66. Cuiac. obser. lib. 8. cap. 34.* De † qua quidem condictione 2 generalis hæc ab Vlpian. *in leg. 1. hoc tit.* traditur regula: Si quis indebitum ignorans soluit, per hanc actionem condicere poterit. Hæc condi- C ctio ex bono & æquo introducta est. *l. in summa. 65. §. quod ob rem. hoc tit.*

¶Aequum enim est, quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur, vt repeti possit, 3 *d. l. hæc condictio. 66.* ne quis cum alieno damno locupletetur. *l. nam hoc natura. 14. h. tit.* Sine causa autem apud eum res est, cui indebitum per errorem soluitur,

¶Indebitum porrò est, quod omnino non debetur: 4 *d. l. in summa. §. fin.* vt quod nullo iure, vel D saltem non iure naturæ aut gentium debetur: *l. indebitam. 47. h. tit.* vel sub conditione, aut incerta omnino die debetur, *l. sub conditione. 16. h. tit.* (incertã autem diem accipimus, quę an extitura sit, dubium adhuc est. nam hæc conditioni comparatur, vt si quis ita promittat, Eo die quo nuptias contrahes, dabo tibi centum, *leg. vnica. §. sin autem. C. de cadu. tollen. l. dies incertus. 75. de condit. & demonstr.*) vel quod supra debitum est solutum. *l. si is qui. 45. h. t.* Sed & quod alij debetur, E alij soluitur, indebitum est: vel si quid non debitum, pro eo quod debitum est, soluatur. *leg. si pœnæ. 19. §. si putem. hoc tit.* Item si quod alius debebat, alius quasi ipse debeat suo nomine soluat. *d. l. in summ. §. fin. l. si pœnæ. §. 1. hoc. tit.* nam & tunc condictio competit, cum non liberetur verus debitor. *d. §. 1. l. si quid possessor. 31. de petit. hæredit. l. si à patre. C. de condict. indeb.*

¶Quo tamen vltimo casu interdum cõdictio 5 cessat, si videlicet res sua aut debitum alicui, F quamuis à non debitore, debitoris tamen nomine (nã si suo, secus erit, *l. 2. C. de his quæ in frau. credit. l. si pœnæ. 19. §. 1. l. in summa. 65. in fin. hoc tit. l. cum quis. 38. §. de peculio. de solut. l. 5. C. de cond. indeb. l. si quid possessor. 31. de pet. hæred.*) solutum sit: *l. repetitio. 44. l. quod nomine. 8. l. indebitum. 47. leg. frater. 38. §. vlt. l. seruus cuiusdam. 36. in fin. hoc tit. l. de hæreditate. 5. C. de pet. hæred. Cuiac. lib. 8. cap. 9. l. 1. §. vltim. l. 2. de const. pec.* cùm quia verus debitor ea solutione liberatur, nec enim qui acce- G pit, amplius id quod habet, petere poterit. *§. sic itaque. Instit. de act. §. sed si rem. Instit. de leg.* tum

A quia res sua domino auferri nõ potest,cui si eam
amissam vendicare à quocunque licet, certè &
retinere quocunque modo recuperatam per-
missum esse dicendum est. Nam cui damus a-
ctionem,eidem exceptionem competere mul-
tò magis quis dixerit. *l.1. vers. nam cui damus.de superficiebus.* Indebitum illud quoque accipi-
mus, quod propter aliquam perpetuam exce-
ptionem peti non potest,nam & hoc condictio-
nem parit. *l. si non sortem. 26. §.indebitum.3. & §. adeo.7.hoc tit.* quando tamen in odium eius cui
B debetur, exceptio datur, vt in Macedoniano,
perperam solutum non repetitur, *l.qui exceptio-nem.40.hoc tit.*

6 ¶Planè cum hæc condictio Naturalis sit.*l.indebiti.15. h.tit.* & ex æquo & bono detur, si quid
naturali æquitate debitum soluatur,re peti non
potest,quamuis Iure ciuili nõ debeatur. Vnde si
operas Officiales libertus patrono soluat, quas
non debet nisi promissas, *l. operis.de operis libert.*
C condicere non potest.*l. si non sortem. 26.§. libertus.h tit.* quia non modò natura qua obligatur
ad ἀντίδωρα, *l.sed etsi.lege.25.§.consuluit.8.de peti. hær.* sed etiam Iure gentium, quo manumissio-
nis beneficium inductum est, *l.4.de iustit.& iur.*
cuiusque obligatio repetitionem inhibet, *l.cum amplius.84.§.1.de reg.iuris.* patrono omne obse-
quium & officium debet. Idem iuris erit, si de-
bitum cum seruo contractum, manumissione
subsecuta,*l.naturaliter. 13. l.si id quod. 64. hoc tit.*
D aut debitum inter patrẽ & filiumfamil.vel duos
fratres in eiusdem potestate cõstitutos,dissoluta
potestate soluatur. Cessat enim repetitio: nisi
quatenus naturalis obligatio vel per aditionem
hæreditatis paternæ, vel per peculij perceptio-
nem fuerit extincta. *l. frater à fratre. 38. h. tit.*
Item si quis pœnæ eius cui debetur causa, libera
tus soluat,*l.si pœnæ.19. in prin. hoc tit.* aut vsuras
sorti naturaliter ex pacto debitas: *d.l.si non sortẽ. 26.in prin.* aut si quis malè absolutus sua sponte
E soluerit,repetere non potest:*l.iudex.28.h tit.*quia
verum est,hunc natura debitorem manere.*l.Iulianus.60.hoc tit.*
7 Sed † & quod pro dote datur,
ad quam qui dat obligatum se credit, non repe-
titur, propter pietatis causam qua dotibus mu-
lierum fauetur. *l.cum is.32. §.penul. h.tit.* Atque
etiam, quæ per inficiationem in lite crescunt, si
per errorem indebitè soluantur,repeti non pos-
sunt:*l.ea quæ.C.eod.* quia causa transactionis sol-
F ui videntur.Quod autem ob transactionem da-
tur,repeti non potest: *l.in summa. in princ. hoc tit. l.2.C.eo.*vt nec illud quod ex causa iudicati præ-
statur, propter rerum iudicatarũ authoritatem.
*l.1.C.eod.*Sed & quod In diem debetur, cum ve-
rè debeatur,quamuis nondum venerit dies, *l.cedere diem. 213.de verb.signif.* ante diem solutum
repeti non potest. *l.in diem.10.h.tit.* etiamsi in-
certa sit dies, *l.nam etsi.17.hoc tit.* non quidem an
G sed quando sit exitura: vt si Cum moriar, dare
promisero: certum enim est me aliquando mo-
riturum,etsi quando, sit incertum. *l. 1.de condit.*
8 *& demonst.* Interdum † & persona locum facit

A repetitioni, quamuis debitum soluatur: vtputa
si pupillus vel furiosus, vel is cui bonis interdi-
ctum est,soluerit. nam in his personis generali-
ter repetitioni locum esse non ambigitur.Et si-
quidem extant nummi.vendicabũtur, pro con-
sumptis verò Condictio locum habebit.*l.interdum.29. h.tit.* si videlicet vtilius sit pupillo, aut
aliis eiuscemodi personis condici pecuniam,
quàm solutionem ratificari: vt cum solutum est
naturale debitum. Quòd si nulla sit captio pu-
B pilli,vt quia omni iure debitum fuit quod solu-
tum est, cum frustra sit exacturus quod statim
restituere debeat, ratificata solutione pupillus
liberabitur. *l. quod si fortè.14.§.fin. de solut. l.non omnis.19.§.si pupillus. 1. si cert. petatur.* Additum † 9
est in regula, Si quis ignorans soluit. Nam si
Sciens se non debere,soluerit,cessat repetitio.*d. l.1.in fin.hoc tit.l.indebitum.C.eod.* etiamsi eo ani-
mo dedit vt repetat, *l.quod quis.50. hoc tit.* quia
donare videtur, *l. cuius per errorem.53.de reg.iuris.*
C Quòd si errore soluit, quia Error nullum habet
consensum, *l. si per errorem. de iurisd. omnium iud.*
perinde est ac si ignorans soluisset, *l.elegãter.23. in prin.l.sed etsi me putem. 22.h.tit.* etiamsi in iure
erretur. *l.qui exceptionem. 40.l.si fideiussor .59. hoc tit.* Error enim iuris in damno vitando nocere
non solet. *l.iuris.l.error.l.regula. de iur. & fac. igno.* Quod tamen distinctionem recipit, nec e-
nim per errorem Iuris solutũ repeti solet, si iu-
sta aliqua subsit causa quamobrem repetitio in-
D hibeatur.*l.error. C.ad l.Falcid. l.cum indebitum.vbi Dd.C.de iur. & fac.ignor.* Pari ratione, cum Is
qui dubitat, pro ignorante habeatur, *l.fin.§.fin autem dubius.C.de fur.l.2.ff. quis ordo in bon.poss. ß.*
si quis incertus an debeat, soluerit, repetitionẽ
habebit.*l.fin. C.de condict.indeb.* Postremò dici-
tur in regula, Per hanc actionem condicere po-
terit. At cur datur Condictio potius quàm rei
Vendicatio?Quia † quod tollendæ obligationis 10
E gratia soluitur, eo datur & accipitur animo, vt
dominium transferatur: nec enim vera solu-
tio fit,nisi translato dominio. *l.qui sibi.33. de solut.l.2.§ si quis seruum.de statulib.* Vnde cùm con-
currente vtriusque affectu translatum sit domi-
nium.*l.in omnibus.de actio.* non potest Vendica-
ri quod est alienatum: sed Condici tãtùm actio-
ne Personali,*§.appellamus.Instit.de actio.* qua pe-
titur Dari tanquam debitum quod indebitè est
solutum. *l.dominus.53.hoc tit.* Est igitur condi-
F ctio indebiti, nihil aliud quàm Actio persona-
lis,ciuilis,stricti iuris:qua actor intendit, sibi ex
æquitate reddi à reo oportere, quod indebitè
est solutum.*d.l.dominus.53.§.appellamus. Instit.de actio.* Illud verò notãdum est,his solis pecuniã
condici, quibus quoquo modo soluta est, non
quibus proficit. *l.his solis.49.hoc tit. l. non aduersus.C.si cer.petatur.l.penul.C.de actio.* Nam cum il-
lis solis quibus solutum est,quasi cõtractum in-
G telligitur:eoq; tantùm contra eos,velut ex mu-
tuo vel alio contractu personalis hæc datur a-
ctio.*§.item is cui. Instit. de oblig. quæ ex quasi contr. §.1.Instit.de actio.*Et quidem condici omni com-
petenti

petenti loco, quamuis qui soluit certo loco se
debere existimarit.*l.qui loco 27.h.t.*Ac quia cõdi-
ctio naturalis est,ideo etiã quod rei solutè acces-
sit, alluuione aut alio modo,vel ex ea,puenit,vt
fructus,partus,&c.venire in cõdictionẽ,*l.indebiti.15.h.t.*deducta tamẽ impẽsa: *l.in summa.65.§.ei qui h.t.*postremò,quoniã cõdictio rei persecuto-
ria est,transire eam in hæredem.*l. si fundi.12.h.t.*

DE CONDICTIONE sine causa. Tit. VII. C. 4. 9.

1 *Latissimè patére hanc condictionẽ: & bus casibus detur,per tot.*
2 *Quomodo concurrat cum condictione indebiti.*
3 *Quomodo cũ cõdictione causa dati,&c.*
4 *Generalem esse hanc condictionem, & plerunque in subsidium dari.*

1 EST † & hæc species condictionis, si quis
Sine causa promiserit: quæ quidem condi-
ctio latissimè patet. Nam siue quis sine causa
promiserit, siue soluerit indebitum, rectè con-
dictioni Sine causa locum esse dicemus. Hoc †
2 tamen interest, quod vbi indebitum solutũ re-
petitur, condici soleat quantitas,non hac gene-
rali condictione: (cui tamen locus esse potest,
quia sine causa solutum est) sed magis speciali D
indebiti condictione, Quando in toto iure ge-
neri per speciem derogetur. *l. in toto. de reg. iur. rum simil.* Qui autem sine causa promisit cer-
tam quantitatem, quam nondum soluit,condi-
cere non potest quasi indebitam: sed hac incerti
condictione sine causa ipsam obligationem cõ-
dicit, vt ab illa per acceptilationem liberetur.
l.1.in prin.l.3.h.tit. l.is qui.§. tit.1. Sed etsi ob cau-

A sam promisit quis, causa tamen secuta non sit,
hac condictione rectè vtetur. Siue enim ab ini-
tio sine causa promissum est,siue fuit causa pro-
mittendi quæ finita est,ita vt sequi amplius non
possit, vel secuta non est:dicendum erit,condi-
ctioni locum fore. *d.l.1.h.tit.*Nihil enim refert,
inquit I.C. vtrum ab initio sine causa quid de-
tur: an causa propter quam datum est, secuta
non sit.*l.nihil refert.4.h.tit.*Vbi † tamen ob cau- 3
B sam quid datum est, solet agi condictione Cau-
sa dati causa non secuta, de qua antea diximus:
cũ verò promissum tantùm ob causam, hac ge-
nerali condictione sine causa rectè vtimur. De-
inde constat, id quoque hac actione condici,
quod ex causa ad aliquem peruenit, sed quæ
pro nulla habetur,*l.fin.h.tit.* vel redit ad non iu-
stam causam, *vt in l.2.h.tit.l.2. C. de cond.ex leg.*
aut ob impedimentum iuris sequi non potest:
vt cùm dotis nomine datur, neque nuptiæ ob
prohibitionem iuris consequi possunt,*l.fin. hoc tit. l.si extraneus. 6. §.de cond. caus.dat.* Cæterùm
C quod ob turpem aut impossibilem causam da-
tur, non repetitur: quia talis causa pro non ad-
iecta habetur,& in donationem res incidit:*l.cum donationis.34.vbi Bart.& Ias.C.de transaction.*nisi
donditionaliter sit datum:*l.dictam.8.vbi Bart. C. de cond. ob caus.* quo casu, impossibilis conditio
actum suspendit, & quia sequi non potest, eun-
dem annihilat. *l.impossibilis. de verb.oblig.in prin. Instit. de inutil stip. vide Dd. in d.l. cum donationis. & d. l. dictam.* Ex † quibus omnibus apparet, 4
D hanc condictionis speciem esse Generalem,quæ
cæteras complectatur:&dari solere,vbi nulla ex
specialibus competit, vel quænam danda sit,du-
bitari probabiliter potest:*vt in l.1.& tot.tit.ff.de æstimat.act. & de præscript. verb.*videlicet cum a-
liquid tantùm promissum est sine causa, aut ob
causam quæ secuta non est:vel cum quid datum
est ob causam veram & iustam, quæ tamen ad
causam nullam reducitur.*l.2.l.vlt.h.tit.*

DIGEST. LIBER XIII.

DE CONDICTIONE FVRTIVA. Tit. I. C. 4. 8.

1 *Ratio huius condictionis.*
2 *Quomodo cõcurrat cum actionibus rei persecutoriis.*
3 *Quomodo cum pœnalibus.*
4 *Quare non translato dominio detur hæc condictio.*
5 *Quid sit condictio.*
6 *Cui detur.*
7 *Aduersus quos.*
8 *Ad quid,& quæ in eam veniant.*

1 ANNVMERATVR † meritò reli
quis condictionibus, de quibus
hactenus actũ est,cõdictio Fur-
tiua, quæ ad rem furto sublatã
repetendam datur. Odio enim
furum, quo pluribus teneretur
actionibus,non modò Furti actione pœnali,sed
etiam ad Exhibendum & Rei vendicatione, &
condictione Furtiua cum his agi potest. *l. si pro fure..7.§.1.h.tit. §.sic itaque.vers.planè.Inst.de act.*
Harum † tamen persecutoriarum rei actionum 2
altera alteram tollit: *l.ancillæ.C.de furt.l.fin.C.de noxa.actio.*quia Bona fides non patitur bis idem
exigi Pœnalis† autem furti condictionem non
impedit, & contrà: quia ad diuersa hæ actiones 3
tendunt.*d. l.7.in prin. h.tit.* Sed cum rei furtiuæ

dominium non amittatur, quamobrem ad eam persequendam datur domino condictio, id est, personalis actio, qua actor intendat sibi dari oportere, cũ res quæ ipsius est, ampliùs eius fieri non possit? Respondet Iustinianus, *in d. §. sic itaque.* odio furum esse factũ, vt hac actione etiam teneatur, si apparet eos dare oportere. *l. fin. vsufruc. quam cau.* Nam † hæc actio aliquanto vtilior est, quàm Rei vẽdicatio, quippe in qua nec dominij probatione oneretur actor, cui sufficit ostendere rem furto esse sublatam: *D d. in l. 1. h. t.* & quomodocunque re extincta, aut perdita, aut deteriore reddita, non liberetur reus: *l. in re furtiua. 8. l. qui furtum. 16. l. fin. h. tit.* quod in rei vendicatione non vsquequaque obseruatur. *l. item si verberatum. 15. §. fin. cũ l. seq. vbi Dd. de rei vend.*

¶ Est igitur Condictio furtiua, actio personalis, ciuilis, qua dominus intendit à fure, aut eius hærede, rem furto sublatam sibi dari oportere. Hæc † datur ei cuius res fuit cũ subtraheretur, nempe domino, *l. 1. l. quoniam. 18. h. tit.* etiamsi illi surrepta non sit: *l. & ideo. 12. in princ. d. l. quoniam. 18. h. t.* cui verò post furtum factum dominium rei acquiritur, cõdictionem is non habet: quia res illi subtracta non est, nec initio obligationis, nempe tempore cõmissi furti, quod est inspiciendum, *l. si procuratorem. 8. mand.* dominus fuit. non autẽ domino hæc condictio haud quaquam datur: *l. sed nec legatarius. 11. h. t.* nec enim petere potest sibi dari, cui nec dominium neq; ius dominij consequendi competit. Vnde & creditor, cui res pignori data est, aut commodatarius, hanc intentare nequit (etiãsi iure Sax. aliter obseruetur, *Reinh. diff. 16. per art. 60. lib. 2.*) Incerti tamen cõdictione Aristo existimat eum acturum, ad possessionem recuperandam, si res illi surrepta fuerit: *d. l. & ideo. in fin.* quod & in commodatario placuit. *l. fin. §. sed cum. C. de furt.* Planè cùm hæc actio sit Rei persecutoria, hæredib. domini eã competere constat. *d. l. sed nec. 11.*

¶ Datur autem aduersus verum furem, *l. ex furtiua. 5. l. siue. 10. l. qui furtum. 16. h. tit.* qui videlicet furtum fecit, & rem contrectauit. *d. l. 5. l. si seruus. 14. §. fin. h. tit.* Nam qui ope tantùm & consilio furtum adiuuat, quamuis furti actione rectè conueniatur, tamen quia rem non contrectauit, condictione non tenetur. *l. proinde. 6. h. t.* Item datur aduersus Vi bonorum raptorem: *d. l. siue. 10. vers. ei quoque.* nam & hic fur est. *Instit. de vi bon. rap. in prin. vide J. eod. t.* & quoniã est actio Rei persecutoria, aduersus horum hæredes cæterósque successores datur: *d. l 5. d. l. si pro fure. 7. §. fin.* quia quæstio pecuniaria est: *l. vlt. ad leg. Iul. peculat.* non quidem quatenus sunt locupletiores ex re furtiua, sed quatenus succedunt, adeò vt qui ex asse successit, in solidum teneatur, etiamsi ad eum res furtiua non peruenit. *l. in cõdictione. 9. hoc tit. licet Cuiac. contrà disputat. obseru. lib. 7. cap. 37.* quod est in hac condictione, quæ ex delicto descendit, *l. si ambo. 10. §. quoties. de cõpens. l. Græce. 8. §. sed etsi ex delicto. de fideiuss.* specialiter odio furum introductum: alioquin hæres regulariter ex delicto defuncti nõ tenetur, nisi quatenus ad eum pernenit, *l. 1. de priua. delict. l. si plures. §. 1. l. in hæredem. 26. de dol. mal.* etiamsi actio sit Rei persecutoria, *l. si in rem. 42. l. si in rem. 51. cum l. seq. de rei vendic.* dum tamen ex delicto, non etiam ex contractu agatur. *l. ex cõtractibus. 48. l. ex depositi. 11. de actio.* Quamobrem Cuiacius hanc quoque actionem & similes non aliter in hæredem dari vult, quàm in Quantum peruenit, nisi lis fuerit cum defuncto contestata. *Cuiac. obser. lib. 13. ca. 37.*

¶ In re furtiua condictio ipsorum corporum competit, *l. in re furtiua. 8. h. tit.* etiamsi in aliam speciem sint immutata: *l. ex argento. 13. h. tit.* sed vtrum tamdiu, quamdiu extãt, an verò & si desierint esse in rebus humanis, aut alioqui perierint? Et siquidem obtulit fur, aut morã alioqui purgauit, nouata obligatione, aut alio modo, sine dubio, nulla erit condictio. *d. l. in re furtiua. l. parui refert. 17. h. tit.* Si non obtulit, quamuis paratus fuerit excipere condictionem, & per me steterit, dũ in rebus humanis res fuit, condicere, æstimationis condictio nihilominus durat: *d. l. in re furtiua. d. l. fin. h. tit. l. fin. C. eod. tit.* quoniam fur semper moram facere in re restituenda, quã auferre non debuit, intelligitur. *d. l. fin. l. subtracta. C. de fur. l. pen. ff. de vi & vi arm.* Qui autem in mora est, illius periculo res semper perit. *l. quod te. 5. §. cert. pet. l. si in Asia. 12. §. fin. J. depos. l. cum res. 47. §. fin. J. de lega. 1.* Sed cuius temporis æstimatio fiat, quæritur? & placet id tẽpus spectari, quo res vnquam plurimi fuit. Nam si restituta vt oportebat fuisset, illud habuisset *l. si sterilis. 21. §. cùm per venditorem. 3. de act. emp.* dominus: nec deteriorem rem dando fur liberatur, quia semper moram facere videtur. *d. l. in re furtiua.* Denique non modò qrãti plurimi, sed omne id quod Interest, agentis rem surreptam non fuisse, & fructus partúsque, ac quicquid ex re quæstus haberi potuit, in condictionem venire certum est. *l. 3. l. in re. 8. fin. h. tit.*

DE CONDICTIONE ex lege. Tit. II. C. 4. 9.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quando detur condictio ex lege.*
3 *Contra quem detur.*
4 *Ex quib. obligationibus detur, aut nõ.*
5 *Vsus & exempla huius condictionis.*

POST † expositas condictiones magis Speciales, subiiciuntur nunc ad vltimum duæ generales: quarum altera condictio Ex lege, altera Triticiaria nominatur. De † priore ita loquitur Paulus: *l. vnic. h. tit.* SI OBLIGATIO LEGE NOVA INTRODVCTA SIT, NEC CAVTVM SIT EADEM LEGE, QVO GENERE ACTIONIS EXPERIAMVR, EX LEGE AGENDVM EST. Vt igitur detur condictio

ctio Ex lege, oportet subesse obligationẽ. Condictio enim cum sit Personalis actio, §. *sic itaq. cum §. seq. Instit. de actio.* non potest dari nisi aduersus eum, qui aliquo iure nobis obligatus est. §. 1. *Inst. de actio.* Vnde † secundum nostros, si legis verba non introducant obligationem, sed dirigantur tantùm ad iudicẽ, ex illis non datur condictio, aut vlla actio, sed solùm imploratio officij iudicis: *l. quod si minor. 24. §. vlt. de mino. vide glo. in l. si soror. 8. verb. restitui. C. de collat. Iaf. in l. ea demum. num. 4. eod. tit.* de quo tamen ob exempla cõtraria dubitari licet. *l. 1. C. de cond. ex lege.* Eiusmodi † autem obligatio sit necesse est, quæ non satis materiæ & virium habeat, vt per sese iure conuentionis sit efficax, sed lege ipsa contrahatur: *l. obligamur. 52. §. lege de action.* velut Accurs. est exemplum in obligatione donationis. *l. si quis argentum. 35. §. fin. C. de donat. glo. l. vnic. hoc tit.* Sed ea actio magis est pacto lege confirmato, vt *l. 6.* de pact. quàm ex lege ipsa, velet in *l. 1. C. de reb. cred. l. vlt. C. de pet. hær. l. vltim. §. 1. C. de iure delib. l. si quando. 35. C. de inoff. test. l. hæc actio. 65. l. si verò. 64. fol. matri. l. si postulauerit. 27. §. vlt. cum l. seq.* de adulter. Theoph. §. sed ea omnia. Instit. de hær. quæ ab intest. vnde rectius species harum cõdictionum desumi possunt. Deinde oportet legem esse ciuilem: nam ex iure Prætorio actio in factum oritur, non condictio: *l. quia actionum. 11. de præscr. verbis.* & quidem nouam legem, id est, post leges XII. Tabularum, eásque quę ad interpretationem XII. postea latæ sunt, constitutã. Nam † ex illis legibus vetustioribus actiones ciuiles & ordinariæ dantur. *l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iu.* Exempla autem condictionum ex lege passim in iure sunt obuia, quæ hîc glossa & Dd. cumulant. *d. l. si quis argentum. 35. l. si postulauerit. 27. §. fin. de adulter. l. extat. 7. de eo. quod met. cau. l. 1. C. de suffra. l. fin. §. sin autem. C. de petit. hær. l. fin. §. licentia. C. de iur. delib.* Et harum plurimus est etiam hodie vsus, cum ex nouis Principum constitutionibus & mandatis agitur. §. *tripli. 20. cum seq. vbi condictitia appellatur. Inst. de actio.*

DE CONDICTIONE triticiaria. Tit. III.

1 *Ex quib. causis, ad quas res detur hæc condictio.*
2 *Explicatio. l. 1. & 3.*

CONDICTIO † Triticiaria à tritico (authore hîc Cuiacio) nomen habet, quo verbo omnes fruges vetustas appellabat: *l. triticum. 94. vbi Dd. de verb. oblig.* per quam condictionem, sicuti pecunia numerata mutuò data condictione Certi: ita præter pecuniam aliæ res omnes, siue pondere, siue mensura cõstent, siue mobiles sint, siue soli, siue incorporales, petuntur. *l. 1. h. t.* Neque verò huius condictionis superuacuaneus est vsus. Nam etsi cõdictio Certi lõgius extra numeratam pecuniam progressu temporis porrecta est ad omnes res quę pondere, numero, mensura constant petendas, quæ & verbo pecuniæ comprehenduntur: *l. 2. cir. fin. C. de const. pec.* tamen non aliter datur, nisi in obligatione certum quid sit & debeatur: neque vltra res fungibiles in suo genere extenditur. Vnde vtilitatis gratia visum fuit, & hanc cõdictionem dari, qua non solùm ex mutuo, sed ex omnibus contractibus, *l. 2. h. t.* & non modò ad certam, sed etiam incertam rem qualemcunque, eiusue æstimationẽ, excepta tamen pecunia numerata (quæ nequit æstimari, & ad quam petẽdam cõdictio Certi sufficit) agi possit: vt in hac non habeat opus actor euidenti designatione circumscribere rem, & demonstrare eam esse certam ac fungibilem, quod in cõdictione Certi est necessarium.

¶ In hac autem actione si quæratur, res quæ petita est, cuius temporis æstimationem recipiat: verius est quod Seruius ait, condemnationis tempus spectandum, cum eousque illa crescere, præsertim circa accessiones, possit. Si verò desierit res esse in rebus humanis, & æstimatio ineunda sit, ac debeatur, vt semper debetur in rebus fungibilibus, *l. incendium. 11. C. si cer. pet.* (in speciebus autem post moram, *l. 5. si cer. pet.*) mortis tempus considerandum: quod non de puncto temporis quo extinguitur res, accipiendum est (nam sic ad exiguum precium reduceretur æstimatio, cùm in articulo mortis seu interitus, res minimo valeant & æstimentur) sed secundum Celsum ἐν πλάτει, & latiori quadam æquitatis adhibita interpretatione. Quòd si verò post moram facta sit res deterior, ad tempus moræ reducenda erit æstimatio. *l. penult. h. tit.* Quòd si de die aut loco quo dari debuit, est cõuentum, tanti lis erit æstimanda, quanti eo die aut loco fuit: *l. si calendis. 11. de re iud. l. cum quis. 22. de actio.* si nihil conuenit, quanti tũc cum iudicium accipitur. Nam hoc tempus in stricti iuris actionib. regulariter spectari solet. *l. vinum. 22. si cert. pet. l. 3 §. in hac commodati.*

DE EO QVOD CERTO loco dari oportet. Tit. IV. C. 3. 18.

1 *Continuatio.*
2 *Ex qua causa inducta sit actio arbitraria.*
3 *Forma actionis arbitrariæ.*
4 *Quid significet arbitrium.*
5 *Quamobrẽ dicatur arbitraria, nec esse nouã actionis speciem: & quàm latè pateat iudicis in hac potestas.*
6 *Quomodo in hac interesse tàm actoris quàm rei æstimetur, noua ratio.*
7 *L. centum Capuæ.*
8 *Cur in bonæ fidei iudicijs cesset arbitraria.*

1 HACTENVS † expositum est, quemadmodum genus rerum creditarum ex mutuo, vel quasi mutuo, iure ciuili condictionibus repetatur. Sed quia interdum crediti solutio in certum locum confertur: fit, vt ratione loci adiecti alteretur natura condictionum: fiátque ex stricti iuris actionibus arbitrariæ, hoc est, arbitrio iudicis disceptandæ, finiendæque ex bono & æquo relinquantur: quod quomodo fiat, priusquam ad alias species rerum creditarũ B
2 transeamus, paucis est exponendum. Ac † videbatur, cum in mutuo aut stipulatu conuentum esset vt certo loco pecunia daretur, facultatem alio loco agendi non competere: quod actor Plus loco petere intelligatur, qui pura intẽtione alio quàm de quo conuenit loco, pecuniam petit. Aufert enim promissori vtilitatem, quam haberet, si loco conuento solueret. §. *plus autem. vers. loco. Instit. de actio. vbi vide quæ dixi.* Qui autem plus quàm debetur quoquo modo petit, is C non modò olim agens non audiebatur, verùm etiam causa cadebat. §. *si quis agens. Instit. de actio. Cic. lib. 1. de Orat. & lib. 2. de Inuen. cap. 4. Quint. li. 7.* Sed quia iniquum erat, si promissor vel data opera, vel alibi necessario districtus, ad eum locum in quem daturum se promisisset, nunquam accederet, non posse stipulatorem ad suum peruenire; atque ita facto debitoris eludi obligationem, non data potestate alibi couueniendi: *l. continuus.* 137. §. *illud. l. inter.* 83. §. 1. *de verb. oblig.* D ideo visum est, contra subtilitatem stricti iuris, ex æquitate vtilem & idoneam actionem in eam rem comparare, qua alia loco rectè agi posset.
3 *l. 1. h. t.* Quæ † impetratur conceditúrque à Prætore adiecta ea clausula, Vt ex arbitrio iudex cõdemnet reum, æstimétque Quãti vel actoris vel rei intersit, solutionem non loco conuento, sed alio vbi videlicet petitur, fieri. Ac hunc modum instituta actione, non potest actor repelli, tanquam Plus loco petens, cum non adimat vtilitatem loci reo, neque purè intendat, sed arbitrio E iudicis rem committat ex bono & æquo diiudicandam: vt is rationem habeat vtilitatis, quæ ad promissorem reditura fuisset, si illo loco solue-
4 ret, quo se soluturum spopõdit. Arbitrium † enim nihil aliud significat, quam iudicium æquo & bono consentaneum, quale à viro bono exspectari proferríque oporteat. *l. in personam.* 22. §. *generaliter.* 1. *de reg. iur. l. hæc venditio.* 7. *de contrah. empt. l.* 1. *de lega.* 2. F
5 ¶ Propter hanc autem arbitrandi potestatem, quæ hoc casu in formula agẽdi adiiciebatur cõdictioni, alioqui stricti iuris formulis obnoxiæ, ita vt cum pure intenditur, non liceat iudici à verbis & natura cõtractus, præscriptóque iudicij à Prætore modo in iudicando recedere: *l. quicquid.* 99. *l. si ita stipulatus fuerim.* 126. §. *Chrysogonus. in fin. de verb. oblig.* actio hæc, cùm alio quàm de quo conuentum est loco agitur, Arbitraria vocatur: quod arbitrario scilicet iudicis, tãquam boni arbitri, cõtra naturam strictorum iudicio- G rum, eius diiudicatio ex bono & æquo prætoria formula committeretur: adeo vt quantitati contractus, iudex seruire non cogatur: sed vel excedere vel minuere quantitatẽ possit, pro ratione eius quod interest vel actoris vel rei, conuento loco solutum fuisse. *l. 2. in prin.* §. *fin. cum ll. seqq. h. tit.* Quò alludit Seneca lib. 3. de Benef. Melior, inquit, videtur conditio causæ bonæ, si ad iudicem quàm ad arbitrum mittatur, quia illum formula includit, & certos quos non excedat terminos ponit: huius libera & nullis constricta vinculis religio est. Item lib. 2. de Clemen. Clemẽtia liberum arbitrium habet: nec sub formula, sed ex æquo & bono iudicat. Quin & ideo Arbitraria dicitur, quòd & hoc arbitrio iudicãtis permissum est, vt interdum reum absoluat, cautione ab eo exacta, de pecunia ibi soluenda, vbi promissa est: si vel oblata ibi pecunia, vel ex facili soluenda dicatur. *l. quod si Ephesi.* 4. §. 1 *h. t.* Ex his facilè apparet, hanc non esse specialem aliquam actionem: sed vsitatas stricti iuris condictiones, hoc appellari Arbitrarię nomine, quãdo contra stricti iudicij naturam additur à prætore clausula, Vt ex arbitrio iudicare liceat: vt in simili exercitoria, institoria, de peculio, noxalis, &c. actiones dicuntur.

¶ Porrò quod diximus, tàm id quod interest 6 actoris, quàm rei, in hac actione considerari, distinctionem recipit. Nam rei quidem quod interest, indistinctè & semper eius habẽda erit ratio, *quanquam in moroso debitore Cuiac. aliter statuat. ad Aphrica. l. centum. h. tit.* alioqui si actor purè intendat plus loco petere intelligetur. Actoris autem non semper. Quid enim, si debitor obtulit loco conuento pecuniam, aut deposuit, aut alioqui difficultate iusta (quæ à mora excusat, *l. sciendum.* 21. *cum ll. seqq. de vsur. Dd. in l. quod te. ẽ si cer. pet.*) impeditus fuerit, quominus accederet? absoluendus vtique erit, *d. l. quod si Ephesi.* §. 1. aut in solam contractus quantitatem condemnãdus, non in id quod interest actoris: quod cùm pœna sit, *l. vnica. in fin. C. de sent. quæ pro eo quod interest.* exigi ab illo qui culpa vacat, fuerit iniurium. *c. sine culpa. de reg. iur. in 6.* Tum igitur solum ratio eius quod Interest actoris inibitur, cùm culpa aut mora debitoris factum est, vt plerunque fit (etsi enim debitor impediatur, potest tamen per alium soluere, *l. continuus.* 137. §. *cum ita de verb. oblig.*) quo minus loco conuento solutio explicaretur. *d. l.* 2. §. *fin. in vers. itaque ibi: vel pœna commissa mora tua. h. t.* Cui & illud argumento est, quòd ne fideiussoris quidẽ obligatio augeatur, si nõ per eum, sed debitorem stetterit, quo minus suo loco solueretur: *l. centum Capuæ.* 8. *h. t.* nisi in omnem contractus bonæ fidei causam sese obligarit. *l. quæro.* 54. *in princip. J. locat.* Quòd † si fideiussoris culpa carentis non auge- 7
tur obligatio, ratione eius quod interesse potest actoris: ne principalis quidem debitoris augebitur, si nullius moræ argui potest. Et hæc quidem ita se habent, cùm actio stricti iuris, puta ex mutuo vel stipulatu, atq; etiam testamẽto, alio loco proponitur. *l. si hæres.* 6. *hoc tit. l. aliàs* 6. *vbi Bart.*

vbi Bart. de in lit. iurand. l. fin. de cond. ob turp. caus. A *vide Ias. in* §. *ex mal. ficiis. num.* 23. *Inst. de actio.*

8 ¶ Nam si bonæ fidei actione agatur, cùm illa suapte natura propter clausulam ex bona fide adiici solitam contineat, Vt ex bono & æquo arbitretur iudex, quid alterum alteri præstare cõueniat: §. *in bonæ fidei. Instit. de actio. l. ex empto. de actio. empti.* & proinde sine vlla propriæ naturæ mutatione, aliáue externa clausula, conuenienter alio etiam loco purè proponatur, non induit nomen Arbitrariæ actionis: quia eius qua- B litas non immutatur, etiamsi alio quàm de quo pactum est loco agatur. *l. in bonæ fidei. 7. h. t.* Etsi autẽ hodie formulæ illæ actionũ sublatæ sunt: *l.* 1. 2. C. *de form. & impetr. subl.* sciẽdũ tamẽ est, eãdẽ nihilominus actionibus istis durare naturã & iudicij formã, potestatẽq; iudicis pro harũ varietate secũdũ ea quæ modo proposuimus, variare. *vide Instit. in Isagog. & ad* §. *præterea. & vers. loco. quæ scripsi.*

C

DE PECVNIA CONSTITVTA. Tit. V.

Cap. 4. 18.

1 *Cõtinuatio: vnde & qualis sit hæc actio.*
2 *Quid sit constituere.*
3 *Actionem hanc prætoriam & subsidiariam esse.*
4 *Cur hoc casu ex nudo pacto detur actio.* D
5 *Edictum de constituta pecunia.*
6 *Eius explicatio: & quæ res hac actione*
7 *De receptitia actione.* *(petatur.*
8 *Necessum est debitum fuisse, quod constituitur.*
9 *Quomodo debitum accipiatur tam in personis quàm rebus.*
10 *Forma constituendi.* E
11 *Quare purè non rectè constituatur.*
12 *Explicatio edicti.*
13 *Cuiusmodi sit iudicium & quomodo cũ aliis concurrat.*

1 ET his † quidem modis iure ciuili pecunia ex mutuo vel quasi mutuo condicitur. Sed est & iure Prætorio introducta actio, quæ vocatur de Constituta pecunia, aut De cõstituta, *l. cum qui.* 5. F §. 1. *h. tit.* aut Constitutoria. *l. neq; enim.* 20. *h. t. vide Paul. li.* 2. *t.* 2. *& li.* 1. *t.* 10. *vbi Cuiac.* quã Prætor dat aduersus eos qui pecuniã ex priore aliqua obligatione, siue valida iure ciuili, siue inualida, solu-
2 turos se constituerunt. Constituere † autem inter alia significat, cum ordinare aliquid nõ simpliciter, sed stabilendo ac firmando quod antè erat per se imbecillum, sicuti Latinè dicitur cõstituere Rempublicam: tum de certo aliquo die G quo quid fiat, conuenire. vt apud Terentium: Nam constitui cum quodam hospite, me illum conuenturam. Hinc constituere pecuniam, est denuò pacisci, & sine solennitate statuere ac cõuenire, de pecunia certo tempore soluenda, quæ antea ex aliqua obligatione debebatur. Dico, † 3
sine solennitate: nam si solennitas stipulationis fuerit adhibita, non opus erit Prætoria actione, cum Iure ciuili promissor teneatur. §. *de constituta. Instit. de actio.* Deficiente porro solennitate ciuili, cum eo quoque iure deficiat in nudis pactis obligationis efficacia, succurrit hoc casu Prætor, ea de causa, quod videbatur graue & cõtra naturalem æquitatem, geminatam contractus fidem fallere. *l.* 1. *h. tit.* Vnde † si statuatur, 4
conueniatque de pecunia soluenda, quæ quoquo modo debetur, hanc conuentionem quasi fideiussoriam, & quæ alterius firmandæ causa adhibetur, vt nihil operari non debeat, retrorsum agit, & ad priorem obligationem adiũgit, *l. pacta.* 72. *de contr. empt.* eiusque vi atque robore confirmat. *l. item illa.* 18. §. 1. *in verb. retrorsum, &c.* C atque ita ex vtraque conuentione quasi ex contractu nominato dat actionem de constituta pecunia: quemadmodum & in fideiussorem (cuius obligationi hæc planè consimilis est) efficax datur actio, quamuis infirmæ obligationi, puta naturali, accesserit. *vide J. de fideiuss. & Inst. eod.*

¶ Edictum autem Prætoris hoc est: QVI PE- 5
CVNIAM DEBITAM CONSTITVIT, SI AP- "
PAREAT EVM QVI CONSTITVIT, NEQVE "
SOLVERE, NEQVE FECISSE, NEQVE PER "
ACTOREM STETISSE, QVOMINVS FIERET "
QVOD CONSTITVTVM EST, EAMQVE PE- "
CVNIAM CVM CONSTITVIBATVR, DEBI- "
TAM FVISSE, IVDICIVM DABO. *l.* 1. §. 1. *l. si duo.* "
16. §. *ait prætor. l. item illa verba.* 18. *in princ. & §.* 1. "
h. tit. Quis, accipe, vel, Quæ: nam & mulieres de constituto tenentur, si non intercesserint. *l.* 1. §. 1. *h. t.*

¶ Pecuniæ verbum hoc in Edicto comprehẽ- 6
dit tantùm res, quæ pondere, numero, mensura constant: non reliquas species, quibus applicari actionem de Constituta rectè non posse veteres arbitrabantur: propterea quod & similitudinem quandam cum condictionibus certi ex mutuo, in quas aliæ res non cadunt, hæc actio habeat, & in edicto mentio fiat tantùm pecuniæ: quod verbum iis rebus propriè non conuenit, quæ neque pondere, nec mensura, neque umero constant. *l.* 2. §. *creditum. vbi glo. & Dd. si cert. peta. l. talis scriptura.* 30. *ff. de leg.* 1. *l.* 1. *in prin. de calum. l. item si.* 7. §. *mutui. ad S. C. Macedo. Titraq. de retr. lig.* §. 1. *glo.* 14. *nu.* 42. Itaque † constituta specierum solutione non hanc actionem, 7
sed Receptitiam quandam (à recipiendo, id est, promittendo sic fortè dictam) solennibus verbis compositam dabant. Sed hæc postea Iustinianus immutauit, voluítque ad omnem omnino rem constitutam persequendam, dari actionem Constitutoriam, *l.* 2. *C. eod. tit.* vt verbum pecuniæ in hac materia nunc latissimè pateat, *vt & in l. pecuniæ.* 1. 2. 3. *de verb. signif. Cic. de Inuent. lib.* 2. *cap.* 5. ex constitutione Iustiniani.

8 ¶ Oportet autem quod constituitur esse debitum ex priore aliqua obligatione, ad quã cõstitutum referatur: cæteroqui nudum esset pactum si non exemplo fideiussionis ad præcedẽtem aliquam obligationem adiungeretur: eóq; nec danda esset actio. Vnde quod aut supra aut extra debitũ constituitur, exigi hac actione non potest. *l. hactenus. 11. cum ll. seqq. h.t.*

9 ¶ An igitur aliud constitui possit, quàm quod debetur, quæsitum est. Sed cùm placuerit, rem pro re posse solui volenti creditori, & hæc tota res magis Prætoris æquitate, quàm iuris subtilitate nitatur: nihil prohibet etiam aliud pro debito voluntate creditoris constitui. *d.l. 1. §. an potest. 3.* Debitũ autem ex quacunque causa potest constitui, id est, ex quocunque contractu, & vel natura debitum sufficit. Nam Prætor naturalem solùm æquitatem in hoc edicto attendit, *d.l. 1. in princ.* ex qua sufficit deberi. Sed & qui Honoraria actione, nõ Iure ciuili obligatus est, constituendo tenetur: *d.l. 1. §. fin.* quia totum hoc ius ex iurisdictione venit. Si quis autẽ constituat, quod iure duntaxat Ciuili debet, nõ autem Prætorio, an constituendo teneatur, quæritur? & verius est, cum non teneri, quia debita iuribus (videlicet Naturali & Prætorio) non est pecunia, nec habet naturalem in se æquitatis obligationem, qua constitutum nititur. *l. quòd si maritus. 3. §. 1. hoc tit.* Perinde autem est, siue Purum sit debitum, siue sub Conditione debeatur, aut etiam In diem: nam propter has potissimùm pecunias, quæ nondũ peti possunt, Constituta sunt introducta, *d.l. quòd si maritus. in fin.* Quod tamen sub conditione debetur, siue purè, siue certo die constituatur, eandem conditionem nihilominus habet: alioqui non debitum videretur constitutum. *l. id quod sub conditione. 19. hoc tit.* Nam accessorij contractus, induere debent naturam principalis: *l. 4. de vsur. Iaf. & Dd. in l. 1. de verb. oblig.* nec potest alia forma esse principalis obligationis, puta conditionalis; alia verò accessoriæ, puta pura, aut in diem, *l. Græcè. 8. §. illud. l. hi qui accessionis. 34. de fideiussor.* Quod autem exigimus, vt sit debitum quod constituitur, in rem exactum est: non vtique vt is cui constituitur, creditor sit. Nam & ad id quod ego debeo, tu constituendo teneberis: & quod tibi debetur, si mihi constitutum sit, poterit exigi. *l. eum qui. 5. §. quod exigimus. 2. l. vbi quis. 28. hoc tit.*

10 ¶ Constituitur autem quibuscunque verbis, vt Satisfaciam tibi, & similibus, quæ voluntatem constituendi indicant, *Auth. si quando. C. eod. tit.* & per nuncium, aut per epistolam. *d.l. eum qui. §. Iulianus. l. qui autem. 14. §. fin. cum l. seq.*

11 *hoc tit.* Sed † & Certo loco & Tempore constituere quis potest: nec solùm eo loco petere vbi ei constitutum est, sed exemplo Arbitrariæ actionis, vbique vbi debitor forum sortitur. *l. si duo. 16. §. 1. h. tit.* Certo etiam tempore rectè constituitur, *d.l. si duo. 16. §. 1.* adeò quidem vt sine illo vix possit: *d. promissor. 21. §. si sine. h.t.* quia neque nomen nec natura constituti patitur sine die constitui. Nomen ideo, quia constituere, vt dixi, est de certo tempore conuenire. Natura constituti non admittit, quoniam si purè constitutum factum valeat, sequetur confestim agi posse aduersus eum qui se soluturum promisit: quod esset iniustum. *l. quod dicimus. 105. de solut.* Vtilitatis tamen gratia placuit, etiam purè constitui posse, & modicum tempus, non minus tamen dierum decem statui, vt exactio celebretur. *d.l. promissor. §. si sine.*

¶ Adit prætor: SI APPAREAT EVM QVI 12
CONSTITVIT, NEQVE SOLVERE, NEQVE "
FECISSE QVOD DARE FACERE VE CON- "
STITVIT, NEQVE PER ACTOREM STE- "
TISSE QVO MINVS FIERET QVOD CON- "
STITVTVM EST. Si enim is in mora accipiẽdi fuerit, vel eo die quo solutio facienda erat, vel postea, aut etiam casu aliquo impeditus fuerit, denegat Prætor iudicium. *l. si duo. 16. §. fin. cum ll. seqq. h.tit.* EAMQVE PECVNIAM CVM "
CONSTITVEBATVR, DEBITAM FVISSE. "
Oportet enim deberi quod constituitur, vt dictum est. Sufficit autem tempore constituti, cuius mentionem Prætor facit, debitum fuisse, quantumuis postea desierit deberi. *l. item illa. 18. §. 1. hoc tit.* IVDICIVM DABO. At † cuiusmodi? 13
Et magis est, vt hæc actio non Pœnam, sed Rei persecutionem contineat. *d.l. item illa. §. pen.* Agetur igitur in hoc, Vt quod constitutum est fiat, *d.l. qui autem. §. 1. l. promissor Stichi. 21. §. fin. h.t.* aut In id quod interest, promissor cõdemnetur. *d.l. qui autem. §. 1. in verbis, æquum est teneri eum qui constituit, vel in id quod interest, &c.* Hoc autem iudicium non consumit Ciuilem actionem, si qua ex priore obligatione, cui subiectum est constitutum, competebat, nec ecõtrariò. Solutione enim magis vtraque actio tollitur quàm litis cõtestatione, cum ex diuersis causis & obligationibus oriantur. *d.l. itẽ illa. §. fi.* & velut principalis atq; accessoria fideiussionis causa, rectè vnà subsistant.

COMMODATI VEL contrà. Tit. VI. C. 4. 23.

1 *Continuatio.*
2 *Commodatum vnde & quid sit.*
3 *Causa efficiens commodati.*
4 *Materia, & quæ res cõmodari possint.*
5 *Forma & quid sit dicis causa commodare.*
6 *Finis.*
7 *Quinque differentiæ inter commodatum & mutuum.*
8 *Ad quam culpam & custodiã teneatur commodatarius.*
9 *Actio cõmodati ciuilis oritur, quamuis prætor edictum proposuit: & quotuplex sit.*
10 *Cuiusmodi sit actio directa: cui, ad quid, aduersus quem detur.*
11 *Cuiusmodi sit actio cõtraria: cui, ad quid detur.*

1 QVEMADMODVM † Genus creditum, réque translato dominio ex mutuo aut quasi mutuo, per certi aliásque conditiones repetantur, suprà dictum est: nunc videamus, quibus actionibus Species eædem, quarum vsus tantùm, non amisso dominio creditus est, repeti possint. Quo in genere prima occurrit actio Commodati, vel contrà.

2 ¶ Commodatum † dictum est, quasi cum modo, id est, certa forma præscriptó; vtendi modo datum. Commodare enim nihil aliud est, quàm rem ad aliquem vsum certo modo determinatum vtẽdam dare, eo animo vt postquam vsus fueris, eandem bona fide reddas. *fac. l. 1. h.t. vide Paul. lib. 2. tit. 4.*

3 ¶ Causa efficiens commodati est primò contrahentium Consensus: vnde qui iustum consensum præstare nõ possunt, nequaquam commodati tenentur, nisi quatenus facti sunt locupletiores, vt pupillus, furiosus, *l. 1. §. fin. l. 2. l. 3. h. tit.* &c. Secundò interuentus rei: quo cum præcipuè perficiatur, re contrahi commodatum dicitur. *§. item is. Instit. quibus mo. re contrah. oblig. vbi dixi, & in sag.* nam & nomen ipsum indicat, Rei dationem requiri.

4 ¶ Materia circa quã, sunt res omnes tàm mobiles quàm soli, quæ in commodatum cadunt, *d.l. 1. §. 1.* etiamsi sint alienæ: *l. commodare. 15. h.t.* exceptis ijs quæ vsu consumuntur, in quib. non commodatum, quod tantùm vsum rerum salua substãtia communicat, sed mutuum locum habet: nisi fortè quis ad pompam vel ad ostentationem, exempli causa, pecuniam dicis gratia, id est, simulatè sine voluntate abutendi, accipiat, tantùm vt fucum ostentando faciat, & de eo aliquid, puta locupletem idoneúmve esse hominem, dicatur. *l. 3. §. fin. l. 4. h.t.*

5 ¶ Forma commodati est, Rem vtendam gratuitò tradere, præscripto fine & modo vsus, per tempus expressum, vel tacitè intellectum. Cau-
6 sa † finalis, Vt mutuis officijs alij alios adiuuemus, & communicato rerum vsu, communibus vitæ necessitatibus in hac ciuili societate subueniatur. Vt enim res quarum vsus in abusu est, per mutuum: ita quibus salua substantia vti licet, eæ res commodato rectè communicantur. Vtróq; autem modo gratuitò. *d. §. item is cui. in fin. Instit. quib. mod. re cont. oblig.*

7 ¶ Sed inter mutuum & commodatũ interest. Primò, quòd mutuum tãtùm in rebus fungibilibus, quæ pondere, numero, mensura constant, vertitur: commodatum, in iis quæ vtendo non consumuntur. Secundò, quod in mutuò transferatur dominium: *l. 2. §. appellata. 3. si cert. petatur.* rei verò commodatæ possessionem & proprietatem retineamus, *l. rei commodatæ. 8. cum l. seq. h tit.* iure Ciuili: nam Sax. possessio transire videtur. *Fachs. diff. 1. per Land. lib. 2. art. 60. Reinh. diff. 16.* Tertiò, rem mutuo damus, vt non eandem, sed aliam eiusdem generis consequamur: commodato, vt eandem. Quartò, mutuum ad quemuis vsum in genere datur: vt, vtare fruare pro tuo arbitrio, sicut dominus: *l. in re mandata. 21. C. mandat.* commodatum, ad certum præscriptúmq; vsum, *l. in commodato. 17. §. sicut. 3. hoc tit.* extra quem qui aliter vtitur, furtũ committit. *l. 5. §. quinimò. 6. h. tit. § placuit. Inst. de obligat. quæ ex delicto.* Quintò, ei qui mutuum accipit, res perit, quia dominus est: *l. pignus. 9. C. de pig. act.* nec casu fortuito liberatur. *l. incendium. 11. C. si cert. petat. d. §. 1. item is cui.* Commodatarius vim maiorem, quam Græci βίας appellant, *l. si merces. 25. §. vis maior. locat.* non præstat, nec interitum aut damnum rei casu fortuito accidẽs: *l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. 9. vers. quod verò. l. eum qui. 10. in prin. l. ad eos. 19. l. argentum. 20. l. fin. hoc tit.* dummodò non ipsius culpa casus interuenit. Nam † dolum & culpam, diligentiam 8
& custodiam, qualem à vigilantissimo patrefamiliãs requirimus (quæ leuissimæ culpæ opponitur) commodatarius præstat. *d.l. si vt certo §. nunc videndum. §. vsqueadeò. & §. penult. l. in rebus. 18. in princ. h. tit.* Vnde si res culpa eius, vel abusu aut negligẽtia in casum interitus aut dãni incidat, tenetur. *d.l. si vt certo. §. nunc videndum. vers. quod verò. d.l. eum qui. §. fin. cum l. seq. d. l. in reb. in prin. h. tit.* Ideo autem leuissima etiam culpa obligatur, & diligentiã ac custodiam præstare debet, cùm quòd ipsius gratia contractus initur, *d.l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. d.l. in reb. hoc tit.* (nam si commodantis causa, dolũ tãtùm præstabit, *d.l. si vt certo. §. interdũ. d.l. eum qui. §. 1.* velut in deposito: si vtriusque, dolum & culpã, non custodiam, *d. l. in reb. in fin. prin.*) tùm quia bona fide res illi creditur, tanquam diligentissimo attentóque patrifamiliãs, vt salua custoditáque rei substantia vtatur.

¶ Ex hoc cõtractu oritur Actio commodati, 9
E quæ Ciuilis est, vtpote ex contractu nominato, & Iure ciuili recepto, originem habens: quamuis Prætor tuendi Iuris ciuilis causa etiam edictum proposuit, quo pollicetur se actione ex Iure ciuili data, de commodato ius dicturum. Sic enim inquit: QVOD QVIS COMMODASSE DICETVR, DE EO IVDICIVM DABO. *l. 1. in princ. hoc tit.*

¶ Est autem actio tàm Directa, quàm Cõtraria. Directa commodanti datur, aduersus com- 10
F modatarium, & eius hæredem: *l. in commodato. §. si ex facto. h. tit.* qua vsu in quem res data est, finito, commodans agit vt sibi ea salua & integra restituatur. Nam si deterior reddatur, reddi non videtur: *l. 3. §. 1. h. tit.* quo casu etiam in Iuri iurabitur, vt in cæteris bonæ fidei iudiciis: *d.l. 3. §. in hac. 2.* nec solùm petitur res, sed etiam omnia Accessoria, & quicquid ex re Fructus quocunq; tempore vtilitatísq; obuenit. *d.l. si vt certo. §. vsque adeò.* Neque enim rem quæstui commodatario esse oportet, quia eius periculo non est. *l. si is qui. §. 1. h. tit.*

11 ¶Contraria actio commodatario datur ad pe- A rēdum quod sua Interest, si res commodata ante vsum expletum auferatur, *d. l. in commodato. 17. §. sicut. in fin. l. rem mihi. 21. in prin. h. tit.* aut vitio rei, quòd vitium sciens celarit commodator, damnum fecerit: *d. l. in rebus. §. itē qui sciens.* itē ad petendos sumptus in rē commodatā factos extra cibaria & modica impēdia, quæ naturali ratione ad eū qui re vtitur pertinent. *d. l. in reb. §. possunt.* Quod autem contrario iudicio cōsequi quisque potest, id etiam recto iudicio qui cōuenitur, po- B terit saluum habere iure compensationis: *d. l. in rebus. vers. quod autem.* Nam cui damus actionē, ei multò magis exceptionem competere dicendū est, *l. 1. vers. nam cui damus de superfici.*

DE PIGNOATITIA actione, vel contrà. Titul. VII. C. 4. 24.

1 *Vnde dictum pignus, & quare hæc pignoratitia appelletur actio, & quid pignus ab hypotheca distet.*

2 *Quid sit pignus.*

3 *Causa efficiēs: & quomodo cōtrahatur.*

4 *Species pignorum causis distinguūtur.*

5 *Materia, quæ res pignorari possunt.*

6 *Forma & finis.*

7 *Directa actio pignoraticia qualis sit: cui, quando, aduersus quem, ad quid detur.*

8 *Cōtraria actio qualis sit: cui, quādo, aduersus quem, ad quid detur.*

9 *Quare ex quibusdā cōtractibus vtrinque æquales, ex nonnullis directæ & contrariæ actiones nascantur.*

1 PERTINET † huc etiam Pignoratitia actio, qua pignus repetitur. Pignus à pugno appellatur: quia res quæ pignori dantur, manu tradūtur. *l. plebs. 238. §. pignus. de verb. signif.* Vnde propriè in mobilibus, & quarū possessio ad creditorē trāsit, cōsistit: *§. itē Seruiana. in fin. Instit. de actio. l. si rem. 9. h. tit.* rectéque hæc actio Pignoraticia, nō Hypothecaria dicitur, cū pro pignore quod F creditori traditum est, repetēdo, solùm cōpetat: non ad hypothecam petendam, quæ nequaquā trāsit ad creditorem, sed manet ipsum penes debitorem: vt soluto debito, hac actione non sit opus, quādo petere nequeat debitor quod apud se habet. *c. sic itaque. Inst. de actio.* Quāquam quod ad Hypothecariam actionem attinet, quæ creditori datur ad rem sibi obligatam, tantisper dum debetur persequendam nihil inter pignus & hypothecam interest. *l. 5. §. vlt. j. de pignor. d. §. item Seruiana. vers. inter pignus.* Siue enim res G mobilis, siue soli sit oppignorata, peræquè ius pignoris persequi potest. *vide j. de pign. Ferra. in for. hypot. actio.*

¶ Pignus autem est, quod datur in securitatem rei creditæ, vt creditor obligatum illud habeat, donec quod debetur sit exolutum. 2 Græci Hypothecam vocāt, quasi rem obligationi suppositam. Causa † efficiens pignoris, est aut Voluntas hominum, aut Lex, aut Magistratus. 3 Voluntate constituitur pignus, aut Expressa, aut Tacita. Expressa quidem volūtate, vel duorum, vt pacto. Nec enim solùm traditione, sed etiam nuda conuentione pignus contrahitur: *d. l. 1. in prin. hoc tit. l. iusto. 44. §. non mutat. de vsucap.* quia contractus est nominatus, *l. 1. §. fin. s. de pactis.* quod genus consensu nudo obligationem producit: *l. 1. in fin. de rer. permut.* vel etiam Vnius, vt testamento, cum testator alicui prædia sua obligat. *l. non est mirum. 26. hoc tit. l. fundus. 9 l. Gaius. 12. de annu. legat.* Tacita voluntate similiter vel C Plurium, vt ex pacto tacito & præsumpto, *l. 4. in princ. s. de pact.* vel vnius voluntate testatoris, qui res suas legatariis tacitè obligare creditur, *l. 1. C. communia de lega. in verb. ex eius voluntate.* Lege introducuntur variis in speciebus pignora, vt dotis causa, *l. vnic. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio.* fauore pupilli, *l. pro officio. 20. C. de administ. tuto. l. vlt. j. in quibus cau. pignus. &c.* fisci, *l. satis notum. 4. in quibus cau. pignus.* refectionis, &c. *l. 1. j. in quib. cau. pign.* Præ- D tor vel Magistratus pignus constituit, cum vice cautionis, vt loquitur I. C. *l. si finita. 15. §. si quis damni. de dam. inf. vide de his Cuiac. obser. lib. 5. cap. 30.* ex quacunque causa in Bonorum possessionem aliquem mittit. *l. non est mirum. 26. h. tit. l. si & iure. 10. j. qui potio. in pigno.*

¶Est igitur pignus aut Voluntarium, aut Ne- 4 cessariū: illud aut expressum, aut Tacitum: hoc aut Legale, aut Prætorium. Materia † in qua pi- 5 gnus constituitur, sunt res omnes, tam mobiles E quàm soli, etiam nomina quæ pignori obligari possunt, dummodo pertineant ad obligantem. *l. tutor. 16. §. fin. cum l. seq. hoc tit.* Nam res aliena, nisi volente aut ratum habente domino, obligari nequit. *l. aliena. 20. h. t. tot. tit. C. si res aliena, &c.* Causa formalis, est ipsa conuentionis & traditionis forma, vel obligationis testamento aut authoritate legis Magistratúsue inductæ modus. Causa † finalis, vt creditorem de credito 6 faciamus securum datis pignoribus, quibus tutius est incumbere quàm personæ. *l. plus cautionis. 25. de reg. iur.* Hac igitur pignoris obligatione durante, durat actio Seruiana & quasi Seruiana, id est, Hypothecaria, qua creditor pignus suū persequitur. Soluto verò debito, solutáque pignoris obligatione, cōpetit actio Pignoraticia: debitori Directa, creditori verò Contraria: de quibus duabus actionibus hoc in tit. agitur.

¶ DIRECTA est, qua debitor, qui rem pigno- 7 ri opposuit, soluta pecunia agit aduersus creditorem, vt rem reddat, & damnum in ea dolo culpáue eius datū, resarciat. Quamuis enim sublata sit pi-

gnoris obligatio per solutionem: tamen re A ipsa obligatus est creditor ad restituēdum, quoniā res aliena sine causa apud ipsum inuenitur exoluto debito. *§. fin. Instit. quibus mod. re contrah. oblig.* Licet enim suprà diximus cōsensu contrahi, re tamē quam accepit creditor ad restituendum obligatur, quæ obligatio separata est à pignoris iure. Dico Dari illi qui rem pignori opposuit, & quidem etiamsi res sit aliena, *l. si rem. 9. §. pen. hoc t.* quæ vel à prædone fuerit oppigno B rata. *l. si pignore. 22. §. si prædo. h. ti.* Est enim personalis actio, *Maran. tract. iudic. part. 4. dist. 3. nu. 7. gloss. in l. nec creditores. 9. ad verb. long. C. de pignor. actio. Bald. in ca. 1. in prin. de feud. da. in vic. leg. com.* quæ datur propter obligationem, inter dantem accipientémq; contractam. Addo, Soluta pecunia: quia omnis pecunia exoluta esse debet, aut eo nomine voluntati creditoris satisfactum, vt nascatur Pignoraticia actio, *d. l. si rem. 9. §. omnis. l. quod si. l. solutum. l. eleganter. 24. §. 1. l si pecu-* C *niam. 33. h. t.* aut certè per creditorē stetisse quo minus pecunia soluatur. *l. aliena. 20. §. 1. h. t.* Veruntamen qui ante solutionem agit Pignoraticia, licet non rectè agat, tamen si offerat in iudicio pecuniam, debet & rem pignoratā, & quod sua interest, consequi. *d. l. si rem. §. fin.* Sed & necdum soluta pecunia agi interdum potest, si fortè re abutatur creditor, & dolo debitorē impediat, quo minus iure suo vti queat. Quo casu in Id quod interest agetur. *l. fin. in princ. vers. ope-* D *ram. h. t.* Agitur autem aduersus creditorem, qui cum est contractum, & qui pignus possidet, *l. fideiussor. 32. vers. creditor. h. t.* aut eius hæredē: non autem aduersus alium rei possessorem, *l. petenti. 27. h. t. l. fin. C. de distract. pignor.* quanquam iure Pōtificio etiam in tertium possessorē, ex æquitate dari, receptum est. *c. eum constet. de pigno. vbi Inno. Bal. in d. c. 1.* Et in hoc agitur, vt res restituatur, *l. debitor. 40. §. fin. h. t.* vnà cū fructibus, quos creditor non lucratur, sed vel restituere volen- E te debitore cogitur, vel imputare in sortem: *d. l. si pignore. § si prædo. l. 1. C. de distr. pignor. l. si dominium. 9. C. de pigno. vide inf. de distrac. pign.* & præstatione damni, quod creditor in re pignorata, dolo vel culpa dedit. *l. si rem alienam. 9. §. vlt. l. si seruos. 25. h. t. l. pignoris. 10. C. eod.* Dolum enim & Culpam creditor præstare debet, item Custodiam, propemodum vt in commodato. Nam vt vigilantissimi patrisfamiliâs diligentiam rei commodatæ adhibere commodatarium opor- F tet, quia eius gratia cōtrahitur: ita creditor, cuius potissimùm causa pignus constituitur, nempe vti securus sit, non liberatur, si perinde in pignoris versetur cura atque in rebus suis: sed ea quæ diligens paterfamiliâs præstare solet, ab illo exiguntur. *l. si cum venderet. 13. §. fin. cum ll. seqq. l. si pignore. 22. §. fin. l. si seruos. 25. h. t. vide in §. vlt. Instit. quib. mod. re contra. obl.* Vim tamen maiorē, & Casum nō præstat: custodia enim aduersus vim parū proficit. *l. si ea res. 31. j. de act. emp.* Itaq; ad dominū rei periculū pertinebit: *l. qui ratiario.* G *30. l. fin. §. fin. h. t. l. pignus. 8. C. eo.* nisi debitor culpa creditoris eā periisse probare possit: *vide gl. & Dd. in l. 4. C. eo. Bart. in l. si quis ex argentariis 6. §. an verò. de eden.* quod tamen iure Sax. paulò aliter obtinet. *Fachs. diff. 3. per art. 5. lib. 3. Reinh. diff. 17.* Quin & peti potest vt repromittat creditor, rē eius dolo non factam deteriorē, & talem restitui, qualis tempore obligationis fuit. *l. creditor. 15. h. t.* Quòd si venditū sit pignus, vt vendi cessante in solutione debitore potest, *l. si conuenit. 4. h. t.* agitur vt residuum precij cum vsuris creditor restituat. *d. l. eleganter. 24. §. si vendiderit. in fin. l. creditor. 42. h. t.*

¶CONTRARIA pignoraticia datur cre- 8 ditori, qui in conuentione pignoris deceptus est, aut quid dāni sumptúsve eius rei gratia fecit. Vt si æs pro auro, ab affirmante aurum esse, pignori oppositū sit: *l. 1. in fin. l. si quis. 36. h. t.* aut res aliena. *l. si rem. 9. l. cum debitore. 32. h. t.* aut alio vitio laborans, vt inutile creditori pignus existat: *l. tutor. 16. §. 1. h. t.* vel si falsa solutionis spe ostensa, pignus debitor recuperarit, *l. 3. h. t.* Si denique malitiosè in pignore versatus sit, *d. l. si rē.* si creditor necessarias impensas fecit, *l. si necessarias. 8 l. si seruos. 25. h. t.* ac in similibus casibus: *l. si pignore. 22. §. pen. cum ll. seqq. h. t.* in quibus æquitas suadet, indēnem creditorem præstari. *l. si seruus. 31. h. t.* Vnde & illud placuit, si Titio, qui rē meā ignorāte me creditori suo pignori obligauerat, hæres extitero, ex pòst facto pignus non conualescere, & quia non conualescit, persecutionē denegandam esse creditori: cui quomodo Hypothecaria detur, non consistente eius obligatione? Nec enim sufficit ad pignus constituendum, eundem nunc esse dominū, qui etiam pecuniam debet: sed præterea requiritur, eundem esse qui pignus contraxerit: quē creditori agenti certū est improbè resistere, dicendo rem alienam fuisse obligatā, cum ex suo mendacio, qui rem alienā pro suo dedit, arguatur. *l. si rem alienam. 41. h. t.* quare fraudem alleganti propriam, prodesse id non oportet. *l. transactione. 26. C. de transactio. l. mercalem. 5. C. de condict. ob turpē causam.* Atqui in proposita facti specie, illa fraus obiici non potest ei qui rem nō obligauit. Persecutio igitur pignoris, non datur hoc casu creditori, quia pignus directò non cōualescit *l. rem alienam. 41. h. t.* Vtilis tamen pignoraticia Contraria dabitur, vt in hæredem creditor agat, (sicuti & aduersus defunctū, qui rem alienam obligasset, agere poterat) vt à defuncto obligatam sibi rem nexu teneri patiatur, cum defuncti facta præstare & approbare debeat. *l. cum à matre. 14. C. de rei vendicat.* Eóque modo per indirectū conualescit pignus, coacto hærede pignoris cōstitutionē à testatore factā, ratificare. Atque ita accipiendum est quod dicitur in l. si Titio. 22. infrà de pignor.

¶ Dubitet porrò hîc aliquis, quare ex hoc & 9 superiore contractu dispares oriantur actiones: cùm ex reliquis obligationibus, vt empto, vendito, locato, conducto, æqualis vtrinque exstat actio. Id hac ex regula diiudicari potest. Quo-

tiescũque par est vtriusque cõtrahentis in obligatione cõstituenda ratio, toties vtrinque par & æqualis nascitur actio: quando verò potior est alterutrius causa, in quem præcipuus contractus finis respiciat, & ad quem maximè totũ negocium referatur, hoc casu solet huic tanquã principali, præcipua & Directa dari actio, alteri verò Contraria: vt in commodato, pignore, mandato, negociis gestis, deposito, tutela. §. *actionum quædam. Inst. de act.* A' quo enim dependet Esse rei, vt inquit Bald. ad eundem etiam referri debet præcipua eius vis, modus & effectus. *Bald. in Rubr. C. de fid. instr. nu. 7.* Quidam volunt, quando vtriusque gratia cõtrahitur, tum vtrique directã actionem tribui: cùm alterutrius, ei dari directam, cuius gratia contractum est, alteri verò cõtrariam. Id falsò dici hinc intelligi licet, quòd in commodato ei, cuius gratia nõ contrahitur, directa detur: id quod & in deposito vsuuenire potest, & mandato: qui contractus interdum eorum ineuntur causa, quibus contrariæ duntaxat actiones competunt. Quid? quòd pignus vtriusque gratia contrahatur: *d. §. fin. Inst. quib. mod. re cont.* in quo tamen dispares esse actiones, & directam debitori competere diximus, cuius tamen ad vtilitatem potissimùm pignus nõ constituitur. Quid? quòd mandatum, depositum vtriusq; respectu aliquando contrahuntur. Prior itaq; regula verior est. Nam in præsenti materia debitori datur Directa pignoratitia actio, licet creditoris gratia pignus præcipuè contrahatur. In hac enim obligatione, qua creditor ad restituendam debitori rem debito exoleto tenetur, & ex qua existit hæc actio, pecipua est debitoris persona, & ad eum obligatio principaliter, tanquam dominum rei, cuius etiam est periculum, spectat. *l. pignus. 8. C. de pig. act.*

DIGESTORVM LIB. XIV.

DE EXERCITORIA actione. Tit. I.

C. 4. 25.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio & causa actionis exercitoriæ.*
3 *Quis dicatur magister nauis.*
4 *Quis exercitor.*
5 *Cui, aduersus quos, ad quid detur hæc actio: & quid sit per auersionẽ cõducere.*
6 *Quomodo cõsulatur domino aduersus cõtrahentes cum magistro nauis.*
7 *Exercitoriam non dari ex cõtractu nautarum.*

1 HACTENVS † expositũ est, quẽadmodum ij quibus res creditæ sunt, ex suo contractu cõueniri possint. Sed quia sæpenumerò etiam per alias personas negocia gerũtur, vsúque venit interdum vt cum alio contrahamus, alij verò credamus: consequenter nunc videndum est, quibus actionibus aduersus quos agi possit, quando personæ quæ ex aliis pendent, alienáq; fide nituntur, in contrahendo interuenerunt. Nam eiusmodi personas in negociis terra mariq; gerendis versari, vita quotidiana ostendit, dum homines periculorum metu, vel laborum tædio, sibi alios substituunt, quibus cum suo nomine contrahatur. Ac de † maritimis quidem negociis actio prodita est Exercitoria, quam Prætor vectorum gratia proposuit. *l. si eam. 5. §. 1. h. t. Paul. lib. 2. tit. 6.* Nam cum interdum ignari cuius sint conditionis, vel quales, cum magistris nauis propter nauigandi necessitatem contrahamus: æquum fuit, eum qui magistrum nauis præposuit, teneri, quasi eius fidem qui cum ignoto fortè nauta contrahit, potissimùm sequatur. *l. 1. in prin. hoc t. l. si institorem. 29. si cert. pet.* Quod contra subtilitatem Iuris ciuilis à Prætore inductum est. Eo namque iure alter alteri actionem aut obligationem non acquirit, sed quæcunque gerimus, ex nostra persona initium obligationis capiant oportet. *l. quecunque. 11. de act.* Verùm cùm arbitraretur Prætor, eum cuius respectu potissimùm esset contractum, meritò conuenendum: *l. 1. §. idem Pomponius. 10. depositi.* visum illi fuit faciendum, vt vectores, qui cum magistro nauis quid egissent, secuti exercitoris fidem, aduersus hunc suo Edicto adiuuaret.

¶ Magistrum autem nauis accipere debemus eum, cui totius nauis anchora, id est, gubernatio mãdata est, vel ab ipso exercitore, vel à primo nauis magistro. *l. 1. § magistrum. 1. & 3. h. t.* Imponuntur autem magistri, vel locandis nauibus, vel ad merces emendas vendendásue, aut vectoribus conducendis, armamentísue emendis. *d. l. 1. §. 1. vers. magist.*

¶ Exercitorem autem eum diximus, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt: siue is dominus nauis sit, siue à domino per Auersionem (id est, non ad numerum certarum amphorarum, sic enim omnes reditus ad eum non peruenirent: sed integram nauim ἐν ὁμάδι, & in vniuersum suo periculo vna mercede conduxerit,

duxerit, Auerso in se à locatore omni periculo, lucro & damno, *l. fin. §. fin. ff. tit. 1. l. opus quod. 36. ff. locati. l. 4. §. vlt. l. si quis vina. 4. §. si auersione. de peric. & com. rei vend. l. quod sæpe. 35. §. in his. de contrah. empt. vide Bas. lib. 53. Cuiac. Inst. de emp. in fin. lib. obser. 8. cap. 15. Gouea. lib. lec. 2. cap. 14.*) conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum. *l. 1. §. exercitorem. 7. hoc t.* Parui autem refert, qui exercet, masculus sit an mulier, paterfamiliâs an filiusfamiliâs, an etiam seruus. Pupillus autem si nauim exerceat, tutoris exigemus authoritatẽ. *d. §. exercitorem.*

5 ¶ In hunc igitur exercitorem datur actio, si quid cum magistro nauis cõtractum sit: in eam tamen rem, cui præpositus est, *l. 1. §. non autem. 5. l. fin. h. t.* (præpositio enim legem dat cõtrahentibus: extra quam si cõtrahant, æquum est exercitorem non teneri: *d. l. 1. §. ideo.*) ídque propter vtilitatem nauigantium, ne facilè decipiantur: *dict. l. 1. § magistrum. cum seqq.* & quidem datur in solidum, adeò vt si plures nauim exerceãt, cum quolibet eorum in solidũ agi possit, ne in plures aduersarios distringatur qui cum vno contraxit. *dict. l. 1. § fin. cum. l seq.* Hoc autem solidum rei persecutienem continet. Vnde & perpetuò & hæredibus, inque hæredes hæc actio datur. *l. si tamen. 4. §. fin. h. t.* Est tamen nobis electio, vtrum exercitorem an magistrum nauis cõuenire velimus. Nam vt exercitor Prætoria, ita magister ex suo contractu Directa ciuili tenetur. *l. 1. §. est autem. h. t.* Si tamen ab altero exactum erit, cum altero agi non poterit, cum sit actio rei persecutoria, vnáque solutione omnis tollatur obligatio. *l. 1. §. pen. h. t.*

6 ¶ Sed econtrariò exercenti nauim, aduersus eos qui cum magistro contraxerunt, actionem Prætor non pollicetur: quia non eodem auxilio indiget, cùm Ciuilibus actionibus, aut ex Locato, si merces interuenit, aut Mandati, si non interuenit, *l. 1. in fin. mandati.* aduersus magistrum agere possit. Solent tamen Præfecti vrbis, ad quos cura annonæ pertinet, *l. 1. §. fin. ff. de off. præfecti vrbis.* potestásque iurisdictionis Prætoriæ sub Augustis deuoluta est, *l. 3. C. de off. præf. vrb.* & in prouincijs Præsides, propter ministerium annonæ, quæ potissimùm mari aduehitur, quo plures in promptu sint exercitores, eos extra ordinem, ex contractu magistrorum, aduersus contrahentes iuuare, si fortè magister soluendo non sit. *d. l. 1. §. est autem. 8.* Idque ad exemplum Institoriæ. *l. 1. in fin. ff. de institor. act.*

7 ¶ Et hæc quidem ita se habent, si quando cũ magistro nauis contractum est: quòd si cum aliquo nautarum contrahatur, non competit actio in exercitorẽ. Etsi enim ex delicto cuiusuis eorum qui nauis nauigandæ causa in naui sunt, cõueniatur exercitor: *l. 1. §. 1. l. fin. in fin. ff. nautæ, caup. stabul.* alia tamen est contrahendi causa, alia delinquendi. Siquidem qui magistrum præponit locandis nauibus, vel emendis mercibus, cõtrahi cum eo permittit. Qui verò nautas quasi instrumenta nauis adhibet, non contrahendi cum eis potest. tam facere videtur, sed culpa & dolo carere eos curare debet: *d. l. 1. §. magistrum. h. t.* culpæ suæ imputaturus, si minus idoneos, quasi vitiosa instrumenta adhibuerit. *d. l. fin. in fin. ff. nau. caup.*

DE LEGE RHODia, de iactu.

Tit. II.

1 *Origo & dispositio L. Rhodiæ.*
2 *Exemplum contributionis: & quæ in contributionem veniant.*
3 *Qua actione ad contribuendũ agatur.*
4 *Ratio ineundæ contributionis: & quomodo res æstimentur.*
5 *Quando cesset contributio.*

1 AD maritimam † negociationem pertinet & lex Rhodia de iactu, quæ à potentibus olim in mari Rhodiis (quorum disciplinam nautalem ad suam vsque ætatem durasse testatur Cicero pro L. Manil.) introducta primùm, obseruatáque propter summam æquitatem ab omnibus nauigantibus, vsurpari deinceps pro lege maris cœpit, léxque Rhodiorum nautica appellatur. *l. pen. h. t.* Quã quidem lege cauetur, vt si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus sit, omnium contributione farciatur, quod pro omnibus datum iactúmque est. *l. 1. h. t.* Æquissimum enim est, commune detrimentũ fieri eorum, qui propter amissas aliorum res, consecuti sunt, vt merces suas haberent saluas. *l. 2. in prin. vers. æquissimum. h. t.* Quod † quò fiat dilucidius, exemplo declaremus. Cum in eandem nauim varia mercium genera complures mercatores coegissent, prætereáque multi vectores, serui & liberi, nauigarent in ea, tempestate graui coorta, necessariò iactura facta erat. Quæsita deinde sunt hæc, an omnes iacturam præstare oporteat: & si qui tales merces imposuissent, quibus nauis non oneraretur, veluti gemmas aut margaritas: & quæ portio præstanda esset, & an etiam pro liberis capitibus dari oporreat: & qua actione ea res expediri possit. Placuit ex interpretatione legis Rhodiæ, omnes quorum quid interfuisset mercium causa seruatarum iacturam fieri, conferre oportere, quia id tributum ex lege ob res seruatas deberent. Itaque dominum etiam nauis pro portione, quòd nauim habeat saluam, obligatum esse. Nam & econtrariò, si quid ipse nauis leuandæ causa abiiciat, vt trabem, &c. contributio locum habet. *l. ambasæ. 5. in fin. hoc tit.* Agitatum etiam est, an vestimentorum cuiusque & annulorum æstimationem fieri oporteat. Et omnium visum est, nisi si qua consumendi causa imposita forent: quo in numero sunt cibaria. Nec enim hæc vnius, sed omnium gratia imponi videntur: eo magis,

quòd si quãdo ea deficiãt, quod quisque habet, in commune conferre debeat. *l.2.§.cum in eadẽ. 2.h.t.* Corporum autem seruorum fit æstimatio, non etiam liberorum. nam ne potest quidem: *l.liber homo.13.§.ad l.Aquil.*

3 ¶Ex conducto igitur (nam in hanc Actionem bonæ fidei venit, Quicquid ex bono & æquo venire oportet) domini rerum amissarum cum nauta, id est, magistro agent, vt cæterorum merces retineat, donec portionem damni præstent: magister deinde cum reliquis, quorum merces saluæ sunt. Et quidem etiam si merces non retineat, agere tamen potest ad contributionem. Quid enim si vectores sint, qui cùm nullas sarcinas maiores habeant, annulorum tantùm vestimentorúmue nomine contribuere debeant? *l.2.in prin.h.t.*

4 ¶Portio autẽ pro æstimatione ac precio rerũ quæ saluæ, quæque amissæ sunt, præstari solet: nec ad rem pertinet, si eæ quæ amissæ sunt, pluris vænire poterant: quoniã detrimenti, non lucri fit præstatio. *dict.l.2.§ si nauis. 4.vers.portio.* Sed in his rebus, quarum nomine conferendum est, æstimatio debet haberi, non quanti empræ sint, sed quanti vænire possint: *d. § si nauis. vers. sed in his.* ac precio rerum præsente, ne nimium grauentur contributores. Quid enim si aspergine deteriores factæ sint, annon iniquum esset, & hoc damno & collationis onere quasi rebus integris dominum onerari? *l.4.§.fin.hoc t.* Contributionis autem ita subducere rationem possumus: Finge me & te singulos habuisse in naui merces, quæ valerẽt centum: Titium verò, quæ ducenta. Titius coorta tempestate, suas proieeit, qua exoneratione nostræ seruatæ sunt. Apparet damnum ducentorum factum, & Titium tantundem habuisse in naui quantum nos duos. Tantundem igitur damni sustinebit, nempe cẽtũ: nos illi singuli quinquaginta contribuemus. Pone contrà, Titius quæ proiecit valuisse quinquaginta, nos habere singulos saluas res in naui ad valorem centum. In collatione duplum præstare nos oportere, æquitas ostendit. Conferemus igitur quisque viginti. Titius decẽ sustinebit. Eodem modo facilè in similibus iniri potest contributionis ratio.

5 ¶Sed hæc tum demũ locum habet, cum seruandæ nauis causa iactum est: id est, vbi iactus naue salua in tributum venit. *l. 4. in prin & §.1. h t.* Nam huius æquitatem tunc admitti placuit, cùm iactus remedio, cæteris in cõmuni periculo, salua naui, consultũ est. *d.l.amissæ.hoc t.* Quòd si ante iactum vel in ipso iactu naufragium fiat, quod quisq; ex eo seruare potest, sibi seruat tanquam ex incẽdio: nec amissæ nauis merciúmue damnũ collationis cõsortio sarcitur. *l.cũ depressa.7 d.amissæ.5.l.4.h t.* Quocirca etiamsi iactu nauis leuata, postea tamẽ tempestate pereat, nihil contribuendum est, nisi merces perditæ extrahantur. Cõtributio enim iniri, nisi saluis rebus, non potest: quibus perditis, perinde ab obligatione iactus liberãtur vectores, atque debitores interitu speciei. *l.si ex legati causa. 23. de verb.oblig.* Quid autem si antennæ armamentáue nauis deusta aut corrupta sint, aliáque parare magister nauis cogatur? nihil vtique cõtribui debet, cum hic sumptus instruendæ nauis magis quàm seruandarũ merciũ causa fiat: vt nec fabro, cui locatum opus est, si malleũ fregerit: neque aurigæ, cuius currus conductus est, si equum currúmue ruperit, quippiam eo nomine debetur. *l.nauis.6. h.t.* Illud vltimo notandum, res iactas domini manere, nec fieri apprehendentis, quia pro derelicto non habentur. *d.l.2.§.fin. l.qui leuandæ. 8. hoc tit. vide quæ dixi: Inst. de rer.diuis. §.pen.* Vnde si quæ res iactæ apparuerint, restituẽtur domino, & collatio exonerabitur. *d.l.2.in fin.vers.si res.*

DE INSTITORIA actione. Tit. III.

C. 4. 25.

1 *Quis sit institor.*
2 *Quæ actio, contra quos ex contractu institorum detur.*
3 *Ex quibus contractibus, & quãdo detur.*
4 *Quamdiu dominus obligatus sit ex contractu institoris.*
5 *Quasi institoria actio.*
6 *An cum institore agi possit.*
7 *An domino, & quomodo succurratur.*
8 *Perpetuas esse has actiones & directas.*

1 TErrestres negociationes per Institores exerceri solent, quos nunc Factores vocant. Institor autẽ appellatus est ex eo, quòd negocio gerendo instet: *l.3 h.t.* estq; is, qui tabernæ locóue ad emendũ vendẽdúmue, quíue sine loco ad eundem actum præponitur, *l.institor.18.h.t.* Taberna à tabulis, sicuti Officina ab officio dicta est. Propriè tamen institorem eum dici putant, qui non ad certum genus negociationis, aut ad certũ locũ, sed vniuersaliter negociationi quæstuariæ præponitur. *Bart.Ias. & Dd.in l.si institorem. 29.ff.si cert. petat. optime Bald.in l.mandatum. nu.3.mand.gl.in l.Iulianus.14. §.si procuratorem ad verb. vtil ff.de act.emp.* Nec verò mutat causam actionis, locus vendendi emendíue: *l.4.h.t.* neq; qui domi merces vendit, vt vxor, minister, propterea institor perhibendus est. *Castrens.in l.1.§. est autem.h.t.Fab.in §.1.Inst.quod cũ eo qui in al.pot.*

2 ¶Ex institorum contractibus, puta emptione, venditione, permutatione, mutuo, dantur actiones empti, venditi, præscriptis verbis, certi condictionis, &c. quæ vocantur Institoriæ, quòd ex institorum contractu non directò, & Iure ciuili (quo iure conueniri nequit personali actione qui se nõ obligauit, *§.1.Inst.de actio.*) sed ex Edicto Prætoris in præponentem, qui cum non est contractum, competant: *l. si quis mancipiis.17 .in prin.h.t.vide Paul.lib.3.tit.8.* & quidem in Solidũ,

l.5.in princ.h.t. etiamsi sint plures qui præposuerint: *l.habebat 13.§.fin. cum l.seq.* quia æquũ Prætori visum est, sicuti commoda sentimus ex cõtractu institorũ, ita etiam obligari nos ex ipsorum contractibus, & conueniri, *l.1.in prin.hoc tit.* quamuis in rem versum esse nostra nihil probetur. *l.vlt.sup. de exer. act. Dd.in l.ciuitas.27.sup. si cert.pet. Tiraq.in priuil.piæ caus.priuil.134.* Nec enim contrahentes decipi debent, *l.sed si pupillus. 11.§.item si plures.3.h.t.* qui fidẽ præponentis sequi videntur. *l.fin.ff.pro socio. l.si institorem.5.si cert.pet.*

3 ¶Non tamen omne quod cum institore geritur, obligat eum qui præposuit: sed ita, si eius rei gratia cui præpositus fuerat, contractum est. *l.cuicũq.5.§.non tamen.4.d.pen.§. fin. h.t.l.3.C.eod.* Conditio enim præpositionis seruanda est, *d.l. sed si pupillus.11.§.conditio. 3. h.t.* quæ certam legẽ dat contrahentibus. *l.1.§.igitur. 5.de exercit.actio.* Vnde si contractum sit cum eo, de quo palàm proscriptum est ne contrahatur, aut extra formam præscriptionis: vt si præpositus venditioni duntaxat mutuò acceperit, dominus conueniri non potest, *d.l.sed si pupillus. 11.§.de quo palàm.1. d. l.5. §. non tamen. d.l.habebat.l.si cum villico.16.l. pen. §.fin.h.tit.* & exceptionem habet aduersus agentem. *l.si quis mancipiis.17.§.fin.h.t.*

4 ¶ Tamdiu autem tenetur dominus, quoad præpositio durat, quæ morte domini non finitur vt cætera mandata: *§.rectè quoque. Inst.de mãdato.l.inter causas.26. in prin.ff.mandati.* sed propter vtilitatem, promiscui vsus, & periculi causa, vt inquit I.C. *l.pen.§.dominus. h.t.* durat in hæredem, etiam pupillum, donec institorum mãdatum expresè reuocetur. *l.si quis.17.§.1.h.t.*

5 ¶Datur autem ad similitudinem institoriæ, Vtilis interdum actio, *l.& ideo.12 .l.habebat.13.in prin.l.in eum.19.h.t.l.pen. C.eo.* & Quasi actio institoria, cum ex contractu delictóue quasi institoris agitur. *l.cuicunque.5.§.item ait.hoc t.Bald.in l. mandatum.15.num.3.C.mand.* Porrò vniuersaliter Quasi institor rectè dici potest, qui non ad negociandum, sed vni alicui negocio, aut certo facto præpositus est. *d.l.in eum.vbi not.d.l.5.§. idẽ ait.gl.in l.Iulianus. 14. §.si procurator. verb.vtili.ff. de act.empt.Bald.in d.l. mandatum.nu.3. & 4.Bar. Ias. & Dd. in l.si institorem.29.ff. si cert.petat. vide Innoc.& præcipuè Imol.in princ.& num.21.22. in c pen.extr.de fideiuss.*

6 ¶Quamuis autem ita cum præponente agi possit, tamen & institorem rectè quoque cõueniri volunt Dd. *Castr.in l.1.§. exercitorem.7.nu.4. de exercit. act. Ias. in l.si institorem. 29.num. 2.ff si cert.petat.Bal.in l.ei qui seruo.num. 2.C.quod cum eo qui in alien. potest.* durante videlicet præpositione: *l.fin.vbi not.h.t.Dd.in l.1.§.est autem.5.de exercit. act.* quemadmodum & cum magistro nauis agi potest. *d.l.1.§.est autem.*

7 ¶Domino autẽ qui præposuit, aduersus contrahentes cum institore, nulla prodita est iure prætoria actio, *l.1.h.t.* ídque ad exemplũ exercitoris: *l.1. 5. de exercit.act.in prin.* quia securus est remediis legitimis, quibus institorem cõuenire potest, aut acquisitis sibi actionibus, si institor in eius sit potestate, aut cessis; *d. l.1. h.t.* vt extraordinariis nõ habeat opus. Planè si aliter rem seruare nequeat, Marcellus ait, dandam actionem ei qui institorem præposuit, in eos qui cum illo contraxerunt. *d.l.1.in fin.& l.2.h.t. vide de hoc cõsil. 153.* Tum autem seruare nequit, cum institor cedere actiones non potest, vel quia absens, vel latitans, vel mortuus sine hærede sit. Hoc enim casu necessitas nos eò perducit, vt præponenti Vtiles actiones, perinde atque si ipse contraxisset, concedamus: *l.penul. §. vlt.C.ad Trebell.l.Iulianus. 13. §.si procurat. 21. de actio. empti.* alioquin etsi soluendo non sit institor, tamẽ si cedere potest actiones, sicuti debet, quibus dominus rectè experiatur, minimè intelligitur rem seruare nõ potuisse. *l.3.§.fin.vers & sanè ff.tit.1.l.si quis alicui. 27.§.fin.ff.mand.*

8 ¶Nouissimè autem sciendum est, hasce actiones esse Perpetuas, & dari Hæredibus, atque In hæredes: *l.nouissimè. 13. hoc t.* sunt enim rei persecutoriæ, illæ quipsæ, quæ ex contractibus directò dantur, puta ex mutuo, empto, conducto, permutatione, &c. vocantur tamen Exercitoriæ, Institoriæ, de Peculio, & aliàs aliter, propter nouam à Prætore qualitatem iis attributam.

DE TRIBVTORIA actione. Tit. IV.

1 *Quare vocetur hæc actio tributoria, & quid in eam veniat.*
2 *Cui, de quibus rebus, aduersus quos detur.*
3 *Edictum prætoris.*

1 ESt cum non alieno nomine terra maríue negociationes exercentur, sed proprio, ab iis tamen qui in aliena sunt potestate: quam etiam ob rem videre licet nouis qualitatibus actiones interdum variari. In potestate autem aliena sunt serui, & filiifamiliâs. De seruorum contractibus prodita est actio Tributoria, seu Distributoria, à tribuendo siue distribuendo dicta. Nam si seruus in peculiari merce, id est, ea in quã dominus sciens volénsq; seruo permittit proprio nomine negociari, versetur, & quid cum eo eius rei gratia contractum erit, ita Prætor ius dicit: Vt quicquid in his mercibus existet, quodq; inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur. Ideóque Tributoria vocatur hæc actio, qua eiuscemodi distributio fieri petitur. *§. introduxit. Inst. quod cum eo qui in alien. potest.* Permittit enim Prætor domino potestatem distribuendi, vt merces vel precia earum inter creditores partiatur. *l. procuratoris.5.§.sed est quæsitum.3.hoc tit.* Quòd si dominus hanc suscipere molestiam nolit: arbitrum Prætor dabit, cuius interuentu merces peculiares tribuantur. *l.illud.7.in princ.vers quid tamen hoc t.*

Sed & si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei sit tributũ quàm oportuerit, hãc etiam ei actionem Prætor accommodat, in eum cuius id Dolo malo factum erit, vt quanto minus tributum sit quàm debuit, præstet: quæ actio dolũ malum domini coërcet. *d. l. illud. §. si cum.* Huius autem Edicti non minima est vtilitas, vt dominus qui alioqui in contractibus & bonis serui priuilegiũ habet, (quippe cum de peculio duntaxat teneatur, cuius peculij æstimatio deducto eo quod domino debetur, fieri solet, *l. sed si damnum. 9. §. præterea. ff. de pec.*) tamen si sciat seruum in peculiari merce negociari, velut extraneus creditor, nulla deductione facta ex hoc Edicto in tributum vocetur. Quæ de seruo dicta sunt, obtinent & in filiofamiliâs: *in prin. Inst. quod cum eo qui in alien. pot.* vtitur enim verbo Potestatis Prætor, quod ad omnes qui sunt alieni iuris, porrigitur. *l. 1. vers. potestatis. h. t.*

3 ¶Edictum eiusmodi fuit: SI IS QVI IN ALIENA POTESTATE ERIT, EO SCIENTE IN PECVLIARI MERCE NEGOCIATVS DICETVR, ATQVE IS EI IN CVIVS POTESTATE ERIT, ET ALIIS CREDITORIBVS QVID DEBVERIT, VT QVOD IN MERCIBVS PECVLIARIBVS ERIT, QVODQVE EX IIS ERIT RECEPTVM, PRO RATA PORTIONE SINGVLIS TRIBVATVR, IVDICIVM DABO. SI CVIVS DOLO MALO FACTVM ERIT QVO MINVS TRIBVATVR, VT QVANTO MINVS QVAM DEBVIT TRIBVTVM SIT, PRAESTET, IVDICIVM DABO.

QVOD CVM EO, QVI in aliena potestate est, negocium gestum esse dicetur. Tit. V. C. 4. 26.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Edictum.*
3 *Eius explicatio.*

1 SVperius † edictum propriè de seruorum contractibus loquitur: hoc cum sequente S.C. ad Filiosfam, pertinet, qui in patria potestate constituti contraxerunt, nõ ad seruos, quibus cum manumissis de contractu in seruitute gesto nulla est actio. *tot. tit. C. an seruus pro suo facto post manum. teneatur.* Ait prætor: IN † EVM QVI EMANCIPATVS AVT EXHAEREDATVS ERIT, QVI'VE ABSTINVIT SE HAEREDITATE EIVS, CVIVS IN POTESTATE CVM MORERETVR FVERIT, EIVS REI NOMINE QVAE CVM EO CONTRACTA ERIT, CVM IS IN POTESTATE ESSET, SIVE SVA VOLVNTATE, SIVE IVSSV EIVS

A IN CVIVS POTESTATE ERIT, CONTRAXERIT, SIVE IN PECVLIVM IPSIVS, SIVE IN PATRIMONIVM EIVS CVIVS IN POTESTATE FVERIT, EA RES REDACTA FVERIT, ACTIONEM CAVSA COGNITA DABO IN ID QVOD FACERE POTEST. *l. 2. in prin. h. t.*

¶Huius edicti sentẽtia hæc est. Filiusfamiliâs 3
qui in potestate contitutus contrahit, rectè contrahit & obligatur suo nomine: *l. filiusfam. 39. de actio. l. tam ex contractibus. 57. de iud.* ideoq; etiam
B post emancipationem aut alio modo potestatẽ solutam, obligatus manet & cõueniri potest ex Edicto. *l. 2. §. de cap. dimi.* Sed tamen si post contractũ emancipetur, aut exhæredatus fuerit, vel abstinuerit hæreditate paterna, æquũ visum est, eum nõ in Solidum conueniri ex ea obligatione, cuius vtilitas alteri, nẽpe patri, esset acquisita, sed solùm In id quod facere possit, vt hoc temperamento adhibito & creditores suũ consequantur, *l. 1. h. t.* & non nimis grauetur eo contractu filius, vnde nullum emolumentũ percepit. Nam cur hoc ei denegetur, cum si adhuc viuo patre, cuius in potestate esset, condemnatus fuisset, in emancipatũ vel exhæredatum postea Iudicati actio In quantum facere posset, tantũmodò daretur? *l. 5. in prin. h. tit.* Dico, Exhæredatum: nam si hæres sit, aut bonorũ possessor, vice hæredis in solidum conuenitur, *d. l. 5. §. 1. l. pen. h. t.* saltẽ quod ad quantitatẽ paternorum bono-
D rum, quæ hæreditario iure accipiũtur, pertinet. Hoc autẽ Edicto soli filio succurritur, non eius heredi: *l. 4. §. soli. h. t.* quia beneficium eorũ, qui in quantum facere possunt, conueniuntur, personale est. *l. sciendum. 25. de re iud.* In quantum autẽ facere possunt; intelligimus hîc, non deducto ære alieno, nisi priuilegiatorũ creditorũ, & eorũ qui post emancipationẽ contraxerũt, *l. 3. h. t.* sed deducto ne egeat. *l. in condemnatione. 173. de reg. iur.* Quod beneficium ad euitandam carceris
E molestiam, bonorũue cessionẽ, quam alioqui etiã filiifamiliâs facere cogũtur, *l. cum & filiifam. C. qui bon. cedere possunt.* prodest. *l. 1. vbi Bald. Sal. C. qui bon. ced. pos.*

DE SENATVSCONSVLto Macedoniano. Tit. VI. C. 4. 28.

F 1 *Origo S. C.*
2 *Verba S. C.*
3 *Ratio.*
4 *Quibus S. C. denegetur actio ex mutuo.*
5 *Quis filiisfam. S. C. intelligatur.*
6 *In mutuo duntaxat S. C. locum habere.*
7 *Ad quos beneficium S. C. porrigatur.*
8 *Quibus casibus cesset S. C.*
G 9 *Actionẽ denegari S. C. effectu tãtùm, videlicet opposita perpetua exceptione.*

Sed

1 SEd † quod dictum est, filiosfamiliâs ex con-
A tractu suo posse conueniri, interdũm nõ obtinet, propter senatusconsultum Macedonianum, quod temporibus Vespasiani factũ creditur: *Suet. in Vesp. cap. 11.* quamuis etiã antea apud Romanos, *Plaut. in Pseud. vide Paul. lib. 2. tit. 10.* ex lege Solonis eius sentẽtia in vsu fuisse vide-
2 tur. Verba S. C. hæc sunt: Cùm inter cęteras scę-
„ leris causas Macedo, quas illi natura administra-
„ bat, etiam æs alienũ adhibuisset, & sæpe mate-
„ riam peccandi malis moribus prẽstaret, qui pe-
„ cuniam, ne quid amplius diceretur, incertis no-
„ minibus crederet: (id est, asscripto solùm nomi-
„ ne debitoris in Calendario, neq; expressa causa
„ in quã mutuũ datum esset, vt sic nihil amplius
„ dici sciriue possit, quã in rem pecunia esset mu-
„ tuò data) placere, ne cui qui filiofamiliâs mutuã
„ pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis
„ eius, cuius in potestate fuisset, Actio Petitióque
„ daretur: vt scirent qui pessimo exemplo fœnera-
„ rent, nullius posse filiifamiliâs bonum nomẽ
„ expectata patris morte fieri. *l. 1. h. t.*

3 ¶Huic S. C. causam dedit, vt solent ex malis moribus bonæ oriri leges, im probus fœnerator Macedo (vnde & Macedonianum appellatũ) qui flagitiosè adolescentibus filiisfam. pecuniam ad quẽuis luxũ, incertis nominibus credebat: sic vt tandẽ ære alieno obruti in quoduis flagitiũ, ac mortis etiã paternę cogitationẽ impellerentur, quo hæreditatẽ ipsi egentes creditoribus cõcedere possent. §. *pen. Instit. quod cum eo qui in al. pot.* Cui malo salutare remedium hoc S. C. inuẽtum est. Melius est enim coarctari iuueniles calores, ne cupidini dediti, tristem sentiant exitũ, qui eos post dispersum expectat patrimonium. *l. fin. §. ipsum. vers. melius. C. de bon. quæ lib.*

4 ¶Qui igitur mutuã dat filiofam. pecuniam, is ne post mortem quidem patris illum cõuenire potest, propter hoc S. C. cuius verba breuiter explicando percurramus. PLACERE NE CVI: non solùm ei qui mutuã pecuniam dedisset, sed E & successoribus eius & sociis deneganda est actio: *l. item. 7. §. non solùm. 4. h. t.* neq; interest, priuatus an ciuitas crediderit, *l. nihil interest. 15. hoc t.* dummodò creditor sciat aut scire possit, *l. qui cũ alio. 19 de reg. iur.* filiumfam. esse cui credebat. *l. pen. h. t.* Nam si iusta simplicitate deceptus sit, vt quia is se patremfamiliâs affirmauit vel simulauit: *l. 1. C. eo. l. 3. h. t.* aut ętatis beneficio excusetur, vt si minori minor mutuo det, cessat S. C. *l. 3. hoc*
5 *t. l. 1. 2. C. eo. l. verum. 11. §. fin. de min.* Additur † FI- F
LIOFAM. vtriusque videlicet sexus, *l. sed si. 9. §. hoc S. C. h. t.* cuiusuis etiam dignitatis: *l. 1. §. fin. hoc.*
6 *t.* nisi fortè Castrense peculium habeat, in quo † S.C. cessat, vsq; ad quantitatẽ peculij, cum in eo filiisfamiliâs vice patrũfamiliâs fungantur. *l. 1. §. fin. l. 2. h. t.* Sequitur, MVTVAM PECVNIAM DEDISSET. Is igitur solus S. C. offendit, qui mutuã pecuniam filio dedit, nõ qui aliàs cõtraxit, puta vendidit, permutauit &c. Pecuniæ datio enim, quæ instrumentũ est ad omnẽ luxũ & nequitiã idoneũ, ac verè (vt dicitur) irritamentũ malorũ,

A perniciosa parentibus visa est: *l. 3. §. is autẽ. h. t.* ne ære alieno obruti filij, in eorũ quid necem machinarentur, & ante diẽ patrios in annos inquirerent. Quod nõ adeò timendum est in cæteris contractibus, quibus res cõmutantur, nec altera pars exhauritur: quia etiã quęstui ac lucro istiusmõdi permutationes filio esse possunt. Et ideo si vel creditũ abij filiofam. ex causa tamen emptionis, vel alio cõtractu, & stipulatus sum, licet cœperit esse mutua pecunia, tamẽ quia pecunię
B numeratio ex mutuo non concurrit, cessat S. C. *d. l. 3. §. is autẽ.* Origo enim potius obligationis, quàm titulus actionis cõsiderandus est. *l. 3. C. eo.* Quod ita demũ erit verum, si non fraus S. C. sit cogitata, & qui credere nõ potuit, magis ei vendidit, vt ille rei preciũ haberet in mutui vicem. *d. l. 3. §. pen.* Prouidè enim cautum est, ne mens S. C. circũscribi posset. Vnde quãuis verba ad numeratã pecuniã solùm referantur, tamẽ si fraus quæsita sit, puta frumẽto, vino mutuo dato, aut
C aliis reb. venditis, vt his deinceps distractis vteretur pecunia, subueniendũ est. *d. l. item. 7. §. mutui. 2. h. t.* Eadem ratione licet filiusfam. ex sponsione teneatur, *d. l. itẽ. 7. in prin.* tamẽ si color quęsitus sit, vt filiusfam. qui pecuniam accepisset, fideiuberet alio dato reo, fraus S. C. facta nocet, & danda est exceptio tã filiofam. quàm reo: qui cũ non acceperit pecuniã, affectu fideiussor est. *h. quamuis. 8. §. si cum essem. ff. ad Velleianum.* Fideiussori † autem filiifamiliâs etiã subuenitur: quod 7
D nisi fieret, cũ is regressum contra mandatorem habeat, facilè liceret S. C. circũuenire. *l. sed si paterfam. 9. §. non solùm. 3. h. tit.* Quin † & patri subue- 8
nitur, *l. pen. C. eo. d. §. non solùm.* & hæredi. *d. l. 7. §. quanquã. 7.* Si tamen filiusfam. aut volũtate patris contrahat, aut pater ratũ contractũ habeat, aut in eam rem pecuniã filius accipiat, quæ patris oneribus incumbit, vel in sua potestate cõstitutus debitũ agnoscat, nouando aut soluẽdo, cessat S. C. *l. 2. 4. l. fin. C. eo. d. l. 7. §. interdũ. cũ seqq. d. l. sed si paterfam. l. si tantũ. 12. cum simil. h. t.* Vnde si filiofamiliâs studiorum vel legationis causa alibi degenti ad necessarios sumptus, quos patris pietas nõ recusaret, pecunia credatur, locum nõ habet S. C. quia in rem patris versa intelligitur. *l. 5. C. eod.* Quod verũ est, si modũ in mutuãdo nõ excessit: id est, eam quãtitatem, quã pater subministrare solebat. ACTIO † PETITIO'QVE 9
DARETVR, in fine est additũ: quod accipiendũ est de effectu, *l. pen. C. eod.* Cum enim mutuo cõtracta sit obligatio, *l. quia natur. alis. 10. l. creditorem. 18. h. t.* certum est oriri iure actionem (posita enim causa, ponitur effectus) sed quæ exceptione S. C. elidatur. *d. l. 7. in prin. & §. 1. cum seq. l. tamen. 11. hoc. tit. l. qui exceptionem. 40 ff. de cond. ind.* Quamobrẽ ius agendi habere creditor non videtur, qui perpetua exceptione remoueri potest. *l. nihil interest. 112. l. non videtur. 13. de reg. iur.* Ac verisimile est, olim Prætores ex S. C. petitiones hoc nomine denegasse, quamuis ipso iure ex obligatione extitissent. *l. licet.*
G *42. §. ea. de procura.*

DIGEST. LIBER XV.

DE PECVLIO. Tit. I.

C. 4. 26.

1 *Continuatio.*
2 *Tria huius edicti capita.*
3 *Quid sit peculium, & vnde dictum.*
4 *In quos, ad quid actio de peculio competat.*
5 *Verba edicti.*

1 ORDINARIVM † Prætor arbitratus est, prius eos contractus exponere eorũ qui alienæ potestati subiecti sunt, qui in solidum tribuunt actionem: sic deinde huc peruenire, vbi de peculio datur actio. *l.1.h.t.* Omnia enim agit, vt qui cõtraxit cum eo qui in aliena potestate est, etiamsi deficiant superiores actiones, nihilominus tamen in quantum ex æquo & bono res patitur, suum consequatur. *l.1.§. quod cum eo qui in al. potest.*

2 ¶Est autem triplex hoc Edictum: aut enim de Peculio, aut de In rem verso, aut Quod iussu, hinc oritur actio. Peculium† & pecunia, à pecoribus in quibus substantia veterum omnis consistebat, & quorum figura nummi signabantur, dicta sunt. *Plutarch. in vit. Publi.* Pecunia maius
3 patrimoniũ: peculium, pusillam pecuniam, siue pusillum patrimonium filiifam. vel serui significat. *l. depositi. 5. in fin. h.t. 5. actiones. 10. Institit. de actio.* Itaque modicũ illud, quod serui frugalitate de demenso comparcentes suo parabant, vel officio metuerãt sibi donari, permissúq; domini separatum à rationibus dominicis habebãt, peculium dicebatur. *l. peculium. 4. d. l. depositi l. peculium. 40. h.t.* Eadem ratio est peculij in filiofamiliâs. Ex † contractu igitur serui filiiúe, quibuslibet actionibus inde descendẽtibus, dominus, patérve de peculio conueniri potest, vt
4 quatenus in peculio est, eatenus actori satisfiat: deducto tamen semper eo, quod ipsi qui conuenitur à filio aut seruo debetur: quia præuenisse dominus patérve creditur. *l. sed si. 9. §. peculium. h.t.* Nec verisimile est, dominum id concedere seruo, in peculio habere quod sibi debetur: *d. l. sed si. 9. §. præterea...* quo deducto, non licet illi per dolum & in fraudem creditorum adimere vel minuere peculium, *d. §. præterea.* quamuis sine fraude posset. *d. l. peculium. 40. in fi.*

5 Verba edicti talia sunt: QVOD † CVM EO, QVI IN ALTERIVS POTESTATE ESSET, NEGOCIVM GESTVM ERIT, DE EO DVNTAXAT DE PECVLIO ADVERSVS EVM, CVIVS IN POTESTATE ESSE DICETVR: ET SI QVID DOLO MALO EIVS IN CVIVS POLESTATE EST, FACTVM ERIT, QVO MINVS PECVLIVM ESSET, IVDICIVM DABO. *l. 1. §. verba. 1. hoc tit.*

A QVANDO DE PECVlio actio annalis est.

Tit. II.

ACTIO de peculio, quandiu seruus vel filius in potestate est, tandiu Perpetuò durat: post mortem verò aut emancipationem filiifam. manumissionem vel alienationem serui, Annalis esse incipit. Cum enim soluta & extincta potestate extinguatur peculium, suffi-
B cit ad exemplum cæterarum Prætoriarũ actionum, ad annum deinceps vtilem obligationem produci. Prætor ait: POST MORTEM EIVS QVI IN ALTERIVS POTESTATE FVERIT, POSTEAVE QVAM IS EMANCIPATVS, MANVMISSVS, ALIENATVSVE FVERIT, DVNTAXAT DE PECVLIO, ET SI QVID DOLO MALO EIVS IN CVIVS POTESTATE EST, FACTVM ERIT,
C QVO MINVS PECVLII ESSET, IN ANNO QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS ERIT, IVDICIVM DABO. *l. 1. in prin. hoc tit.*

DE IN REM VERSO.

Tit. III. C. 4. 26.

1 *Continuatio.*
2 *Vtilitas huius actionis.*
D 3 *Perpetuam esse hanc actionem.*
4 *Quando dicatur in rem versum.*

SI hi † qui in potestate aliena sunt, nihil in 1
peculio habent, vel habeant quidem, non in solidum tamen: tenentur qui eos habent in potestate, si in Rem eorum quod acceptum est, conuersum sit; quasi cum ipsis potius contractũ videatur, ad quos vtilitas contractus peruenit.
E Nec videtur frustra de In rẽ verso actio promissa, quasi sufficeret de Peculio. Rectissimè † enim 2
Labeo dicit fieri posse, vt & In rem versum sit, & cesset de Peculio actio. Quid enim si dominus peculium ademit sine dolo malo? quid si morte serui extinctum est peculium, & annus vtilis præteriit? De in † Rem verso nãque actio 3
perpetua est (nec enim æquum est, quenquam vllo tempore cum alterius iactura locupletari) & locum

& locum habet, siue peculium ademptum sit sine dolo malo, siue actio de Peculio anno finita
4 sit *l. 1. in prin. h.t.* In rem † autem domini versum intelligitur, quicquid necessariò vtilitérque (nã voluptatis causa quod fit sine mandato, in rem domini versum non videtur, quia nec procurator hoc imputat, *l. 3. §. sed si mutua. 4. h.t.*) in rem eius impenderit seruus; veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluit, aut ædificia ruentia fulsit, aut familiæ frumentum emit. *§. præterea. vers. in rem. Inst quod cum eo qui in al. pot. l. 3. §. 1. h.t.* Et regulariter dicimus: Toties de in rem verso actionem esse, quoties procurator Mandati, vel qui negocium gessit, Negóciorum gestorum haberet actionẽ, quotiésque aliquid ita consumpsit seruus, vt aut meliorem rem dominus habuerit, aut non deteriorem, *d. l. 3. §. proinde. 3.* cuius rei probatio agenti incumbit. *§. cæterùm. Institit. quod cùm eo qui in alien. potest.*

A QVOD IVSSV.

Tit. IIII. C. 4. 26.

SVperioribus actionibus locus est, cum vel mandato, vel sine mandato, ignorante scientéue eo, cuius est in potestate, seruus filiúsue familiâs contraxit. Ex tertia autem huius edicti parte oritur actio Quod iussu, cùm mandatu patris dominíue contractum est: quia enim quo-
B dammodò cum eo contrahitur qui iubet, *l. 1. in prin. h. tit. vide l. si dubitet. 10. §. vltim. de fideiussor. Cuiac. obser. lib. 5. cap. 36.* cuius fidem qui contrahit sequi videtur, *§. 1. Institi. quod cum eo qui in alien. potest.* meritò ex iussu domini vel patris in Solidum aduersus eum iudicium datur. Iussui autem & ratihabitio comparatur, *d. l. 1. §. 2. vers. si ratum habuerit.* vt & aliàs. *l. semper qui non prohibet. 60. de reg. iur. c. ratihabitionem. eod. tit. in 6.*

DIGESTORVM LIBER XVI.

AD S.C. VELLEIANVM. Tit. I.

C. 4. 29.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio huius S.C.*
3 *Verba S.C.*
4 *Deceptis, non decipientibus mulieribus subueniri.*
5 *De quibus obligationibus S.C. loquatur.*
6 *Mulieribus in suo contractu non succurri.*
7 *Quomodo adiuuetur mulier.*
8 *De actione restitutoria.*
9 *An mulier, & quando renunciare Velleiano possit.*

1 VANDOQVIDEM † de contra-
C ctibus seruorum & filiorumfamiliâs dictũ est: videamus nunc quemadmodum Mulieres, quæ & ipsæ more maiorũ in manu patris, fratrum, viri sunt, *Cato apud Liuium Decad. 4. lib. 4. vide inf. de curat. fur.* ex
2 contractibus teneantur. Et † sciẽdum est, mulierẽ suo nomine contrahentem efficaciter obligari: alieno verò nomine intercedentem eximi obligationi, actione in pristinũ debitorem restituta. Quod ita Senatus censuit, ad opẽ mulieribus ferendam, quę per sexus imbecillitatẽ, *l. 2. §. verba. 1. h.t.* maritalibus atque aliis blanditiis in fraudẽ, suscipiendúmque sponsionis onus, illici facilè posse videbãtur. Nã spõdere initiò leue videtur, vtpote cũ solam voluntatẽ sponsio, nullam autẽ pecuniæ præstationem requirat, vt non difficulter ad id, velut & ad bonorum oppignorationẽ, infirmus muliebris animus perduci possit: *vide inf. de fun. dot. & Institit. quib. alien. lic. §. 1.* sed tandem, vt est in veteri prouerbio, Noxa præstò
E est. Si enim fideiussoris, cogita id tibi dissoluendum esse, vt Sapiens *Ecclesiast. cap. 8.* monet. Mouit etiam Senatum, *vt dicitur l. 2. §. verba. 1.*
C *h. tit.* quòd sicut moribus virilia officia sunt adempta fœminis, propter imbecillitatem pudorémque sexus: *l. 2. de reg. iur.* ita multò magis adimendum eis esse visum est id officium, quod non modò virile esset, (est enim parum verecundiæ muliebri consentaneum, alienas suscipere defensiones, *l. alienam. 18. C. de procurator. §. patitur. Institit. de iniur.*) & in quo non sola opera, nudúmque ministerium earum, sed etiam periculum rei familiaris versaretur. *l. 1. hoc tit. vide*
D *Paul. lib. 2. tit. 11. & ibi Cuiac.* Et primò quidẽ tẽporibus D. Augusti, mox deinde Claudij, Edictis eorum interdictum fuit, ne fœminæ pro viris suis intercederent. Postea factũ est S.C. quo plenissimè in quacunque intercessione mulieribus subuentum est, cuius S.C. verba hæc sunt.

¶QVOD M. SILLANVS ET VELLEIVS. 3
TVTOR COSS. VERBA FECERVNT DE OBLIGATIONIBVS FOEMINARVM, QVAE PRO ALIIS REAE FIERENT, QVID DE
E EA RE FIERI OPORTET, DE EA RE ITA CONSVLVERVNT, QVOD AD FIDEIVSSIONES ET MVTVI DATIONES PRO ALIIS, QVIBVS INTERCESSERINT FOEMINAE, PERTINET, TAMETSI AN-

„ TE VIDETVR ITA IVS DICTM ESSE, NE
„ EO NOMINE AB HIS PETITIO, NEVE
„ IN EAS ACTIO DETVR: CVM EAS VI-
„ RILIBVS OFFICIIS FVNGI, ET EIVS
„ GENERIS OBLIGATIONIBVS OBSTRIN-
„ GI, NON SIT AEQVVM: ARBITRARI SE-
„ NATVM, RECTE ATQVE ORDINE PA-
„ CTVROS, AD QVOS DE EA RE IN IV-
„ RE ADITVM ERIT, SI DEDERINT OPE-
„ RAM, VT IN EA RE SENATVS VOLVN-
„ TAS SERVETVR. *l.2.h.t.*

4 ¶Mulieribus igitur hoc S. C. subuenit, deceptis tamen, non decipientibus, *d.l. 2. vers. sed ita demum l.si mulier.23.h. t.* (nec enim dolo earum amplissimus ordo opitulatur: *l. si decipiendi. 30. h.t.*) ac deinceps harum fideiussoribus, mandatoribus, procuratoribus, &c. *l.si fideiussoribus.6 h.t.* non modò quòd regressum, si exigantur, aduersus mulierem habeant, sed quia totam obligationem Senatus improbat. *l.si mulier. 16. § fin.h.*
5 *tit.* Omnis † etiam contractus Senatusconsulto comprehenditur, siue verbis, siue re, siue quocunque modo intercesserunt, alienam suo periculo suscipientes debitionem: *l.2.§. final.l.quãquis.8.§.si mulier.l.tutor. 19. h.t.* veluti si altero pecuniam accipiente, ipsa se principaliter mulier obligarit. *l.vir vxori.17.l.Seia.28.§.fin.l.fin.§.item si mulier.h.t.*

6 ¶Quòd si in rem vtilitatémque suam sese obliget, vt si pro eo spondeat cui erat obnoxia, cessat Senatusconsultum, *l.aliquando. 13.l.si mulier.16.h.t.* Aut si ipsa sibi contrahat, puta emat, permutet, mutuum accipiat, ignorante creditore, eam alteri velle tradere, perinde locus non erit Senatusconsulto. Senatus enim obligatæ mulieri succurrere voluit, nõ donanti: cùm quia facilius se mulier obligat quàm donat, *l. 4. §.l. quamuis.8.§.1.cum sequent.h.tit.* (est enim hic sexus natura restrictus, & pecuniæ tenax, *l.si à spõso.16.C. de donat. ante nupt. l. si stipulata.33. §. 1.de donat.int.virum & vxor.*) tum quòd mulieri adultæ in contractibus quos suo nomine gerit, nõ E vt minori succurritur. *l.si mulier. 32. in prin.h.tit.* Et præterea si aliter dicemus, nemo cum fœminis contrahet, quia ignorari potest quid acturæ sint: *l.si mulier.11.l.bona fide.27.in prin. h. tit.* secus si creditor scisset eã intercedere, colórque quæsitus esset obligationis. *l. imò tunc. 12.d.l. quamuis.8.§.si cum essem.h.t.* Quæcunque enim in fraudem Senatusconsulti de intercessionibus excogitata probari possunt, rata haberi non oportet. F *l.quidam. 29.§ fin.l.fin.§.penult.h.t.*

7 ¶Ita adiuuatur autẽ mulier, vt si ex intercessione conueniatur, excipere de Senatusconsulto possit: sin quid præstiterit, soluerit, delegârit, Condicere *d.l.quamuis. §.si mulier. 1. & §. interdum 3.* vnà cum fructibus. *l. si mulier. 32.§.1. h.tit.* Neque enim hæc exceptio, quáuis omissa, condictionem Indebiti soluti impedit, cum sit in fauorem mulierum introducta, *l.qui exceptionem. 40.§.de cond.ind.* & totam obligationẽ S. C. improbet. *l.si mulier.16.in fin.hoc tit.* Sed ne defrau-

A detur hac ratione creditor, actio in verum debitorem redditur, statim atque mulier aliená obligationem suscepit, etiam non expectata eius voluntate. *l.debitrix.24.§.1.l.aliquando. 13.§. fin.l. quidam. 29.h.tit.* Cum † enim S. C. mulierem 8
eximat, quocunque modo per intercessionem eius verus debitor fuerit liberatus, siue nouatione, siue delegatione, pristina causa restituitur: perindéque agi cum debitore restituta obligatione potest, atque si nulla intercessio interue-
B nisset. Etsi enim ordo hunc sexum tuetur, tamẽ non impedit quo minus creditor ius suum à vero debitore cõsequatur. *d.l.quamuis.§.quoties.5.& §.fin.l.si mulier.14.h.tit.* Impetrabit igitur is à Prætore actionem quam vocant Restitutoriam, ne inanem habeat obligationem: *d. l. quamuis §.6. vers. Marcellus.* sic enim succurrendum est fo mi nis, vt ne tamen alius iniusto incommodo afficiatur. Atque hæc quidem actio R estitutoria, vtpote rei Persecutoria, perpetua est, & in hæredes hæredibúsque datur. *l.hæ actiones.10.h.t.*

C ¶Sed an mulier renunciare Velleiano potest 9
ita vt postea etiam inuita ab hoc beneficio excludatur? Et quamuis alij putent posse: tamen verius crediderim, *vide glo. & Dd. in l.fin. C.eod. l.fin.§.vlt.h.tit.Tiraq.in repet. l. si vniquam. in prin. C.de reuocand.donat.* renunciationem extraiudicialem mulieri non nocere, cum renunciationis eadẽ sit leuitas quæ intercessionis, *Las.in l.de hu. nu.9.de transact.per l.doli.19 vers. diuersum de nouat.* & non in solius mulieris fauorẽ S. C. factum
D sit, sed etiam eapropter, quòd virile videatur alienas suscipere defensiones. Nec respõso Pomponij *l.fin.§ fin.h.t.* moueor: potest enim mulier sponte exceptionẽ Velleiani in iudicio omittere, vt quilibet debitor. *vt notatur C. vt quæ desunt aduoc.vbi Cast.nu.4.l.si autem. 8.§. fin.de neg.gest. l.si fideiussor. 29. mand. l.1. C. de int. & fac.ig.bonus text.in l.si iudex.41.de minor.* Ac si iudicium suscipere velit hac conditione, vt caueat se non vsuram exceptione cautio valebit: cùm quia in iu-
E re quasi cõtrahitur: *l.3.§.item scribit. 5.de peculio.* tum ne iudicia sint elusoria, ac decipiatur actor: quemadmodum & tutelæ nomine renunciatio facta valet, ne fraudetur pupillus. *Auth.matri.C. quando mul. tut. off.* Deinde si post biennium ab intercessione iterũ se mulier obstringat, pignoráque det, quia non potest dici leuitate quadam facta intercessio, fateor S.C. cessare, & renunciationem hoc casu valere. *l.si mulier.2. C.eod. tit.* At hi casus speciales non conuincunt, renunciationem promiscuè & repentino animi motu à
F muliere extra iudicium factam, omnimodo esse seruandam. *vide an Nouel.sublatum sit Velleianũ, apud Cuiac.ad Vlp.tit.1.in fin.Nouell.134.*

DE COMPENSATIONIbus. Tit. II. C.4.31.

G 1 *Continuatio.*
2 *Quid sit compensatio.*

3 *Causa*

3 *Causa efficiens, vnde oriatur.*
4 *In quibus debitis locum habeat.*
5 *In criminibus publicis non habere locũ.*
6 *Nec in speciebus, sed in quantitate & genere.*
7 *Iustum & liquidum esse debitum oportere, cuius in compensatione habeatur ratio.*
8 *Forma ineundæ compensationis, & an ipso iure fiat.*
9 *Finis compensationum.*
10 *Effectus, affinia, contraria, remissiuè.*

1 EXpositis cõtractuum generibus, quibus Re in creditum itur, vel per se, vel aliarum personarum intercessione, actionibúsque indidem prodeuntibus ordine propositis, commodùm nunc subiicitur titulus de Compensationibus, quarum in istiusmodi iudiciis maximus est vsus. C De actione porrò depositi, quamuis & illa ortũ habeat ex obligatione quæ re contrahitur, §. *præterea.Inst.quib.mod.re contrah.oblig.* tamen postea agetur commodiùs: quoniã illi cõpensatio obiici nequit. *l.penult.C.depositi.l.fin.C.de cõpens.*

2 ¶Est autem Compensatio (quam locutionem etiam Cic.lib.2.de Finibus & aliis locis vsurpat) debiti & crediti inter se contributio siue collatio: *l.1.h. t.* qua qui cõuenitur, creditorem suum, eundémque debitorẽ petentem submouet, pa- D ratus compensare. *l.2.h. tit.* Oritur compensatio partim ex Naturali æquitate, partim ex Ciuili.

3 Ex naturali † quidem, quod interfit nostra potius non soluere, quàm solutum repetere: *l.3.h.t.* dolo etiam malo postulet, qui petit id quod restituere debet: *c. dolo.de reg. iur. in 6. cum ibi alleg. concor. l.dolo.de do.ex.* ac consentaneum sit, actorem qui sibi satisfieri cupit, contrà quod debet præstare, vt æqualitas seruetur. Ex ciuili autem ratione, quia compensatio ad dirimendas lites E pertinet, ne fiat per plura, quod cõfici potest per pauciora. *l.ampliorem.37.§.in refutatorijs. C. de appell.l.nulli.10.C.de iud.l.1.quod met. caus.*

4 ¶Compensationi locus est, siue ex cõtractu, siue ex maleficio agatur, dum tamen Ciuiliter. *l.si ambo.10. in prin. hoc tit.* vnde vulgatum illud:
5 Dolum † cum dolo delictum cum delicto compensari. *l.si duo.de dolo malo.l. viro. ff. solut. matr. l. apud Celsum.§. Marcellus.de excep.dol.* Nã in Publicis iudiciis, vbi non priuatorum ius, sed pu- F blica vindicta ad coercenda maleficia spectatur, non admittitur compensatio, sed vtrunque sontẽ suæ pœnæ manent. *d.1.§. qui hoc dicit. l.si vxor.*
6 *13.de adulteriis.* Item † siue personali actione, siue reali agatur, compensatio locum habet. *l. final. C.eod.* Quod verum est, cum res in suo genere fungibiles vltrò citróque debẽtur. Nã tum cõpensatio debiti ex pari specie, quamuis causa dispari, admittitur: *Paul.lib.2.cap.5.* secus, quando hinc species, inde vel indiuiduum, vel quanti- G tas obligationi inest, in genere species debea-

A tur, vt homo: *l.si debeas.22.glo. & Dd. in l.1.hoc tit. & in d.l.fin.C.eod. & in §.in bona fidei. Inst.de act.* propterea quòd aliud pro alio solui inuito creditori nequit. *l. 2.§.1. si certum pet.* Compensatio autem nihil aliud est, quàm solutio. *l. vel permutauit.19.de liberali causa. l.si debitor. qui potiores in pig.l. amplius non peti. rem ratam hab.* Vnde cum indiuidua debentur, aliud pro alio solueretur, si compensare speciem cum specie liceret: quod neutiquam est admittendum, quia cadit in spe- B ciebus probabilis affectio, néq; vice mutua funguntur. verbi gratia: Tu cum mihi debeas vestẽ, petis à me aliam speciem tibi debitam, puta sciphum, aut quantitatem, veluti 20. quæ tibi debeo: non potero obiicere exceptionem de vestimento: quia pro pecunia aut alia specie, inuitus hanc speciem accipere, eámque quodammodò emere, iure cogi non potes: idémque in cõsimilibus obtinet. Quantitatis autem ad quantitatẽ, sine cuiusquam iniuria fit compensatio, vel spe- C cieí cum specie, cum idem genus debetur, vt hominis cum homine. *Paul.d.cap.5.* Huic † tamen 7
ita demum locus est, si debitum quod in compensationem deducitur, verè subsistat, vel iure Ciuili & Gentium, vel certè æqlitate naturali, quamuis ciuiliter non debeatur. *l. etiam. 6. h.tit.* Naturalis enim est compensatio, in eámque venit, quicquid natura debetur: vnde econtrariò, si æquitatem nullam habeat obligatio, & exceptione perimi potest, non venit in compensationem. *l.quecunque. 14. h. tit.* Deinde necessum D est, Purum esse debitum, non suspensum Cõditione, aut dilatum Die: *l.quod in diem. 7.h.tit.* ac insuper etiam Liquidum: *l.fin.C. eod.* aliqui nõ seruaretur æqualitas, si puro essóque debito, & liquido, permissum esset obiicere & compensare debitum non liquidum, vel conditionale.

¶Quánam porro ratione ineunda sit compen 8
satio, controuersum est. Imp. *in §.in bonæ fidei. Instit.de act.* quidem ait, Iure veteri *l.cum alter.11. h.tit.l.4.& 5.C.eod.l.eius.C.de solut.l.inter. de adm. tut. Paul. d.cap.5.* ipso Iure in actionibus Bonæ fidei fuisse compensationes, *l si ambo.verb. iudicio societatis. h.tit.* in Stricti iuris doli mali exceptione (ex constitutione scilicet diui Marci, *Cuiac.lib.8.cap.16.*) opposita: hodie verò omnibus indiscriminatim iudiciis ipso Iure inesse. *l.4.& E 5.l fin.C.eod.* Sed hoc in quæstionẽ cadit, an sine vlla oppositione compensationis, factóue hominis, ipso iure & lege fiat contributio, minúsque debeatur? Et videtur factũ hominis non requiri: quid enim aliud significat, ipso Iure fieri compensationẽ? Nam & I.C. inquit, Minus deberi: *l.4.vers. minúsque propter compensationem peti hoc tit.l.posteaquam.21.h.t.* & Paulus l.b.2.cap.5. Plus peti. Cõtrà tamẽ à plerisque respõsum est, Neq; aliter ipso iure fieri aiunt cõpẽsationem, quàm si paratus sit reus eam facere: *l.2.h.t.* & obiiciat compensationẽ, *d.l.fin.in verb. cõpẽsationes obiici.* atq; opponat: *d.§.in bonæ fidei. in verb.opponi.* idq; liquere ex eo, quòd iudex possit reprobare cõpẽsationẽ, *l.quod in diẽ.6.§.1.hoc tit.d.l.fin.* quodq;

ea facti sit, velut exceptio quælibet, quã iudex supplere non cõsueuit: *l. vnic. vbi Castr. C. vt quæ def. ad.* aliisque multis argumentis cõprobari. *l. 1. in fin. quæ sententiæ siue appell. resc. l. sin autem. §. fin. de neg. gest.* Quòd autem dicitur Minus deberi, *in d. l. 4.* de effectu accipiendum esse volunt: vt accipi in iure verba solent: verbum enim ipso iure, sæpe significare quod ipsa lege fit, facto tamen hominis requisito: vt cum dicitur, Ipso iure actiones exceptionésque dari, Ipso iure sentẽtiam vel testamẽtum esse nullum. Et apud Iust. B eà verba nihil aliud velle, quàm quòd compensationes, videlicet cum ab homine opponũtur, ita insint ipso iure omnibus indifferenter iudiciis, vt etiam nulla inserta (vt olim) à Prætore iudicij formulis compensationis exceptione atque clausula, possit iudex, postquam oppositæ sunt, de iis nihilominus cognoscere. Potest etiã id quod dicitur Minus deberi, ad petitionem referri. Vt enim effectu debitor non est, à quo peti nequit: *l. Marcellus. 66. de reg. iur.* ita nec debetur, quod compensari potest. Nam ob compensationis metum olim Minus petendum erat, ne causa caderet Plus petẽs cõpensatione postmodum opposita, *l. 4. h. tit. Paul. lib. 2. cap. 5.* Id quod voluit Paulus, *d. l. posteaquam.* cum ait, Minus peti. Neque tamen inde consequitur, non opus esse compensationis obiectione. Nam ideo minus petebatur, ne obiecta fortè subinde compensatione, litem actor amitteret plus petendo: qua compensatione omissa, tenuisse in- D tentionem integrum debitum petentis, consentaneum est.

9 ¶Finis compensationum est, Vt præcidantur occasiones litiũ, vtróque iudicio negocium, vltrò citróque cõtributione facta, trãsigatur, quod alioqui pluribus esset explicãdum: vtque seruetur æqualitas, & ea æquitatis ratio, quam suprà posuimus. Et hæc Iure ciuili obtinent. Moribus Sax. verò compensationi non est locus in iudiciis, *lib. 3. art. 12.* sicuti nec reconuentioni, *Chil. in prac. ca. 60. per d. art. 12. & 78. lib. 3. Lehen. cap. 18. Fach. diff. 46. Reinhar. diff. iud. 4. & 5.* cuius quædam est species. *Bald. in l. si constat. C. de compens. Alex. cons. 119. vol. 2.*

10 ¶Effectus suprà indicatus est, vbi diximus, per compensationes Ipso iure minui actiones. *d. §. in bonæ fidei.* Affines sunt Mutuæ petitiones seu reconuentiones: *l. 2. §. sed si agant. de iudic. l. pen. C. de sentent. tot. tit. ext. de mut. petit. vbi latissimè Socin.* distant tamen in nonnullis: quia introduci debent, cùm illa minuat ipso iure: *l. posteaquam: 21. h. t. l. 4. C. eod.* & introducuntur de re illiquida, dubia, & litigiosa, cùm illa sit iuris liquidi. *l. vlt. C. eod.* Contrarij sunt casus, in quib. compensatio non admittitur, qui passim alibi notantur. *l. 1. 2. 3. 6. 7. 9. l. pen. l. vlt. C. eod.*

DEPOSITI, VEL CONtrà. Titulus III.

C. 4. 34.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit depositum.*
3 *Causa efficiens.*
4 *Materia, quæ res deponi possint.*
5 *Forma, & quomodo depositum contrahatur, quásque actiones recipiat.*
6 *De sequestratione.*
7 *Cui detur actio depositi.*
8 *Aduersus quem.*
9 *Quatenus in hæredes detur.*
10 *Actionem depositi ciuilem esse.*
11 *Edictum de deposito.*
12 *De actione in duplum depositi.*
13 *De actione in simplum, & quid in eam veniat.*
14 *De lata culpa.*
15 *Perpetuum & famosum esse iudicium.* C
16 *De contraria actione depositi.*

PEruenimus ad finem contractuum, quibus 1 res in Genere aut Specie, ad vsum eius qui accipit, propriè creduntur, ac ipsa Re constituitur obligatio, earúmque actionũ quæ inde nascũtur, vim & naturã perspeximus. Sed quoniam non modò ad vsum, verumetiam ad Custodiam res credi solent, cùm nemo rerum suarum semper possit esse custos, operáque indigeat interdum aliena ad defensionem; quemadmodũ rebus alienis ad vsum: ideo priusquam transeamus ad contractus qui consensu perficiuntur, pauca de Actione depositi, qua res custodiæ & fidei alienæ commendatæ repetuntur, sunt dicenda. Ac prius de ipso contractu: nulla enim actio intelligi rectè potest, nisi percepta natura obligationis vnde existit.

¶Depositum est, quod custodiendum alicui 2 datum est: dictum ex eo quòd ponitur: præpositio enim De, auget positum, vt ostendat totum E fidei eius esse commissum, quod ad custodiam rei pertinet. *l. 1. h. tit. vide Paul. lib. 1. tit. 12.* Deponimus enim cum fiducia custodiæ, & fidei bonæ depositarij: *l. 1. §. 1. in fin. l. quod seruus. 11. h. t.* quam fidem fallere grauissimum est, & propter necessitates humanas in Rep. perniciosum.

¶Porrò causa efficiens depositi, sunt res & 3 consensus contrahentium. §: *præterea. Inst. quib. mod. re cont. ob.*

F ¶Deponi autem possunt apud omnes, etiam 4 Iudicem, *l. senatusc. §. fin. vbi glo. de off. præf. l. si fideiussor. §. vlt. qui satisd. cogan. l. sed eisi. §. planè. ad exhiben. vide Tiraq. in retr. prox. §. 4. glo. 7. in prin.* omnes omnino res, quæ sub factũ custodiãque cadunt, tam Propriæ, quàm Alienæ: *l. bona fides. 31. h. t.* nec enim quicquam ex deposito transfertur: *l. licet 17. in fin. h. t.* propriæ tamen apud dominum frustra deponũtur, cum ex deposito non obligetur: *l. qui rem. 15. h. t.* quia non est ex bona G fide, vt rem suam dominus cuiquam restituere compellatur. *d. l. bona fides. in fin.*

¶Contra-

5 ¶Contrahitur depositum, Re ipsa custodiæ A causa tradita, eo fine vt seruetur, vtq; eadẽ species volenti quandoque restituatur, *l. Lucius. 24. l. 1. §. est autem. 16. & §. penul. hoc tit.* Fit tamen interdum, præsertim in rebus fungibilibus, vti cõueniat, vt tantundem quantũ creditur, aliquando reddatur, ac insuper etiam vsuræ repromittantur ratione vsus: quorum etsi vtrunq; notissimos depositi terminos excedit (nam idem corpus in deposito reddi, & gratuitus esse contra- B ctus debet, alioqui incidit in mutuũ & locationem: *l. 1. §. si quis seruum. 7. h. tit.*) tamen Lex contractus seruabitur. *d. l. Lucius. 27. l. Publia. 26. §. 1. l. Quintus. 28. h. tit.* Quoniam ex bona fide, quod gestum cõuentúmque est, inspicitur. *l. 1. § si conuenit. 5. h. tit.* Neque locatio aut mutuum contra intentionem agentium inducitur, nisi mutuum ipsi esse voluerint: *l. 1. §. si pecunia. 22. l. 7. §. fina. h. tit. l. non omnis. 19. si cer. pet.* præsertim cùm bona fide negocium gestum sit, quæ in mutuo locum non habet. Dixi autem id agi in deposito, C Vt volenti res ex officio reddantur, sine vlla mora aut exceptione: *l. penul. C. eod.* nam inuito, neque reposcenti, non facilè contra legem depositionis reddi potest ab eo qui semel officium suscepit, nisi grauissima causa interueniente. *l. ei. apud. 5. §. fin. h. tit.*

6 ¶Est autem consimile deposito, cum apud Sequestrum, id est, medium quendam, inter litigatores, *l. sequester. 109. de verb. significat. l. 6. h. tit. Gellius. lib. 20. cap. pen.* res litigiosa deponitur. *d. l. 5. §. 1. & 2. l. 6. h. tit.* Quiddam tamẽ interest: nam in primis vel vnus potest deponere, & id quidem de quo nulla sit controuersia: apud Sequestrum, non nisi plures deponunt rem litigiosam. *d. l. 6. l. licet. 17. h. t.* Quis enim solus secum ipse litiget, litisque causa rem deponat? Deinde apud sequestrum vnusquisq; in Solidum videtur deponere, cum rem totam suam putet: quod aliter est, quando id quod commune est plures deponunt, E qui pro parte tantùm se norunt esse dominos. *d. l. licet. l. 1. §. sed si duo. 32. h. t.* Postremò rei depositæ possessio non transit ad depositarium: quia non possidendi, sed custodiendi causa rem tenet: sequester autem possidet, quoniam ea depositione id agitur, vt neutrius litigatoris possessioni id tempus procedat: *d. l. licet. in fin.* nisi expressè contrà actum sit, *l. interesse. 39. de acquir. poss.* aut nisi non partium voluntate, sed Iudicis præcepto fiat (sicut fieri, ex causa tamen, *l. vnic. F vbi Dd. præsertim Cur. C. de pro sequ. cap. 1. & 2. ex. eod. vide Hemming. consil. de sequestra.* potest) sequestratio: *clemen. 1. de sequestrat. Ias. in l. si fideiussor. §. si satisd. latum. num. 3. qui satisd. cogan. Tiraqu. in ret. prox. §. 4. glo. 7.* qui non præsumitur possessionem litigatoribus auferre velle. *Bart. in d. l. licet. & d. l. interesse. Ferra in for. Sax. quem vide.* His exceptis, verè depositum est hæc custodia, conuenitúque sequester actione Depositi: quæ tamen ad differentiam alterius vocatur Sequestraria: *l. si in Asia. 12. §. penu. h. tit. l. si quis. 9. §. Labeo. G 2. de dol. mal.* aut quando non partium consensu, sed authoritate iudiciaria, facta est sequestratio, implorato nobili iudicis officio. *Bart. l. interesse. num. 5. de adqu. posses. per l. postquam. §. imperator. vt lega. no. cau. Rebuff. in l. Utibus. C. de agr. & cens. lib. 11. l. per hanc. C. de erog. mil. Panorm. in c. 2. num. 28. de sequestr. Ang. consil. 107. num. 1. Alex. consil. 6. num. 9. volum. 4.*

¶Is ergo qui deposuit, potest rem suam alterius custodiæ traditam repetere, vel statim atque 7 deposuit, *l. 1. §. est autem. 16. h. tit.* etiamsi de certo B tempore conuenit: *d. l. 1. §. penult.* quia cùm eius gratia contrahatur, non prohibendus est pro arbitrio reuocare contractum, & mutare voluntatem, vt in mandato: quod nisi res poscenti reddatur, actionem Depositi habet: nec refert cuiuscunque sit conditionis qui deposuit, pater an filius familiâs, *l. Iulianus. 19. h. tit.* vnus an plures (quanquam hi pro parte solùm agunt, nisi aliter initio conuenit, *d. l. 1. § sed si duo. 32. d. l. licet. h. t.*) dominus an seruus, ex cuius deposito rectè do- C minus agit; fur, an prædo. *d. l. 1. § si prædo. 27.* Quo tamen casu, si dominus veniat rem sibi ablatã repetens meritò illi depositarius restituere debet. Etsi enim bonæ fidei congruum est, vt rem recipiat qui dedit: tamen totius rei æquitate inspecta, quæ ex omnibus personis, quæ negocio isto contingunt, impletur, domino reddenda sunt, quæ facto scelestissimo fuerunt ei ademptа. Hanc enim probat consultus iustitiam, quæ suum cuique ita tribuit, vt non distrahatur ab vllius personæ iustiore petitione. *l. bona fides. 31. h. t. in fin.* Hinc & illud est, quòd licet ex alterius contractu alteri ius agendi acquiri ratio non patitur. *l. quæcunque. 10. de act.* tamen si conuenit in deposito, vt alicui tertio reddatur; habeat is Vtilem depositi actionẽ, quia ex bona fide res illi restitui debet: *d. l. Publia. 26. in princ. h. t.* idq; reliquis etiam bonæ fidei contractibus est consentaneum. *l. Iulianus. 13. §. si procurator. 21. de act. emp.* Hæredibus quoque hæc actio, cum E sit rei persecutoria, cæterísque successoribus datur. *d. l. 1. §. si apud. 14. vers. hæc actio.* singulis tamẽ pro portione hæreditaria, vt & reliqua iura. *l. 2. C. de hæred. actio. l. ea quæ. 6. C. familiæ ercisc.* Quòd si res sit indiuidua quæ deposita est, vni agenti restituenda erit, si satisdet de eo quod supra eius partem est, molestiam depositario exhibitum non iri: quod nisi fiat, potest res in ædem Sacrã, sicuti olim moris erat, deponi, eáq; ratione omni actione & periculo depositarius liberari. *l. 1. §. si pecunia. 24. cum §. seq. h. t.*

¶Aduersus eum datur hæc actio, apud quem 8 res deposita est: *d. l. 1. §. si quis seruum. 7.* vel cuius nomine tãquam custoditurі deposita est. *d. l. 1. §. idem Pomponius. 10.* Contra tertium autem depositarium non nisi cessis actionibus agi potest, quia cũ illo contractu non est. *l. si is apud quẽ. 16 h. tit.* Sed & aduersus pupillum, si doli capax sit, dolúmque cõmisit, & quidem in Solidum, datur. Re enim obligatus est, & ex delicto alioqui tenetur. *l. auxilium. 37. de minor. c. 1. de homic. & extrà. de del. puer.* In quantum autem locupletior

factus est,cõuenitur,etiamsi in dolo non fuerit: d.l.1.§.an in pupillum.11. hactenus enim reipsa est obligatus. vide s.de reb.cred. Item in filiumfamilias etiam post emancipationem datur: l.si apud. 21.h.t.inq; eius patrem de peculio, d.l.1.§.filiumfam.39.& aduersus dominum serui, si apud hunc sit depositum: l.Lucius.27. h.tit. in seruum etiam post manumissionem,licet ex ceteris causis precedentib. actio contra manumissum non competat.l.1.& t.t. C. an seruus pro suo facto post manumiss.teneat. Rem enim tenet, & restituere potest, vnde remanet obligatus, d. l.si apud. 21. Et hoc Trebatio ex æquitate placuit:quamuis Marcellus subtilitatem iuris secutus, aliter existimasse videatur. d. l.1. §.si apud seruum. 4. Item aduersus fideiussorem:qui tamẽ si rem non habeat,in Litis æstimationem damnabitur: quo facto,depositarium constat dominum rei fieri: quia bona fides non patitur rem iterum exigi, cuius preciũ à fideiussore actor consecutus est. l.si fideiussor. 30.h.t.Sed hodie fideiussor non nisi excusso principali conueniri potest. Authen.præsente.C.de fideiussor.

9 In hæredes† quoque datur, & quidem in Solidum ex dolo defuncti, l.si hominem.7.§.1.h.t. in Simplum tamen:nam actio in Duplum depositi,cum sit pœnalis, non transit. l. de eo quod tumultus. 18. h.tit. Quanquam autem aliàs ex dolo defuncti non solemus teneri, nisi pro ea parte quæ ad nos peruenit: l. in hæredem. 26. s. de dolo malo.tamen quia hic dolus ex cõtractu reiq; persecutione descendit, in solidum vnus hæres tenetur, plures verò pro ea portione qua quisque hæres est.l.ex depositi.12.l.ex contractibus.49.de actionib.l.hoc iure.152. §.fina.l.ad ea.157. §.fin.de regu.iur. Quòd si ex suo dolo conueniantur hæredes,is qui dolum commisit, in Solidum tenebitur:l. in depositi.9.h.t. ex delicto enim quisque in solidum obligatur: l.si quis id quod.7. in fin. de iurisd. omnium iudic. qui dolo caret, nequaquam: quia depositarius dolum tantùm præstat. l. nec aduersus.10.hoc t. Si verò duo aut plures hæredes dolum commiserint circa rem diuiduam,vt pecuniam,& vtérque soluendo sit,partim obstricti tãtùm sunt in iudicio depositi: cùm,quia ab initio ex persona defuncti in partes solùm tenẽtur, l.2.C.de hær.actio. tum quod nihil amplius actoris interest, etiamsi in furto aliter se res habeat. Accursius in l.si duo.22.h.tit.per textum in l.vulgaris.§.fin. de furtis. Bonus text. in l. tres tutores. 55. de ad.tut.l.1.vbi Dd.C.de cond.furt.vid.Gand.in tract. malef.Dd.id l.si familia.de iurisd.om.iud.Sin autem res diuisionem non recipiat,verum est in solidũ quenq; teneri: quia totam rem quisq; interuertisse videtur, & est obligatus obligatione Rem restitui, quæ indiuidua est. Dd. in l. stipulationes non diuidunt.72. l.in executione.85. de verb.obligat. Vnde non aliter qui conuentus est, quàm integræ rei præstatione liberabitur. Verũ quoniam res nõ restituitur,si ad æstimationem fuerit peruentum, cum æstimatio diuisibilis sit, & ex depositi natura plures hæredes pro parte tantùm teneantur, pro portionibus hæreditariis ex bona fide fiet condemnatio. Atque ita accipiendũ est Mar.responsum .l.si duo.22.h.tit.

10 ¶ Actionem depositi ciuilem esse, dubiũ non est:oritur enim ex negocio ciuili, & contractu nominato ac formato. l. iurisgentium .7. in verb. depositum. de pact.Prætor tamen supplendi iuris gratia edictum proposuit: & actionem ex iure ciuili simplicem, certis casibus pœnalem effecit,inque duplum hisce verbis concessit:

11 ¶ QVÒD NEQVE TVMVLTVS, NEQVE INCENDII, NEQVE RVINAE, NEQVE NAVFRAGII CAVSA DEPOSITVM SIT, IN SIMPLVM: EX EARVM AVTEM RERVM QVAE SVPRA COMPREHENSAE SVNT, IN IPSVM IN DVPLVM, IN HAEREDEM EIVS QVOD DOLO MALO EIVS FACTVM ESSE DICETVR, QVI MORTVVS SIT, IN SIMPLVM, QVOD IPSIVS, IN DVPLVM IVDICIVM DABO. l.1.§.1. h.t. vide §. omnes. Inst. de actio.

12 Meritò † autem Prætor has causas deponendi separauit, quæ continent fortuitam causam depositionis, non ex voluntate, sed necessitate descendentem. Hæc enim causarum separatio iustam rationem habet. Quippe cum quis fidem elegit alicuius spõte, nec depositum redditur,cotentus esse simplo debet: ac sibi imputet,qui non diligentiori commiserit. Fuit enim in eius potestate non credere. §. pen. Instit.quib. mod.re contrah.oblig. Cum verò necessitate incendij irruente, aut alia subita vi,quis deponit: quia res morã non patitur,facilè euenit, vt perturbato animi iudicio, minus idoneo res commendetur, nihil vt voluntati eius imputari possit, qui electionis libertatem integram non habuit. Crescit etiam perfidiæ crimen, si quis in eiusmodi causa circumuẽto necessitatibus amico,depositum inficietur. Quamobrem maiore odio pœnáque dignus est. l.1.& tot.tit.de incẽdio. ruina,naufrag.quemadmodum etiam ab Aristotele in Problematis est relatum.Sectio.29.q.2.& 14. Datur igitur Prætoria depositi actio in Duplum aduersus inficiantem depositum, ex istis causis.§.in duplum.Inst.de act.In hæredem autem eius amota pœna in Simplum, etiam cum agitur intra annũ, nisi & ipsius inficiatione crescat actio.l.de eo quod tumultus.18.h.t.

13 ¶ Extra has causas est ciuilis in simplum hæc actio,qua res(quæ in libello designanda est, l.1. §.quis argentum.18.h.tit.) petitur restitui cum fructibus & omni causa. d.l.1.§.1.& 2. & §. hanc actionem.17. Vsuræ autem nõ præstantur nisi post moram: vt in cæteris bonæ fidei iudiciis. l.Lucius.24.h.t.l.2.& 4.C.eod. Est etiam, cum peruenitur aut ad æstimationem, si videlicet is qui cum agimus,rem præstare nequeat: d.l.si fideiusso..30.h.tit.aut ad sacramentum in litem. d.l.1.§. hanc actio.17. Super hæc, & in id quod Interest agitur, si fortè damnum dolo depositarij datum sit.d.l.1.§.si quis tabul.26.& §.apud.25.l. si duo. 22. h.tit.

14 Nam † de dolo tenetur depositarius, & vt Nerua voluit,latæ etiam culpæ nomine: l.quod Nerua.32.h.t.quæ intelligitur interuenire,si non tantam

tantam rebus receptis custodiendis diligentiam adhibet,quantam suis,saltem quod ad hunc tractatũ attinet, d.l.quod Nerua. Nam dissoluta hæc negligentia prope dolum est: l.fideiussor.51.ĩ.t.1. cuius alia nulla causa fingi potest,præter quandam malitiam.Ac nisi talem diligentiã, qualem suis adhibet, præstare voluit depositarius: cur non indicauit,cur deprecatus non est? alij enim credi potuisset: ac debuit talem causam potius non suscipere, quàm decipere, vt inquit Vlpianus.in l.si hominem. 7. in prin.h.t. Diuersũ est, si quis tanquã in re sua causam gerendi habeat, vt socius,maritus,hæres,&c.Cùm.n.ipsis noceat ea negligẽtia,non possunt videri dolosè ad seipsos decipiendos in re versari. §.fin.Inst.de societate.

15 ¶ Est autem hæc actio bonæ fidei, l.1.§.hanc actio.17.l.quintus.28.h.t.Rei persecutoria,d.l.si hominem.§.1.Perpetua, d.l.de eo quod tumultus.18.h.t. & quæ propter perfidiã infamat.l.qui depositũ.10. C.eod.l.1.verb.depositi. de his qui not.infam. Vertitur enim dolus,ac quidẽ improbissimus, in hoc iudicio:quo comperto,non iniuria existimatione mulctatur depositarius, qui fidem amico fefellit. Arist præalleg.sectio.probl.quæst.2. & 6.Cic. in Orat.pro S.Rosc.

16 ¶ Vt autẽ hac actione ei qui deposuit,succurritur:ita Contraria depositario cõpetit, qua impendia in rei depositæ custodiã facta repetũtur. l.ei apud.5.in princ.l.actione.23.h.t. Nec enim hæc depositarius præstare debet, d. l. si in Asia. in prin.h.t.ne officiũ illi suum existat damnosum.l. sed si quis.7.quemadmodum testamẽta aperiantur. In hac tamẽ in litem non iuratur:quia non de fide rupta dolóue agitur,sed de refundendis impẽsis: d.l.5.in prin.quare nec famam notat.Bart.in d.l.5. in prin.h.t.dixi s.ad tit.de his qui notant.infam.

DIGESTORVM LIBER XVII.

MANDATI, VEL CONTRA.

Tit. I. C. 4. 35.

1 *Continuatio tituli: & qui contractus, quare consensu constare dicantur.*
2 *Vnde dictum mandatum,& quid sit.*
3 *Partes,& species mandati.*
4 *Causa efficiens.*
5 *Materia,& quæ mandari possint.*
6 *Forma,& quomodo contrahatur.*
7 *Finis, & an tua gratia rectè mandem.*
8 *Effectus.*
9 *Quomodo dissoluatur mandatum.*
10 *De directa actione mandati:cui,aduersus quem,ad quid detur.*
11 *De contraria actione.*
12 *An salarium in mandato, & quando interuenire atque exigi possit.*

1 POST † expositos cõtractus qui Rei interuentu perficiuntur, nunc transeamus ad illos quos Consensu constare diximus:in quibus non propriè res creditur, vt in superioribus:quia de eadem re in genere aut in specie reddenda non agitur.Ideoque rei interuentum hæ conuentiones non desiderant, sed solo Consensu & Bona fide propter vtilitatẽ ciuilis negociationis consummantur. His autem contractibus vel industriam operámque hominum ad vsum vtilitatésque nostras adiungimus,vel res ipsas:operam quidem,Mandato & Societate:res verò,Emptione,Venditione,Locatione, Cõductione:de quibus singulis est videndum.

2 ¶ Mandare,quod à manu danda(vt in cõtractib. fidéque promissione fieri solet,Virg.fallere dextras:pro,fallere fidem.) dictum videtur, significat gerendum aliquid expediendúmque alteri committere. Mandatum igitur nihil aliud est, quàm contractus iuris gentium nominatus,l.iurisgentiũ.7.de pac.l.1.h.t.iunc.l. 1. in fin.de cont.emp. & l.1.in fin.de rer.permut.in quo consensu l.1.h.t. vide Paul.li.2.tit.15.& bona fide,alter negocium aliquod honestum committit alteri gerendum efficiendumue,alter verò suscipit.

3 ¶ Partes mandati sunt, Hinc credere rem expediendam,Illinc suscipere mandatum, & rem exequi.Species sumuntur,vel à causa Efficiente: aliud enim est Voluntarium mandatum, vt cum spontè ab aliquo suscipitur,idque propriè mandatum est de quo agimus: aliud autem Coactum siue necessariũ, vt cum magistratui mandanti parêre cogimur. l.non videmur. 167. §. qui iussu. de reg. iur. c. quod quis. eod.lib. 6.glo.in l.furti. 6.§.qui iussu.de his qui notan.infam. Dec. in l. velle. 4.nu. 12. de reg.iur.. vel à Forma. Aliud enim est Gratuitum,quod propriè mandatum est:l.1.l.ita vt omnes.36.in prin.h.tit. (officia enim amicitiæ & fidei gratis præstanda sunt, d.l.1.in fin.) aliud verò Mercenarium, cum remunerandi gratia honor interuenit,l.si remunerandi.6. in prin.h.tit. aut salarium extra ordinem promissum est in genere.l.salarium.7.hoc tit. Nam si de certa mercede initiò couenit, locatio & conductio operæ est,non mandatum: quod debet,vt dixi,esse gratuitum.

4 ¶ Causa efficiens mandati, est Consensus & A
volũtas *l.1.h.t.Cic.pro Ros.Amerin.*(quæ ab amicitia & fide proficiscitur) hinc quidem mandantis, illinc mandatum suscipientis.*d.l.6.§.1.h.tit.*

5 ¶ Materia mandati sunt res omnes futuræ (nam factas & præteritas frustra fieri mandes, *l. si verò.12.§.si post.h.t.*ea'q; honestæ & licitę. Turpis enim rei mandatum nullum est: *d.l.si remunerandi.6.* §. 2. *in fin.* vt si pro adolescente luxurioso apud meretricem mandatu eius fideiubeas,*d.l.si verò.12.§.si adolescens.7.* vel alterius interficiendi negocium suscipias. *l. si mandauero. 22.§.qui ædem.6.h.t.* nam generaliter Nulla rerũ turpium est obligatio: *l.generaliter.de verb.oblig.* nec mandata huiusmodi exequenda sunt: & qui exequitur, pœna potius quàm auxilio legis dignus est.*l.auxilium. de minor.vide Dec.& Dd.in l. consilij.47. de reg.iur.* Vnde nec in generali mandato vnquam dolus aut flagitium inclusum intelligitur.*l.creditor.60.§.Lucius.h.t.*

6 ¶ Forma mandati, est Nuda voluntate & Gra- C
tuitò impositum mandatum suscipere. De quo sufficit quocunque modo constare, siue Testatò, siue per Epistolam, per Nũciũm, vel alio modo, *d.l.1.l.si quis.27.in prin.h.tit.* vel etiamsi tacitè solummodò consensum intelligatur: *d. l. 6.§.2.l. qui patitur.18.h.t.*dummodò voluntas tamen obligãdi extet & appareat. Nam si quis solùm cõmendet, cum commendatio vim obligandi non habeat, sed potius rogandi, *l. fideicommissa.11.§.1. de lega.3.* non contrahitur mandatum. *d.l.si verò.* D
12. §. *cum quidam.* 8. Rursus si quis non animo procuratoris interuenit, sed studij solùm causa deferat officium, mãdati non tenetur, *l.idémque. 10.h.t.* Potest etiam mandatum vel Purè, vel In diem, vel sub Conditione contrahi. *d.l.1.* Illud postremò tenendum, quòd etsi mandati forma diligenter tenenda sit, *l.diligenter.5.h.tit.* tamen posse illud per æquipollens adimpleri, *l.fin.§.fin. vbi glo.h.t.* Nec enim quicquam mandantis interest, quomodocunque id quod confectum E
voluit, conficiatur:*l.si verò.12. §.si filiofam.3.h.tit.* quin etiam omnia mandata intelliguntur, sine quibus negocium commodè explicari nequit. *l.ad rem. 56. l.ad legatum.62. de procur.* Licet igitur à fine mandati deflectere non oportet:*l.cum mandati.12. C. eod.* tamen media ad finem rectè ducentia, pro vsu negocij eligere mandatarius potest: *Roman. consil.94. visis.num.8. & 9.* quasi ex bona fide hæc mandato insint, & simul commissa videantur, sine quibus mandatum rectè F
ad exitum non queat perduci. *l. 2.de iurisd.l.fin. de off.eius.*

7 ¶ Finis mandati est, authore Cicerone, vt quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorũ supponatur: atque ita cõmune commodũ mutuis officiis gubernetur. Neque tantùm mea solius gratia rectè mãdare possum, verumetiam aliena, vel mea & tua, vel mea & aliena. *l.2.l.si remunerandi. 6. §. si tibi.cum simul.h.tit.§.1. Instit.de mand. vbi vide quæ dixi.* Tua verò solius gratia, frustra tibi mandem: G
puta, vt pecunias in emptiones prædiorum colloces potius, quàm fœneres. *d.l.2.in fin.* Nã neq; ego ex consilio non fraudulento obligor,*l.consilij.47.de reg.iur.c.nullus.eod.t.in 6.* & tibi liberum est explorare, an id expediat. *d.l.2.in fin.* Planè nisi mandassem si facturus non eras, dabitur tibi Contraria mandati actio.*d.l.6.§.si tibi.4.in fin.*

¶ Effectus mãdati est, vt alterum alteri statim 8
obliget, Mandatarium quidem, vt mandatũ perficiat,*l.si mandauero.22.§.fin.h.tit.* forma præscripta,*l.3.4.5.in prin. h.t.* ac quicquid inde consecutus sit præstet: *l.si procuratorem.8. §.fin.l.idémque. 10.§.fin.h.tit.* mandatorem autem, vt indemnem seruet mandatarium, ne damno afficiatur ex suo officio.*l.hæredem.14.l.si mandassem.15.h.t.*Sed hoc verum est tamdiu, quoad mandatum durat, neque est reuocatum solutúmue.

¶ Dissoluitur autem voluntate; sicuti contra- 9
hitur: & quidem solius mandantis: *l.si verò.12.§. pen.l.si quid.37.§.1.h.t.* cuius enim est, mãdati legẽ dare, eius & reuocare: *l. quod iussit. de re iud.l. cum prætor. de iud.* & cuius in fauorẽ contrahitur, is suo fauori renunciare potest:*l.pen. C.de pactis.* vt in deposito, precario, & similibus. Sed & eius morte quę voluntatem finit, *l.4.ℸ.locati.*reuocatur.*l.inter.26.in prin.l.qui negocia.34.§.fin.h.t.vide Paul.lib.2.tit.15.& Inst.eod.* Quod tamen verum est, re adhuc integra,*§.rectè.Inst.eo.l.& quia.de iurisdict.omn.iud.l.ante.16.de procurator.* Quid enim si per ignorãtiam mandatum impleatur, aut res sit affecta *l.si mandassem.15.h.t.d.l.inter.26. in prin.* atq; inchoata? Sed nec in mãdato necessario obtinet, vt mortuo mandatore liberum sit mandatario illud deserere: vt apparet in iudicib. pedaneis.*l.venditor.l.iudiciũ.5.de iud.* Contrà à mãdatario quoque renunciari mandato potest, dummodò integrũ ius mandatori reseruetur, vel per se, vel per alium, rem commodè explicandi.*d.l.si mandauero.22.§.fin.* Actio enim hæc cum tãtùm ad Interesse detur,*d.l.si procuratorem.§.mãdati.h.t.* ei non competit, cuius nihil referat mandatum impleri, aut qui per aliũ exequi potest. Quòd si mãdatoris intersit, non deseri officium, ad id tenebitur mandatarius, *l.si quis.27.§.qui mandatum suscepit.* nisi iustas causas habeat, quare vel implere quod suscepit, vel renunciare non potuerit.*d. §.qui mãdatum suscepit.d.l.si mãdauero. §.fin.cum ll. seqq.*Morte quoque eius cui mandatũ est, si quis integro adhuc mãdato decesserit, contractus hic soluitur.*d.l.si quis.§.pen.* Nam electa intelligitur eius industria, quæ personę cohęret:*l.vn.§.ne autem.C.de cad.tollend.*cum inter artifices, vt aiunt, & ingenia hominum magnũ sit discrimen.*l inter.31.de solutio.*Vnde si hęres impleat, non habet Mandati actionẽ, *d.l.si quis.§.pen.* sed Negociorum gestorũ:*l.nam & Seruius.21.§.si viuo.de neg. gest.* nisi rem à defuncto incœptã, neque iam amplius integram exequatur.*l.hæredem.14.h.t.*

¶ Ex hoc autem cõtractu duplex oritur actio, 10
Directa & Contraria. *l.si seruus.19.h.tit.* Directa datur mandatori, & eius hæredibus, §.*item si adhuc.Inst.eo.d.l.si quis.* §. *morte.* ad id quod Interest:

l.ad

l.ad comparandas.16.C. eod. puta si mãdatum non A
sit impletum, *d.l.si quis.* §. *qui mandatum suscepit.* vel perperã, aut extra fines præscriptos gestum:*l. 5.§.fin.h.tit.*vel si quid dolo, culpa, negligẽtia admissum sit: nam omnia hæc in mãdati iudicium veniunt.*l.si procuratorem.8.§.fin.h.tit.l.à procuratore.C.eod.l.contract.de reg.iur.* Bonam enim fidem agnoscere, & pro boni viri arbitratu versari, *l.si fundum.35.h.t.* ac diligenter fines mandati seruare, mandatarius debet:*d.l.5.h.t.* quod & promittere ab initio videtur. Quid enim recipis mandatũ, inquit Cicero, *pro S.Roscio,* si aut neglecturus, aut ad tuũm commodum cõuersurus es? cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officis & obstas? recede de medio, per alium transigam, &c. Denique in hoc agitur, vt præstet mandatarius quicquid ex mandato aut eius occasione ad illum peruenit,*d.l.si procuratorem. 8. §. fin.l.idémque.10. §.si mandauero.h.t.* vnà cum fructibus & vsuris: *d.l.idémque.in princ.& §. 1.* quia Bonæ fidei congruit, ne ex alieno mandatarius C
lucrum sentiat.*d.l.idémque.§.si procurator.*Vnde & actiones cedere debet,*d.l.si procuratorem.8.§.si liber.& §.fin.l. qui mandatum. 43. h.t.* & in summa præstare, quicquid ex bono & æquo præstãdum venit.*l.si fundum.35.l.ita vt omnes.36.h.tit.*Qui autem ex hac actione condemnatur, infamiam subit, non modò si de dolo conuictus sit, sed etiam si propterea conuentus fuerit, quòd restituere nolit. Dolo enim facere videtur, qui quod potest restituere, non restituit. *d.l.si procuratorem.8.* D
§.*fin.* Mandati, inquit Cicero pro S. Roscio, non minus turpe est iudiciũ, quàm furti. & addit rationem: Idcirco turpis hæc culpa est, quòd duas res sanctissimas violat, amicitiam & fidem. Nam neque mandat quisquam ferè, nisi amico: neque credit, nisi ei quem fidelem putat. Perditissimi est ergo hominis, simul & amicitiã dissoluere, & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset.

11 ¶ Contrario iudicio experiuntur qui mandatum susceperunt,*l.si verò.12.§.si filius famil.2.h.t.* E
ad repetendum quicquid sumptusin exequendo mandato factum est.*d.l.idémque.10.§.idem Labeo. 8.d.l.inter causas. 26. §. fin. d. l.si quis.27.§.pen.l.si mandato.45.§.si fideiussor.5.h.tit.* Et quicquid omnino interesse mandatarij vllo modo potest, *d.l. si verò.12.§.si mihi.l.si quis mihi.16. l. si mandauero. 22.§.interdum. hoc tit.* etiamsi negocium implere casu aliquo nequiuerit:*l.qui mutuam.56.in fin.h.t. l.etiamsi.C.eod.* imò antequam exequatur, agere potest, vt sumptus necessarij præstentur.*d.l.si verò.12.§.fin.* Quorum omnium hæc est ratio, vt seruetur indemnis mandatarius, ne damno afficiatur, qui officium fidei amico postulanti præstitit,*l.si mandassem.15.h.t.l. sed si quis ex signat 7.ℸ. quemadmodum testam.aperiant.Paul.lib.4.tit.2.l.1. ad S.C. Trebell.* & apud quem nihil ex mandato remanet.*l.ex mandato.20.h.t.*

12 ¶ Sed hîc quæri potest, an salarium pro exe- G
cutione mandati rectè petatur. In quo sciendum est, mandatum sua natura esse Gratuitum, cùm pendeat ex officio atque amicitia, cui contraria est Merces. *d.l.1. in fin.h.tit.l.si tibi. de præscr.verb.* Mercede igitur interueniente, sine qua facturus non erat mandatarius, locatio est, ex eaque agetur.*§.fin. Instit. eod.* Sed si vltrò & remunerandi gratia, mandatario extra conuentionem quid offeratur, honestè id accipitur, neque impedit mandati actionem. *l.si remunerandi.6.in prin.h.t. l.si tibi.22.de præscrip.verb.* Sin conuentum promissumque salarium, sine certa tamen mercede, super facto quod locari non solet, non actione mandati petetur (est enim hoc mandato contrarium) sed aut Ex stipulatu, si stipulatio interuenit, aut ex alio contractu, aliaque actione, puta Præscriptis verbis, vel extra ordinẽ exigetur. *l.1.C.eod.l.salarium.7.h.t.*Quòd si in genere & incerta pollicitatione de salario sit conuentum: verbi gratia, Si feceris, experiere apud non ingratum te posuisse operam: vel omnino cõuentum non sit, verius est in hoc scilicet gratuiti mandati tractatu similibusque nihil peti posse: *l.salarium.17.C.mandati.l. qui mutuam. 56. §. salarium.in fin.h.t.* nisi extra ordinem ab iis qui accipere alioqui solent, vt sunt Aduocati & Procuratores ad litem.*d.l.salarium.7.d.l.1.in fin.C.eod.§. 1.C. de suffrag. l.1.§.in honorariis. cum seq. de variis & extraord.cognit.* Aut nisi alicui mandata res sit quæ locari solet: vt si sarcinatori vestimenta sarcienda tradantur, sine mercede conuenta, eo tamen animo, vt postea merces exoluatur: nam actio Præscriptis verbis competet.*in prin.Inst. de loca.& conduc.l.si tibi. 22. de præscr.* qua de re Saxones etiam nonnihil commentantur. *art. 22. lib.1.vbi glo.*

PRO SOCIO. Tit. II. C. 4. 37.

1 *Differentia societatis & communionis: & de variis societatum generibus.*
2 *Quid sit societas de qua hîc agitur.*
3 *Species.*
4 *Causa efficiens, quomodo constituatur.*
5 *Materia, de quibus rebus iniri possit.*
6 *Forma ineundæ societatis, & quæ pacta recipiat.*
7 *De partibus societatis constituendis.*
8 *Finis & effectus societatis.*
9 *Quæ diuidenda sint, aut non sint.*
10 *Contraria societati.*
11 *Quomodo societas soluatur.*
12 *De actione pro socio: cui, aduersus quos, & ad quid detur.*

AD personas † etiã pertinet Societas, quippe 1
quæ ius quoddam fraternitatis complectatur.*l.verum.63.in princ.h.t.* Nam quæ res sine affectu societatis, & tractatu personarum communes sunt, earum non dicitur esse societas, sed

Cõmunio. *l.quib.* 34. *l.pro socio.*38.*h.t.tot.t.s̃.com-* A
muni diuidundo. Porrò etsi societas quædam vti-
lis inter homines natura constituta est , *in l.*
3. s̃. *de iust. & iur.* Cic. *libr.* 1. *Officior.* ta-
men præter illam , cùm aliæ consociationes
multò arctiores , necessitatibus vitæ sic exi-
gentibus , initæ sunt , tum propter negocia-
tionis vsum à mercatoribus quædam commu-
nicatio inuenta est,vt plurimorum operisfacul-
tatibúsque in vnũ collatis, rectius copiosiusque
2 mercatura exerceretur. Quæ † quidem Socie- B
tas ita definitur : vt sit contractus iurisgentium
nominatus , in quo bona fide contrahentes so-
cietatem de rebus honestis ineunt eo animo , vt
res operæúe , earúmque rerum lucra & damna
inter ipsos communicẽtur.Socij, inquit Cicero,
act. 5. *in Verrem.* putandi sunt,quos inter res est
communicata : videlicet animo contrahendæ
societatis.
3 ¶ Species societatis à materia sumuntur. Alia
est enim Vniuersalis,id est omnium bonorum. C
l.1.in fin. cum l.seq. quæ semper contrahi intelli-
gitur , nisi de particularibus negociis actum sit.
l.coire.7. cum l.seq. h.t. Alia Particularis alicuius
negociationis, vel rei.*l.5.h.t.* Deinde alia est so-
cietas quæ fit De reb. publicis , vt de vectigali-
bus:alia verò De priuatis.
4 ¶ Causa efficiẽs, est Cõsensus & animus con-
trahendæ societatis,*l.qui admittitur.*19.*l.vt sic.* 31.
cum l.sequ. l. planè. 37. *l. si margaritam.*44.*h.t.* siue
Expressus,siue etiam Tacitus.*l.si id quod.* 58.§.*fin.* D
h.t. Omnis enim communio , consensu contra-
hitur.§ *si duorum.*20.*Inst.de rer.diuis.*
5 ¶ Materia de qua contrahitur societas , sunt
res & operæ honestæ omnes,*l.5.h.t.*quæ quidem
in commercium cadunt.*l.verum.63.§.fin.h.t.*Re-
rum autem turpium nulla est societas,*l.quod au-*
*tem.*57. *l.nec prætermittendum.*57.*h.tit. l. quod sæpe.*
35.§.1.*de contr.empt.*vt monopolij.Vnde nec quæ
delicto, vt furto, latrociniis, iniuriis , &c. parta,
vel ob pœnam amissa præstitáque , inter socios E
iure communicantur.*l.cùm duob.*52.§. *ibidem ait.*
15.*aliàs l.si fratres.*53.§.*fin.cum l.seq.h.t.Paul.lib.* 2.
*tit.*16.
6 ¶ Formã ex iure ciuili nullam singularẽ so-
cietas habet, vtpote quæ Iure gentium consen-
su perficiatur,tractatu habito,*l. nam cum.* 32. *h.t.*
siue Verbis,*l.4.h.tit.*siue Scriptura, *l. duo.* 71. *h.t.*
vel per Nuncium,aut Epistolam. *d.l.4.* Contra-
hitur autem Purè,vel Ex tempore, vel Ad tem-
pus , vel In perpetuum : hoc est, quoad socij vi- F
uunt,*d.l.1.h.t.* (nam nulla societatis in æternum
coitio est, *l.nulla.*70. *h tit.*) vel sub Conditione.
d.l.1.d.l.3.§.fin. Item partibus societatis aut Ex-
pressis,aut non Expressis: quo casu sunt æqua-
les lucri & damni partes , etiamsi quæ conferũ-
tur,inæqualia existant. *l.5.l si non fuerint.*29 *h.tit.*
Nam cum societas sit ius fraternitatis , *d.l. ve-*
*rum.in prin.*iniquum esset alium plus, alium mi-
nus consequi. *d.l.verum.* §. *si cum tres.* Et impu- G
tet sibi , qui legem contractus non dixit aper-
tius.*l.veteribus.de pactis.cum similibus.* Portius *in*
§.1.*Inst.eod.* tamen putat , partibus non expres-
sis,si contentio oriatur,à iudice qui partibus bo
ni viri fungitur,*l.continuus.*137.§.*cum ita.de verb.*
oblig.Bart.in l.si societatem. §.1.*nu.* 4.*h.tit.* analo-
gia Geometrica pro cuiusque sorte & opera,
partes societatis esse statuendas. nam alioqui e-
rit verè inæqualitas , nisi exigantur partes non
ad Arithmeticam,sed ad Geometricam propor-
tionem pro vniuscuiusque operis atque opibus,
quas in societatem confert : *l. si societatem.* 6. *hoc*
*t.*idque bonæ fidei congruum esse videtur. Re-
ctè etiam contrahitur societas, vel Vna tantùm
parte expressa, puta lucri. quo casu idem serua-
bitur in altera, videlicet parte damni.§.*illud.In-*
*stit.eod.*quia contrariorum eadem est ratio & di-
sciplina.*l.penul.*§.*fin. qui satisda. cog.l.*1.*de his qui*
sunt sui vel alien. iuris. Neque † tamen refert, 7
æquales sint partes , an inæquales. Potest enim
conueniri , vt alter vnam , alter duas lucri dam-
níue partes sustineat , vel vt nullam damni, ali-
quam lucri partem consequatur:quæ inæquali-
tas ita demum recepta est,si tãti opera socij est,
quanti verisimiliter damnum esse queat : *d. l. si*
non fuerint. plerunque enim plus est in manus *l.*
mulieris. 13. *de verb. signif. l.5. h.tit.* precio, quàm
in re.& vt vulgò dicitur, Hostimentum est ope-
ra pro pecunia. Verùm in hoc aduertendum est,
si in aliqua re lucrum , in aliqua damnum alla-
tum sit,compensatione facta solùm intelligi lu-
crum esse , quod superest. §.1.*in fin. Instit. eod.l.*
*Mutius.*30.*h.tit.* Quòd si operæ æstimatione
hæc inæqualitas non compensetur , verius est
propter nimiam inæqualitatem , ne iure quidẽ
pacti societatem valere. *d.l.si non fuerint. in verb.*
*quod ita demum valebit.*Vsus tamen eiusmodi pa-
cta sustinet. Videmus enim locupletes pecuniã
suam in societates mercatorum ita conferre , vt
aliquam lucri,nullam damni partem sustineant.
Port. Angel.in §.1.*Instit.eod.*Inutilis etiam socie-
tas est,si cõuenerit,vt quis damnum, non etiam
lucrum percipiat , *d. l. si non fuerint.* §.*fin.* quam
Leoninam societatem ex fabulis vocant : nam
in vniuersum cum societas contrahitur,tàm lu-
cri quàm damni communio iniri debet. *l. si v-*
*nus.*67.*in prin. l.cùm duob.* 52. §. *penul. h.tit.* Ma-
ximum enim est vinculum societatis,vtilitatum
communio , authore Liuio : *Decad.4.lib.9.* nec
qui sunt sanæ mentis , contrahere velle in dam-
num duntaxat, non etiam vt lucrum faciant,in-
telliguntur.Respuenda igitur pacta tam iniqua
sunt , quæ non contrahunt , sed dissoluunt po-
tius societatẽ,ratione inæqualitatis, & pugnant
cum natura , atque adeò fine huius contractus.
Societas † enim ad vtilitatem ex coniunctis o- 8
peribus , communicationéque rerum compa-
randam,& quæstus gratia excogitata est, *arg.l.7.in*
ibi , vniuersorum quæ ex quæstu veniunt. cum l. seq.
h.tit. (vnde nec donationis causa rectè contra-
hitur , *l.5. in fin.h.tit.*) ad vtilitatem cùm priua-
torum, tũ Reipub. magnarúmque negociatio-
num exercitium, pluribus opes operámque cõ-
ferentibus.Hoc enim modo vberius res neces-
sariæ

sariæ importantur , earúmque rerum maior pa- A
ratur copia atque vtilitas : vt contra monopo-
liis , caritas annonæ & indigentia : quæ idcirco
etiam prohibita sunt.*d.l.vnica.C.de monopol.*
9 ¶ Est igitur hoc societatis proprium , vt iure
quodam fraternitatis lucra & damna , periculá-
que inter socios communicentur: *l. cùm duobus.*
52.§.*damna.*2.*hoc t.* quæ tamen ex causa societa-
tis,non aliunde accidunt. Quid enim si alteru-
tri negociatorum obuenit hæreditas? vtique nõ
communicanda erit,cùm de quæstu solùm , qui B
ex opere & negotiatione paratur, actum intel-
ligatur,*l.coire.7.cum multis seq. hoc tit.*nisi in vni-
uersum omnium omnino bonorum inita sit so-
cietas.*l.3.§.1.l.cùm duob.52.§.socium. hoc tit.* Quid
si ex causis prohibitis vel acquiratur quid à so-
cio,vt furto:vel ammittatur,vt alea,aut ex mul-
ctæ condemnatione? Hæc certè in societatis iu-
dicium,quod bonæ fidei est,non veniunt:*l.adeò.*
59.*in fin.d.l.cùm duob.*§.*fin.* vt nec illa quæ dolo
aut culpa committuntur.*d.l.cùm duobus.* 52. §.1. C
*cum seq.l.adeò.*59.§. 1. *l. socius.* 72. *l.socium.* 60.§.1.
Licet econtrariò damnum societati per frau-
dem neglectionémq; illatum , præstari debeat.
Sufficit tamen , talem diligentiam rebus com-
munibus adhiberi , qualem suis : *d. l. socius.* 72.
quia iure suo , & tanquam dominus in rebus
communibus versari socius intelligitur. *l. meri-*
*tò.*51.*hoc tit.*
10 ¶ Contraria societati,sunt Dolus malus , qui
contractum nullum facit : *l. 3.in fin. hoc tit.* Inæ- D
qualitas nimia,*d.l.si non fuerint.*§. *fin.* Res turpes,
*l.quod autem.*53 pactum Ne liceat renunciare so-
cietati.*l. nulla.*70.*l.verum.*63.§.*fin.l.*4. Quamquã
hæc pactio non vitiat societatem , sed potius
vitiatur.
11 ¶ Societas soluitur ex Personis , ex Rebus,ex
Voluntate,ex Actione : ideóque siue homines,
siue res interierint,siue voluntas, siue actio mu-
tata sit,distrahitur societas.*in fin.hoc tit.* Intereũt
autem homines,aut Ciuili morte, id est, maxi- E
ma & media capitis diminuatione, *l. 1. §. fin. de*
bonor.possess. contra tabu. qua dissoluitur societas;
*d.l.4.l. verum.*63.non enim minima: *l.si id quod:*
58.§.1.*l. actione.*65.§.*morte.*8.*hoc t.*aut morte Na-
turali.Si igitur vel vnus ex pluribus sociis de-
cedat,tota soluitur societas. *d. §. morte.d.l.4.d.l.*
*cùm duob.*52.§. *idem respondit.* non enim transit
in hæredes etiam ex pacto:*l nemo potest.* 35. *l.ad-*
*eò.*59.*hoc tit.*cùm quia personæ electa intelligi-
tur industria,tum ne quis inuitus ei socius effi- F
ciatur cui non vult.*d.§. morte.* quod contrarium
esset societati,quæ consensu constat.*l.fin.C.com-*
*muni diuidun.*Hoc in priuatis societatibus obti-
net.at in societate vectigaliũ nihilominus ma-
net societas post mortem socij cũ eius hæredi-
bus,*d.l.adeò.*59.*hoc titul.* saltem effectu , vt om-
nia damna & lucra communicentur. *d. l.verum.*
63.§.*in hæredem.* 6. quod propter negocij ma-
gnitudinem,& varios tractatus , ac ne dissoluta
societate locatio publica damnum faciat, rece- G
ptum est.*d.l.actione.*65.§. *penultim.* Rei quoque
quæ non amplius existit,vel commercio exem-
pta est,societas nulla durare potest: *d. l. verum.*
§.*fin.*vt si finis negocio sit impositus,cuius gra-
tia contractum erat. §.*pen. Instit. eod.* eadem ra-
tione perit societas,si publicata sint,aut à credi-
toribus distracta socij bona, vel facta cessio. *d.l.*
actione.in prin. & §.*morte.* & *d.l.4. in verb. egesta-*
te.§.*item si quis. Instit. eod.* Voluntate etiam di-
strahitur societas , videlicet cùm societati non
fraudulenter renunciatur, vel Expressè,*l.si conue-*
*nerit.*14.*cum* 2.*ll.seqq.* vel Tacitè : vt cum sepa-
ratim socij agere cœperint , & vnusquisque eo-
rum sibi negociatur.*l.itaque.* 64. sine fraude re-
nunciationem fieri intelligimus,cum res fraude
caret,*vt in l.si quis cum aliter.*36.*de verb. oblig. l.3.*
C.com.vir. iudic. hoc est, societatis nihil interest
eam fieri : alioqui si intersit , ad id tenetur qui
renunciat:iure societatis,quod ex consensu tan-
tùm durat,nihilominus propter cõtrariam vo-
luntatem dissensúmque dissoluto. *d. l.actione.* §.
manet.Instit.eodem. Actione distrahitur societas,
aut Stipulatione interposita animo nouandi,
qua alter alteri partem se daturum promittit:
aut Iudicio , quo agitur in id vt ea distrahatur:
quia mutata est causa societatis , & per Noua-
tionem,& per Mutationem voluntatis.*d.l.actio-*
ne.in princ.
¶ Ex hoc igitur contractu oritur vltrò citróq; 12
Directa pro socio actio,quæ Generalis est,*l. pro*
*socio.*36.*hoc tit.*Rei persecutoria, *l.sed actione.* 50.
Bonæ fidei.*l.vnde.*79.*l.rei communis.* 45. *hoc titul.*
datúrque vt plurimum absoluta societate , non
nullis etiam in casibus ea durante : *l. actione.* 65.
§.*penult.*in hoc,vt commoda,lucra, omnésq; so-
cietatis res diuidantur,*d.l.rei communis. d.l. actio-*
ne. §. *penult.* & pactiones societatis seruentur : *l.*
*cùm duob.*52.§.*item.*5. *l. cum facienda.* 69. id quod
interest præstetur,*l.sed si ex causa.*47. *d.l. actione.*
si vel intempestiuè renunciatum sit societati, *d.*
*l.si conuenerit.*14.vel dolo, culpa, negligentia so-
cij damnum datum; *l. sed nihilominus.* 48. *cum l.*
*seq.*Petuntur etiam hoc iudicio impensæ in cau-
sam societatis factæ,*l.pro socio.*38. *d.l.cùm duobus.*
52.§.*si quis.*13. & vt in cæteris bonæ fidei iudi-
ciis,fructus *d.l.pro socio.*atque vsuræ. *d.l.cùm duo-*
bus.§.*idem respondit.d.l.socium.*60.*hoc titul.* Datur
autem actio hæc singulis sociis,contra singulos,
cum par sit omnium conditio & causa:item ho-
rum hæredibus, & in hæredes : vt societatis iam
dissolutæ & lucra antè percepta communicen-
tur,*d.l.verum.*63.§.*in hæredem. d. l. actione.* §.*mor-*
te. vtque hæres præstet si quid dolo aut culpa
perperam gessit.*l.nemo.*35.*cum l.seq.hoc tit.* Etsi e-
nim morte dissoluatur societas : tamen inchoa-
ta negocia hæres absoluere vtilitatis causa de-
bet,*l.hæres socij.*40.*hoc tit.* vt & hæredes tutoris
ac negociorum gestoris.*l.1.l.qui hæredes.*
C.de hæred.tuto. l. nam & Seruius.
21.§.*si viuo.*2.*de neg.*
gest.

DIGESTORVM LIBER XVIII.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE, ET DE pactis inter emptorem & venditorem compositis: & quæ res vænire non possunt.

Tit. I. C. 4.38.40.

1 *Frequentia emptionum & venditionũ.*
2 *Quid sit emptio.*
3 *Origo emptionis.*
4 *Partes & species.*
5 *Causa efficiens.*
6 *Cõciliatio L. quid tamẽ, & L. cũ ab eo.*
7 *Materia, & quæ res distrahi possint, aut*
8 *Quid intelligatur venditũ. (non possint.*
9 *Forma, quomodo contrahatur.*
10 *Quomodo perficiatur: & de gustu ac mẽsura explicata difficultas: & de pactis*
11 *Finis.* (*emptionum.*
12 *Effectus: & an venditor transferre teneatur dominium.*
13 *Quando traditione transferatur dominium, habita fide de precio.*
14 *Differẽtia inter vẽditionẽ & locationẽ.*
15 *Pugnantia cum hoc contractu.*

1 REs † inter homines maximè cõmunicantur Emptione & Vẽditione, neq; quicquam hoc contractu in cõmerciis humanis frequentius est, atque etiã æquabilius: vt nõ immeritò olim eum Romani tãquam iustissimum, omnibus ferè solennibus familiariũ mutationibus, translationibus, alienationib. *vide Cont. lib. 1. disputa. c. 16.* vt adoptionib. emancipationib. testamentis, adhibere sint soliti. Quod cum ita sit, erit, vt opinor, operæprecium, si paulò diutius, sicuti & ipsos iuris compilatores fecisse liquet, in tam vberrimæ materiæ enodatione commoremur.

¶ Emptio est contractus *l. 3. hoc tit. vide Paul.*
2 *lib. 2. tit. 17.* iurisgentium *l. 2. in fin. hoc tit. l. iurisgent. 7. de pact.* nominatus, *d. l. iurisgent. 7. l. 3. 5. 6. 7. hoc t.* bonæ fidei, *l. 1. & 3. hoc t.* in quo per cõsensum res precio cõmutãtur ea ratione, vt vẽditor obligetur ad tradendam rẽ, eiúsq; aut transferẽdum dominiũ, aut præstandã euictionẽ: emptor contrà ad dandum venditori precium. Dixi, esse Contractum iurisgentium, & Cõsensu constare. *l. 1. in fi. hoc t.* Deinde, in illo Commutari res precio: qua differentia secernitur emptio à permutatione, quæ species speciebus commutat.

¶ Ac olim quidem, vsu nummi nondũ inuento,
3 nullum erat inter hos contractus discrimen; nec aliud merx, aliud precium vocabatur, sed vnusquisq; secundũ necessitatem temporum ac rerũ, vtilibus inutilia permutabat. Verùm quia nec semper, nec facilè concurrebat, hoc est, vsu veniebat, vt cum tu haberes quod ego desiderarem, mihi inuicẽ præstò esset quod tu accipere velles, neque res hinc inde extarent æqualis precij & proportionis, sine qua æqualitate rerũ permutatio constitui nequit: necessum fuit inueniri medium, quod vice rerum esset, & quædam quasi mensura ac ponderatio, quæ pro rerũ varietate & posset augeri & minui. *Arist. lib. 1. Politicor.* Electa est igitur materia, cuius publica ac A perpetua æstimatio, vt inquit Paulus, *Paul. in d. l. 1.* difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret, eáq; materia forma publica (ne quis priuatim adulterare posset) percussa; vsum dominiúmque non tàm ex substantia, id est materia, *l. in venditionib. 9. hoc tit. l. Iulianus. §. si quis rem ad exhibend. l. 4. vbi Cuiac. ad verb. substantiam. de vsuc.* præberet, quàm ex quãtitate, hoc est, æstimatione quantitatis & forma, B *Duar. ann. disput. lib. 1. cap. 6.* nec vltrà merx vtrunque, sed alterum precium vocaretur.

¶ Partes emptionis & venditionis sunt Res, 4
Pecunia, & Consensus, quo illa permutãtur: nisi enim hæc omnia interueniant, erit contractus imperfectus. *l. 1. & 2. l. in venditionibus. 9. l. cum in venditione. 36. cum l. seq. l. domum. 57. hoc tit.* Vnum porrò est commune genus emptionũ, nisi quis velit à forma distinguere eas quæ Sola voluntate sine scriptura fiunt, ab his quæ In scriptis per- C ficiuntur. *l. contractus. C. de fide instrumen.*

¶ Emptio & venditio consensu peragitur, 5
d. l. contractus. in fin. sine quo consistere nequit: *l. in venditionib. 9. hoc t.* vnde si vel in precio, vel in re cõtrahẽtes dissentiãt, imperfectus erit cõtractus: puta, Si † error sit, vel in Corpore: vt si ego me 6
fundũ Cornelianũ emere putẽ, tu Tusculanũ te vendere: vel in Substantia & materia, vt si acetũ quod vinũ fuit, pro vino, æs pro auro vẽneat. In quo distinxisse videtur admodũ subtiliter cõsul- D ti, vt si nõ in totũ erretur in materia rei quẹ vænit, valeat vẽditio: verbi gratia, si æs quod eiusdẽ penè est cum auro materiæ, mixtũ auro vel inauratum pro auro vẽdatur. *l. quid tamẽ. 14. hoc tit.* Sin autẽ planè alia materia sit, quã de qua dictũ est, non valeat: puta, Si mensa argento cooperta pro solida væneat. Nihil enim habet cõmune ęs vel lignum mẽsæ cũ argẽto, nec eadem est horum οὐσία, neque operimentum pars est materiæ (vt nec vestimentum corporis) hoc est, mensæ, quam argenteam præstari conuenit. *l. cum ab eo. 41. §. fin. h. t. vide Cuiac. lib. obser. 2. cap. 4.*

¶ Circa

7 ¶ Circa omnes autem res versatur venditio A
& emptio, siue corporales, siue incorporales, *l. cum manu 80. §. 1.* quas quidem habere vel possidere possumus, *l. si in emptione. 34. §. omnium.* nam quæ extra commercium sunt, vt res Sacræ, Publicæ, liber homo, &c. earum nulla venditio est, *l. 6. l. qui officij. 26. l. liberi. 70.* nisi ab ignorante emantur: quo casu in hoc duntaxat valet, vt habeat actionem deceptus emptor. *l. 4. & 5. d. l. liberi. d. l. qui officij.* Sed etsi res in commercium B cadant, tamen nunnunquam earum impeditur vẽditio: nam principiò in his quæ extincta sunt, nec præstari possunt, vt sunt domus exusta, equus mortuus, &c. non valet emptio, quia sine Re fieri nequit: *l. nec emptio. 8. l. domum. 57. hoc tit.* quamuis quæ futura probabiliter sperantur, vt fructus futuri, captura piscationis, & similia, rectè emantur. *d. l. nec emptio. l. si iactum. 13. §. de actionibus empti.* Deinde domos, negociandi causa vt destruantur, vendi interdictum est: ne ruinis deformetur aspectu ciuitatis. *l. senatus. 52. hoc tit. l. cætera. 41. cum ll. seqq. de lega. 1. vide quæ dixi in §. cum in suo. Instit. de rer. diuis.* Sanè vt reficiantur atq; instaurentur, rectè vẽneunt, & destruuntur. *l. 1. & 2. C. de ædificijs prin.* Prohibitum etiam est, vendi venena, nisi adiectione alterius materiæ fieri possint salutaria. *l. quod sæpe. 35. §. veneni.* Sed nec res litigiosę in vẽditionem cadunt, *l. fin. C. de litigio.* nec ipsæ lites, D nisi iuxta præscriptam formam. *in l. per diuersas. cum ll. sequ. C. mandati.* Res autem alienæ rectè venduntur, quia sufficit venditorem pro euictione teneri. *l. rem alienam. 28. hoc t.* quo tamen nihil iuris inuito domino aufertur. *l. nemo. 6. C. de rebus alien. l. mater. 9. C. de rei vendicat.* Rem verò propriam frustra emit emptor, *l. etsi. 15. in fi. cum l. seq. hoc tit. l. ei. 21. de vsucap.* quia Quod eius est, amplius illius fieri nequit, *§. si rem. Instit. de lega. §. sic itaque. Insti. de act.* nisi cum possessio E aut ius aliquod, quod alteri competit, emitur, *l. si in emptione. 34. §. penult. hoc tit. l. si aliquam. 28. de acq. poss.* aut sub conditione. *l. existimo. 61.* Et hæc quidem de rebus quæ in venditionem veniunt, aut non veniunt.

8 ¶ Cum autem quæritur, Quid, Quantúmque in contractum veniat, dicendum est, quicquid cohæret rei venditæ, venditum intelligi, *l. ædes. 73.* quod quidem tempore contractus fuerit. *l. Rutil. 69. l. in lege. 77.* Vnde fundo vendito, fructus & instrumenta adhærentia, quasi pars fundi vendita intelliguntur: *l. qui fundum. 40. §. qui agrum & §. fin. l. si aquæductus. 47. cum. ll. seqq. l. fistulas. 78. hoc tit. Paul. lib. 2. tit. 17. & ibi Cuiac.* & domum distractam sequuntur, quæ terra quæq; opere structili tectorióue continentur, & consequenter etiam census, ac pensitationes: sine quibus, quamuis præteriti & iam cessis, *l. 2. vbi Sal. C. sine cens. vel rel.* fundi ac prædia comparari non possunt. *tot. tit. C. sine cens. vel rel.* Ruta autem & cæsa, id est, eruta: & cæsa à terra, vt arena, lapides, ligna, statuæ, &c. non vẽneunt, quamuis olim, vt ostendit. *Cic. lib. 2. de Orat.* declaratio- A nis gratia nominatim excipiebantur. *l. in vendendo. 66. h. t. l. fundi. 17. §. si ruta. de actio. empt.* An autem vendito prædio, pisces, ligna, *l. Iulianus. 13. §. fin. cum ll. seq. de act. empt. & ibi Bart. & Alex. Guid. Pap. decis. 91. Tiraq. de retr. prox. §. 1. gloss. 7. num. 116. Molin. in cons. Par. §. 1. gl. 8. nu. 17. 18. 19.* animalia & columbaria. *Moli. præalleg. loc.* mollendina, *Ias. in l. quo minus. num. 120. de fluminib.* munitiones, *Bal. in c. 1. §. si quis de manso. nu. 4. de cont. inuest.* iurisdictiones, *Bart. in l. inter. de acq. rer. dom. Bald. & feud. in c. 1. de cap. qui. cur. vend. & Dd. in l. beneficium de const. Prin. in l. 1. de iurisd.* thesauri: *Iser. in c. 1. quæ sint regal. Chass. in consuet. Burg. tit. de instit. §. 1. verb. espaues. num. 15.* an vendito equo, sella & frenum vẽdita censeãtur: *Ias. in l. de quib. nu. 87. de legib.* non est huius instituti inquirere diligentius.

¶ Nunc de forma, & quomodo contrahatur 9
emptio, agamus. Ea rectè fit, etiam inter Absentes, per Nuncium aut Literas: *l. 1. in fi. h. t.* neque C enim requiritur necessariò, aut Scriptura, *l. 1. hoc tit.* nisi in scriptis contrahentes perfici contractũ velint: *l. contractus. C. de fide instr. in prin. Instit. de empt. & vend.* aut Præsentia: sed sufficit quoquo modo contrahentes consentire. Deinde contrahitur emptio interim Sine arrha, interim in argumentum contractus, Arrha interueniente. *l. quod sæpe. 35. in princ.* Qanquam autem aliàs à perfecta consensu emptione abiri fas non est, ne Principis quidem rescripto: *l. 3. l. ratas. C. de rescin. vend.* tamẽ cum arrhà interuenit, qui eam amittere, aut duplicatam quam accepit reddere vult, impunè à contractu recedere potest: *d. l. contractus. Instit. eo. in prin. l. 2. C. quando liceat ab empt. reced.* propterea quòd arrhabo, vt & ipsum nomen indicat, dari videtur in pignus & securitatem contractus: vnde si quis eo carere velit, satisfacere videtur voluntati aduersæ partis, quæ conqueri non potest, cùm hoc contractus pignore antea fuerit contenta. *arg. l. 3. §. fin. de fideiussor. l. à diuo Pio. §. si pignora. de re iudic.* Mihi tamẽ placet, idque probabilius videtur, vt quod de arrhæ amissione dicitur, de contractu necdum perfecto intelligamus: de qua specie loquitur Imperator. *d. l. contractus. C. de fide instru.* nec absurdum est, eodem modo Iustin. *in princ. Instit. eodem.* interpretari, præsertim cum disertè addat hæc verba: IS QVI RECVSAT ADIMPLERE CONTRACTVM: vnde intelligi potest, eum de contractu necdum impleto loqui: quod & præcedentia conuincunt. Donec enim, inquit, aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus est (quod est contractus imperfecti) & potest emptor vel venditor sine pœna recedere ab emptione & venditione: ita tamen, nisi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum, &c. Ergo re adhuc imperfecta, puta si vinum væneat vt degustetur, aut si de re conuenit, nondum etiam de precio, *vt in l. etsi. 15. hoc tit.* siquidem arrhæ datæ fuerint, vt essent pignus perficiendi in posterum contractus, pœnitentiæ locus erit, G vtpote in contractu adhuc imperfecto. Arrha-

rum tamen datio, quasi contractus quidam per se existes, *l.3.C.de spons.& arr.* hoc operabitur, vt qui adimplere tergiuersatur, perdat quod dedit: venditor autem pœnitens, qui arrhas accipit, duplum reddere compellatur. At contractu per cõsensum omnibus partibus obsoluto, pœnitere omnino non erit integrum: *Institut. eod. in prin. in verb. argumẽtum est emptionis contractæ. l. sicut. C. de actio. cum simil.* & arrhæ nomine datum, in partẽ præcij imputabitur. *l. de lege. l. vltim. de l. commissor.* Secus tamen esset, si arrha non in Argumentum aut securitatem daretur, sed vt Pars precij conuenit: tunc enim Arrha dici nequit, sed potius Precium, neque emptionem, vtpote perfectam, infringet. *d.l.2.C. quando liceat, &c.* Idque hodie fieri atque obseruari videmus.

¶ Perficitur autem emptio, statim atque de
10 precio conuenit, & res certa est. Quòd si de rei qualitate aut quantitate nondum constet, imperfectus est contractus. Verbi gratia: Si vinum certo precio, ad certam quantitatem ematur, non prius erit emptum, quàm fuerit gustatum & admensum. Idémque de reliquis rebus quæ numero, pondere, mensura constant, iudicandum est, vt non aliter quàm si adpensa, admensa, adnumerata sint, perfecta sit venditio. *l. quod sæpe.35.§.in his quæ pondere.* In quibus omnibus consuetudo regionis erit attendenda. *l. Impp.71. hoc titul.* Alia tamen est causa gustandi, quàm metiendi. Gustus enim, puta vini, ad hoc proficit, vt improbare liceat: vnde non facit venditionem. Mensura verò eò fit, vt appareat quantum sit emptum: quocirca argumentum est venditionis contractæ, à qua recedi non potest, quamuis ante mensuram in eo perfecta nõ habeatur venditio, vt periculum emptor sustineat. *l. si in emptione 34. penultim. hoc tit. l. 1. ʃ. de periculo & commod. rei vend.* Sed hæc vera sunt, cùm purè est contractum: alioqui lex contractus seruanda erit, si fortè, vt fieri potest, venditio facta sit sub conditione, *l. hæc venditio. 7.* etiam Tacita *l. si quis fundum. 37. l. si debitor. 39. hoc titul.* (non tamen legibus improbata, *d l. si in emptione.34. §. 1.*) aut In diem, *l. cum ab eo. 41* vel Ad diem, *l. cum manu. 80. §. sylua.* aut Ex die: *l. fin. hoc tit.* quæ dies non suspẽdit obligationem, sed traditionem, & implemẽtum contractus, §. 1. *Institut. de verb. obligat. l. cedere diem. 213. de verbor. significat.* nisi habeat admixtam conditionem. *d. l. fin.* Conditio autem contractum suspendit, donec existat: *d. l. hæc venditio. 7.* ea porrò existente, venditio ad tempus contractus retrò trahitur. *l. necessariò. de peric. & commod. rei vend.* Planè quamuis in arbitrium tertij possit conferri precij æstimatio, aut implementum contractus: *l. fin. C. eod. d. l. hæc venditio. hoc tit.* tamen si in voluntatem aut arbitrium alterutrius ex contrahentibus venditio conferatur, vt, Vendo tibi, Si volueris, Quanti æquum putaueris, &c. non contrahitur emptio: quia nulla ne-

A cessitate astringuntur contrahentes, *l. in vendentis. 13. C. eodem. d. l. hæc venditio. l. quod sæpe. 35. §. 1. hoc titul.* & quia nullum certum precium rei constitutum est, vt pars contractus deficiat. Vbi autem certa res venditur, & precium definitur, & de eo dando ad certum tempus deliberatio cogitandique spacium emptori permittitur: inchoatur venditio sub conditione cõtracta, & venditor illi stare cogitur, consensum
B declarante intra conditum spacium emptore, *§. fin. Instit. de empt. & vend. vbi dixi.* perinde atque cum vinum certo precio ad gustum emptoris venditur.

¶ Finis emptionis est, Vt necessariæ res inter 11
homines communicentur, & vt inquit consultus, Perpetua pecuniæ æstimatione difficultatibus permutationum subueniatur.

¶ Effectus est, Quod à contractu perfecto re- 12
C cedere non liceat, *d. l. 3. l. ratas. C. de resc. vend.* sed emptor precium dare cogatur venditori: hoc est, dominium eius in eum transferre, *l. vltim. de condict. caus. dat.* eúmque pecuniæ dominum facere: *l. 1. verb. nummos fecerit accipientis. de rer. permuta. l. si seruos. 7. C. de act. empt.* hic contrà rem tradere emptori, non simpliciter, sed sic, vt transferat ipsa traditione dominium. nam tale ius tradere debet, quale vendit. Vendit autem dominium: non tamen præ-
D cisè rem emptoris facere tenetur. *l. si ita. 25. §. fin. hoc titul.* cùm ne propter incertitudinem & difficultatem probationis dominiorum, *Dd. in l. cum res. C. de probat.* impediatur hic cõtractus, vsibus quotidianis max mè necessarius: tum quia per euictionis præstationem indemnis seruatur emptor, perinde ac si dominium nactus esset. *l. in vendendo. 66. hoc titul. l. 2. l. ex empto. 11. de act. empt.* Id tamen agi necesse est in emptio-
E ne, vt dominium traditione transferatur: nam si alia sit contrahentium intentio, non potest videri res vendita, *l. cum manu sata. 80. §. fin. hoc titul.* Traditio † autem non aliter transfert do- 13
minium rei venditæ, quàm si vacua possessio, vt fieri debet, *l. 2. l. 3. infr. de act. empt. l. si paterfa. 8. C. de act. empt.* tradatur. *Cont. disput. lib. 1. cap. 8.* Item si contra precium solutum sit, aut fides de eo habita: *l. quòd vendidi. 19. l. vt res. 53. hoc titul. §. per traditionem. §. venditæ Institut. de rerum diuis.* certo qui non videtur voluisse rei dominiũ
F amittere vẽditor, qui spe præsentis numerationis, quæ secuta non est, tradidit. *l. 3. de pigno. actio.* Quod si hanc præsentis precij fiduciam præ se non ferat vẽditor, sed simpliciter tradat, videtur eo ipso traditionis facto fidẽ de precio habere, nisi aliud ex circumstantijs appareat. *l. procuratoris. §. penult. vbi gloss. & Dd. de tributoria actio. ita recepta est sententia in §. venditæ. Inst. de rer. diuis. vbi contrà disputaui.*

¶ Et hæc quidem in genere de venditionr sa- 14
tis, si paucis quæ huic contractui maximè sunt
G Affinia, quæ Aduersaria, attigerimus. Tanta est inter emptionem & venditionem, locationem

nem & conductionem cognatio, vt sæpe dubites ad vtrum contractum species conuentionis sit referenda, *Institut. de locat. & conduc. in prin. l. 2. §. 1. infr. locati.* quod tamen hac regula diiudicari solet: QVOTIESCVNQVE ID AGITVR, VT AB EO QVI REM PRAESTAT, DOMINIVM IN EVM QVI DAT PECVNIAM TRANSFERATVR, EMPTIO EST: QVANDO VERO NVLLA FIT DOMINII TRANSLATIO, LOCATIONIS GENVS EST.
B Verbi gratia: Dedi victori ligna, aut aurifabro argentum, vt mihi vas faceret: locatio erit, aut contractus innominatus. At si conueniat, vt ex suis lignis, suóue argento vas mihi fabricet, emptio est. nam rei dominium transfertur. *l. Sabinus. 20. l. conuenit. 65. hoc tit.* Illud tamen sciendũ, vbi precium & res inuenitur, ibi in dubio semper potius emptionem, quam locationem aut oppignorationem contractam præsumi. *Ias. in l. 1. num. 23. C. de iur. emph. Cæpoll. in tract. de simula. contr.* Est & Adfinis venditioni Permutatio, de
C qua commodius ad tit. de rerum permutatione paulò pòst dicemus.

15 ¶ Pugnant cum venditione Dolus malus. *l. si dolo. C. de rescind. vend.* qui cum ab vtraque parte interuenit, vt si vterque sciat rem furtiuam aut vitiosam esse, indistinctè vitiatur contractus: *l. si in emptione. 34. §. item si emptor. l. domum. 57. hoc t.* sin ab alterutra, & dolus causam contractui dederit, annihilatur, eo volente qui deceptus est. *l. & eleganter. in prin. de dolo malo. gloss. & Dd. in d. l. si dolo.* Incidens dolus per actionem contractus purgatur. *d. l. si dolo. l. dolus. cum l. seq. C. de rescind. vend.* Contrarius est & Error, vt diximus, emptioni, quæ consensu constat: cui nihil tam esse contrarium dicitur, quàm error. *l. nihil. 116. de reg iur.* Item Pactum de non transferendo dominio, *l. cum manu sata. 80. §. fin.* & Donationis causa facta traditio, sub specie emptionis: *l. cum in venditione. 36. hoc tit. vide Cuiac. in l. vltim. ʃ. pro donat.* imaginaria enim venditio nulla est. *l. nuda. 55. hoc tit.* Et plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. *tot. tit. C. plus valere.* nec venditio sine precio fieri vlla potest, sicut dictum est. Planè si donationis causa minoris res vendatur, *de quo Bart. Castr. & Dd. l. 2. C. de rescin. vend.* valet vẽditio. *l. si quis donationis. 38. in prin. h. t.*

DE IN DIEM ADDIctione. Tit. II.

1 *Continuatio: & quid sit addictio.*
2 *Quomodo contrahatur in diẽ addictio.*
3 *Vis & effectus huius conuentionis.*
4 *Quando dicatur melior conditio adferri.*
5 *Quid sit addicere, vnde hæc conuentio nomen habet.*

A ET hæc † quidem in genere de emptione & 1
Venditione: nunc quædam specialiùs exequamur. Ac quia pactis hunc contractum variari paulò ante iudicatum est, ideo videamus de duabus pactionibus, quæ frequenter addi solent: videlicet de In diem addictione, & Lege commissoria. Addicere, secundum Festum, est idem dicere: vt prætor exequendo & approbando, ac eandem quasi quam iudex datus antè tulerat, sententiam dicendo, rem addicit ei secun-
B dum quem fuit pronunciatum. Hoc verbum pòst translatum est ad Auctiones publicas, vbi pluribus ementibus non statim perficitur venditio, sed post certum tempus, puta 30. dierum, addicitur illi qui plus licitatus est. *l. 4. & tot. tit. C. de fid. instr. & iure hast. fiscal. lib. 10.* Nam licitatores ex sua oblatione singuli obligantur, nisi alius quispiam pòst meliorem conditionem attulerit. *Bart. in l. locatio. 9. numer. 4. de publican.* Ea
C res postea à publicis hastis ad venditiones priuatas traducta est, cum ita res venditur, vt non statim addicatur, sed seruetur ututis licitatoribus certum tempus, vt meliorem conditionem offerre possint. Ita venditio quidem statim contrahitur, sed addictio fit in diem: hoc est, differtur ad certum tempus rei datio, ni interea meliorem conditionem alius offerat. Addicere enim etiam Dare significat. *Cuiac. lib. obs. 4. cap. 15.* 2

¶ In diem addictio ita fit: Ille fundus esto ti-
D bi centum emptus, nisi quis intra Calendas Ian. proximas meliorem conditionem fecerit, id est attulerit, quo res à domino, videlicet emptore, abeat. *l. 1. hoc tit.*

¶ Hæc venditio pura est, nisi aliud sit actum, 3
quæ resoluitur sub conditione, Vbi melior in diem conditio allata est. Vnde omne periculum, lucrum & damnum interea temporis ad emptorem, vtpote dominum, *l. 1. verb. res à domino abeat. hoc t.* pertinet *l. 2. & 3. hoc t.* vna cum
E fructibus, si quidem pura fuerit venditio. *l. 2. & 4. hoc tit.* quod toties verum est, quoties non offertur melior conditio. nam ea oblata, rescinditur prior venditio: eoque & fructus venditori refundendi sunt, *l. item. 6. l. imperator. 16. hoc titul.* tanquam rescisso contractu, *l. illud. 29 §. 1. de ædil. edict.* etiam nunc cum emptor meliorem allatam conditionem ipse acceptat & impler, exclusò offerente. Intelligitur enim à prima emptione recessum, & contracta noua, *l. ab emptio-*
F *ne. de pact.* cum precium aliud, nempe Oblatum maius interueniat: *l. iurisgent. 7. §. adeo. de pac.* vnde fructus ex priore emptione, quæ nulla est, deberi & retineri ab emptore non possunt: *d. l. item. 6.* vt nec pecunia eiúsque fructus à venditore. *glo. in d. l. 6. verb. venditori.*

¶ Melior autem conditio afferri videtur, si 4
vel precio sit additum, vel solutio facilior aut maturior, vel quid vtilius venditori afferatur. *l. 4. §. fin. cum ll. seqq. hoc tit.* Licet autem venditori meliore allata conditione, addicere po-
G steriori, nisi paratus sit plus adicere prior: hoc est, plus quàm antè obtulit, nempe tantundem

quantum nunc ab alio offertur: quod vt facere possit, necesse habebit venditor priorem emptorem facere certiorem, vt si quid alius adiecit, ipse quoque adiicere, & licitando vincere possit, *l. item. §. fin. cum 2. ll. seqq. hoc titul.* Idque †obtinet, cum reuera offertur melior conditio, non quando per simulationem emptor subiicitur. *l. vbi autem. 4. §. cum igitur. hoc tit. Ias. in l. qui Romæ. §. coheredes, num. 27. de verb. oblig. & in l. fin. num. 22. C. de iur. emphyt.*

DE LEGE COMMISSORIA. Tit. III.

SED & lege Commissoria venditiones celebrari solent: hoc est, vt nisi intra certum diem precium exoluatur, inempta res fiat: *l. 4. hoc titul. Paul. lib. 2. titul. 13. vbi Cuiac. l. si hominem. 19. de vsucap.* quod pactum vocatur Lex, nam pacta leges sunt contractuum, *l. 1. §. si conueniat. depositi. l. contractus. 23. de reg. iur. l. iurisgent. 7. §. adeò. de pact.* & quidem Commissoria: quia nisi solutio ad diem fiat, propter moram & commissum res habetur pro inempta. Cum igitur lege Commissoria venditur, magis est vt sub conditione Resolui contractus, quàm sub conditione Contrahi videatur. *l. 1. hoc tit.* Committitur autem, si emptor, quamuis non interpellatus, precium sua die non afferat. *l. 4. §. fin. hoc titul.* Dies enim interpellat pro homine, *l. magnam. C. de contrah. stipul.* nisi emptor iustas causas probare possit, quibus impeditus sit in explicanda ad diem solutione. Porrò commissa pactione, est in potestate venditoris, vtrum legem Commissoriam exercere, an precium petere velit: *d. l. 4. §. eleganter.* nam in eius commodum & fauorem hæc pactio additur, *l. 2. & 3. hoc tit.* cui renunciare potest. *l. penultim. de pact.* Altera tamen via electa, amplius variare nequit: *d. §. eleganter. & l. penultim. hoc titul.* quia electione ius quæritur emptori, quod variatione venditoris interuerti illi nequit. *l. apud Anfidium. de optio lega.* Commissoria autem electa, emptor restituere fundum, vtpote iam inemptum, cogitur: amittítque quod arrhæ aut alio nomine, puta precij, dedit: *l. sed etsi. 25. in princ. de petit. hæred.* Idque in pœnam moræ, & propter verisimilem contrahentium voluntatem, nisi aliud actum appareat. *l. lege. 5. in princ. d. l. 4. §. sed quod. hoc titul.* Quod iniquum videri non debet, cùm econtrariò emptor fructus interea perceptos hoc casu lucretur: *d. l. 4. §. 1.* aliàs non lucraturus, vtpote resoluta emptione, vt suprà dictum est. *ad tit. præced.* Nam quando emptor non amittit precij partem, tunc nunquam lucratur fructus, rescissa ob non solutum integrè precium venditione. *Bald. in l. si fundus. 4. h. t.*

DE HAEREDITATE vel actione vendita. Titul. IIII. C. 4. 39.

1 *Continuatio.*
2 *Singulare in hac vẽditione primũ, quòd necessum sit mortuum esse de cuius re bus hæreditariis agitur.*
3 *Singulare secundum, quòd venditor nõ teneatur de euictione.*
4 *Tertium, quòd emptor vice hæredis sit, & actiones vtiles habeat.*
5 *Venditionem eiusmodi non mutare caussam debitorum.*
6 *De nominum & actionum venditione.*

SVPRA †dictum est, iura quoq; Incorporalia, vt sunt Hæreditas & actiones, vẽdi posse: sed quia in harũ rerum venditione quædã sunt Singularia, de illis est dicendũ. Atq; †an primis, si hæreditas væneat, necessũ est mortuũ esse eũ de cuius hæreditate agitur, alioqui nulla erit vẽditio: quia in rerũ natura non sit, quod vænierit. *l. 1. h. tit.* Hæreditas enim viuẽtis nulla est. *Glos. in d. l. 1.* Oportet itaq; verè subsistere hæreditatem: nec enim alea emitur, vt in venatione. *l. cum hæreditatem. 7. h. t.* Nam Pacta de hæreditate viuentis inita improbãtur. *l. fin. C. de pactis. l. donari. 29. al. in c. quidam. §. fi. de donat.* Deinde †venditor hæreditatis, non sicuti reliqui venditores, tenetur de Euictione rerũ Singulariũ: quia non tanquã dominus, sed vt hæres vencit. Sufficit igitur hæreditatem præstari, qualem adiit, non etiam rerum particulariũ dominium. *l. 1. C. de euictionib. l. 2. in princ. h. t.* Tertio, †inter emptorẽ & venditorem hæreditatis idagi intelligitur, vt neque Plus, neque Minus iuris habeat emptor, quàm apud hæredem futurũ esset. *d. l. 2. in prin.* Itaq; omne emolumentum, onusque periculũ rerum perfecta venditione ad emptorem pertinet. *d. l. 2. §. sicuti. 8.* Vicem enim hæredis obtinet, *d. l. 2. §. fin.* & cõtrà quicquid ex hæreditate peruenit, peruenturúmque est, & actiones earum rerum, quæ nõdũ peruenerunt, præstare illi venditor debet: *d. l. 2. §. peruenisse. 3.* quanquam & suo nomine intentare Vtiles etiam sine cessione emptor possit. *l. emptor. C. eodem.* Sed † quod dixi, Vicem hæredis obtinere emptorem, respectu venditoris intelligendum est. Nam quod ad creditores attinet & legatarios, eorum ius contrahendo debitor hæres tollere aut mutare non potest, *l. debitorum. 25. cum l. seq. C. de pactis. l. 3. §. fam. hercisc. cum similibus.* nec in aliam personam transferre obligationem, quam adita hæreditate sponte suscepit, *§. hæres. Inst. de oblig. quæ ex quas. cont.* quasi contrahendo, *d. §. hæres.* Vnde rectè à creditoribus conuenitur, etiam post factam venditionẽ: emptor

emptor verò inuitus nequaquam, quia nullum negocium cum creditoribus gessit. *l. 2. C. eod.* In hæreditate vendita, vtrum ea quantitas spectetur, quæ fuit mortis tempore: an quæ cum aditretur hæreditas: an ea quæ fuit cum hæreditas venundaretur, videndum est. Et verius est, hoc esse seruandum, inquit Vlp. *l. 2. §. 1. hoc titul.* quod actum est. Plerumque autem hoc agi videtur, vt quod ex hæreditate peruenit, in id tempus quo venditio fit, id videatur vænisse. Hæc verba secus accipiuntur à Dd. *Gloss. in d. l. 2. §. 1. ad verb. venisse.* quàm accipi debeant, eáque interpretatio magnis tenebris rem inuoluit. Non igitur hoc vult l. C. (vt rem in pauca conferam) intelligi quantitatem venditam, qualis est tempore contractus, sicut fit in cæteris emptionibus: *l. Rutilia. 69. l. in lege. 77. ẽ. de contr. empt.* sed omne id venditum videri, quod ex hæreditate ad venditorem, à morte defuncti cui succeditur, peruenit, in id tempus: hoc est, vsque ad illud tempus, quo fit venditio. Non enim bona qualia nunc sunt vænenut, sed venditur hæreditas: hoc est, ius quod defunctus dereliquit. *l. hæreditas. 62. de regul. iur.* Quicquid igitur ex hoc iure peruenit ad venditorem, à morte testatoris vsque in tempus venditionis, omne id intelligitur venditum, & est præstandum. Et hoc est quod postea inquit Vlp. *l. 2. §. peruenisse. hoc tit.* Rerum venditarum ante venditam hæreditatem precia deberi, quamuis ea consumpserit venditor, item que earum quæ sunt donatæ. Sicut econtrariò sumptus etiam ante hæreditatem venditam factos, non venditor, sed emptor sustinet, ad quem & emolumenta pertinent. *d. l. 2. §. si quid publici.* Et hæc quidem de hæreditate vendita, in qua stipulationes ac cautiones emptæ venditæque hæreditatis, olim solebant frequentari: quarum hodie non magnus est vsus. *l. in illa. 50. de verb. oblig. l. 2. l. si ex pluribus. 18. hoc tit. l. liber. §. 1. de stip. seruo. §. sed quia hæredes. in fin. Inst. t. de fideicomm. hær. de quib. vide Cuiac. lib. 2. obser. cap. 50.*

¶ Nomina quoque, hoc est, debita vendi possunt, etiam inuito debitore, *l. nominis. C. eod. l. 1. C. de nouat. & deleg.* siue purè, siue in diem, siue sub conditione debeat. *l. nomina. 17. hoc tit.* Quare in venditione non oportere præstari Locupletem debitorem, sed duntaxat debitorem esse, certum est. *l. 4. hoc t.* Idem de actionibus tàm Personalibus quàm Realibus iudicandum, *l. fin. C. eodem.* Perinde enim est, vtrum quis nomina an actiones vendat, quæ sunt nominum exactiones. *l. 3. C. eod. l. venditor. 23. hoc tit.* Hæ tamen non aliter quàm ante litem contestatam rectè venduntur: litigiosas enim res distrahi, & transferre hac ratione iudicium in alium, est interdictum. *tot. tit. C. de litigiosis. & §. de aliena. iud. mutant. causa.* Sed & ante cœptum iudicium actiones cum venduntur, vsque ad concurrentem solùm precij quo venditæ sunt, quantitatem, exerceri à redemptore possunt: quod ad cohibendam sycophantarum & calumniatorum insolentiam, qui paruo precio alienas lites, quamlibet iniustas, redimere solent, vt quo iure, quáue iniuria quid extorqueant, salutariter est prouisum. *in l per diuersas. 22. cum l. seq. C. mandati.*

DE RESCINDENDA venditione, & quando licet ab emptione discedere. Tit. V. C. 4. 44. 45.

1 *Continuatio.*
2 *Quomodo rescindatur venditio.*
3 *Quomodo accipiẽdũ, quòd dicitur Mutuo consensu dissolui venditionem.*
4 *Quatenus liceat in contractu decipere.*
5 *Re non integra, non dissolui mutuo consensu venditionem.*
6 *Quomodo ob dolum, læsionem, metum, &c. retractetur venditio.*

QVIA † diximus, quomodo contrahatur emptio: videndum est, qua etiam ratione Dissoluatur. Cum † autem quo quidque modo ligatum est, eo dissoluatur, *l. nihil tam naturale. 35. de reg. iur.* sequitur, quemadmodum emptio mutuo consensu contrahitur, ita contrario consensu, dum res est integra, eam distrahi. *§. fin. Institut. quib. mod. toll. oblig.* si vel simpliciter à venditione recedatur, vel acceptum inuicem feratur, vel noua alterius precij venditio fiat, dum tamen perinde valida sit atque prior. *l. 2. 3. & 5. hoc tit. §. fin. Instit. quib. mod. toll. oblig.* Nam si quod putè emi, sub conditione rursus emam, imperfecta hac venditio non tolli priorem constat. *l. si id quod. 7. hoc tit.* Dixi † Mutuo dissolui consensu, non vnius. nam alterutra parte inuita abiri emptione non potest: quia vt ab vna parte non perficitur, ita nec rescinditur, *l. 1. in fin. hoc t. l. 3. 4. l. ratas. C. eod.* ne rescripto quidem Principis: *l. 3. C. eodem.* etiamsi duplum quis reddere paratus sit, *l. non est. C. eodem.* vel altera pars in implendo contractu moram faciat, *l. in conditione. 14. C. eodem. l. inutile. 12. C. de rei vend. l. 8. l. 9. C. de contr. empt.* aut inequali iniustoque precio res venierit. *l. 4. l. si voluntate. l. quisque. C. eod.* Licet † enim contrahentibus inuicem naturaliter, id est, iure gentium quadantenus (nam vltra dimidiam partem iusti precij captio propter nimiam inæqualitatem reuocatur, *l. 2. C. eod.*) decipere: *l. in causa. 17. §. penult. de minorib.* non quidem dolo malo (is enim contractum vitiat, sicut antea dictum est, *l. & eleganter. ff. de dolo malo.*) sed hactenus re ipsa, *l. si quis cum alter. 36. de verb. oblig.* vt minoris plurisve iustè res vendi possit: alioqui quotusquisque contractus non esset calumniæ proximus, si ob minimam inæqualitatem in dubium & controuersiam reuocari queat? Dixi † vltimò, Re integra mutuo consensu dissolui emptionem. Nã non poterimus eadem ratione vti post precium

solutum, aut rem traditam, emptione repetita vel dissoluta: quia soluto precio & traditione facta, solo consensu recedi à contractu nequit, qui non sola voluntate, sed etiam implemento ac traditione rei est corroboratus. itaque opus est, retrò rem tradi ac redhiberi, & precium restitui *l.2.hoc tit.l.ab emptione.vbi Dd. §. de pactis.* neque enim sola conuentio ad id sufficit, cum sit nudum hoc casu pactum, nec actionem producere possit ad redhibitionem impetrandam.

6 *l.ab emptione.in fin.de pact.* Est † & cum ob dolũ, aut metum, aut læsionem rescinditur venditio. Dolus autem aut inest proposito, aut re ipsa. *§.item si quis in fraudem. Inst.de act.l.si quis cum aliter. 36.de verbor.oblig.* Cum inest proposito, quomodo retractetur venditio, suprà est expositum. *ad tit.de dol.mal.* Porrò quando re inest ipsa, nõ statim retractatur contractus: quia licet contrahẽtibus se inuicem decipere. *l.in causæ.17.§. pen. de minor.l.ratas.l.si voluntate. C.eod.titul.* Quare vbi maior pars aut dimidia æqualitatem habet precij & mercis, non est locus rescissioni, ne Vtile per inutile vitietur. Sin autem læsio dimidiam iustæ æstimationis partẽ excedat, iam quia maior inæqualitas est in contractu quàm æqualitas, ideo bona fides iure exigit, vt aut ad æqualitatem contractus reducatur, aut eo abeatur. *l.2.C.de rescin.vend.l.3.C.comm.vtr.iud.* Metu facta emptio etsi valet, quoniam coacta voluntas, voluntas est: *l.si mulier.21.§.penult. quod met. caus.* tamen quia res mali exempli est, rescinditur. *l.1. C.de rescind. vend.* Ob errorem etiam venditionem annihilari, suprà ostensum est. *ad tit.de cont. empt.per l.8.9.cum seq.eod tit.* Interitu quoque rei, qui perfectionem venditionis præcedit; *l.reiss.15. l.domum.57.de contr. empt.* (nam ea perfecta emptori res perit, *§.cum autem.Inst de emp.tot.tit.seq. & C.eod.*) item moribus retractu proximitatis vel vicinitatis quandoque rescinditur venditio: *vide Tiraqu.de retract. Chass. in cons.Burg.eod.tit. Matth.de Afflict.de iure protimis. Land.lib.1.art. 9.Reinh.diff.10.* vt & retractu conuentionali. *l.2. C.de pac.int.emp.& vend.* quo casu, fructus perceptos non restituit emptor: *Tiraq.de retr. lig. §.15. glo.2.* vt nec alius quiuis, qui iure Dominij, vel Quasi, bona fide eos percepit. *Panorm.in c. at si clerici.de iud.& in c.1.de feud. vide latè Chass. in cons.Burg.Rub.3.de feud.§.2.in prin.n.28. Tiraq.in rep.l.si vnquam. ad verb. reuertatur. C. de renocan. donat.* Hoc interest, quòd petitio retractus proximitatis, anno & die præscribitur: *c.Titius. si de feud.fue.contra.c.1. §.porrò qual.olim feud.pot. alien. Bald.in c.1.§.hoc quoque.de sur. feud. Ias.in l. prætor ait.§.1.de op. no. nunc. vide latè Tiraq. in retrac. lig. §.1.gloss.10.nu.3.4.5.* petitio retractus ex contractu, nõ item, sed durat (vt aliqui *Bal, in l. qu.d si nolit. § si quid. de edil. edic. Alc.in l.petens. C. de pac.& in Rub.de præsc.nu.64.Chass.in cons. Burg.t, des rentes. §.1. glo. 1.—vide quos cumulat Tiraqu.in retr.conuen.§.1.glo.2.nu.15. & Mynsing. in obs. Camer.obs.16.cent.1.* volunt) in perpetuum: quia iuri offerendi, quasi meræ facultati, non præscribitur: *l.viam publicam. de via publ. l. si seruus quoque. §.vltim.de hæred.inst.l.vlt.C.de cond.infer.vide J.de vsucap.* vt verò communius putatum est, 30. annis, *Ang.cons.55.ex pacto.per l.si quis.§.1.C.de præscript.30.annor. l.1.C. de ann.exce. Alex.cons.228. ponderatu. lib.6.Franc. Balb. in tract. præscr. in 3. quæst.4.partu.5.partu prim. Zas.cons.12. nobiles.nu. 75.Schurff.cons.41.cent.1.& cons.90.cent.3.vide latissimè Tiraq.qui dicit hanc esse communem, & sic in Parlamento fuisse iudicatum, in retrac.conuen. §.1. gl.2.nu.1.2.vide etiam Mynsing.obs.16.cent.1.Cuia. in l.si pignori.13.de vsuca 3.4.5.6.7. cum multis seq. licet contra statutum const. pro parte. 2. qua de re dixi copiosius.consil.2.& cons. 8.* reliquarum exẽplo præscriptionum *l.3.cum seq.C.de præscr.30. anno. in prin.Inst.de perpet.& temp. act.* nam & hæc petitio est ex contractu, non magis meræ existens facultatis quàm quælibet actio, qua vnicuique liberum est, aut agere aut non agere, *l. vnic.C. vt nemo accus.vel ag.* Cum ergo reliquis actionibus præscribatur tanto spacio, consentaneum est, vt euitetur infinitas, etiam huic præscribi. Est enim reuerà actio Personalis, non res Meræ facultatis: quæ nentiquam in absoluta facti facultate, sed obligationis iure consistit. & est ius ab altero debitum, ac respectũ ad alium habet, vt exẽplo reliquarum actionum meritò præscribatur: ne possessores semper metuere repetitionẽ rei cogantur, & incerta reddantur rerum dominia. *l.4.de vsucap.* Quare cum hac ratio præscriptionum obtineat, meritò obtinet & dispositio; nisi præscriptioni 30. annorum fuerit renunciatum, vt renunciari potest. *Bart.& Dd. communiter in l.nemo potest.de legat.1. vide Fran.Balb.& Tiraqu. prælleg.loc.nu. 13.14.* quo casu immemoriali demum tempore tale ius offerendi præscribetur. *Bald.& Angel.in l.1.C.ne rei domin.& in l.1.omnes.C.de præscr.30.ann.& in l.1.C.de ann.exc. vide Tiraqu prælleg.loc.num.23.* Porrò quod dicitur, Ea quæ meræ sunt facultatis, nunquam præscribi: *Bartol.& Dd.in l.viam.de via pub.& in l. cum notiss.C.de præscrip.30.anno.Panor. in c.quoniam.§. vlt. num. 44.vt lit.non contest. Franc. Balb.præall. loc.* de his quæ sunt absolutè talia, non relatiuè, est accipiendum. Nam seruitutes, & similia ab aliis debita, quamuis meræ sunt facultatis, tamen per non vsum præscribuntur. *l.penult.C. de seruitut.* At quæ absolutæ sunt facultatis, & iure dominij competunt, nec ab alio debentur, sed insunt propriis dominiis: hæc non præscribuntur, sed vnà cum dominio possidentur ab animo domini & voluntate: eóque nec eò trahitur vsucapionum ratio: quia posita sunt in cuiusque iure absoluto & facultate: vt quamuis nunquam præscribantur, tamen non reddantur propterea incerta dominia rerum, sed magis confirmentur. Quare cum in his ratio præscriptionum cesset, cessare debet & dispositio. At qui aliter se rem habere in iure offerendi, seruitutis, & simili ab aliis debito, ex prædictis intelligi potest.

DE PE-

DE PERICVLO ET commodo rei venditæ.

Tit. VI. C. 4. 48.

1 *Perfecta venditione periculũ pertinere ad emptorem.*
2 *Quando intelligatur perfici venditio.*
3 *Explicata difficultas de gustatione vini, & mensuratione.*
4 *Cuius periculum sit in conditionali emptione.*
5 *Quid in contractu aduersionis.*
6 *Quid in emptionem in diem.*
7 *Venditorem custodiam & culpam præstare, non casum.*
8 *Quid si in mora sit accipiendi emptor.*

1 PERFECTA † venditione periculum rei ad emptorem pertinet, *l.necessariò.8.hoc tit.* vt & commodum *l.id quod.7. hoc tit.* Itaque si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitij sustinuerit, emptoris erit damnum. *l.1.in prin. hoc t.* cum enim venditor sit debitor speciei, meritò eius speciei periculum ad emptorẽ cui debetur, pertinet, *l.si ex legati causa. 23. vbi Dd. de verb.oblig.* nisi in mora vẽditor fuerit. *l.illud. 17.hoc t.l.quod te.5.si cert.pet.*

2 ¶ Necessariò igitur sciendum est, quãdo perfecta sit emptio: tunc enim intelligemus, cuius periculum sit. Perfecta autem intelligitur, eum de precio conuenit, & id quod venit apparet, Quid, Quale, Quantũmq; sit, ac purè venit. *d.l. necessariò.* Nec † enim priusquam vinum gustatum fuerit, venisse dicendum est: quia difficile

3 est, vt quisquam sic emat, vt non degustet, *l.4.§. fin.vers.difficile.hoc t.* nisi aliud actum sit, *l.si vina. 15.hoc t.* & proinde vẽditoris erit periculum donec gustetur: post gustationem autem emptor periculum sustinet, qui vinum probauit, quia consensum est in corpore & qualitate: nisi fortè ad certam mensuram emerit, ita vt in singulas amphoras certum precium sit statutum. Hæc enim emptio generis esse videtur (cuius interitus non liberat debitorem, *l. incendium. C. si cert. petat.*) non speciei, & hanc habet conditionem, Vt quantum admensum fuerit, tantum sit emptum. Itaque vsque ad mensurationem ad venditorem periculum pertinet, non quidem qualitatis, puta acoris aut mucoris (nam illud post gustationem emptori impẽdet, cui amplius improbare non est integrum, *l.si in emptione. 34. §. alia.5. de contrah.empt.*) sed substantiæ, vt si vinũ pereat, non emptori, cui nihil est admensum, sed venditori pereat. Ita intelligenda conciliandáq; sunt iura, quæ hac de re variè loquuntur. *d.§. alia. l.quod sæpe.35.§.fin. 5.de contrah. emp. l.1.l.4.§. fin.l.5.l.si vina.15.hoc t.*

4 ¶ Porrò si sub conditione vænit, siquidẽ deficit conditio, nulla emptio est: quòd si extiterit, retrotrahitur ad tempus cõtractus. vnde emptoris esse periculum deteriorationis hoc casu constat, non verò interitus: nam si pendente conditione res intereat, peremitur emptio: cuius existere cõditio non potest. Quia vt rei non existentis nequit fieri, ita nec cõfirmari aut cõualescere emptio. Quare perit venditori res, nõ emptori: *l.necessariò. 8. hoc titul.* cui necdum erat, debita, vtpote imperfecta adhuc venditione. *l.cedere diem. 213. de verb. signific.* Sanè in conditionali emptione si conueniat, Vt res emptoris periculo seruetur: puto factum valere: *l.si in venditione.10.hoc tit.* quemadmodum & contrà valet, si perfecta venditione se periculo vẽditor obstringat. *l.1.in prin.hoc tit.* Quamobrem † si A-

5 uersione vinum venit, hoc est, vt qualecunq; & quantumcunq; esset sine vlla degustatione aut mensura sit venditum, omne periculum in emptorem redundat, qui ad se eiusmodi emptione illud auertit. *d.l.4.§.fin.d.l. si vina. hoc tit. vide 5. de exerc.act.& J.locat.*

6 ¶ Sed quid in emptione In diem seruabimus? Et sanè si traditioni tantùm dies adiecta sit, cùm perfecta & pura sit venditio, §.1. *Institu. de verb. oblig.* emptoris erit periculum: *d.l.1.* fin ipsi venditioni, vt si dies degustationi præstituatur, venditoris: quia sub conditione contractum esse videtur.

7 ¶ Etsi autem periculum nõ sustinet vẽditor, sicuti diximus, emptione perfecta: tamen custodiam vsq; ad traditionem præstare debet: *d.l.1.in prin.& l.2.in fin.* non qualem suis rebus adhibet, sed penè quam ij quibus res cõmodata est, aut qui alioqui versantur in re aliena. *d.l.2.3. & 4.* Fatale tamen damnum aut casum non præstat, ne incendium quidẽ, vel furtum: quamuis difficile est alterutrum sine culpa & negligẽtia admitti, dummodò quam debent homines frugi & diligentes custodiam, ipse præstiterit. Non enim si seruorum negligẽtia quid commissum est, continuò dominus in culpa erit. *l. si vendita. 11.hoc t.l.quod sæpe.35.§.si res vendita.5. de cõtrah. empt.* Quod si probetur ipsius culpa, meritò ex bona fide tenebitur: vt si cum sciret vinum non esse duraturum, emptori nihil renunciauerit vt tolleret, *d.l.si vina.15.* aut si in mora tradẽdi fuerit: *d.l.4.in prin.d.l.illud.17.*

8 ¶ Quid ergo si emptor in mora accipiẽdi sit, vtputa si per eum stet, quo minus vinum mensuretur aut tollatur, an infinitam custodiam præstare venditor debet? Etsi quidem dies præstitutus sit, post illum denunciabit emptori, vt tollat: quod ni faciat, licet illi etiam vinum effundere, si vasis fortè suis habeat opus, idémq; iuris arbitror, si quamuis nulla die præstituta, tãtum tempus effluxerit, quo tolli commodè vinũ potuit. Denunciabitur enim emptori vt tollat: quòd si cesset, liberatur omni periculo, etiam custodiæ, venditor: ac si velit, vel per corbes quibus olim mensurabatur, effundere vinum, aut quod humanius est, quanti sua interest, vinum tolli, postulare potest. *d.l.1.circa finem.l.4.§.fin.hoc tit.*

DE SERVIS EXPORTANDIS: vel si ita mancipium venierit, vt manumittatur, vel contrà. Tit. VII. C. 4.55.57.

1 *Continuatio.*
2 *Quæ pacta venditionibus seruorum soleant apponi.*
3 *Vis horum pactorum.*
4 *Cuiusmodi pacta in hoc genere nõ valuerint.*

1 QVIA † nihil olim erat frequẽtius (vt & hodie apud Turcas) vẽditionibus seruorũ: earũque vẽditionũ pactis: ideo tractatus de his hoc loco peculiaris est institutus. Solẽt † aũt cũ his pactionibus cõditionibusque mãcipia distrahi, Ne quo loco morẽtur, vbi vẽditori nocere possint: Vt in alias terras exportentur: Vt manumittãtur post tẽpus, aut cõtrà: Vt ne prostituãtur, &c. ac ni pactis stetur, vt certa pẽdatur pœna, vel sit manus iniectio, liceat priori domino iniecta manu tã quã suũ mancipiũ vẽdicare. *l. 1. & t. t. C. si mãcipiũ ita ven. & l. 2. & t. t. C. si seru exportãdus veneat. l. Titius 9. cũ seq. h. t.* Id † genus pactorũ non erat improbatũ: ex iisque agi poterat, quòd emptionis aut precij pars esset: *l. si venditor. 6. §. fin. h. t. l. fundi partem. 79. ℥. de contrah. empt. l. si sterilis. 22. §. pe. ff. tit. 1.* adeo vt cessantis venditoris vice fiscus fungeretur. *l. 1. 2. 3. C. si seruus exportãd. veneat.* At si de manumittẽdo erat cõuẽtũ, tãtoperè libertati leges fauebãt, vt nisi ex pacto empto manumitteret, seruus cõstitutionibus ipso iure libertatẽ nãciscẽretur. *l. 3. h. t. l. 1. & t. t. C. si mãcipium ita fuerit alie. vt manumittatur. l. diuus. 5. de iure patronatus.* Planè † illa pacta, in quibus sola turpitudo aut crudelitas inesset, crediderim nõ valuisse, vt si quis mãcipiũ hac cõdictione vẽderet, Vti prostituẽretur, Aut obiiceretur bestiis, Aut crudeliter, sine causa tractaretur. *d. l. si venditor. in fin.* Nec enim est malitiis hominum indulgendum. *l. in fundo. 38. ℥. de v. i. vend.* Et cũ beneficio homines, non iniurriis affici ab hominibus oporteat, *l. seruus. h. t.* consentaneũ non est, eiusmodi pactionũ, à quibus humanitas & honesti ratio abhorrẽt, vllã fuisse vim aut obligationẽ: *l. generaliter. 26. de verb. oblig.* In eo tamẽ valuisse arbitror, vt licuerit petere, Quanti minoris eo nomine mancipium venditum fuisset, tanquam interesse pecuniariũ, idque velle: videtur I. C. *in d. l. si venditor. in fin.*

DIGEST. LIBER XIX.

DE ACTIONIBVS EMPTI ET VENDITI. Tit. I. C. 4.49.

1 *Actiones empti & venditi quales sint, quotuplices, directa scilicet, & vtilis: & quibus dentur, contra quos.*
2 *Quando vtilis detur.*
3 *Quid veniat in has actiones: & de materia vtriusque.*
4 *Ad quid ex natura contractus teneatur emptori venditor: & an præcisè tradere cogatur.*
5 *Quatenus de rerum vitiis & ex commendatione teneatur.*
6 *Quando emptor agere possit: quando venditor.*
7 *Ad quid emptor teneatur venditori.*
8 *Forma agendi.*

1 EXempto † & Vendito oritur actio Empti & Venditi: quarum illa emptori, hæc venditori cõpetit. Est autem vtraque ciuilis, *l. proinde. 33. de ædil. æduct. in verb. ex iure ciuili act. est.* bonæ fidei, *l. ex empto. 11. hoc titul. §. actionum. Institut. de act.* perpetua, *Dd. in l. 2. C. de pact. int. empt. l. 2. C. de rest. vend. l. 3. C. de præscript. 30. anno.* transitoria & directa, quia contractus hinc inde æqualis est, vtpote qui gratia vtriusque ineatur, vt non debeat melior esse alterutrius conditio: vtilis tamen ad distrahendam emptionem, *l. ex empto. 11. hoc titul.* & ex contractu † procuratoris domino competit, *l. Iulianus. 13. §. si procurator. 21. hoc titul.* non directa, quæ alij non datur quàm qui contraxit, *l. cum per eos. C. si quis alteri vel sibi.* aut hæredibus eius: *l. non est nouum. 10. l. Lucius. 47. hoc tit.* & successoribus vniuersalibus, *l. 2. C. de pact. int. empt. l. 3. C. de reb. alien. l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. ex depositi. 12. l. ex contractibus. 49. de act. & obl. l. 1. & 2. C. de hær. actio. vide latè Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 6. per totum. Schurff. cons. 13. Senatus. numer. cent. 1.* non etiam singularibus, *Schurff. d. cons. 13. cent. 1. per. l. 1. & 2. C. de hæred. actio & tot. tit. C. vt act. ab hæred.* quemadmodum nec contrà directa venditi vel empti actio datur, nisi aduersus eum qui contraxit, aut eius hæredẽ, *l. 2. de pact. int. empt. l. 3. C. de reb. alien.* non etiam in singularem possessorem: *Schurff. d. cons. 13. nu. 5. cent. 1. per l. fin. §. fin. de contrah. empt. l. 1. §. si hæres. ad Trebell. l. fin. C. de hæred. act.* nec aduersus dominum ex cõtractu procuratoris, nisi vtiliter. *d. l. Iulianus. 13. §. si procurator. 21. hoc tit.*

¶ Venit autem in has actiones, quicquid inter contrahentes actum est: quòd si nihil specialiter conuenit, quicquid naturaliter inest huius iudicij potestati. *l. ex empto. 11. h. tit.* Insunt † autem

tem naturaliter hæc, vt venditor necesse habeat rem tradere vnà cum fructibus & reliquis accessionibus, à tempore venditionis, vt nostri volunt indistinctè: vt verò Paulus interpretatur, si ex illo tempore precium fuerit numeratum. *l. 3. §. 1. hoc tit. l. ex empto. 11. §. si quis. 10. hoc tit. l. penult. C. eod. vide Paul. lib. 2. titul. 17.* Nam necessitatem tradendi in se contractus habet: *§. 1. Instit. de donationib. Ias. in l. quoties, numer. 34. C. de rei vend. & in l. stipulationes. 72. num. 35. de verbor. oblig. Paul. lib. 1. tit. 13.* quod & Varro lib. 2. de Re rustica docet, quamuis etiam emptor in id quod Interest, agere possit. *l. 1. in prin. vbi Dd. l. si iactum. 12. hoc ti.* Nam non simplex factum est in obligatione, sed etiam Dare, & effectu dominium transferre tenetur vẽditor, quia obligatus est pro euictione. Quare vt in reliquis dandi obligationibus potest agi Vt res detur, *l. vbi. §. fin. l. stipulationes. 72. vbi Dd. de verb. oblig. Paul. lib. 1. tit. 13.* ita & in venditione, vt cum causa dominij tradatur. Sed & agi potest ad interesse ideo, quia traditio ad quam principaliter obligatus est venditor, plurimum facti habet: *l. si rem. 26. de verb. oblig.* quo in genere succedit obligatio ad id quod interest, præsertim post moram. *l. si quis. 13. §. fin. de re iud.* Cùm tamen merum factum est in emptione, vt quando iactus retis est emptus, præcisè ad factum iaciendi cogi venditor non potest: quia merum factum est in obligatione, & proinde vt in reliquis facti obligationibus, *d. l. si quis. §. fin. d. l. stipulationes. 72. vbi Dd. de verbor. obligat.* ad æstimationem peruenitur. *l. si iactum. 12. hoc t.* Neque tamẽ (vt dictum est) iure nostro Ciuili simpliciter tradere venditor, sed vacuam esse possessionem præstare debet, *l. 2. §. 1. d. l. ex empto. 11. §. idem Neratius. 7. hoc tit.* in eáque potiorem facere emptorẽ. *d. §. idem Neratius. 7.* ac dominium etiam transferre, si habet, vel eius loco præstare vsucapiendi conditionem; vnà cum euictionis cautione, ad quã precij solutione obligatur, *Paul. lib. 2. tit. 17.* & quæ loco dominij securũ facit emptorẽ; *d. l. ex empto. in prin.* vnáque cum fructibus, & omni causa, à tẽpore cõtractus percepta. *l. 3. §. 1. h. t. l. fructus. 13. l. pen. C. eod.*

5 ¶ Quòd si res vitiosa tradatur, siquidem de vitio certior factus emptor non fuisset emptur us, agit ad redhibendum etiam empti iudicio: *d. l. ex empto. §. redhibitionem. 1.* sin alias emisset, & vterque rei vitium ignorarit, quanto minoris emisset, vitio rei cognito, petet. quòd si sciens venditor vitium astutè celauit, quicquid damni eius fraude accidit, præstare cogetur. *d. l. Iulianus. 13. in princ. hoc tit.* Quòd si res non vitiosa, sed falsa commendatione pluris iusto vẽdita sit, in id agetur, vt Quanto pluris res empta est, reddatur. *d. l. Iulianus. §. si venditor. 3.* Nam ea quæ commendandi causa in venditionibus dicuntur, venditorem obligant, nisi p alàm sint: vt si dicat, seruum speciosum, aut domum bene ædificatam, at si dixerit hominem literatum, vel artificem, præstare debet: nam hoc ipso pluris venditur, [illegible] *§. de contrah. empt. gl. in l. nec supina. in prin. de iur. & fac. ignor.* Deniq; quicquid dolo vel culpa vẽditoris abest, quidquid præstare æquum est, quicquid pactis comprehensum, in hoc iudicium venit. *l. tenetur. 6. §. 1. d. l. ex empto. in prin. hoc tit. l. pacta. 72. ℥. de contrah. empt.*

¶ Verũ illud sciendum est, nõ antè ad hãc agẽdi facultatẽ admitti emptorẽ, quã ex sua parte cõtractũ implerit, & preciũ soluerit, aut certè obtulerit. *d. l. Iulianus. §. offerri. 7.* cũ enim ab illo incipiat contractus, ab eo primũ impleri debet: *l. quod vẽdidi. 19. ℥. de cõtr. emp.* & iniquè petat ab alio vt cõuentionẽ impleat, qui ipse necdũ satisfecit. *l. si soluturus. 39. de solutionib. l. cũ proponas. 2. cũ ibi nota. C. de pactis.* itaque In pari causa erit potior vẽditoris cõuenti cõditio, qui rẽ venditã quasi pignus, donec soluatur, retinere potest. *d. l. Iulianus. §. offerri. 7.* nã & econtrariò, si vẽditor ad preciũ prior agat, obstabit illi exceptio rei venditæ, & non traditæ, donec plenè rẽ tradat. *l. qui pendentem. 25. h. t.* Sed nec illud prætermittendum est, solere stipulationes duplæ venditionibus interponi, ex quibus si suũ cõsecutus sit emptor, amplius agi nequit: *l. ex empto. 11. §. Cassius. 8. l. prædia. 28. hoc tit.* quia contra bonam fidem est, bis idem exigi. *l. bona fides. 57. de reg. iuris.*

¶ Econtrariò actione Venditi agit venditor, vt soluatur ei precium vnà cum vsuris, à tempore rei traditæ, *d. l. Iulianus. §. ex vendito. 17. l. curabit. 5. C. eod. l. euictis. 18. §. fin. de vsuris.* aut alioqui à tempore moræ. *d. fructus. 13. C. eod.* Traditio enim rei cõstituit in mora emptorẽ: cũ qui possidet emptor, ex ipsa fructuũ perceptione commonefacere se debeat de precio soluẽdo. nec. n. æquũ fuerit, ipsum fructu rei perfrui, venditorẽ aũt neq; pecuniã, nec eius fructũ cõsequi. *l. 5. C. e. iunct. l. quod te. 5. si cert. petat.* Vbi aũt nec traditio facta est, neque mora interuenit, verũ nõ est, vsuras à tẽpore cõtractus vẽditori deberi. *l. initio. 5. C. de pact. int. emp. & vend. l. fructus. 13. C. eo. t. l. euictis. 18. §. fi. de vsur.* Nec enim hîc eadem est ratio, quę in emptore. Is. n. fructus à tẽpore cõtractus perfecti lucratur (quanquã & hoc cõtrouersum esse diximus, nisi preciũ sit solutũ) qa scilicet eo piculo & incõmodo res est: *§. cũ aũt. Inst. de empt. l. secundũ. de reg. iur.* at periculo vẽditoris non est preciũ, quia est generis obligatio, quę non peritu interitu speciei. *l. incẽdiũ. si cert. pet.* Cum igitur periculũ ad eũ non pertineat, nec fructus vsuræ pertinere dẽt: sed iuxta regulã, vsura demum ex mora debebit. *l. mora. 32. §. in bonæ. de vsur.* Porrò preciũ vẽditoris facere emptor debet. Etsi enim venditor, sicuti dictũ est, præcisè nõ obligatur, vt emptorẽ faciat rei dominũ, ne vsus & facultas cõtractus impediatur (quotusquisque enim in prõptu dominiũ rei quã vendit probare possit?) liberatúrque obligatione euictionis, & libera rei traditione, quæ si per dominio emptorẽ faciũt securũ: tamẽ emptor nũmos facere venditoris debet: *d. l. ex empto. 11. in prin.* cũ in genere cõiistant, nec vsum habeat vllum, nisi in abusu, qui sol. domino concessus est. Præterea agit, vt res emptas aut emptor tollat, aut id quod inter

est præstet: *l.1.§.licet. ſ.de peric.& comm.rei vend.* itē vt fiat id quod pacto nominatim est conuētum. *l.qui fundum.de contrah.empt. d.l.tenetur.6.§.*
8 *1.d.l.Iulianus.* Ex † quibus omnibus facilè iam intelligi potest, qua ratione & forma vtraq; hæc actio sit proponenda. Nam empti quidem actio duobus temporibus intentatur, vel ante traditionem, vel traditione iam facta. Ante traditionem ea forma proponitur, vt primò dicat emptor siue actor, emptionem iure ac legitimè, B certo precio, déque re certa, quæ omnibus notis quibus potest, est designanda, *l.si rem.6.de rei vend.* fuisse aliquo tempore (quanquam huius expressio non est omnino necessaria, *Ferra.in for.lib.vend.ad verb. de anno. per doctrinam. Innocen.in c.fin.de re iudic. Bart.in l.1.in prin.de eden.& in l.1.§.hoc interdictum.ff.vti possidetis.*) factam, & consensu perfectam. hæc enim contractus, vt loquuntur, substantialia, merx scilicet, precium, C & consensus, omnino sunt exprimenda, *Ferra. in d.lib.vend.in princ.l.1.2.8. de contrah. empt.* vt fundamentum intentionis quæ ex contractu fluit: quo non subsistente, ipsa actio quæ hinc oritur, subsistere nequit. *l.licet.§. ea obligatio. de procurat.* Deinde subiiciat, ex eo se contractu precium soluisse aut obtulisse, vel etiamnum offerre, aut ad diem condictam soluere paratum esse, *l.Iulianus.13. §.offerri.hoc tit.* (nam qui sibi contractum cupit impleri, is vt illi sua à parte D ante omnia satisfaciat, vel satisfacere paratus sit, oportet: *l.cum proponas.21. C.de pac. l.siue.28. (de transact.vide tot.tit.de excep. rei vend.)* neque tamen venditorem hactenus frustra interpellatum, velle secundum contractus fidem rem tradere, sed aliam ex alia moram nectere, & apertè emptorem agentem frustrari ac ludificare. Quod cum ita sit, petere vt iudex per sententiam suam venditorem condemnet, & legitimis remediis compellat, ad rem venditam em E ptori agenti tradendam, §. *perficiuntur. Instit. de donat.* vnà cum omni causa, vacuáque possessione, *l.2.§.1.l.ex empto.11.hoc tit.* & fructibus *l.3.§.1. h.tit.* à tempore venditionis perceptis, *l.fructus. 13.C.eod. vide tamen distinctionem Ferra. in d. lib. venditionis.ad verb.fructus. Aretinum cons.160.* ac reliquis accessionibus, *l.penult.C.eod.* eóq; quod interest agentis, traditionem debito tempore factam non esse, *l.1.in princ. vbi Dd. l.Lucius.47. cum l.seq.hoc tit.* & cum iusta euictionis cautio- F ne. *l.quòd si nolit.§.quia assidua. de ædil. edict.l.indubitati.C.de euict.* Quòd si emptori non cederit ad rem agere, fortè quia nunc illam habere non expedit, occasione bene vtēdi amissa: aut quod illa extincta post moram (nam ante morā periret emptori) aut corruptā sit: vt si vino, bobus, aut carnibus emptis, nunc cōmodè vti non possit. *l.cum venditorem.10.l.sicut.12.C. eo.* liberum ei est, ad id quod in totū interest, agere: *l.1.h.t.l.4. 10.12.& passim.C.eo.* quod interdū preciū ipsum excedit, si pluris referat, rem traditam suo tēpo- G re fuisse, quàm illa valet. *l.1.l.Lucius. 47. l.si sterilis.21.§.quamuis.h.tit.* In superiore igitur agendi formula, tātùm singulare interesse venit: in hac porrò & ipsius rei æstimatio, & quicquid preterea interest emptoris, rem traditā fuisse. *vide Bar. & Dd.in l.1.h.t.* In venditione animalium, quæ facilè occultis vitiis sunt obnoxia, hoc amplius peti potest, vt præstetur absque vitiis ea esse. *l.ex empto.11.§.redhibitionem.h.t. l.ea quæ.43.§.fin. l.si cum fundum.68.de cont.empt.* Et hoc quidem modo ante traditionē hac actione agi, tralatitium est: post verò eam factam, interdū etiam vtiliter proponitur. vt si res vitiosa vendita sit & tradita, potest agere emptor vel ad omne interesse, si quidē sciēter aut per latā culpā talis vendita est: *d.l.Iulianus. in princ. d.l.si sterilis.§. quamuis. h.tit.* vel ad redhibēdum, si re potius carere expedit: *d.l.ex empto.11.§. redhibitionem. h.tit. t. tit.de ædil. edic.* vel quanto minoris, cùm scilicet nulla venditoris culpa argui potest, vt refundatur de precio tantū, quāto minoris res prolato foràs vitio C emi potuisset. *d.l.Iulianus.* Item cum petuntur fines & iura rei venditæ declarari, & instrumēta huc pertinētia restitui: *l.creditor.52.h.t.* aut quando ob insecutam euictionem, & venditori prius denūciatam, § *fin.ext.de empt.* ad totale interesse agitur. *vide ſ.de euictio.& C.eo.tit.* Eadē est agendi Ex vendito ratio: scilicet vt intendat venditor, rem venditam & traditā esse (ne scilicet obster rei non traditæ exceptio, *tot.tit.ſ.de except. rei vend.*) eóq; ad preciu sibi dandum petat emptorem cōpelli, vnà cùm vsuris à tempore moræ, *l.initio.5.C.de pact.int.empt. l.fructus.13. C.eo.l. euictis.18.§.fin.de vsur.* vel quod perinde est, *l.Iulianus.13.§.ex vēdito. in verb. item vsuræ precij post diem traditionis. nam cùm re emptor fruatur, æquissimum est eum vsuras precij pendere. h. t.* traditæ rei *l.curabit.3. C.eo.d.l.euictis. §.fin.de vsur.* computādis (quę in locum interesse, quod in pecunia haberi potest, succedunt, *l.fina.ſ.de peric. & com.rei vend.l.nummis.3.de in.lit.iuran.*) vnaque cum sumptibus in re vēdita post venditionem factis, *d.l. Iulianus.§.præterea ex vendito.* & quātī pluris vendere potuisset, nisi ab emptore deceptus venditor esset: *d.l.Iulianus.§.per contrariū.* item vt merces tollat, & interesse hoc nomine præstet, *l.si fundus.h.t.l.licet.de per. & comm.rei vend. l.si lapides.h.t.* & quicquid aut ex natura contractus debetur, aut dictum conuentúmq; fuit expleat. *l.1. l.tenetur.6.d.l.Iul.13.§.1.§.si venditor.§.ex vend.h. tit.l.sed & Celsus.l.pacta.72.de contr.empt.* quo casu potest interdum ad retractandā quoque venditionē agi, si videlicet pacti intuitu res vendita sit: *l.cum te.C.de in diem addic.* sicut & cum ex lege cōmissoria, aut addictione in diem res repetitur. *l.si fundus.& tot.tit. de leg.com. & de in diem addic.l.3.& 4.C.de pac.int.empt.* Nā etsi ex natura contractus, actio vtriuq; detur, nō ad Rescindendum, sed ad Implendum duntaxat contractum: *l.venditi. 6.l.1.C.eo.l.inciuile.C. de rei vend. l.non idcirco.C.de contr.empt.* tamen vtilis etiā est ad eundem distrahendum, cum id scilicet inter partes actum est & conuentum: *d.l.ex empto.§.is qui vina.h.tit.l.si fundus.4. de leg.com.l.sed Celsus.*

§.*si fun-*

§.*si fundus.l.hæc vēditio.§.fin.de contr.emp.l.cum te.* A *C.de pact.int.emp* quarū cōuentio, lex est cōtractus. *l.1.§.si conueniat.depos.l.ex emp.11.h.t.l.contractus.24. de reg.iur.* Est etiā cū vtriuis vltra dimidiā iusti precij æstimationē decepto, licet alternatiuè agere, vt aut præstetur iustū pretiū, siue reddatur, aut iniquo cōtractu abeatur, *l.2. C.de rescind.vēd.* quæ actio à nostris, cōdictio ex lege solet appellari. *Salicet.& Dd.in d.l.2.* datur enim magis ex beneficio legis, quā ex natura cōtractus, secundū quā licet contrahentib. se inuicem B decipere. *l.in causæ.17.§.pen.de minor. l.4. l.si volūtate.8.C.de resc.vēd.* Sed hæc vltra dimidiā læsio ex communi æstimatione, non pro singulari agentis affectione probanda est: *glo. in l.non est.6. C.de resc.vend.per l.precia.ad l.Fal.cum alijs ibi all.* alioquí quamuis duplum offeratur, non tamen ad rescissionem contractus fenestra aperiri debet. *l.non est.6.C.de resc.vend.*

LOCATI ET CONDV- C
cti. Tit. II. C. 4. 65.

1 *Cōtinuatio tituli, à vicinitate cōtractuū.*
2 *Quid si locare, locator, conductor.*
3 *Quid sit locatio.*
4 *Causa efficiens, consensus.*
5 *Materia, quæ res locari possint.*
6 *Forma.*
7 *An merces in pecunia cōsistere debeat.* D
8 *De temporibus locationis.*
9 *Finis.*
10 *Adiuncta & adfinia.*
11 *Differētia inter vēditionē & locationē.*
12 *De contractu emphyteutico.*
13 *Quæ actiones ex hoc contractu dentur.*
14 *Quid veniat in actionē locati. (ductor.*
15 *Quādo dolū, culpā, custodia præstet cō-* E
16 *Quid in actionem conducti veniat.*

1 POST † explicatum emptionum & venditionum tractatum, consequens est, vt de actionibus locati & conducti videamus. Locatio enim proxima est emptioni, *l.1.& 2. hoc tit.* & quasi quædam vsus rei emptio, adeò vt dubitari in quibusdam soleat, emptio an locatio sit
2 contracta. *d.l.2.§.1.* Locare † autem propriè est, in aliquo loco ponere Hinc locare dicuntur, qui in agro fondóue constituunt aliquem, ad vtendum, vel habitandū: & generaliter vsu obtinuit, vt locare diceretur, qui rem alteri fruendam nō gratis, sed ob aliquid concedunt. Hinc locare, conducere nummos, apud Horatiū: hoc est fœnori dare, & accipere. Locator itaq; est, qui pro rei vsu mercedem accipit: conductor, cuius ductum res sequitur, & à quo præstita mercede detinetur. quod in locatione operis faciendi contrà se habet. Is enim qui operas præstat, dicitur G opus conduxisse; quia eius ductu tota constructio peragitur: qui dat mercedem, locasse. *l.2.C. eod.l.qui insulam.30.§.pen. l. ea. 51.§.fin.hoc tit. & de significatione horum, vocabulorum vide plura in t. ad l. Rhod.de æstimat. act.de præscr. verb. & in hoc passim.Cuiac.obseru.lib.2.c.28.& li.4.c.26.& Inst. de loca.in prin.* Nā in vniuersum qui dat vrēdum vel faciendū aliquid certa mercede, locator est: qui accipit, conductor. *vid.Cuiac.obser.lib. 2.c.28.*

¶ Locatio est cōtractus nominatus, in quo per- 3
sonarum vel rerum vsus pro certa aliqua mercede conceditur: aut, locatio est personæ vel rei ad vsum facta cōcessio pro certa mercede. Verbum vsus, excludit abusum. Nam si res cōsumatur, vt si locetur pecunia, mutuū est, nō locatio.

¶ Contrahitur locatio cōsensu, sicuti emptio 4
& venditio: quoniam naturalis est, & omnium gētiū, *l.1.h.t.* eóq; non solùm expresso, sed etiam tacito: vt si quis post elapsum locationis tempus, patiatur inquilinū in domo manere. *l. item quæritur.13.in fin.cum l. seq. hoc tit.* Requiritur autem consensus in duobus ad implendum contractum: videlicet vt primò cōueniat de re quæ C fruenda præstetur, *l.ex conducto. 15.§.1. in fin.hoc tit.* deinde vt de certa mercede. *d.l. 2.in prin.hoc t. l.1.§.si quis seruum.ſ.depos.*

¶ Res omnis locari potest, siue mobilis, siue 5
immobilis: nec interest, propria sit an aliena: *l.si tibi alienam.7.hoc tit.* quia dominium transferri necesse non est. *l.non solet.39.hoc t.* corporalis siue incorporalis, vt vsusfructus: *l.in prin.Inst.de vsu & hab.l.7.de vsufru.l.si quis domū.9.§.1.* prædiales tamen seruitutes, quæ fundo debētur, locari per se non possunt, nisi cū ipso fundo. *l. locare.44.hoc t.* Rem propriam conducere nemo potest. *l.si quis. 9.§.fin.hoc t.l.neque pignus.45.de reg. iur. l. qui rem propriam.C.eod.* Cum enim proprii sit dominij, posse re sua vti, iniquum esset eius vsus nomine cuiquam à domino mercedem præstari.

¶ Locatio & conductio contrahi intelligitur, 6
si de mercede conueniat: *d.l.2.in prin.* sed vtrum ea in pecunia numerata cōsistere debeat, an verò sufficiat alias res fungibiles loco mercedis dari, non leui de causa addubites. Pluribus † pla- 7
cuit nummos requiri: *gl.& Dd.in l.1.§.si quis seruum.ſ.depositi.& in §.1. Inst. eod.* propterea quòd I.C. dicat, nisi pecunia interueniat, actionē præscriptis verbis dari. *d.§.si quis seruum. l. naturalis. 5.§.at cum do.ſ. de præscript. verb.* Sed sciendum est, ibi pecuniā species quidē excludere, complecti tamen res, quæ pondere, numero, mensura constāt, vt plerunque solet. *l. fin. C. de constit. pec.l.2.§.creditum.vbi Dd. ſ.si certum.peta. vide ſ.ad tit.de constit pecun.* Itaque verius est, locationis mercedem constitui posse vel in nummis, vel pecunia, vel partibus. Nummis, vt fit plerunque: pecunia, vt si quis certum frumenti aut olei numerum polliceatur loco mercedis: *text. in l.si olei.C.eodem.* partibus, cum colonus in vicem mercedis, partem fructuum tertiam, aut dimidiam fortè promittit, qui colonus partiarius appellatur: quod tamen genus conuentionis volunt Dd. in contractum Innominatum incidere. *in l.si pascenda.C.de pactis.*

8 ¶ Potest aũt locatio fieri vel in Perpetuũ, vel ad Tẽpus, *l.1. & 2.si ager vestig.* sed vbi vltra decennium, vel (vt quidam volunt) quinquennium fit locatio, transire solet in aliud contractus nomen. *Cuiac. Inst. de locat. per Nouell. 120. quæ tamen tantùm de Ecclesiasticis rebus, nec de locatione, sed de emphyteusi agit.* vt Emphyteusin, libellum, cẽsum, &c. *Dd. in cl. 1. de rebus Ecclesiæ non alienan. & in l. codicillis. de annuis leg. facit d. l. 1. si ager. vestig. & c. 1. §. donare. qualiter olim feudum alienari poterat, in vsib. feud. vide Ias. in l. 2. C. de iur. emph. Ferr. in for. lib. ad verb. inuestiuit. ad fict. præstat.* Nam de communi nostrorum sententia, exlocatione decennali, aut longiore, semper vtile dominium transfertur: *gl. in l. fin. si ager. vect. per l. 1. §. quod autem. de superf. Ferr. in for. lib. ad fict. præst.* quod Connanus improbat. *lib. 6. c. 12.* cum locationis ea natura sit, vt nihil iuris de dominio transferatur. *l. 2. C. de præscr. 30. ann.* quare secundum hanc cõtractus naturam, contractũ intelligi debet. *l. si vno. al. l. ex conducto. 15. §. Papinianus. hoc tit. l. 4. de vsur. Iac. in tract. feu. in verb. ita quod etiam ipsi. n. 1. l. ex empto. 11. de act. empt. Ias. in l. vlt. nu. 29. C. de iur. emph. Cor. cons. 390. pluries. in prin. parte. 3. Socin. cons. 19. nu. 6. vol. 1.* nisi fuerit aliud cõuentum: vt in emphyteusi, *d. Nouell. 120. de aliena. & emph.* & publicis locationibus conuenire solet, *d. l. fin. si ag. vect. t. t. de loc. pubi fruen.* item cum superficies locatur ad inædificandum. *d. l. 1. de superf.* nam ædificatio nõ rectè fit & commode, nisi à domino, §. *cum autẽ Instit. de rer. diuis.* quare cui ædificandi ius conceditur, vtendæ pro arbitrio areæ ius, atque ita vtile dominium concedi videtur. In aliis autem locationibus, etiam lõgis, contra esse ex eo intelligitur, quod conductoribus etiam longissimæ possessionis adimatur præscribendi ius, tanquã alienæ rei possessoribus: *l. 2. C. de præscr. 30. ann.* item quod prætor ex his longi temporis cõductionibus nõ indistinctè dat realem actionem, sed causa cognita. *d. l. 1. §. quod autem. de superf.* Potest etiam fieri, quoad is qui locauit, voluerit: quæ locatio mutatione voluntatis, aut quod perinde est, morte finitur. *l. 4. h. tit.* Quòd si nullum tempus expressum sit, quamdiu durare locationem dicemus? & putauerim hoc casu in rusticis prædiis in annum factam locationem videri, vt percipi fructus locationis queant, qui semel tantũ quotannis in agris nascuntur: in vrbanis tãdiu, quo ad alteruter contractui renunciet: *l. item quæritur. 13. §. fin. h. t.* quod tamen cum aliquo interuallo & temperatione erit faciendum, vt vsus rei constare conductori possit, neque subitò migrare cogatur. *L. in commodato. 17. §. sicut. §. commodati.*

9 ¶ Finis locationis est idem qui omnium contractuum: Vt rerum vsus sine alterutrius partis incommodo inter homines communicetur. Effectus ex actionibus, de quibus paulò pòst dicemus, intelligi potest. Adiuncta est huic contractui Pignoris obligatio. Inuecta † enim & illata in vrbanis prædiis, tacitè pro mercede oppignorantur in rusticis, fructus qui ex prædio percipiuntur. *l. si in lege. 27. §. 1. hoc tit.* qua de re dicemus inf. ad titul. in quibus causis pigno. vel hypo. tacitè contrah. Cognata huic contractui est emptio & venditio, *l. 1. & 2. hoc t.* etiãsi quibusdam differat. Nam † primò in emptione transfertur dominium rei in perpetuum: in locatione, vsus tantum: idque ad tempus, dominio non mutato, *l. conuenit. 65. §. de contrah. empt. d. l. non solet. 39. hoc t.* imo ne possessione quidem. *l. cũ. in plures. 60. in fin. principij. hoc t. l. 2. C. de præscr. 30. anno.* Deinde periculum rei pertinet ad emptorem, non verò ad conductorem. *l. si quis domum. 9. §. si colonis. 3. cum sequ. l. ex conducto. 15. §. 1. l. si merces. 25. §. si vis maior. 5. hoc tit.* Tertiò, emptio pecunia in nummis requirit: locatio, mercede pecuniæ contenta est. Quartò, quædam vendi possunt, non locari, vt ius seruitutis: quædam locari, non vendi, vt res alienari prohibitæ. Reliquas differentias videre licet apud Dd. in prin. Instit. eod. Est † etiam omnino consimilis huic cõtractus emphyteuticus & libellarius. Differunt tamen in paucis, vt notatur à Ias. & aliis. *in l. 1. & 2. C. de iur. emphyt.* Pugnat cũ hoc nimia inæqualitas mercedis, vt si vno nummo fiat locatio. *l. si quis. 46. hoc tit.* aut vltra dimidiam iusti precij sit deceptio: *Dd. in l. 2. C. de rescind. vendit.* quãquam alioqui pluris minorísue locare aut conducere licet, vt & emere: *l. item si precio. 22. §. fi. cum l. seq. hoc t.* item error in re & mercede, *l. si decem. 52. h. tit.* & dolus malus: *l. cum in plures. 60. §. mandaui. 4.* quæ omnia conuentionem hanc vitiant.

10 ¶ Oritur autem duplex hinc actio, locati, & conducti: quarum illa locatori, hæc conductori competit. vtraque bonæ fidei est: *l. quæro. 54. hoc tit.* & in hæredem transitoria, *l. sed addes. 19. §. ex conducto. penult. hoc t. l. viam. C. eod.* (quamuis iure Sax. non tamen vsitato, locatio hæredem nihil obliget: *Fachs. diff. 2. Rhein. diff. 12. per artic. 77. lib. 3.*) non etiam in singularem successorem. *l. qui fundum. 32. hoc tit.* In † actionem locati venit persecutio mercedis. etsi enim inquilinus in solutione cessans post biẽnium, etiamsi aliter pactum sit, licitè expellitur, *d. l. quæro. 54. §. inter. 1. l. cum domini. 56. l. pen. hoc t.* nihilo tamen minus potest mercedem suo tempore locator exigere. *l. legem. C. eodem.* sed quo tempore, quæstionis est. Et quidem si nõ in annos singulos, sed certo tẽpore res certa locata est, finito locationis tẽpore: quia dies semper pro debitore est. *l. qui hoc anno. 42. de verb. oblig. §. omnis. Inst. eod.* sin in annos singulos, exacto anno. *tex. in l. 1. §. si pẽsio. in verbis, nondum debeatur. ff. de migrãdo.* idque seruatur cõsuetudine, quæ attendenda est, *l. circa. C. eodem.* Qui verò opus conduxit, faciendum, si pro toto opere pecuniam stipulatus est, non nisi opere perfecto & probato petere mercedẽ potest. Secus si ad mensuram vel in dies pensio promissa sit: *l. qui insulam. 30. §. pen. h. t.* qua de re plura Dd. disputant. *in l. 3. C. eod.* Petitur autem merces vnà cum vsuris post moram. *d. l. quæro. l. præses. C. eod.* Deinde & dãna hoc iudicio petũtur, quæ culpa conductoris cõtracta sunt. *l. si vulnerauerit. 43. h. t. Paul. li. 2. t. 18.* Vt † si fortè res facta sit deterior

l. videamus. 11. §. 1. aut incendio non fortuito corruptа. *d. l. si quis. 9. §. si colonis. 3.* vti enim re sicut bonus paterfamiliãs, *l. si merces. 25. §. conductor. 3.* & dolũ atque culpam præstare debet, *d. l. si quis. §. 3.* etiam eorum quos induxit, si in inducendis culpam admisit: *l. videamus. d. l. qui insulam. 30. §. fi.* atque adeò inimicorum suorum, si eius odio rẽ fecerint deteriorẽ. *d. l. si merces. §. culpæ 4.* In hoc iudicium & illud venit, quod contra legem locationis factum est: quia culpa est contra pacta venire. *d. l. videamus. §. fin.* Imperitia quoque artificis, culpæ adnumeratur. *d. l. si quis. 9. §. penult. l. item quæritur. 13. §. si gemma. 5. l. ea lege. 51. §. locaui. 1.* Custodia etiam & leuiss. culpa non ex natura locationis, sed ratione circumstantiarum aut pactionum interdum præstanda est: vt ab iis qui pro custodia mercedem accipiunt, *l. qui mercedẽ. 40. cum l. seq. h. tit.* vel si res natura sua exactissimam diligentiam requirat. *d. l. si merces. 25. §. pen.* Item à sarcinatore, & fullone, & cæteris, qui tãquam artifices locant operas, & rebus recipiendis, custodiendis, reficiendísve quæstum faciunt. *d. l. item quæritur. §. si fullo. 6. d. l. si merces. §. penul. & fin.* Agitur etiam ad id quod interest, si ante finitum locationis tempus sine causa rem conductor deserat. *l. si in lege. 24. §. si domus. 3. l. dominus. 55. §. fin.* Item in hoc, vt exacto locationis tempore res reddatur. *l. si quis cognitionis. C. eod. d. l. videamus. §. pen.* Quo casu contra nõn restituentẽ iuratur in litem. *l. si cui. 48. h. tit.* Nonnunquam etiam ante finitum tempus, si videlicet dominus noua necessitate coactus, re sua opus habeat, vel inquilinus ea abutatur. *d. l. quæro. §. inter. l. 3. C. e.*

16 ¶ Conductor agit in hoc, vt sibi liceat re locata vti, aut soluitur id quod interest: *l. 7. 8. 9. h. t.* vt reficiat locator domum, aut mercedem pro rata temporis, quo vti nequit, remittat: *l. ex conducto. 15. l. habitatores. 27.* vt præstet damna vitio rei locatæ contracta, si facilè sciri vitium potuit, & ad certũ vsum res quasi ab artifice locata est: vt si vas vitiosum à vietore loceт. secus si lateat vitiũ, ita vt prudentiss. fallat: nec in ea locanda artificiũ suum, quasi rei bonæ & integræ, locator profiteatur. vt si ager conductus herbas noxias ferat. *l. sed addes. 19. §. si quis dolia. 1. h. t.* itẽ in hoc agit, vt propter interitũ rei, aut sterilitatem fructuũ labe aliqua cõtractã, vel incendiũ, aut aliud impedimentũ vsus rei merces remittatur pro rata tẽporis, quo vsus cõductor nõ est. *d. l. si quis. 9. §. Imperator. d. l. ex conducto. §. si vis. & §. vbicũque. d. l. si merces. §. vis maior.* Cũ enim ob vsũ rei illa præstetur, æquum est vt qui vti ea nequit, illi pensionis fiat remissio.

DE ASTIMAPTORIA. Tit. III.

1 *Cõtinuatio tituli. (nõ præscriptis verb.*
2 *Ex duplicibus contractib. dari actio-*
3 *Ex qua causa detur æstimatoria.*
4 *Actionẽ hanc esse ciuilẽ & bonæ fidei.*
5 *Cuius sit in hoc contractu periculum.*

1 ET hæc † quidem de contractibus Nominatis, & quæ inde prodeunt iudiciis ordinariis.
2 Sed † quia natura comparatum est, vt plura sint negocia quàm rerum vocabula, hoc est, agendi formulæ *l. 4. de præsc. ver.* euenit nonnunquam, vt cessãtibus proditis ac vulgaribus iudiciis, descendendum sit ad ea quæ sunt in factum generalibus verbis præscripta, prout cuiusq; facti natura exigit: *l. 1. ff. de præsc. verb.* quod fit, vel cum negocium tam ambiguum & multiplex est, vt nescias ad quam contractus speciem sit referendum; *vt in l. 1. ff. de præsc. verb.* vel cum patet quidẽ & apparet quale sit, sed redigi ad ordinem contractuũ nominatorum nequit. *l. 5. ff. de præsc. verb.* Prioris generis est, cùm res Æstimata vendendæ datur. Hîc enim probabiliter dubitari potest, vtrum ex vendito sit actio propter æstimationẽ, quæ loco precij est, & venditionẽ inducit: *l. plerunque. 10. §. si tamen. l. quoties. 16. ff. de iure dotium. l. quoties. C. eod. Paul. lib. 2. tit. 4.* an ex locato, quasi rẽ vendendã locasse videatur: an verò mandati,
3 non interueniente mercede. Itaque † tollendæ dubitationis gratia, & ne ineptã proponendo actionẽ periclitaretur actor, æstimatoriã præscriptis verbis actionẽ dare visum est, quæ præscriptis aptè verbis ad quodlibet negociũ accõmodaretur.
4 Ea † ciuilis est, quia negociũ ciuile vnde datur gestũ est, & quidẽ bona fide: quare omnia hîc locũ habebunt, quæ in bonæ fidei iudiciis. *l. 1. h. t.* Hæc actio Vtilis est, etiamsi merces
5 interuenit. *l. 2. h. t.* nã etsi merces pro opera constituta soleat locationẽ inducere: *l. 1. §. mandati. l. rogasti. 19. in fin. ff. de præsc. verb.* tamen quia hîc æstimatio rei, quæ venditionẽ facit. *l. plerunque 10. cum ll. seq. de iur. dot. l. 2. §. vlt. ff. pro empto.* adiuncta est, visum fuit potius esse, vt æstimãda erit alia distinctio. *l. si gratuitam. 17. §. si margaritas. 1. ff. de præsc. verb.*

DE RERVM PERMVtatione. Tit. IIII. C. 4. 64.

1 *Permutatio quare cõtract. innominat.*
2 *Affinitas huius contractus cũ venditione.*
3 *Differentia 1. inter hos contractus, à forma.*
4 *Differẽtia 2. ab effectu & præstationib.*
5 *Explicatio L. 1. quæ illas differẽtias tradit.*

6 *Ex permutatione propriè oriri actionem præscriptis verbis.*
7 *Quando detur conditio.*
8 *Differentia tertia, à causa efficiente: & quomodo contrahatur permutatio.*
9 *Explicatio vers. vltimi L. I.*
10 *Methodica summa, de rerum permutatione.*

1 HVius † generis est etiam Permutatio, qui contractus iurisgentium perhibetur vetustissimus, innominatus tamen, vtpote generalis, & omnia in se commercia includens. Res enim rebus permutare, omnibus conuentionib. tam nominatis quàm innominatis est commune, vt permutatio nequeat ad certam speciẽ nomẽq; contractus reduci: quanquam fuit apud veteres dubitatum, an hoc placitum idem cum emptione esset. *l. 1. §. 1. §. de contrah. empt. §. 1. Inst.*
2 *eod.* Videtur † enim venditio esse, *l. 2. C. de rerum permut.* quia pro precio res datur, & id agitur vt dominiũ hinc inde trãsferatur, aut paretur vsucapiendi cõditio: *l. sequitur. §. sed etsi. de vsucap. J.* & vtrinq; deberur euictio, *l. 1. C. de rerum permut.* ac bonæ inde fidei actio existit, *§. actionum. Instit. de actionibus.* quæ omnia sunt emptioni & venditioni consentanea. Et huius sententiæ Sabinũ & Cassium fuisse accepimus. sed Nerua & Proculus aliud esse permutationem, aliud emptionẽ existimauerunt: quia multis modis hos contra-
3 ctus inter se differre palàm est. Nam † primò differunt forma: in venditione enim aliud est vendere, aliud emere: alius emptor, alius venditor: aliud precium, aliud merx. At hanc formam non habet permutatio: in qua discernere nequeas, quis sit emptor, quis venditor, quid preciũ, quid merx. *l. 1. §. pen. §. de contra. empt. l. 1. in prin. h. t.* Se-
4 cundò † effectu & præstationibus. Emptor enim cogitur facere nummos accipientis: venditor rẽ dare non cogitur, sed satisfacit tradendo rem cũ euictionis cautione. Itaq; si res euicta non sit, nihil debet. In permutatione verò, si ponas vtrãq; rem haberi pro precio, vterq; emptoris instar erit: vnde sequetur, rem fieri accipientis vtrinque oportere: sin pro merce, quia vterq; personam venditoris repræsentabit. neutrius fieri rem necesse fuerit: quod quidẽ longè abhorret à natura huius contractus: itaq; neutrũ horum est in per-
5 mutatione. Nam † cũ preciũ sit quo aliud æstimatur, merx verò res ipsa æstimata, non potest in permutatione inueniri, quid pro merce, quid loco precij sit habendum. Absurdũ autem foret, vtramq; rem esse aut mercem, aut precium: cùm natura rerum nõ patiatur, vt vna res & væneat,
6 & precium sit emptionis. Quod † cùm ita sit, nõ hæc obtinent præstationes, in vẽditione receptę: sed si ea res quam acceperim, postea euincatur, in factum agere debeo ad id quod interest: quæ propria est permutationis actio, datúrq; ex cõtractu, quem ego & à mea parte perfici, & perfectum esse volo: nec potest obiicere aduersarius, G quasi cõtractus sit imperfectus, cum in ipso ab-

A solutam vtm & obligationẽ acceperit, in quem dominium rei meę trãstuli. *l. 1. l. rebus. l. fin. C. eod.* Itaque quod ad ipsum attinet, consummatus est contractus, cum ei dederim quod erat conuentum. Planè † quia in me perfecta nõ est permu- 7
tatio (ea enim rei datione cõpletur) cùm euicta mihi res sit tradita, possum iure meo vti, & rem meam repetere, quasi causa non secuta, propter quam data est: *l. 1. in fin. h. t. l. 4. le penul. C. eod.* quia tibi eam relinquere nõ sum obligatus, cùm nul-
B lius rei datione cõtractum à tua parte impleueris, neque me obligaris. *l. 3. C. eod.* Nam † tersi em- 8
ptio nuda consentientiũ volũtate contrahitur, tamen permutatio ex re tantùm tradita datáq; initiũ obligationi præbet: alioqui si res tradita non sit, nudo consensu constituit obligationem dicemus: quod in his dũtaxat receptum est, quæ nomen suum habent, vt in emptione, cõductione, mandato, &c. Permutatio autem istiusmodi nomine & forma speciali aut ciuili caret, & in
C generali contractuum nomine cõsistit, ideoque non cõsensu, sed rei datione perficitur: eáq; tertia est à causa efficiẽte desumpta horum cõtractuum differẽtia. Quare † rectè Pædius ait, alie- 9
nam rem dantem, nullam contrahere permutationẽ, in hoc vt sibi alterũ obliget. Igitur si ego alienam rem tibi tradidero, & tu cõtra rẽ mihi tradere nolis, nõ vtiq; in hoc agã, quod interest mea illã rẽ accepisse, de qua cõuenit. Nec enim donatione rei, quæ requirit dominij transtatio-
D nẽ, *l. fin. vbi Ias. de cond. caus. dat.* te mihi obligaui, vt ex permutatione actio dari possit, cum rẽ nõ fecerim tuam: *d. l. 3. C. eod.* sed vt res tradita cõtrà nobis reddatur, condictioni locus erit, quasi re nõ secuta. *d. l. 1. in fin.* Quod cum ita sit, liquet, ex hoc cõtractu, qui nullum habet certum nomen, nullam oriri certam actionẽ, vt ex empto, locato, &c. Sed recurrendum esse, aut ad iudiciũ præscriptis verbis, cõtractu à tua parte impleto; aut ad condictionem causa data, causa non secuta, si
E rei datione necdum alterum tibi obligasti.

¶ Est igitur, vt de explicatione legũ huius titu- O
li modò facta intelligi potest, permutatio commerciũ, *l. 5. de inst. & iur. Cuiac. ad Vlp. tit. 19.* contractus, *l. 1. h. t.* seu (vt Impp. appellant) placitum *l. 3. 4. C. eod.* vel conuentio. *l. fin. C. eod.* iurisgentiũ. *l. 1. de contr. emp. l. 1. h. t.* innominata, *l. 1. h. t. & traditur in l. iurisgenium. 7. de pact.* similis emptioni, *l. 2. C. eod. l. 1. de contra. empt.* eóq; bonæ fidei, *d. l. 2. C. eod.* qua species rerum certæ cum specieb. cõ-
F mutantur. *l. 1 h. t. l. emptionem. 7. l. 1. 2. 3. 4. & t. t. C. eod.* Dico species: nam si genus cum genere, aut cum specie cõmutetur, nõ est propriè permutatio, sed magis cõtractus innominatus, do vt des: *l. 1. vbi glo. & Dd. hoc t. Ias. in l. 2. in prin. nu. 7. si cer. petat. vide glo. opt. in l. 1. C. eod.* qui à permutatione distat, quia ex hac actio bonę fidei oritur, ex illo nequaquam. *Ias. in d. l. 2. nu. 8. & in l. 1. nu. 10. hoc t.* Vt enim in emptione merx & preciũ certũ esse debet, *vide §. de contr. emp.* ita & in permutatione quæ huic comparatur, certæ res indiuiduæ. Partes huius contractus, possunt dici species rerum,

rum, consensus & traditio, ac nonnunquã stipu- A
latio. *l. 3. C. eod.* Genera varia, vt diuisio, trãsactio, do vt des: denique omnes cõtractus, ἐν πλάτει cõmercio permutationis comprehendũtur: sed in specie vna tantùm est permutatio, scilicet cùm certa res pro re certa cõmutatur. *vide gl. in l. 1. C. eod.* Causa efficiens, est ius gentium, cõsensus, & rerum traditio. Permutare autem possunt, qui aliàs contrahere. Materia, sunt certæ rerum species, non genus, neque preciũ. Forma, vt aut tra-
ditione aut stipulatione fiat. *l. cum pater. 77. §. hæ-* B
reditatem. de leg. 2. Finis, vt cum tu habeas quod ego desiderẽ, vicissim ego habeã quod tu accipere velis, fiat vtrinque cõmutatio rerũ, ac quod cuiq; vtile & opportunũ est, quæratur. *l. 1. in prin. de pact.* Effectus idem ferè qui emptionis, *l. 2. vbi glo. C. eod. l. 2. h. t.* nam ex permutatione peræquè atque ex vẽditione, paratur vsucapiẽdi cõditio, *l. 4. §. de illo. de rer. permut.* præstatur euictio, *d. l. 1. C. eo.* & animantium sanitas: *l. 2. h. t.* ac fit ob vitia redhibitio. *l. sciẽdum. §. pen. de ædil. edic. gl. in d. l. 2.* C
Itẽ oritur ex contractu permutationis, actio bonæ fidei, *§. actionum. Inst. de actio. Ias. in l. 2. in prin. nu. 8. si cert. petat.* præscriptis verbis: *l. 4. l. fin. l. rebus. 6. C. eod,* qua ad exemplum actionis empti, *l. 1. C. eod.* agi potest, aut vt impleatur quod promissum est, *l. 4. l. vltim. C. eod.* aut id quod interest præstetur: *l. 1. C. eod.* quo respectu incerti actio di citur: *Cuiac. obs. lib. 4. c. 7.* quãquam & condici res quæ data est, quasi re non secuta, *l. 1. 4. 5. 7. C. eod.* & adiecta stipulatione, vt ferè fit, ex stipulatu a- D
gi potest. *l. 3. 4. 7. C. eod.* Nam aut ex stipulatione, aut à traditione, non etiam de consensu, vim omnem & effectum hic contractus trahit & mutuatur, vt paulò antè est expositum.

DE PRÆSCRIPTIS verbis, & in factum actionibus. Tit. v.

C. 4. 64.

1 *Continuatio, & quare hi contractus sint innominati.*
2 *Genera 4. contractuum innominatorũ.*
3 *Do vt des.*
4 *Do vt facias.*
5 *Facio vt des.*
6 *Facio vt facias.*
7 *Qualis sit hæc actio.*
8 *Actionem in factũ ab hac longè abesse.*

1 SEcundò † loco dixi, §. *ad tit. de æstima. act.* actionem præscriptis verbis dari, quoties cõtractus existunt, quorum appellationes nullæ iure ciuili sunt proditæ. *l. 3. h. t.* Hi enim, quamuis nomen & formam specialem non habẽt: tamen quia nuda pacta non sunt, quæ nullius mutuæ obligationis vinculo colligãtur, sed habent in se συνάλλαγμα, & negocium aliquod ciuile, G
nempe rerum commerciũ, ciuilem etiam actio-

E nem producãt necesse est: *l. iurisgentium. 7. in prin. §. de pactis.* Quæ quia non potest ad certam aliquam formam accommodari, cũ ipsa negocia vnde oritur, varia sint & incerta, præscriptis in factũ quodlibet verbis à prætore informatur. Solent † autem istiusmodi contractus ad quatuor 2
ferè genera redigi: aut enim do vt des, aut do vt facias, aut facio vt des, aut facio vt facias. Si do † 3
tibi rem, vt contrà rem accipiam, cùm non placeat permutationem rerũ emptionem esse, nascitur ciuilis obligatio innominata: indéq; actio præscriptis verbis oritur, qua agitur nõ in id, vt reddas quod accepisti (condictio enim non datur ex contractu, ad contractum rescindẽdum) sed vt dãneris mihi, quanti interest mea illud de quo cõuenit, accipere. Sanè ex alio capite, quòd antequã dederis, tibi obligatus non sum: si meũ recipere velim, condicere possum, quasi re non secuta: itaque periculũ eius rei quã dare debes, ad me pertinet, quod quidem ad actionem præscriptis verbis attinet: *l. naturalis. 5. §. 1. vers. sed si scyphos. h. t.* Quia cùm sis debitor speciẽ, interitu eius liberarere. *l. si ex legati causa. 23. de verb. oblig.* Sed quoniam pœnitere possum antequã vllius rei datione me tibi obligasti, nihilominus cõdi cam meam rem quasi ob causam datam, causa non secuta. *l. fin. §. de condict. causa da. causa non sec.* At † cum do vt facias, si tale sit factum quod 4
locari solet, puta vt tabulas pingas, pecunia data locatio erit: si res sit, quæ mercedis loco datur, non erit locatio, sed nascetur vel ciuilis actio in id quod mea interest, vel ad repetẽdum condictio, sicut in superiore casu. idémq; iuris est, etiã pecunia data: si tale est factum quod locari non potest: quia vsum fruitionis non recipiat: puta, vt seruum manumittas. Sed si seruum tibi dedi, vt tuum manumitteres, & manumisisti, & is quẽ dedi euictus sit: si sciẽs dedi, de dolo teneor propter fraudem, vt Iulianus voluit: non enim videbatur ciuile esse negocium, quod fraudulenter gestum esset. Sin ignorans præscriptis in fac-
tum verbis, ciuilem putat I. C. dandam: quia manumittendo, me ciuiliter ad dãdum obligasti. *dict. l. naturalis. §. at cum do.* Quòd si dubitetur sciens an ignorãs dederim, existimabat hoc casu Iulianus, nõ posse ciuili actione agi, quòd dubitaretur quænam danda esset; vtrum præscriptis verbis, an verò de dolo prætoria: itaq; in factum actionem subsidiariam à prætore concedendam. in quo meritò reprehensus est à Martiano, cũ & hoc casu sufficiat præscriptis verbis ex ciuili obligatione actio. Humanius est enim, in dubio præsumi ciuiliter, & bona fide potius quàm dolo malo negociũ esse gestũ. *in l. iurisgẽtium. in fin. prin. §. de pactis.* Atq; hæc quidẽ interpretatio quibusdã placet: de qua alio loco quia diximus, nõ est opus hîc eadẽ inculcare. *vide §. in tit. de pact.* Explicatur est articulus, do vt facias. Quòd si faciam † vt des, & postquã feci, cesses da- 5
re, nulla erit ciuilis actio: *d. l. naturalis. §. quòd si faciam. h. t.* quia nulla subest obligatio, quæ formã ciuilis contractus habeat: & ideo de dolo subsi-

diaria dabitur. Nec enim negociũ hoc congruit emptioni, vt in do vt des: nec locationi, vt in do vt facias: nec alij cuipiam ciuili cõtractui simile est, ad cuius formã actio præscriptis verbis accommodetur, *d. §. quòd si faciam.* Deinde ex facto nõ perinde mihi obligaris, atq; ex datione: quia fieri potest, vt ex facto meo nihil ad te perueniat: verbi gratia, si seruum meũ manumittã vt mihi des decem, hîc constat nihil ad te cõmodi ex libertatis datione redire, quo mihi ciuiliter obligeris: de qua specie loqui I.C. exemplũ manumissionis paulò antè positum ostẽdit. Quòd cum ita sit, ad euitandas has decipulas, & in omnem euentum placuit hoc casu de dolo actionẽ dari. Etenim in dolo es, qui cessas fraudulẽter in dando, postquam ego feci. *l. dolus. ff. mandati.* Nec hoc pugnat cũ edicto de dolo, *l. 1. §. 1. 2. 3. de dol. mal.* quoniam in dubiis casibus dantur ad præcidendas lites subsidiariæ actiones, quæ in certis non darentur: *vt l. 1. de æstima. act.* idq; de actione doli traditur. *l. & eleganter. 7. § non solùm. 1. de dol. mal.* Donellus nullam actionẽ hîc interpretatur de condictione, de qua tamen non vltimo loco egerat Paulus, sed de præscriptis verbis actione. Deinde actio de dolo nõ datur, quoties alia quauis actione etiam ab alio res seruari potest. *l. 1. §. vlt. l. 3. l. 4. de dol. mal.* Sed hæc maioris sunt disputationis, quam hîc pluribus persequitur Donel-
5 lus, vnde studiosi petant. Quòd † si Facio vt facias, quia vtrinq; æqualia præstantur, nempe facta, formam res habet ciuilis negocij, cùm propter æqualitatem, quæ iuris ciuilis propria est, tum quia simile est negocium mandato: vt, verbi gratia, si conuenit, vt ego à tuo debitore Carthagine, tu à meo Romæ exigas: itaq; actio oritur præscriptis verbis mandati cõsimilis. *l. naturalis 5. §. sed si facio. h. t.* Et ad hæc quidẽ quatuor genera ferè reduci cõtractus innominati omnes possunt. Sed tamen q̃a plura sunt negocia quàm rerum vocabula, *d. l. 4. h. t.* fit vt existant interdũ contractus, qui nec in hæc quidem genera cadant, & tamen habeant causam obligationis ciuilem propter συνάλλαγμα. Cuiusmodi † species 7
in hoc titulo plurimas inuenire licet, quibus ex omnibus præscriptis verbis est agendum: *l. 1. h. t.* quæ actio, vtpote ex ciuili obligatione manans, ciuilis est, & similis ordinariarum, præterquam quòd non certis formulis concepta est, sed tanquam Lesbia regula ad quælibet facta accõmodatur: eáque sic agitur, vt nullum certũ actionis genus aut nomẽ in libello exprimatur. Ab hac † 8
autem lõgè distat actio in factum Prætoria, quę deficiente obligatione, & causa ciuili, aut verbis legis, ex æquitate à prætore datur, *l. quia actionũ. 11. l. quoties. 21. h. t.* nam hæc planè subsidiaria est, vt aliis ciuilibus extantib. nequaquam detur: *d. l. quoties.* cuiusmodi sunt ferè omnia prætorũ remedia. *l. & eleganter. 7. §. non solùm. cum seqq. ff. de dol. malo. l. in causa. 16. ff. de minoribus.* Præscriptis autem verbis actio cum sit ciuilis, etiam ciuili ordinarię actioni adiungi, & cum ea concurrere potest, vt multis ll. apertissimè cõprobatur. *l. Labeo. ff. de contrah. empt. l. si conuenerit. ff. comm. diuidundo. l. si conuenerit. ff. de rescin. vendit.*

DIGESTORVM PARS IIII.

LIBER XX.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum. Tit. I. C. 8. 14. 35.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Diuisio materiæ de pignoribus.*
3 *Quid inter pignus & hypothecam intersit: & quid sint, & species.*
4 *Quomodo contrahatur.*
5 *De pactis pignorum & antichresi.*

1 EXPOSITIS † cõtractuum omnium quib. in creditũ itur, generibus, & actionib⁹ quæ inde proficiscuntur, absolutis: vidẽdum nũc est de his quæ cõtractibus accedere adiungíq; solẽt. Ea autẽ pertinẽt aut ad securitatẽ cõtractus, vt pignora: aut ad implementum, vt Ædilitium edictum, euictio, vsuræ: aut ad probationem, vt testes & instrumenta: de quib. singulis restat vt
2 dispiciamus. De † pignoribus hæc iusto ordine isto lib. tractantur: Quomodo contrahantur: *h. t. & seqq.* Quibus de rebus: *tit 3* Quem habeant effectum: *tit. 4. & 5.* Quomodo soluantur. *tit. 6.*

3 ¶Inter pignus & hypothecam, quod ad vsum attinet, tantum nominis sonus differt: *l. 5. in fin. h. tit.* alterum enim Græcum, alterum Latinum vocabulum est. Quare statutum quod de pignore loquitur, etiam in hypotheca obtinebit, & è contrariò. *Neguzan. in tract. pign. part. 1. num. 8. & 9 contra Bart. in l. si rem. § propriè. de pign. act.* Sed si proprietates verborum exactè limare volumus, pignus à pugno Latinis dicitur, quòd traditur quasi de manu in manum creditori: hypotheca verò, quicquid supponitur obligationi, manente apud debitorẽ possessione. *§. item Seruiana. in fin. Inst. de actio. l. si rẽ. §. 2. de pigno. actio. l. plebs est. 238 §. fin. de verb. sign.* Pignus autem dicitur tam ipsa res quæ pignori obligata est, *tot. t. de distrah. pig.* quàm ius quod creditor in pignore habet. *tot. tit. quæ res pig. oblig. & qui pot. in pig. hab.* Propriè tamẽ pignus est ius reale, quo creditor nomine eius quod sibi debetur, rem obligatam tenet: quanquam & ipse contractus, quo res creditori obligatur, pignus etiã dici possit. *l. 1. §. fin. verb. in pignus. de pact.* Pignoris autem tres

tres vulgò ponuntur species. Est enim quoddam pignus prætorium, *tot. tit. C. de prætor. pign.* quod prętor decreta missione possessionéq; bonorum inducit: quoddam iudiciale, captis à iudice pro re iudicata pignoribus; *l. à diuo Pio. 15. de re iud. t. t. C. de bon. auth. iud. poss.* quod tamen superiori rectè includi potest: *Cuiac. in l. pe. pro empt. & lib. obs. 5. c. 30. vt feci ff. de pig. act.* quoddam conuentionale, quod consensu & conuentione constituitur. *l. 1. de pign. act. vide Ias. in §. item Seruiana. in prin. Inst. de act. Neguzan. in tract. pig. par. 3.* Est etiam quædam hypotheca generalis, videlicet omnium bonorum: quædam specialis, videlicet vnius rei: item quædam expressa, quædam tacita. *l. 2. 3. 4. de pact.* Loquimur autem hîc de pignore conuentionali & expresso, quod cõtractibus accedit, nec modò rei traditione, verum etiam consensu & nuda voluntate contrahitur: *l. 1. ff. de pig. actio.* quanquam iure Sax. in hypotheca rerum immobilium constituenda authoritas iudicis requiri videatur. *Reinh. diff. 23. per*
4 *art. 30. lib. 2.* Neque † ad rem pertinet quibus verbis fiat, sicuti tralatitium est in his obligationibus quę consensu contrahuntur: & ideo etiam sine scriptura, si probari potest conuenisse, vt hypotheca sit, res erit oligata: *l. 4. hoc tit.* pactiones etiam, diemq; ac conditionem, hic contra-
5 ctus recipit: *l. si cõuenerit. 4. suprà de pign. actio.* vt § cum conuenit, vti creditor fructus (quos alioqui non lucratur, sed sorti imputat, *l. 1. C. de distract. pign. l. 1. & 2. C. de pign. actio. l. si dominium. 9. C. de pign.*) aut aliud quid supra sortem, pro vsu pecuniæ quam debitori promittit, percipiat. *l. 1. §. pacto hoc t. l. si ea lege. C. de vsuris.* Quę species ἀντίχρησις vocatur: *l. si is. 11. §. 1. hoc t. l. si pecuniam. 33. ff. de pign. actio. vide Cuiac. lib. 3. cap. 35.* neque semper & indistinctè vsuraria est. *d. l. si ea lege. 17. C. de vsur. vide Molin. in trac. vsur. quæst. 32. Cuiac. lib. 8. ca. 17. glo. num. 5. Land. lib. 1. art. 54. Neguz. in tra. pig. in 5. memb. 5. part. nu. 10. cum seqq.* Sanè pactum legis commissoriæ in pignoribus improbatur: tale scilicet, vt nisi certa die pecunia soluatur, res oppignorata in commissum cadat, adicaturq; creditori. Cum enim id oneris egentibus, & necessitate circumuentis debitorib. multò grauius ac perniciosius accidat quàm vlla vsura, meritò ac iure fit, vt hinc procul amoueatur & exterminetur. *l. fin. C. de pact. pign.*

IN QVIBVS CAVSIS pignus vel hypotheca tacitè contrahitur. Tit. II. C. 8. 15.

1 *Tacitum pignus contrahitur in mutuo refectionis.*
2 *In inuectis & illatis in prædium vrbanum, non rusticum.*
3 *In renouata locatione.*
4 *Ratione personæ creditoris, vt pupilli, fisci, &c.*
5 *Ciuitates & inferiores principes non habere ius fisci.*
6 *Differentia inter expressam hypothecam & tacitam.*

QVia † verò tacito quoque consensu con- 1
uentiones fiunt, *l. 2. & 3. ff. de pactis.* fit vt nõ modò expressa voluntate, sed in quibusdam etiam causis tacitè pignus contrahatur. Nam in primis quo plures essent, qui ad refectionem ædium, quas refici publicè interest, mutuò darent, S.C. pignus insulæ, ei qui ad eam ædificandam credidisset, datum est. *l. 1. hoc tit. l. si ventri. 8. §. 1. de priuil. creditor. al. l. 24. de reb. auct. iud. poss. l. creditor. 25. ff. si certum petatur.* Sed † & inuecta & illata in 2
prædium vrbanum, pro pensione clàm obligatur: quod primò moris fuit, postea ius factum est. *l. 2. cum multis seqq. hoc tit. l. 4. ff. de pactis. l. vlt. C. eod.* In rusticis prædiis contrà seruatur: *l. 4. hoc tit.* quia sufficit in iis fructus teneri: *l. in prædiis. 7. h. t.* nisi voluntate, hoc est, ex conuẽtione aliqua iure pignoris inferantur: *tot. t. de Sal. interd.* quod alibi voluit Imperator. *l. certi iuris. C. de loca. & cond.* Sed † & tacitæ locationi cohæret pignoris 3
renouatio. *l. item. 13. §. qui impleto. 10. ff. locat.* Item & rei oppignoratæ fructus extantes, quamuis id apertè non sit expressum, pactione tamẽ subintellecta pignori creduntur inesse. *l. 3. C. eod.* Fauor insuper creditoris facit nonnũquam locum pignori legali. Sic † pupillus hypothecam habet 4
in bonis tutoris, *l. pen. C. eo. l. pro officio. 20. C. de admin. tut.* vxor in mariti, *l. vnica. §. 1. C. de rei vxoriæ actio.* spõsa in sponsi, *Ang. in §. patitur. nu. 3. Inst. de iniur.* adulti scilicet ætate, non minoris, *gl. in l. pen. verb. teneri. C. de leg. tut. Bart. in l. si constante. solu. matr.* (huius enim bona, dotis nomine nõ obligari, plerique contendunt:) quæ hypotheca non modò pro dote intelligitur cõtracta, *Dd. in l. vbi in prin. C. de iur. dot. l. si cum dotem. § sin autem in sæuissimo. vbi glo. & Dd. ff solut. matr. vide l. assiduis. § fin. C. qui pot. in pign. Ias. latè post Angel. in §. fuerat. num. 41. & 42. Inst. de act. idem Ias in l. maritus. 21 nu. 14. C. de procur. per gl. singularem in l. si ego. §. dotis. verb. condici. de iur. dot.* sed etiam nomine alimẽtorum, ac bonorum paraphernalium, quamuis reliqua priuilegia dotis, in his locum non habeant. *Ias. in d. l. maritus. 21. nu. 14. C. de procur.* In bonis tamen mariti, dũtaxat allodialibus, ea mulieri hypotheca datur, non etiã in feudalibus. *Bald. in c. imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. & in l. 1. C. quæ res pig. ob. Spec. de pig §. 1. nu. 30. latè in terminis. Bal. in tract. de dot. part. 3 quæst. 187.* Eandem hypothecã tacitam habet & pupillus in bonis protutoris, *glo. in l. pro offi io. 20. C. de ad. tut.* minor in patrimonio curatoris, *d. l. pro officio. in verb. curatoris,* fiscus in bonis administratorum suorũ, *l. 1. C. de priui. fisc.* vel debitorũ *l. 1. & 2. C. de priu. fisc.* filius respectu maternorũ bonorum & hæreditatis, in re patris qui illa admi-

nistrat. *l. si quis prioris. C. de sec. nupt. Schurff. cons.* 56. *cent.* 1. *vide Neguz. in tract. pign.* 2. *part.* 4. *memb. nu.* 13. *cum seqq.* Ciuitates † non habent, nisi in bonis suorum administratorum, *Alex. in l.* 1. §. *si hæres. ad Trebell. per l.* 1. C. *quo quis. ord. conuen. lib.* 11. *Neguz. in tract. pig. part.* 2. *memb.* 2. *num.* 119. aut ex priuilegio Principis: *l. simile.* 10. *ad municip.* quia loco priuatorum sunt: *l. eum. qui.* 16. *de verb. sign.* vnde arguunt quidam, Duces, Marchiones, & Comites Imperatori subiectos priuilegia Fisci imperatorij non habere, nisi præscripserint, aut à Cæsare impetrarint. Plerique tamẽ aiunt, non modò hos, sed etiam ciuitates quasque, quæ merum imperium habent, moribus ius fisci vsurpare, *c. super.* 26. §. 1. *de verb. signif. l. comperit. vbi Dd.* C. *de præscr.* 30. *anno.* quamuis superiorem recognoscant. *Fachs. diff. Reinh. diff.* 34. Est autem
6 differentia taciti pignoris & expressi. Res † ex conuentione expressim obligatæ alienari nequeunt, nisi cum suo onere. *l. si debitor. C. de dist. pig.* Quæ verò secreto nexu tenentur, liberè alienari possunt antequam præcluduntur, hoc est, vt vulgo nunc dicunt, arrestantur: *l. penul. hoc tit.* tacitum enim pignus generale est, & omnia cõplectitur bona. Generalis autem pignoris obligatio alienationem nõ impedit. *l. cum tabernam.* 34. *suprà tit.* 1. Illud vltimò sciendum, per expressum pignus non tolli tacitum, aut cõtrà. *vide Ias. in* §. *item Seruiana. nu.* 70. *vbi dicit hanc esse communem. Instit. de act. Dd. in l. vlt. C. de pact. conuent. Neguz. in tract. pignor.* 2. *par.* 4. *memb. nu.* 82.

QVÆ RES PIGNORI vel hypothecæ datæ obligari non possunt. Tit. III. C. 8. 17.

1 *Quicquid non prohibetur, potest oppignorari.*
2 *Res quæ sua natura non possunt oppignorari.*
3 *Quæ personæ oppignorare nequeant.*
4 *Quando non idoneè res oppignoretur.*

1 SEcundò † videamus quæ oppignorari non possint: eo enim cognito, facilè apparebit, quæ nam rectè & vtiliter nectantur. *Instit. de his qui sunt sui vel al. iu. in princ.* Res pignorari nequeunt, vel quia sua natura nexum non recipiunt, vel quòd à non idoneis, aut non idoneè
2 nectuntur. Res † sua natura oppignorationem respuunt, quæ sunt extra commercium, quia nec emi possunt: *l.* 1. §. *earum. h. tit.* vt res sacræ, religiosæ, publicæ; *l.* 3. C. *eod.* liber homo, quamuis filiusfamiliâs. *l. qui filios.* 6. C. *eod. l. fin. h. tit.* Qui tamen ab hostibus redimitur, loco pignoris est apud redemptorem, donec precium reddat. *l. si patre.* 15. *de capt. & postli. reuers. l.* 2. C. *eod. tit. l. Senatus.* 43. §. *vlt. de legat.* 1. Item quæ lege prohibentur alienari, vt res litigiosæ, *l.* 1. §. *fin. h. t.* minorũ
G fundus dotalis, &c. Nam oppignoratio quædam

A alienatio est. *l. vlt. C. de reb. alie. non alienand.* Vnde nec feudalia, quorum alienatio inuito domino, aut agnatis non consentientibus interdicta est, *c. imperialẽ. in prin. vbi Dd. de prob. feud. alien. per Fed. vide latè Curt. in tract. feud. par.* 4. *num.* 95. rectè subiiciuntur hypothecæ: quamuis fructus feudi posse pignori esse, receptum sit. *Spec. de pignor.* §. 1. *Cur. præall. loc. nu.* 95. Deinde † fit, vt res 3
non idoneè nectantur, vel quia potestatem nectendi, qui dedit, non habet: vt si res aliena pi-
B gnori detur, *tot. tit. C. si res aliena.* aut pupillus sine volũtate tutoris & decreto, seruus sine domini, filius sine patris, de his quidem rebus quæ patri quæruntur, oppignoret: *l.* 1. *in princ. &* §. 1. *hoc tit.* vel † quòd de rei obligatione actum non videa- 4
tur, vt cum secundus creditor in prioris locum succedit, non intelligitur pignus renouari, nisi expressè conueniat. *l. Aristo.* 3. *cum ll seqq. h. t.* Sic & in generali obligatione non veniunt, quæ credibile non sit quempiam specialiter obligaturũ.
C *l.* 1. *C. eo. l. obligatione.* 6. *cum l. seq.* 3. *de pign.*

QVI POTIORES IN pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum succedunt. Tit. IIII. C. 8. 18. 19.

1 *Effectus pignoris, vt creditor habeat*
D *ius persequendi & distrahendi.*
2 *Regula, Qui prior est tempore, potior est iure.*
3 *Fallit in pupillo & muliere.*
4 *In eo qui credidit in pignoris conseruationem.*
5 *In redemptore captiui serui.*
6 *In eo qui paratus est priori soluere.*
E 7 *In eo qui in locum primi creditoris succedit.*
8 *Quomodo priuilegiati concurrentes aliis aliis præferantur.*

TErtiò † de effectu pignoris est dicendum. 1
Ex obligatione autem pignoris consequitur creditor potestatem, & persequendi pignoris, *l. pignoris.* 17. 3. *de pign.* & nisi solutio principalis debiti fiat, distrahendi. 3. *tit.* 1. Sed quia eadem res pluribus nonnunquam obligatur, fit vt disceptari in persecutione distractionéque pignoris soleat, vter alteri sit præferendus, In quo regula generalis tenenda est, potiorem esse in iure pignoris, cui prius est res obligata. *l. si pignus.* 8. *l. si & iure* 10. *h. t. l.* 3. *l.* 2. *l. licet.* C. *eod. l.* 4. C. *ad Macedonianum.* Nec † enim vspiam verius est quod vulgo vsurpatur: Qui prior est tempore, potior est iure. *l.* 2. C. *eod. c. qui prior. de reg. iur. in* 6. *l. qui balneum.* 9. *l. potior.* 11. *h. t. vide de hac reg. cum suis limitat. latè Neguz. an. in trac. pig.* 2. *memb.*
5. partis

5. partis. nu. 1. 2. *& per totum.* Neque verò interest, pignus cõuentionale sit an prætorium, (de quo tamen nonnulli dubitant, *Cuiac. lib.* 5. *cap.* 30. *per l.* 12. *de reb. aut. ind. poss.*) an iudiciale: *l.* 2. *C. eod. Neguz. an. præalleg. loc. num.* 6. res specialiter obligetur, an generaliter, *l.* 2. 3. §. 1. *h. t. d. l.* 2. C. *eod.* an etiã tacitè. *l. vnica. C. rem alienam ger. d. l. si pignus.* 8. *vbi Dd. hoc tit. Dynus in d. c. qui prior. nu.* 12. *Neguz. in trac. pig. in* 6. *parte, memb* 2. *nu.* 9. Si tamen ex aliis bonis possit creditum redigere, cui generaliter bona sunt obligata, non debet interim secundo
B creditori suum speciale pignus auferre. *l.* 2. *C. de pignorib.* Nihil etiam interest, priuati sint creditores omnes, an cum his concurrant priuilegiati: puta pupillus, mulier, ciuitas, fiscus, princeps. *d. l. si pignus. l. fin.* §. *fin. h. tit.* Nam regulariter primus secũdo, secundus tertio, atque ita deinceps potior est. *l. creditor.* 12. §. *si simpliciter.* 7. *h. t.* Quin-
3 quam † enim pupillus, quamuis posterior, propter fauorem interdum personæ, vt rem saluam habeat, præfertur prioribus, *l. idémque.* 7. *l. fin. h. t.* C
& mulier fauore dotis, *l. assiduis. cum Authen. sequen. C. eod.* item fiscus in debitis, non in pœnis: *l. si is qui.* 28. *vbi Bar. de iur. fisc. l.* 1. *C. de pœn. fisc. lib.* 10. *l.* 1. *C. de iur. fisc. vide Neguz. in tract. pign. par.* 2. *memb.* 4. *& part.* 5. *memb.* 2. tamen ne hi quidem expressam hypothecam habentibus prioribus regulariter præferuntur, *in d. l. assiduis. gl. & Dd. adde Schurff. consil.* 22. *cent.* 1. sed tantùm iis qui obtinent tacitam. nam in expressis, præsertim specialibus, teneri volunt regulam, vt qui prior
D est tempore, potior sit iure: quod tamen ita accipiendum est, nisi lex disertè prioritatem eiusmodi indulgeat: §. *his consequens. in Authen. de æqualitate dotis. Auth. quo iure.* C. *eod. hoc tit.* sicut quandoq; indulget: nam (verbi gratia) pupillus, mulier, miles, fiscus, & similes, etsi (prout dictum est) prioribus non præferuntur, expressam hypothecam habentibus: quòd iniquum sit, ius primo alicui quæsitum, alterius insequente facto auferri: tamen interdum his, & maximè tã-
E tùm generalem obtinentibus, solent anteponi. *vide in Auth. de æqual. dotis. latissimè autem omniũ Neguz. in tract. pign. in* 5. *part. memb.* 2. *vbi ampliationes & fallentias ponit plurimas.* Sic qui in morbum, funus, exequias crediderunt, aliis etiam expressam habentibus solẽt præferri: *Ias. & Dd. in l. fin.* §. *in computatione. C. de in. delib. l.* 4. *C. de petit. hær. vide* 3. *de relig. & sumpt. fun.* & iure Sax. mercedes seruorum ac mercenariorũ ante om-
4 nia detrahi. *gl. lat. art.* 22. *lib.* 1. Ac † iure etiam ci- F
uili, qui credidit in rei ipsius oppignoratę conseruationem, puta, vt domus hypothecata fulciatur, eum æquum visum est anteire priores, cuius pecunia saluam fecit totius pignoris cau-
5 sam. *l.* 5. *&* 6. *h. t.* item † qui seruum ab hostibus redemit, omnibus omnino creditoribus, quamuis prioribus, in pignore meritò præfertur. *l. in bello.* 12. §. *si pignori. de captiuis & postlim. reuersis.*
6 Præterea † si paratus sit posterior priori creditori soluere (habet enim ius offerendi, *l. mulier.* 39. *cum l. seq.* 1. *t.*) meritò denegãda est huic pi-

A gnoratitia actio: cum per eum stet quo minus ei pecunia soluatur. *l. potior.* 11. §. *fin. l. quærebatur.* 20. *h. tit.* Idem † iuris erit, si voluntate prioris se- 7
cundo res sit oblata: qui si recuset accipere, intelligitur pignus sponte remisisse. *l.* 3. §. *penul. h. t.* Sed † & qui succedit in locum primi credito- 8
ris, cui recepto hypothecæ iure soluit, meritò præfertur secundo. *l. cred.* 12. §. *à Titio.* 8. *cum l. sequent. h. t.* Quomodo autem priuilegiati hi, si cõcurrant, alij aliis præferantur, longum nũc esset
B disputare, & alibi tractant glo. & Dd. *in d. l. assiduis. ad verb. licet anteriori. cum Auth. seqq. & in dict. l. si pignus. & in tit. de priu. cred. Dyn. in cap. qui prior. de reg. iur. in* 6. *Neguz. in trac. pign. in* 5. *par. vide etiam* 3. *de priu. cred.*

DE DISTRACTIONE pignorum & hypothecarum. Tit. V. C. 8. 28.

1 *Effectus pignoris præcipuus, quòd possit distrahi pignus, & eius ratio.*
2 *Quomodo distrahatur, si pactum de distrahendo sit appositum.*
3 *Quid si pactum nullum interuenit?*
4 *Quid si pactum de non distrahendo interuenit?*
5 *Quid si pactum sit, ne debitor distrahat?*
6 *Creditorem non obstante denunciatione rectè distrahere.*
7 *Quid creditor iuris distrahẽdo trãsferat.*
8 *Creditorem de euictione non teneri.*
9 *De iure dominij impetrando.*
10 *Quomodo creditori succurratur, si debitor hypothecam tenet.*

PRæcipuus † pignoris effectus in duob. ver- 1
titur. Primò namque debitore non soluẽte, aut suspecto, *l. quæsitum.* 9. *hoc tit.* permissum est ex contractu pignoris creditori, actione Hypothecaria pignus persequi, & possessionem eius consequi: *vide de hac actione* §. *item Seruiana. vbi optimè Ias. Inst. de act. Ferrar. in for. lib. hypp.* secundò, postquam illam fuerit consecutus, si nihilominus frustretur debitor, & solutionem extra-
hat, hoc casu (nam antè nequit, *l.* 4. *h. tit.*) pignus vendere, & sibi de precio satisfacere. Nec enim magna esset huius obligationis vtilitas, si creditor perpetuò seruare debitori, quamuis moroso, inutile pignus (nam fructus non lucratur, *l.* 1. *&* 2. *C. de pign. act. l. si dominium.* 9. *C. de pignor. l.* 1. C. *de distr. pig. l.* 3. C. *de pac. pig.*) teneretur. Ac sciẽdum est, solenne olim fuisse, vt pactum De distrahendo pignore apponeretur: *l.* 3. C. *de pign. actio.* quod ita postea in mores abiit, vt quamuis non sit appositum, pro conuento tamen habea-
G tur: eóq; iure vtimur. *l. si cõuenit.* 4. 3. *de pign. actio.*

l.creditoris.8.h.t.l.si mandatu.59.§.creditor.ff.mandati.
2 Itaque † si pactio sit adiecta, potest creditor ex conuentione tanquam ex voluntate debitoris distrahere: *§.cōtra autem. Instit.quib.alien.licet. vbi dixi l.fin.§.1.C. de iure dom impetrando.* quod tamen ex bona fide facere solenniter, commonefacto prius debitore, vt possit offerre preciū, debet: alioqui Pignoraticia tenetur. *l.4.l.quæ specialiter.9 C.eod.& tot.tit.* C.*si vendito pign. aga.*

3 Si † nullum pactū interuenit, denunciabit creditor Testatò, *l.4.C.eod.* idque ter, *Paul.lib.2.t.5.* debitori, se velle distrahere, ni fiat solutio: post quam denunciationem expectandum est ex lege Iustiniani biennium, antequam vendi possit. *d.l.fin.§.sin autem.*

4 Quòd † si pactum De non distrahendo interuenerit, quæstionis est quid seruari oporteat? & sanè distinguendum videtur, creditori an debitori alienationis adempta sit facultas. Si conuenit, ne creditor distrahere possit, furti videtur obligari, si vendat: quia inuito domino, & contrà quàm pactum est, rem contrectat alienam. *l.si is qui pignori.66.de furtis.* Sed quia hæc pactio tacitam habet conditionem, Si debitor interpellatus soluat: *l.quæro.56.§.inter.ff.loca.c.3. de iureiur.* idcirco hoc non soluente, post ternam denunciationem, & elapso vt volunt Dd. biennio, æquum est, vt creditori venditio permittatur: *d.l.4.de pignorat.act.* neque teneatur debitori conuentionibus stare, qui ipsus promissa non impleat. *l.cum proponas.21.C.de pactis.*

5 Quòd † si contrà pactum sit, Ne liceat debitori vendere: quæritur an alienandi potestas illi sit adempta? Et quamuis improbatum est legibus, sine causa auferre domino potestatē rei suæ alienandæ: *l.penul.ff.de pactis. l. filiusfamiliâs.114.§.diui.11.de legatis.1.* tamē quoniam multum interest creditoris, non alium sibi substitui duriorem aduersarium, responsum est, nullam fore venditionem, vt pactioni stetur. *l.si creditor.7.§.fin.h.tit.* Pacto enim quod iustam habet causam, rectè domino interdici potest rei suæ alienatio. *l.fin.C.de pactis inter emptorem, &c. d.l. filiusfamiliâs §.diui. Dd.in l.3.C.de condictio.ob causam.& in l.si ita quis.135.§. ea lege. de verb.obligat.*

6 Porrò † creditorē pignus publica, vt fieri decet, *l.edicto.C.si adu.fis.l.si fundum. de rei vend. l.ordo: vbi Dd.C.de exc.rei iud.de iure Sax. vide Land.lib.1.art.20.Vueich.art.61.* auctione vendentem frustra denunciationibus impedit debitor, (qui tamen ad id citari debet, nisi aliter sit conuentū, *l.creditor hypothecas.4. vbi Bald.C.de dist.pign.& in l.vlt.C.de iur.do.Bart.in l.Titio.§.Titius.ad municipal.*) aut secundus creditor, nisi quod debetur offerat: *l.1.& 2. C. debitorem venditio. pig. imped. non posse.* in quo sciendum est, referre vendat creditor ius suum, videlicet ius pignoris, an verò rem ipsam.

7 Vtrumlibet † enim licet: illud etiam ante moram, hoc non nisi debitore frustrante, prout ostensum est. Ac priore quidem casu tantundem transfert, quantum ipse habet, nempe Ius pignoris: quod postea solutione dissolui potest: in secūdo autem trāsfert ius, quale habuit debitor, qui pignori dedit, aut dominij, aut Quasi Dominij, sic vt auocari amplius ab emptore res per debitorem, aliúmve qui ab eo causam habeat, non possit. *l.2.h.t.l.qui à creditore.18.C.eod d.l.4.ff de pign.actio.l.1.2.3.C.si antiquior creditor.*

8 Quòd † si tertius aliquis iure dominij rē euincat, creditor qui vendidit, de euictione non tenetur: vtpote cum non sua, sed aliena, id est, debitoris fide distraxerit: debitor tamen ne ex aliena iactura locupletetur, Vtili actione conueniri poterit ad preciū, aut iure postulabit emptor cedi sibi pignoratitiam cōtrariam à creditore actionem: qua in id quod interest, debitorem cōueniet, qui rem alienam contra bonam fidem obligarit. *l.rescriptum.12.§.1. h.t.l.si pignora.50.l.si plus.74 ff.de euictionib. l.si ob causam.13.C.eo. de euict.*

9 Illud † vltimò sciendum est, nemine pignus emente, creditore ius dominij à Principe (prætor enim dominium non facit) impetrare posse: iuxta formam à Iustiniano alibi traditam, *in l.fin.C.de iur.dom.imp.*

10 Et hæc † quidem obtinēt, cum creditor est in possessione pignoris: quòd si ipse debitor hypothecam teneat, & soluere cesset, potest & debet (vt antè dictū est) agere creditor ad possessionem hypothecæ cōsequendam, auferendámq; debitori: vt deinceps suo iure, de quo iam dictum est, vtatur. *l.si cum venditor.66.in prin.de euict.l.fundus.§.creditor. de pigno. Papien.in for.lib.in actio. hypoth.* Neque enim debet sibi ius dicere, & possessionem hypothecæ priuata authoritate inuadere. *l.in possessionem.5.C ad l.Iul.de vi. l. extat. quod met.caus.* ne etiam tum quidem, cùm illud conuentionis iure fuit permissum. Quamlibet enim vim hoc casu facere non videatur, si legem conuentam exerceat: tamen nihilominus authoritate magistratus, possessionem adipisci conuenit: *l.creditores 3.C.de pig.l.pen.C.de pig.act.l.cum creditor.55. de fur.l.cum debitoris.7. C.ne iud.* quanquam hîc non actione ordinaria, sed tantummodò imploratione officij iudicis, & summaria cognitione, decretóque opus esse, & in hoc prodesse pactum sit receptum. *vide gloss & Dd.in d.l. creditores.3.C.de pig.*

QVIBVS MODIS PIGNUS VEL HYPOTHECA SOLUITUR. Tit. VI.

C. 8. 26. 31.

1 *Solutione eius quod debetur pignus soluitur, vera vel ficta.*
2 *Voluntate creditoris.*
3 *Rei interitu.*
4 *Tempore.*
5 *Mutatione personæ debitoris.*
6 *Sententia vel iureiurando.*

Pignoris

1 Pignoris nexus variis modis dissoluitur. Primò, † solutione eius quod debetur: *l.1.in prin.l.5.§.2.h.t.* & Oblatione. *l.item liberatur.§.1.h.t.* ac Depositione, *l.acceptam.19.C.de vsur.l.obsignatione.9.C.de solut. Ias.& Dd.in l.2.C.de iur.emph.* Solutionéque quantūuis ficta: vt si creditor quod debetur, donet debitori: *d.l.1.§.1.* aut paciscatur, ne petat: *d.l.5.in prin.* aut obligationē nouet: *l.nouatione.18.de nouationib.l.solutum.11.de pigno.actio.* aut debiti nomine satisfieri sibi permittat. *l.idem.6.in prin.& §.1.h.t.* vnde si cōuenerit, vt fideiussor pro hypotheca detur, satisfactū intelligitur, & obligatio pignoris euanescet, nisi sit aliud actū: *d.l.5.§.1.l.pen.h.t.l.si rē.9.§.omnis.de pign.actio.* aut nisi pro certa pecunia, nō pro omni debito satisfiat. *d.l.itē.in fin.*

2 Secūdò † Volūtate creditoris pignus soluitur: vel expressa, vt per pactione qua cōuenit, vt ab hypotheca discedatur: *d.l.5.* vel Tacita, vt si creditor cōsensiat vēditioni pignoris: hoc est, omni alienationi, *l.4.§.1. l.sicut.8.§.si volūtate.4.& seq.h.t.* aut nouę obligationi pignoris. *l.Paulus.12.h.t.* nā & hæc verbo alienationis venit. *l.fin.C.de reb.alien.nō alienād.* Si tamen eò consentit, vt salua maneat pignoris causa; vel vt sibi de precio venditionis satisfiat: non secuta solutione, ius suum retinet. *d.l.sicut.§.illud.6.* Non autem videtur consensisse creditor, etiamsi sciat rē distrahi, nisi cum agitur de libertate, *l.1.C.de remission.pig.* aut re fisci, *l.antepen.C.eod.* aut aliis causis priuilegiatis. *Neguz.an. in tract.de pign.par.6.memb.3.* Sed necesse est, alicunde apparere eius consensum: puta ex verbis, aut ex subscriptione contractus, *d.l.sicut.§.non videtur.10.* aut si reddat chirohraphū, quo pignus erat obligatum. *l.creditricem.C.de remiss.pignor.*

3 Tertiò † finitur Rei interitu, non modò si corporalis sit res, sed etiam incorporalis. vt si vsusfructus obligatus extinguatur. *d.l.sicut.in prin. vel aliud ius quod debitor in re habuit. l.3.h.t.* Sed hoc accipiendū est de interitu, quo Tota res absumitur, nō aliqua pars eius. Nā si, verbi gratia, domus oppignorata cōburatur, area nihilominus manebit obligata, & quicquid illi deinceps inædificatur: *l.domo.21.de pig.actio.l.Paulus.29.§.domus.l.fin.de pign.* nā cū mutatur tantū rei qualitas, dubiū nō est, hypothecā durare. *l.si fundus.16.§.si res.de pigno.*

4 Quartò, † Tēpore: *d.l.itē liberatur.6.h.t.* vt si de tēpore cōuenit, quo vel principalis obligatio duraret, vel hypothecaria. Quanquam enim non placet, Tempus modum esse finiendæ obligationis: tamen finito tēpore conuento debitor exceptione rectè vtetur. *l.obligationum ferè.44.§.placet.1.de actionib.* Item si præscriptio potest obiici. Quamuis enim vsucapio proprietatis non extinguit pignus, *l.vsucapio.7.C.de pign.* qui aliud est ius pignoris, aliud dominij quod vsucapitur: longo tamen tempore qui rem bona fide possedit, etiam Hypothecariæ actioni, propter diuturnum creditoris silentiū præscribit: *l.creditor.12.de diuersis & tempor.præscript.* Præterquam si debitor, aut eius hæres possideat; quos patiētia creditoris abuti fuerit iniquissimum, *l.1.& 2.C.si aduersus cred.præsc.* Sed hoc tempus postea prorogatum est, in extraneo quidem possessore ad 30. annos: *l.3.C.de præscr.30.vel 40.an.* in debitore & eius successoribus, ad 40. *l.sicut.§.1.C.eod.tit.*

5 Quintò, † Mutatione personæ debitoris. *l.1.§.fin.h.t.*

6 Sextò. † Sententia, vel iureiurando, si iudicatum iuratúmue sit nihil deberi, aut pignus non esse obligatum. *l.soluitur.5.§.fin.l.si deferente.13.h.t.*

DIGEST. LIBER XXI.

DE ÆDILITIO EDICTO, ET REDHIBItione, & Quanti minoris. Tit. I.

C. 4. 58.

1 *Continuatio.*
2 *Summa & finis edicti.*
3 *Prima pars edicti.*
4 *Secunda.*
5 *Tertia.*
6 *Explicatio primæ partis.*
7 *Quid sit redhibitio, & quid in eam veniat.*
8 *Explicatio secundæ partis.*
9 *De actione redhibitoria, & quanti minoris.*
10 *Differentia inter hanc actionem, & eam ex empto datur.*
11 *Vltimæ partis explicatio.*

1 AD † implendos bonæ fidei cōtractus spectat Edictū Ædiliū Curulium, de Redhibitione & Quanti minoris actione.
2 Ædiles † enim penes quos erat, nō modò ludorum, ædium & viarum, sed etiā annonæ, *Cic.lib.3.de leg.* & propter annonam cōtractuum cura, edictum proposuerunt: quod partim ad extirpādas fraudes, coercendasque venditorum fallacias pertinet, *l.1.§.causa.1.h.t.* partim liberum viarum commeatum tuetur. *l.item.40.cū ll.seqq.h.t.* Ex quo Edicto

q

ius poſtea dici agíque cœptum eſt. Quod quidē ius pars appellatur iuris Prætorij: §. *prætorū. Inſt. de iur.nat.gent.& ciuil.* quia non ex lege ſcripta,
3 ſed ex iuriſdictione magiſtratus venit. Eius† pluribus locis fit mentio. *l.paciſci.* 31. §. *de pact. Plaut.in Moſtel.Cic.lib.3.Off.Gell.lib.4.cap.2.*

¶Aiunt Ædiles: Qui mancipia vendunt,cer-
„ tiores faciāt emptores, quid morbi vitiíve cui-
„ que ſit: quis fugitiuus erróue ſit, noxáue ſolu- B
„ tus non ſit: eadémq; omnia, cū ea mancipia præ-
„ nibunt,palàm rectè pronūcianto.Quòd ſi man-
„ cipiū aduerſus ea veniſſet, ſiue aduerſus quod
„ dictum promiſſúmue fuerit cū veniret, fuiſſet:
„ quòd eius præſtari oportere dicetur, emptori,
„ omnibúſque ad quos ea res pertinet, iudicium
„ dabimus,vt id mancipium redhibeatur. Si quid
„ autem poſt venditionē traditionémque dete-
„ rius emptoris opera, familiæ, procuratoriſue
„ eius factum erit, ſiue quid ex eo poſt venditio- C
„ nem natum adquiſitum fuerit:& ſiquid aliud in
„ venditione ei acceſſerit, ſiue quid ex ea re fru-
„ ctus peruenerit ad emptorem, vt ea omnia re-
„ ſtituat. Item, ſi quas acceſſiones ipſe præſtiterit,
„ vt recipiat. Itē, ſi quod mancipiū capitalē frau-
„ dē admiſerit,mortis cōſciſcendę ſibi cauſa quid
„ fecerit, ſiue arenā depugnandi cauſa ad beſtias
„ intromiſſus fuerit, ea omnia in vēditione pro-
„ nuncianto: ex his enim cauſis iudiciū dabimus.
„ Hoc amplius, ſi quis aduerſus ea ſciēs Dolo ma- D
„ lo vendidiſſe dicetur,iudicium dabimus. *l.1.h.t.*
4 ¶ Deinde Ædiles aiunt: Qui iumenta ven-
„ dunt,palàm rectè dicunto,quid in quoque eorū
„ morbi vitiíque ſit:vtíq; optimè ornata vendēdi
„ cauſa fuerint,ita emptoribus tradantur. Si quid
„ ita factum non erit,de ornamentis reſtituendis,
„ iumentíſve ornamentorum nomine redhibeu-
„ dis, in diebus ſexaginta: morbi autem, vitiíue
„ cauſa inēptis faciendis, in ſex menſibus:vel quo
„ minoris cum venirent,fuerint, in anno iudiciū E
„ dabimus. Si iumēta paria ſimul venierint,& al-
„ terū in ea cauſa fuerit,vt redhiberi debeat, iudi-
„ ciū dabimus,quo vtrūq; redhibeatur. *l.ædiles.*38.
5 ¶Poſtremò aiunt Ædiles: Ne quis canē,ver-
„ rē,vel minorē aprū,lupum, vrſum, pantheram,
„ leonem,aliúdve quod noceret animal,ſiue ſolu-
„ ta ſint,ſiue alligata,vt cōtineri vinculis,quo mi-
„ nus damnum inferāt,nō poſſint,quà vulgo iter
„ fiet,ita habuiſſe velit, vt cuiquā nocere dānúm-
„ ve dare poſſit; ſi aduerſus ea factū erit,& homo
„ liber ex ea re perierit, ſolidi ducenti:ſi nocitum F
„ homini libero eſſe dicetur,quanti bonū æquum
„ iudici videbitur, condemnetur: cæterarum re-
„ rum,quantum damnum datū factúmue ſit, du-
„ pli:*l.hi enim.*40.*cum ll.ſeqq.*
6 ¶ Huius edicti tria ſunt capita, aut certè ſunt numero tria Edicta. In primo agitur de ſeruis. vt ſi ſeruus morbo,vitiōſo,aut noxæ obnoxius, aut fugitiuus,vel erro,venditus ſit, quod vitium clam emptorem venditor habuerit, redhibere liceat.*l.1.& 2 h.t.*Bonæ enim fidei eſſet contrarium,ſi emptor cogeretur retinere rē vitiō affectam, de quo ſi fuiſſet factus certior, nunquam emiſſet.De corporalibus vitiis loquuntur Aediles; nam propter animi vitia nō redhibetur ſeruus,vt ſi iracūdus ſit, aut vinarius, aut mendax, aut auarus.Nam hæc vſum ſerui non impediūt. *l.4.h.t.* Et ſanè vitia animi, quæ multis ſimulationum inuolucris plerūque conteguntur, præſtare venditorem iniquiſſimum eſſet. Itaq; hoc caſu, ceſſante redhibitione, Ex empto, Quanti minoris erit agendum.*d.l.1.in fine.*Excipitur fugæ erróriſque vitium. Etſi enim hæc vitia animi ſunt,tamen quia corpus quoq; domino reddūt inutile,&ſubtrahūt,*l.1.C.de ſer.fugit.*Edicto diſertè comprehenduntur. *d.l.1.§.fin.cum ll.ſeqq. l.4.cum ſeqq.h.t.* Fugitiuus eſt,qui fugæ cauſa,& ea mēte diſcedit,ne ad dominum redeat. *l. quid ſit.17.h.t.*Erronem ſic definimus, qui nunquam fugit,ſed frequenter ſine cauſa vagatur,& tēporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius domum redit.*d.l.quid ſit.§ erronem.*13.

¶ Redhibere eſt,facere vt rurſus habeat ven- 7
ditor, quod habuerat: & quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio:*l.redhibere.*21.*h.t.*quod tum propriè fit,authore Feſto, cum redditur quod improbatū eſt, & qui dedit,idem rurſus habere cogitur, quod antè habuit. Redhibitio igitur eſt venditionis reſolutio,*l.Pomponius.*12.§.*præterea. de acqui.poſſ.* quæ omnia in integrum reſtituuntur, perinde ac ſi neque emptio, neq; venditio interceſſiſſet. D *l.facta.*60.*h.tit.l.ſi hominem.*19.*de vſucap.Paul.l.2. tit.*17. Itaque & emptori reſtituere debet venditor pretium vna cū vſuris,& quod intereſt precio non carniſſe: *l.debet aūt.*27.*l.illud ſciēdum.*29. *h.t.*& cōtrà huic emptor rem, cum omnibus acceſſionibus & emolumentis,præſtationeq; damni,ſi quod culpa emptoris accidit, redhibere cogitur. Nam ſi quid caſu damni factum ſit, emptori non nocet: vnde & extinctum corpus poteſt redhibere. *l.ædiles.*38.*l.ſi hominem.*47.*in fi.h.t.* Illud quoque ſciendum eſt, ſi falsò affirmauit quid venditor, vt equum non eſſe calcitroſum, cum eſſet, ad hūc quoque caſum redhibitionem pertinere, ex primo huius Edicti capite, quo tenetur Qui aduerſus dictum promiſſúmue vendidit.*d.l.1.§.1.*

¶In ſecunda edicti parte agūt Ædiles de Iu- 8
mentis redhibendis, vel ornamentorum detractorum cauſa in 60. diebus, vel ob vitium corporis intra ſemeſtre: quo ſpacio omnes Ædilitiæ actiones finiuntur, *l.ſciendum.*19. §.*fina. l.cum ſex menſes.*55.*h.t.* niſi aliud ſit actum, *l.quòd ſi nolit.*31.*l.ſi quid ita.*20.*h.tit.* Quòd ſi redhibere nolit emptor, vtpote aliàs etiam empturus,actionem, quanto minoris res cum veniret fuerit, illi pollicentur.*d.l. ædiles.*38. *in prin.* Cauſa huius edicti eadem eſt, quæ & mancipiorū redhibendorum: & ferè eadē ſunt in his rebus, quæ in mancipiis. Quicquid igitur illic diximus, huc erit transferendum:*d.l.ædiles.*§.*cauſa:* quæ autem de iumentis hic edicuntur, in omni pecude obtinent, *d.l. Ædiles.* §. *iumentorum.* & deniq; ex benigna interpretatione ad omnē rem tam ſoli,quàm mobilem

bilem producta ſunt: ſi fortè ſint eiuſmodi res, A quas propter vitium habere emptas, non expediat. Etſi enim in illis corporis animíue vitium intelligi aut diſtingui nequit:tamen cùm eadē ratio extet,meritò etiam idem in his ius obſeruabitur. *l. 1. in prin. l. etiam in fundo.* 49. *h.tit.l.ſi prædium.C.eod.*

9 ¶ Ex prioribus his Edicti partibus duæ oriūtur actiones:altera Redhibitoria, qua agit emptor aduerſus venditorem, in hoc,vt rem vitio B affectam,aut non talem,qualem vēditor eſſe affirmarit,recipiat reſtituto precio. Quòd ſi vitiū necdū appareat,ſed ſuſpicio ſit ſubeſſe, ad hoc agi poteſt,vt vel cāueat de vitio, vel redhiberi patiatur.*l.ſi venditor.*28.*d.l.quòd ſi nolit.* 31. §. *qui mancipia.*19.*h.t.* Econtrario datur venditori in emptorem hæc actio, vt præter rem fructus & actiones reſtituat,*d. l. quòd ſi nolit.* §. *reſtitui.* 17. *&* §. *vlt.l. proinde.*33.*hoc t.*& quicquid facto emptoris vel ſuorum damni in re datum eſt, reſarciat:*l.cum autem.*23.*in prin.d.l.ædiles etiam.* §. 1. *d. l.redhibere.*§.1.*d.l.quòd ſi.*§. *mancipium.* 10. quanquam & Ex venditio his caſibus agi poſſit. *d.l.cū autē.l.Iulianus.* §. *de actionibus empti.* Illud in vniuerſum ſciendū eſt, redhibitoriæ locum nō eſſe,niſi tale ſit vitium, quod vſum rei impediat *d.l.5.h.tit.*Altera actione quæ ex hoc Edicto deſcendit,vocatúrq; Quāti minoris, petit emptor Non reſcindi cōtractum,ſed ſibi reſtitui de pre- D cio,quanti minoris res valuit, cum emeretur.

10 ¶ Quorſum aūt,inquies, opus erat hac actione,cum Eadem Ex empto cōpetat? *d.l. Iulianus. in prin.*Reſpondeo, ad Aediles cum cura cōtractuum pertineat,non mirum eſſe,eos ex Edictis ſuis ſpeciales actiones proponere. *l. 3.* §. *nautæ, caupo.ſtab.*Deinde ab actione Empti hæc Quāti minoris,in non paucis differt, vt nullo modo debeat videri ſuperuacanea. Nam illa Ciuilis, hæc Prætorij iuris eſt:illa petit Quanto minoris E res empta ab agēte eſſet, qui etiam admonitus, potuit pluris emere quàm res reuera valebat: hæc Quanto minoris fuerit,vnde & Aeſtimatoria vocatur actio, quia rem ipſam æſtimat: *l. ſi quid.*18.*l.iuſtiſſimè.*44.*h.t.* illa in Simplū rei perſecutoria, hæc ex contumacia nonnunquam in Duplū condēnationem facit:*l.redhibitoria.*45.illa Perpetua eſt,hæc Annalis: *d. l.ſciendum.*§.*fin. d.l.ædiles.*38.interdū etiam duorum menſiū,ſiue F dierum ſexaginta.*l.ſi venditor.*28.*d.l.ædiles.*

11 ¶ Vltimò edicūt Aediles: Ne quis vllū,quod nocere poſſet animal,ſolutum legatúmue, quà vulgò iter fit,habeat, ita vt damnū dare poſſit: *l.hi enim.*40. *cum. ll.ſeqq. h.t.* §.*fin. Inſt.ſi quadru. paup.fe.di.*ſi aduerſus ea factū erit,& homo liber ex ea re perierit,ſolidi 200.præſtabuntur:ſi nocitum libero homini eſſe dicetur, quanti bonū æquum iudici eſſe videbitur, reus extra ordinē *Paul.lib.1.tit.*15.condemnetur: cæterarū rerum, quantū damnum datū factúmue ſit, duplí. Et in G id actione in factum ex hoc edicto agetur.*l.quā vulgò.*42.*hoc t.* Hue etiā pertinēt edicta de Pauperie,*d.*§.*fin.Inſt.ſi quadrup.*& de iis qui Deiecerunt vel effunderūt,à Prætore præpoſita:de quibus ſuo loco diximus.

DE EVICTIONIBVS, & duplæ ſtipulatione. Tit.11.C.8.45.46.

1 *Quid ſit euictio.*
2 *Quomodo caueatur de euictione.*
3 *De ſtipulatione ſimplæ.*
4 *De ſtipulatione duplæ.*
5 *Quando committatur ſtipulatio.*
6 *Triplex de euictione actio.*
7 *Duo capita euictionis in actiōe ſimplæ.*
8 *De actione duplæ.*
9 *Actio ex ſtipulatu quando competat.*
10 *Contraria euictioni.*

EVictio† eſt rei noſtræ, quā aduerſarius le- 1
gitimo titulo acquiſierat,per iudicem recu- 2
peratio. *l. non tamen.*24. *hoc tit.*De hac† euictione præſtanda, quamuis ex natura cōtractus teneatur venditor,*l.non dubitatur.*6. C. *de euictio. l. ex empto.*11.§.*de actio.empt.*etiamſi nihil ſuper ea conuenerit, *d.l.6.* quia vacuam bonorum poſſeſſionem tradere,*l.2.& paſſim,de act.empt.*& indemnem ſeruare emptorem debet;*Bald.l.ſi tibi.* 22.*nu.2.C.eod.*ac precij acceptione, cuius ſit dominus,*l.1. verb. nummos fecerit accipientis. de rer. permuta.l.ſi ſeruos.*7.C.*de act.* ac dominium contrà rei, vel euictionem hoc nomine præſtandam,ex ratione ſynallagmatis ſe deuincit. *l. Iulianus.*13.§.*offerri.*7.*de act.emp.Paul. li. 2. Sentent. tit.*7.tamen plerunque per ſtipulationē, ſine tamen ſatiſdatione,*l.ſi dictum.*56. *hoc t.* caueri hoc nomine ſolebat:idq; dupliciter, vel promiſſione Simplæ,vel Duplæ.

¶ In ſtipulatione ſimplæ promittebat vendi- 3
tor,Si res emptori euicta eſſet, ſimplū reſtituere:*l.euicta.*16.*h.t.*hoc eſt ſimplum precium,& ex natura actionis ex empto quod emptoris intereſſet.*l.ſi in venditione.*60.*l.euicta.*70.*h.t.* Quę ſtipulatio cum congrua ſit naturæ vēditionis (ad hoc enim ex ipſo cōtractu tenetur vēditor, *d.l. ex empto.de actio empt.*) ſemper inest effectu contractui,niſi aliud ſit actum.*d.l.ſi in venditione.*

¶ Duplæ ſtipulatio cōtinet, Vt re euicta ven- 4
ditor duplum,non quidē bonitatis rei, ſed precij conuenti *l.ſi fundo.*53.*l.cū fundus.*48. *h. t.* præſtet.*l.vendicantem.*17. *h.tit.*Duplum venditor inuitus repromittere cogitur, duntaxat in mancipiorum venditione,ex conſuetudine, & ex dicto Aedilū, *l.quòd ſi nolit.*31. §. *quia aß dua.* 18.*iuprà tit. 1.vide Paul.lib.2. tit. 7.*) & cū res aliqua nō contemptibilis venit.*l.emptori.*37.*l.2.h.t.*

¶ Cōmittitur hæ ſtipulationes, cum aut res 9

euincenti iudicio restituta est, aut æstimationẽ præstare coactus emptor, aut possessor ab emptore conuentus absolutus est : *l. euicta.16.§.1.l. si certus.21.l.si mancipium 34.§.1.h.t.* in quo necesse est, vt maturæ *vide distinctionem Bart.l.qui concubinam.29.§.si hæres.de legat.3.& in Auth.& consequenter. C.de sentent. & inter l.Mynsing. obs.24. cent.3.Maran.in spec. aur.* venditori denuncietur dictatum esse iudicium, *vide Cano.in c. fin.de empt.* cuiusmodi illud sit:alioqui non habet regressum aduersus eum emptor, *l.si rem quam 29. §.2. l.emptori.37. l.si fundo.53.l.si ideo.55.l.Herennius.63.h.t.l.emptor fundi. 8.C.eod.c. vl. vbi Dd. de emp. & vend.* nisi notoriè iniusta venditoris causa fuerit: sic vt frustranea futura sit denunciatio : *l.emptor.8.vbi Bald.nu.4.C.eod.Crauet.in cons.83. nu.6.cons.179.nu.6.* neque enim illa momentum affert, si vel non necessaria, vt quoties vel nulla debetur euictio, *Crauet.cons.211.num.4.* vel nulla superest contra euictionem defensio.

6 ¶ His autẽ obseruatis, si euictio sequatur (nã secus si obtineat emptor, *l.si status.18. vbi Bal.C. eod.*) aduersus venditorem triplex datur de euictione actio : vel Ex empto, vel ex stipulatione simplæ, vel Ex stipulatione duplæ, si hæc interuenit. *l. hoc iure.27. h.t.* Etsi autem liberum est actori, quã velit actionem proponere: *l.sed etsi.*
7 *28. h.t.* tamen aliquid inter eas interest. Actio † Ex empto, vel Ex stipulatione simplæ (quæ naturalis est, & propria de euictione actio) duo habet capita: *l.ex empto.11.§.fin.l.Titius.43.in fin. de actio. empt. l.si in venditione. 60.l.euicta.70.l.si plus.74.h.t.vid. Molin. in tract. de eo quod inter.* quorum primo continetur & petitur Totale interesse, hoc est, æstimatio rei, siue precium, quo res æstimata est. *Dd.in l.1.de actio.emp.d.l.si in venditione.d.l.euicta d.l.si plus.* Itaque meritò in hoc capite refertur æstimatio ad tẽpus quo res empta est. *l.1.l.bonitatis.13. h.t.* Altero petitur Interesse particulare, id est, quanti interest rem euictam non esse : *d. l. si in venditione.* quod recipit augmentum & diminutionem, prout quandoque plus minúsue interfuit: *d.l.Titius.de act.emp. l.venditor. hominis. 8. l.sed si quid.15.l.euicta.16.in prin.& §.fin.d.l.si in vend.* & horum capitum distinctio ad multarum ll. quæ pugnare videntur intelligentiam diligenter retinenda est. *vide Molin.in tract.de eo quod interest.*

¶ Actio Duplæ non recipit augmentum aut
8 diminutionem: quippe in illa non consideratur interesse neque Totale, nec Particulare, sed vtriusque loco Duplicatum preciũ ex stipulatione exigitur. *l.ex mille.64. §.si totus.h.t.l.cum & fortè. 44. de actio empt. facit.l.fin.de prætor. stipul.§.fin. Instit.de verb.oblig. vide de hac materia Molin. in tract. de eo quod inter. Cuiac.lib.obseru.5.c.23.& in l.eum qui ædes.de vsucap.*

¶ Actio ex stipulatu demũ competit, cum res
9 euincitur aut tota, aut pro parte, quæ totius nomẽ retineat, *l.1.l.naue.36.h.t.* & cum specie vendicationis euincitur. *l.stipulatio.38. §.si quis facto. 2.de verb.oblig.Cuiac.obs.li.5.c.33.* cæterum si alia

A pars euicta sit, *l.naue.36.l.si dictum.56. §.in stipulatione.2.h.t.* aut alia actione quàm vẽdicationis actum, *Cuiac.prælleg.loc.* actio Ex empto solùm superest: *l.eum qui ædes.vbi Cuiac.de vsucap.l.venditor.l.si prægnans.h.t.* vt & tum, quoties res non quidem euincitur, aliquid tamen emptori abest contra fidem conuentionis. *l.si tibi.22. vbi Bal. nu.2.C.eo.* aut ante euictionem constat rem alienam esse, aut dolum venditorem fecisse. *Bald.l. libera. num.4. C.de fideiuss.* Contraria † euictioni 10
B sunt, si sciens emptor rẽ alienam emerit, *l.si fundum. C. eod. c.1. de inuest.de re alien.fac.* nisi pacto euictionis expresso sibi prospexerit, *d.l.si fundum. d.c.1.Crauet.cons.64. in cõtractu.nu.5.* Si spõte cum agẽte pepigit, trãsegit, cõpromisit: *l.si dictum.56. §.1.l.Herẽnius.63.h.t.Lãfr.c.quoniam. verb.recusationes.nu.4.de probat.* Si iustis defensionib. *l.si rem. 29.§.1. gl.l.sed etsi.18.h.t.l.quod quis.203.de reg.iur.* & appellationib. nõ sit vsus, *Bal.l.emptor.C.eo.l.si cũ venditor.66.h.t.*
C Si per iniuriã res ei auferatur, *l.si per imprudentiam. 51. h.t. Mynsing.obser.54.56. cent. 1.* aut ex facto culpáue sua, *l.hoc iure.27.* vel negligentia : *l.si ideo.55.l.si cum venditor.66. h.tit.* Si præscriptio à tempore venditionis cucurrit: *l.qui alienam.54. h. t.* Si non aliquo tempore litis denunciatum sit venditori, vel prope ipsam denuncietur condemnationem. *l.si rem.29. in fin. h.t.* & docere queat venditor, si sibi denunciatũ
D opportunè fuisset, se modum defendendi fuisse habiturum: *Crauet.cons.83.nu.6.consil.179.num. 6.* Si non contra formam conuentionis, *Crauet. consil. 221. nu.1.* aut si ex natura sua. *gl.Bar.& Dd. l.si familiæ.C.fam.ercisc. Alex.consil.21.lib.1. Aretin.consil.3.Dec.cons.411.nu.3.4.Crauet.cons. 24. nobilis.num.1.* vel facto authorũ ipsius emptoris, res euincatur. *Bar.l.qui Romæ.§.duo fratres.quæst.1. de verb.oblig.Crauet. d.consil.24. nu.1.*

E
DE EXCEPTIONE REI venditæ & traditæ. Tit. III.

1 *Quibus contra quos detur hæc exceptio.*
2 *Quem de euictione tenet actio, &c.*
3 *Hæres eodem iure vtitur, quo defunctus.*

ACcidit † interdum, vt non tertius aliquis, 1
sed ipse venditor, aut eius successor euictionem intentet. Cum autem is eiusque hæres teneantur de euictione, sicuti dictum est, meritò, si euincere rem venditam velint obstabit exceptio rei venditæ & traditæ. F

¶ Quem enim de euictione tenet actio, eundem multò magis agẽtẽ repellit exceptio, *d. l. vendicantem. 17. vbi gl. &. tit.1.l.exceptione.11.C.de euict. Dd. in l. cum à matre.C.de rei vend.* quæ est litis finitæ *l.6.C.de fid.instr.& iure hast.li.10.Frãc. c.1.fall.29. de lit. contest.in 6. Socin.c.1.quæst.7.except.26.eo.tit. Blanc.de compro.quæst.4.* Itaque si fũdum alienum vendideris, & tuum postea factũ 2
G petas, exceptione repelleris *l. 1.hoc tit.* Idemque iuris est in omnibus successoribus ab vtraque parte,

parte, vnde & venditoris hæredi, aut successori cuicũque, exceptio obstabit, & secundus emptor eandem exceptionem habebit. *l.fin.is tot.*

¶ Nam hæredes successorésque eadem omnino sunt conditione, qua personæ principales. *l. siue possessio.14.l.cum successores.23.C.de euict.* Qua-
A re si domum filij mater vendiderit, ac tradiderit, vendicanti postea filio, qui ei successit, obstabit hæc rei venditæ & traditæ exceptio: *d.l.cum à matre.C.de rei vend.* scilicet pro ea hæreditaria portione, qua hæres existit, *d.l. cũ à matre.gl.in l.si.§. in cõputatione.ad verb.computatur.C. de iur.deliber.*

DIGESTORVM LIBER XXII.

DE VSVRIS, ET FRVCTIBVS, ET causis, & omnibus accessionibus, & mora. Tit.I. C.4. 32.

1 *Quid significet vsura.*
2 *Vsura largè sumptã, pro omni accessione capi, & quatenus accessione debeatur.*
3 *Mora quomodo fiat.*
4 *Vsura strictè accepta quid sit.*
5 *Species vsuræ.*
6 *Vsuræ lucratoriæ quare illicitæ & turpes.*
7 *Vsura compensatoria permissa.*
8 *Ratio quare vsuræ quadãtenus tolerẽtur.*
9 *Punitoriæ vsuræ licitæ.*
10 *Taxatio vsurarum.*
11 *Vsuræ Saxonicæ.*
12 *Vsuræ centesimæ.*
13 *Differentia inter vsuram & interesse.*
14 *Differentia inter vsuram & reditus.*
15 *De emptionibus vsurariis.*
16 *De fructibus, causa, & aliis accessionibus.*

1 VIDEAMVS † nunc de Vsuris & Fructibus, alijsque quę accedere implemẽto cõtractus solẽt. Vsura nihil aliud Latinis propriè significat, quam vsum: vt cũ vsuram vitæ Cicero dicit, & Plautus vsuram corporis, vxoréque vsurariam, quæ sui corporis vsum præbet. Post accipi cœpit pro Vsus precio, vel mercede vsuræ, secundum Festum. In hac significatione rursus bifariam capitur. Interdum pro omni rei debitæ accessione & augmento, ex quacunque causa, vt pro fructibus. *l. Iulianus.13.§.ex vendito.de actionib.empt.l. curabit.5.l.fructus.13.C.eod.tit.l.2. C.de vsuris.l.cum post. 69.§.vsuras. & §.in domum. de iur. doti. l. qui solidum.78. §.etiam.de legat.2.l.mora.32.h.t.c.saluбriter.extrà eod.&c.*

2 ¶ Quę quidem accessiones quando, & ex quo tempore præstandæ sint, eleganter exponit I. C. *in l.videamus.38. h. t.* cuius in summa hæc est sententia: In bonæ fidei iudicia, quæque his sunt similia, *tot.tit.C.de vsur. & fruc. lega. l.cum seruus. 39. §.fructus.de lega.1.l.Titia.87.§.vsuras. de lega. 2.l.si hæres.5. vbi Dd.de eo quod cert. loc.* fructus & omnem accessionem, à tempore moræ venire: *l.mora.32.§.1.l.3.in prin.h.t.* in his & vsuras locum
3 fructuum obtinere. *l.vsuræ.34.h.t.*

¶ Moram autem fieri non Ex re, hoc est, eius rei quæ debetur dilata solutione, sed Ex persona: si videlicet interpellatus debitor, cum exigi posset, *l.si pupillus.127.de verb.obl.* opportuno loco & tempore nonsoluat. *d.l.mora.in prin.* In stricti verò iuris actionibus à tempore litis contestatæ, duntaxat accessiones omnes deberi: *l. 3.*

B *§.in his quoque. l.lite.15.h.t.l.cũ fundus.31. in prin.si cer.peta.* si quis tamen quod suũ est, petat sibi restitui, huic indistinctè omnem causam restituẽdam esse. *d.l. videamus.38 h.t.l.certum.22.C.de rei vend.*

¶ Crebriùs & propriè vsura capitur pro eo 4
quod accedit sorti in mutuo: vt toto hoc titulo: *l.si tibi decem.18. in prin.de pact.l.rogasti.11.§ si tibi.de rebus creditis.* quod sic definitur: Vt sit lucrum, supra sortem ex mutuo exactum. Huius † 5
tres sunt species: Lucratoria, Compensatoria & Punitoria, *vid. Molin. in tract.vsurar.* Lucratoria est, quæ ex mero mutuationis officio, cõtra naturam contractus lucrum facit. Compensatoria, quæ præstatur, vt compenset iustum interesse, quod habet creditor, eo quòd pecunia caret. Punitoria est, quæ non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium, pro pœna, aut à lege, aut ab homine infligitur. *l.cum quidam. 17.§.si pupillo.h.t.*

¶ Prioris generis vsuræ suo genere improbæ 6
illicitæque sunt: *l.improbũ. C.ex quibus cau.infam. vide Plutarq.in lib.de non fœnerando.* primũ, quia prohibitæ præcepto Diuino, quo Deus voluntatem suam, & odium aduersus has exactiones declarauit. *Leuit.25.Exod.23.Psa.15.Ezech.18.Luca. 6.* Secundò, quoniam est contra officium, pro eo quod gratis erat præstandum, exigere mercedem. *l.fin.de cond.ob turp. caus.* Tertia, quia fœnus non est legimus modus, Iure gentium aut Ciuili approbatus, acquirendi dominij, sed planè improbatum consensione omnium populorum artificium: *l. improbum. 20. ex quib. caus. infam. irrog.* [illegible] & lenociniũ. *in Auth. de lenonib.*

Nouell. 14. quia est lucrum de alieno, sine iusta
causa factum. Quartò, quoniã pugnat cum na-
tura mutui, quod debet esse gratuitum, & paria
paribus reddere. *d.l.si tibi. d.l.rogasti.* Quintò, quã
vsuræ aduersantur naturæ promiscui vsus, num-
mi qui inuentus est ad subleuandas permuta-
tionũ difficultates, *l.1.de contra.empt.* non vt fru-
ctũ faciat, aut mercede locetur. *Aristo. Pol.lib.*
1. Vltimò, quia quærendum non est lucrum ex
re, cuius damnũ aut periculum ad nos non spe-
ctat. *l.si vnus.67.§.1. l.si igitur. 55. §. pro socio.* Pe- B
cuniæ autem creditæ periculum pertinet ad de-
bitorem. *l. incendium. C.si cert.petat. & Inst.quib.*
mod.re contrah.oblig. Huic igitur, vt domino, de-
bet adferre fructum, non creditori: quem velut
ignauum fucum alieno periculo & labore parta
deuorare est iniustissimum.

7 ¶ Vsuram Compensatoriam interdictam in
vniuersum, aut turpem esse, dici nõ potest: quia
non est lucrum supra sortem exactum propter
officium mutationis, sed preciũ vel æstimatio C
vsus sortis consumptæ cum damno creditoris.
Neq; verò officio contrarium est, sic alium iu-
uare, vt te serues indemnem. *l.sed si quis ex signa-*
toribus.quemad.testam.aperian.l.sancimus. 25. *C.de*
8 *admin.tut.* Itaque † si quæstũ certũ facere potui-
sti pecunia, quã mutuo das, aut eapropter dam-
num incurris, non est iniquũ eius rationem ha-
beri: cum nemo alteri suo cum detrimento be-
nignè facere cogatur, *l.1.§.de opere.§.iidem aiunt.* D
cum seqq.de aqu.plu. arc. vide gl.Sax.lib.1.art.54.
Ne ipse quidẽ Apostolus 2.*Cor.*8.13. vult sic nos
aliis commodare, vt nobis sit afflictio. Atq; hæc
quidem causa potissimum vsuras sustinet. Nam
quia vnusquisque intelligitur sua pecunia, aut in
emptiones agrorũ vel redituum permissorũ, aut
in negociationem collocata lucrũ facere posse:
l.tutor.7.§.si post.de admin.tuto. eo factum est, vt
vel ociosam pecuniã ad aliquem mediocrem ac
tolerabilem modum fœnerato dare, etiã Chri-
stianorũ Imperatorum constitutionibus sit per- E
missum. *l.qui semisses.13.§.quæsitum.h.t. l. si fundus*
legatus.44.de leg.3.l.præsidis.34.§.si cert.peta. l. eos.
26.*C. de vsuris.* Quod quidem ius partim ne-
cessitas expressit, vt istis auarissimis temporibus,
& in hac naturę deprauatione inueniantur, qui
illecti lucello egentibus mutuò dent: partim
suasit vtilitas negociationum, quas sine argen-
tariarũ mensarũ vsu consistere nõ posse, res ipsa
docet. *l.quod priuilegium.8.§.depositi.* Sed ne hac F
licentia in immensum propagetur effrenata ha
bendi cupiditas, & vsurarũ tabes Rerumpub. ac
ciuiũ, præsertim egenorũ, facultates ad viuũ de-
pascat: certus modus legibus definitus est, intra
quem, fœnerari duntaxat liceret. *d.l.eos.§.1.C.eo.*
Neq; tamen minus, cum lex Ciuilis non appro-
bet, sed propter communẽ necessitatẽ permit-
tat quadantenus vsuras, qui fœnebrẽ exercent,
& quæstũ hunc solũ norunt, in re turpi & odiosa
versant: quos meritò Cato *lib.1.de re rustica*, ho-
micidis cõparat, & pœna quadrupli, atq; etiam G
existimationis, *l.improbum.2 §.C.ex quib cau∫. in-*
A *fam.* multandos iudicauit antiquitas. Itaque vero
verius est, toto suo genere has vsuras, improbas
turpésque esse, nisi de indubitato & propinquo
creditoris damno, vel lucro propter mutatio-
nem cessante appareat. Quod quidẽ quo minus
compensetur, nulla ratio prohibet. *l. vnic.C.de*
sent. quæ pro eo quod inter. l.2. in fin. ff. de eo quod
cer.loc.

¶ Multò aũt minus punitoriæ vsuræ impro- 9
bari possunt. Duæ enim causæ has sustinent. à
B parte creditoris præsumptum damnũ (Interesse
vulgò nominant) quod facit quia sua die pecu-
nia non soluitur: à parte debitoris Mora, quæ est
delictum *l.dolus.44.vbi gl. fin.§.mand.* fit, meritò
punitur. Itaq; vel creditor in eũ casum sibi pœ-
nali aut vsurarum stipulatione licitè prospicit,
vide l.stipulatio.§.alteri.de verb.oblig.§.omnis. Inst.
de verb.oblig.§.alteri.de inutil.stip. & ibi Dd. quæ
succedit loco eius quod Interest: *l.fin.§. de præ-*
C *toriis stip.* vel ipsa lex succurrit, quæ à tempore
moræ legitimas, hoc est, semisses vsuras iubet
præstari, *d.l.eos.26.C.eod.* iuxta cuiusque contra-
ctus naturam. ex quo Paulus inquit: Vsuras non
propter lucrum petentiũ, sed propter morã non
soluentium infligi. *l.cum quidam.17.§.si pupillo.h.*
t. Et hæc in genere de vsuris dicta sint: in quo id
præcipuè admittendũ est, leges admittere qua-
dantenus vsuras, quia præsumũt tanti credito-
ris interesse, quòd pecunia careat: nam si mutuò
D non dedisset, aut constituto tempore pecunia
reddita fuisset, aliter ea lucrari potuisset. Itaque
cum in certis coniectura locum non habeat, *l.*
continuus.137.§.cum ita.de verb.oblig. quotiescũq;
creditoris nihil interest, sciat toties se cõtra of-
ficium facere, & abũti indulgentia legum, si ex
officio mutuationis, vel ante vel post etiã mo-
ram, lucrum aucupetur.

¶ Cuiusmodi autẽ legum sit taxatio & mode- 19
ratio circa vsuras, tempus est, vt paucis expona-
mus. Varietas hac in re apud veteres fuit miri-
E fica, pro varietate temporum, & rerum neces-
sitate. Nam & centesimis fœnerari potuisse, non
incertis vestigiis deprehenditur, *l.si pro mutua.C.*
si cer.pet.l.lecta.ff.eo.Cuiac.ad Paul.lib.2.tit.14. Ve
rùm Iustin. *in l.eos.C.de vsur.* rem ad æquissimã
proportionem tandem reduxit: permisitque no
bilioribus & illustribus personis duntaxat trien
tales vsuras exercere, id est, tertiam centesimæ
quæ quolibet mense trecentesimam partẽ sor-
F tis repræsentat: eámq; tercentũ mensibus æquat,
pariens annua quatuor in centũ, vt nũc rationẽ
subducimus. Cum enim his negociationes sint
interdictæ, *l.nobiliores.C.de commer. & mer.* mul-
tò magis fœnus prohiberi par erat: quod vtinã
sic moribus vsurparetur. Mercatoribus aũt qui
alioqui quæstũ pecuniæ facere solẽt, neque vsu
fœnoris & argentariarũ mensarum carere pos-
sunt, duplicatæ conceduntur, videlicet bessales:
quæ sunt duæ trientales centesimæ partes, cen-
tesimam quinquagesimam portionẽ sortis sin-
G gulis mensibus efficientes, & centum quinqua-
ginta mẽsibus, siue duodecim annis & semestri,
æquantes

æquantes sortẽ: ac quolibet anno octo in cen- A
tum producunt. Cæteris hominibus semissem,
hoc est, dimidiam tantummodò centesimæ vsu-
rarũ nomine stipulari permissum est, puta du-
centissimam partem sortis in singulos menses:
quæ vsuræ quolibet annos sex in centum red-
dunt, æquantq; sortem annis decem & sex, & o-
cto mensibus.

11 ¶ His ferè æquatæ sunt vsitatæ harũ regio-
num vsuræ, & reditus: quanquam existant pau-
lò leuiores. Solẽt enim annuatim nomine vsu- B
rarum, aut redituum, pendi quinq; in centum,
quæ quincũces sunt vsuræ, & sorti æquantur an-
nis viginti: quibus licitè omnes vtũtur, cùm le-
ues sint, & interusurium, siue iustum interesse,
quod quis probabiliter habet, non excedant.
Dubium enim nõ est, quin tantundem lucri ex
emptione redituum vel agrorum, quis cõsequi
facillimè possit.

12 ¶ Centesimæ autẽ vsuræ, quæ quolibet men-
se centesimam sortis, anno duodecim in centũ C
reddunt, non nisi in traiectitiis contractibus, de
quibus in titulo sequẽte agitur, sunt permissæ,
Neque enim iniuriã habetur pro grauissimis, qꝑ
octo annis ac quatuor mensibus sortẽ æquant.

13 ¶ Sciendum autem est, interesse inter Vsurã
& id quod Interest: illa simpliciter lucrum est, &
proinde non aliter, quàm ex stipulatione debe-
tur, sine respectu eius quod Interest: hoc, lucrũ
cessans, aut damnum emergẽs, propter moram
debitoris, & vt inquit I.C. quantum mihi abest, D
quantúmq; lucrari potui. *l. si commissa 13. rem ra-*
tam hab. Itaque nõ opus est stipulatione, sed de-
betur ex æquitate officio iudicis: *l. centũ Capuæ.*
de eo quod cert.loc.l. 4. C. depositi. quia iniquũ fo-
ret, moram debitoris damno esse creditori.

14 ¶ Longius distãt Emptiones redituũ ab vsu-
ris. Nam vsura soluitur supra sortem, & vnà cũ
sorte reddenda est. At in vẽditione reditus, neq;
sors redditur. Est enim vera vẽditio, & precium
transit perpetuò in venditorem, vt emptor il- E
lud repetere nequeat: neque quid supra sortem
soluitur, sed aliud pro sorte, nempe reditus, qui
est merx in hoc cõtractu. Hos igitur reditus e-
mere aut vẽdere, nihil prohibet, *c.1. & 2. de empt.*
& vend. etiam cum pacto de retrouendendo,
dummodò moderatio legum seruetur. Nam †
15 sciendũ est, interdũ etiam emptiones esse vsu-
rarias & damnatas, vt cũ terminos moderatio-
nis & æqualitatis nimis excedunt: puta, si quis
centũ aureis, viginti aureos annui reditus emat? F
aut cum propter temporis solutioni præstituti
dilationẽ arctationémue, vel enormiter intẽ-
duntur, vel minuuntur precia, *c. in ciuitate. & c.*
fin.de vsu.c.ad nostram. de empt. & vend. Bald. in
Rub.C.eod.Hostien.extrà eo. Et hæc de vsuris.

16 ¶ Quoniam autem de fructibus & causa si-
mul in hoc tit. tractatur, paucis & hæc definia-
mus FRVCTVS cum à ferendo, authore Varro-
ne, dictus sit: omne id quod fertur, dummodò G
renasciturum, propriè significat: *l. fructus.7.§.si*
vir.10.solut.matr. sic fructus arborũ sunt poma;
A fundi, fruges, &c. *l.1.de glan. leg.l.item. de vsufr. in*
ωλατει tamen nomine fructus quælibet rei frui-
tio & vtilitas venit. *l.fructus. 72. de reg.iur.l.si quis*
24.l.agri.18. l. arboribus.12. de vsufr. l. vsuræ. 34.l.
prædiorum.26.h.t. vide quæ de hac materia satis co-
piosè dixi in §.si quis à non domino.Inst.de rer. diuis.
Fructus autem sunt, aut Naturales, qui sine ho-
minis facto ex ipso rei corpore natura produ-
cuntur, vt fœnum, pomum: *l.fructus.45.in fin.h.*
t.l.si nauis.62. vers.nam etsi.de rei vendic. aut Indu-
B striales, qui industriam & factum hominis re-
quirũt, vt fruges: *d.l.fructus. l.qui scit.25.§. in alie-*
no. h.t. aut Ciuiles, qui non ex ipso corpore na-
scuntur, sed ratione rei percipiuntur Iure ciuili:
ac proinde propriè fructus non sunt, sed eorum
loco habentur, vt vsura, pensio, &c. *d.l.si nauis.l.*
vsura pecuniæ.12.de verb.signific.l.vsuræ. 34. hoc tit.
Causa capitur pro omni accessione, quæ causa-
tur, & proficiscitur vel ex ipsa re, vel eius Vsu: &
generaliter quicquid actor habiturus esset, si tẽ-
C pore debito res soluta fuisset, hoc verbo com-
prehenditur. *l. restituere. 35. de verb.signif.l.Iulia-*
nus.17.§.1.l.præterea.20.d.l.si nauis. de rei vend. d.l.
cum fundus si cert.pet.l.videamus. 38.§. si actionem.
h.t.vide Fel.in c.inter dilectos.nu.2.de fid.instr.

DE NAVTICO FOE- nore. Tit. II.

C. 4.33.

1 *Quare ex nudo pacto vsuræ nõ debeãtur.*
2 *De pecunia traiectitia.*
3 *Quare vsura ex pacto in traiectitia de-*
beatur, quamuis grauissima.

VSuræ cum sint odiosæ, non nisi ex solen-
nibus stipulationibus debentur. *l.3.C.de v-*
E *su.* Itaque † nudo pacto frustra de iis conuenit: 1
l.Titius.sup. de præscrip.verb. eo magis, quòd a-
ctionem hoc casu pactum producere nequeat,
cum in vsurarũ conuentione nullũ sit *συνάλλαγ-*
μα, quod obligationem iustam ac Ciuilem effi-
cere possit. *d.l.si tibi. in prin. de pact.* In quibusdã
tamen contractibus, etiam ex sola cõuentione
vsuræ debentur, quemadmodum per stipula-
tionem: *l.in quibusdam hoc t.* vt in pecunia traie-
ctitia. Traiectitia † autem dicitur, quæ trãs ma- 2
F re periculo creditoris vehitur. *l.1.h.t.* Quæ † qui- 3
dem periculi susceptio facit, vt creditor pacisci
possit vsuras sortis, si ea salua peruenerit, non
modò legitimas, sed etiam centesimas, *l.7.l.fin.*
C.eo.t.d.l.eos.§.in traiectitiis.C.de vsur. atque ad-
eò infinitas. *Paul.lib.2.tit.14.vide Cuiac.obs.lib.3.*
c.35. Quę vsura vocatur Fœnus nauticũ: quia ratio
ne nauigatiõis, & periculorũ maris permittitur.
Vnde etiã ex nudo pacto debet, cũ habeat in se
συνάλλαγμα. Non enim pro nudo mutuationis
G officio vsura creditori permittitur, sed pro-
pterea quòd periculum in se sortis suscipit: ita

vt naue submersa, amissáque pecunia, nihil omnino debeatur. Qua etiam ratione fit, vt hoc casu centesimæ vsuræ sint permissæ: quia, vt inquit I. C. sunt precium periculi. *l. periculi. h. t.* quod contra naturam mutui creditor suscipit. *§. item is cui. Instit. quib. mod. re contrah. oblig.*

DE PROBATIONIBVS & præsumptionibus. Tit. III. C. 4. 19.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dicta: & quid sit probatio.*
3 *Propria.*
4 *Diuisio & species.*
5 *Causa efficiens: & à quo imponantur.*
6 *Quis probare debeat, aut non debeat.*
7 *Materia: quæ probanda sint, vel nõ sint.*
8 *Forma probandi.*
9 *Circumstantiæ: quãdo, quo loco probatio facienda sit.*
10 *Finis & effectus.*
11 *Affinia.*
12 *Interpretatio.*
13 *Contraria, & exceptiones, quæ probationi obiici possunt.*
14 *De præsumptione: quid sit, & quotuplex præsumptio.*
15 *Causæ, & effectus præsumptionum: affinia & contraria.*

1 REstat, † vt vltimo loco videamus de contractuum Probationibus: parum est enim scire quomodo contrahatur, nisi & illud cõster, quemadmodum res, vt est gesta, probari possit. Nam quæ probari ostendíque nequeunt, ea pro non gestis, neque existẽtibus habentur. *l. in lege. 77. de contrahen. empt. l. 17. in fin. de in diem add. l. 30. de test. tut. l. 10. de reb. dub.*

2 ¶ Probare duplicẽ significationẽ habet apud Latinos. Respectu nostri, probamus ea quæ nobis placent, vel excepta habemus: quomodo probatũ vel approbatum opus dicitur, quod ædificatum est ex sententia locatoris, eóque approbãte. Cic. Probatio futura tua est, qui locas. Respectu aliorum, probare significat fidẽ alicui aliqua de re facere: quomodo Cicero dicit, probare causam, valetudinẽ, fidem, crimen, & similia. Hoc in significatu hic accipitur: probare enim in hoc tractatu, Est probã causam facere seu approbare iudici. *l. quingenta. 12. h. t. l. 3. de test.* vel de ea plenam fidem in iudicio facere. Dico Plenam: quia in iure nostro, probationis appellatio tantùm de perfecta plenáque accipitur. *gl. in cle. constitutionem per illam tex. de elect. Bal. in l. peremptories. C. sent. rescis. non poss.* Probatio, vt vult *Azo, in Rub. C. eod.* est rei dubiæ per argumenta ostensio. Hanc Azonis definitionẽ alij probant, *gl. Bar. ibidem.* alij, & quidem pleriq; improbant *Bal. ibidem. Panor. Host. & Cano. ex eo, in Rub.* cũ quia non tantum argumentis, sed etiam testibus fit fides: *J. tit. 1.* tum quòd non modò rei dubiæ, sed etiam claræ ostensio, sit probatio. *l. si irruptione. 8. §. 1. fin. regund. Bal. in l. contra. 4. nu. 7. C. ad l. Aquil.* Sed his responderi potest, argumentorũ appellatione ἐν πλάτει testes & instrumenta cõtineri. *Bar. in Rub. C. eod.* Nam si argumentũ est ratio, rei dubiæ faciẽs fidem, vt vult Cicero: certè testimoniũ & instrumentũ, quæ fidem rei dubiæ per rationem & iustã scientiæ causam astruunt, pro argumentis, saltem minus artificialibus haberi debẽt. Quod autem ad rei certæ demõstrationem attinet, nõ esse hanc propriæ probationem, sed potius probationis exclusionem, notum est, sicuti dicitur, Notoria nõ indigere probatione. *c. euidentia. 9. de accus. vide Salic. & Bal. in l. ea quidem. 7. C. de accus.* Et cum ipse Cicero in definitione argumenti eius materiam ponat in Re dubia: certè nulla causa est, cur nõ & probationes ad res dubias referamus. Potest & hoc modo probatio definiri, Vt sit actus iudicialis & solennis, quo per instrumenta aut testes, aut idonea argumenta, de re cõtrouersa iudici fit fides.

3 ¶ Propria probationis sunt, vt sit Conformis libello, *Host. in Rub. eod. num. 5. per c. significauerunt. c. de testib. exirà de testib. c. licet. §. idem de probat. c. cum contingit. de off. deleg. l. ad probationem. 22. vbi Dd. C. eo.* Concludens, *l. ad probationem. 22. C. eod. c. cum contingat. de off. deleg.* hoc est, quæ necessariò id quod intendit inferat, non Impertinens. *l. matrem. 17. vbi Bal. C. eod. l. pen. in fin. h. tit.* (dicitur autem impertinens, quæ nec per se, nec vnà cum aliis adminiculis, ad causæ fidem facit, *Bald. in l. ad probationem. 21. C. eo.*) non Dubia, *c. in præsentia. vbi Cano. de probat. l. neque natales. 10. C. eod. l. non hoc. 4. C. vnde legit.* neque incerta, *Bal. in l. pen. C. de sent. quæ sine cert. quant. & in l. 1. C. de furt. Cor. consi. 254. præsenti. par. 4.* nec Superflua. *Schurff. consil. 1. cent. 1. per l. ad probationem. C. eod.* Probationes autem sua natura sunt Arbitrariæ: *Cast. in l. admonendi. num. 39. de iureiuran.* hoc est, pendent ab arbitrio iudicis, qui quantum illis fidei sit tribuendum, potest arbitrari, *l. 3. §. tu magis scire. de testibus. Cast. in l. admonẽdi. nu. 34. de iureiur.* quod tamen arbitrium ad legem dispositionem. & commune boni viri iudicium, *l. in personam. 22. §. generaliter. de reg. iur. l. 1. de legat. 2.* cõformatum esse debet, *Bald. in l. certi. C. de iud. & in l. fin. C. de pen. iud. qui mal. iud.* nec enim licet iudici, verbi gratia, duorum aut plurium testiũ, omni exceptione maiorum, dictis fidem nõ adhibere: *l. vbi 12. de testib.* sed iudicium eius congruere debet cum regula: In ore duorum aut trium, stabit omne verbum. *c. 4. ext. de testib.*

4 ¶ Quod ad diuisionem attinet, omniũ calculũ meruit, teste Quintiliano, diuisio probationis ab Aristotele facta, qui eam distribuit in Artificialẽ, quæ ex ipsa causa argumẽtis & iudiciis trahit: *de quibus Aristoteles & Cic. in Top.* & In artificiale: quę extra causam accipit à Testib. Tabulis, Confes-

Confessione, Iuramento. Dd. *in l. admonendi. de iureiur. l. in bona fidei. C. de reb. cred.* nostri, qui effectum tantùm probationis, & vim quam in iudiciis habet, considerant, hinc alienam diuisionem sumpserunt: partiuntúrque probationem omnem, in Plenam & Semiplenam. Plenam illam esse volunt, quæ plenam fidem iudici de re aliqua facit: cuius species effingunt plures, puta Duos testes, Instrumenta publica (nam testes & instrumenta, probationes indubitatæ appellantur, *l. emancipatione. 11. C. de fide instrum.*) & etiam interdum Priuata, Confessionẽ, Iuris præsumptionem, Demonstrationem ocularem, Iuramenta, & consimilia quædam. *Spec. tit. de probat. §. videndum. Bal. & Hip. latè in Rub. C. de probat.* Horum tamen pleraque magis à probationis onere relenant, quàm probant: vt iusiurandum, præsumptio, confessio: *l. eum qui de iureiuran. l. siue. 16. C. de probat.* quæ autem eiusmodi sunt, probationes dici propriè non possunt. *Alciat. in tract. præsumpt. in prin. part. 3. nu. 2. per not. à Bar. Salic. & alius in Rub. C. de prob. & à Bart. in l. 1. C. de fid. instrum. lib. 10.* Semiplenam, quæ etiam Imperfecta dici potest, eam nominant, quæ non plenam fidem, sed opinionem quandam inducit. Eam rursus distinguunt gradibus, vt alia sit maior semiplena, *vide Cano. in c. fina. de iureiur. Dd. in d. l. admonendi. & in l. 3. C. de reb. cred.* nec tamen plena aut perfecta: alia Semiplena, vt quæ sit per vnum testem omni exceptione maiorem: alia Minor semiplena, quæ tantùm leuem & modicam præsumptionem inducit. Exempla verò, seu species huius probationis, ponunt Testes vnicos seu singulares, Opinionem, Famam, Literas priuatas, Rationes, Confessionem extraiudicialem, Præsumptiones modicas, *vide Dd. in c. fin. extr. de iureiur. & in l. admonendi. vbi præcipuè Iason. de iureiur. in l. solam. l. iurisiurandi. C. de testibus.* &c. Potest & alia probatio dici iudicialis: hoc est, quæ fit in iudicio, post litem contestatam: alia Extraiudicialis, quæ producitur extra litem, vt quæ fit ad æternam rei memoriam. *Auth. sed etsi quis. C. de testib. c. fin. §. 1. ext. vt lit. non contest.* Dicitur etiam alia probatio Viuæ vocis, vt quæ fit per testes, iusiurandum: alia Vocis mortuæ, vt quæ fit per scripturas. *glo. in Rub. C. de fide instru.*

5 ¶ Causa inducens probationem, est Sententia interlocutoria iudicis, qui eam decernit, & alterutri parti imponit. *c. licet. 9. in verb. interloquendo decreuimus. ext. de probat. vide l. à procedente. & ibi Bart. ac Bald. C. de dilat.* Nam nisi à iudice cui probatio facienda est, *l. quingenta. 12. h. t. l. 3. versic. tu magis scire. de testib.* per sententiam decreta & imposita sit, probatio fieri non debet: *Spec. de prob. in prin. Chil. in prac. ca. 69. nu. 2.* ac meritò stultitiæ damnandus esset, qui tã graue onus ac sumptuosum, nemine imponente neque cogente, in se reciperet.

6 ¶ Imponitur autem ei qui allegat, dicit, agit aliquid in iudicio: *l. 2. l. ab ea parte. 5. l. quidam. 15. l. eum qui. 22. l. verius. 21. hoc tit.* non verò ei qui negat: quia Negantis per rerum naturam nulla est probatio, *l. actor. 23. C. de prob.* (nisi iuris negationem alleget, *l. ab ea parte. 5. h. tit.*) cum naturaliter id quod negatur, probari nequeat. *vide Bald. Sal. & Dd. in d. l. actor.* Non enim entis, vt loquuntur, nulla sunt genera & propria, nullæ qualitates aut differentiæ, *l. eius qui. si cer. petat.* à quibus sicuti definitiones, ita etiam probationes sumendæ sunt: quia probatio nihil aliud est, quàm vera facti alicuius definitio & demonstratio. Alleganti igitur incumbit probatio, hoc est, se fundanti in aliquo facto, quod aduersarius negat: vt alleganti fugam serui, *l. 4. 7. h. tit.* statum, familiam, *l. 1. h. tit. l. 6. C. de fide instrumen.* mutatam voluntatem, *l. 3. 22. h. tit.* pactum, *l. 1. 8. h. tit.* solennitatem, *l. 5. h. tit. l. quæcunque. 15. §. fin. de Public. in rem act. Dd. in l. scire debemus. 29. de verb. oblig.* qualitatem, *l. 9. l. 11. l. 23. h. tit. l. 3. C. eod.* vitium, *l. si scriptum. 11. C. eod.* ætatem, *l. 11. 13. h. tit. l. 9. C. eod.* libertatem. *l. 8. h. tit.* emancipationem. *d. l. 8.* scientiam, *l. 21. h. tit.* tempus, *l. 17. h. tit.* casum, *l. testium. 14. in fin. C. de testib. l. 5. C. de fide instru. l. 4. 5. vbi Dd. C. de pig. actio. & in l. 6. §. fin. de eden.* indebitum, *l. cum indebito. 25. h. tit.* & si qua sunt similia. Et in genere, quicunque se fundat in aliqua qualitate, puta diuitiis, paupertate, morte, vita, probare illud suæ intentionis fundamentum debet, *gloss. ad verb. dubitatur. in l. si verò. 5. §. qui pro rei. vbi Ias. num. 14. & 15. qui satisd. cog.* nisi sit in possessione eius iuris in quo se fundat, *l. 2. l. 14. C. eod. l. 14. 15. h. tit.* Ac quoniam actor plerunque non possidet, sed petit, & aliquid ad suæ petitionis fundamentum allegat: ideo actori, *l. quoties, 18. l. ante omnia. 23. h. tit. l. 1. l. actor. 23. C. eod. l. qui de eden.* non etiam reo, *l. frustra. 8. C. eod. l. nimis. 6. C. de testib.* regulariter incumbit probatio, *l. 1. de except.* nisi in exceptionibus, in quibus cum reus aliquid ad sui defensionem dicat & asseueret, actoris partibus fungitur: *l. 9. 12. 18. §. 1. 19. 25. hoc tit. l. 1. C. eod.* eóque exceptionem suam meritò probare debet. *l. in exceptionibus. 19. h. tit.*

7 ¶ Materia probationis sunt facta, *l. siue. 16. C. eod.* (nam quæ iuris sunt, non opus habent probatione, *vide Bald. in addit. ad Spec. de testi. §. nunc videndum.* cum per se iudici pateant & nota sint, *vide Castr. Dd. in l. vnic. C. vt quæ des. aduoca.* nisi cum ius negatur, *l. 5. h. tit.*) & facta quidem, non ea quæ probationem nullam recipiunt, *l. actor. 23. C. eod.* sed quæ probari possunt aut Directò, aut saltem Per coniecturas: *l. dolum. C. de dol. mal. gloss. l. 1. ff. eod.* vt sunt quæ sui natura occultò & clàm arbitris fieri solent, in quibus probationes per coniecturas, aut iusiurandum recipiuntur. *l. non omnis. 6. §. à barbaris. de re milit. gloss. in l. si cui. 7. §. 1. verb. doceátque. de accusat. Panorm. in cap. præsentium. num. 3. de testib. Ias. in l. admonendi. num. 309. de iureiur. & l. penultima. num. 13. de iurisdict. Bald. in l. quicunque. C. de seru. fug. Euerar. in loc. leg. in proœm.* Item facta incerta, & de quibus dubitatur: nam notoria non egent probatione, *c. 3. de testib. cogen. c. euidentia.*

vbi gloß. c. qualiter. 2. vbi Dd. de accuſ. vide Bald. Salic. latè in l. ea quidem. 7. C. de accuſat. ad idem vide gloß. in l. 1. C. qui aduer. quos. Angel. & Imol. in l. 2. de feriis. Dd. in l. non videtur rogaſſe. de reg. iur. vt nec illa quæ antè deciſa & definita ſunt, *l. ſub prætextu. 1. & 2. C. de tranſactio. l. admonendi. de iureiuran.* aut per ſententiam, aut tranſactionem, aut alio modo: *l. ſi duo. 13. §. idem Iulianus. de iureiur. Alexan. in l. qui iuraſſe. 26. §. ſi pater. eod. tit.* nam hæc etiam pro certis & indubitatis habentur. *l. eleganter. 23. §. 1. vbi glo. de cond. indeb. l. & post de tranſact. l. ſi cauſa. 34. vbi Iaſ. & Dd. C. de tranſact.* Facta autem illa probari debent, quæ allegantur, itaque ſe habere, prout allegatum eſt, dicuntur. Negatiua porrò facti probari nec poteſt, nec debet, *l. actor. 23. C. eod.* niſi cum aut confeſſione aduerſarij, aut per circumſcriptionem temporis & locis demonſtrari poteſt. *l. optimam. C. de contr. ſtipulat. Lanfr. in c. quoniam. in princ. num. 3. de probat.* Loquor autem de Negatiua, quam allegat is qui ſe in ea fundat: nam negara ab aduerſario, illa ſunt hæc ipſa, quæ probari debent; quando in confeſſis rebus, aut certè non negaris, (nam hoc ipſum in iudiciis pro confeſſione eſt, *Spec. de poſit. num. 4. vide §. de inter. actio.*) non opus eſt aliis documentis, cùm Aduerſarij confeſſio ſit loco probationis. *tot. tit. de confeß.* Ea autem facta probanda ſunt, quæ ad cauſam pertinent, & in quibus quis ſe fundat, *l. doce. C. de rei vend. l. matrem. C. eod. l. 2. & paßim. h. tit. Iaſ. in l. ſi fideiuß. §. qui pro rei. num. 16. qui ſatiſd. cogan.* & quæ probata profutura ſunt probanti. *Spec. titul. de probat. §. nunc dicendum. in princ. per l. ſi vt proponis. C. eod.* nam impertinentium probatio, vt pote inutilis, ne quidem recipienda eſt, *l. ad probationem. 22. vbi Bald. 2. notab. C. eod. cap. cum contingat. 36. de off. & po. iud. delega. Spec. de teſte. §. qualiter. num. 1. & 2. & §. nunc videndum. num. 4.* nedum decernanda: *Chilia. in prac. cap. 69. per cap. dilecti. de except. c. fraternitatis. vbi Io. And. & Soc. de teſt. c. pio. de except. lib. 6.* eadémque ratione Articuli ſuper ipſius aduerſarij vel tertij alicuius iure fundati, velut impertinentes non admittuntur. *Bald. in l. vti frui. per illum tex. ſi vſufru. pet. Spec. titul. de teſte. §. nunc videndum. verſ. item agens. & num. 6. per l. loci corpus. §. competit. ſi ſeruit. vend. c. cum eccleſia. de cauſ. poß. & prop. c. poſt electionem. de conceſ. præben. vide Specu. de poſitio. §. ſeptimo.* Illa quoque facti qualitas demonſtranda eſt, quam in libello poſuit actor, quamuis non omnino ad cauſæ victoriam ſit neceſſaria, niſi per clauſulam De ſe non adſtringendo ad ſuperfluas probationes, hanc decipulam euitarit. *Iaſ. in l. penult. §. in eum. num. 5. 6: cum ſequ. ne quis eum, &c. vide Bart. in l. habebat. de inſtit. act. Iaſ. & Dd. in l. diuus. de re iudic.*

¶ Forma productionis ad libelli ſpeciem eſt accommodanda, *Hoſt. in Rubr. eod. num. 5. per cap. ſignificauerunt. cap. de teſtibus. ext. de teſtib. l. argentarius. vbi gloß. § cum autem. de eden.* & ita concipienda, vt neceſſariò ad cauſam concludat: *l. penult. §. fin. ne quis eum qui in ius voca. l. matrem. 17. vbi Bald. C. eod.* impertinentes enim Articuli, vt dixi, meritò reiiciuntur, *Spec. in titul. de teſte. §. nunc videndum. num. 4. & de poſitio. §. ſeptimo.* ne inanes ſumptus litigatores faciant. *l. non hoc. C. vnde cogna. l. neque. 10. C. eod. c. in præſentia. eo. Euerar. in top. legalibus. in præamb. verſ. nono ſtudioſus.* Probatio autem non eſt in tranſcurſu faciēda, *Spec. de probat. §. 1. in fin.* ſed citata ad eius expeditionem diuerſa parte, & termino iuſto ad id præſtituto. *Auth. ſed etſi quis. C. de teſtib. Hoſt. in Rub. de probat. num. 7.*

Terminus autem qui præſtituitur, plerunque eſt ſeptimanarum ſex: quanquam eundem ex cauſa, puta ob diſtantiam & interualla locorum, vnde probationes petuntur, ampliari poſſe conſtet. *Spec. de prob. in prin.* Datur autem vnus & idem terminus Actori & Reo, ſcilicet quando contraria allegant, *l. 1. vbi Bald. & Dd. C. de dilat. Chil. in prac. cap. 71.* idque propter timorem ſubornationis. aliàs (vt cum reus non directè negat intentionem, ſed excipit, *Inſtit. de except. vide Specul. de probat. §. 1. num. 17. cum addit. Bald.*) primò datur actori terminus ad probandum intentionem: deinde ea probatione completa, *vide de his Specul. de teſte. §. qualiter. numer. 22.* alter reo ad fundandam exceptionem. *l. final. de fer. l. ſiquidem. C. de except. l. exceptionem. 19. C. de probat.* poteſt tamen & ſine termino probatio in iudiciis recipi & fieri, ſiquidem nullus de certo termino, intra quem facienda ſit, opponat. *Maran. in Specul. iud. tit. de dilat. numer. 13.* Perinde autem eſt, vtrum fiat teſtibus, an inſtrumentis, *l. 4. 5. de fide inſtrum. l. 1. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. l. in exercendis. C. eod. tit.* an aliò quouis modo ad id idoneo. *l. 1. C. de teſtib. l. fin. C. eod.*

¶ Eſt autem poſt litem demum conteſtatam facienda. *tot. titul. ext. vt lit. non conteſta.* Nam antè ignoratur, vtrum reus negaturus an confeſſurus ſit quod intenditur (id enim fit per litis conteſtationem. *l. 1. C. de lit. conteſt.*) Quare & quid demonſtrandum ſit, ſciri antea nequit: cum tantùm negata documentis habeant opus. Quod verum eſt in probatione, quæ verſatur in iudicio: ſecus in ea quæ extra litem fit: nam vbi nulla lis eſt, ibi nulla eius conteſtatio expectari poteſt: quod vſuuenit in examinationibus quæ fiunt ad æternam rei memoriam, *Authen. ſed etſi quis. C. de teſtib. ca. fin. §. 1. ext. vt lit. non conteſt. Ferra. in ſor. recept. teſt. ad æter.* & per modum ſeu viam ſimplicis inquiſitionis. *cap. quondam, §. §. ſunt & aly. extr. vt lit. non conteſt.* Sic vbi ex conuentione citra ſolennem ordinem litigatores procedunt, *l. quoties. C. de priuileg. ſcho. lib. 11. l. fin. in fin. C. de temp. app. Auth. generaliter. C. de epiſc. & cler.* poteſt etiam ante libellum probatio admitti: *Bald. in l. diffamari. num. 9. C. de ingen. manu.* ſicuti quandoque iudex volentibus partibus decernit, vt præter vſitatam iuriſdictionis rationem vtráque pars ius ſuum intra certum terminum deducat & oſtendat. *Spec. in §. nunc.*

§. nunc dicendum. num. 14. de lib. oblat. Bald. in addit. ad Specul. de inſtru. §. nunc videndum. Id quod potiſſimùm In poſſeſſoriis *vide Spec. de petito. & poſſ. §. 1. num. 38. de lib. concept. §. nunc dicendum. num. 14. vbi Bald. & de ſequeſt. num. 1* ac ſummariis iudiciis *Maran. in Spec. aur. parte 6. act. 4. nu. 4. per Oldra. conſ. 244. in princ.* vſurpatur. *vide Spec. præall. loc. per ca. 2. de ord. cogn. & de petit. & poſſ. num. 38.*

Poſt quartam autem productionem, aut poſt publicata teſtimonia, non eſt probatio admittenda, *Auth. atqui ſemel. C. de probat.* vt nec poſt concluſionem in cauſa, *Iaſ. in l. admonendi. num. 50. 51. 60. cum ſequen. de iureiur. Spec. in tit. de renun. & concluſ. in cau. gloß. in Clem. ſæpe. verb. concluſionem. de verb. ſignif. Chilian. in prac. cap. 100.* niſi in criminalibus ad probandam defenſionem ſeu rei innocentiam. Nam ea Priuilegiata eſt, nec modò poſt concluſionem in cauſa, ſed etiam poſt ſententiam & rem iudicatam eſt recipienda. *Hipp. in prac. §. accurrunt. num. 3. & §. ſequens. num. 8. & 9. & in l. vnius. 18. §. cogniturum. num. 36. 47. cum ſeq. ſ. de quæſt.* Poteſt autem fieri probatio, tàm in loco Iudicij, quàm Extra iudicium, vbicunque iudici ſederit, qui examinationi præeſt: quin etiam ad egregias perſonas & fœminas dominum mittere notariū debet, qui imbi eas examinet, *l. ad perſonas. 15. vbi Dd. de iureiuran.* in ſecreto tamen eſt facienda & remotis partibus *Bart. in l. nullum. C. de teſt. Chilian. in pract. c. 74. in fin.* examinatio, etiamſi iuſiurandum coram partibus à teſtibus exigatur. *vide ſ. de teſtibus.* Eſt etiam probatio intra terminum ad id conſtitutum, de quo ſuprà diximus, *ex l. 1. C. de dilat. Chil. in prac. cap. 71.* faciēda & abſoluenda. *cap. ſignificauerunt. de teſtib. Goden. conſ. 5. de prob. num. 2. 3. 4. Manſer. in pract. vide quæ allegat Chili. pract. cap. 71. num. 4.* quod tamen non vſquequaque ſeruatur, ſed ſatis eſt litigatorem articulos exhibuiſſe ac obtuliſſe, & nominaſſe teſtes ad iuramentum & examen. Reliqua non ſunt in eius manu: quare neq; illi imputandum eſt, ſed iudici potius, ſi eius negligentia aut impedimentis in præſtituto termino non abſoluantur. *Panorm. in c. licet. & ibi Fel. nu. 20. cum ſeq. de prob. Rom. conſ. 443. Chil. in prac. cap. 67. num. 6. in fin. vide etiam Bart. Iaſ. & Dd. in l. final. de fer. in l. 1. C. de dilat.*

¶ Finis probationis eſt, Fidem facere iudici. *l. quinquaginta. 12. hoc t.* Effectus eſt, Quòd ſecundum probata iudex ſententiam ferre debet, *l. 2. l. domum. 5. l. doce. 9. C. de rei vend. l. argentarius. 10. §. final. de eden.* alioqui vt litem faciens ſuam, in id quod litigatoris intereſt, condemnabitur. *dict. l. argentarius. 10. §. final. vbi gloß. Bart. & Dd. de edend. l. 3. vbi Bald. C. ſi cont. ius vel vtil. publi.* Etſi enim probationes dicuntur eſſe arbitrariæ, *Caſtren. in l. admonendi. num. 39. de iureiur.* & pendere ab arbitrio iudicis: *l. 3. §. tu magis ſcire. de teſtib.* tamen iudex eas, quæ lege pro integris & planis habentur, ipſe quoque ſequi & pro integris habere debet, ne ius commune partibus inuertat. *l. argentarius. 10. §. fin. in verb. de indice quæri. vbi gloß. Bart. & Dd. de edend. Bal. Caſtr. & Dd. in l. prolatam. C. de ſenten.* Secundum enim probata iudicare debet, non ſecundum conſcientiam. *l. illicitas. §. veritas. de off. præſ. vbi Dd. vide Iaſ. in §. ſi minus. num. 15. Inſt. de actio. Cataldin. in trac. ſynd. num. 170.*

¶ Affinia probationi ſunt, Iuſiurandum, *l. eum qui. de iureiuran.* Confeſſio, *tit. de confeſſ. & titul. de interr. actio.* ſeu liberè ſiue in tormentis facta, *l. comprobatio. 7. hoc titul.* In rem præſentem adductio, *l. ſi irruptione. final. regund. Bald. in l. 4. num. 7. C. ad leg. Aquil.* Euidentia facti ſeu notorium, *Dd. in l. admonendi. de iureiur. Bald. Salic. in l. ea. 7. C. de accuſat.* Præſumptio iuris, de qua paulò pòſt dicetur, & ſimilia, quæ non tàm ſpecies ſunt, quàm res effectu pares atque ſimiles, quia pro probatione habentur. *Alc. in trac. præſumpt. in princ. parte. 3. num. 2. per nota. Cano. in Rubr. de proba. ext. & Bart. in l. 3. aliàs. 1. C. de fide inſtrum. lib. 10.*

¶ In omni autem documento ea ſumetur interpretatio, vt actus valeat, non pareat. Quare quoad eius fieri poteſt, iudex etiam diſſidentes in ſpeciem probationes conciliare & in vnam redigere harmoniam debet. *c. cum tu. 16. c. in noſtra. 32. vbi gloſſ. magna. ext. de teſtib. vide Iaſ. in l. 1. num. 9. ne quis eum, qui in ius voca. & Dd. in l. ſcripturæ. C. de fide inſtrum.* Quod verum eſt in concludentibus, & quæ ad rem pertinent. Nam quæ dubiæ ſunt, aut impertinentes, contra eum interpretandæ ſunt, qui illas produxit. *cap. in præſentia extrà de probat. Bart. in l inter. 83. §. Stichum. de verb. oblig. Socin. conſi. 274. in cauſ. volum. 2. Alex. conſil. 182. lectu. num. 5. volum. 2.* Vnde nata regula, Interpretationem ſemper faciendam eſſe contra producentem. *Bart. in l. 3. de teſtibus. c. in præſentia. de probat. glo. in c. cum clamor. 53. de teſtib.* Sed & in dubio talis ſumenda eſt, quæ proſit fauorabilibus perſonis vel rebus: puta ætati minorum, ſtatui, libertati, piis cauſis. *l. cum de ætate. 13. hoc tit.* Quare & in pari argumento rei tanquam fauorabilioris probatio præponderare debet, niſi aliud fauor cauſæ agentis exigat. *cap. 3. extr. de probat. vide poſt alios Iaſ. in l. de die. num. 2. & 3. qui ſatiſ. cog.*

¶ Contraria probationi ſunt, pugnantia ſeu contrarietas, quæ conciliari nullo pacto ob cōtradictionem poteſt. Ea enim omnem documentis fidem derogat. *l. ſcripturæ. 14. C. de fide inſtru. l. vbi pugnantia. 188. vbi Dd. ff. de regul. iur.* Quod tamen magis obtinet in inſtrumentis quàm in teſtibus. Nam in contrarietate teſtium plerunque maiori & digniori parti creditur, *cap. licet cauſam. de probat. glo. magna. in c. in noſtra. 32. de teſtibus.* Poſſunt & alia multa probationi opponi, vt ſi dicatur, non facta coram competente iudice, aut non ab eo qui probare debuit, aut nō de rebus in controuerſia poſitis, aut non ſolenniter ac debito modo, aut non concludenter neque ſatis idoneè: qua de re ad ſubſequentes titulos plura dicemus.

14 ¶Et hæc quidem hactenus de probationibus: nunc alteram tituli partem, quæ de Præſumptionibus inſcribitur, paucis pro inſtituti noſtri ratione exequamur. Par eſt enim probationi præſumptio, quod quidem ad effectum attinet, quia pro probatione habetur. l. licet Imperator. 74. de legat. 1. l. ſiue. 16. C. de probat. l. fin. vbi gloſ. ad verb. præſumptioni. de eo quod met. cauſ. c. literas. & tot. tit. ex. de præſumpt. Præſumere eſt aliquid antè coniectando ſumere vel capere, vel credere, aut opinari, quàm aliter de rei certitudine ac veritate conſtet. Hinc præſumptio dicitur legis opinio, qua lex aliquid pro vero præſumit & antè capit, quàm probetur. Cano. extr. in Rubr. de præſump. Sed quia etiam hominis eſt præſumptio aliqua, non tantùm legis, ideo indefinitè, neque incommodè tamen hoc modo eam Alc. tract. de præſumpt. in prin. part. 3. incip. veniamus. num. 1. definit: Vt ſit probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur. Bald. in Rubr. C. de prob. & in l. ea quidem. in prin. C. de accuſ. breuius ita: Præſumptio eſt ratiocinatio de re veriſimili. Præſumptio alia dicitur eſſe Iuris ſeu rationis, gloſ. ad verb. præſumptioni. in l. final. in prin. de eo quod met. cauſ. alia Hominis, alia Naturæ, alia Facti ſeu præcedentis, ſeu ſubſequentis. vide glo. in dict. verb. præſumptioni. Euerar. in loc. legal. loc. à veriſimili. Sed quia ex præſumptione hominis, naturæ vel facti, ius aliquid præſumit pro vero, donec probetur contrarium, eóque hæ præſumptiones nihil aliud ſunt, quàm Iuris præſumptio: ideo non incommodum eſt vſitatam diuiſionem retinere, qua triplex ſtatuitur præſumptio.

Prima & quidem firmiſſima eſt præſumptio Iuris & de Iure: iuris quidem, quia iure introducta eſt: & de iure, quia vt inquit Alc. ſuper tali præſumptione lex inducit firmum ius, & habet eam pro veritate, ita vt non admittat probationem in cõtrarium. l. antiquæ. C. ad S.C. Vell. l. fin. C. ad S.C. Maced. l. fin. C. arb. tut. Hanc ſic definit Alc. in prin. tract. de præſumpt. parte. 2. incip. videndum. num. 3. per cap. is qui fidem. cum ibi not. de ſponſal. glo. in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Panor. & Felin. in cap. quanto. ext. de præſumpt. Vt ſit diſpoſitio legis aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto ſtatuẽtis. Exempla paſſim in iure ſunt obuia. cap. 1. cap. is qui fidem. de ſponſ. l. antiquæ. C. ad S.C. Vell. l. fin. in fin. C. ad Macedoniam. l. fin. C. arbit. tutel. l. à diuo Pio. § ſi pignoris. de re iud. l. ſi qui. 34. C. de adult. l. cum auus. vbi Socin. num. 73. & 74. de cond. & demonſt. & conſ. 22. circa. num. 15. volum. 1. Hanc quandam iuris eſſe fictionem Accurſ. ait. glo. in l. fin. ad verb. præſumptioni. de eo quod met. cauſ.

Secũda præſumptio Iuris eſt, quam ſuprà definiuimus, quæ non eſt res præiudicata, reſpuẽs probationem in contrarium, vt illa ſuperior, neque propriè cenſetur probatio, l. Lucius. 72. vbi Bart. de cond. & demonſtr. ſed ab onere probandi releuat, l. ſiue poſſidetis. 16. C. de prob. Bart. in l. in illa. in fin. de verb. oblig. per l. ab ea. hoc tit. l. bona fides. de depoſ. l. cum de indebito. hoc tit. Cæpo. conſ. 33. multa poſ. ſent. Hipp. ſing. 451. decreui. eóque conſiderato effectu dicitur liquidiſſima probatio, gloſ. in l. ſi tutor. C. de pericul. tut. l. licet Imperator. 74. vbi Alex. & Iaſ. de legat. 1. ſcilicet, quamdiu cõtrarium non apparet. Nam vt probatio, ita & hæc præſumptio, quæ probationis loco eſt, contrariis documentis poteſt dilui & euerti: l. cum de indebito. circa fin. hoc tit. l. ſiue. 16. vbi Dd. C. de probat. iuxta regulam, In certis non eſt locus coniecturis. l. continuus. §. 1. de verb. oblig. De hac ſpecie propriè hoc in titulo agitur, propriéque præſumptio dici ea poteſt & debet. vide ext. Rubr. de præſumpt.

Tertia præſumptio appellatur Modica, quam verius dixeris Opinionem hominis quàm præſumptionem legis. Eſt enim veriſimilis aliqua coniectura, ſed quæ ſine aliis adminiculis fidem ſolidè non facit. l. inſtrumenta. l. rationes. C. eod. l. iudicia. C. de rei vend. l. abſentem. de pœn. cum ſimil. Sufficit tamen quandoque ad iuriſiurandi delationem vel in ſupplemẽtum probationis, Bald. in Rub. C. de fide inſtrum. num. 7. l. in bonæ. vbi Dd. de reb. cred. vel ad ſuſpicionis purgationem. extr. t. tit. de purga. cano. l. non omnes. §. fin. de re mil.

15 ¶Cauſa efficiens præſumptionis eſt lex, vnde & præſumptio iuris dicitur. Alc. in tract. præſump. in princ. parte 2. num. 3. vide Iaſ. in l. ſi extraneus. de cond. ob cauſ. Hipp. in l. 1. in princ. num. 31. & §. ad quæſtionem. num. 17. & 18. de quæſt. & in Rubr. de probat. num. 108. Cauſa προκαταρκτική, qua lex mouetur, eſt certum ſignũ, & argumentum probabilis coniecturę ex circũſtantiis ſumptum, de quo niſi liquidò conſtet, nulla fit præſumptio: c. ſicut 1. de ſimon. vt, exempli cauſa, præſumitur pater diligere filium. l. iſti. 8. in final. vbi glo. de eo quod met. cauſ. Sed hoc ipſum, nempe patrem & filium eſſe, conſtare probaríque debet. Alc. tract. præſumpt. in prin. parte. 3. in fin. Signa autem ſunt aut Neceſſaria, Græci vocant τεκμήρια, quæ aliter ſe habere non poſſunt: vt non eſſe virginem quæ peperit: aut Non neceſſaria, ſed veriſimilia, quæ σημεῖα dicuntur: vt nõ eſſe pudicam, quæ cum viris alienis clàm vagatur. c. tertio loco. de præſumpt. Ea autem ſunt, vt ait Fabius, lib. Inſt. 5. cap. 9. innumerabilia. vide Bart. in l. fin. in fin. prin. de eo quod met. cauſ. & in l. admonendi. num. 21. de iureiur.

¶Materia præſumptionum ſunt conſilia, affectus, actiones, facta, Alciat. tract. præſumption. in princ. parte 3. num. 5. qualitates, ſolennitates, & accidentia, intrinſeca & externa. Nam quæ iuris ſunt, non præſumuntur, l. cum quidam. 30. §. ſuum. de acqu. hæred. quia ius ſemper eſt certum, l. 2. de iur. & fact. ign. Regulariter autẽ, etſi actiones & ſolennitates maximè extrinſecę, l. quæcunque. §. fin. de Public. in rem actio. Dd. in l. ſciendum. 30. de verb. oblig. Spec. de teſte. §. 1. nu. 92. 93 94. cum ſeq. item facta non præſumũtur niſi probentur: l. aſſeueratio. 10. C. de non num. pec. l. ſiue poſſidetis. 16. C. de probat. vide Spec. de teſte. §. 1. nu. 95. tamen aliter

aliter ſe res habet cum ſunt veriſimilia; cap. quia veriſimile. de præſumptio. Bald. in l. fin. in vlt. not. & 20. opp. C. de hæred. inſt. l. 2. vbi Bald. C. ad l. Corn. de ſica. Iaſ. in l. ſi extraneus. de cond. cauſ. dat. hoc eſt, quando rato, & naturali curſu atque ordine ita ſe habere ſolent: ſicut ex qualitatibus & circũſtantiis præſumitur: ſeu, vt inquit Bald. quando verificantur ſecundum communem hominum intellectum, l. ſi ita quis. 31. de teſtam. cap. quia veriſimile. de præſumpt. & concordant cum rebus cauſatis ac veriſimilibus. l. milites. §. oportet. C. de quæſt. nam eiuſmodi facta, effectus, inclinationes & actiones à iure præſumuntur, tàm in perſonis quàm in rebus. Sic qualitas quæ naturaliter ineſt homini, ſemper adeſſe præſumitur. glo. in c. ſi fortè. de elect. in 6. glo. & Dd. in c. is qui fidem. de ſponſ. Ang. in repet. l. ſciendum. 30. in fin. de ver. oblig. Alc. tract. præſump. reg. 1. Verbi gratia, pater ex communi naturæ affectione præſumitur amare liberos, l. iſti. §. final. quod met. cauſ. l. ſi pupillorum. §. ſi pater. de reb. eor. l. nec ei. de adopt. §. fin. Inſtit. de nox. act. c. afferte. 2. vbi Felin. de præſumpt. iiſque optimè conſulere. l. 3. §. 1. de admin. tut. l. nec in ea. 22. ad l. Iul. de adult. l. vlt. C. de cur. fur. In minore præſumitur inconſulta ignorantia, l. ſi quis patremfam. ad Maced. l. 1. & tot. tit. de minor. in ſenibus prudentia; l. ſemper. de iur. im. §. ſi verò. in Auth. de quæſt. c. de quib. 20. diſtin. in mulieribus imbecillitas, l. 2. ad S.C. Vell. l. 4. C. de nupt. timiditas, per illum text. Dd. in l. 1. de quæſtio. Albert. de Gondino. trac. mal. rub. de quæſt. auaritia; §. mater. vbi glo. in Auth. de nupt. c. forus. de verb. ſignif. l. ſi ſtipulata. 33. de donat. int. vir. & vx. l. cum veterum. C. de donat. ante nupt. glo. in l. Neſennius. 34. ad verb. contrario. de negoc. geſtor. in quolibet homine ſenſus communis, l. non codicillum. 14. C. de teſtam. l. 2. C. qui teſtam. fac. cap. fin. de hæred. quæ ab inteſt. religio, l. final. C. ad l. Iul. repet. potentia generandi, c. quia. diſtinct. 50. Innoc. & Dd. in cap. 1. de frigi. & mal. Bart. in l. filium. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. diligentia curandi res proprias, l. qui ſeruandarum. 14. de præſcript. verb. cap. qui vult. diſtinct. 3. & conſeruandi, l. cum de indebito. 25. hoc titul. vita centum annorum. l. fin. de ſacr. Eccleſ. l. an vſufr. C. de vſufr. Eadem ratione præſumitur quodlibet accidens in eodem, in quo ſemel fuit, ſtatu perſiſtere, niſi contrà probetur mutatio: l. eum. 22. de probat. l. in finalib. 11. ff. fin. reg. l. ſi prius. vbi Dd. de oper. no. nunc. glo. in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. qui ſatiſ. cogan. Alc. reg. 2. vt coniectura probabilis eſt, durare patriam poteſtatem, l. ſi filius. 8. hoc tit. malitiam, cap. ſemel. de regul. iur. in 6. bonitatem, cap. 3. c. mandata. ext. de præſumpt. diuitias, fortunam, §. ſin autem. in Authen. de æqual. do. Angel. conſil. 271. cum facias. vide Iaſ. in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatid. cogan. prout cuiuſque antea fuit: atque ita in ſimilibus, exceptis his, quæ naturaliter ex curſu temporis mutantur: vt eſt ætas: l. ſpadonem. §. qui abſolutus. de excuſ. tut. l. cum te. C. de prob. l. ſi minorem. C. de in integr. reſtit. Sic præſumitur ſemper in partem benigniorem, in quam ipſa naturæ ratio atque affectio nos ducit: cap. eſtote. de reg. iur. l. quoties. 20. l. ſemper. 56. de reg. iur. vt viam ab aliquid agentibus electam eſſe licitam, l. non ſolùm. §. ſed vt probari. de oper. no. nunc. & per quam actus ſuſtineatur, l. 3. de mil. teſt. Bald. in Rubr. C. de fide inſtrum. num. 8. vnumquemque eſſe bonum, cap. dudum. de præſumpt. gloſ. in cap. 1. de ſeruit. l. fin. C. ad l. Iul. repet. idoneum, d. c. dudum. cap. ſicut. 1. quæſt. 1. innocentem, l. abſentem. de pœn. l. qui accuſare. 4. C. de eden. bonæ fidei, l. penult. C. de euict. gloſ. & Dd. cap. ſi diligenti. de præſcript. in officio ſuo iuſtum, l. 2. C. de off. ciuil. iud. l. ſi quis Decurio. 21. C. de falſ. c. ad audientiam. de præſcript. cap. cum parati. de appell. l. 2. C. de execut. & exact. lib. 12. l. 1. C. de ſuſcept. lib. 10. & diligentem. Felin. in cap. ſi autem. de præſcript. per cap. paſtoralis. de except. Lanfr. in cap. quoniam. verb. talium circa finem. de probat. Felin. in cap. quod quis. 23. num. 7. de regul. iuris, vbi dixit præſumi pro iudicis decre. vel mandato quòd ſit iuſtum. donec contrarium probetur. Pari ratione ex notitiis, voluntatibus, actionibus, factis, quæ communiter ita ſe inter homines habent, ſumitur opinio, quòd ſcilicet eiuſmodi ſint, qualia communiter eſſe conſueuerunt: ſuſpicio eſt, inter nudum & nudam ſimul repertos interueniſſe copulam, cap. literas. ext. de præſumpt. quodlibet illicitum factum malo deluſorióque animo perpetratum eſſe, cap. 1. de præſump. l. 1. C. de ſicar. l. ſi non conuicij. C. de iniur. etiamſi aliàs delictum non præſumatur niſi probetur. l. merito. 51. ff. pro ſoc. l. fin. quod met. cauſ. ſed his caſibus præſumptio iſta generalis tollitur per præſumptiones ſpeciales in contrarium vrgentes. l. in toto. 80. de reg. iur. l. non omnes. 5. §. à barbaris. de re milit. Sic qui dilationibus variis fruſtratur iudicia, creditur iniuſtam fouere cauſam: cap. nullus. 4 ext. eod. qui vicinus eſt, vide Lanfr. in cap. quoniam. ver. teſtium. num. 18. de probat. Socin. conſil. 187. in controuerſia. volum. 2. conditionem, facta & ſtatum vicini noſſe: c. quoſdam. 7. ext. eod. l. ſi vicinis. 9. C. de nupt. nemo vires patrimonij ſui, l. quiſquis. 15. C. de reſcin. vend. vel coniugis ignorare: Corn. conſil. 165. circa. num. 34. volum. 2. & ſi qua ſunt ſimilia. Forma & modus præſumendi pro varietate obiectorum ſignorum varius eſt: aliàs enim Lex tam certò præſumit, vt probationem in contrarium audire nolit: aliàs præſumit quidem, ſed inficiationem admittit: aliàs tantùm aliquid coniectura aut ſuſpicione colligit, cui tamen non aſſentitur firmiter, niſi alia documenta concurrant, prout ſuprà dictum eſt. Finis & effectus hic eſt. Præſumptio Iuris & De iure indubitatam fidem facit, nec admittit argumentationem contrariam, c. is qui fidem. de ſponſ. l. antiquæ. 23. C. ad Vell. l. fin. C. arb. tutel. niſi per confeſſionem partis, Alciat. tract. præſumpt. in prin. part. 2. num. 6. poſt Felin. in cap. quoniam. in prin. de probat. notorium, vide Felin. cap. quanto. de præſump. Rom. conſil. 350. in caſu. num. 19. Hipp. in l. 1. §. ſi ſeruus. 6. num. 5. de quæſt. reſtitutionem in integrum, Bart. &

Dd.in l.inter. §. 1. de verb.oblig.&c. Præsumptio Iuris pro documento idoneo est, l. siue. C. de probat. l. 1. C. de apoch.publ.l.10. Hipp.in l.1.§.si quis. num. 16. de quæst. vnde liquidissima probatio perhibetur, l. licet imperator. 74. de leg. 1.gl.in l.si tutor.C.de pericul. tuto. Hipp. in Rub. C.de probat. num. 189. & actus à iure præsumptus eo ipso probari, quòd non probetur contrarium: l. 2. C. de error.calcul.vbi glo.& in l. si creditor. C. de pign. act.& in l. in testamento. C.de milit. testamento. & cum à cuius partibus stat præsumptio, lex ab onere probandi releuat, illúdque in partem aduersam transfert. l. ab ea.de probat. l. siue. C. de probat. Bart. in l. in illa.in fin. de verb. obligat. admittit tamen probationem in contrarium. l. cum de indebito. in fin. de probat. l. final. de eo quod met. caus. cap. quia. 10. ext.præsumpt. Quare tamdiu statur præsumptioni, donec scilicet diuersum euidenter fuerit probatum. l. final. in princ. de eo quod met.caus.vbi glo. & Dd. ad verb.præsumptioni. in glo. 3. in l. nuptura. de iure dot. Præsumptio Modica non plenam fidem facit, sed semiplenam, aut aliquam inducit coniecturam vel suspicionem, quæ aliquando indicium facit ad torturam vide j. de quæst. in Criminalibus: aliquando indicium ad deferendum iusiurandum in Ciuilibus. tot. tit. de purgat.cano. Bald. in Rub. C.de fide instrum.num.7. Affinis præsumptioni est fictio, glo. ad verb. præsumpt. in l.fin. in prin. de eo quod met.caus. quę est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio. Alc.de præsump.in princ.num.1. vide Bald. & Dd. in l.si is qui pro emptore. de vsucap. differunt tamen hæc duo, primò materia, quòd fictio fit aduersus veritatem, præsumptio in veritate aut verisimili fundata est: lex falsum & certum fingit, verum aut verisimile & incertum præsumit. glo.in l.vnic. §. accedit.C.de rei vxo.act. Alex.cons.138.num.9. volum. 2. Alciat. præall.loc. num.3. Secundò, forma, quia fictio est legis dispositio: præsumptio est tantùm legis opinio. Tertiò, effectu: illa valet vt legis definitio, ideo aduersum probare nō licet. Hæc tantùm vt probatio, ideo contra eam probari potest, excepta Iuris & De iure præsumptione, quæ penè in fictionem cadit. glo.in dict.l. fin.ad verb. præsumptioni. de eo quod met. caus. nisi quòd ea fit contra veritatem, præsumptio verò Iuris & De iure secundum id quod verum est aut verisimile: provt paulò antè est ostensum, Contraria autem præsumptioni sunt Probatio veritatis in contrarium, l. continuus. 137. §. 1. de verb.oblig. Impossibilitas rei, & Absurditas. c.quia. 10.ext.de præsumpt.l.fin.de eo quod met.caus.vide Ever.in loc.legal.loc.ab absurdo. Nam huiusmodi vix fingi quidem, multò minus præsumi solent, glo. in l.talis scriptura.§.fin.de legat.1.glo.& Dd.in l.Gallus.§.si eius.de lib.& posth.per l. qui ad certum.ff.loc.Alc.tract. præsumpt.in princ. num.4.

DE FIDE INSTRVMENTORUM & amissione eorum. Tit. IIII.

C. 4. 21.

1 *Vnde dicta sint instrumenta: & quid sint.*
2 *Quàm variæ eius species.*
3 *De causa efficiente: & quinam rectè instrumenta conficiant.*
4 *De materia, quibus de rebus instrumenta conficiantur.*
5 *De forma tàm conficiendorum instrumentorum, quàm producendorum.*
6 *De fine & effectu: & quam fidem quæque instrumenta faciant.*
7 *De interpretatione instrumentorum.*
8 *De contrariis & exceptionibus, quibus instrumenta oppugnari possunt.*

1 INSTRVMENTA † ab Instruendo dicta sunt, l.1.hoc.titul. l.notionem. 99. §.instrumentorum. de verb. signif. sicut instrumenta domus & fundi dicuntur ea, quibus domus aut fundus instruitur. tot. titul. de fund. instru. & instr.leg. In hac autem probationum materia instrumenta intelligimus quibus causa instruitur, & fides fit iudici. Verba enim secūdum subiectam materiam sunt accipienda. Porrò hoc in significatu, bifariam sursum nomen instrumenti capitur. Primò Latiore significatione, pro omni eo quod instruere causam potest, siue sint testes, siue literæ, siue confessio, seu alia quæuis probatio. dict. l.1.h.tit. Altero modo & propriè quidem capitur instrumentum pro qualibet scriptura, quæ fidem rei facit, & causam instruit. Bart. in l. Labeo. de supell. leg. Felin. Ant.de Butr. & multi alij in Rub.ext.eo. Lanfr. in cap. quoniam. ad verb. instrumentorum.in prin. de prob. Ferr. in pract. de form.instru.ad verb. exhiberi. Quare cum in statutis verba sint propriè accipienda, l. 1. §.si is qui. de exer.act.l.3.vbi glo.Bal.& Salic.C.de nox.actio. & c.porrò.de priuil. Bart.in l. quicquid. adstringendæ. 99. num. 6.& ibi Dd.de verb. oblig. in his nomen instrumenti positum tantùm de literis interpretandum & accipiendum erit. Bart.in dict.l.notionem.99.§.instrumentorum.de verb.signif.Lanfr.in dict.c.quoniam.ad verb.instrum.nu. 1. & 2. Propriissimè autem publicas literas, quæ plenam fidem faciunt, designat. l. 1. vbi hoc nota. C. de iureiur.propter calum. Hæc enim quæ publica sunt, propriè causas instruunt & fidem faciunt, non etiam scripturæ priuatæ, vt paulò pòst dicemus. Vnde nec temerè à I. C. instrumentorum nomine appellantur; l.Imperatores.29.vbi I. C.inter epistolas priuatorum & instrumenta distinguit. s. de probat. sed aut scripturæ priuatæ, aut priuatæ annotationes, aut simpliciter literæ vel scriptura, vel chartæ. vt in tot.h.tit.ff.& C.l.Publia.depos.l.scripturas.11. C.quò potior.

potior.in pig.hab. & tot.t. in Auth.de instrum.caut. & fide. Instrumentum autem ita à Dd. definitur, Vt sit scriptura à publica persona confecta, quæ sine alio adminiculo fidem in iudicio facit. Innoc.in c.2.de fide instrum.in prin.Lanfr.in dict.ca. quoniam,ad verb.instrum. num. 2.Ferr.in for.productionis instrumentorum.ad verb.exibens.num.5. Qua ex definitione facilè intelligitur, non modò Iurisconsultos, sed etiam nostros interpretes, instrumentum propriissimè accipere de publicis scripturis, non de priuatis.

2 ¶Instrumenta porrò in vniuersum, aut Publica sunt, aut Priuata, l. rationes. 6.l.instrumenta. 5.vbi nota.C.de probat.Lanfr.in d.c.quoniam. verb. instrumentorum.nu. 2. Ferr.in form. productionis instru.ad verb. exhibens. num. 5. Publica, quæ à publicis personis conficiūtur.§.sed etsi. in Auth.de instrument.caut. & fide. Horum etiam plura sunt genera, Ferrar.in d. loc. ac communiter quinque numero recēseri solent. Primum instrumentum manu notarij cōfectum, siue in iudicio, siue extra iudicium. l.gesta. C. de re iudica. Secundum, scriptura sigillo aliquo publico signata, etiamsi sit à priuato scripta: c. scriptura. ext.de fide instru. c.tertio loco.de probat. puta sigillo Principis, c.post cessionem. de prob. Schurf. cons. 7. & cons.29.cent.1. vel etiam ciuitatis, vniuersitatis aut alicuius collegij. Bald. Salic. & Dd.in Auth. si qua per illum text. C.de episc.audien. Tertium genus sunt omnes scripturæ qualescūque (etiam priuatæ) quæ publicantur authoritate magistratus interueniente: vt cū testamenta vel codicilli, vel alię tabulæ, authore iudice aperiuntur. l. publicati. C. de testament.vbi Dd.l.fina.C.de re iudic.cap G.perpetuus.ext. de fide instrum. Quartum genus, sunt scripturæ qualescunque, quæ extrahuntur de archiuo publico, l. in fraudem. §. quoties.de iur.fis. Auth.ad hæc.C.eod.c.ad audientiam.vbi Felin.nu. 13.14.de præscript. aut quæ fiunt apud acta publica.l.1.2.C.de his qui in Eccles. ma.l.2. vbi Dd.C.de eden.l.omnium.C.de testam.Bald.in Rubr. C.de fide instr .num. 4. & 6. Quintum genus est scriptura, quæ habet subscriptionem scribētis & testium. l.scripturas.11. C. qui potiores in pignor. cap. 2. ext. eod.l.contractus. C.eod. Sed hæc scriptura propriè publica non est, verùm à Dd. respectu effectus publica dicitur, quia fidem in iudicio facit. Innoc.in d.c.1.de fide instru. Lanfr.in d.ca.quoniam.ad verb.instrumentorum. num. 2. Ferr. in form.product. instr.ad verb. exhibens.num. 5. Rectius tamen est hæc à publicis segregare, nisi sint publica manu confecta. Possunt & publica distribui in Iudicialia, quæ videlicet fiūt apud acta & in iudicio, authore iudice, quæ Bald. appellat Instrumenta iudicum: in Rubr.C. eod.nu.4. & 5.& Extraiudicialia, quæ fiunt à notario super contractibus, vnde Scripturæ contractuū nominantur. Bal.in Rubr. C.eod.nu. 4.& 6. Scripturā porrò notarij in duo nostri partiuntur genera: quorum primū appellatur Protocollum, siue imbreuiatura, §. fin. in Auth. de tabel. quæ est summaria quædam gesti actius annotatio, memoriæ causa facta: vnde postea instrumentum in forma solenni conficitur. Vigl.in §.nihil.num. 5. & 6.Inst.de testam. Alterum genus vocatur Transsumptum, videlicet instrumentum authenticum & originale, quod ex protocollo solenni forma, hoc est, cum præfationibus & clausulis solennibus sumitur, non summariè, sed plenè rem gestam exponens. Bal. num.20.in Rubr. C.eod. Scripturarum autem priuatarum variæ quoque sunt species: vt Rationes, l. rationes. 6. C. de proba. Inuentaria priuata seu registra, l.fin.C.de iur.delib.l.fin.C.de administ. tut.l.tutor qui repertorium. ff. de adm.tut.vide Ias.& Dd.in l.admonendi.de iureiur. ἀποχαὶ, ἀντιαποχαὶ. l. plures.18.C.eod. Item literæ priuatæ, quales scribunt amici amicis, socij sociis. l. Publia.§.final.ff. depos.de quib.plura Bald. C. eo. in Rub. nu. 22. cum seqq.& Ias.in l.admonendi.nu.120.cum seqq.de iureiur. Hæc autem priuata instrumenta diuidi possunt in Priuata & quasi Publica: vt priuata ea sint, quæ plenam fidem non faciunt: quasi verò publica, quæ ad instar publicorum instrumentorum plenè probant. Diuiduntur etiam instrumenta in Originalia seu authentica, & in Exempla. Auth. si quis in aliquo. C. de eden. & glo. in l. quicunque. de fide instru. Originalia siue authentica vocātur prima & principalia de aliqua re cōfecta. Exempla verò dicuntur illa quæ ex originali instrumento describuntur, siue id fiat manu publica, siue priuata. Bal.in l. publicati. 2.in fin.C. de testa. Lanfr.in d.c.quoniam.ad verb.instrumentorum.nu.7.cum seqq.ext.de probat.Bart.nu.3.4.Cast. & communiter Dd in d. Auth.si quis in aliquo. Felin.in d.cap.ad audientiam.nu.14.de præsc.

¶Quod ad causam efficientem attinet, instrumenta regulariter sunt Voluntatis, vt ait Bald. hoc est, voluntate contrahentiū conficiuntur. l. 4.de pignor.l.contractus.16.C.eo.cū simil. Interdum autē sunt Necessitatis, videlicet cum lex aut iudex mandat scripturam fieri. vt in cap.1.de censib. lib.6.cap.quoniam. de probat. l.generaliter. 13. C.de non num.pec. Conficiuntur autē instrumenta non modò à notariis, sed etiā ab aliis personis publicis, vt cū magistratus de archiuo publico scripturā transsumit atque cōficit. Bal.in Rub.C.eo.nu.1. per Auth.ad hæc.C.eod.Bart.in Auth.si quis.C.qui potior.in pignor.habean.Felin.in d.c.ad audientiam. gl.in c.cū causam.13.de probationibus.Lanfr.in d.ca. quoniam.ad verb.instrum. nu. 2. Molin. de feud.§.5. nu. 27. Quandoque etiā à priuatis: vt quādo priuatus aliquid apud acta cōscribit, aut subscribit, aut recognoscit. l.4.vbi Bal. nu.2.C.de recep.arb. Lanfr.præall.loc.l.omnium.cum ibi nota.C.de testam. l.1.C.de his qui in Eccles.manu. Cōmuniter tamen publicis scripturis conficiendis præfici solet publica persona, quę sicut iudex habet ordinariam iudicandi potestatem, ita publicam potestatem scribendi obtinet, ita vt illi fides plena adhibeatur. Bal.in dict.Rubr.C.eod num.2.per l.in fraudem. §. quoties. in verb. manu commentariensis. ff. de iur. fis. Neque tamen hac electione scriba fit notarius. Innoc.in c.cum. P. tabellio. extrà eod. Bald.in d.Rubr.num.1.& 3.C.eod.tit. Nec enim notarium

creare quinis iudex potest, sed ea res pertinet ad officium summi Principis, vel comitum Palatinorum, quibus hanc potestatem notarios creandi, Princeps indulsit. *Bald. in c. 1. num. 2. quis dica. Dux, Comes, Marchio. Spec. de procura. §. ratione. num. 1. per §. si verò ignoti. in Auth. de testib. l. generali. C. de tabul. lib. 10.* Nam est actus summi imperij: quod genus magistratibus municipalibus non est concessum. *l. magistratib. 12. de iurisdic. vbi dixi. vide tit. C. de mod. mult. & de defens. ciuit. l. vnic. si quis ius dicend. non obtemp. l. 2. §. fin. de iudic. §.* Potest autem ad id scribendi munus etiam inuitus quis compelli: *Bald. Rubr. C. eod. num. 3.* quia hoc publicum munus est, ad quod nolentes cogi, certi iuris est, *l. æstimationem. 16. de muneribus & honoribus. l. 9. de vacatio. muner. l. 1. de admin. tutor.* Causa ἀναγκαστικὴ, quare notarius instrumentum conficiat, aut est mandatum iudicis, *Bald. in l. 2. num. 2. C. de edend.* aut rogatio partium, sine qua rogatione conficere instrumentum inter priuatos non potest. *§. vt ergo. in Auth. de tabellio. Bald. l. eod. in Rubr. num. 6.* Ac rogari debet ab vtraque parte, in his quæ vtriusque partis consensum desiderant, vt sunt contractus: sin autem actus ab vnius voluntate dependeat, sufficit vnius rogatio, vt in appellationibus, protestationibus, testamentis, &c. *Bal. in d. Rubr. C. nu. 7. & 18. per §. nos autem. in Auth. de tabellio.*

4 ¶Instrumentum autem confici potest in qualibet materia: sicuti testamentum: *§. nihil interest. Instit. de testam. l. 1. de bon. possess. secundum tab.* potius tamen notarius in pergamento, vt vocant, actum conscribere debet, quàm in papyro, idque propter durationem. *Spec. in tit. de instrum. editio. §. instrumentum. num. 21. per c. cum dilecta. de confir. vtili vel inutili.* Conficiuntur autem instrumenta de omnibus actibus, tàm Contentiosæ iurisdictionis, *d. c. quoniam. l. 2. C. de edend. l. gesta. C. de re iud. Auth. nisi. & tot. tit. C. de sent. ex breui. recitan.* quàm Voluntariæ. *Bald. in Rubr. C. eod. num. 1. per l. 2. de off. proconf. l. 3. §. si rausa. de bon. possess. l. emancipatione. C. eod. l. actus. 8. C. de feriis.* Item de reliquis quæ dependent ab hominum voluntate. *d. l. contractus. 16. C. eod. d. l. 4. de pignor. cum sim.* Quæ verò ab ordine & rato cursu naturæ manant, de his frustra fit instrumentum, frustráque rogatur notarius, nisi causa à iudice cognita, & decreto eius intercedente. exempli gratia: super statu, morte, consanguinitate, *c. series. vbi Innoc. num. 1. Panorm. num. 3. Felin. num. 3. & 4. de testibus.* nativitate alicuius, perperam fit instrumentum, quia nullam fidem facit, cum harum rerum fides non de scripturis, sed ex naturali facto sit sumenda: nisi tale instrumentum causa plenè cognita, compertáque veritate, & mandante iudice sit confectum. *l. instar. vbi Dd. C. de iure fisci. lib. 10. Bald. in Rubr. nu. 7. C. eod. tit.* Sunt etiam nonnulla, de quibus specialiter à lege prohibetur fieri per notarios instrumentum: vt de contractibus lege statutóve prohibitis, *l. iubemus. 14. §. hos tabellionib. C. de sacros. Eccles. cap. 1. §. calliduè. de prohib. feud. alien. per Fed. l. iubemus. 29. in fin. C. de testamen.* de delicto aliquo, puta homicidio, vi metúve, vulnere, aut iniuria alicui facta, de defensione necessaria: nisi interueniat iudicis cognitio & sententia: *Bal. in d. Rubr. num. 17.* quia in eiusmodi non est testimoniis scripturarum credendum, sed potius testibus. *l. 3. §. idem diuus. de testibus. vbi Bart.* His autem exceptis, de omnibus quæ non sunt contra iuris dispositionem, licitè instrumenta conficiuntur. *vt rectè ibid. Bald. num. 17.*

¶Ad formam porrò instrumenti, quod notarius conficit, Bald. quatuor requirit. *in Rubr. hoc tit. C. eod. num. 15.* Primò Facti commissionem, hoc est, vt à partibus rogetur notarius super instrumento conficiendo, *§. nos autem. in Auth. de tab. Bart. num. 8. & 9. Ias. num. 2. & Dd. in Auth. si quis in aliquo. vbi glo. in princ. C. de eden.* idque in scripto exprimatur. Secundò rei cognitionem, vt videlicet notarius intelligat, quid agatur: *d. §. nos autem. in Authen. de tabell. facit. l. 1. in fin. de autho. tut.* Tertiò Iuris permissionem, vt scilicet fiat instrumentum super re licita. Quartò Testium saltem trium præsentiam & rogationem. *§. vt ergo. in Auth. de tabell. §. oportet. in Auth. de instru. caut. & fide.* An autem Subscriptio seu Subsignatio tàm contrahentium quàm testium necessaria sit, etsi à quibusdam controuertitur, tamen communis distinctio est, quæ & vsu seruatur: In Publicis instrumentis ad muniendam eorum fidem hanc subscriptionē non requiri, quia sufficit publicæ personæ, puta notarij, subscriptio & subsignatio. *Salic. post alios in l. contractus. 16. num. 3. C. eod.* nisi cum lex expressè requirit subscriptionem. *vt in l. in donationib. C. de donatio. l. hac consultissima. C. de testam.* in Priuatis verò instrumentis omnino subscriptione & sigillo partium & testium opus esse, quia hoc solo munimento ad fidem faciendam *ita Panorm. post Innoc. in cap. 1. num. 4. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capit.* proficiunt. Porrò ad solennitatem instrumentorum, quæ à iudice fiunt, seu apud acta, nedum subscriptio testium, sed ne ipsi quidem testes requiruntur: *l. scriptura. 5. C. qui potio. in pign. Bald. in Rub. C. eod. num. 29.* cum omnem solennitatem superet id, quod apud acta conficitur. *l. sancimus. 27. in verb. per idoneos testes vel inter acta publica. l. omnium. 19. vbi Dd. in prin. C. de testam.* Sunt & solennes clausulæ, quæ communiter instrumentis adhiberi solent, puta initio, Præfatio In nomine Domini, *Bald. in cap. 9. ext. de vot. & voti redempt.* nomen Principis regnantis; *in Auth. vt præponatur nomen Imperatoris. in fine. glo. in l. 3. C. de tab. lib. 10.* Annus, dies, locus celebrati contractus; *glo. in l. generali. 3. C. de tabul. lib. 10. vide l. cum tabernam. penult. §. 1. de pig. l. 3. C. de diuers. resc. & ibi Dd. Bart. in l. 1. §. item Labeo. num. 2. de aq. pluu. arcend.* & in calce signum notarij; *Spec. in tit. de instr. editio. Bart. in proœm. ff.* & alia quàm plura. quæ alibi à Dd. cumulantur. *Ang. in Auth. de tabellio. Spec. de editio. instru. §. breuiter. Lanfr. in c. quoniam.*

quoniam. ad verb. instrum. num. 5. 6. cum seqq. Alex. cons. 64. vol. 4. in quo tenenda est regula, Vsitatas clausulas esse inserendas, prætermittendas verò inusitatas aut non necessarias. *Bald. in l. vlt. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum. Bart. in l. si prius. 17. num. 1. de aqu. plu. arc. & in l. ex ea parte. 121. de verb. oblig. De form. instrumentorum veteri vide Paul. lib. 5. tit. 25.* Quod autem ad formam producendi attinet, instrumenta in iudicio producuntur exemplo reliquarum probationum, videlicet post litem contestatam: *Spec. in tit. de instru. editio. §. nunc dicamus. num. 2. Ferr. in for. product. instr. in princ.* exceptis instrumentis, quorum in libello fit mentio. Ea enim vnà cum actione petenti aduersario sunt edenda. *l. 1. §. 1. & §. fin. de eden.* Productio instrumētorum cum reliquis probationibus etiam in eo conuenit, quòd solenniter & in iudicio facienda fit, *Castr. in l. 1. §. editiones. post. glo. ff. de eden.* & parte aduersa ad id citata: *Bald. in l. sancimus. pen. C. de iudic. & in l. iudices. C. eod. Ias. in l. 2. in fin. C. quan. lib. prin. dat.* in hoc autem differt, quòd non est alligata ad terminum, intra quem testes examinari debent, sed etiam postea vsque ad cōclusionem in causa, instrumenta exhiberi possint, *c. cum dilectus. 9. de fide instr. latè Marant. in aureo spec. iudic. part. 6. num. 8. num. 26. cum multis sequ.* nisi disertè iudex præstituerit certum tempus, intra quod omnia instrumenta sint producēda. *Spec. lat. per tex. in d. c. cum dilectus. in tit. de instr. editio. §. nunc dicamus. in princ. & Lanfran. d. c. quoniam. verb. instrumentorum. num. 24.*

¶ Instrumenta autem fiunt ad duplicē finem, vt ait Bald. *in Rub. C. eod. num. 1.* vel Ad solennitatem actus perficiendam, quando scilicet scriptura necessaria est: *c. 1. vbi glo. de censib. lib. 6.* vel, & quidem frequentius, Ad cautionem probationis, videlicet vt in promptu semper habeatur probatio. *c. Albericus. de testib. l. 4. de pign. cum simil. l. cum instrumentis. cum l. seq. C. eod.* Nam instrumentum præsertim publicum est Probata probatio, vt Dd. loquuntur, & Non probanda. *Bald. in l. quoties. num. 6. in fin. C. de iud. & in l. 2. in prin. C. quando fiscus vel priu. latè Hipp. in l. si quis. num. 140. de quæstio. Socin. cons. 12. incip. quoniam. in fin. vol. 1. & Dec. cons. 118. incip. visis. in prin.* Ac ex instrumēto duæ præcipuè oriuntur præsumptiones, altera veritatis, quòd verum sit instrumentum: altera Solennitatis, quòd sit solenne. *Bal. in l. 1. in prin. C. de test. latiss. Socyn. cons. 213. nu. 7. vol. 2. & probatur in l. optimam. 14. C. de contrah. & commit. stip. in l. cum precibus. 18. C. de probat. in l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. igno.* Alij tres inde præsumptiones ducunt. Primùm, quòd instrumentum sit verum. Secundò, quòd solenne. Tertiò, quòd omnia quæ in eo scripta, acta, & inter partes conuenta perhibētur, ea verè sic sint gesta. Sed hæc vltima coniectura in primam incidit, vt reuera duæ tantùm, quemadmodū paulò antè dixi, ex instrumēto præsumptiones existant: *latè Bald. in c. 1. §. si instrumento. de notis feudor. Hipp. in l. si quis. nu. 139. de quæst. Alc. in tract. præsump. reg. 3. præsump. 13.* quæ quidē tanti ponderis sunt, vt plenam fidem faciant in iudicio, & credatur instrumento, perinde atque duobus vel tribus integris testibus. *l. in exercendis. 15. C. eod. in Auth. de instru. caut. & fide.* Imò publica instrumēta, quæ à magistratu scilicet fiunt, vel sigillo publico sunt confirmata, testibus præponderāt, *l. Celsus. 10. de prob. l. in donationib. 31. C. de donationibus. c. post cessionem. 7. vbi Can. de prob. l. si qua. 22. vbi Bal. C. de episc. & cler.* nec contra instrumenta interrogari testes possunt, nisi cum tabularum fides arguitur: *Paul. lib. 5. tit. 15.* non tamen desiniunt negocium instrumenta, cuiuscunque illa sint generis, sed tantùm probant. *Bald. cons. 233. vol. 1.* neque enim obtinent vim sententiæ, sed probationis: vnde nec executionē paratam habent velut sententia; nisi vbi illud aut pactione conuentum est, aut statuto, consuetudinéue obtentum: *l. minor. 40. de minor. l. vlt. C. depos. Alex. & Ang. in l. ait prætor. §. si iudex. de re iud. & in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. solut. matr. Ang. in l. in omnib. de iud. Bald. in l. 1. & 2. C. de except. rei iudic.* quæ instrumenta Guarentigionata appellantur. *vide Bart. & Dd. in l. 2. in fin. de iur. & in l. si quis pecunias. C. depos. Bald. in l. 1. C. de exec. rei iudic. & Dd. præalleg. loc.* Quod autem dixi plenam fidem facere instrumentum, accipi oportet de his quæ dispositiuè in instrumento posita sunt, non de illis quæ enunciatiuè narrantur & incidenter. *Innoc. in c. cum in iure. num. 7. de offi. & pot. iud. deleg.* Item intelligenda sunt in ipsis originalibus instrumētis locum habere, non etiam in exemplis, *l. 2. l. vltim. hoc tit. Auth. si quis. C. de eden. glo. ad verb. monumenta. in Auth. vt frat. fil.* & vt loquuntur, extractis. *de his vide Felin. in c. ad audientiam. num. 14. de præscript. Bart. num. 3. Castr. num. 4. Bald. num. 2. & 12. in Auth. si quis in aliquo. C. de eden. Molin. in cons. Paris. tit. 1. de feud. §. 5. num. 27.* nam exempla regulariter fidem non faciunt, sed tantùm coniecturam inducunt, & suspicionem, vix delationi iurisiurandi sufficientem: *glo. in l. sicut. 1. ad verb. facilè. C. eod. Dd. in d. Auth. si quis in aliquo. C. de eden. Ang. in §. 1. Instit. de leg. patr. tut.* Et hæc quidem in publicis obtinent: in priuatis instrumentis quantam hæc fidem mereantur, certa non potest tradi regula. Olim quidem libri argentariorum & rationes videntur fidem fecisse, quia publicum quodammodò eorum erat officium. *l. si quis. 6. l. 4. l. argentarius. 10. §. 1. & §. fin. de eden. Bal. C. eod. in Rub. nu. 21.* Sed hodie istiusmodi libris & rationibus, puta ciuitatum, monasteriorū aut collegiorum in rebus quidem alienis creditur, *l. census. de probat.* in iuribus verò ipsius vniuersitatis probandis plenè nō creditur, nisi cum in archiuum publicum sunt redactæ, *Ias. in rep. l. admonendi. num. 137. de iur. Bald. & Salic. in l. exemplo. 7. C. de probat.* aut quando agitur de factis admodum antiquis, quæ hominum memoriam excedant, *Schuff. in cons. 19. in fin. cēt. 1.* multò minus creditur scripturis & rationibus quas mercatores faciunt, aut rei alienæ administratores, *Bald. in Rub. C. eod. nu. 33.*

nisi quando contra scribẽtem ipsum producuntur: *l. Publia. 26. §. fin. depos. vide Ias. in repet. l. admonendi. num. 114. cum seq. de iur.* verbi gratia, repertoriis tutorum aut aliorum administratorũ & procuratorum negocia aliena gerẽtium, cõtra illos qui ea confecerunt, creditur, *l. vltim. in prin. C. arb. tut.* non verò pro ipsis. *vide Dd. in l. 5. & 6. C. de prob. Panor. in c. 2. num. 9. de fide instrum. Schurff. cons. 28. cent. 1. Ias. & Dd. in d. l. admonendi.* Si tamen in rationibus expensarum causæ, item tempus & dies inueniantur apposita, hoc casu eatenus creditur, vt in supplementum probationis quandoque iusiurandum deferatur: *Bald. in d. Rubr. C. num. 34. per l. si quis. 20. C. de don.* Literæ verò priuatæ extra rationes multò minorem fidem faciunt, *vide latè Bart. in l. admonendi. num. 34. cum mult. seq. de iur.* nisi contra scribentem producantur, *d. l. Publia. §. fin. depos. Auth. si quis. C. qui potiores. in pign.* aut contra eum qui eas acceptauit, *Bald. in d. Rubr. num. 3 Lanfr. in c. quoniam. ad verb. instrum. num. 50. de probat. per l. si filius. ad Maced. cle. 1. de procurat.* aut nisi roboratæ sint subscriptione testium vel contrahentium, vel vetustate temporis, vel iudiciaria cognitione, aut similibus modis, de quibus plura Baldus. *in d. Rub. nu. 44. & 45. C. eo. tit.*

7 ¶ Quod ad interpretationem attinet, in vniuersum sciendum est, instrumenta stricti iuris esse, *Socin. cons. 73. circa num. 4. vol. 1.* nec recipere extraneam interpretationem, sed eam ex verbis desumi, & quod illis non cõtinetur, hoc pro omisso haberi. *l. ad probationem, 21. vbi Bald. C. de probat. & idem Bald. in l. lecta. 40. in secunda oppos. si cert. petatur.* Vnde rectè dicitur, non adiuuari eum scriptura qui illa non continetur. *Bald. in d. l. ad prob. 21. in prin.* & verba literarum ponderanda, *Bald. in d. l. lecta. si cert. petatur.* nec illis quicquam addendum esse, *l. fin. vbi Bald. C. de fal. caus. adiecta.* item quod instrumentum non dicit, nec nos dicere atque inferre debere. *Bald. in l. interest. 21. num. 2. C. de solut. & in c. per venerabilem. de elect. & cons. 297. lib. 1. & cons. 189. vol. 2.* Ac quod magis est, extendi illud non solet extra ea, de quibus notarius rogatus est, & quibus ipse interfuit, neque de reliquis quæ super hæc scriptura continẽtur, vllam facit fidem. *l. prædia. 48. vbi Bart. de acq. poss.* Vt autem instrumentum tantùm prodest iis qui nominantur, non aliis: *Bald. in d. l. ad probationem. Bart. in l. admonendi. num. 32. de iureiuran.* ita nec aliis obesse, neque contra alios probare, *Socin. cons. 39. visis. num. 10. vol. 1. per doctrinam. Canon. in c. illud. de præsumpt. Bal. in Auth. si quis in aliquo. C. de eden.* nec in præiudicium tertij iniqua interpretatione extendi debet, *l. si constiterit. 8. vbi Bald. in princ. C. de fide instrum.* quanquam illud verum sit, literarum monumenta ad successores vel iuris, vel rei etiam singulares extendi, & contra hos vel pro his peræquè fidem facere, atque contra authorem cuius iure vtuntur. *Bald. num. 1. Castren. nu. 2. in l. ad probationem. 21. C. de probat.*

8 ¶ Contraria autem & exceptiones variæ instrumento opponi possunt, quæ partim à causarum, partim à productionis vitio sumuntur: vt quòd non sit ab idoneo notario factum, *l. sed si quis. quemadm. testam. aperian. l. si quis decur. C. de falf. Spec. de instrum. edit. §. instrum. num. 1.* quod aliquid ex solennibus omissum, *l. diuus. de in integ. restit. l. cum hi. 8. §. si prætor. de transf.* quòd non debito modo signatum, quòd cancellatum, rasum, innouatum, *l. si chirographum. 24. hoc tit. Spec. de instru. editio. §. repet. in prin. Scurff. cons. 56. cent. 1.* quod sibi ipsi contrarium, *l. scripturæ. 14. C. eod.* quod aliqua in parte falsum, *l. 2. & 3. C. eo. l. penult. C. de prob. c. inter dilectos. de fide instrum.* quòd non ritè productum aut publicatum, & alia multa: quæ nunc omnia persequi non est nostri instituti, præsertim cum ab aliis sint copiosè tradita, *Spec. de instrum. edit. §. instrum. & §. ostenso. Ferr. in for. opp. contra instru. per totum. Lanfr. in c. quoniam. ad verb. instrum. circa finem. de probat.* atque explicata.

DE TESTIBVS.

Tit. V. C. 4. 20.

1 *Vnde dicti testes, & quinam sint.*
2 *Diuisio, genera testium.*
3 *Causa efficiens, quomodo cogãtur, qui testes esse prohibeantur vel non, quinam cogi possint vel non.*
4 *Materia, qua de re testes interrogari & testari conueniat.*
5 *Forma examinandi, & de circumstantiis loci, temporis, &c.*
6 *Finis & effectus: & quantam fidem quique faciant.*
7 *Contraria: & de exceptionibus quæ testibus opponi possunt.*

IN probatione † facienda testibus æquè creditur atque instrumentis. *l. in exercendis. 15. C. de fide instrum. & Nouell. de instrum. caut. & fide.* Testari vtrumque significat, cum aliquid asserere atque cõfirmare suis verbis, vt Cic. in Bruto. Sæpè hoc testandum, hoc est, dicendum, confirmandum est: tum aliorum fidem conscientiámque ad alicuius rei confirmationem inuocare: vt Cicer. pro Cluentio, etiam deos de suo scelere testatur, hoc est, testes inuocat: eóque sensu capitur in iure testari, *l. curent. 22. de testib.* & aliquid testatò, hoc est, adhibitis testibus facere. *l. qui Rom. e. 122. in prin. & §. 3. de verb. oblig. l. detestatio. 40. de verb. signif.* Cum autem in testibus vtrumque concurrat, vt & eorum fides ad alicuius rei dubiæ confirmationem inuocetur, *c. 1. de testib. cogen.* & ipsi de eadem re testimonio suo affuerint, cò obtinuit testes illos appellari, qui ad fidem alicuius rei faciendam arcessuntur, quos olim superstites & antistes vocatos esse quidam volunt. *c. forus. 10. de verb. signif. Alc. lib. Par. 2. cap. 2.*

¶ Testes

2 Testes porrò alij dicuntur locupletes, qui olim vocabantur antiquo verbo legis 12. assidui, *Gell. lib. 16. cap. 10.* vel classei, *vide de his Festum.* hoc est, vt nunc loquimur, integri, idonei, & omni exceptione maiores: *l. optimam. 14. in fin. C. de contr. & commit. stip. c. 1. ex. eod.* alij verò suspecti, neque omni exceptione maiores: illi propriè, hi impropriè testes nominantur. *glo. sing. in l. 2. §. idem Labeo. 8. ad verb. audierint. de aqu. pluu. arcen.* Ex his rursum alij dicuntur viles, *c. 2. ex. eod.* redempti, *l. testium. 14. C. eod.* corrupti, *l. diuus. 33. de re iud. l. si q. is. 13. C. eod.* mercenarij, *l. respiciendum. 11. §. pen. de pœn.* falsi, *tot. tit. C. si ex fal. allega. l. qui falf. 16. h. tit.* iniurati, *not. in l. Iolam. & l. iurisiurandi. C. eod.* singulares, *c. licet. 9. de proba. c. bonæ. de elec. c. cum dilectus. de accus.* domestici, *l. 2. C. eod. §. in testibus. Instit. de testam.* varij, contrarij, vacillantes, *l. 1. 2. 3. d. ob carmen. 21. §. fin. h. tit. d. c. licet.* intestabiles, &c. *l. ob carmen. 21. in prin. h. t. l. lex Cornelia. §. si quis. de iniur.* de quibus suo loco opportuniùs agetur. Quia verò testes ad veritatem eruendam adhibẽtur, *c. 1. de testib. cogen.* ex cuius occultatione nulli ius suum interuerti publicè vtile est: *c. fin. de testib. cogen. l. curent. 22. h. tit.* ideo testimonij dictio quodammodò iuris publici est, *d. l. curent. tot. tit. ex. de test. cog.* & pro publico ac necessario munere habetur testimonium dicere, *Spec. t. de testib. §. penult. nu. 6.* perinde atque tutelam gerere. *Spec. præall. loc. §. fin. Inst. de satisd. tuto.* Quare sicuti inuiti tutores coguntur ad subeundam tutelam, *l. 1. in prin. de adm. tut. d. §. fin. Instit. de satisd. tut.* dummodò tutores esse possint, neque excusationem iustam *Instit. ff. & C. de excusa. tuto.* habeant: ita & testes, etiam aduenæ & peregrini, *Panor. in c. quoniam. in prin. nu. 16. vt lit. non contest.* à iudice ad dicendum testimonium vocati parére habent necesse, *tot. t. ext. de testib. cog.* & captis pignoribus, vel per indictionem mulctæ, cò compelluntur. *Spec. de teste. §. pen. nu. 6. Ferra. in for. iura. test. ad verb. citati. num. 1. per l. 3. §. exhibere. de tab. exh. l. curent. 22. hoc tit. l. vnic. si quis ius dicent. tex. bonus. in c. 2. de testib. cog.* Ac quidem satius est cò compelli testes velut inuitos, quàm illos vltrò & sponte sese offerre: suspecti enim hoc ipso sunt quòd se ingerunt. *l. quæ omnia. 25. §. 1. de proc. Bald. in l. alia. num. 8. C. de his quib. vt indig. vide Ferr. in for. iura. test. verb. citati. num. 1. per l. 3. §. exhibere. de tab. exh.*

3 ¶ Causa igitur efficiens est citatio & compulsio iudicis: *l. iudices. 17. C. de fide instr. c. 1. & 2. & tot. tit. de test. cog. l. 3. §. exhibere. de tab. exh.* causa προηγουμενη est petitio litigatoris, testiũ examinationem ad causam suam instruendam postulantis. *d. l. iudices. c. 2. c. fin. de testib. cog.* nisi enim petitum fuerit, non debet iudex officium in examinando suum impartiri. *l. 4. §. hoc iud. de dam. infec. vbi Bart. vide Ferr. in for. iuram. test. verb. citati. num. 2.* Non tamen omnes aut testari aut cogi ad dicendum testimonium possunt. Testimonii enim dicere lege prohibentur impuberes, *l. 3. §. penult. l. inuiti. 19. §. fin. hoc tit.* ob lubricum consilium: *d. l. 3. §. lege. hoc tit. l. 1. de minor.* & quia ætas illa ad mentiendum est facilis, *l. ex libero. 15. de quæst.* eóque nec iusiurandum (sine quo testi non creditur, *l. iurisiurandi. 8. C. eod.*) præstare potest. *l. qui iurasse. 16. de iur. Speculat. de teste. §. 1. num. 35.* Item furiosi, muti, surdi, cæci. *Spec. de teste. §. 1. num. 88. & §. nunc tractandum. num. 16. 17. 18. vide tamen de his Bart. in l. ad testium. 22. de testam. Ang. & Io. de Pla. in §. testes. Instit. de testam.* Item in criminalibus quibusdam causis minores 20. annis: *l. in testimonium. 20. h. tit.* damnati publico iudicio: *d. l. 3. §. penult.* qui in vinculis custodiáue publica detinentur: *d. l. 3. §. penult.* qui cum bestiis vt depugnaret, se locauerit: quæ palàm quæstum corpore fecerit: qui ob testimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepisse indicatus vel conuictus erit. *d. l. 3. §. penult.* Sed hi lege Iulia de vi in reum publici iudicij dicere testimonium prohibentur: *d. l. 3. §. penult.* ex quo non rectè inferitur, omnes hos simpliciter in aliis causis à testimonio arceri. Nam in publicis iudiciis sicuti probationes euidentiores, *l. vlt. C. de probat.* ita & testes magis idonei atque integri, quàm in causis pecuniariis, requiruntur. *c. testimonium. 54. ex. eod. Bart. in trac. test §. testes. in prin.* Vnde & reus publici iudicij citari in testem ab accusatore prohibetur, *l. in testimonium. 20. hoc tit. c. non debet. 56. eo.* cui aliàs non inuenitur testimonium interdictum. Lege etiam prohibentur testari damnati repetundarum, *l. repetundarum. 15. hoc tit.* aut ob carmen famosum, *l. ob carmen. 21. hoc tit.* aut calumniam, *l. quæsitum. 13. h. tit.* aut adulterium, *l. ex eo. 18. hoc tit.* item ob vitæ turpitudinem senatu moti: *l. 2. de senator.* quæ & ipsa tamen prohibitio ad iudicia tantùm publica *l. quæsitum. 13. h. tit. in verb. in publicis iudic.* pertinuisse videtur. Sed quia Iustinianus hæc in Pandectas ita retulit, vt prohibitionem absque distinctione fecerit generalem, ideo generaliter ista valere hodie oportere rectè quis dixerit, etiamsi leges Iuliæ & harum interpretes Iurisc. distinctè hac de re sint elocuti. Prohibentur etiam testimonium dicere liberti in patronum eiúsque liberos. *l. 3. §. penult. & §. fin. hoc tit.* serui in dominos, *l. seruos. 7. C. eod. l. hoc quod. C. de quæst.* liberi in parentes, aut contrà, *l. parentes. 5. C. eod. l. testis. 9. h. tit.* mulier in testamento, *l. qui testamento. §. mulier. de testam.* & causis feudalibus. *c. 1. qui test. sint necess.* Nam in aliis testis esse potest, *l. ex eo. 18. h. tit.* etiam criminalibus, *Alex. consi. 11. num. 11. vol. 1. & consi. 115. num. 4. vol. 4.* argumento est, quia lex Iulia à testimonio vis publicæ (quod scelus certè publicum & criminale est, *tot. tit. ff. & C. ad l. Iul. de vi pub. l. 1. ff. de publ. iudic.*) duntaxat eam remouet quæ quæstum corpore fecit: *d. l. 3. §. penult.* item in iudicio adulterij tantùm damnatam eodem crimine repudiat: *l. ex eo. 18. h. tit.* ex quo facilè intelligi potest, mulieres ab his flagitiis alienas etiam in criminalibus idoneè testari. *d. l. ex eo. 18. h. tit.* Præterea nec in sua quisque causa testimonium

dicere permittitur: *l. nullus. 10. h. tit. l. omnib. 9. C. eod.* vt actor, reus, socius, debitor, venditor ad quem periculum euictionis redit, & similes: *Dd. in d. l. omnib. C. eod. Spec. de teste. §. 1. num. 8. 9. Ferr. in for. opp. test. ad verb. in facto propr.* patronus, executor, *l. fin. h. tit.* procurator, *glo. & Dd. in d. l. fin. Spec. de teste. §. 1. num. 74. vide Cyn. in l. quoniam. C. eod.* iudex: *Spec. de test. §. 1. num. 74. 75. 76.* item qui in potestate sunt producentis, aut quibus imperari potest, *l. idonei. 6. h. tit.* aut qui sunt eius domestici, *l. 2. C. eod.* quos ne interrogari quidem, præcipuè in criminalibus placuit: *l. penult. h. tit.* cuiusmodi sunt vxor, maritus, colonus, mercenarius, *Spec. de teste. §. 1. num. 11. & 12.* nisi vtrique parti æquè sint domestici. *Spec. d. §. 1. num. 22.* vnde inferunt quidam, neque vasallum nec subditum pro domino vel contra eum, nec ciuem in causa vniuersitatis testari posse. *vide Ferrar. in for. lib. oppos. cont. test. Lanfran. in c. quoniam. verb. testium. vide Ias. in l. serui. 5. §. Labeo. num. 11. de legat. 1. in l. sed si hac. §. qui manumittitur. de in ius voc.* quod non est recipiendum, *Cyn. in l. eos. C. eod. Spec. d. §. 1. nu. 18. Alex. cons. 88. quoniam. num. 8. & cons. 99. visis. num. 6. 8. volu. 5. Mont. tract. fin. reg. c. 58. num. 2.* nisi aut iureiurando adhuc teneantur, *Spec. d. §. 1. num. 19. & 20.* aut de proprio ipsorum testiũ agatur commodo. *Bald. in addit. ad Spec. §. fin. tit. de teste. Cæpol. in tract. de seruit. rust. præd. cap. 9. de iure pascendi, nu. 9. 10. 11.* Sunt etiam qui non lege prohibentur testificari, sed officio iudicis, *Bart. in trac. test. §. circa.* seu vt loquitur Papinianus, religione iudicantis, *l. quæsitum. 13. h. tit.* vt de calumnia damnatus. *d. l. quæsitum.* quanquam non tam de repellendo teste, quàm de fide non adhibenda, I. C. ibidem agat. Hodie tamen hoc latè patet. Nam infamem infamia iuris, *cap. testimonium. 54. ex. eod. Spec. de teste. §. 1. nu. 24.* damnatum de crimine famoso, *Spec. §. 1. num. 89.* hærentem in manifestis flagitiis, *c. super. 13. ex. eod. Bar. in d. l. 3. §. lege. Spec. de teste. §. 1. num. 32. & 34. Cano. in d. c. testimonium. 54. Bald. in Auth. si testis producta dicatur. C. eod. vide latè Lanfr. in c. quoniã. verb. testium. num. 77. cum sequ. de prob.* periurum, *c. sicut. 9. ex. eod.* excommunicatum, *Spec. d. §. 1. nu. 32. per c. veniens. 2. ex. eod.* hæreticum, *Spec. §. 1. nu. 59. Bald. in c. 1. an remo. test. in vsib. feud.* infamem infamia facti in causa criminali, *d. c. testimonium.* iudex statim ex officio repellere potest, dummodò per confessionem testis aut aliud documentum, eius rei probatio confestim haberi possit. *Bart. in tract. test. §. dic si testes, in prin. Spec. d. §. 1. num. 91.* Porrò si res dubia sit, non propterea examinatio differẽda est, sed potius illa exceptio in tempus disputationum reiicienda. *Spec. §. 1. num. 91. Bart. in tract. test. §. dic si testes. num. 1. & 2. per l. 3. §. ibid. ad exhib. l. ille à quo. ad S. C. Treb. c. veniens. 2. de testib. c. literas. de rest. spol.* Vbi autem de eiusmodi crimine aut impedimento, quod omnem testis fidem eleuet, statim constare potest, erit iudicis in ipso examinis aditu testem repellere: *c. super. 22. in verb. testimonium eius videtur*

A *suspectum, & ideo non esse aliquatenus admittendum. ext. de testib.* ne & ipse superfluo examine, & producens litigator superuacaneis sumptibus, & pars aduersa non necessaria exceptione oneretur: tum quod caput est, ne testi iusiurandum, quod præstare alioqui debet, *l. iurisiurandi. C. eod. c. de testib. 29. ex. eo.* absque necessitate imponatur: *Bar. in d. tract. test. §. dic si testes. nu. 1.* superfluo enim iuramento nemo est onerandus. *c. 2. de probat. Spec. de teste. §. 1. num. 41.* Superuacaneè porrò ad sacramentum & testimonium adigitur, cuius dictum nullam facturum esse fidem in ipso examinationis exorsu palàm fit. Sed de circumstantiis quæ authoritatem testibus vel in totum, vel aliqua tantùm ex parte abrogãt, prudentis est iudicis existimare, *l. 2. & l. 3. vers. tu magis scire. h. tit.* & sicubi non extat expressa legis prohibitio, neque planè constat testem omni fide indignum esse, satius erit eum admitti, & exceptiones quæ illi obiici possunt, in tempus disputationum reseruari. *Spec. §. 1. num. 41. & §. sæpe. num. 5.* Nam & illud verum est, omnes quibus non specialiter interdicitur testimonium, neque qui vlla lege à dicendo testimonio excusantur, admittendos esse. *l. 1. in fin. prin. ff. eod. Spec. de teste. §. 1. num. 96.* Excusatur autem lege Iulia (quæ etsi de publicis iudiciis loquitur, tamen eam generaliter nostri interpretes intelligunt, *glo. in l. 4. in prin. h. tit.* quia Iustinianus generaliter hæc responsa in Pandectas relata valere voluit) quisque ne inuitus testimonium dicat in socerum, generũ, (etiamsi sponsalia tantùm sint celebrata, *l. in legib. 5. h. tit.*) vitricum, priuignum, sobrinum, sobrinã, & horum filios, aut qui propiore his necessitudinis loco iunguntur. *l. 4. h. tit.* Ex quo intelligi potest, ad sextum septimumque gradum excusationem esse, *glo. in l. pen. C. ad S. C. Turp. Bart. in l. qui testamento. 20. §. per contrarium. de testam. Lanfr. in c. quoniam. verb. test. num. 60. de prob.* tantum enim sobrini horumque filij distant: *§. sexto. Inst. de grad. cog. l. 3. l. vltim. de grad. & affi.* nisi scilicet vtrique parti æqualiter testes sint coniuncti. *Spec. §. 1. nu. 10. & 23. Bart. in trac. reprobat. test. verb. consanguineus.* item in patronum, libertum, virum, vxorem, horúmque liberos, *l. 4. h. tit.* scilicet iis casibus, quibus alioqui testimonium dicere possunt. *l. libertorum. 11. C. eod.* Nam quando prohibentur, non opus est excusatione, cum ne volentes quidem admittantur: *§. item maior. Instit. de excusa. tut.* vt parentes & liberi in infinitum; *l. parentes. 5. C. eod. Lanfr. in d. verb. testium. nu. 60.* item in propria quisque causa, *l. omnib. 9. C. eod.* & similibus casibus, in transuersalibus verò excusatio necessaria est: nam volentes admittuntur etiam intra tertiũ gradum, *Io. And. in c. nonnulli. de rescript. Hipp. sing. 133. affinitas. Angel. cõs. 193. visis. Lanfr. d. c. quoniam. verb. testium. num. 60. cum addit. de prob.* etsi nonnulli dissentiant, maximè in causa criminali: *Bart. in tract. test. verb. consanguineo. & cap. an frater. &c. vide in l. parentes. C. eod. glo. in c. 1. 3. qu. 5. Spec. de teste. §. 1. nu. 9.* in

B quo

A quo tamen illud aduertendum, quoties recipiũtur, necesse esse toties in actis poni volentes esse examinatos, vt impugnatio euitetur. *Bald. in l. presbyteros. C. de episc. & cler.* Eadem ergo ratione credimus excusari vasallum, etiam ne contra dominum dicat, aut econtrario; etiam tunc cum hi iure pro testibus admitti possunt. *Spec. de teste. §. 1. num. 21. Schurff. cons. 60. cent. 1.* Inuiti quoque testimonium dicere non coguntur senes, maiores 70. annis, *l. 1. C. qui ætat. se excus. lib. 10. l. 3. de iur. immun.* valetudinarij, milites, vel illi qui cum magistratu Reipub. causa absunt, vel quibus venire non licet, *l. inuiti. 8. h. tit.* vt in carcere aut alio impedimento iusto, publico vel priuato detenuis, *glo. in d. l. inuiti. per l. in eadem. in fin. ex quib. caus. ma. fac. l. 3. §. lege Iulia hoc tit.* item publicani, & qui non detrectandi testimonij causa domo absunt, quique quid exercitui præbendum transportandúmque conduxerunt. *l. inuiti. 19. hoc tit.* Sciendum tamen est, plerosque horum omnes præsertim ex iure Pontificio compelli posse, cùm alia probatio ad veritatem eruendam haberi non potest, *c. peruenitur. 2. c. fin. de test. cogen. Spec. de teste. §. qualiter. num. 18. §. penuls. num. 1. Schurff. d. cons. 60. cent. 1.* (id quod & in seruis admittendis receptum est, *l. serui. 7. hoc tit.*) facilius tamen cogi in causis ciuilibus, in quibus turpe est celare veritatem, quàm in criminalibus; quo in genere occultare alterius dedecus non est reprehendendum: *Spec. §. qualiter. num. 18. per c. 1. c. peruenit. de testibus cog. c. 1. de crim. fals.* nemo enim legibus tenetur cuiusquam crimen denudare. *Ias. in l. 1. §. si tibi. de cond. ob turp. caus. vide l. qui furem. 49. §. 1. de fur. glo. in l. vtrum. 6. ad l. Pompei. de parricid.* Non tamen idcirco cogendus quispiam in propria causa contra se testari, aut maritus in vxorem, parentes in liberos, vel ediuersò: hæ enim omnes personæ pro vna eadémque habentur. *l. fin. C. de impub. sub.* quare aduersum se vt ferant testimonium, ne in defectum quidem probationis, *l. nimis graue. 6. C. de testib.* sunt compellendi: *Spec. § pen. num. 2.* cum nimis graue sit destitutam actoris probationem in reum deriuare velle. *d. l. nimis. 6. C. de test. c. 1. ex. de prob. l. sicut. C. de fide instrum. vbi Cast.* Ex quo illud quæsitum est, an qui sunt ex vniuersitate, pro aut contra vniuersitatem cogantur testificari. Non enim videntur cogi posse, quia eorum est causa quodammodò propria, maximè si ex illa commodum incommodúmue singulis accedere potest, *l. 1. §. propria. quando appell. sit. Dd. in l. omnib. C. eo.* vt in iure pascẽdi, in censibus, oneribus & seruitutibus, atque aliis id genus. Sed quia causa vniuersitatis alia est, alia singulorum, *l. 1. quod cuiusq. vni. vide Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. de pœn.* obtinuit, cogi posse, nisi res ad singulorum pertineat vtilitatem, *Cyn. in l. parẽtes. Cast. in l. omnib. nu. 2. & alij Dd. C. de testib. Cæpoll. in suo trac. de seruit. rust. præd. cap. 9. nu. 28. vide Ias. in d. l. serui. 5. §. Labeo. nu. 11. de lega. 1. & in l. sed si hac. 10. §. qui manumittitur. cum ampl. ac limitat. ff. de in ius vocan.*

B aut detrimentum. quo tamen ipso casu non desunt qui putent posse cõpelli, cum aliter veritas haberi nequit, réque tantùmodò hominib. vniuersitatis optimè cognita est & explorata. *Läfr. in c. quoniam. verb. testium. nu. 76. & 77. de probat.*

¶ Materia circa quam, sunt facta, ad quæ se testes referre debent, *Anchor. consil. 248. ad prædicta. num. 6. per l. stipulatio. §. hi quoque. de verb. oblig.* (nec enim ius quod certum est, *l. 2. de iur. & fac. ign.* opus habet testium approbatione, *Bald. in addit. ad Specul. §. nunc videndum. in princ.* nisi quando cum facto aliquo est coniunctum, vt in consuetudine probanda, *vide §. de legib. & cons. tot. tit. C. vt quæ des. aduo. vbi Cast.*) causarum tam criminalium quàm ciuilium. *l. 1. in prin. h. tit. c. de testib. 29. c. testimonium. 54. de testib. c. 2. eod. lib. 6.* in causis tamen criminalibus magis idonei requiruntur quàm in pecuniariis. *d. ca. testimonium. 54. Bart. in trac. test. §. testes in princ.* Est & extra iudicium testimoniorum vsus, puta in probanda natiuitate, statu, *l. statum. 6. C. de fide instrum.* moribus cuiusque. *Innoc. in cap. 1. num. 10. de fide instrum. Spec. de probat. §. 1. Panorm. in c. post cessionem. de probat.* Porrò testificari debent testes super articulis duntaxat propositis. *glo. in l. si quis libertatem. 7. de petit. hæred. l. si duo. §. idem Iulianus. de iur. vbi Dd. Bart. in trac. testium. §. qualiter. num. 3.* Nam cum super his tantùm iurent, eo non creditur iis velut iniuratis, si de alia re quàm quæ articulis comprehensa est, testentur. *c. de testib. 29. ex. eod. vide Dd. præall loc.* Quia tamen testis ad omnia quæ ad causam quomodocunque faciunt, induci videtur: *Spec. §. 1. num. 64. per l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 11.* ideo etiã rectè super interrogatoriis aduersæ partis, *cap. 2. eod. lib. 6.* item connexis, *Bart. in trac. test. §. qualiter. num. 3. Arch. in c. 2. ex. eod. lib. 6.* & circumstantiis loci, temporis, *l. optimam. 14. antepenul. C. de contr. stip. l. aut qui. 5. §. 1. quod vi aut clam. c. cum Ioan. de fide instru. vide dist. Spec. tit. de teste. c. de inter. nu. 10. 11. & 12.* atque id genus aliis examinatur. Et sanè quoniã interrogari & respondere pro vtraque parte debet. *Auth. sed index. C. de episc. & cler.* ideo melius est petente parte aduersa, & iusiurandum præstari, *d. c. de testib. ex. eo. Spec. §. 1. nu. 63.* & examinationem fieri super tota causa: *Spec. §. 1. num. 63. 64. 65. & in §. sequitur. nu. 2. & 3. per d. c. de testib. ex. eod. c. cum dilectus. de accusat. Ferr. in for. iuramenti testium. verb. super tota causa. Alex. cõs. 25. vol. 2. & cons. 5. vol. 1. vide Bart. num. 8. & 9. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. vbi Ias. & Cast. de iur.* in qua tamen testis interrogetur non de re ignota, *Spec. §. 1. num. 8.* aut facto alieno, *Spec. de interrog. num. 20. per l. Marcellus. §. 1. rer. amo. l. fin. C. de accus.* neque verisimili, *l. ob carmen. 20. h. tit. c. præterea. ex. eod.* sed de proprio facto: hoc est, de eo quod per aliquem sensum corporis rectè & verè percepit, & percipere atque cognoscere potuit. *l. testium. 14. C. eod. l. qui testamento. in fin. de testam. Bart. in l. 3. §. eius. nu. 2. h. tit.* Nam ex certa sciẽtia, non verò super credulitate, *cap. relatum. ex. eod. Spec. §. 1. num 58.* aut audiut

auditus,*glo.in l.2.§.pen.de aqu. pluu. arcen. Spec. §. nunc tractandum.num.* 18.*h.tit.* seu vt loquuntur, de aubitu alieno,*glo.in §.si verò.ad probat. & vidisse.in Auth.de hæred.& falc.per l.testium. vbi gl. & Dd.*C.*de testibus*.testimonium perhibendum est.*d.l.testium.*14.C.*eod.c.licet.ex.eod.* Spec.§.1.*nu.* 1.*nu.*53.54.*Ferrar.in for.opp.test.ad verb. de auditu. & verb.super credulitate.*

5 ¶ Quod autem ad circumstantias & formam examinationis attinet, sciendum est testes demum post litem contestatam producendos esse;c.1.*c.2.c.quoniam.vt lit.non contecta. Spec.* §.2.*in princ.* nisi cum ad æternam rei memoriam examinantur, *d.c.quoniam.* aut alia iusta causa, puta valetudinis, senij, peregrinationis, acceleratio-
B nem examinis vrget.*d.c.quoniam.* Aliàs verò iudex lite demum negatiuè contestata, probationem imponit ac fieri decernit; *l.à procedente. vbi Bart.C.de dilat.vide* s.*de probat.*idque sumptibus ipsius producentis,*l.quoniam.* 10.*C.eod. Specul.*§. *qualiter.num.*12.*Bart.trac.test.* §.*& in primis.Ferr. in for. iuram. test. verb. citati. num.* 1. qui facto eiusmodi decreto testes nominare, & vt examinentur postulare,*l.iudices.*17. C. *de fide instru.l.*4. §.*hoc iudicium.vbi Bart. de dam. inf. Ferrar. in for. iuram.test. verb.citati. num.* 2. ac articulos de quibus interrogentur congruentes libello, *Spec.* §. *nunc videndum.num.* 1.3.4. in scriptis, *Spec. præall. loc. num.* 1. *&* 2. offerre debet: quo facto iudex per se, *Spec.*§.*de examinatione. num.*2.*per l.* 3. §. *item diuus. hoc tit.* aut si testes longè remoti sint,
D per subsidium iuris implorato loci illius iudice, *l.iudices.*17.*Auth.apud eloquentiss.*C.*de fide instru. Spec.*§.1.*num.*45.*clem.iudices.de off.deleg.c.* 1. *de testib.cog.Ferr.in for.iura.vera.falsitate. num.* 6. aut si personæ egregiæ sint vel debiles,missio ad eas notario, *l. ad personas.* 15. *de iureiuran.c.*1.*c.cum olim.c si quis testium. ex. eod.* examinationem ita instituet,vt & testes citet,*l.*3.§.*fin.h.t.* iisdémque si necesse fuerit,securitatem præstet,*Spec.*§.*qualiter. nu.* 13. & aduersæ parti examinationem denunciet,*c.*2.*ex.eod.tit. Authen.sed etsi.*C.*eod. Spec.* §.*qualiter.num.*12.*cap.*2.*ex.cod.Chilia.in pract.cap.* 76.*num.*4. eáque præsente vel contumaciter absente, *Spec.præall.loc.&* §.*sequitur.num.*9. testes recipiat, & ab iisdem iusiurandum de veritate citra affectionem ad totam causam *Bart.nu.* 8.9. *Castr.Ias. in l.si duo patroni.* 8. *in* §. *idem Iulian. de iur.Spec.*§.1.*nu.*65.*&* §.*sequitur.nu.*1.2.3.*per cap.de testib.ex. eod.* (quomodo suprà est expositum)
F dicenda exigat, *l. iurisiurandi.* 8.C. *eod.c.fraternitatis.c.*2.*ex.eo.l.iudices.*17. C. *de fide instru.*§.*sancimus.in Auth.eo.vide Bart.in l.si duo.*§.*idem.de iur. Spec.h.tit.*§.*sequitur.c. fraternitatis. vbi glo. & Dd. ex.eo.Chilian.in prac.c.*76.idque intra terminum productioni præstitutum: sicuti terminus præstitui certus,puta sex septimanarum, tam actori quàm reo solet.*l.*1.C.*de dilat.vide distin.*§.*de probat.traditam.* Quem intra terminum testes produci,& ad sacramẽtum adigi necesse est,ne producenti præscribatur: quanquam post termi-
G num examinari rectè possint. *Specul.* §. *qualiter. num.*13.*per l.penult.C.eod. Panorm. in ca.licet.num.* 19.*ex.de probat. Maran. in prac.parte* 6.*act.*3.*num.* 19. *decis. Rot.* 13.*de probat.decis.*2. *de sequest.Roma. cons.* 443.*Chilian,in pract.c.*76. Articulos etiam probatorios aduersæ parti communicet, vt tam super qualitate testium, quàm circumstantiis negocij principalis interrogatoria (quæ tamen producenti communicanda non sunt, *Specul.*§. *iam.de interrogatoriis.per c.per tuas.ex..eod. Bald. in l.*2.*C.vt lit.pend.Ias.in l.*2.*num.*5. C. *de eden. glo. in cap.*2.*verb.interrogatoria.de testib.in* 6. *Innocent.in c.per tuas.de testib.Roma. sing.* 266. *purp. num.* 90. *cum sequ.& alij in d.l.*2.C.*de eden. Duennas in regul.*5.*cum fall. Maran. tract.iud. part.*6. *act.*4.*numer.*19.) concipere atque exhibere,*cap.*2.*eod. lib.* 6. *Specul. de teste.* §. *iam de interrogatoriis.in princ.* & protestationem de excipiendo contra testes facere, *Specul.* §. 1.*num.* 41. *Ferr. in for. iura. test. verb. protestante.* (sicut omnino ea facienda est,
C *c.præsentium.*31. *ex.eod. Specul.*§.1. *num.* 41. *Ferr.in for.iuram.testium. verb. protestante. num.* 2. *per cap.* 2.*eod.lib.*6.) peropportunè queat: quibus perfectis, iudex secretò & clam partibus, *Specul.* §. *nunc tractandum.num.*1.*cap. venerabili.*52. *vbi glo, hoc tit.c. quia.* 42. *vbi glo. ad verb. secretè. de elect. l.nullum.* 12. C. *eod.* adhibito tantùm notario qui dicta consignet, *Spec. d.* §. *nunc tractandum. num.* 1.*&* 2.*per c.cum causam.de app.*sigillatim, non verò simul omnes testes *Spec. in d.* §. *nunc tract. in prin.per* §.*quia verò in Auth.eod.*examinet; & re-
D ducto in memoriam iureiurando, religiosè super omnibus articulis atque interrogatoriis & causa scientiæ *c,cum causam.*37.*ex.eod. Dd. in l.solam.*C.*de testib.Spec.*§.1. *num.*60. *Bart.in tract. testium.* §. 2. *Lanfr. in c. quoniam. verb. testium.num.* 18.*de probat.glo.in l.*2.§. *idem Labeo. de aqua pluu. Alex. cons.* 76. *visa.num.* 12. *volum.*1.*& quomodo. olim testes deponere sint soliti, vide apud Cuiac. obser.lib.*3.*cap.*26.interroget.*l.si quis libertatem. in fin. vbi glo. Bart. & alij. de petit. hæred. Castr. post*
E *Bart.in l si duo.*§. *idem Iulian. de iur.* Quanquam his non ita alligatum est eius arbitrium,vt si videat articulos aut interrogatoria parum rectè concepta esse, quin possit ex officio super tota causa(dummodò super tota sit iuratum, *c. de testib.*29.*ex.eod.*) testem examinare, & impertinentium articulorum vel interrogatoriorum nullam habere rationem. *Spec.de interrog.*§.3.*in princ. Ioan. Andr. in c. præsentium.eod.lib.*6. Eadémque sunt obseruanda in reproductione;
F quæ vel ad reassumendos (si fortè obscurè vel nulliter examinati sint, *Bart.in l. produci.*23.*hoc tit.per.c.cum clamor.c.*2.*ex.eod.Spec.*§.1.*num.* 72. §. *satis.num.*3.) vel ad reprobandos, vel alios inducendos iterum atque tertiò (nam quarta productio non nisi ex iustissima causa conceditur, *c.vltra* 52.*ex.eod.Auth.at qui semel.C.de prob. Spec.* §.*qualiter.num.* 8.) non modò in eodem, *Spec.* §. *qualiter. num.* 7. *per c. in causis. e. significauit. ex. eo.l.*1.*C.de dilat.l.fin.ff.de ser.*sed etiam altero at-
G que tertio ad id termino dato, *Bart. in tract. test.* §. *& in primis. num.* 2. *qui dicit ita seruari.* fieri potest.

A potest. Atque ita examinatione tam actoris quàm rei integrè peracta, & diligenter per notarium consignata, operam dare debet, vt partes vlteriori productioni renuncient: *Spec.*§.*satis.in prin.&* §.*vltim. per c. cum venissent. ex. eo.*& coram illis ad id citatis attestationes aperiantur atque publicentur,*Spec.d.*§.*satis. per d. c. cum venissent.c.in nomine.ex.eod.c.cum l.& A.de re iudic.*& copia attestationum litigatoribus com-
B municetur,*Spec.*§.*sæpe.num.*3. *in fin.* quo contrà excipere, aut pro illis dicere alternis possint: de qua re vtile est partes in ipsa quoque publicatione protestari & mentionem inferre.*Specul. in* §.*satis.num.*1.*&* §.*sæpe.in princ. per c.præsentium.* 31.*ex.eod.*

6 ¶ Porrò testimoniorum vsus frequens ac necessarius est, *in l.*1.*h.tit.* ad eruendam veritatem *vide Ferr.in for.iur.test.verb. dicere veritatem.* in-
C troductus. ideo enim adhibentur testes, vt veritati testimonium perhibeant, *l. eos.* 4. C. *eod.* pro vtraque parte, *c.non sine.* 14. *qu.*5.*Ferr.in for. iur.test. verb. dicere veritatem.* & probatio rerum gestarum salua sit testibus adhibitis: *l.curent.*22. *h.tit.* quorum dicta (siquidem illi sint omni exceptione maiores) æquè magnam fidem faciunt,atque instrumentum publicum: *l.in exercendis.* C. *de fide instrum.* scilicet quando duo vel tres cum minimum, idem asseuerant, *l. vbi numerus.*12.*hoc tit.* (nam in ore duorum vel trium
D stat omne verbum,*c.*4.*c.licet.*13.*ex.eod.*) cúmque idoneam reddunt testimonij & scientiæ suæ causam atque rationem. Qui enim eam non reddunt interrogati, hi ne præsumptionem quidem vllam faciunt. *l.solam.vbi Dd.* C. *eod. Spec.* §. 1. *num.* 60. 61. *c.præterea.c. cum causam.c. testimonium.ex.eod.vide cap.*1.*cum sequ.*4. *quæst.* 4. *ver. solam.* Sin autem de ea interrogati non sint, in his quæ sensibus quidem sunt exposita, fidem
E merentur: in illis verò quæ tantùm intellectu comprehenduntur,nequaquam. *Bart.in tract. test.* §. 2.*&* §.*conuenticulam. Cyn. Bald. Salic.& Dd.in d.l.solam.glo.in l.*2.§.*idem.de aq.pluu. Alex. cons.*76.*visa.num.*12.*vol.*1. Sed & tum demum fidem faciunt, quando in testimoniis suis consentiunt, & de eadem re affirmant. Nam & vni affirmanti plus creditur, quàm decem negantibus.*glo.in l.diem.* 27.§.*si plures. ad verb. consenserunt.de recept.arbitr.Bald.in l.*1. C. *de testam. & in*
F *l.actor.*23.C.*de prob.Soc.in fall.reg.*426. Et si separata dicant ac diuersa, ita vt eorum dicta coniungi nequeant: *Bald.in l.testium.* 14.*& l. iurisiurandi.*8. *num.*12. C. *eod. & in l.*1. C.*si vnus ex plur. app.glo. in c. dudum.ad verb. substantia. de conuers. coniug. & in c. cum Eccles. ad verb. vacillasse. de caus.posses. Alex.cons.*53.*in casu. volu.* 1. *Chilian. in prac.cap.*81. tunc veluti singulares, etiamsi plures sint, integrè non probant.*c. licet.*22. *c.licet.* 47.*ex.eod.c.cum dilectus.*32.*de elect. Hipp. sing.* 11. *c. licet. de probat.* habentur enim singuli pro teste vnico,vox autem vnius,vox nullius est, *l. iu-*
G *risiurandi, in fin.* C. *eod.* & vnus testis, vt dicitur, proficit (scilicet ad cumulandam probationem, vel iuramenti delationem, in supplementum probationis impetrandam,*c.fin.de iur.gl. & Dd. in l. in bonæ fidei.* C. *de reb.cred. & in l.admonendi. de iur.Spec.de teste.*§.*restat.num.*11.) sed non sufficit:*Spec.in d.*§.*restat.num.*11. imò testes singulares, quia in eodem facto plerũque discrepant, ideo velut contrarij sibi inuicem fidem compluries derogare reperiuntur. *l.*2.*vbi glo.h.tit.c. in nostra.ex.eod.c. licet. de prob. Spec.* §. *postquam.in prin.vide in l.scripturæ.*14. *C. de fide instr.* Cæterùm in vniuersum hæc tota res pendet à iudicis arbitrio: cuius est, prudenter æstimare, quantum fidei testibus adhibere debeat: *l.*3.§.1.*l. ob carmen.*21.§.*fin.h.tit.*quod ex fide,dignitate,moribus,fortuna,constantia,religione testium, *l.*1. §.*fin.l.*3.*in princ.* §. *tu magis scire. d. l. ob carmen.* §. *fin.h.tit.vbi Bart.l.*4.*l.testium.*14. C. *eod.* non tantùm ex testimoniorum verisimilitudine & con-
C gruentia *l.* 3.§.1.*d.l.ob carmen,*§.*fin.h. tit.* est ponderandum.vnde rectè dicitur,testibus,non testimoniis credi oportere.*l.*3.§.*idem.h.tit.* Est & illud prudẽtis prouidíque iudicis,examinatorum dicta, quoad eius fieri potest, conciliare, vt valeant potius quàm pereant: *c.in nostra.*32.*c. cum tu.*16.*ex.eod.c. inter dilect.de fide instrum. c. abbate. de verb signif.Specul.de interrog. num.* 11. *Ferrar. in for.oppos.test. verb. varietas. nu.* 4. & in benigniorem partem, *c.ex literis.*3. *c. in præsentia. de proba. c.ex literis.c.inter dilec.ex.de fid.instrum.l. Arrianus.de actio. l. fauorabiliores. de reg. iur. Specul.* §.*1. num.*51.ac maximè pro reo, nisi causæ fauor diuersum postulet,*c.cum tu.ex.eod.* interpretari: *c. fin.de re iud.l.in ambigua. de reg.iur. l. inter.* §. 1.*de verb.oblig.l.si part.de inoff.testa.Spec. de testam.* §. 1. *num.*51.ac vbi aperta est contrarietas,potioribus atque pluribus potiorem quoque fidem adhibere. *vide Spec. in* §. *postquam. num.*2.3.4.5.6.7 *Bart. in tract.testium.cap. de contrarietate. incip. cum test. Ferrar.in for. oppos.lib. ver. contrarij.* in quo vt iudex rectè atque solidè instruatur, visitatũ est post publicatas attestationes, etiam post terminum probationis elapsum,*c.cum causam.* 13. *de probat. c.*3.*de testib. Spec.*§.*qualem.num.*25.exceptiones,& disputationes contra personas & dicta testium admittere:de quo tamen vtile est,partem initiò protestari,*c.præsentium.*31. *ex. eod.* ne silentio suo personas testium approbasse videatur, *Ferra in form.iuram.test.verb.protestan.nu.* 2. *per c.præsentiũ. eod.* & semel approbatas postmodum reprobare non possit.*l.si quis.*13.*C.de testib.*

¶ Sunt autem plurima quæ testibus validè 7
opponuntur: quorum alia sumuntur à circumstantiis personæ, alia à qualitate dictorum, alia à forma examinationis. A persona sumuntur exceptiones: vt si allegetur, testes esse inimicos eius in quem dixerunt: *Authen.si dicatur. Auth.si testis. C. eod. c. testium.c. quoties. ex. eod.*aut amicos; *l. magis puto. in princ. de reb. eor. Specul.*§.1.*in princ.per c.quoties. ex.eod. vide Lanfr. in c. quoniam. verb. testium. de prob.* domesticos, *l.*2. C. *eod.* compatres, *vide Bald.in l. parentes.* 5. C.*eod.& in l.generaliter.de in ius vocan. Alexand.*

cons.143.quoniam.num.7.vol.2. consanguineos & affines eius pro quo dixerũt: *Spec.§.1. n.9.& 10. Lanfr.præall.loc.nu.60.* criminosos, & in nototiis delictis hærentes, *c.testimonium.54.ex.eod. Bart.in l.3.§.lege Iulia.h.t.Spec.§.1. nu.82. Lanfr.præall.lo. nu.77.* falsos, *l.qui falso.16.h.tit.* redemptos, *l. testium.14.C.eod.* corruptos, *l.si quis.13. C.eo. l.diuus. de re iud.c.licet.de probat.* viles, *d.l.testium.* pauperes, *l.3.in prin.h.t.c.si qui ex.eod. Spec.§. 1. nu.61.in Auth.de testib.* leuis opinionis, *c.licet.ex.eo. Spec. §.1.nu.28.* ignotos, obscuros, *Spec.§.1.num.96.* indiscretos, *Spec.§.1.nu.88.* rerum ignaros, *Spec.§.1. nu.81.* suspectos, *l.de accus.Spec.§.1. nu. 81.* socios, *l.quoniam.10.C.eo.l 3. de fide instrum. c.veniens.ex. eod.l.fin.C.de accusat.Spec.§.1.nu.11.13.* similẽ habentes causam, *c.personas.ex.eo.c.causam. de iud.l. quoniam.6.eod.Spec.§.1.nu.73.* reos alicuius criminis, *c.fin.ex.eo.Spec.§.1.nu.89.* hæreticos, *Spec.§.1. nu.84.86.* & quomodolibet ab amore, odio, gratia, fallitate suspectos. *c.quoties.ex.eod. c. cum contra.9.& c.seq.de testib.cogen.l.3.h.t.l.quoniam. l.testium.C.eo.Spec.§.1. nu. 82.* Contradicta & testimonia excipitur, dicta esse obscura, *c.cum clamor. ex.eod.* aut varia, *c.3.§.qui falso.4. q.2. l.ob carmen. §.fin.h.t.vbi Bart.c. cum Ecclesia. de causa poss. c.super.de pœn.* ambigua, vacillantia, *l.qui falso.16. d. l.ob carmen.§.fin.h.t.Spec.§.1.nu.69.70.* contraria, *Spec.§.1.nu.70.c.veniens.2.ex.eod. c.solicitudinem. de app.vid.Ferr. in for.opp.test.verb.contrarij. item verb.varij.* negatiua, *Spec.§.1.nu. 91.per c. cum Ecclesia.de caus.poss.& propriet.* non congruentia, neque verisimilia, *l.ob carmen.§.fin.h.t.c.præterea.ex. eod.Ferr.§.1.nu.67.l.qui falso.16.h.tit.* falsa, *c.licet. de probat.Spec.§.1.nu.44.c.in nostra. c.testimonium. ex.eo.l.diuus.de re iud.* præmeditata, & composita, *Bart.in l.3.§.ideo.nu.5. h.tit.Spec. §.1. nu.81.* extra articulos & interrogata, *l.si quis libertatem. §.fin. vbi glo.& Castr.de pet.hæred.l.si duo patroni. §. Iulianus.vbi glo.Bart.Cast.Ias.de iureiur.cap.de testib. ex.eod.c. præterea. de testib.cog.c.3.de prob. Spec.§.1. nu.62.* absque idonea scientiæ causa, *l.solam.3.C. eod.c.cum causam.ex.eo.Spec.§.2. nu.51.* &c. Contra formam excipi potest, testem examinatum esse iniuratum, *l.iurisiurandi.C.eod.* aut super eo de quo non iurauit, *c.nuper.c.tuis.ex.eo.Spec.§.1.nu.1. §.sequitur. num. 1.3.6.* non ieiunum, *c.1. ex. eod.* (quanquam hoc magis iam honestatis est, quàm necessitatis, *Spec.§.1.nu.86.*) non rogatum, *Spec. §.1 nu.90.* neque citatum, aut parte aduersa non citata: *c.1.ex eod.* aut ante litẽ contestatam, *Spec. §.1.nu.80.* vel post publicationem, aut renunciationem, aut sufficientem productionem receptum: *Spec.§.1.nu.80.* non secretò, *Spec.§.1.nu.82.* neq; sigillatim, *Spec.§.1.n.81.* nec ad omnia interrogatoria, *Spec.de interrog.nu.21.Bart. in tract. de testib.§.qualiter. num.5. per c.cum causam.ex.eod. & Bart.ead.§.188.statuto castri.* diligenter interrogatum esse, quæ persequi omnia, penè fuerit infinitum, & certè ab hoc nostro instituto longè alienum. *vide Spec.de teste.§.1.Bart.in tract.de test. §.ad reprob. Ferr.in for.oppos.test.Lanfr. in ca. quoniam.verb.testium.ex.de probat.*

A

B

C

D

E

F

G

DE IVRIS ET FACTI ignorantia. Tit. VI. C.I.18.

1 *Continuatio: & ignorantiam præsumi.*
2 *De duplici ignorantia, iuris & facti.*
3 *Ignorantia facti quid sit, & quotuplex: & quando, quos excuset, vel non excuset.*
4 *Ignorãtia iuris quid sit, & quotuplex: & quos, quando excuset, aut non excuset.*

ESTT etiam vice probationis, præsumptio ignorantiæ: quia ab honore probandi releuat, *l.verius.21. de probat.* donec contrarium probetur. *l.super seruis.5.vbi Bartol.C. qui milit. poss. lib.12.l.si cui.7.§.1.ff.de accus.* allegatio enim & positio ignorantiæ, est negatiua: *Bart. in l.ab eo. in fin.C. quomodo & quando iud. Alexand.in l. si cui. 7. §.iisdem. de accusa.* negantis autem per rerum naturam nulla est probatio. *l.actor.23. C. de probat.l.2.ff.eod.* 1

¶ Est autem ignorantia duplex: alia iuris, alia facti: vt inscriptio huius tituli ostendit. De facto primùm quæritur, post eo cognito, de iure quod ex facto existit. *Spec. de teste. §.nunc videndum.nu. 4.l.duo sunt Titij. de testam. tute.l.vt responsum. 15. C.de transact.d.ixi.s. de pact.in prin.* 2

¶ Ignorantia facti est, quando quod in casu vel natura contingenter positum est, accidisse ignoratur: vt si nesciam, mortuum esse illum, cuius mihi lege obuenit hæreditas, *l.1.in princ. l. 3. h.tit.* aut testamentũ ab eo conditum esse. *l.4. in fin. h. tit.* Hæc autem ignorantia versatur aut circa factum proprium, *l.quanquam.7. ad S. C. Velleian.* aut circa alienum. *l.fin.ff.pro suo. l. 3. h. tit.* In facto proprio non est tolerabilis ignorantia, *glo. in d. l. fin. text. in d.l. quanquam. 7. ad Velleian.* nec licet cuiquam illius errorem prætendere. *d. l. quanquam. l. item quæritur. §. si fullo. l. sed addes. §.1. locat. l.cum falsum.46. de acquir. hæred. l. in furti. 50. §.rectè.de fur.* Nescire enim quod ipse gesseris, non est ignorantis hominis, sed planè stulti & deperditi, ac penè furiosi. stulta autem & supina ignorantia, excusationem non habet. *l. 3. l. nec supina. 6. hoc tit. l. etsi. 15. de contr. empt.* Non igitur præsumitur nec excusat ignorantia facti proprij, *d.l.quanquam.* nisi agatur non de lucro captando, *l.inter.46. §.fin. vbi Alex. de fur.* sed de vitando damno, vt si quis indebitum repetat, quod supino aliquo rerum suarum errore vel incogitantia soluit: *l. sed etsi. 22. in princ. vbi glo. ad verb. propris. l. cum is. 32. in princ. vbi glo. ad verb.repetere. & Dd. ibid. de condict. indeb. ad idem Bart. in l. cum de indebito. de probat,* aut nisi quæstio sit de gestu admodum antiquo, *l. peregrè.44.vbi Dd. de acqui.poss. Bart. in l.si quis delegauerit. de nouat.* vel intricato: *Ias.post Bart. in l.quod iussit.num.52. de re iud. per l. cum fideicommissum. de confess.* aut ea negociorum varietate is qui allegat ignorantiam sit im- 3

fit implicatus, facilè vt alicuius obliuio obrepere in tanta multitudine potuerit. *Ias. in d.l. quod iussit.nu.51. per c. cum olim.de re iud. Alexan.cons. 214.vol.2.* Idémque dicẽdum in diuite, qui varias habet facultates & dispersas, ita vt minutissima quæque recordari non possit. *Bald.in l.2.quest. 7. C.de resc.vend.Bart.& Dd.in l.quisquis.eo.tit.& in Auth.sed cum testator.C.ad l.Falcid.* Has tamen circũstantias hactenus prodesse existimo, vt imminuant iuris præsumptionem, quæ obstat sua acta nescienti, & probationem facilem in cõtrarium admittant, veluti in ignorantia verisimili: non etiam vt onus probandi transferant in aduersarium. ac fortasse eo prosunt, vt probatio per iusiurandum admittatur: vt in aliis quæ verisimiliter putantur latére. *c. 2. de testib. lib.6.gl. Bart.Alex.& Dd.in l.si cui.7.§.iisdem.ad verb.doceátq;.de accus.Panor.in c.præsentium.num.3. de test. Ias.latè in §.sed istæ.num.89.Inst.de actio.* quod genus probationis, veluti priuilegiatũ, nullo alioqui modo in facti proprij ignoratione est admittendum: vtpote quæ non sit verisimilis, *c.vt circa.de elec.lib.6. c.nulli. verb. verisimiliter.eod.tit. c.pastoralis.de except.c.præsentium.de testib. gl. in c. innotuit. de elec. Bart.in l. at qui. §. cum me absente. de neg. gest.* & cui iuris præsumptio aduersetur: *Alexan.in l.inter.47.§. rectè.per illum text. de fur. & cons.71.vol.1. Felin. in c. quosdam. 7. de præsumptio.Ias.in d.§.sed istæ.nu.89.Corn.cons.168.in hac. vol.3.Cuiac.obs.li.5.c.39.* præsertim si factum fuerit notatione & animaduersione dignum, *c. cum illorum.de sent.excom. Ant.de But.in c. ab excommunicato.de rescript. Alex.in l.peregrè.44. de acq.poss.* aut per quod quis alteri obligetur: *Alex.d.l.peregrè.& in l.1.vbi etiam Bal.C.de confess.gl.in l.magnam.12.C.de contrah.stipul.* harum enim rerum nemo sanus facilè solet obliuisci. In re porrò aliena probabilis est ignorantia: *l. fin.ff. pro suo.* cum etiam prudentissimum interpretatio alieni facti sæpius decipiat. *l.2.hoc tit.* Quare excusationem meretur, neque nocet cuiquã in delictis, *Bald.in c.1.§.si vasallus.5.de feud. def. & in l.error. C.de iur.& fac.ig.Bar.in l.fin.ff.si quis testa. lib. & in l.inter omnes. §. 1.ff. de fur. in l. genero. de his qui not.infam.* (nisi quis det operam rei, quam scit, vel scire debet, esse illicitam, *Bart.in l.eum qui. §. pen.de iniur.fac.l. 2. C.de in ius vocan.*) in mora, *Alex.in l.quod te.si cert.peta.* in præscriptionibus, *l.pen.vbi Bald.C.qui admit.* vsucapionibus, *l.4.hoc tit.* transactionibus, *l.si non.6.C.eod.* diuisionibus, contractibus, *l.non idcirco.9. C.eod.* solutionibus, *l.pen.§.pen.& §.fin.hoc t.l.cum quis.10.C.eod.* conditionibus. *d.l.cum quis.10.C.eodem.l.error.C.ad l. Falcid.l.1.vbi Dd.ff.de cõd.in deb.l.cuius.53. de reg. iur.* iudiciis. *l. 2. l. cum fideicommissum. de confess. l. cum putarem.ff.fam.herc.* tàm in cõmodis denique adipiscendis, quàm damnis vitandis: *l. error. 8. l. pen.hoc t.l.error.7.C.eo.* & aliis omnibus humanæ vitæ actionibus, quas longum esset percensere. quod verum est, antequam negocium sit planè finitum. *d.l.error.7.C.eo.* Nam vbi causa ignorantiæ quasi trãsacta est, *l.vnic.vbi Sal.Ias.& Dd.C.*

A

B

C

D

E

F

G

de error.cal. per rem iudicatam, *l.sub prætextu. C de re iud.* transactionem, *l.sub prætextu.1.& 2.C.de transac.* præscriptionem *l.fin. & tot.tit.C. de præsc. long.temp.c.1.de lit.contest. in 6.* aut similem modum, negocium semel finitum ac sopitũ, istiusmodi prætextu non instauratur. *l.error. 7. C. eod.* Verum item est, in ignoratione iusta, quæ etiam prudentem implicare potest: secus est in inscitia negligentiæ supinæ, iniustæ, & non ferendæ. *l.3.l. 6. hoc t.* Scientia enim ita existimanda est, vt neq; scrupulosa inquisitio & curiositas exigatur, neque cõtrà supina negligentia excusetur. *l.6.l. pen.hoc t.* Facti ignorantia, inquit Paulus, *l.pen.h. tit.* ita demũ cuique non nocet, si non ei summa negligentia obiiciatur. Quid enim, si oẽs in ciuitate, aut in tota vicinia *c. quosdam.7.c.quanto.de præsumpt.c.cum in tua. qui matr. accus. poss.* sciant, quod ille solus ignoret, *cap.1. de postu. præl.c.fin. qui matr.accus gl.in c.nulli.de elec.in 6.* (nisi fortè valetudinarius sit, *Bartol. in l.i.potest. de acq. hær.* aut absens, *Bar.in d.l.i.potest. Bal.in §. conuenticula.de pac.iur.fin.*) aut affectatã, suóque vitio accersitam obtendat ignorantiam: *Card.in cle.1.nu.8. quæst.de consang.* aut supinam, *Felin. in c. vigilanti.de præsc.l.3.hoc t.* iniustã, *l.si quis infic. depos. Alexan.in l.quod te si cert.pet.* & homine mediocriter solerte indignã, cúmque aliqua suæ ignauiæ culpa coniunctam: *Bart.in l.genero. de his qui nota.infa.Bal. in l.quandiu.C.qui admit.ad bon.* aut si id prætendat se nescire, quod scire, *l. quod te. 5 si cert.pet.l.1.C.de fal.mo.Bald.in l.1.in prin.C. de caduc.toll.& in l.1.ad Macedon.* vel diligẽter inquirere debebat? *Bald.in l.1.ad S. C. Maced.gl.in c. innotuit. de elec.* Hac tamen in parte ignoscitur plerũque minorib.25.annis, fœminis, militibus, rusticis: quibus non modò facta, sed etiam iura parũ nosse, multis casibus est permissum. *l.penul. in prin.hoc t.l.1.l.fin.C.eod.* Probatur porrò ignorãtia regulariter eo ipso, quod nõ probetur contrariũ: *l.super seruis.6.vbi Bar.C.qui mili. non poss. lib.12.Bar.in l.si cui. 7. §.1. de accus.* quia, vt suprà dictum est, semper præsumitur alieni facti ignorãtio, donec probetur scientia. *l.verius.5. de prob. c.præsumitur.de reg.iur. in 6.* Est tamen, vbi ignorantia probanda est: scilicet quando præsumptio iuris illi aduersatur. quo casu probari potest vel per coniecturas, *c.vt circa.de elect.lib.6. c.si quis.1. q.1. Alex.in d.l.si cui.7.§.1.de accus.* vel etiã quandoque per iuramentum. *c. præsentium. de test. lib. 6.gl.in d.l.si cui.§.1.ad verb.doceátque de accus.* pender enim ab animo, qui haud facilè aliter quàm per iusiurandum declaratur. *Bart. Alex.& Dd.in d.l.si cui.de accus.§.1.Pan.in c.præsentium.num.3. de test.Ias. in l. admonendi.nu. 309. de iureiur. & in §. sed istæ.nu.89.Inst.de actio.& in l.pen. nu. 13. de iurisd.om.iud.*

¶ Et hæc quidem de facti ignorantia: nunc de altera tituli parte, videlicet de iuris inscitia, aliquid subiiciamus. Ea est ius suum ignorare: *l.3.h.t.* vt si quis nesciat, fratrem suum decessisse, ignorantia facti est: si verò sciat defunctum esse, opinetur verò illius vxorem in successio- 4

ne sibi præferri, iuris est ignorantia. *l.1 hoc. t.* Est autem alia ignorantia iuris naturalis, seu diuini: alia iuris positiui. *gl. in l.regula.9. ad verb.regul.h. tit.* illa indistinctè obest, neq; excusatione mere tur, *l.2.C.de in ius voc.§.1. Inst.de ob.quæ ex delic. l.si adulterium.38. §. nonnunquam.de adult. Card. cle.1. quæst.6. de consan.* ne in mulieribus quidem, *d.l. si adulterium.38.in prin.de adul.* autmilitibus, *l.2.C. de in ius voc. l. 1. de obseq.à lib.præstan.* aut rusticis. *Ias.in l.si quis.7. nu. 32. de iurisd. per ibi alleg.* hæc verò etsi in compendiis quærendis, & faciẽdo lucro noceat, hoc est, nihil prodest, *l.4. l.iuris. 7.cum ll.seqq hoc t.Cuiac.obseru.li.5.c.39.& in l.nũquam.31. de vsucap.* nec excusationem habet: *l.2. ff.de confess.l. cum quis.10. C.eod.l.pen.§. pen. & §. fin.hoc t.l.error.C.ad l.Fal.* tamen petentibus suũ, hoc est, rem propriam, non incommodat: *l.iuris. 7.hoc t.* iuris enim errorem in damnis amittendę rei suæ, nemini obesse traditum est. *l.error.8. h.t.* Atque hæc quidem in ciuilibus obtinẽt. in pœnalibus verò, error iuris non excusat à pœnis latæ culpæ, *l.liberorum.11.§.fin.de his qui not. infam.* sc.cùm ea tendit in alterius iniuriã: *Bar.in l.si adult.38. num.14.de adult.per l.respiciendum.§. delinquunt. de pœn.l.2. §.hac actione.de vi bon.rap.* quia hoc ipsum est lata culpa, ius commune ignorare: *gl. in d.l.liberorum.§. notatur. ad verb. non iuris. Bar. in l. non fatetur.nu.6. & 12.de confess.* excusat autem à pœnis doli: *Bald.& Ang.in l.sicut.C.de præscript.30. annor. Alexan.in l.quod Nerua.ff. depos. & id l.non fatetur.de confess. Corn. consil.177.in hac.vol.2.* quia error iuris à præsumpto dolo excusat, & consequenter ab eius pœna *gl.& Dd. in l.vnic. §. vlt. si quis ius dicent. l.igitur. de liber.caus. l.2.si quis test.lib. Alex.in l.si quis.7.de iurisdict.in l. 2.quod quis. iur. Cast.latè cons.412.num.3.vol.2.per l.sed etsi.§. scitè.de pet.hær.* Est tamen præsumptio contra eum, qui iuris ignorantiam allegat: *Al. in l.1.si quis test.lib.Castr.consil.189.l.quemadmodum. C. de agric. & cens. lib.11. c.qui contra.de reg.iur. in 6.* quia quisque ius quod scire debet (scire autẽ omnes iura debent, *l.leges.C.de legib.*) non nescire præsumitur: *Bart. & Ang.in l.sed etsi lege.§. scire.de pet.hæred.per d.l.quemad. c.si diligẽti.de for. comp.cum similib.& in l. quod te.5. si cert.peta.* exceptis minoribus 25.annis, *l.pen.in prin.hoc t.l.2. C.eod.* militibus. *l.1.C.eo.* item quandoque fœminis, *l.fin.C.eod.l.pen. in prin.h.t.* atque rusticis: *l.si quis.7.vbi gl.ad ver.rusticitatem.ff.de iurisd.* scilicet in casibus iure expressis, *d.l.fin. C.eod.gl. in d.l.si quis.vide Neguzan.in tract.pig.part. 5. memb. 2.* & quando peritiores consulere non potuerunt. *d.l.pœn.§.2.hoc t.l.iuris.6.vbi Alex.& Bal.C.qui admit.* Aliàs verò error iuris non modò allegãdus est (sicuti omnino allegari debet, *Bart. in l.si adulteriũ.38. nu. 14.de adult. c. noscitur. de his quæ fiunt à maio.parte.gl.in cle. appellant. verb. notoriè. de appell.*) sed etã alicũde probandus: vt si doceatur palàm atque apertè aliquid contra ius ab ignorãte factũ esse, sed eũ postea de iure admonitum destitisse. *Bar.in d.l.si in adulterium.n.13.& in l.2.de confess.* Item si ius demonstretur minus esse frequentatũ, *Ioan. And.in c.ignorãtia. de reg. iur.in 6. Alex.in l.non fatetur. de confess.* vel dubiũ, *Fel.in c.1.de re iud. Corn.cons. 181.visa.parte.3.* aut ex alia aliqua iusta causa ignoratum. *c.2.de const. Card.in cle.1.quæst.89.de priu.vid. Ang.in l.si quis. 7.de iurisd.& in l.sicut. C. de præscrip.30.annor. Alex.in l.1.si quis testam.lib.* Vt autem iuriiurãdo allegantis probatio eiusmodi committatur, non est admittendum, cùm iuris præsumptio illi aduersetur: *l.Ias.in §.sed istã.n.89.Inst.de act. Alex. in l.inter.§.rectè.de fur.& cons.71.vol.1. Felin. in c. quosdam.de præsump. Cornel. cons.168.in hac.vol.3.* eis autẽ contra quos iuris stat præsumptio, non debeat sacramentum deferri. *Dd.præall.loc.& in l.admonendi. de iureiurand. vbi præcipuè num.300. cum seqq.Ias.& in l. in bona.C.de reb. cred. gl. sing. in l.fin.ad verb.præsumptio.de eo quod met.caus.*

DIGEST. LIBER XXIII.
DE SPONSALIBVS.
Tit. I. C. 5. 1.

1 *Continuatio.*
2 *Sponsalia vnde dicta, quid sint.*
3 *Species.*
4 *Causa efficiens: qui cum quibus cõtrahere sponsalia possint, vel nõ possint.*
5 *Materia: & de arrhis.*
6 *Forma contrahendi sponsalia.*
7 *Finis & effectus.*

1 DOstquam † exposuimus, quomodo ex contractibus rerum, obligationes actionésq; oriantur: sequens est, vt ad contractus personarum transgrediamur: cuiusmodi sunt sponsalia, nuptiæ, pacta dotalia, & quæ his accedunt: *gl. in Rub.C.de spons.gloss in Rubr.C.de sen.fugi. vbi Dd.* item tutelæ, quæ quasi cõtractus esse perhibentur: *§. tutores. Inst. de obligat. quæ ex quasi contract.* neq; profectò secundũ res creditas, plures aliunde quam ex coniugiis & tutelarum administrationibus, inter viuos existũt actiones. *vide Paul. lib.2.tit.20.in Authen.de nupt.gl.lat.art.21.lib.1.*

¶ Sponsalia porrò nuptias præcedunt, & à spondendo dicta, vnde sponsi sponsæq; appellatio,

tio, *l.2.& 3.hoc t.* Spondere à sponte venit: vt spõdeo sit, quasi sponte do vel promitto. *Varr. de ling.Lat.lib.4* Hinc omnis stipulatio promissióque, sponsio appellatur, *l.sponsio. 7. de verb.signif.* Fuit autem in more, positũ veteribus Romanis, vt sibi futurã vxorẽ stipularentur: eámque sponderet is cuius in potestate illa esset: *l.4.C. de spõs.* vt in Aulularia Plauti, Megadorus sibi stipulatur filiam Euclionis dari: pater despondet: ex quo spõsi spõsæque appellatio, & spõsalia dicta. *Gell. lib.4.cap.4.* Sponsalia sunt mutua repromissio (sic enim rectiùs legit Hotomanus, *in Cõmen.iuris.* quàm prout habent vulgaria exẽplaria, mẽtio & repromissio) futurarum nuptiarum, ritè inter eos, quibus iure licet, facta. *l.1.h.t.*

3 ¶ Sponsalia porrò alia dicuntur de futuro, alia de præsenti. *c.pen. ex. eod.* Sponsalia de futuro, sunt tractatus de futuris in posterũ nuptiis (cuiusmodi olim omnia erant) ac veluti pactum & conuentio futuri contractus, *l.si pœnam. de verb. oblig.gloss.in l.in bonæ.7. de eo quod cert. loc.* vt cum parentes de subsecuturis liberorum nuptiis aliquid constituunt, *c.1.de spons. duo. c. pen. de spons.* aut impuberes inter se contrahunt, *l. quæsitum. 9.hoc t.c.fin.de d.sponsimpub.c.vnic.§.idem. eod.in 6.* aut arrhæ tantummodò dantur, *l.3. C. eod.* aut verba alioqui in futurum tempus vel sub cõditione concipiuntur. Sponsalia de præsenti, sunt promissio coniugij præsentis: seu, vt loquuntur, tractatus dispositiuus super matrimonio præsenti, qui vim coniugij habet: *l.penult. de spon.* quod ex verbis quæ in præsens tempus sonant, intelligi potest: vt, Accipio te in coniugem, *de his verbis, præsentis temporis & futuri, vide Ang. & Fab. in §.alien.in prin.Instit.de don.Dd.in l.tale. 40.de pact.&c.* Porrò cum verba sunt ambigua, ita vt tam ad præsens quam ad futurum tempus accommodari possint, æquius est pro matrimonio fieri interpretationem, & haberi sponsalia pro præsentibus: *c.tua.26.de spons.c. licet. 2.de testibus.c.fin.de re iudic. c. continebatur.de desponsimpub.* vt in verbis, Volo te tenere vel accipere in vxorem, *Panor.in c. quemadmodum. per illum tex. §.de iureiuran.* & similibus. Nam in actibus qui pendent à mera voluntate & dispositione loquentis, istiusmodi verba pro præsentibus accipiuntur: *Panor.præalleg.loc.per doctrinam Bart. in l.si is qui pro emptore.15. de vsucap. & in l. si maritus.§.1.ad l.Iuliam de adult.* Vtrq; interpretatio cõtra eum qui legem contractus dicere potuit apertius: *l.veteribus. de pact.* cætero quin multis decipulis, & malitiosis ludificationibus, coniugiorum promissa implicarentur. Neq; tamen ex sola verborum cauillatione hæc res ponderanda est: sed prouidi prudẽtísque erit iudicis, æstimare ex circũstantiis personarum & rerũ, quid inter partes verisimiliter fuerit actum. Deinceps alia dicuntur esse sponsalia iurata, alia non iurata: *cap.2.c.requisiuit.de spons.* quædam pura, quædam conditionalia. *ext.de condit.apposit.*

4 ¶ Causa efficiens sponsaliorum, olim fuit stipulatio & repromissio mutua (praut antè dictum est: nam promissio ad solennem stipulationem refertur, *§.si scriptum. Inst.de inutil.stipula.*) hodie verò sicuti nuptias efficit consensus, *l.nuptias.de regul.iur. vide J. tit. 1.* ita sponsalia etiam absque verborũ solennitate contrahũtur, solo consensu, *l.4.l.in sponsalibus.7. l.sponsalia. 11. h. t.* tàm eorum qui coniunguntur, *l.sponsalia. 11. l.si puellæ.6.l.filiofa. 13.hoc tit.* quàm quorum sunt in potestate: *l.si in sponsalibus. 7.de sponsalia. 11.cũ ll.seqq.hoc t.* filia tamen consentire videtur, quæ non euidẽter à patre dissentit: *d. l. in sponsalibus. 7.l.sed ea.12.hoc tit.* quod & in filio obtinere vult Accurs. *d.l.in sponsalibus.7.* Tunc autem dissentiendi potestas est, cum indignũ moribus sponsum pater filiæ eligit: *d.l.sed ea.* aliàs iure ciuili, dissentiendo iustam ingratitudinis atque exhæredationis præbet causam: *§.si alicui. in Auth.vt cum de apell.cog.vide latè Dec. in l.nuptias. 30. nu. 9.& 10.de regul.iur.* quod tamẽ neque iure Pontificio, nec moribus nostris obtinet; *c.1.vbi Dd. de desponsa.impub.* cum omnino libera esse matrimonia debeant. *c. cum locum. 14. c. gemma. 39. de spons.* Possunt autem sponsalia cõtrahere, qui & nuptias. nam vbi nuptiæ interdictæ sunt, ibi sponsalibus, quæ sunt aditus nuptiarum, locus esse non potest: *l.oratione. 16. hoc tit.c.cum quis.de reg.iur.in 6.* quanquam impuberes etsi non rectè coniungantur: *in prin.Instit.de nupt. l. quæsitum 9. hoc tit.* tamen sponsalia, dilatis ad pubertatem nuptiis, rectè contrahunt: dummodò id fieri ab vtraque parte intelligatur, id est, si non sint minores quàm septem annorum. *l. in sponsalibus. 14.hoc t.*

¶ Materia circa quã versantur sponsalia, sunt futuræ nuptiæ: de quibus vltrò citróque datis arrhis, solet in iis tractari & cõuenire: arrhæ autem cuius sint materiæ, non multum interest: plerunque tamen annulos, *c.si quis vxorem. 27. q. 2.Panorm.& Dd. in ca. 1.de spons.duo.* aut catenas, nummósue cùm aureos tum argẽteos, *l. fi. C.eo.* arrharum loco dari visitatum est. Eáque consuetudo iam inde à primis patribus ortum habet. Nam & minister Abrahæ, in sponsalibus Isaac, ἀρραβῶνα aurea & argentea, arrharum loco distribuisse legitur. *Genes.24.*

¶ Forma sponsaliorũ olim consistebat in stipulationibus, testationibus & cautionibus, de præstanda certa pœna, quæ in stipulationem deducebatur, ni statum sponsalibus esset: *l. in sponsal.7.hoc t.l.fin.in fin.C.eo.* itẽ interueniente contrahentium osculo, nonnunquam sponsalia cõstituebantur. *l.si à sponso.16 C. de donat.ante nup.* Hodie quialiscunque promissio, etiam sine stipulatione, scriptura, *d.l.in sponsalibus.* aut etiã arrha sufficit. Nam vt coniugium sine dote esse potest, *l.fin.C. de donat.ante nupt.* ita sponsalia citra arrham: *c.tuæ. 25. ext.eod.* quanquam arrha plerunque interuenire solet, *l.3.l.fin.C.eod.l.si legib.16.C.de episc.audien.* adeò vt sæpe etiam solis pignorib. vltrò citróq; datis, sine alia stipulatione vel promissione spõsalia cõtrahũtur. *gl. Panor. & Dd.in c.tuæ.25.ex.eo.& in c.fi.de desponsimpub.*

vt si iuuenis fidei cõiugalis nomine puellæ munus offerat, idque illa tacẽs accipiat: etenim videtur in eandem causam accipere, in quam oblatum est: *vide* ʒ. *de solut.* Quia verò sponsalia solo hodie consensu cõstant, ideo non modò inter præsentes, sed etiam absentes, per nuncium, literas, procuratorem rectè ineuntur. *l. 4. l. fin. hoc t. l. quid ergo.* 13. §. 1. *de his qui not. infam.* Sed & in præsens aut in futurum purè, in diem, sub conditione, & similibus modis concipi possunt, *tot. tit. de condit. appos. ex c. pen. cum simil. de sponf.* sicuti & reliqui contractus qui cõsensu celebrantur. *vid.* ʒ. *de empt. & vend. & de pact. & c.*

7 ¶ Finis sponsaliarum est, vt coniugium contrahatur. Effectus eorum qui de futuro sunt, vt spem certam & ius matrimonij futuri inducant: *l. si vxor.* 13. §. *diuus. de adulter.* quod illiusmodi est, vt sponsus mariti, sponsa vxoris loco habeatur: *l. si sponsalib.* 58. *de iur. dot. l. lex Iulia. de fund. dot. l. item apud,* 15. §. *sponf. de iniur. l. si vxor. de adult. l. non sine. C. de bon. quæ lib. l. assiduis. C. qui pot. in pign. l.* 2. §. *si sponsa.* ʒ. *de priuil. cred. al. l.* 17. *de reb. auct. iud. poss.* Nam cingendus habetur pro cincto, *l. pen. de testam. milit.* vt loquuntur: & destinata ad aliquem finem, eo loco interpretatione iuris sunt, atque si suum adepta finem essent: *l. à diuo Pio.* 15. §. *fin. vbi Raph. Fulgos. de re ind. l. cætera.* 41. §. *sed si parauit. vbi hoc disputant Dd. de leg.* 1. §. *& quia parum. in Auth. de nupt.* ac quod de proximo futurum est, id vtiq; pro iam facto habetur: *Bart. Bald. & alij, in l. pen. de milit. test. & idem Bal. in l. si impuberi. de tuto. & cura. da.* quod ἐν ὀλίγῳ, & lata quadam interpretatione, in fauorem matrimonij, atq; in causis fauorabilibus, *gloss. Land. lib.* 1. *art.* 45. Item quo ad honestatem affinitatis publicam contrahendam, *l. penul. C. de incest. nup. vid.* ʒ. *t.* 1. *& t. t. ex. de eo qui cog. consang. vx.* receptum est. in strictis aliud seruatur: *l.* 2. *& l.* 4. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* quia non propriè, sed per interpretationem tantùm sponsa vxoris loco est. *l. oratio. vbi Bald. hoc t.* Quare neq; in pœnalib. *l. solet. de his qui not. infam. gloss. in cle.* 1. *verb. contrahen. de consang. & aff. Panor. in c.* 1. *circa fin. de postul. prælat. Ias. in l. cũ quidam. de lib. & posth.* nec in statutis, *text. in l si à sponso.* 16. *C. de don. ant. nupt.* quæ verbi gratia post mortem mariti certam (vt fit) bonorum partem superstiti viduæ decernunt, *Authent. præterea C. vnde vir & vxor.* spõsa vxoris loco ducetur. *Bal. in l. vltim. C. vnde legi. idẽ Bal. Salic. Castr. in l.* 1. *C. vnde vide vir & vx. latè Salic. & Cyn. in l. cum in te. C. de don. ant. nupt. Bald. in l. Deo C. de episc. & cler. Bart. in l. nihil. rer. amot. l. cum fuerit. de condit. & demonstr. vide latè Tiraq in ll. commub. post ll. nu.* 22. *vid. gl. Land. lib.* 1. *art.* 31. *&* 45. *lib.* 3. *Dec. consil.* 540. *num.* 3. *Boer. decis.* 22. *nu.* 38. *Mathes. sing.* 74. quod fortè in sponsalibus de futuro verum est. nam in iis quæ sunt de præsenti, cõtrarium iure communi statui æquius erit, cum pro vero coniugio habeantur: *vid. Scharff. cons.* 9. *vt in præsenti. cent.* 3. *gloss. in c. quemadmodum.* 24. *verb. teneatur. de iureiur.* quanquam Saxonicum ius ingressum thori maritalis

A indistinctè requirat. *vide Zob. gl. lat. lib.* 1. *art.* 31. *gl. li.* 3. *art.* 45. *num.* 6. *& art.* 77. *per illos textus.* Illud quoq; ad effectũ pertinet, quòd licet olim pœnitere alterutri personæ aut eius patri in spõsalib. licuit, *l.* 1. *C. eod. l. in potestate.* 10. *hoc tit.* adeò vt ne quidẽ pœna promissa deberetur, *l. Titia.* 134. *de verb. oblig. c gemma.* 29. *ex. eod.* (etiãsi vetustissimo iure ex sponso agi potuerit: *Gell. lib.* 4. *cap.* 4.) tamen nouissimo ciuili iure qui pœnitet, arrhas quas dedit, amittat, aut acceptas reddere teneatur duplicitas: *l. fin. C. eodem.* iure Pontificio ne pœnitere quidem licet, *c. ex literis ex. eod.* nisi mutuo consensu sponsalia dissoluantur, *c.* 2. *ex. eod. vbi Panor. & Felin. dicunt eam communem opinionem.* aut ex iustissima aliqua causa, puta subsecutæ deformitatis, *c. vlt. de coniug. lep.* desertionis, *c. de illo. de sponsal. l. pen. hoc t. l.* 2. *de diuor.* diuersæ fidei, *l. si legibus.* 16. *C. de episc. audien.* stupri subsecuti, *d. c. quemadmodum.* (nam ex præcedente non distrahuntur, *d. c. quemadmodum. vid.* ʒ. *de*

B

C *nupt. in fin.*) etiam violenti & coacti, *Panorm. & Imol. in c. quemadmodum. post gloss. ibidem. ad verb. oculos de iureiur.* &c. quæ obtinent in sponsalibus de futuro. Hæc enim non constituunt matrimonium & ius spirituale, sed tantùm sunt pacta & conuentiones de re futura: quare sicut reliqui cõtractus, ita & ista mutuo consensu, aliisq; modis legitimis dissolui possunt: *Felin. nu.* 16. *in d. c.* 2 *per illum tex. ex. eo.* quæ verò de præsenti sunt, ne mutua quidẽ volũtate, iustáue aliqua ex cau-

D sa (nisi quæ coniugiũ rescindat. *gl. ad verb. teneatur. Panor. & Imol. in d. c. quemad. & ita videntur velle Dd. in d. c.* 2. *de sponf. quia illud accipiunt de sponsalibus de futuro. Hostien. tit de matr. circa fin.*) dissoluuntur: quia in matrimonium transeunt, *c. pen. ex. eo. c.* 1. *c.* 3. *de sponf. duo.* vt & illa quæ concubitus subsequitur. *c. is qui fidem. c. pen. ex. eod. c.* 1. *de sponf. duo. Scharff. cons.* 57. *cent.* 1. *& Spe. de præsump.* §. *vlt. nu.* 5. *vide* ʒ. *tit.* 1. Quapropter hęc obsecutum stuprum violẽtum, *l. si vxor.* 11. §. *si quis*

E *vers. cæterùm quæ vim patitur. de adult. Panorm. c. quemadmodum. num.* 11 *&* 12. *de iureiur.* vel aliam superuenientem deformitatem, non distrahuntur. *vi. Panor. & Imol. in d. c. quẽadmodũ nu.* 11. *&* 12. *vbi gl. optima ad verb. teneatur. per c. ex publico. de conuer. coniug.*

DE RITV NVPTIARVM

Tit. 11. C. 5. 4. vsque 10.

1 *Vnde dictæ sint nuptiæ, & quid sint.*

F 2 *Diuisio & genera nuptiarum.*

3 *Causa efficiens, & origo: & quorum consensus requiratur: & de consensu parentum.*

4 *Qui nuptias contrahere possint, vel nõ.*

5 *Forma: & quomodo contrahãtur nuptiæ.*

6 *Finis & effectus.*

7 *Affinia.*

G 8 *Contraria: & quæ coniugium vel impediant, vel dissoluant.*

Sponsalia

1 SPonsalia † consequuntur nuptiæ: quas à nuptu, id est, opertione & velamento dictas esse author est Varro: quem sequitur D. Ambrosius docens de exemplo Rebeccæ, ad conspectum sponsi Isaac se obnubentis atque velantis, hunc obnubendi ritum fuisse antiquissimum. *c. nec illud.* 30. *quæst.* 5. *Genes.* 24. Et certè apud Romanos, mulier olim nupta & obuoluta, tectaq; velamine lutei coloris, vt est apud Pliniũ, in domum mariti deducebatur. Vnde liquet, nuptias nomen ciuile esse, & potius solennitatẽ celebri-

B tatémq; cõtractus coniugalis, quàm ipsum cõiugium denotare. Quare nõ rarò nuptiæ & matrimonium, vt diuersa ponuntur: §. *si aduersus.* 11. *in verbis, nec nuptiæ neque matrimoniũ. Inst. de nupt. vide quæ ibi dixi. & Cuiac. obs. lib.* 6. *c.* 32. & hic titulus de ritu, hoc est, solennitate nuptiarum inscriptus est. Hodie tamen ritibus illis pontificiis nuptiarum antiquatis, nuptiæ, coniugia & matrimonia promiscuè dicũtur: *in prin. Inst. de pat. po. in verb. nuptiæ seu matrimoniũ. vbi scripsi.* quanquã etiã hæc appellationes omnes ciuiles sunt, sicuti & nomen matrisfamiliãs, *Cic. in Top.* vnde matrimonia dicta. Quare nõ omnis maris & fœminæ coniunctio, quæ naturalis est, *l.* 1. §. *fin. de iust. & iur.* dicitur matrimonium aut nuptiæ (vt contubernium seruorum: *l. cum ancillis. C. de incest. nupt. gl. in prin. Inst. de nup. ad verb. ciues Romani.*) sed nuptiæ sunt, quas ciues Romani secundum præcepta legum contrahunt. *Inst. de nup. in*

D *prin.* Eas ita definit Modestinus, vt sit cõiunctio maris & fœminæ, cõsortium omnis vitæ, diuini & humani iuris cõmunicatio. *l.* 1. *h. t.* Iustinianus *in prin. Inst. de pat. potest.* paulò aliter: Est, inquit, viri & mulieris coniunctio, indiuiduã vitæ consuetudinẽ continens. In Ecclesiis & scholis porrò Christianis, ita piè definitur: vt sit legitima & indissolubilis copula vnius maris & vnius fœminæ, instituta diuinitùs, vt agnoscamus Deum esse mentem castam, & ei in castitate seruiamus: & hoc modo propagetur genus humanum, & Ecclesia æterna Deo colligatur.

2 ¶ Coniugia verò aut publica sunt, quę publicè corã Ecclesia aut multis testibus, benedicente sacerdote, contrahuntur: aut clandestina, quæ etsi Canones *vide c.* 1. *cum seq.* 30. *quæst.* 5. improbant, *tot. tit. de cland. despon. c. nec illud.* 30. *quæst.* 5. *Scharff. cons.* 1. *nu.* 4. *&* 8. *cent.* 1. tamen postquam contracta sunt, dissolui amplius non possunt, *c. final.* 28. *quæst.* 1. *c. nec illud.* §. *sed obijcitur.* 30. *q.* 5. *Scharff. cons.* 1. *num.* 4. *cent.* 1. nec liberi inde nati pro iniustis habentur. *c. quod nobis. de clandest. desponf.* Canonibus quoque aliud coniugium legitimum dicitur, & non ratum: aliud ratum. & non legitimum: aliud legitimum & ratum, Legitimum dicitur, & non ratum, quod inter Iudæos & infideles contrahitur, iuxta leges Mosaicas, ciuiles & forenses cuiusque loci, quæ inter infideles diuortium ex multis causis aut sine ciusa concedunt. Sicuti lex Mosi, dato repudij libello, citra causam iustam diuortium permittit. *c. non satis.* 34. *quæst.* 2. Coniugium ratum

A & non legitimum, est quod Christiani & fideles citra solennitates Canonicas, puta parentum consensum, publicam benedictionem, &c. contrahunt. Non legitimum, quia destituitur solennitate legum: ratum ideo dicitur, quia dissolui instar Ethnicarum, nuptiarum, dato repudij libello, non potest. Coniugium porrò ratum & legitimum est, quod fideles, seruatis legum & canonum solennitatibus, celebrant. *c. fin.* 28. *quæst.* 1. *c. quanto. de diuor.* Deinde alia dicuntur vera, quæ verè existunt, & probari possunt: alia præsumpta, quæ tantùm ex coniecturis esse præsumuntur: *c. illud. de præsump. l.* 9. *&* 13. *C. eod. Spec. de præsump.* §. *vl. num* 5, alia initiata, videlicet consensu: alia consummata, scilicet cornali copula. *c.* 2. *de conuer. coniu. c. statutum. cum seq.* 27. *q.* 2. Nam per eam, quidam consummari demum matrimonium volunt: nec antè putant maritum vel vxorem esse participes eorum lucrorum, quæ alterutro moriente, ex sta-

C tuto superstiti debentur: *Panorm. in c. ex publico. num.* 7. *de con. coniug. Salic. in l. cum in te. C. de don. ante nupt.* quod tamen durum est, & meritò ab aliis reprobatũ: *Bal. Cast. Alex. in l.* 1. *C. vnde vir & vx. Ang. trac. mal. verb. adulteranit. num.* 16. *fac. l. nuptias. de reg. iur. d. c. ex publico. c. commissum. vbi Pan. n.* 3. *de sponsal. vid. Tiraq. de legib. connub. leg.* 15. *n.* 22. quanquam videre licet, in plerisq; id genus statutis hanc clausulam ferè addi: Postquam ascẽderint thorum nuptialem, &c. *gl. nona Land. lib.* 3. *art.* 45. *& dictum est* ʒ. *tit.* 1.

3 ¶ Quod ad causam efficientem attinet, coniunctio voluntatum, affectuum, *l. si quis.* 26. *C. eod* corporum maris & fœminę, est ex communi naturæ iure. *l.* 1. §. *fin. de iust. & iur.* consensus, quo propriè matrimonium, hoc est, indissolubilis vitæ societas, cuiusmodi non est in coniunctione iuris naturæ communis, contrahitur, *l. nuptias.* 31. *de reg. iur.* est ex iure gentium, *l.* 1. §. *fin. de pac. l.* 1. *in fin. de cont. empt.* sicuti & cæteri cõ-

E tractus: *l.* 5. *de iust. & iur.* institutio, est iuris diuini: *Genes.* 2. solennitas & forma, iuris Pontificij & Ciuilis: *c. tua.* 26. *de sponsal.* ex quo & bonæ fidei contractus, matrimonium esse iudicatur. *vid. Ias. post Fab. in* §. *fuerat. numer.* 12. *&* 13. *Inst. de act.* Est igitur cõiugium origine & affectione, iuris naturæ. nam eãdem inclinatione naturali, reliquę quoque animantes coniunguntur (ex quo Cic. lib. 4. de Finibus ait, coniugia virorum & vxorum, natura coniuncta esse)

F institutione iuris diuini, consensu iuris gentium, forma & solennitate iuris ciuilis. Cum autem contra institutionem iuris diuini, nulla currat præscriptio, *Bald. in l.* 2. *C. de vsur. c. ad audientiam. c. cum venerabilis. c. fin. vbi Dd. de consue. c. ad nostram. de probat. c. cæterùm. de iureiur. cle.* 1. *de vsur. Scharff. cons.* 83. *prædictæ. num.* 11. *cent.* 3. facilè intelligi potest, cohabitatione & præscriptione aliqua ius cõiugij induci non posse: *l. qui in prouincia.* 57. §. *diuus. de rit. nup. Bald. in rep. l.* 1. *nu.* 4. *C. de emanc. lib. Socin. cons.* 39. *nu.* 3. *&* 5. *vol.* 1.

G

sed solùm ex ordinatione diuina, præceptisque

iurisgentiũ & ciuilibus constitui illud solo eõ- A
sensu, *l. non cogitur. 21. hoc t. l. nuptias. 31. vbi Dec. de reg. iur. l. 2. hoc t. in prin. Inst. eod.* & voluntate eorũ qui coniũguntur, quorumq; sunt in potestate, *in prin. Inst. eod. l. 2. hoc tit.* vt patris, aui, &c. Horum enim consensus adeò iure ciuili est necessarius, *l. 2 l. si pater. l. si nepos. h. t. l. vnic. §. oportet. C. de rap. virg. l. nec filium. l. si vt proponis. C. de nup.* vt velut authoritas atq; iussum præcedere debeat: *in prin. Inst. eod.* cæteroquin iniustæ reputantur nuptiæ, B
iniustiq; ex his suscepti liberi. *l. Paulus. 11. de stat. hom.* Consentire tamen pater præsumitur, fauore matrimonij, qui sciens contrahi, non contradicit. *l. 5. C. eodem. l. in sponsal. 7. §. 1. de sponsi.* Matris, curatorum, & propinquorum, quibus potestas patria in contrahentes non est, *§. fœminæ. Inst. de adopt.* consensus non eodem modo videtur necessarius. *l. 1. l. in copulandis. 8. vbi gl. C. eo. vide quæ dixi in prin. Inst. de nupt.* Nam nec approbatione C
patris filio filiæue emancipatæ, iure ciuili ad essentiam nuptiarum erat opus: *l. filius. 25. vbi gl. h. t.* nisi scilicet ætate adhuc minores essent: quo casu lex, patris assensum, *l. in coniunctione. 20. C. de nupt. gl. in d. l. filius. 25.* etiam in vidua, *l. viduæ. 18. C. eo.* propter infirmitatem scilicet ætatis, requirebat. Qua ratione arbitror in minorib. patre orbatis, matris quoq; ac tutorum consensum fore etiam hodie necessarium: *l. 1. l. in coniunctione. 20. C. eod.* aut illis dissidentibus, iudicis authoritatem interponendã esse. *d. l. 1. d. l. in coniunct. in fin. vbi Bald. & Salic.* De iure porrò diuino, & ex D
præcepto Decalogi, idem debetur honor matri qui patri: ideo Canones recentiores (nam veteres ius ciuile magis secutos, in primitiua Ecclesia apparet, *c. alter. 30. q. 5.*) vtrorumq; parentem consensum indistinctè requirũt; *c. sufficiat. 27. q. 1. cap. 1. de deponsi. imp. c. cum causa. de rapt.* magis tamen ex honestate quàm necessitate: nam ob dissensum parentum, non pronunciant iniustas E
esse nuptias (etiamsi minus legitimas esse, veteres canones fateantur, nomine tamen magis quàm reuera; *c. fi. 28. quæst. 1. c. aliter. 30. quæst. 5.*) neque iniustos liberos inde natos: *c. cum causa. de raptor. vid. c. 1. de desp. imp.* cum tamẽ nostro olim iure; etsi nuptiæ non dissoluebantur iam contractæ parentibus, quorum in potestate contrahẽtes erãt, dissentiẽtibus: *Paulus. lib. Sent. 2. c. 20.* tamen iniustæ nuptiæ, iniusti liberi haberentur, F
d. l. Paulus: quod ad ius ciuile, puta familiæ, patriq; potestatis, successionis attinebat: *Cic. & Boet. in Top.* etiamsi quo ad ius naturæ, gentium, & peregrinorũ, coniugium eiusmodi ratum, & liberi inde nati pro veris ac naturalibus filiis essent. *d. quidam. de præn. l. si vxor. 13. §. planè. de adulter.* Moribus autem nostris, vtrorumq; parentũ suffragiũ in liberorum, præsertim minorum 25. annis, vt suprà dictum est, nuptiis contrahendis necessarium est, nec absq; eo contrahi possunt: contractæ tamen ob parentum dissensum non G
dissoluũtur, *fac. l. patre. 8. in fin. de his qui sunt sui vel alie. iur.* si quidem consumatæ sint copula, quia res integra esse desiit: sin initiatæ tantũm, A
non nisi ex iustissima causa retractari possunt: qua de re paulò pòst plura erunt dicenda. Consensus porrò contrahentium, aut expressè interuenit, *c. licet. de spon. duor.* aut tacitè: *c. cum apud. 14. de sponsi. c. vnic. de desp. impub. lib. 6.* sicuti & parentum. *l. 5. C. eod. d. l. in sponsi. 7. §. tit. 1.*

¶ Consentire autem in matrimonium, & contrahere possunt illi omnes, qui non aut natura 4
aut lege prohibetur. *d. c. cum apud. 14. de sponsi.* Prohibẽtur natura furiosi, *l. patre. 8. de his qui sunt sui vel alien. iur. c. dilectus. 24. ext. eod.* impotentes, B
l. in causis. 10. C. de repud. t. t. ex. de frigid. & malefic. impuberes: *in prin. Inst. eod. l. quæsitum. 9. l. in sponsi. 14. §. tit. 1.* nisi malitia ætatem suppleat. *c. de illis. 9. c. vlt. de desponsi. impub.* Lege diuina *Gen. 2. Leuit. 20. 1. Cor. 5.* & naturali, atq; adeò omniũ gentium, prohibentur nuptiæ inter parentes & descendentes, in infinitum: *l. nuptiæ. 53. l. fin. hoc tit. l. nemini. 17. C. de nupt. vid. C. de incest. nupt. per tot.* & inter collaterales, primo gradu: *l. libertinus. 8. h. t. §. item. Inst. eo. l. nemini. 17. C. eo.* itẽ inter plures quàm duos, vno eodémq; tempore, *l. 2. C. de incest. nupt. l. cum qui duas. C. de adulter. l. 1. de his qui not. infam. §. affinitatis. cum seqq. Inst. de nupt.* iuxta præceptum; *Genes. 3. Matth. 22.* Erunt duo in carnem vnam, quanquam hæc prohibitio nõ omnium temporũ neq; gentium fuit: videmus enim nõ modò apud ethnicas quasdam gentes, D
sed etiam in populo Dei, πολυγαμίαν quandoque receptam fuisse. *Gen. 4. exemplum Abrahæ, Iacob, Dauid, &c.* Lege ciuili contrahere nuptias vetãtur serui, *l. cum ancillis. 3. C. de incest. nupt* & peregrini, *Cic. in Top.* & c. Iustas, inquit Imperator, *in prin. Inst. eo.* nuptias contrahunt ciues Romani: mares quidem puberes, fœminæ viripotentes. hoc est: Iure Romani nuptias iustas & ciuiles constituere nequeunt, nisi qui ciues Romani ac huius iuris participes sunt. Atqui ciuitatis ius penes seruos & peregrinos nequaquam esse, palàm est, nõ igitur iure ciuili, cum seruo seruáue cõstat matrimoniũ: maximè cum ex seruo ventre, ingenui familiæ hæredes nasci non queant. Iure tamẽ gentiũ & naturæ, prohibitionẽ istiusmodi non esse, exemplũ Abrahæ docet: cui cum ancilla Agar verè coniugiũ fuit. Item nec licitè iure positiuo cõiungũtur tutor, curator, aut horum filius, cũ pupilla vel minore, cuius cura tutelãue geritur: *t. t. C. de interd. matri. l. libertum. 37. h. t. l. qui pupillam. 7. ad l. Iul. de adult. l. vlt. de legat. 1.* nec coniuncti sibi inuicẽ ex latere, quarto gardo consanguinitatis, *vid. C. de incest. nupt. & Inst. de nupt. c. pen. & c. fin. de consang.* aut etiam affinitatis; *d. c. pen. vbi gloss. & Dd. de consang. l. penul. C. de incest. nupt. vid. gloss. in §. si vxor. & ibi Ang. Inst. de nupt. & in l. 4. de gradib. affi.* quæ quo ad prohibitionem matrimonij, solo consensu, *l. pen. C. de incest. nupt. gloss. Ang. & Dd. in §. si vxor. Institut. de nupt. & in l. 4. de grad. aff. c. de illo. de cond. app. c. vnic. de desponsi. imp. lib. 6.* aut illicita consuetudine *l. 4. de nup. vide de his tot. tit. ext. de his qui coe consang. vxo. suæ.* contrahitur: quanquam iure ciuili nouo (nam apud veteres aliter fuisse ap-

se apparet, *Vlp. tit. 5. & 16.*) hac in prohibitione nulli certi gradus definiti sunt: *vid. Inst. de nupt. & quæ ibi dixi.* vt nec iure gentium, quo tantùm primus in collateralibus gradus pro incestu habetur. *l. fin. hoc tit. vid. §. de adulter.* Sed iure Pontificio vsque ad quartum gradum inclusiuè, coniugia prohibentur: [redacted]

[redacted] vt nec illi (etiam iure Canonũ) qui in secundo vel tertio affinitatis genere, quãuis propiore gradu existunt. primum enim duntaxat genus affinitatis prohibitionem habet, non secundum vel tertiũ. *c. non debet. de consang. & aff. Gemin. in c. vnic. §. quare. num. 3. de sponsi. lib. 6.* Sed & ob præsumptionem violentiæ atque metus, saltem reuerẽtialis, raptor cum rapta, *in Aut. de rapt. mul. l. vnic. C. de rap. vir.* magistratus, vt præses, cum prouinciali: *l. si quis officiũ. 38. l. qui in prouincia. 57. h. t. tot. t. C. si quæ. præd. potest.* ob inæqualitatẽ, amplissimus cum humili; *l. humilem. C. de incest. nupt.* Senatorius cum libertina aut vili muliere. *l. lege. 44. cum ll. seqq. h. t. l. oratio. 16. §. tit. 1.* patrona eiusque filiæ cum liberto, *l. 3. C. de nupt.* contrahere legibus prohibentur. Sed hæ prohibitiones ciuiles, iure Nouellarum *Auth. sed. nouo iure. C. de nupt.* & Pontificio, quod in hac causa spirituali attendimus, *iuxta doctrinam Cano. in c. 1. & 2. de oper. no. nunc. Cast. in Auth. at qui semel. C. de prob.* non considerãtur. *c. pen. de rapt. cap. pen. vbi Host. de secun. nupt. c. raptor. 28. q. 2. & 36. q. 1. per tot. Panor. & Dd. in Rub. de cog. lega.* Hoc tamen iure cum infidelibus, *c. caue. 28. quæst. 1. c. de infidelib. de consang. & affin. c. quanto. de diuort. Panor. in c. fin. n. 3. de transact. vide cap. Iudæi. & seqq. 28. q. 1. Nolite iugum ducere cum impiis.* & nonnunquam cum ea quæ per adulterium antè fuit cognita, *tot. tit. ext. de eo qui dux. in matr. quam per adult. poll. quod & prohibitionem ciuilem cõtinere videtur. §. si quis verò accus. in Auth. vt null. iud.* nuptias cõtrahi est interdictum. Sed & cognatione spirituali eas Pontifices impediũt: *tot. t. de cog. spir. l. si quis. 26. in fin. C. eo.*

[redacted]

§ ¶ Forma contrahendarum nuptiarum, olim multiplex & varia fuit. *vide Cicer. in Top. & Boet. Vlp. tit. 9. 11. 25. 26. Tac. lib. 4. Gell. li. 18 c. 6. Arist. lib. 1. oinovo. Cuiac. ad Vlp. tit. 11. & obser. lib. 6. cap. 16. & 20. Catull. Plin. Plutarc. Lactant. Festum. Pomp. Alexa. b Alexan. lib. Genial. dier.* Tribus enim modis habebatur vxor: *vide Boet. præalleg. loc. latè Cont. lib. 1. disp. cap. 13.* aut farre, quod erat A
Pontificum: *Vlp. ti. 9.* aut vsu & consuetudine, quod erat vulgare & tralatitium: aut coemptione, ac conuentione in manum viri, per quã vxor efficiebatur materfam. transibãtq; in familiam mariti: *vide de his Tiraq. in ll. conn. in 4. lege. nu. 4.* & alter alteri suus efficiebatur hæres. *Vlp. cap. 9. 11. 16. 22. & 29. Boet. in Top. Gell. lib. 3. cap. 2. & lib. 18. cap. 6. dixi Instit. de senatusc. Tertyll.* Sed & mulier solenni pompa in viri domum deducebatur: *l. 5. hoc t.* quæ omnia temporibus antiquata B
sunt. *l. pen. de donat. int. vir. & vx. l. si donationũ. 22. C. de nupt.* Hodie verò contrahuntur rectè nuptiæ, sine vlla etiam pompa, *d. l. 22. C. de nupt.* verbis vel signis, consensum exprimentibus; *c. tuæ. 25. cum c. seqq. vbi glo. de sponsi.* etiamsi scriptura vel instrumentum nuptiale non interueniat: *l. neque. 13. C. eod. gl. ad ver. instrumentis. vbi etiam Ang. nu. 6. in §. fin. Institut. de nupt. per §. nuptias. in Auth. de nupt. c. tanta. vbi Can. ex qui fil. sint legit.* Quare & per procuratorẽ ritè ineũtur: *l. denique. 6. l. generali. 34. hoc t. l. fi. de procur. in 6.* publicè tamen, & coram Ecclesia: *c. 1. 30. quæst. 1. c. 2. & 3. de cland. despon.* aut in cœtu aliquot fidelium, Ecclesiam repræsentante, *c. fin. de clan. desp. Schurff. consil. 1. numer. 8. cent. 1.* benedicentẽque nubentibus Ecclesiæ ministro, *c. fin. 28. q. 1. c. aliter. 30. quæst. 5.* sunt celebrandæ. Nam clandestinas nuptias facere, iure improbatur: *tot. tit. de clan. desp.* quanquam si constet cõtractas (quod licet iure ciuili; *l. in libera. 24. hoc t. l. si vicinu. 9. C. eod.* tamẽ Pontificio, quo in terris imperij hactenus vtimur, non præsumitur, *c. 1. 35. quæst. 1. gl. & Dd. in c. 2. de clan. despon. gl. in c. illud. ver. vxorẽ. vbi Dd. de præsump. Fel. in c. per tuas. de proba. Socin. cons. 39. visis nu. 5. vol. 1. vbi dicit esse communem: quòd etiam in foro ciuili hodie ita præsumatur.*) retractari nequeãt: *c. 1. 2. de clan. desp. c. nec illud. §. sed obiiciunt. 30. quæst. 5. Schurff. cons. 1. n. 4. cent. 1.* neque filij inde nati, pro illegitimis habeantur. *c. quod vobis. de clan. desp.* Quod ad formã probãdi attinet, matrimoniũ plenè probari debet: *gloss. in l. 1. §. si ea. verb. vxo. de vent. in poss. mitt.* puta per testes *c. illud. 11. de præsump. c. super. 22. c. licet. 43. de testib.* nõ suspectos, *c. super. 22. ext. de testibus. Lanfran. in c. quoniam. verb. testium. de probat.* sed omni exceptione maiores, *c. 1. vbi Ant. de But. de consan. & affin. Alex. cons. 143. quoniam. nu. 6. vol. 2. per doctr. Panor. in c. super. eo. de testib. Host. in tit. de teste. §. 2. vide omnino Imol. consil. 130. in causa. vid. cons. matr. 48. nu. 18. cons. 49. nu. 90. cons. 70. nu. 4. cons. 72. num. 5. cons. 74. nu. 10. consil. 75. nu. 3. cons. 82. num. 21. cons. 86. num. 4. vol. 1.* etiamsi aliæ probationes deficiant: cum matrimonium sit eiusmodi, vt testes adhiberi debeant, vt per eos probari possit: *Alex. consil. 64. in fine. vol. 5. Alex. de præsump. reg. 1. præsump. 47. num. 5. consil. matr. 86. num. 44. vol. 1. vbi respondetur ad c. veniens. 2. de testib. l. consensu. C. de repud. quòd tantùm in his procedant, vbi verisimiliter alij testes intercedere non possunt, nec solent.* qui testentur de publico solennique contractu, aut qui audiuerint verba matrimoniũ inducentia, *Alexand. d. consil. 143. numer. 2.*

aut affirment de sponsalibus & traductione in domum insecuta. *Bald.in l.cum in te.6.nu.1.C.de don. ante nup. gl. & Bar.in l.cum fuerit.15. de cond. & demonst.* nominatione, *vide Bar.in l.si filium.de his qui sunt sui iur. Socin.de cons.39. nu.5. vol.1. Dd. in l.neque. 5. C.de testam.in l.cum testamentum.8.C. de iur. & fac. ig. l.fin.de prob.l.non epistolis.13.C.eo. per illos text.* Innoc. *c.ex parte.de rest.spoliat.* coniugali. *d. c.illud. de præsumpt. l.si vicinis.C.de nupt.§. quia verò. in Auth. vt lic.mat.& auiæ.§.illud.quibus. mod.na.Socin. cons.39.visis.vol.1.* & tractatione Bart. *in l.si vxor.§.sed si ea.num.1.de adulter.d.c. illud.d.l.si vicinis.* ad matrimoniũ apta atque ordinata. *Socin. d.cons. 39. visis.nu.5.6.7.vol.1.* cohabitatione *d. c. illud.d.l.si vicinis. vbi Salic.* sesquiannali, *Spec. de præsump.§.species.num.5.per c.ad id quod.c.iuuenis.de sponsal.* maximè vero longi temporis, hoc est, decennali, *Socin.d.cons.39.nu.5.* existimatione & scientia vicinorum. *d.l.si vicinis.C. de nupt.* fama publica. *Cano. in d. c.illud. de præsumpt.Spec.de not.crim.§.4. vers.fama. Alex.d.cõs. 143.n.3.Socin.optimè.d.cons.39.n.4. vol.1.* Item per instrumenta, super ipsa patrimonij solennitate confecta, *d.c.illud.Bal.in l.neque.13.C.de nup.* non tantũ super dote, aut tractatibus similibus, quæ abesse vel adesse coniugio possunt: *d.l.neque.13. Iun. in d. c. illud.* Bald. *in c.1.§.naturales. si de feud. com.Soc.d. cons.34. n.1.* cũque non plenè, testisque per se probant, nisi aliis adminiculis roborẽtur. *Soc. d.cons.39. n.1.* Deniq; per præsumptionẽ: *d.c. illud.de præsump. d.l. cum fuerit.15.de cond. & dem. l.in liberæ.24. hoc t.l.donationes.3.de donat.* quæ sumitur ab æqualitate personarum, *d.l.31.de donat.* affectione maritali, *d. l. donationes.31.§.quoniam. in Auth.quib. mod. nat. l.cum quis. 10.cum ll. seqq. C.de na. lib.* cohabitatione; *d.l.donationes, d.l.in liberæ. d.l.si vicinis.* quæ tamen hodie nedum iure canonico. *d.c.illud.* sed etiam ciuili, *Soc.d.cons.39. vbi dicit esse communem. per §. quoniam. in Auth. quib. mod.nat.effic.legit. Bald.l.non epistolis.13.nu.9. C.de prob.* sola non sufficit, sed cõiuncta cum tractatione maritali, & reputatione, præsumptionẽ facit, ita vt cõtrariũ asserenti probatio incumbat: *Soc.de cons.39.nu.5.per doctrinam Bart.in d.l.si vxor. §. sed si ea.de adul.in l.filiũ.de his qui sunt sui vel alie. iur.* potest enim semper probari contrarium, quia matrimonium nullo tempore prescribitur. *Innoc. in d.c.illud. Bal.in l.1.C.de emanc.lib. Soc.d.cons.39.n.5.* Probatur etiam ex copula carnali: quæ omnem priorem dissensum, metũ, aut aliud quoduis impedimentum, præsumptione iuris, & de iure contrariam probationem excludẽte tollit, purgat & aufert: *Spec. de præsum.§.species.nu. 4. & 5. per c.de illis. de desp. imp.c. per tuas. de cond. ap.c. super. de eo qui cog. cons.vxor. gl.in c. veniens ad nos. de sponsa.c.significauit.de eo qui dux. in mat. quam per adult. c.insuper. qui mat. accusar. Cap.causæ.22.* itẽ deductione & pompa in Ecclesiã vel domum solenni. *Spec.de præsump.§. species. nu.5 per c.ad id quod.c.iuuenis.de spons.* ac reputatione publica. *Alex.in d.l.si vxor.§.sed si.ea, de adult. Ang.in §.illud.in Auth.quib.mod.nat.effic.le*

A *git.Sal.in d.l.si vicinis.C.eod.* Prærerea & per confessionem coniugum, mutuò se recipientium, & pro coniugibus agnoscentium. *c.super.de eo qui cog.cons.vxor.c.attestationes. de desp.imp. Bald.in l.pen.C.de fideiussor.& l.eam quam. C.de fideic.* etiã cum deprehensi, ad euitandã stupri pœnã, fidem & promissionem coniugalem allegant: *Ang.in* [illegible] *& in l.1.C.de confess.Spec.de confess.§.sequitur.* quæ

B tamẽ allegatio, ad euitandam aliorum delictorum pœnam, nequaquam sufficeret, neq; attenderetur. *l.cõmissum.27.C. de adult. nota in l.seruos.8.C.ad l.Iul.de vi pub.Mass.in prac.tit.de pœ.per d.l.commissum.C. de adult l. si ex causa.§. vl. de minor. l.1.§.vlt.de quæst.Chass.in cons.Burg.Rub.1.§.5.ver. s'il n'a grace.Tiraq.in trac.de pœ.causa 56.* Postremò etiam per iuramentum iudiciale, *c. mulieri.*

C *34.de iureiur.gloss.& Dd.in l.3. in princ.ff. eod.l.in bonæ.C.eod.Schurff.cons.45.in fi.cent.2.* atque adeò necessariũ: quod in causa matrimoniali, quãuis criminali comparetur, *Ias.in rep.l.admonendi. nu. 277.de iureiur.* (cum in ea de statu & libertate personæ sit quæstio, *gl.in c. mulieri. ad verb. absoluto.de iureiur.* vt hinc delationi locus non dandus videri possit, *gl. in d.c.mulier. Ias.in d.l.admonendi.vide cons.mat.82.per totum.po.75.249.& passim.Schurff.d. cons.47.quod in præsenti. in fi.cent.2.*)

D interdũ, hoc est, cum plus quàm semiplenè probatum est, pro matrimonio, non contra illud, est deferendum. *Ias.in l.3.in prin. nu.25. & 26. de iureiur.vide cons.mat.34. n.5. cons.72.nu. 29.34. cons. 35.nu.31.cons.56.nu.3;cons.75.num.41.cons.82.num.1. cons.83.nu.4.& passim.Panorm.in d.c.mulieri.39. de iureiuran.* Nonnunquam etiã iusiurandum purgationis, *c.attestationes.10. de despons.impub.* cum infirmior est probatio, testésque inducti minus idonei, vt parentes, *c.super. 22.de testib. vide cons.*

E *mat.vol.1.* propinqui, *cons.mat.86.& cons.59.n.35. nu.93.vol.1. Alex.cons.64.nu.15.vol.5.* domestici, *cons.mat.57.n.3.* proxenetæ. *vid.j.de proxenet.* &c. quos maximè existimauerim admitti pro matrimonio, *vide Panor.& Dd.præall.loc.c.super. 22. de testib.c. videtur.qui mat.accus.* & regulam suprà traditam de testibus omni exceptione maioribus, accipiendam, cum contra matrimonium producuntur, ad probandum impedimentum dirimensum. *De tali casu loquitur.c.1.de consang. c.super. de*

F *testibus, cum simil. quæ pro illa regula* [illegible] *vide etiam tract.de proxenet.* &c.

¶ Fines coniugij varij sunt. I. Vt propagetur 6
ad posteritatem Deo Ecclesia: quo sensu propheta ait, filios & filias Deo generari. *Ezech.16.20. & cap.23.37.* Et Plato lib.6. de Leg. ideo præcipit operam coniugio dandam, vt alios Deo pro nobis cultores relinquamus. II. Vt suscipiantur liberi, reip.& generis humani propagandi causa, *l.liberorum. 220. de verb. sign.l.1.l.si cum dotem. 22. §. si maritus.verb.procreandæ sobolis.sol. matr. l. fin. C. de ind. vid.tollen.* sicuti in prima coniugij

G institutione ordinatum est; Crescite & multiplicamini, *Gen.2.Tob.8.* Et in legibus nostris *l.1.§.si ea.vbi*

ea. vbi Bart. de vent.in possess.mitten. dicitur, liberos Reipubl. magis quam parentibus nasci. III. Vt vitentur stupra & adulteria, 1. *Cor.7. Propter fornicationem, &c.* IIII. Vt gignendis alendísque liberis vicem mutuam reddamus. *1.Timot.5. Discant domum educare, & vicem rependere parentibus.* parentibus, quibus alioqui par gratia reponi nequit. Natura enim quemadmodum nascendi, ita & gignendi legem præscripsit: parẽtésque alendo, nepotum enutriendorum debito nos alligarunt. *Valer.Max.lib.2.cap.4.* V. Vt homo omnium studiorum ac laborum sociam habeat, quę vitæ ærũnas leniat, & laboranti opẽ præstet, iuxta dictum: Non est bonum homini esse solum: faciamus ei adiutorium, quod sit coram eo. VI. Vt sit testimonio, Deum coniugij authorẽ, mẽtem esse castam, amantem puræ societatis, & vagarum libidinum inimicã schola atque officina multarum pulcherrimarum virtutum, inuocationis, fidei, charitatis, patientiæ, &c. Postremò, vt sit imago & typus fœderis sancti, perpetui, spiritualis, inter Christum & Ecclesiam. *Ephes.5.* Quod ad effectum attinet, per matrimoniũ inducitur perpetua vitæ consuetudo, consortium diuini & humani iuris, *l.1.hoc tit.Inst.de patr.pot.in prin. Land.lib.1.art.31. gl.art.45. lib.1.* (quanquam alter pro altero conueniri propterea nequeat: *tot.tit.C.ne vxor. pro marit.*) maritus efficitur rerũ dotalium dominus. *l.dote. C. de rei vend.l. in reb. C.de iur.dot.* vxórque in eius potestatem etsi non transit iure ciuili, *l.1.cum ll.seqq. de lib. exhib. l.2. §.quod si.l.quoties.solu. matr. l. 1.§.1. de lib.ag.l.1.§. vlt.l.eum qui.§.nupta. de iniur.l.si vxorem.vbi gl.& Dd.C. de cond. inser.* tamen iure diuino, *Num.30.* canonico, *Bal.in c.1.an marit.succed.vxor.in vsibus feud.Alb.in l.si vxorem.C.de cons.inser.Tiraq.in ll. connub. in prin.nu.21.* consuetudinario, *Tiraq. in ll.connub. in prin.* & Saxonico, *Fach.diff.6. & 7. per art.31.& 45.vbi gl.lib.1.* in eius est quasi potestate & cura. Lucratur item maritus fructus dotales, & quicquid constante matrimonio acquiritur; *Bal.in l.2.nu.3.& 4.C.ne vxor pro mar.gloss.* Landt. *art.45.lib.1. Mynsing.obser.26 cent.1.* sicut & eius industria quæsitum præsumitur: *Bald.d.l. 2.C.ne vx.pro mar. Alcia.tract.præsump.reg.3.præsump.26.* quanquam de eo, quo ad ius Sax. dubitari potest, cum isto omnia sint cõiugum cõmunia, eoque cõmunia quoque lucra videri debeant: *art.31.lib.1.* quod sanè nunquam mihi plãcuit, quoniam & iure communi eadem est inter coniuges societas; *l.1.hoc tit. l.si cum dotem.11.§.si maritus. 7.solut. matr.* neque tamen minus omnia constante matrimonio quęsita, mariti lucro pro oneribus coniugij quæ marito incumbunt, *l.pro oneribus.20.C.de iure dot.* cedere debent: maximè cum ei operas debeat mulier; *Vide Tiraq.in prin. de legib. connub.* eoque vel huius quoque operis comparatum illi acquirere oporteat. *§.pen. Inst. per quas person.nobis acquir.* Est etiam vir ex euẽtu coniugij legitimus defensor vxoris. *l.1.§.fin.l.2.de iniur.§.patitur.Inst.eod.tit.* tum bonorum eius administrator. *vide gl.& Dd.in l.maritus.21.C.de* [illegible]

A *procurat.gl.lat.Land.lib.1.art.31. & 45.* Cõtra vxor sit particeps domicilij & fori, *l.exigere. 65. de iudic.l.cum quædam.19.de iurisd.* dignatatis & familiæ maritalis. *l.mulieres.13. C.de dig.lib.12. l.fœminæ.8. cum seqq. de senat.l.fina.C.de nupt.* quæ iura etiam viduis Iure ciuili *l.filij.22. §.vidua ad municipal.l.fina.C.de priuileg.scholar.lib.12.* (quamuis non consuetudine Saxonica *Landtr. lib. 3. artic. 45.Fachs.diff.67.*) perdurãt. Item acquirit singulare dominium in donatione propter nuptias,

B *Bald.in Auth. siue.C.ad S.C.Vell.* & vniuersalem hypothecam in omnibus mariti bonis: *l.assiduis. qui pot.in pigno.* & secundum nouellam constitutionẽ, ac statuta plerorumque locorũ præter alimenta, *l.si cum dotem. 22. §.si autem.solut.matr.Dd. post gl. in l.si ab hostibus.11. §.fina.eod tit.* & defensionem. *§.patitur.Instit. de iniur.l.1. §.fina. cum ll. seqq.eod.tit.* quæ illi à marito debentur; certam quoque bonorum maritaliũ, ab eius morte (vt & ediuersò maritus) portionem lucratur: *Bar.Bal.*

C *& Dd.in l.1.& Auth. præterea.C.vnde vir & vx. Salic. in l.cum in te.C.de do.ant.nupt.Panor.in c. ex public.de conuer.coniug.gl.nu.4. Land. lib. 1. art.31.* quæ omnia persequi, nostri non est iã instituti.

¶ Affinia aliquo modo sunt nuptiis ea coniu- 7
gia, quæ dicuntur in iure vulgaria, *l.si vxor.13.de adult.* [illegible] *.11. de stat.hominum.* item [illegible]

D [illegible]

¶ Contraria matrimonio sunt quamplurima, 8
quæ vel impedimentũ [illegible] vel contractum dissoluunt. in quibus præcipuè dissensus. Cum enim consensu nuptiæ contrahantur *l.nuptias.de reg.iur.* sequitur ex natura contrariorum nihil tam cõtrarium esse nuptiis quã dissensum: & absque cõuentione nuptias constitui & constare non posse. Eam autem multa impediunt, vt dissensus apertus, error, metus, dolus,

E ebrietas, furor. Nam principiò quando de dissensu liquidò constat, coniugium contrahi nequit, neque in apertis est locus coniecturis, *l.continuus 137.§.cum ita de verb.oblig.* quæ alias sumi possunt pro matrimonio, *l.in libera.24. hoc t.l.si vicinis.9.C.de nup.* quasi tacẽtes videãtur in illud consensisse, cõtrahentes [illegible] *de sponsal.* quàm ipsorum parentes [illegible] *C.de nupt.* Si igitur alteruter contrahen-

F tium dissensum declaret & protestetur, non potest coniugium nec inuitis liberis obtrudere parentes, *c.1. de despon. imp. vbi gl. l.non cogitur.21. hoc t.l.nec filium. C.eo.l.filiofam. de sponsal.* [illegible] Magistratus. [illegible] *copulandi.8.C.de nupt.* [illegible] displicentes nuptias debent. De parentum dissensu maior est dubitatio præsertim patris, & eorum qui materna linea attingunt. Cum enim non sint in horum potestate liberi, non videtur eorum voluntas ad substan-

G tiam esse necessaria, *l.2. de rit.nup. in prin. Instit. de nupt. in verb. quorum sunt in potestate. l. 1. C.de*

vnpt. vt nec curatorũ *l. in copulandis.* 8. *C. de nupt.* De tutorum ſuffragatione, iure ciuili non quæritur: cùm qui ſunt in tutela, videlicet impuberes, contrahere nuptias legibus prohibeantur. Iure porrò canonum, quod maximè in his ſpiritualibus ſequimur, *vide in cap.* 1. *& 2. de operis nou. nunc. ca. fin. de tranſact. Iaſ. & Dd. in l. admonendi. de iureiur.* Caſt. *in Auth. at qui ſemel.* C. *de prob.* quoniã impuberes, in quibus malitia (vt loquuntur) ſeu potius vigor naturæ, ſupplet ætatẽ, *c. de illis. 9. cap. fina. de deſponſa. impub.* rectè coniugantur: *cap. 2. c. de illis. 9. c. fina. de deſpon. imp.* ideo hodie de tutorum etiam conſenſu quæſtio incidere poteſt. Quare tota res diſtinctione eſt explicanda; Pater igitur, ſeu auus, cuius eſt contrahens in poteſtate, initiò poteſt impedire ſuo diſſenſu, ne coeant nuptiæ: *vide Kling. in tract. matr. de conſen. paren. per not. in §. ſi aduerſus. Inſtit. de nupt.* contractas diſſoluere iure ciuili poteſt, ante copulam: poſt, non item: *Paul. lib. Sent. 2. cap. 20. l. patre. in fin. de his qui ſunt ſui iur. l. 1. in fin. cum ll. ſeqq. de lib. exhib.* etiamſi nuptiæ, quandiu pater diſſentit, iniuſtæ remaneant, quod ad iura ciuilia, puta ciuitatis & familiæ: *l. Paulus. 11. de ſtat. hom.* Iure verò Pontificio indiſtinctè tenet coniugium, nec licet patri illud reſcindere. *c. peu. de rapt. c. ſufficiat. 27. quæſt. 1.* [redacted]. De tutorũ ſuffragio magis dubitari poteſt. Etſi enim in horum poteſtate propriè non ſint impuberes, vtpote cura ſui iuris hominibus tutores dentur: *in*

A *prin. Inſt. de patr. poteſt.* tamen in quaſi poteſtate exiſtunt, quãdo tutor perſonæ magis detur, quã bonis. *d. l. in copulandis.* Quare vt patris, ita etiam tutoris conſenſus, iure Ciuili videtur fuiſſe neceſſarius in ſponſalibus. *l. 1. C. de nupt.* Bald. *& melius Salic. in d. l. in copulandis. C. eod. tit.* Nam nuptias ij quibus tutores præſunt, id eſt, impuberes contrahere nequeunt: vt nequicquam hic de tutoris conſenſu diſputetur. Cæterùm hodie, cũ ſublatum ſit propemodum omne tutelæ & cura-
B tionis diſcrimen, & tutores iidem maneant qui curatores, ſcilicet ad adultã vſque minorũ ætatem: ideo idem in his quod in curatorũ approbatione, videtur nunc eſſe ſeruandũ. *de quo Mauſerus ad Rubr. C. de nupt.* Quod ad Errorem attinet, error in perſona, coniugium & impedit & retractat: puta ſi Titiæ pro Sempronia fides ſit data. *c. 1. 29. q. 1. c. tua. 26. de ſponſ.* Idem olim fuit in errore conditionis: vt ſi quis liberam putãs, ancillam duxiſſet: *c. 2. de coniug. ſeru.* cùm quia iure Ciuili non poterat eſſe cum ſerua connubium:
C *l. 3. C. de inceſt. nupt.* tum, quòd ex illa iuſti liberi (quorũ ſpe atque amore coniugia ineuntur, *l. liberorum. 220. de verb. ſig. l. fin. C. de ind. vid. C. l. ſi cũ dotem. 22. §. ſi maritus. ff. ſolu. mat. l. 1. §. ſi ea. de vent. in poſſ. mitt.* vt ſuprà dictũ eſt) ſuſcipi nequibant, vtpote cũ ex ſeruo vẽtre etiam ſerui homines, quamuis libero patre geniti, naſcantur. *l. partũ. 7. l. doce. 9 C. de rei vend. vid. Inſt. & ff. de ſtat. hominũ.* Errorem autem Qualitatis, puta ſi quis ignobilem pro nobili, pauperem pro diuite, errans
D ducat, non vitiare coniugium, deciſum eſt: *d. c. 1. 29. q. 1. Dd. in c. quemadmodum de iureiur.* & rectè quidem. Cum enim hæc facilè ſciri poſſint, nec pertineant ad ſubſtantiam matrimonij neq; ſit eius cauſa finalis, ſed magis impulſiua (nõ enim ob dotem aut nobilitatem contrahuntur præcipuè matrimonia: id. ó; hæc abſque illis adminiculis rectè conſiſtunt, *l. fin. C. de don. ant. nupt.*) ideo imputare ſibi debet, qui contraxit cum ea, cuius conditionem exactius explorare debuit. *l.*
E *qui cum alio. 19. de reg. iur.* Ac nota eſt regula; Deficiente quamuis cauſa impulſiua, non tamẽ deficere, neque ad nihilu redigi actum ſeu contractũ. *l. in gl. 1. verb. cauſam. de poſtul. latè Tiraq. in trac. reg. Ceſſante cauſa, &c.* Ex quo & illud in diſquiſitionẽ ſæpe venit: an qui compreſſam ab alio & vitiatam ducit, vel cũ corrupta ignorans ſponſalia de præſenti contrahit, poſtmodum re comperta ſtare promiſſis cogatur, & ad conſummãdum matrimoniũ deinceps vrgeri inuitus poſ-
F ſit. Equidem canon *c. 1. 29. q. 1. in fine. c. quemadmodum. de iureiu. vbi* Dd. *Hoſt. de matr. n. 26.* pronũciat eiuſmodi errorem matrimoniũ non vitiare: ne ſcilicet occulta delicta denudentur, & quieta coniugia diſtrahantur: *l. conſt. inte. 26. ff. de adulter.* & ſæpe innocentibus perſonis, à leuibus ſatiatiſq; maritis, periculũ fictio eiuſmodi crimine creetur: id quod Curiæ quoque noſtræ ſæpius
G in pronunciando ſequuntur. [redacted]

[redacted] Præterea iure Ciuili, etſi emptio mulieris corruptæ, cum putatur eſſe virgo, ſtricto iure nihilominus valet: *l. alioquin. 11. de contra. empt.* tamen ob iuſtiſſimum errorem agi poteſt ad reſoluendam emptionẽ, vt precio reſtituto, mulier velut inempta reddatur. *l. ex empto. 11. §. ſi quis virginem. de act. emp.* [redacted] Quid quòd deficiente aliqua conditione matrimonij generaliter ſubintellecta, deficit coniugij promiſſio? *c. quemadmodum. vbi gl. ad verb. conditio. & Panor. nu. 10. de iureiur.* Subintelligi autẽ & illa conditio meritò iudicatur, Si res in illo duret ſtatu, quo nũc exiſtet. *d. c. quemadmodum. vbi gloſſ. & Dd.* Quòd ſi porrò vlla in iure conditio, in promiſſione fidei coniugalis eſt ſubintelligenda: rectè hanc virginitatis conditionem antè capi, & huius reſpectu atque intuitu fidẽ caſti cõiugij dari, omnes ſanæ mentis iudicare debent. *c. cane. 28. q. 1. c. fœminæ. 30. queſt. 5.* Quid, quòd etiam dolus, quo alterutri parti imponitur, non modò contractus bonæ fidei annihilat, *l. & eleganter. vbi Bart. de dol. mal.* ſed etiam matrimonia? *c. tua. 26. in fin. de ſponſ.* Eſt autẽ manifeſtus dolus improbæ mulieris, quæ ſciens ſe ab altero corruptam, adiungere tamen ſe pro virgine ignoranti ſpõſo non veretur. Quid, quòd ſæpe triſtes conſequantur exitus, vbi maritus cum polluta, quam peius cane & angue oderit, viuere & cohabitare cogitur? [redacted] tamẽ in caſu dubio, quo ad eius fieri poteſt, pro matrimonio videtur pronunciandum. *c. fin. de re iudic.* Nec enim modò id lex ſuadet, *d. c. 1. 29. q. 1.* & præſcripſit iam confirmata multis ſeculis conſuetudo: ſed etiam ratio, non vna nec inerudita permittit. Nam primùm, cum ex hac cauſa amiſſi pudoris, ſponſum repudiare ſponſa non poſſit: cur nõ idem in vxore iuris admittat maritus, quod in ſe putabit æquum? *tot. tit. quod quiſq. iur.* Deinde non minores ſunt labes animi vitiati, quàm corporis: atqui maritus, ſi malè frugi coniugem hæreticam, infidelem, atheam, perditè prodigam, aliáue animi morbo quem ignorabat, laborantem comperiat, repudiare tamen eam idcirco non poteſt: *l. vltim. vbi gloß. ad verb. abolito. C. de repud. cum ibi allegat. c. 2. de diuort.* quare nec ob hoc corporis vitium, vt diuortium fiat, eſt admittendum. Et cum D. Paulus

A *1. Corinth. 7.* iubeat, his caſibus manere coniugium, donec infidelis diſcedat: facilè poteſt intelligi, quid ſequendum præſcribat. Quid, quòd ipſi Theologi reijciant hanc conditionem; Duco te, ſi inuenero virginem: tanquam turpem & illicitam, & ea reiecta pro matrimonio pronuncient? [redacted] Igitur ſi ne quidem expreſſa, diſertíſque verbis adiecta hæc conditio, matrimonium efficit conditionale: multò minus tacitè
B ſubintellecta, id perficere queat. Abſurdiſſimum enim eſſet, Tacita præualere, plúſque operari expreſſis. *l. 3. vbi Dd. ſi cert. petatur.* Præterea cum contractus, ex errore conditionis vel qualitatis perſonæ, qua cum contrahitur, non reſcindantur: quoniam qui cum alio contrahit, vel ſcit, vel (quod perinde eſt, *l. quod te. 5. ſi cert. petat. l. magnam. C. de cont. ſtipula.*) ſcire debet conditionem eius: *l. qui cum alio. 19. de reg. iur.* certè idem in matrimonio multò magis di-
C cendum eſt: ſibíque imputare potius debet, qui non diligentius antè ſibi cauit atq; proſpexit, quam vt malis exẽplis cõiugia rectè cõſummata retractentur: maximè cũ per copulam omnes conditiones coniugiorum purificentur, *c. ſuper eo. de eo qui con. vx. ſuæ. gloſſ. in c. veniens ad nos. de ſponſ.* & his valere iuſſis, purè contraxiſſe conuenientes intelligantur. Nam etſi promiſſio coniugij ſub conditione fieri poteſt, non tamen copula: quæ vt ſit ab omni ſtupro & criminis ſu-
D ſpicione libera, omnino puris animis, & coniugij volũtate ineatur, neceſſe eſt: vt ne in poſterum retractari, néue copula non pro coniugio, ſed pro ſtupro, aut illicita conſuetudine haberi poſſit. Quare etiamſi ſubtilis aliqua ratio in cõtrariũ eſſet: tamen tutius eſt, contractas nuptias ob eiuſmodi caſum non reſcindi: quemadmodum in ſpecie ſimili dicitur: Magiſtratum aut honorem, errore & ignorantia conditionis illi delatum qui Magiſtratum gerere non poſſit, vt
E ſeruos: tamen ob bonum publicum, & ex humanitate ratum eſſe ac valere, nec Errorem in conditione gerentis, id quod actũ eſt, vitiare. *l. 3. ff. de off. prætor. vbi Dd.* Quod enim bene geſtum eſt, vt ibi ait Accurſ. nõ debet ex alio euentu retractari, *gloſſ. in d. l. 3. in verb. reprobari. per l. ſancimus. C. de ad. tut. cum alijs ibi alleg.* Adde his, quòd Vlpian. *l. ſi vxor. 13. §. fin. ff. de adulter.* ait, ſtupri accuſari eam mulierem non poſſe, quæ poſt illud ducta eſt: Serò enim, inquit, accuſat mores mu-
F lieris, quos ducendo probauerit. Cum autẽ non diſtinguat iter ignorantem & ſcientem, ſed loquatur generaliter: nec nos diſtinctionem facere debemus. *l. de precio. de Public. in rem act.* Nam quod ad legem Moſi attinet, fuit ea ſeueritas etiam apud Ethnicos vſitata: neque tamen inde firmum ad pias conſcientias duci argumentum poteſt. Quanquam enim morte lex puniri corruptam voluit, non tamen conſequitur, vbi mors non imponitur, ex eo delicto diuortium
G eſſe concedendum: ſic enim homicidia, & alia delicta plurima, morte, lex mulctat: quo ſuppli-

cio solui coniugium necesse est: neque tamē inde sequitur, vbi aut à lege, aut Principe, aut cōsuetudine, ob circumstantias pœna mitigatur, propterea diuortium concedendum esse. §. *deportatio. in Auth. de nupt. l. sed si. 5. de bon. dam.* Sed nec exemplum Ioseph, præiudicium ad hāc cau- [redacted] nō enim exemplis; sed legibus est iudicandum: *l. nemo. 13.* [redacted] nec de facto, sed de iure quæritur: quanquam ibi nullum factum propositum est, sed tantùm cogitatio viri pij & iusti, quæ ad nullum actum processit: & deniq; illo tēpore valuit etiā lex, & stetit πολιτεία Mosi, vt eius iure rectè vti, & quādam illi ἐπιείκειαν adhibere moderatus homo potuerit. Quod autem de emptione corruptæ mulieris, quæ pro virgine venundatur, dictum est, id magis pro hac sententia quàm cōtra eam facit. Cōstat enim hūc errorē non impedire, quo minus cōtractus valeat: nec redhibitioni propterea locū esse, *d. l. ex empto. 11. § si quis virginem. de act. empt.* cum huic nullum vitia locum faciant, nisi quæ rei vsum impediant. *ad tit. de ædil. edict.* Etsi verò propter illum errorem in venditionibus datur actio ad pactionē rescindendam: non tamen sequitur in matrimoniis idem admitti, cum horum eadem quæ libertatis, *l. liberos. C. de li. caus. tot. tit. C. si ad liber.* iurisiurandi, ac reliquarum rerum spiritualiū sit conditio: scilicet vt postquam semel perfecta sunt, & ipso iure valent, non possint per redhibitionem aut restitutiones, *Auth. sacramenta. C. si ad. vend. vide Spec. tit. de rest. in integ.* aut alio prætextu rescindi: *c. quanto. 7. de diuort.* sed maneat in his immota regula: Quod Deus coniunxit, homo ne separet. Iam quod de conditionibus intellectis dicitur, futurum tempus, non præteritum respicit. Conditio enim hæc subintelligitur, Si maneat in futurum persona qualis nunc est: *d. c. quemadmodum de iureiur.* non etiam illa, si sit aut fuit talis, qualis esse putatur. *d. c. quemadmodum.* hæc enim potius præsumptio quædā est, quàm conditio, & propositum in mēte retentū, quod nullum parit effectum. *l si repetendi. 6. C. de condict. ob caus. dat. l. si maiores. 25. C. de transact.* Nec verum est, hanc esse causam finalem cōiugij: alij enim sunt huius fines, vt paulò antè est expositum: sed potius quædam est προκαταρκτική & impulsiua, in qua etsi sit error, tamen non debet vitiari matrimonium: cum ex errore eiuscemodi causæ, ne legatum quidem minuatur. *vid. J. de condit. & demonstrat. gloss. in l. 1. verb. causam. de postuland.* Iam quod de Dolo dictū est, primùm hìc non subest dolus qui det causam contractui, sed est tantùm incidens: quod genus non vitiat. *Dd. in d. l. eleganter. de dol. mal. & in l. si dolo. 5. vbi gloss C. de resc. in. vend.* Deinde in Spiritualibus, puta matrimoniis, & cōsimilibus, Dolus non annihilat conuentionem: *gloss. in c. tua. 26. ext. eod. per illum text. & c. ex literis. 7. ext. eod. c. quod interrogasti. 7. distinct. 27. c. sicut. 30. quæst. 1.* nisi cum res nec substantiam, hoc est, consensum personarum contrahentium, nec formam

[redacted] Multa enim eiusmodi coniugia & coaluerunt feliciter, & diuina benedictione, quæ fauet charitati, delicta operienti tegentiq;, fuerunt sæpius cumulata. Ex quibus intelligi potest, nihil admodum firmi, in quo pia mens acquiescere possit, contra canonum sententiam adduci: & in dubio [redacted] quæ fauet [redacted] *nem doctr. Dd. in l. 1. solut.* [redacted] vt quisque in animum inducat, à Deo coniugium ordinari: eóque illud secundari sibi, ardētibus votis postulet: ac eidem fideli patri & domino, euentus qualescunque sint cōmendet: qui quidem si non omnes ad voluntatem fluant, patienter quod a Deo impositum est, in hoc ærumnoso & breui vitæ curriculo perpetiendum ferendúmque sciat.

Dictum hactenus est de errore & dolo: nunc reliqua quæ consensui sunt cōtraria, persequamur, in quibus est & Furor, qui & impedit, & distrahit matrimonium; *c. dilectus. 24. de sponsal.* quando scilicet in ipso contractu interuenit, nō etiam si præcesserit coniugium per dilucida interualla contractum, *c. dilectus. vbi gloss. Panor. & Cano. de sponsal.* aut subsequatur. *l. furor. 8. de sponsal. l. oratione. 16. §. fin. hoc tit.* nam sicut superueniens calamitas vel pœna non soluit matrimonium, *l. sed si. 5. de bon. damn. §. deportatio. in Auth. de nupt.* ita nec furor. *l. patre. de his qui sunt sui iur. vid. tamen. distin. l. iusto. 44. §. enim. 6. de v-* [redacted]. Est autem species furoris, Ebrietas: cum scilicet tanta est, vt totam mentis rationem, & iudicandi facultatem omnem sepeliat atque adimat. In hac enim cum nullus sit consensus, dicendum est, fidem in eiusmodi vinolentia datam, non obligare. *c. vnusquisque. 22. qu. 4. c. sanè. 15. q. 1. gloss. Bald. Sal. in l. dolum. C. de dol. & Dec. consil. 112. in præsenti. Tiraq. latè in tract. de pœn. cau. 6. num. 8.* Eadem est ratio Violentiæ, seu iusti metus illati. Nam quamuis aliàs per vim metúmve gesta, stricto iure valent: *l. si mulier. 21. §. pen. de eo quod met. caus. l. 1. C. de resc. vend. l. interpositas. 13. vbi Ias. in 1. notab. C. de transact.* tamen quia matrimonia debent esse liberrima, *l. vlt. in fin. C. de sponsal. l. Titia. 134. in princ. de verb. oblig. l. Titio. 71. §. 1. de condit. & dem. c. requisiuit. 17. c. gemma. 19. de spons.* ideo coacta per vim metúmve, iudicantur ipso esse iure nulla. *c. dilectus. de his quæ vi metúsve caus. c.*

caus. c. de muliere. 6. c. veniens. 13. c. cum locum. 14. de spons. glos. in l. si mulier. 21. §. si dos. ad verb. vllam esse. ff. de eo. quod met. causa. vide [redacted] nisi consensus postea à metu perpurgetur, *c. ad id. 21. c. veniens. 15. de spons. c. de illis. 9. de despons. imp.* Metum autem etiam per vnum testem in matrimonialibus probari volunt: *Bal. in l. obseruare. §. profecisti. 13. quæst. de off. proconsul. & legat.* quem etsi regulariter ita definimus, vt sit eiusmodi qui in constantem virum cadat: *c. de muliere. 6. c. veniens. 15. c. consultationi. 28. de spons.* tamen non tantum in muliere, quantum in viro requirimus: sed sufficit metus, qui in constantem mulierem cadere possit, *Dd. in l. interpositas. 13. vbi Ias. nu. 4. C. de transact. Dec. in l. in omnib. 39. nu. 3. de regul. iur. gl. in c. cum locum. 14. ad verb. metus. ext. de sponsa. Dd. in c. veniens. c. consulta. eo. tit. Roman. singul. 229. Boer. decis. 100. præsuppono. nu 2. Cels. Hug. cons. 117. nu. 2.* etiam reuerentialis. *c. ex literis. 11. de sponsa: imp. c. accedens. 17. de conuers. coniug.* [redacted]

DE IVRE DOTIVM.

Tit. III. C. 5. 12. 11.

1 *Continuatio: & dotes nuptias sequi, & sine his non esse.*
2 *Quid sit dos, & vnde dicta: quæ eius species.*
3 *Causa: à quibus rectè detur, & in qua materia.*
4 *Forma: quomodo constituatur, & an nudo pacto.*
5 *An sine certa quantitate constitui possit.*
6 *Finis & effectus: & quæ actio detur.*
7 *Maritum dominum esse dotis, constante matrimonio.*
8 *Sed eo soluto ad restitutionem compelli.*
9 *Differentia inter res æstimatas, & non æstimatas.*
10 *Casus, quo constante matrimonio dos exigi potest.*
11 *Affinia: & de reliquis mulierum bonis.*

1 MAtrimonij † causam [redacted]
tium, quæ ad sustinenda [redacted]
dari maritis solent [redacted]
[redacted]
tit. Etsi enim [redacted]
[redacted]
men constat, donis [redacted]
coniunctã, vt nulla dos sine [redacted]
[redacted]
2 ro ita dotem definit: Dos est [redacted]
rum causa data. & Acron [redacted] Dos,
est donum puellarum [redacted]
logiam verbi indicare videtur [redacted]
est, dotem à dando sicut [redacted]
Bart. in Rub. sol. mat. nu. 21. paulò aliter, reprobata
Azonis definitione: Dos, inquit [redacted]
vniuersale, in se continens [redacted]
vel eius nomine traditur marito [redacted]
ad onera matrimonij [redacted]
trac. dot. part. 2. per tot. [redacted]
minat & impugnat. Vlpian [redacted]
fin. de minor. simpliciter [redacted]
trimonium appellat [redacted]
coniugio soluto: nam eo durante [redacted] est
quam mulieris. *l. in reb.* 30. *C.* [redacted]
quæ marito vxoris nomine [redacted]
lib. 5. *cap.* 4. Quanquam & [redacted]
huius euentus rectè perhibeatur [redacted]
mulieris. *l. in rebus* 30. [redacted] Quauis enim
sit in bonis viri, *l. quamuis* 75. [redacted]
21. §. *idem respondi. ad municip.* [redacted]
rum *d. l. quamuis*, tamen illud minus [redacted]
in dominio *l. 3. & tot. tit. de bon. poss.* [redacted]
tit. & nihilominus manet in iure [redacted]
mulieris, seu in iure actionis, quam soluto matri-
monio repetere potest. [redacted]
nus rem habere etiamnum videatur [redacted]
nem ad repetendum habeat. *l. id apud se.* 143. *de verb. signif.* Dos autẽ diuiditur in Veram, de qua propriè hoc nomen accipitur: *l. fin. vbi Bald.* C. *de fals. caus. ad.* & in Putatiuam, quæ putatur esse dos, cum reuera non sit; quando scilicet non valet matrimoniũ (sine quo dotem esse nõ posse, iã antè dictum est) cuius causa dos data est. *gloss. in l. dotale.* 13. *ad verb. præstabatur. de fund. dot. l. si. de cond. causa dat. l. si cum dotem.* 23. §. *fin. ff. solut. matrim.* Hæc tamen prærogatiuas & priuilegia eadẽ habet, quæ dos vera. *d. l. si cũ dotem.* §. *fin. l.* 2. *in fin. de priuil. cred.* Dicitur & variè dos, Promissa, *t. t. C. de dot. pro.* Cauta, Numerata, *tot. tit. C. de dot. caut. non num.* Data, *passim in tit. solut. matr.* Dicta, *Vlpian. ti.* 6. *vbi Cuiac.* Confessata, *l.* 1. *vbi Bar.* C. *de dot. caut. l. pen.* §. *si vir. vbi Bar. ff. solut. matr. Bal. & Dd. in l. assiduis. C. qui potior. in pignor.* Relegata, *tot. tit. de dote releg.* & (vt post dicemus) quædã Profectitia, *l.* 5. *hoc t.* quædam Aduentitia. *l.* 3. *h. t.* Subtilius etiam quidam *Bald. in l.* 1. *solut. matr. & in tract. dot. parte* 3 *nu.* 6 *&* 12. dotem in Naturalem & Ciuilem diuidunt: quæ hîc persequi nõ est nostri instituti. Origo dotis est ex Iure gentium: *l. eas.* 6. *de cap. dimin. Bar. in Rub. sol. mat. nu.* 24. *vbi Dd. Bal. Nouell. de dote. part.* 3. *& constitui-*

tur solo consensu, *l. ad exactionem. l.* 1. *vbi Bald. C. de dot. pro. Bald. in tract. de dot. parte* 3. causa con- [redacted] ad onera scilicet huius toleranda. *l. pro oneribus. C. eod.* [redacted]

¶ Perinde autem est, siue mulier dotem det, 3
siue quis alius eius nomine: vt pater, cuius officium est (non etiam matris. *l. neque.* 14. *C. eod.* fratrum, *vid. gl. in l.* 1. *C. de alend. lib. Bart. in l. si quis à liberis.* 5. §. *vtrum. de agnosc. lib. Schurff. consil.* 8. *num.* 2. *& consi.* 24. *cent.* 1. aut propinquorum) dotare filiam, *l. qui liberos.* 19. *s. tit.* 1. quæ dos Profectitia appellatur: *l. profectitia.* 5. *isto tit. l. auia.* 6. *C. eod.* aut etiam extraneus; *d. l. auia.* 6. *l. vnic.* §. *extraneus. C. de rei vxor. act. l. final. C. eod.* à quo profecta dos, non Profectitia, sed Aduentitia dici potest. *l.* 3. *cum ll. seqq. hoc tit.* nam promittendo dotem, omnes cuiuscunque sexus aut conditionis, obligantur. *l. promittendo.* 42. *hoc t.* Quare nihil interest, à quo dos aut promittatur, aut detur. Nec illud etiam refert, quacunque in ma- [redacted] quæque res in dotem dẽ- [redacted]
[redacted] ideo Dotalia [redacted] Incorporalia; [redacted]
[redacted] Propriorias siue
[redacted]
[redacted] eod.: quanquam commodius [redacted]
tus accipere, ne earum periculum [redacted]
[redacted]
¶ [redacted] autem dos, aut Stipulatione, 4
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
¶ Nec refert [redacted] 5
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted] pro modo faculta-
[redacted] legitimæ & con-
grua alimentationis [redacted]
[redacted] *consil.* 357. [redacted]
[redacted]
[redacted] proque mariti di-
gnitate [redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
¶ Finis

6 ¶ Finis dotis est, & ideo dos datur, Vt subleuetur maritus in oneribus matrimonij perferẽdis, *d. l. pro oneribus.* 20. *C. eod.* & apud illum maneat coniugij causa. *l. si pater.* 79. *hoc t. l. fin. C. de donat. ante nupt. l.* 3. *hoc t. l. fin. de cond. caus. dat. l. si donaturus.* 9. *cum ll. seqq. eod. t.* Effectus est, quod ex promissione dotis oriatur actio Bonæ fidei, *gloss. fin. in l. de diuisione.* 5. *vbi Bart. & Dd. ff. solut. matr. Ias. post. Fabr. in* §. *fuerat. nu.* 14. *Inst. de act.* annexũ habens ius tacitæ hypothecæ, *Ias. in d.* §. *fuerat num.* 31. *per tex. in l. vnic.* §. 1. *verb. ab vtraque parte. C. de rei vxor. act.* qua maritus dotem ab eo qui promisit, exigere potest: item quòd habeat eundem qui promisit, & eius bona, nomine Euictionis obligata, si fortè res in dotem datas euinci contingat. *Bar. & Dd. in l. vnic.* §. 1. *C. de rei vxo. act. latissimè Bal. in l.* 1. *post gl. C. de iur. dot. Ias. in* §. *fuerat. nu.* 32. *Inst. de act.* Amplius volunt quidam, etiam domo exigi à marito vxorem posse, si dos promissa non exoluatur: *Bar. in l. si donaturus. in prin. de cond. ob caus. Ias. in* §. *fuerat. nu.* 98. *Inst. de actio.* quod mihi neutiquam admittendum videtur: non enim matrimonium à Dote dependet, sed contrà: *l. fin. C. de donat. ante nupt.* neque propter conditionẽ dotis Non impletã, ius matrimonij posse imminui, anteà dictũ est. *ad tit. de ritu nupt.*

7 ¶ Porrò dotis iam constitutæ & traditæ, dominus iuris interpretatione fit maritus: propter vtilitatem, quo liberius & commodius vti frui ea possit *l. in rebus.* 30. *C. de iure dotium. l. doce ancillam.* 9. *C. de rei vend.* nam fructus eius lucratur, & arbitrio suo ea Vti frui potest: *l. pro oneribus. C. eod. l. dotis.* 7. *hoc t.* quod verum est, constante matrimonio. *l. Lucius.* 21. *ad municipalem.*

8 ¶ Nã eo soluto, dos quæ sine causa apud maritum aut eius hæredem est, repeti iure quidem nouo potest: *tot. tit. ff. solut. matr. vbi dixi. & in* §.
9 *fuerat. Instit. de actio.* qua † in parte refert, Aestimatæ res in dotem datæ sint, an non: nam inæstimatæ restituuntur, quatenus præstari per rerum naturãm possunt. Neque enim periculum, & interitus fortuitus maritum debitorem obligat, sed res domino & creditori perit. *l. pignus. C. de pig. act.* §. *cum autem. Institut. de emp. l. si ex legati causa.* 23. *de verb. oblig.*

10 ¶ At rerum Aestimatarum etiam quę interierunt, preciũ reddendum est; quia venditæ quodammodo videntur. *l. plerunque.* 11. *cum ll. seqq. hoc t. l. ex conuentione. C. de pactis.* Est etiã, quando constante matrimonio dos repeti potest: cum videlicet vergente ad inopiam marito, periculum est ne mulieri ad dotem soluto matrimonio petendam, inanis relinquatur actio. *l. vbi adhuc.* 29. *C. de iur. do.* Sed & prouentus earum rerum quæ nunquam renascuntur, vt fodinarum & metallorum non putantur cedere marito, sed doti: quanquam vsum & fructum horum prouentuũ, pecuniæq; quæ inde redigitur, habeat: à morte verò vxoris hæc vt mobilia, pleno iure maritus lucretur.

11 ¶ Affinia doti sunt, Donatio quam sponsus sponsę facit: *de hac vide in* §. *est & aliud.* 3. *Inst. de donat.* quæ impropriè donatio Propter nuptias dici potest: *in Auth. vt spons. larg. gloss. in Auth. eò decursum. C. de don. propter nup.* item Donatio propter nuptias, propriè sic dicta, quam Græci ἀντιφέρνην appellant: quæ etiam constante matrimonio fieri potest, *l. si constante.* 19. *l. cum multæ.* 20. *cum ll. seqq. C. de donat. ante nupt.* & potissimùm fit in securitatem dotis, ad inducendam inter coniuges æqualitatem: *tot. tit. in Authen. de æqual. dot. Bal. in Auth. dos data. nu.* 3. *C. de dona. propter nupt.* cuius dominium consequitur statim mulier iure singulari, hypothecã iure cõmuni: fructus tamen non lucratur, qui marito pro oneribus cedunt. *Bal. in Auth. siue. C. ad S. C. Velle. & in Auth. permissa. & Auth. dos data. C. de donat. ante nupt. vide gloss. Land. art.* 21. *lib.* 1. *Vueych. art.* 22. *gloss. art.* 76. *lib.* 3. *art.* 44. *lib.* 1. Distat igitur hæc donatio à donatione Ante nuptias. Nam hæc rem verè facit vxoris, ita vt constante matrimonio ea fruatur, siquidem suis vsibus illam retinuerit (aliàs enim est in vsu & fructu mariti, *l. si ego.* 10. *in fin. hoc tit.*) & eo dissoluto, repeti à muliere aut eius hæredibus donata nequeant. At donatio propter nuptias tantùm iuris fictione rem facit vxoris, non reipsa. nam neque fructus hinc lucratur mulier, neque proprietatem: sed soluto matrimonio, postquam sibi de dote satisfactum est, restituere debet quicquid hoc nomine datum est: vt potius hypotheca quædam sit, quàm vera donatio. *l. si cum Auth. seqq. C. de donat. ante nup. Nouell.* 61. *vt immob. ante nup. don. vide quæ dixi institut. de dona.* §. *penult.* Huius autem donationis species est & Dotalitium, *c. ex parte. de for. comp. c. plerunque. de dona. int. vir. & vxor.* pars bonorum mariti, assignata ex consuetudine vel conuentione mulieri, vt pro dote eam habeat obligatam, & post mortem lucretur (nisi se per adulterium aut iniustam separationem, aut turpitudinem vitæ, aliisque modis etiam post mortem mariti, illa fecerit indignam, *Bart. Bal. Sal. Ias. in l. fideicomm.* 27. *C. de fideic. Chas. in consuet. Burg. tit. de iur. mar.* §. 6. *ver. est douée. num.* 3. *per doctrin. Bald. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. gloss. in l. ab hostibus.* §. *si vir. vbi Cast. Ias. & communiter. Dd. ff. sol. mat. Aret. consil.* 130. *Franc. Curt. Iun. consil.* 6. *feud.*) aut proprietatem eorundem, aut vsumfructum: *vide Guid. Pap. decis.* 566. *Chass. cons. Burg. tit. de iure mar.* §. 4. *nu.* 6. *&* §. 6. *verb. est douée. num.* 1. 2. 3. *vide Feud. in c.* 1. §. *hoc quoque. de suc. feud.* §. *præterea. quibus mod. feud. amitta. gloss. Land. lib.* 1. *art.* 21. *Paul. de cit. in pact. iur. patr.* quanquã etiam casu quo tantùm vsumfructum ad vitam habet, ipsam dominij, nõ vsusfructus iure vti, plerique cõtendant: *vide latiss. Euerhard. cons.* 217. *præsupposito. per totum. per Auth. permissa. C. de donat. ante nupt. & Auth. donationem. vbi gl. Cyn. & alij. C. de iur. dot. Bar. in l. libertis. de alimen. legat. Ias. in l. cum hi.* §. *si vni. de transact. vide Zob. qui habet pro vsufructu, lib.* 1. *art.* 21. Affinia etiam doti sunt bona mulieris Parapherna, hoc est, extra causam dotis constituta, quæ proprium sunt mulieris peculium,

l.si ego.9. §.dotis.hoc t.l.fin.C.de donat. ante nupt.gl. A *in Rub.C.de pac.conuen.Ias.in §.fuerat.num.40.41. Inst.de actio.*tunc ipsi relinqui solitum,cum maritus tenuior est, quam vt pro omnibus mulieris bonis dotalitium ei constituere aut velit aut possit. Ea bona cùm marito traduntur vtenda fruēda, dici solent Paraphernæ:cum ab ipsa vxore possidentur & seruantur, proprium eius peculium.*d. l.si ego 9. §.dotis.Bar.in l.maritus.21. nu. 3.C.de procur.*Iure tamē Sax. hæc quoque sunt in B vsufructu mariti,quando hoc iure vxorem cum omnibus bonis in tutelam & potestatem quandam vir recipiat,*Land.lib.1.art.31.*& 45.nec quippiam habeant inter se coniuges non commune. *Land.lib.1.art.31.* Puto tamen & hoc iure dotem tantùm transire in bona mariti, *l. quamuis.75. l. Lucius.21. §.1.ad municip.*reliqua manere coniugis,sicut iure Ciuili, secundum quod statutū est interpretādum.*l.2.C.de noxal.act.* Vtilius autem est eius manere propria, quam alienari in maritum,cum satius sit Dominium habere & ius In C re,quam Actionem &ius ad rem.Itaque hæc bona, licet tradita marito,non fiunt dotalia,nisi fit hoc actum: etiamsi fructus eorum suos maritus faciat. Habet igitur mulier multiplex patrimonium:*vid.gl.Bart.Bal.& Dd.in l.maritus.21.C.de procur.* cui iure Sax. accedit Morgengabe, gerada siue supellex, & si qua sunt similia: *vide iur. Sax.lib.2. art.30.gloss.lib.1.art.31.& lib.3.art.71.& 75.* quæ aut ex donatione mariti habet, aut si sit nobilis,generali lege patria;vel etiam ignobilis, D vigore statuti particuliaris aliquādo ex eius bonis, post mortem capit.*art.20.21. cum seqq.lib.1.* Affinia etiam doti sunt legitima & alimenta: quorum in locum illa succedere putatur; maximè cum statuto vel pacto (vt fit inter nobiles) mulier accepta dote à successione parentum excluditur.*l.quoniam.29. C.de inoff.testam. Cast.in l. Titia.§. Titio.de cond.& demonstr.& cons.108.nu. 2.vol.2.Alex.cons.79.vol.5.Gem.Franc.& Dd.in c.2.de pact.in 6.Aemil.latè consil.1.nu.8.*

DE PACTIS DOTALIbus. Tit. IIII. C.5.14.

1 *Pacta dotalia seruanda.*
2 *Quæ pacta non valeant.*
3 *Æquvlitatem iure nouissimo requiri.*
4 *De forma & effectu.*

1 ET hæc † quidem ita se habent,nisi aliter Pactionibus fuerit conuentum:quę in hac materia valent, & seruandæ sunt: *l.in traditionibus. 49. cum ibi notat. de pactis.l.legem.C.eod.tit.l. 1.* C. 2 *de pact.conuent.l. pen.* C. *de dot. promiss.* dum† ne aut repugnent legibus, aut bonis moribus aut occasionem delictis præbeant, *l. 5. l. Pomponius.6.hoc t.l.hæreditas.5.C.de pactis.conuen.*aut indotatas reddant mulieres adhuc superstites, *l. 2. & 4.hoc t.*(nam vt post mortem earū dotē maritus lucretur, quod olim iuris communis erat, conuenire potest, *l.2.hoc t.*) vel conditionē dotis faciant deteriorem.*d.l.Pomponius.l.de die. 14. cū ll.seqq.hoc t.*Quin † & nouissimū ius in istiusmodi pactis æqualitatē requirit, vt dotis & donationis nuptialis pares vtrinq; sint cōditiones. *Auth.æqualitas.C.de pact.conuen.*

¶ Ad formam harum conuētionum non arbitror scriptura opus esse, *quamuis §.fin.vbi glo. fin. Ang.nu.3.& 4.Inst. de nupt.* dotalium sæpius instrumentorum fiat in iure mentio:*l.hæreditas. 5.C.de pact.conuen.l.1.& l.3.C.de dot.cau.l.pactum. 15.C.de pact.*cum hæc ad solennitatem neque in pactis,*l.pactum.17.C.eod.*neq; in dote,*l.fin.§.1.de pact.Salic.in auth. cò decursum.num. 1. C. de donat. ante nupt.* vel etiam matrimonio, *vide suprà de rit.nupt.gloss.& Ang. in d.§. fin. Institut. de nupt.* requirantur. Quinque tamen testium præsentiā esse necessariam,iudico,si(quod plerunq; fit) in his de futura successione mariti & cōiugis āgatur.*l.fin.in fin. C. de codicill. l.fin. C.de donat. caus. mort.*nam pacta eiusmodi de futura successione, sapiunt Ias.*in l.nemo. 55.nu. 22. de legat. 1.* donationem causa mortis, & vltimam voluntatem, *l.tale 40.§.vl.C.de pact.*præsertim si nō retractētur testamento,*l.fin.vbi Ias.nu.12. ff.de pact.fac.l. ab intestato 16. l. conficiuntur. 8. de iur. codicill.* In omni autem voluntate vltima, quinq; testium D præsentiam exigi,notissimum est:*l.fin.C.de cod. l.vlt.ff.de don.caus.mort.* atq; ita memini iudicatum. An autem insinuatione opus habeant, siquidem summam quingentis aureis maiorem complectantur?Sanè in persona mulieris, opus habere nō videntur:*l.minorib.17.Auth.cò decursum.C.de donat.ante nupt.l.fin.§.1. C.de donat. int. vir.l.pe.§.1.vbi gl.C.de donat.*respectu autem viti;insinuatione egent,*d.l.fin.C.de donat. int. vir. d.l.penult.Salic.in d.Auth. cò decursum.* nisi pacta E sint de Futura successione, aut donationes Causa mortis factæ:tunc enim velut vltima voluntas,hanc solennitatem non requirunt, dummodò quinque testium præsentia comprobentur. *vide Dd.in l. data. C.de donat.in l.fina.C.de donat. int.vir. & vxor. Schurff. consil. 6. cent.1. per totum.* Est & illud quæstionis, an dotalibus pactis conuentum,possit post modum alterutrius aut vtriusque coniugium voluntate mutari,& ius quæsitum ex pacto alterutri auferri? Et puto posse, F *l.pactum.15.C.de pact.vbi dixi.l.fin.hoc t.* exemplo vltimæ voluntatis, *vide J.de adimen.legat.* & donationis causa mortis, *vide inf.de dona.caus.mort.* in quam incidit: *l.licet.19.vbi Cin. & gloss.1.C.de pact.* etiamsi quæ ex lege vel statuto debentur, auferri æquè nequeant, *Bald. in l.si quando. C.de inoff.testam.Boer.decis.244.Crem.sing.154.vide Ias. & Dd. in Auth. præterea. C. vnde vir.* vt nec ea quæ in fauorem dotis sunt constituta.*l.de die.14. cum seqq.hoc tit. l.1. § illo. C.de lat.lib. Cuiac.lib.7. cap. 26.* An etiam Ab intestato hæc pacta valeant, iure dubitatur. Et communiter respon- G sum,

sum,ne quidem ab intestato valere,*l.hæreditas.5. C.de pac.conuen.Salic. & Dd.in l.pactum. 15.* C.de *pact.Ias.in l.stipulatio. num. 10.& l.si ita.§.ea lege. nu.13.de verb.oblig.Alex.cons. 28.ponderatis. nu.3. & 4.volum.3.per l.licet.19.C.de pac.l.4.C.de inut. stipulat.*nisi inter liberos, *d.l.pactum. 15.C.de pact.* aut futuros alioqui hæredes. *l.vltim. C. de pact.* Quod in simplici pacto,*d.l.pactum.d.l.vlt.* item cum hæreditas ita relinquitur, obtinere potest: *d.l.licet.C.de pact.d.l.hæreditas.* iure verò Donationis causa mortis quin valere possit, nihil cau B sæ est:quod etiamsi iure Ciuili dubium esset, *d. l.licet.in verb.nec donationis quidem causa mortis.C. de pact.gloss.penul.d.l.hæreditas. C. de pact.conuent.* tamen moribus passim vsurpatur: dum tamen quinque testes interueniant, sicut in donatione mortis causa.*l.vlt.C.de donat.caus.mort.*

DE FVNDO DOTALI. Tit. V. C.5.23.

1 *Marium quamuis dominum, non tamen posse res dotales alienare.*
2 *Sententia legis Iuliæ.*
3 *De quibus rebus L.Iulia loquatur.*
4 *Fundū Italicum & dotalē dūtaxat L. Iulia prohiberi: & quis sit dotalis.*
5 *De qua alienatione L. loquatur: & quid hoc verbo veniat.*
6 *An cōsentire mulier alienationi validè possit.*
7 *De oppignoratione rei dotalis.*

1 ETsi † maritus constante matrimonio subtili quādam ratione dominus rei dotalis efficitur,*d.l.in rebus. 30. C.de iur.dot.* dominij autem proprius sit fructus,Vt res alienari possit: *l. fructus rei. 72.de reg.iur.l.pen.de pact.* tamen fundum dotalem lege Iulia alienare prohibetur: *de hac vide Paul.lib.2.tit.21. Cuiac.lib. 7. observ. cap.23.gloss. Land.lib.1.art. 52. & quæ dixi Instit. quib.alien.lic.*§.1.cuius legis hæc erat sententia.

2 ¶ Fundum Italicum dotalem maritus ne alienet inuita vxore,ac ne ipsa quidem consentien- 3 te obliget,Fundum inquit:id est,res Soli.Nam† mobiles,quæ minoris reputantur,*l.si rem mobilē. 47.de acquir.poss.* qui soluendo est maritus, hoc iure alienare potest. *l. 1. C. de seruo pign. dato. l.3.C. de iur.dotium. l. res in dotem. 42. ff.de iur.dot.* Italicum: id est, iuris Italici, cuiusmodi sunt prædia, quæ olim sola erant Mancipi, & plenè alienari poterant: vt & Cicero pro L. Flacco 4 ostendit.Sed † hoc Iustinianus ad Prouinciales etiam fundos, & (vt plerique *gloss.& Bart.in Auth. siue.C. ad Velleian. & in l.1. num. 18.& l. si æstimatis. soluto matrim. text. in c. penult. de consuet.Bald. in l.iubemus. 22. C. ad Velleian.* existimant)ad res etiam mobiles, quæ seruando seruari possunt,produxit, *l. vnic. §. & cum lex Iulia.C.de rei vxor.act.Instit.quib.alien.licet vel non. in princ.*Dotalem,id est,in Dotem datum, *l. dotale.13.& l.si maritus. hoc tit.* non tamen æstimatum.*l.2.C.eod.* Dotalis autem etiam is videtur, qui ex pecunia dotali comparatus est. *l.res quæ. 54.ff.tit.2.* Maritus: idem ius obtinet quoque in Sponso.*l.lex Iulia.4.h.tit.*

¶ Ne alienet. Verbum alienationis latè patet. 5 *l.fin. C. de rebus alien. non alien.* Itaque omnis actus prohibetur non modò transferendi dominij,*l.1.C.eod.* sed etiam diminuendi: vt seruitutis impositio vel ademptio, *l.5.6.7.* vsucapionis patientia,& consimilia.*l.alienationis. 28.de verb. signific.* Sed hoc de alienatione voluntaria, non necessaria est accipiendum. *l. 1.hoc tit. l.2.C.eod.* Quid enim si æs alienum, non quidem mariti (nam hoc de suo dissoluere debet,*l.assiduis.C.qui potio.in pign.tot.tit.C.ne vxor.pro marit.*)sed vxoris(pro quo maritus non tenetur, *tot.tit.C.ne vxor.pro marit.*) alio modo quàm vēditione præ- C diorum explicari nequit? certè causā cognita, cum consensu mulieris & curatoris eius, quem iure Sax.habere debet,potestatem alienandi iudex faciet. *Auth.siue à viro. Auth.si qua mulier. vbi Bart.Sal.& Dd.C.ad Vell.Zob.art.21.lib.1.vide Cuiac.etiam obser.lib.7.cap.23.* Prohibitio autē hæc eò pertinet, ne valeat contractus in vxoris damnum,non etiam ne obligetur maritus, qui rem alienam vendendo se obligat. *Schurff.cons. 9.cent.1.per l.cum vir.42.de vsucap. l.rem alienam. 28.de contrah.emp.l.4.C.de rei vend.*

¶ Additur,Inuita; ac ne ipsa quidem consen- 6 tiente,iure nouissimo: idque propter fragilitatem sexus,maritorum suasionibus aut minus facilè obnoxij & cedentis, Iustiniano placuit: *d.l. vnic. & §.cum lex Iulia.Inst.quib. alien.lic.vel non. in princ.*nisi accesserit iure Pontificio Iurisiurandum. *c. cum contingat.de iureiur.*Eáque non modo in vxore,sed etiam in sponsa obtinent. *Ang. in* E *§.patitur.num.3.Instit.de iniur.*

¶ Vltimò ait lex: Ac ne ipsa quidem consen- 7 tiente obliget. Noluit enim lex, etiam consensu mulieris posse fundum eius obligari: quia faciliùs oppignorationi quàm alienationi assensura credebatur, *Theop. Instit.in princ. quibus alien. lic.* cum sit restrictum & tenax fœminarum genus, nec perinde rerum suarum distractionem facilè admittat, atque obligationem. *l. si a sponso.16. vbi glo.in verbo.rarò accidit. C.de donat.* F *ante nupt.* An autem consensu mariti, mulier alienare extra dotem bona sua mobilia aut immobibilia possit, controuerti solet: quanquam plerisque placet, posse: *Bart.in l.fin. de iur. dot. & in l.vnic.§. & cum lex.C.de rei vxor.act.Cyn.in l.si prædium.C.de iur.dot. Bald.& Alexan.in l.cum lex. C.de fideicommiss.Bald. in l.si prædium.23. C.de iur. dot. Ferrar. in for. lib.respons. in act. Hyp. ver. excussionis. Chass.in consuet. Burg. de iur.mar. §. 4. in fin.num.5. fac.text.in l. const.ante.21. C. de donat.vide etiam.l.velles.6. C.de reuoc.donat.*id quod G & Saxones sequuntur. *Land.lib.1. art.31.45. vide J.de donat.Fachs.diff.6.& 7.Reinhar. diff. 6. Cæ-*

terùm ego crediderim, quandoquidem hoc casu cum marito mulier cōtrahit, aut saltem ad eius vtilitatem, eum in propria velut causa *l.1.quand. & intra quae temp. appell. vbi propria causa dicitur, cuius vtilitas ad aliquem spectat.* authorem esse nō posse, *l.1.l.5.ff.de author.tut.§.vlt.Instit.eod.* sed alium tunc mulieri curatorem esse adiungēdum. *arg.art.43.li.1.Fachs.diff.7.* Cum tamen maritus & vxor simul alienāt, non mulier, sed ille totum cōtractum facere, & solus alienare intelligitur, vt quidam volunt: *Chass. in consuet.* Burgun. *tit.de iur.mar.§.4. in fin. nu.6.* quod verum est, cum de re sua, aut in matrimonio quaesita, maritus & vxor aliquid disponunt. *Salic.in l.si liqueat. pen. C. de inoff. testam.* In hac verò materia, quando res mulieris alienantur, contra quis opinetur, videri potius foeminam cuius de re agitur, quàm cōiugem qui Verbo tantùm cōsentit, totam alienationem facere: *Salic.in d.l.si liqueat. in fin. per illū text.& l.2.C.si aduer. donatio.* nisi precium bono mariti cedat, & in rem eius, vt verisimile sit, cōuertatur. *arg.l.si non singuli.5.C.si cert. peta.l.vir vxori.17.§.vlt.vbi glo.ad S.C.Velleian.* Sed haec in reliquis eius bonis obtinent; in dotalibus non item: in quib. prohibitionem huius legis etiamnum durare, verius est, *vide* Bald. *in l. fin.de fund. dot.Dd.in l.vn.§.cúmque.C.de rei vxor.act.in l.aestimatis.50 solut.matrim.Bal.in Aut.si qua.C.ad S.C. Velleian.* (vtcunque Saxones inter se dissentiāt, *D.Reinhard. diff. 7. Fachs.diff.6.& 7.glo.Landtr. art.30.nu.11.lib.3.art.45.Zob.lib.1.art.20.21.& 31. & lib. 3 art. 75.*) nec consensu mulieris alienari res dotales, absque interuentu iurisiurādi posse: quando & aliàs publicè intersit, contractus dotibus detrimentosos annihilari: *l. 5. cum. ll.seqq.de pact.dotal.* & nedum dotem, sed ne dotalitiū quidem mulieris alienari aut repudiari posse, sit receptius: *vide* Bald. *Salic.& Dd.in Auth. siue à me. & Aut.contra.* C. *ad S.C.Velleian.Ferr.in for.act. Hyp.verb.exceptionem. nu. 25. Chass.in consu.*Burg. *Rubr.*4.§.4.*in fin.Land.lib.1.art.21.vbi gloss.lat.litera b.* quasi in prohibitam coniugum donationem, aut saltem legis Iuliae prohibitionē ea res incidat. Etiam textus iuris Sax.lib.1.art.31. & 45. qui dum vetant bona mulieris sine cōsensu mariti tanquam curatoris alienari, à contrario sensu ex vtriusq; volūtate alienationem eorum admittunt; disertè loquuntur de foeminae bonis: *Ihr.eigen Gut.* At dotalia nō sunt vxoris propriè, sed viri: *l.doce.* C. *de rei vend.* vt illud statutum ad haec extendi non debeat cum totius huius Iuris correctione. Haec omnia videntur accipienda, cùm repetitioni dotis est locus, *l.1.C.eod.* hoc est soluto matrimonio, quoties actione dotis repetitur, *l.7. h. tit.* ad quem casum pertinuit lex haec Iulia de adulterio lata. Constante matrimonio videtur alienatio & obligatio valere, ex iure mariti: quo soluto cum soluatur ius datoris, resoluitur etiam ius accipientis. *l.lex. de pignorib.*

DIGESTORVM LIBER XXIIII.

DE DONATIONIVS INTER VIRVM & vxorem. Titulus I.

C. 5. 16.

1 *Quare prohibitae inter coniuges donationes.*
2 *Oratio Antonini.*
3 *Ad quas donationes haec prohibitio non spectet.*
4 *Quatenus reuocentur donationes.*
5 *De confirmatione tacita & expressa.*

QVAMVIS in dotem marito dari, constāte quoque matrimonio, *dixi in §.pen. Inst.de donat.* potest, sicuti hactenus dictū est: quia ea donatio nō ob nullam fit causam (quod genus nō prohibetur, *l.inter.l.quod autem. §. si vir.hoc tit. l.1.ad l.Iul.rep. Bart.in l.si voluntate.C.de do.pro. per gloss. & ibi Bald.in l.2. §.fin. si cert.pet. Imol.in Rubr.solut.matr. Pan.in cap.vltim. ext. hoc tit. Cuiac.obser. lib. 6. cap.* 18.) sed ad toleranda coniugij onera: *l.pro oneribus.*C.*de iur.dot.vide ff.de iur.dot.*tamen reliquae donationes, quas sine causa faciunt inter se coniuges, contractis iam nuptiis, prohibitae sunt.
1 Quod † primò moribus ita inductum receptúmque fuit, *l.1.h.tit.vide Paul.lib.2. tit.23. Vlp.tit.7.* quia indignum videbatur concordiam maritalem precio, sicuti adulteria, conciliari, & se inuicem nimia largitatis profusione spoliare coniuges. Vnde & illud mali sequebatur, vt melior liberaliórque in paupertatem decideret, deterior locupletaretur. Itaq; vt appareret, amorem coniugalem sine precio stare, & omnia inter virum & vxorem iure indiuiduae societatis citra peculiarem liberalitatem esse communia, desitum est moribus facere in matrimonio donationes: *l. 1.2. 3. hoc tit.* vt pulchè Plutarchus *in Proble.* explicat.
2 Qua † ex vsurpatione ius postea ortum est: eáq; de re nouissimè orationem Antoninus in senatu habuit. cuius duo sunt capita: alterum de Donationis inter cōiuges prohibitione, *l.3.in prin.h. tit.* alterum de eius Confirmatione *l.cum hic status.32.h.tit.*
3 Prohibitio † autem haec ad sponsos non pertinet, *l.si sponsus. 5.l.inter eos.27.h.tit.l.si à sponso.16.C.de donat.ante nuptias.* neque ad illas donationes, quas parentes & pro-

& propinqui die nuptiarum faciūt sponso sponsae: quae vtrilibet cui donator sanguine coniunctus est, acquiruntur; *Bart.in l. sed etsi plures. §.in arrogato.num.4. de vulg. & pupill.subs. Ias. in l.vt liberis.17.nu.17.C.de collationib.* ob enim propinquitatem videtur dari: ab extraneis verò donata eiusmodi sunt communia: *Bart.& Ias.praealleg. loc.* sicut & iure Sax. eiusmodi instinctè omnia. *Land.lib. 1.art.31.*
4 Sed † nec ad illas donationes refertur, quae neque donantem pauperiorem reddunt, *l.si fructus. 8. C. eod.c. nuper.ext. eod.glo.lib.1.art. 31.* vt si res aliena detur: *l.sed etsi constante.25.* neque accipientem locupletiorem: puta si vxori detur ad mundum, vel sepulturam, vel eleemosinam, aut manumissionem, aut emptionē pro necessitate rei familiaris faciendam, &c. *d. l.si sponsus. 5. §. concessa. l. quod autem. 7. §.si maritus.cum similib. hoc tit.* aut ad perfruendas rei vtilitates, percipiendósque fructus. *l. de fructib. 17.h.tit.l.fructus. ff. de vsuf. l.si fructus.8.l.de iis.17. C.de donat.int.vir.& vxo.vide quae dixi Inst.ad §.si quis à non domino. de rer. diuis.* Nam & eatenus tantùm haec donatio reuocatur, quatenus inuenitur accipiens factus locupletior: *dict.l.quod autem.7.§.si maritus.d.l.de iis.17.C.eod.* sed nec ad illas prohibitio pertinet, quae referuntur in tempus soluti coniugij, puta in casum diuortij vel mortis. *l.si eum. 9. §.fin. cum l.seq. l.sed interim.11. §. fin.l.vitricus.60.l.inter.43.cum simil.hoc tit. vide Vlp.tit.7.*
5 Qua † ratione etiam tacitè confirmatur inter coniuges facta donatio, si ea nondum reuocata donator decesserit. *dict.l.cum hic status. 32.hoc tit.* Quae tamen quingentos aureos exce- [redacted] (quanquam valere confirmet Tiraqu. *in l.si unquam. verb. donatione num.94.C.de reuocan.donat.*) tamen quando confertur in casum mortis, vt videlicet alter ex coniugibus superstes alteri succedat, eam donationem velut vltimam voluntatem valere. Cyn.Bald.Salic.Castrens.*in l. si pater.C.de inoffic.testam.*Boer.*in consuet. Biturig. titul.de const.concer.mar.§.1.colum.6.vide Socin.in fal.reg.*104.*Lu. Rom. in sing. per l.quod autem.7.§.si vir.l.quae iam nuptae. 48. hoc tit.* Quo tamen casu, quinque testium praesentiā, velut in vltima quauis voluntate, *l.fin.C.de codic.l.fin.C.de don.caus.* [redacted] requiri arbitror. Addunt & illud Dd. non modò morte, sed inter viuos etiam iureiurando, quamlibet inter coniuges donationem confirmari. *c.cum contingat.de iureiur.c.1. 2.eod.in 6. Decius cons.202. per tot.Panor.in c.fin.de iureiur.Imol.in c.quintauallis. eod. tit.* [redacted] *in consue. Biturig.de cons. conc.mar.§.1.in prin.* Hoc etiam nouissimè adiiciendum, donationem rerum Mobilium iure Sax.inter cōiuges sustineri & ratam esse: Immobilium verò, nisi reliquis solēnitatibus destituatur, *l.donationes quae. C. de donat.prop.nupt.l.pen.de donat.*morte confirmari. *vide glo.Zob.lib.1.art.21. & li.3.art.75.* Ego malim indistinctè nec hoc iure talem donationem recipi: cum stādum sit iuri cōmuni, nisi quid disertè statutò cōtrà reperiatur cautum, *d.l.si extraneus.6.de cond. caus. dat.l.3. vbi* Bal.*C.de instit.* quod hîc abest: & alioqui receptum sit, quae sunt Geradę (haec autem sunt mobilia vel mouentia, *art.19.art.24. lib.1.cum simil.*) non posse à muliere donari marito, nec inter viuos, ob prohibitā inter coniuges hac lege donationem: nec causa mortis, quia hoc pacto cognatę proximę, cui tēpore mortis acquiritur, ius interuerti non potest. *Landt.lib. 1. art. 31.Reinh. diff.9.*

DE DIVORTIIS ET repudiis. Tit. II.

C. 5. 17. 24.

1 *Continuatio.*
2 *Matrimonium soluitur morte.*
3 *Captiuitate, & diuturna absentia.*
4 *Seruitute.*
5 *Diuortio.*
6 *Quid sit diuortium, quid repudium.*
7 *Quomodo fiat diuortium.*
8 *Diuortium hodie non concedi.*
9 *Nisi ex causa adulterij, insidiarū, desertionis.*
10 *Poena iniustè diuertentis.*

[redacted]

HACTENVS † quomodo contrahantur, nunc qua ratione Dissoluantur cōiugia, videamus. Dirimitur, inquit Paulus, *l.1.h.tit.* matrimonium, Morte, Captiuitate, vel alia Contingente seruitute alterutrius eorum, vel Diuortio. 1
Ac † dubium quidem non est, quin morte dirimatur coniugium, permittatúrque superstiti personae nouam conditionem quaerere: *c.fin. 31. q.1.* nisi quòd mulier intra annum luctus nubere prohibetur, *l.liberorum.de his qui not.inf.vbi dixi ff. l.1.C.de secund.nupt.* quod postea Pontifices antiquarunt. *c.vlt.de secund.nupt.* 2
§ Captiuitate soluitur, si alteruter in hostium potestatem venerit. *l. non vt à patre. 8. l. in bello. 12.§.medio. de capt. & postli. reuer. l.si quis sic stipuletur. 56. ff. tit. 1.* haec enim seruitus mors Ciuilis est: *l.4 cum ibi notat.ff.qui satisda. cog. glo. in l. vn. §.fin autē.ad verb.superstite.C.de cad.toll.* ei tamen qui remansit, secūdis nuptiis, altero viuente, interdicitur, si constet captiuū viuere. Quod si incertum sit, exacto quinquennio facultas nubēdi redit personae relictae, *l.vxores.h.t.§.sed etiam. in Auth. de nuptiis.* etiamsi Iustinianus *Auth.hodie C.de repud.*& Pontifices nuncium mortis certum 3

requirant.*cap. in præsentia. de spons.* Is verò qui in militiam profectus est, & vtrum captus, an mortuus, aut vbi sit ignoratur, quandiu expectare debeat, etsi variatum est constitutionibus: *l. vxor.7. C. de repud. §. nouimus. in Auth. de nuptiis.* tandem tamen Iustiniano placuit, operiendum absentem esse, quoad de eius morte aut captiuitate constaret. §. *quod autem nobis. Nouell. vt licita. & auiæ. Auth. hodie. C. de repudiis.* Sed sciendum est, illa dici de legitima & necessaria militia, quam subire olim Romana iuuentus cogebatur; nihil ad errones nostri temporis, qui desertioni iniustæ prætextum militiæ non necessariæ obducunt, pertinere: in quibus solent p:j Magistratus sequi illud, vt post quinquennium aut quadriennium, citato literis publicè ad tẽpla affixis desertore, personæ desertæ noua vota permittant. *d. l. vxor.7. C. de repudiis. d. §. nouimus. in Auth. de nuptiis.* Quin etsi intra illud tempus non continuerit, tamẽ pœna adulterij mitigari solet, *l. miles. 11. §. penul. in verb. vindicari debet pro admissi criminis qualitate. de adult.*; nec facilè concedi redeuti marito, vt propterea vxorem repudiare possit: quando ille causam eius lapsus præbuerit, eóque delictum cum delicto sit compẽsandum. *l. viro. 39. ff. tit. 1. d. si vxor. 13. §. iudex. ff. de adult. vide Tiraq. de pœn. caus. 62.*

4 ¶Seruitute soluitur: vt si quis ob ingratitudinem redigatur in seruitutem, §. *si verò decretum. in Auth. de nuptiis.* aut propter crimen seruus fiat pœnæ. *l. res vxoris. 24. C. de donat. inter vir. & vx.* quod hodie correctum est: Pœna enim coniugia §. *quod autem. in Auth. de nupt.* distrahere non debet.

5 ¶Postremò dirimitur Diuortio, & Repudiis.

6 Diuortium † à diuersitate mentium dictum vult Caius: vel quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium? Rectius Cicer. lib. 3. de Orat. Diuortium, inquit, in vxore necessitas cogit sumere, cum non esset proprium. Repudiũ verò à pudore, authore Festo, appellatum est: quod sine aliqua pudoris reiectione: sine iactura, tam arcta honestáque inter coniuges coniunctio dissolui nequeat. Inter hæc verba autẽ hoc interest, quòd Repudiari futurum etiam matrimonium possit, sponsa autem non rectè Diuertisse dicitur. *l. inter diuortium. 10. de verb signif.*

7 ¶Diuortium fit aut Mutua voluntate, aut Alterutrius. Mutua voluntate & consensu apud veteres ex lege XII. Tabul. dissolui poterat coniugium: *Cic. Philip. 2. l. pen. de adult. l. si constante. 9. C. eod.* quia secundum naturam putabant, vt quo quid colligatum esset, eodem modo solueretur. *l. ab emptione. 58. de pact. l. nihil. 35. de reg. iur.* Contrahitur autem matrimonium consensu: ergo contrario consensu rectè solui posse ratiocinabantur.

8 ¶Sed hoc Iustinianus tantùm ex causa castitatis, & amore cœlibis vitæ concessit: §. *quia verò ex consensu. in authen. vt liceat matri & auiæ, &c. Auth. quod hodie. C. de repud.* Canones indistinctè sustulerunt. *c. fin. cum ibi not. de transf.* & meritò quidem; vt maneat immota & æterna regula: Quod Deus coniunxit, homo ne separet. *cap. quos Deus. 33. q. 2.*

9 ¶Alterutrius voluntate diuortium fit, non solo quidem animi impetu, *l. 3. h. tit.* sed certa forma adhibita, *l. 2. l. nullum. 9. l. si pœnituit. 7. Cuiac. obs. lib. 8. c. 26.* & hodie ex cognitione magistratus, propter certas duntaxat causas iure expressas. *l. consensu. 8. l. in causis. 10. l. vlt. C. eod.* quarum præcipuæ sunt, Adulterium, Insidiæ & Inimicitiæ capitales, sæuitia intolerabilis, idq; vt maius euitetur malum: *d. l. consensu. C. eod. Schurff. cons. 42. cent. 1.* sicuti & Moses propter σκληροκαρδίαν Iudæorum, conniuente Deo, ex certis cautis diuortium iis concessit. *Matt. 19. Mar. 10. Deut. 24.* Item Desertio, de qua Paulus 1. Corinth. 7. 15. Si incredulus, inquit, discedit, discedat: non est seruituti subiectus frater, aut soror in eiusmodi. *d. l. vxor. d. §. nouimus.*

10 ¶Cæterùm qui sine causa (nam aliàs secus est) diuertit, dotem donationémue amittit: *d. l. consensu. c. 1. 2. 3. de don. in vir. Land. lib. 1. art. 21.* qui aliud etiam matrimonium cõtrahit, vel ex Christi sententia, *Luc. 16. Matth. 19.* reus adulterij est. *Auth. hodie. C. de repud.*

11 ¶Porrò Canones ob Hæreseos, *c. 2. c. quanto. 7. de diuort. c. si infidelis. 28. qu. 2. c. de illa. de diuor.* vel dũtaxat Adulterij causam *c. 4. & 5. de diuor.* permittunt diuortium: non vinculi, sed tantummodò quoad separationem thori: *c. 2. de coniu. leproso. c. vlt. de con. coniug. Bar. in l. rerum. num. 1. ff. rer. amota. c. dixit dominus. 32. q. 1. c. si vxorem. 32. q. 5. ca. 1. 52. q. 7.* [illegible]

[illegible] fertim

[illegible]

SOLVTO MATRIMONIO dos quemadmodum petantur. Tit. III. C. 5. 18. 13.

1 *Continuatio.*
2 *Dominium rei dotalis ad mulierem redire ipso iure, non possessionem.*
3 *Cui, aduersus quos detur actio repetẽdæ dotis nomine.*
4 *Quid veniat in hanc actionem.*
5 *Quæ causæ exactionem dotis impediãt.*
6 *Quo die res dotales sint restituendæ.*

1 POstquam † dictum est; quomodo dissoluatur matrimonium: videamus nunc eo dissoluto, quemadmodum Dos repetatur. Etsi

2 † enim dominium rei dotalis ipso iure ad mulierem redit, soluto matrimonio: non tamẽ possessio quæ facti est, transfertur: *l. cum hæredes. 23. de acqu. poss.* eóque iure & legibus repetenda est, non violenter auferenda. *l. dotis. 9. C. eod.* Siue †

3 itaque morte, siue diuortio dirimatur coniugiũ (neque enim interest, *l. cum quærebatur. 240. de verb. signif.*) competit statim actio mulieri, & eius patri cuius in potestate est; *l. 2. 3. 4. l. si ab hostibus. 10. h. t. l. vnica. §. videamus. & §. ex hoc. C. de rei vxor. actio.* nonnunquam etiam extraneo, si dotem quam dedit sibi reddi stipulatus est, *d. l. vnica. §. accedit. l. auia. C. de iur. doti.* aduersus maritum aut eius hæredem, *l. 2. l. maritima. 12. cum l.*

seq.l.etiam.18.h.t.vel patrem mariti, si dotem acceperit.l.rei iudicatæ.15.§.fin.h.tit. A

4 ¶Hæc actio est Ex stipulatu Bonæ fidei, quam Iustinianus substituit actioni Rei vxoriæ, in l. vnica. in prin. C. de rei vxoriæ actio. §. fuerat. Inst. de act. quæ olim tantùm vxori eiusque patri, non etiam reliquis mulieris hæredibus dabatur: nam ex causa matrimonij maritus dotem (vt nūc iure Sax. mobilium, [illegible] art. 31. vbi glo. num. 4.) lucrabatur, coniuge eiusque patre demortuis: Vlp. tit. 6. de dotib. [illegible] in prin. de dot. præleg. l. 4. B C. de pact. conuent. l. 1. [illegible] C. Theod. de inoff. dot. nisi initio per stipulationem De dote aliis reddenda cautum fuisset. d. l. 4. iunc. l. si pactum 9. [illegible] probat. Sed quia Iustiniano visum est iniquum, dotem vt proprium fœminarum patrimonium absque causa, soluto quippe coniugio, apud virum remanere: ideo voluit semper intelligi ac fingi stipulationem De reddenda dote interuenisse, atque ita indistinctè hæredibus (non etiam extraneis, in quibus tacitæ stipulationis fictio cessat. l. vnic. §. accedit. C. de rei vx. act.) actionem dari. dict. l. vnic. in princ. & §. manedat. §. illorum sequ. C Qua petitur dos restitui, vna cum fructibus, pro proportione anni, quo diuortium factum est. l. 2. l. fructus. 7. l. si alienam. 11. l. si maritus. 31. §. fin. & reparatione damni, si quod dolo, culpa, negligentia mariti rebus dotalibus accidit. l. penul. l. fin. h. t.

5 ¶Huic autem actioni solidè satisfaciendum est, l. 2. in prin. hoc tit. nisi maritus ex aliqua causa D dotem retinere iure queat, vel propter liberos susceptos ex muliere quæ dotem attulit, vt volunt Dd. in d. l. dos à patre. C. solut. matrim. quorum opinio recepta est iure Saxonum: art. 31. & 37. lib. 1. glo. art. 21. nu. 2. lib. 1. vel propter adulterium, desertionem, aut aliud mulieris delictum, quod diuortio causam dedit: l. Lucius. 38. l. cum mulier. 47. h. tit. d. l. consensu. l. fin. C. de repud. Chaß. in cons. Burg. tit. de iur. mar. §. 6. verb. est don. her. nu. 3. per doctrinam Bald. in l. quod in vxorem. C. de nego. gest. E Ias. in l. si ab hostib. 10. §. si vir. solu. matrim. vbi etiam Castr. Aret. cons. 130. Franc. Curt. iunio. cons. 6. feud. Bald. in tract. de dot. part. 7. priuileg. 11. num. 8. glo. Land. lib. 1. art. 21. vel ratione pacti, l. si dotali. 48. h. tit. l. si pater. 12. de pactis dotalibus. vel quia maritus soluendo non est, l. maritum. 12. cum mul. seq. h. tit. ita vt reddita dote egestatem sit passurus: l. in

A condemnatione. 173. de reg. iur. vel quia sine culpa mariti aut post moram mulieris res dotales perierunt. l. si mel mora. 26. l. Mæuia. 49. hoc tit. Exceptis his atque aliis retentionum: vide Vlpian. tit. 6. casibus, dos reddi debet. d. l. 2. & quidem res immobiles statim. Vlpian. tit. 6. d. l. vn. §. exactio. Mobiles † verò, præcipuè fungibiles, quæ difficilius 6 conquiri colligique, subitò possunt, olim quidem annua, bima, trima die, hoc est, tribus pensionibus, annuis, Vlpian. tit. 6. d. l. vn. §. cumque autem. l. 3. j. de B ann. legat. l. iurisgentium. 7. §. [illegible] de pactis. hodie intra annum. d. l. vn. §. autem. C. de rei vxoriæ actio. quo temporis interuallo mulier ab hæredibus mariti alenda est, si aliunde exhibere se nequeat, vide Ias. in d. §. fuerat. nu. 23. & 24. Inst. de act. Bald. in tract. de dot. part. 2. quæst. 16. [illegible] mariti, pignoríq; incumbere suo, donec ei dos integrè persoluatur. Baldvin. l. pen. nu. [illegible] C. de pign. C actio. Bald. in tract. de dot. part. 8. quæst. 6. nu. 2. [illegible] der. in l. fructus eos. 7. §. ob donationes. ff. solut. matr. vide Land. lib. [illegible] Iure porrò Sax. maritus dotem quæ in pecunia consistit, [illegible] soluto matrimonio, nec tenetur reddere, nisi liberis [illegible] art. [illegible] lib. 3. Decio. cons. 19. part. 1. Reinhar. diff. 35. aut nisi se dote [illegible] fecerit, [illegible] aut [illegible] non suppeditauit; glo. in l. si ab hostibus. 10. verb. lucrifacere vbi [illegible] D [illegible] matrimonium [illegible] maritum [illegible] tur, pro [illegible] temporis quo matrimonium [illegible] uit. d. l. fructus. 7. [illegible] Morbus autem Sax. [illegible] anno [illegible] fructuarius, [illegible] 58. & aliis hæres, sicut & hæres Vasalli, aperto Feudo vel ad agnatos reuertente [illegible] E pe feudis domino apertis, feudalis [illegible] seruetur: §. his consequenter. hic finit. lex. 2. feud. 28. vbi verò ad agnatos ea redeunt, pro rata fructus vltimi anni, secundum tempus quo vasallus vixit, inter hæredes vasalli Allodiales & Feudales diuiduntur. [illegible] tit. & vide [illegible] dit. ad Bal. in d. §. his consequen. & ita iu- [illegible]

DIGESTORVM LIBER XXV.

DE IMPENSIS IN RES DOTALES factis. Tit. I.

1. *Cuiusmodi impensæ dotem minuant.*
2. *De necessariis impensis.*
3. *De vtilibus.*
4. *De voluptuariis.*

1 QVIN † & impensæ non in fructus, aut culturā agri (tales enim cū fructibus cōpensantur, l. 3. l. neque. 13. l. fi. h. t. l. fructus. 7. §. fin. s. tit. 1. l. si à domino. 36. §. fin. de pet. hær. & de his deducuntur) sed ad perpetuam rei dotalis vtilitatem factæ actionem dotis aut tollunt, aut minuunt. d. l. 1. l. quod dicitur. 15. h. t. vide Vlpian. tit. 7. Earum autem tres sunt

sunt species: nam quędam sunt Necessariæ, quæ- A dam Vtiles, quædam Voluptuariæ. l. 1. h. tit.

2 ¶Necessariæ hæ dicuntur, quæ in se habent necessitatem impendendi: quibus non factis dos minuitur, & deterior futura est: vt sunt refectiones instaurationésque rerum, propagationes viuium: item quæ curandæ valetudini, & ad consequendas res dotales litibus impenduntur. l. 1. 2. 3. 4. vbi Bart. l. impensæ. 14. h. tit. Hæ impensæ ipso iure dotem minuunt, adeò vt dote integra soluta, Condictio indebiti concedatur, l. 5. in prin. & B §. fin. h. t. vel actio Mandati, aut negociorum gestorum. l. fructus. 7. §. fin. s. tit. 1.

3 ¶Vtiles sunt, quas maritus vtiliter facit, quibúsque non factis deterior quidem dos non fieret, factis autem fructuosior effecta est: veluti si nouelletum fecerit, aut tabernam ædibus adiecerit. l. 5. in fin. l. impensæ. 14. §. vtiles. vide exempla in l. vtiles. 39. de pet. hæred. Harum autem nomine fit deductio, si voluntate mulieris factæ sint, & aliūde solutio explicari possit. Nam iniquum C esset, eam compelli rem vendere, vt impensas in rem factas soluat. l. vtilium. 8. hoc tit. Quanquam Iustinianus fauore dotis, ne ea mulier diutius carere cogatur, ob has impēsas retineri aut imminui dotem prohibuit: sed ea restituta marito actionem Mandati (si volūtate vxoris factę sint) aut Negociorum gestorum, vbi mandatum deficit, ad eas repetendas concessit. l. vnica. §. taceat. in fin. C. de rei vxoriæ act.

4 ¶Voluptuariæ sunt, quibus neque omissis de- D terior fieret, neque factis fructuosior res effecta est: quæ speciem quidem ornat, fructum autem non augent. l. impensæ. 79. de verb. signif. Cuiusmodi sunt balnea non necessaria, l. impensæ. 14. hoc titul. picturæ, l. vtiles. 39. vers. videamus. de petit. hæred. tectorium, incrustationes, pauimenta, l. hactenus. de vsufruct. viridaria, aquæ salientes in hortis, &c. d. l. impensæ. de verb. signif. Pro his nisi parata sit mulier pati maritum tollentem, patitur Exactionem compensationis, de compensatio- E nibus quæ fiunt ex causa dotis. vide l. fructus. 7. §. ob donationes. 4. l. si constante. 24. §. si vxor. 6. l. penult. §. 1. s. tit. 1. Cuiac. ad Vlp. tit. 6. exceptione opposita. Nam si vult habere rem mulier, æquum est vt reddat quæ impensa sunt à marito: aut si non vult, pati debet tollentem: si modò recipiant separationem. Cæterùm si non recipiant, relinquenda sunt. l. vtiles. 39. de petit. hæred. Ita enim permittendum est marito auferre ornamētum, si profuturum est ei quod abstulerit. l. pro volu- F ptuariis. 9. hoc. tit. d. l. vnic. §. 3. in fin. neque enim sic est malitiis hominum indulgēdum, vt cuiquam sine suo commodo aliis officere liceat: puta rectoria inducere, picturas corradere, conscindere viridaria, nullo fructu, &c. l. in fundo. 38. de rei vendic. Quòd si dos integrè soluta sit, non habita harum impensarum ratione, condici nō possunt: d. l. vtiles. vers. videamus. de pet. hæred. quia nullo obligationis iure debētur, etiamsi voluntate mulieris factæ sint. l. in voluptuariis. 11. h. t. d. l. vnica §. taceat. in fin. l. si non sortem. 26. vbi Dd. de

cond. ind. Itaque principali extincta per solutionem obligatione, vnà intereunt. l. 4. C. depo. l. cētum. l. fin. de eo quod cert. loc.

DE ACTIONE RERVM amotarum. Tit. II.

C. 5. 21.

1 *Continuatio.*
2 *Res amotæ quæ dicantur.*
3 *Quando locus sit huic actioni. (detur.*
4 *Eius ratio & causa: & quib. cōtra quos*
5 *Quid in hanc actionem veniat.*
6 *Effectus.*

OBiici † actioni dotis & Exceptio Rerum 1 amotarum solet: quanquam eo nomine etiam actio competit tam marito, quàm vxori. l. contra. 6. §. item cum. l. mulier. 7. l. Marcellus. 11. hoc titul. Vlpian. tit. 7. Amotæ † res dicuntur celatæ, 2 absconditæ, asportatæ, consumptæ dolo malo: l. 3. §. penul. l. si concubina. 17. §. 2. & 3. h. tit. hoc est, cogitatione diuortij, quod postea secutum est, interuersæ. l. rerum quidem. 25. h. t. Vulp. tit. 7. de iur. dot. Sed † etsi spe mortis surreptum quid est, v- 3 tiliter agi potest. l. si mulier. 21. hoc tit. Atque etiam Hæreditatis petitionem simul & Ad exhibendū actionē hoc nomine hæres habet. l. si propter. 22. §. fin. h. t. Vt autem huic Rerum amotarū actioni locus sit, necesse est cōstante matrimonio amotas res esse: nam eo soluto si quid subtrahatur, Furti non actione quidē, l. pen. de crim. exp. hæred. l. 4. C. eod. t. sed condictione contrectans tenetur. d. l. 3. d. l. si concubina. 17. vide j. de crim. expil. hær. gl. & Bar. in l. 3. l. si mulier. l. ob res amotas. h. tit. Est † 4 enim hoc iudiciū singulare introductū aduersus eam quæ vxor fuit: quia nō placuit cum ea furti agi posse, quibusdam existimantibus ne furtum quidē eam facere, quòd vitæ societas quodammodò dominam eam faciat: aliis furtum quidē eam facere, sicuti filia patri facit. l. serui. de furt. §. hi qui. Inst. de oblig. quæ ex delict. sed non esse Turpem furti actionem in honorē matrimonij aduersus vxorem, l. 1. & 2. h. t. vt nec econtrariò aduersus maritum, d. l. contra. 6. §. item. h. t. aut socerum. l. nihil. 15. §. fin. Itaque ignominiosa actione cessante, ab his personis res ablatæ aut vendicātur, l. ob res amotas. 24. aut condicūtur hac actione ex iure gētium, & æquitate naturali. l. rerum. 25. h. tit. nam & hæc neminem vult cum alterius damno locupletari: l. nam hoc natura. 14. de cond. indeb. & iure gentium (quo distincta sancitáque sunt dominia) furto ac malis artibus aliena aucupari fas non est. l. 1. in fin. de furt. Quamobrem sicuti reliquæ condictiones ex naturali æquitate manant, l. indebiti. 15. de condict. indeb. ita hoc quoque casu cùm naturalis ratio, tum Ius gentium actionē domino suppeditat personalem, quæ ex delicto furti oritur: quod etsi dissimulatur, tamen dissimulanter ostenditur, proposita G rerum amotarū petitione (nam in hac & allegari, & probari debet, res dolo malo amotas esse

quæ nihil aliud est quam condictio rei persecutoria: *l. rerum 26. h. tit.* eoque & in hæredes transit. *d. l. contra. §. fin.*

5 Non † enim venit in hoc iudicium vlla pœna, sed id duntaxat, vt res restituantur: quanquam respectu rei pœna esse potest. Tenetur enim etiam de iis quæ ad ipsum non peruenerunt, *l. sed et si. 19. hoc tit.* neque in veram æstimationem, sed Quanti in litem actor iurauit, interdum condemnatur. *l. si cum dos. 8. §. fin.*

6 *cum l. sequ. h. tit.* Etsi † autem hæc actio, quæ delictum non arguit, notam infamiæ nō inurit, vt nec cæteræ condictiones: *l. cessat. de actionibus.* tamen quia ex delicto oritur, quod excusationem non habet, & solidè obligat, *l. si quis. 7. cum seq. de iurisd. omn. iud.* in solidum datur: etiamsi aliàs hæ personæ tantùm In id quod facere possint, conueniantur. *l. si mulier. 21. §. fin. h. tit.* Admonendi postremò & illud sumus, etiamsi actiones pœnales his in personis cessent, iudicem tamen ex officio, vt alia delicta, *l. congruit. de offi. præs. l. illud. ad l. Aquil.* ita & hoc vendicare posse. *Bart. in l. 1. num. 4. h. tit.*

DE AGNOSCENDIS ET alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.

Tit. III. C. 5. 25.

1 *Continuatio.*
2 *Senatusconsulta de liberis agnoscendis.*
3. *Partum subiicientem de falso teneri.*
4 *Partē intelligi, quem nuptiæ demōstrāt.*

1 HActenus † de matrimoniis, & iure dotium: nunc videamus de Liberis, qui fructus sunt coniugij. De his autem tractari solet, vel iam natis, vel adhuc in vetero existentibus. De natis agitur, vt agnoscantur & alantur: de non natis, vt in possessionem missi nutriantur. De agnoscendis liberis duo Senatusconsulta sunt facta.

2 Primò † Plautianum, quod duas factorum diuersas species definit. In prima cauetur, Debere mulierem facto diuortio, intra triginta dies nunciare marito, se esse prægnantem: maritum autem custodes ad ventrem seruandum mittere, aut renunciare, quòd ex se non sit prægnans: alioqui partum cogitur agnoscere, & alere. *l. 1. h. t. Paul. lib. 2. tit. 24.*

3. ¶ In secunda parte, de iis quæ falsum partum subiiciunt, agitur: quod Senatusconsulti caput non extat: constat tamen has pœna falsi teneri. *l. qui falsam. 19. §. 1. l. lege. 30. ad l. Corneliam. de falsis. l. cum supposuit. 10. C. eod. tit. de fals.* Alterum Senatusconsultum quod temporibus Adriani factum est, pertinet ad partum qui constante matrimonio æditur, vt is agnoscatur. *l. 3. §. 1. h. t. Vlpian. tit. 16.*

4 ¶ Sciendum autem est, patrem intelligi, quem nuptiæ demonstrant, *l. 5. de in ius vocan.* cogique & vt agnoscat partum: nisi euidentissimis rationibus ostendat ex se procreatum non esse: *l. filium. 6. de his qui sunt sui vel alien. iur.* & vt etiam alat. Naturalis enim ratio suadet, vt pater educet liberos pro modo facultatum, *l. si quis. 5. h. tit. l. pen. & fin. C. de alien. lib. vide glo. Land. art. 21. li. 1. num. 3.* præsertim triennio maiores. *l. nec filium. C. de patria. potest.* Imo necare videtur qui non alit. *l. necare. 4. h. tit. c. pasce. 86. distinc.* alimentorum autem nomine non modo victus, sed cætera quoque onera, omnésque vitæ necessitates comprehenduntur. *d. l. 5. §. non tantùm. 6. l. verbum victus. 43. de verb. signif. l. legatis. l. fin. de alim. leg.* Quòd si pater ipse egeat, necessitas facit, vt mater & reliqui parentes idonei alimenta præstare cogantur: *d. l. 5. h. tit.* sicut econtrariò liberi parentibus ἀντιπελαργεῖν iisque egenis alimenta, *d. l. 5. l. 1. & 2. C. de al. lib. l. 2. §. de fer. & dilat.* nō etiam æs eorum alienum dissoluere debent. *d. l. 5. §. si mater. 7. tot. tit. C. ne filius pro patre.* Hoc nutricationis onus in hæredes In subsidium transit: *d. l. 5. §. item rescriptum est. 8.* & cum descendat ex iure naturæ, *l. 1. in fin. de iust. & iur.* charitatéque sanguinis, *d. l. 5. §. 1. vers. & cum ex æquitate.* nullo pacto aut statuto tolli potest. *Decius in l. iura sanguinis. 8. in prin. de reg. iur.* Ac qui illud detrectat & refugit, etiam pignoribus captis, aut alio modo, per officium iudicis cogitur: *d. l. 5. §. si vel parens. l. nec filium. vbi glo. C. de patria potestate.* nisi qui alimenta petit, suis se operis ac industria adhibita alere possit. *d. l. 5. §. denique. 2.* Pigris enim & negligentibus iura non subueniunt: *l. non enim. 16. ex quib. caus. ma. l. pupillus. 24. quæ in frau. cred.* aut nisi iusta exhæredationis causa extet. qui enim exhæredare, etiam alimenta denegare potest. *d. l. 5. §. si vel parens.*

DE INSPICIENDO VENTRE custodiendóque partu.

Tit. IIII.

1 *Edictum de ventre inspiciendo, custodiendoque partu.*
2 *Rescriptum eadem de re.*

1 DE liberis † adhuc in vtero existentibus déque ventre inspiciendo, & custodiendo partu, ita ait Prætor: *l. 1. §. de inspiciendo. 4. hoc tit.* Si mulier mortuo marito prægnantem se esse dicet, his ad quos ea res pertinebit, procuratoríue eorum bis in mense denunciandum curet, vt mittant, si velint, quæ ventrem inspiciant. Mittantur autem mulieres liberæ duntaxat quinque: hæque simul omnes inspiciant, dū re, qua neq; earū dū inspicit, inuita muliere ventrem tangat Mulier in domo honestissimæ fœminæ pariat, quam ego constituam. Mulier ante dies triginta, quàm parituram se putat, denunciet is ad quos ea res pertinet, procuratoribúsue eorum, vt mittant, si velint, qui ventrem custodiant. In quo conclaui mulier paritura erit, ibi ne plures aditus sint quàm vnus: si erunt, ex

vtraque parte tabulis præfigantur. Ante hostium eius conclauis, liberi tres, & tres liberæ cum binis comitibus custodiāt. Quotiescunque ea mulier in id conclaue, aliudúe quod, siue in balneū ibit, custodes si volēt, id ante prospiciant, & eos qui introierint, excutiāt. Custodes qui ante conclaui positi erunt, si volunt omnes qui conclaue aut domum introierint, excutiāt. Mulier cum parturire incipiat, his ad quos ea res pertinet, procuratoribúsue eorum denunciet, vt mittant, quibus præsentibus pariat. Mittantur mulieres liberæ duntaxat quinque: ita vt præter obstetrices duas, in eo conclaui ne plures mulieres liberæ sint quàm decem, ancillæ quàm sex. Hæ quæ intus futuræ erunt, excutiātur omnes, in eo conclaui ne qua prægnās sit. Tria lumina ne minus ibi sint, scilicet quia tenebræ ad subiiciendum aptiores sunt. Quod natum erit, his ad quos ea res pertinet, procuratoribúsue eorum, si inspicere volent, ostendatur. Apud eum educatur, apud quem parens iusserit: si autem nihil parens iusserit, aut is apud quem voluerit educari, curam nō recipiet, apud quem educetur, causa cognita cōstitutam. Is apud quē educabitur, quod natum erit, quoad trium mensium sit, bis in mēse: ex eo tempore, quoad sex mensium sit, semel in mense: à sex mensibus quoad anniculus fiat, alternis mensibus: ab anniculo quoad fari possit, semel in sex mensibus, vbi volet, ostendat. Si cui ventrem inspici custodiríue, adesse patrui licitum non erit, factúmue quid erit, quo minus ea ita fiant, vti suprà comprehensum est: ei quod natum erit possessionem causa cognita non dabo. Siue quod natum erit, vt suprà cautum est, inspici nō licuerit: quas vtique actiones me daturum polliceor his, quibus ex edicto meo Bonorum possessio data sit: eas si mihi iusta causa videbitur esse, ei non dabo. Hoc edictum cum sit manifestissimum, interpretatione non indiget: *l. 1. §. quamuis. 5. h. tit.* quam si quis requirat, consulere Iurisconsultos potest. *d. l. 1. 2. 3. 4. h. t.*

2 ¶ Quia verò tantùm de mulieribus quæ asserunt se prægnātes, Prætor loquitur, in iisque Senatusconsulta de liberis agnoscendis duntaxat locum habent, *d. l. 1. §. ex hoc rescripto. 1.* vt paulò ante est ostensum: ideo temporibus Diuorum fratrum, cum hoc incidisset, vt maritus quidem prægnantem mulierem diceret, vxor negaret; consulti, Valerio Prisciano, Prætori vrbano rescripserunt in hæc verba: Nouam rem desiderare Rutilius Seuerus videtur, vt vxori quæ ab eo diuerterat, & se non esse prægnantem profiteatur, custodē apponat: & ideo nemo mirabitur, si nos quoque nouum cōsilium & remedium suggeramus. Igitur si perstat in eadem postulatione, commodissimum est eligi honestissimæ fœminæ domum, in qua Domitia veniat: & ibi tres obstetrices probatæ & artis & fidei, quæ à te assumptæ fuerint, eam inspiciant. & si quidem vel omnes, vel duæ renunciauerint prægnātem videri, tunc persuadendum mulieri erit, vt perinde custodem admittat, atque si ipsa hoc desiderasset. Quòd si enixa non fuerit, sciat maritus ad inuidiam existimationémque suam pertinere, vt non immeritò possit videri captâsse hoc ad aliquam mulieris iniuriam. Si autem vel omnes, vel plures, non esse grauidam renunciauerint, nulla causa custodiendi erit.

SI VENTRIS NOMINE muliere in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur.

Tit. V.

1 *Ratio huius edicti.*
2 *Cui, in quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*
3 *Quomodo prætor edicto parere cogat.*

HOc † edicto rectissimè Prætor prospexit, 1 ne dum in fauorem partus possessionē facilè pollicetur, aliis prædę occasionē præbeat. Idcirco † constituit actionem in Factū in mulierē, 2 quę in alium hanc possessionem dolo malo trāstulit; qua petitur, Quanti interest eius qui experitur, fortè cohæredis aut substituti, possessionē nō esse trāslatā. Deinde necessariò Prætor adiecit, vt qui per dolū venit in possessionem, cogatur decedere. Coget † autem eū nō Prætoria po 3 testate, vel manu ministrorum: sed melius & ciuilius faciet, si eum per interdictum (fortè Quorum bonorum, aut actionem in Factum ex hoc edicto) ad ius, ordinarium remiserit. *l. 1. §. 1. h. t.*

SI MVLIER VENTRIS nomine in possessione calumnię causa esse dicatur.

Tit. VI.

1 *Ratio edicti.*
2 *Quis per calumniam dicatur in possessione fuisse.*
2 *Cui, aduersus quem, aliquid ex hoc edicto actio detur.*

QVEMADMODVM † Prætor facilis est circa bonorum possessionem mulieri dādam Ventris nomine: ita Calumniam eius impunitam relinquere non debet. 1

¶ Per calumniam in possessione fuisse videtur, 2 quæ sciens prudénsque se pregnantem non esse, voluit in possessionem venire. *l. 1. §. 1. h. t.* Aduersus † hanc actio datur illis, quorū interfuit mis- 3 sionem non decerni: vt cohæredibus, substitutis proximis ab intestato, legatariis, &c. ad id quod interest: cuius in æstimationem etiam alimenta, in vētrem erogata, veniunt. *d. l. 1. §. competit. cum seq.* Et mulier ex hac causa damnata notatur ignominia. *l. notatur. 15. cum l. seq. de his qui not. infa.* Debet enim coerceri, quæ Prætorem decepit. *l. debuit. 16. eod. tit.*

DE CONCVBINIS. Tit. VII. C. 5.26.

1 *Continuatio tituli.*

2 *Quid sit concubina, concubinatus, & quare permissus.*

3 *Quam in concubinatu habere liceat, vel non.*

1 ET hæc † quidem de Legitimis nuptiis: nam coniunctio quæ extra nuptias fit, plerunque in Concubinatum incidit. 2 Concubina † est, quæ cum vxor non sit, cum aliquo tamen viuit, & vxoris loco in domo est, ac corpus miscet. *l. libro. 144. de verb. signif. vide Cuiac. lib. 5. cap. 6.* Concubinatus autem ex sola animi destinatione æstimatur: *l. 4. h. tit.* videlicet cum quis mulierem voluptatis, & concubinatus (vnde & nomen) causa, in contubernio, & cõsuetudine diuturna habet. quod iure Ciuili extra pœnam & infamiam *Bald. in l. 3. C. de cond. inser. l. vnic. C. de concubin.* est: *l. 3. in fin. h. tit.* iis scilicet qui vxores non habent, *l. vnic. C. de concubi. l. vlt. de diuor. Paul. lib. 2. tit. 20.* permissum, ad euitanda maiora adulterij & constuprationum mala: & quia obsisti hominum nequitiæ non omni ex parte potest.

3 ¶ In concubinatu potest esse non modò liberta, sed & ingenua, si obscuro loco nata sit, vel pudorem vulgarit: alioqui si honestæ vitæ locique ingenuam quis in concubinatu habere maluerit, id sine contestatione ea de re apud Ædiles facta, sicut ex Tacito coniicitur, *Conna. lib. 8. cap.* A 13. fieri nequit: sed necesse est, vel vxorem eam habere, vel hoc recusantem cum ea stuprum committere. *l. 3. hoc tit. in fin. l. in liberæ. 24. de ritu nupt. gloss. in l. 1. verb. stuprum. h. tit.* Concubinas tamen habere plures, improbatum est: *in Auth. quibus mod. natur. eff. sui. circa fin. Nouell. 74. §. considerauimus. in Auth. de trien. & semiss. glo. in l. vnic. C. de concub.* vt & illud, consuetudine eius vti, quæ patris aut filij fuit in concubinatu: *l. 1. in fin. h. tit.* quia propè nefaria est huius- B modi coniunctio, & quædam naturalis honestatis violatio: quæ nemini concedenda est, *l. 2. C. de in ius vocan.* nec concedi potest, vtpote cum affinitas per consuetudinem eiusmodi sit contracta: *vide ext. t. tit. de eo qui consang. vx. suæ. & §. de rit. nupt. glo. 17. l. 1. verb. prohibendum. h. tit.* quare eiusmodi scelus prohibendum, *l. 1. in fin. h. tit.* & quantum existimo arbitrariè puniendum est. *ex doctrina glo. in l. 3. C. de sacro. eccles.* Et hæc iure Ciuili ita se habent. Iure autem Diuino & Canonico concubinatus in totum est damnatus. C *ext. de cohabita. cle. & muli. 1. Cor. 5. cum simil. gloss. & Bart. in l. 1. hoc tit.* sicuti & à Philosophis. *Aristot. lib. 7. Polit. c. 17.* Eadémque in damnatione sunt lupanaria, ac meretricum consuetudo, *c. nemo. c. meretrices. 32. q. 4. Panor. & Dd. in c. inter opera. de sponsal.* quamuis iure Ciuili extra lenocinium *Nouell. de lenon.* permissa. *l. quæ adulterium. 29. C. de adult. l. 2. C. de donat. int. vir. & vxor. l. si ea. 22. C. de adult. l. si vxor. 13. §. 1. ff. ad. l. Iul. de a-* D *dult. l. ait. & Alex. in l. si adulterium. de adult. glo. & Dd. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui not. inf. Alex. cons. 157. in fin. vol. 5.*

DIGEST. LIBER XXVI.

DE TVTELIS. Tit. I.

1 *Continuatio.*

2 *Dispositio sequentium titulorum.*

3 *Quid sit tutela.*

4 *Explicatio definitionis.*

5 *Diuisio & causæ.*

6 *Finis & effectus.*

7 *Affinia & contraria: & de cura, nonnulla.*

1 NON † modò alendi sunt qui ex matrimonio procreantur liberi, sed etiam continendi authoritate, & consilio gubernandi, cùm se per ætatem regere necdum queant. Itaq; viuentis quidem patris sunt in potestate & manu, qui eos honestè & pudicè educare debeat. *tot. tit. de lib. ag. §. & tit. C. de alen. lib.* Quod si is moriatur, succedit alter quasi parens, Lex & authoritas Magistratuum, qui fidei & curæ idoneorum hominum imbecillam ætatem gubernandam committũt: quæ gubernatio Tutela & Cura appellatur, à tuendo & curando. *vide Vlpia. tit. 11.* Quod cum ita sit, reliquum est, vt postquam de coniugiis, & alendis liberis est dictum: de Tutelis deinceps, 2 sicuti erat propositum, videamus. Qua † in parte ordine exponendum est: Quid sit tutela, & quo- E tuplex. Quomodo & quando constituatur: tum de Officio & administratione tutorũ: deinceps de Fine ac abdicatione tutelæ, ac de Excusationibus tutorum; postremò de Actionibus, quæ finita tutela, vltrò citróque competunt.

¶ Tutela est, vt Seruius definit, ius & potestas 3 in caput liberum, constituta ad tuendum eum, qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili data & permissa. *l. 1. h. tit. vide quæ dixi Instit. eod. in prin.* Est † enim ius Publ. cum au- 4 F thoritate, *l. filiusfamilias. 9. verb. tutor. de his qui sunt sui vel alien. iur.* quod inuito in inuitum datur: *Instit. de excus. tutor. in princip. l. 2. h. tit.* vtilitate Priuatum. *l. pupillus 239. §. minus. de verb. significa. l. athletæ. 8. §. tutela. ff. de excus. tuto.* In caput liberum, pupilli, qui sui iuris est, & caput prorsus liberum habet: nã iis qui sunt alieni iuris, tutores non dantur. Constituta ad tuendum eum qui per

ætatem sua spõte se defendere nequit. Differetia à fine, effectu & officio tutelæ sumpta, qua hoc ius à patris & curatoris potestate secernitur. Nam tutelæ vis omnis, in Tuendo personam & bona pupilli vertitur & cõsistit. *l. qui fundum. 7. §. si tutor. pro emptore. l. tutor. 33. de furt. l. tutor. 28. de adm. tut.* Patris verò potestas, ista maior est, atque amplior. Maius enim tuitione ius habet pater, tàm in caput liberorum (nam olim ius vitæ & necis habuit, *l. in suis. de lib. & posth.* & punire etiam hodie potest, *vide l. 2. & t. tit. C. de pat. pot.*) quàm in bonis, cum eorum fiat dominus, aut quo ad proprietatem, aut quo ad vsumfructum: *Instit. per quas person. nob. acq. l. fin. & tot. tit. C. de bon. mater.* ita vt non modò tueri, sed etiam absumere possit. Curatorum autem potestas minor est quàm tutorum. Curator enim Bonis curandis tantùm præficitur, *l. in copulandis. 8. C. de nupt.* vel in totum, vel in aliqua parte, aut etiã re certa. *Inst. de curat. in prin.* Tutor porrò principaliter tuendæ (vt dictum est) Personæ datur, non Rei: *l. quia. 14. ff. tit. 1. §. ad certum. Instit. qui testam. tut. da. poss.* secundariò autem ad vniuersum personæ patrimonium administrandum datus esse creditur: *§. datus. Instit. de excusa. tuto.* nec certæ rei dari potest. *d. §. ad certum. l. certarum. 12. ff. tit. 1.* Nam vt persona non recipit diuisionem, ita nec tutela quæ personæ datur. & sicut partitionem respuit in principali, ita & in administratione bonorum accessoria, quę ex natura principalis debet æstimari. *l. cum principalis. 139. de reg. iur.* Additur, Iure ciuili data & permissa. quæ particula causam efficiẽtem denotat, videlicet legem XII. Tab. & alias: quæ partim dãt tutelam, scilicet Legitimam: partim dari à testatore & Magistratu permittunt, videlicet Testamẽtariam & Datiuam. Propria tutelæ sunt, esse officium, seu onus, *l. tria onera de excus. tut. §. item tria onera. Inst. de excus. tut.* siue munus *in princ. Inst. de excus. tut. l. pupillus. 239. §. munus. de verb. signif. l. 1. §. illud. de mun.* necessarium, *l. fin. in princ. vbi Bart. C. de adm. tut. in prin. Inst. de excus. tut.* virile, *l. tutela. vbi Bart. h. t. l. 1. C. quan. mul. tut.* personale, *l. 1. §. æquè. de mun.* publicũ *§. 1. Inst. de exc. tut.* authoritate, & ciuile, *l. athletæ. 8. in prin. de excus. tut. l. 2. de reg. iur.* sed vtilitate priuatum: *glo. in d. l. athletæ. per illum tex. & in prin. Inst. de excus. tut. Spec. de appell. §. 2.* item (vt reliqua munera ciuilia) sua natura gratuitum, quia non honos est, sed onus: *Bal. in l. minimus. in fin. C. de legit. hær. & in l. cum quidam. in 2. opp. C. de verb. signif. tex. in d. l. tria onera de excus. tut.* eoq; tutela lucrosa esse potius pupillo quàm tutori debet, *l. qui negociationem. 58. de adm. tut.* quanquam ex iusta causa, puta propter inopiam, peregrinationes litium causa subeundas, &c. salarium tutori cõstitui authoritate decretóq; Iudicis possit. *Bar. in l. in eos. de tut. per l. 1. §. si pupillis. de tut. & rat. dist. & l. à tutorib. 33. §. fin. de adm. tut. Bal. in l. cum oportet. 6. in prin. nu. 16. C. de bon. quæ liber. bonus tex. in l. idémq; 10. §. idem Labeo. ff. mand.* Tutela quoq; sua natura Generalis est: vnde & Generale iudicium na- A scitur, *vide §. de iud. gl. in l. 1. de eden.* & Bonæ fidei. *§. actionum. vbi glo. ad verb. tutelæ. Instit. de actio.*

¶ Tutela alia Testamentaria est, quæ testamẽ- 5 to: alia Legitima, quę à lege: alia Datiua, quæ dãte & decernente Magistratu, qui summus quasi tutor est, *glo. lib. 1. Land. art. 41. per l. si infanti. §. fin. C. de iur. dot. l. bonorum. C. qui admit.* defertur: vt in sequentib. exponetur. *l. fin. in fin. C. de auth. præstan. l. generaliter. 40. C. de episc. & cler. vide t. seq. & Instit. eod.* Dicitur & alius tutor Admini- B strans, seu verus: alius Honorarius, testamento scilicet datus (nam lex aut iudex eiusmodi non dat) cui nulla incũbit administratio, sed tantùm honoris causa interponitur: velut persona dignior & honoratior, quam pupillus pre reliquis timeat & reuereatur, & qui sit velut inspector ac obseruator totius administrationis: *l. iure. 26. §. 1. de test. tut. l. 3. de adm. tut.* vulgò Supremum tutorem nominant. Sunt etiam qui Protutores & C Falsi tutores nominẽtur. de quibus suo loco opportunius. *ff. de eo qui pro tuto. & quod fals. tut. auth.* Est etiam iure Sax. tutor Iudiciarius, qui ad iudicia similésq; solennitates mulieri datur, *art. 47. lib. 1.* velut & olim. *Vlp. tit. 11. 20. Boet. in Top. Cuiac. obs. lib. 7. cap. 11.* Causa efficiens tutelam, est Lex (nõ ius Prætorium, *Bart. in l. iure. 26. §. honoris. de testam. tut.*) videlicet Lex XII. Tabul. quæ partim per se defert tutelas proximis agnatis: *Inst. ff. & C. de leg. tut.* partim parentibus, vt in te- D stamento liberis quos in potestate habent, dent tutores, permittit: *l. 1. de test. tut.* mater autẽ, quæ in potestate non habet liberos, *§. fin. Instit. de adoptio. vide de his qui sunt sui vel alien. iur.* nũquam aliter, quàm si eos hæredes instituerit, tutores iis dare ex Cõstitutionibus hodie potest. *l. 4. de testam. tut.* His porrò tutelis deficiẽtibus, ex aliis legibus olim Magistratus, ad quos cura pupillorum meritò refertur, dabant tutores: *Inst. de Attil. tut. in pri.* hodie ex Constitutionibus Princi- E pum, *§. sed ex his legib. Inst. de Attil. tut.* & præsertim Iustiniani. *§. nos autẽ. Inst. de Attil. tut.* Causa igitur efficiẽs remota, est Lex: propinqua, Testator & Magistratus. Causa προκαταρκτική Indigentia pupilli, *§. fin. Inst. de Attil. tut.* & Ius naturæ: quo vnumquodque quod ad se gubernãdum suapte vi non sufficit, id præstantioris alicuius ductu regitur, *Arist. lib. 1. πολιτικῶν. §. pen. Inst. de Attil. tut.* & gubernatur: spectata deniq; tutoris fides, probitas, *in prin. Instit. de satisd. tut. in verb.* F *fides & diligentia.* atque rerũ notitia. *l. quæro. 32. §. 1. de testa. tut.* Possunt autẽ omnes fungi tutela, qui non prohibentur: imò etiã inuiti ad id oneris subeundum, captis pignoribus à Magistratu cõpetente cogũtur, *art. 47. cũ gl. Land. lib. 1. l. 5. C. qui dare tuto.* quando publicũ sit & ciuile munus. *l. 1. de adm. tut.* Prohibentur autem tutelã gerere, qui pupillo id præstare nequeũt, cuius causa tutela est inducta, videlicet Defensionẽ & Tuitionem: vt surdi & muti, *l. 1. §. fin. l. pen. h. t.* minores, G *§. itẽm maior. Instit. de excus. tut. §. fin. Instit. de fid. tut. §. furiosus. Instit. qui testam. tuto. l. fin. C. de legit. tut.* furiosi, *d. §. furiosus.* omnésque alij qui ipsimet

cura indigent aliena. *l.fin. C.de legit.tuto.d.§. furiosus.Inst. qui text. tut.§. item maior. Insti. de excus. tut.l.2. C. quan. mul.tut. off. Spec.de tutor.§. fin.in prin.* Mulieres regulariter tutelæ munere,quod virile est,fungi non possunt. *l.1. C.quan. mul.tut. off.l.iure nostro.de test. tut.* nisi ex Principis indulgentia, *l.fin.ff.de tut.glo.in d.l.1. C. quan. mul. vide Vlp.t.11.* matribus & auiis exceptis:quæ amissis viris, nedum legitimorum, *l.2. cum Authen. sequ. C. quan. mul. tut.offi.* sed etiam naturalium suorum liberorum. *l.fin. C.quan.mul.tut.off. Authen. ad hæc. in fin. eod.tit.* legitimæ præ reliquis agnatis sunt tutrices, etiamsi creditrices aut debitrices liberorum sint: *Authen.ad hæc.C. quan. mul.tut.off.* quin moribus Sax. etiam iure paterno administrant,& fructus lucrantur, donec liberi adolescant, & ab iis separentur. *art.11.lib.1.* Nam in his affectionis ratio suspicionem remouet; *l.non solum. 67. §.de vno.ff.de rit.nupt.* scilicet quamdiu in casta viduitate permanent. contractis enim secundis nuptiis, vel pudore prostrato. *glo. in Auth.sacramentum. ad verb. contractis. C.quan.mul.tut.off.per §. fin. Auth. de restit. & §. si autem.in Auth.de nupt.* desinunt esse ipso iure tutrices: *Auth. sacramentum. C. quand. mult. vide latè* Bart. *in l. si quis sub.de testa.tut.*& succedit tutela Datiua. *glo. in d. Auth.sacramen. per l. si quis sub conditione. de testa. tutel.* Bart. *in d. l.si quis sub conditione. num.3.* Exceptis autem istis & consimilibus personis,in queis suspicionē tollit propinquitas, non potest debitor vel creditor sui creditoris debitor sive tutor esse, *in Auth. vt hi qui ob. se hab.perhib. res minor. Spec. de tutor. §. fin.num.12.* nisi sit testamento datus. *vide Bald.& Dd.in l.creditorem.8. C.qui dar. tut. vel cura.Bart. in l.quoties. §. sicut. de adm tut.Bart.in l.pater filio. de procur. Castr.in l. cum in eo.de pac. Bald. in tract. de pace.in prin.* Eadémque in causa est is qui cum pupillo litigat,*d. Auth.vt hi qui oblig.se hab. perh. Spec. de tut. §.fin.nu.12. tex.in l.idem.27.§.cum autem. de testa. tut. vbi Bart.l.si vt allegas.16.C.de excusat. tut. Bart.in Auth.minoris.num.1.& 2.per illum tex.C. qui dar.tut. poss.* qui bona eius possidet. *Bart.in d.Auth.minoris.num.7.C.qui dare tut. poss.* qui illi cohæres est, aut multorum bonorum socius,réue cum pupillo communes obtinet,*vide dist.Bart.in d.Auth.minoris.*(quanquam hoc olim excusationem non habebat, sed dato curatore inter tutorem & pupillum, hæreditas aut alia res communis diuidebatur, *l.quod res.21. C.de excus.tut.*) qui iurisdictioni subiectus non est cui pupillus subest. *l.etiam municeps. vbi Bart. de tut. Land. art.47. cum glo lib.1.*qui vitricus fit pupillo, ducta eius matre vidua. *glo. in l. 1. ad verb.vitricum.C.vbi pup.educ.l.3.vbi Bald.& Dd. C.de contr.iud.tut. l.Bald.in l.omnem.C.ad S.C.Tertul. vide* Bart. *in l.nonnunquam de adopt.* Hi enim tutores esse non possunt, nec à Magistratu ad id eligi, præterquam si testamento fuerint dati. *Dd.præall.loc.*Nam testamento etiam istiusmodi dari possunt: quia suspicio fraudis purgatur per approbationem & iudicium defuncti patris, qui

A præsumitur optimè liberis suis prouidere voluisse.*l.nec in ea.22.de adult.l.fin. in prin. C. de curat.furiosi.Bal.in l.3.C.de patr.potest.Bald.in l.præcib.8.num. 40. C.de impub. substit. vide Alc. trac. præsumpt.* Eadémque est causa seruorum, scilicet vt cum libertate in testamento, non etiam à Præside, tutores dari possint:*l.in seruili.7. C. qui dare tut. §. 1. Instit.qui test. tut. dar.* Qui etiam in dignitate aliqua, aut priuilegio sunt, vt miles, *l.4. C. qui dar. tut.* colonus Principis,*l.fin. C.eod. tit.* exempti à iurisdictione, *l.neque.5. C.eod.tit.* & denique similes,quibus adiunctis pupilli conditio deterior futura est, quia pares potentioribus esse non possumus:*l.3. in princ. de alien. iud. mut. caus. fac.* his tutela delegari prohibetur: vt & marito cura vxoris.*l.2. C.qui dar. tut.l. virum. de cur. fur.* Quod tamen iure Sax. non obtinet. *Land.lib.1. art.31.Fachs.diff.7.&* 8. Extra hos autem qui vel ob ætatem, vel sexum,vel suspicionem tutela arcetur,omnes gerere tutelam possunt, atque etiam vel inuiti debent:*l.3. C.de susp. tut.l.1. in prin. de adm. tut.§.pen.Instit. de satisd.tut. l.si quis.demu. & hon.* siue paterfamiliâs, siue filiusfam: *in prin. Instit. de iis qui tuto. testam. dari poss. l.antepen. de his qui sunt sui vel alie.iur.* qui in publicis muneribus pro patre famil. habetur: *l. nam quod.14. ad S. C.Treb.l.quippe.78.de iud.* siue locuples,siue pauper; *§.fin. Inst. de suspec. tut. l. paupertas. de excusat.* siue bonæ famæ, siue infamis: *l.cui eorum. vbi Bart.de postul.* siue nobilis, siue plebeius,*l.decreto. vbi Bart.qui pet. tut. l. vbi. de tut. dat ab his.* etiam Rex aut Princeps:*Bart. in l.iure.§.1. num.1. de testam.tut. & in l. quod si fortè. §.sunt quidam. quæst. 1. de solut.* atque adeò & ex locis vicinis (non tamen vltra centesimum miliare, *§.penul. Instit.de excus. tut.l.non solum.10. ff. eod.tit.l.1. C.eod.tit.*)quando idoneus in loco pupilli non potest haberi, assumi debet. *l.diuus. de tut. dat.ab his.* Materia circa quam tutela versatur, est præcipuè Caput liberum(nā iis qui sunt in alieno iure & familia,turor non datur) pupilli, *l.1.hoc tit.*(neque enim tutor principaliter rebus,sed etiam personæ & moribus pubilli *l.cum plures. 12. §. fin. de admin.tutor.* præponitur) hoc est, eius qui cum sit impubes, desinit tamen esse in potestate patris, vel per eius mortem, vel per emancipationem, *l.pupillus.239. de verb. signif.* item qui alium tutorem non habet:non habenti tutorem, tutor dari nequit, *l.si quis sub conditione.11.§.1. de testa. tut.l. si sororis. C.qui dar. tut. §. fin.Instit. de cur.* Nec interest, cuius sit fortunæ aut dignitatis pupillus. Nam & Regi, illustribúsque personis tutores dantur, *l.1. C.de tuto.illust. person.* & contra naturalibus ac spuriis: *vide glo. & Bart. in l.1. de testam.tutel.& in l.fin. C. de confir. tuto.* non tamen filiis banuitorum aut captiuorum ab hostibus: his enim non tutor, sed curator solet præfici. *l. muto. 6. §. ei cuius. de tutel.Bald. in l. 1. num.14.C.de hæred.instit.* Cæterum & pluribus vnus tutor dari potest:*§. item.3. versi.item tria.Inst.de excusat. tutor.* & plurium liberorum qui in vna sunt familia, tutela non pro pluribus,

pluribus, sed pro vna reputatur. *l.3.l.si is.qui.31. §.fin. de excusat. tutor.l.accipientis.15. l.inter.20. de auth. tuto. l.2. verb. liberos. C.quan.mul.tut.off.* Alterum, & velut secundarium obiectum circa quod tutela versatur: sunt Vniuersa pupilli bona. Nec enim partem vnam facultatum, sed totum corpus tutela respicit, §. *ad certum. versic. certæ rei. Instit. qui testam.tuto. da. §. datus. Inst. de excus. tut. l.propter litem. 21. de excusa. tutor.* Forma suis locis explicabitur,nempe tutelæ Petendæ, *qui pet.tut.vel curat.ff. & Cod.* Decernandæ, *de tut. dat.ab his.l.1. de adm.tut.* Administrandæ. *de adm. tuto. ff. & C.* Id tamen in genere sciendum est, tutorem siue legitimum, siue datum, non aliter posse tutelam gerere, quàm si decreto Magistratus ei administratio sit commissa: *l. 3. §.fin.de admin. tut. l.cui eorum.de postul.l. legitimos. 5. §.pen. de leg. tuto.* quæ non ante decernitur,quàm tutor Inuentarium conficiat,& Iusiurandum Cautionémque præstet,Rem pupilli ex bona fide defensum iri,*l.fin.§.penul.C.de adm.tutor.Bart.in d.l.legitimos.Angel.Inst.de leg.tut.num. 6.Alexand.consi.129.ponderatis.num.3.vol.1. Mathes.sing.107.nota casum.per tot.Zobel.art.23. Land. lib.1. Kling.Instit.tit.de leg.ag.tut.* subiecta bonorum suorum omnium hypotheca. *Spec. de tutor. §.fin.num.1. per l.de creationib.C.de episc.aud.l.fin. §. in prouincia. C. de cur. fur.* vt illa vetus satisdationum distinctio de non exigenda cautione à testamentario tutore, vel ex inquisitione dato, *vide Inst.de satisd.tut.in prin.*hodie non multum, nisi in dandis fideiussoribus,attendatur.

¶ Finis est,Vt impubes ætas paterno consilio & præsidio destituta,tutelæ beneficio regatur & defendatur. Impuberes, inquit Imperator, §. *penul. Instit.de Attilia. tut.l.quod si fortè.14. in fin. de solut.l.4. in fin.ff. rem pup.sal. fore.* in tutela esse,naturali iuri conueniens est,vt his qui perfectæ ætatis non est, alterius curatione regatur. Effectus,Quòd simulátque tutor datus est,potestatem gerendi liberam habeat, *glo. finalis in l. mandato. 60. de procur.l.tutor.35. in prin. de iureiur.not.in l.præses.12.C.de transf.1a.in l.1.§.item acquirimus. de acq.poss. glo.lib.1. art.47. Land.*atque ad administrandum statim obligetur, & suo periculo cesset, *l.1. in prin.de admin.tut.* & de Dolo Lata, ac Leui etiam culpa teneatur: *l. quicquid.7. C.arbit.tutel.* Itaque statim conficere inuentarium, & vt sibi decernatur à Magistratu administratio, petere debet: non neglectis etiam interim iis quæ moram non patiuntur, & tempore detrimentum capere possunt. *Angel. Instit. de legit.agnat. tut. num.8.& 9. per l.fin.C. de tut. qui satis non ded. l.quidam decedens. al.l. ita autem.5. §. vsque adeo. de adm.tut.* Nam quoties periculum ex mora extimescendum est receditur à communibus iuris regulis. *1a.in l. naturaliter. §.nihil.num.174. de acq.poss per l.5. §. si quis riuos. de oper.no.nunc.tex.etiam in l.2. & 3. de ser.in l.vnic.C.quan.lic.vnic. sine ind.se vin.* Obligat etiam tutela & tutorem ad reddendam tutelæ gestæ rationem,suscipiendásque actiones quę ex tutelæ oriuntur: *vide* J. *de tutel. & rat. dist.* & contrà pupillum Contrario iudicio tutelæ: *de cont. iud. tut.* eidemque suæ rei administrandæ potestatem aufert, vt nihil deinceps absque tutoris authoritate gerere possit.*vide.*J.*de auth.tuto.* Nam tutela quasi dominum rerum pupillarium tutorem facit: *l.interdum. 58. §.pen. de furt.* in administrando scilicet (non in dilapidando, *l. qui fundum.7. §. si tutor. ff. pro empto.*) seu quantum ad prouidentiam pupillarem attinet.*l. tutor. 28, de adm.tut.* Nam vt in definitione dictum est,tutela est ius tuendi,non consumendi: ad Tuendum pupillum constituta,non ad Deglubendū.

¶ Affinis tutelæ, est Cura.Nam quæ de tutoribus constituta sunt, eadem & in curatoribus, qui adultis dantur, *vide Inst. de curat.* obtinent. *l.1.de adm.tut.l.si tutoris.23. C.eod. tit.de adm.tuto. l.4.C.de peric.tut.l.1.C.arb.tut.* In quibusdam tamen differunt. Nam tutores dantur impuberibus: curatores puberibus. *in prin. Instit. de curat.* Illi inuitis, hi extra litem tantum volentibus.§. 1.*Instit.eod.tit.de curat.vbi dixi. Land.lib.1.art.42.* Illi personæ præficiuntur, hi bonis;*l. in copulandis.8. C.de nupt.quod quomodo accipiendum sit. Instit. de curat. dictum est.* etiamsi personam,cui bona ancillantur, neglectui habere non debeant. *l.consilio.7. de curat. fur.* Illi ad vniuersum patrimonium.*§. fin. Inst. de excus.tut.*hi ad singula etiam,negocia,singulásque causas.*l.non tãtum.7. de tut. & cura.§.1. Instit. eod.* Illi tutorem habenti non dantur, hi dari possunt. §. *interdum.3. Instit. de curat.* Sed vt discrimen hoc melius intelligatur, definitionem ac diuisionem curæ subiiciamus. Est igitur Cura seu curatio, §. *furiosi. verb. in curatione.Instit. eod.*vis & potestas, ad curanda bona minorum, vel eorum qui suis rebus præesse non possunt, iure Ciuili constituta. Atque hæc quidem in duas species distribui potest, quarum altera sit Legitima:nā ex lege XII. Tab.furiosi &prodigi in legitima sunt agnatorum cura: §, *furiosi. Instit. eod. l.furiosi.25. C. de nupt.in Auth. vt qui se obligat. hab. perhib.* altera verò Datiua, quæ minorib. 25. annis præficitur, authoritate magistratus. *in princ. Instit. de curat.* Testamentaria verò cura nulla est, velut tutela: cùm testamento curator non detur, sed datus à Prætore confirmetur. *in prin. Instit. de curat. vbi huius rationem.*S.*vide.* Ex quibus intelligi potest, quantum à tutela officium curatorum distet. Affine est tutelæ, & officium orphanotrophorum, ac similium,qui pia loca,eorúmque reditus & bona procurant.*l.oprhanotrophos. vbi Bart. Bald. cum simil. C.de episc.& cler.vide cle.1. de relig. domib.* Item actorum, qui ad lites peragendas à tutoribus surrogari solent. De quibus alibi agitur, §.*fin. Instit. de curat. vide* S. *de proc. & quod cuiusque vniuers. l.neque.11. C. de proc.* & suo loco dictum est copiosius. *ad tit.* S. *quod cuiusque vniuers.*Contraria tutelæ,sunt excusationes quibus ea euitatur: *tot. tit.*J.*de excus. tut.* dolus malus, ob quem tutores, vt suspecti, à tutela quæ bonæ fidei est,§. *actionum.vbi glo.ad verb. tutelæ.*

Instit. de actio. remouetur: *de suspec. tut. ff. Inst. C.* item pubertas, *in princ. Inst. quib. mod. tutel.* minutio capitis, §. 1. & 2. *Inst. quib. mod. tutel. fin.* & similes modi quibus tutela finitur. *vide Instit. quibus mod. tutel. fin.* Est etiam cum legitima transfertur ab agnato remotiore in proximiorem qui adoleuit. Verbi gratia: Si fratribus omnibus existentibus minoribus, patruus proximior tutelam ex lege administret, & inter ea maior fratrum ad ætatem peruenìat virilem: certè à patruo in hũc reliquorum tutela deferetur, *l. si tutor. 9. §. si duobus. vbi glo. & Bart. de tutel. & rat. distrah. per l. non solùm. §. pen. de excus. tutor.*

A quibus non oportet, vt ei qui non est in potestate, aut puberi: vel non quomodo oportet, vt si non personæ, sed rebus sit datus: quin nec maritus vxori tutorem, nisi optione relicta: *Cic. pro Mure. Cuiac. obs. lib. 7. cap.* 11. nec pater curatorem filio certè relinquit, quia inuito non datur. His igitur casibus opus est Confirmatione magistratus, vt quæ desunt testamento, suppleat. *l. adop. 38. de adop.* quod quidem fit, non vno modo.

B Nam † qui à patre minus legitimè dati sunt, citra vllam Inquisitionem aut Satisdationem cõfirmantur: *l. 1. l. si filio. l. fin. h. tit. l. pater. §. tit. 1.* qui † à matre, ex inquisitione, citra tamen satisdationem: *l. 2. h. t.* vt & hi qui à patrono. *l. 4. h. tit. l. qui tutelam. 28. §. fin. h. tit.* Quos † autem extranei dant, & ex inquisitione confirmari debent, & satisdare, Rem pupilli saluam fore: nec aliter admittuntur, quam si is impubes cui dantur, in testamento sit hæres institutus. *l. 4. & 5. h. t.*

DE TESTAMENTAria tutela. Tit. II. C. 5. 28.

1 *Testamentaria tutela quid sit, & vnde originem habeat.*
2 *Qui testamento tutores dari possint.*
3 *Præcipuam esse hanc tutelam.*

A TVTELA † triplex est: Testamentaria, Legitima, ac Datiua. *l. generaliter. 40. C. de episc. & cler.* Testamentaria est, quæ in testamento cõstituitur. nam lege XII. Tab. permissum est parentibus, vt liberis suis, non etiam extraneis, siue masculini siue fœminini sexus, quos quidem in D potestate habent, tutores dare possint. *l. 1. in prin. hoc tit. vide Cuiac. obs. lib. 7. cap.* 11. Verba legis ita se habent: Vti quisque legassit super pecunia, tuteláue rei suæ, ita ius esto. *in prin. Inst. de leg. Falc. l. verbis. 120. de verb. sig.*

2 ¶ Testamento tutores dari possunt ij, quibus cum est testamenti factio: *l. testamento. 21. h. tit.* hoc est, qui ex testamento capere possunt. Horum 3 tutorum causa prima est (quia quamdiu testamentaria speratur, legitima tutela cessat *in* E *prin. Instit. de legit. agnat. tutel*) & satisdare non coguntur, quod iudicio testatoris probati videantur. *in prin. Instit. de satisd. tut. vbi dixi.*

DE CONFIRMANDO tutore vel curatore. Titul. III. C. 5. 29.

1 *Causæ ex quibus confirmatio fiat.*
2 *A patre datos confirmari sine inquisitione aut satisdatione.*
3 *A matre datos, per inquisitionem confirmari.*
4 *Ab extraneo datos, inquisitioni & satisdationi esse obnoxios.*

1 NONNVNQVAM † euenit, vt tutor quãuis testamento datus, authoritate tamen. G Magistratus sit confirmandus: vel quia datus

C

DE LEGITIMIS TVtoribus. Tit. IIII. C. 5. 30.

1 *Vnde descendat hæc tutela, quare introducta, quibus detur.*
2 *Cognatis etiam hodie tutelam deferri.*
3 *De successione in tutela legitima.*
4 *De fiduciaria tutela.*
5 *De legitima patronorum tutela.*

1 INTESTATO † parente mortuo, vel si testamento tutor datus non est, agnatis defertur tutela, lege Tabul. XII. *l. intestato. 6. l. legitimos. 5. h. tit.* & quidem proximis, siue vni, siue pluribus pariter qui in eodem gradu sunt: *l. si reliquero. 8. l. si plures. 9. hoc tit. §. fin. Instit. de cap. dimin. l. 2. C. eod.* quamuis iure Saxo. *art. 23. lib. 1. Reinh. de tutel. diff.* 12. maior natu præferatur. Sunt autem Agnati, qui per virilis sexus personas cognatione iuncti sunt. *l. sunt autem. 7. h. t.* Et hoc quidem summa prouidentia constitutum est, vt qui sperarent habere successionem, iidem tuerentur bona, ne pessum irent, *l. 1. h. tit.* Qua † ratione cum hodie eadem sit cum agnatis in 2 successione cognatorum causa, dicemus iure nouo, ad hos quoque Legitimam tutelam pertinere. *§. ex his. in Auth. de hæred. ab intesta.* non tamen in causis & negociis Feudalibus: in quibus dominus feudi, tutor est sui vasalli, moribus Saxon. *Reinh. diff. 11. tutel. per Lehenr. c. 26. cum glo. & in art. 58. lib. 2. Landt.* Iure communi proximus agnatus, qui in feudo successurus est. *Kling. Instit. de tutel. & de legit. agnat. tut. per c. 1. §. filia. de feud. succes.* neque etiam eodem Sax. statuto in allodialibus & hæreditariis, nam licet non in successione, attamen in tutela agnatos cognatis Saxones indistinctè præferunt. *Land. lib. 1. art. 23. Reinhard. de tutel. diff. 1.*

¶ Est autem in tutela legitima locus succes- A
3 sioni, vt si proximior mortem aut capitis dimi-
nutionem patiatur, qui post eum est, succedat
in tutelæ administratione. *l. 3. §. fin. h. tit.* Qua-
re defuncto parente, qui filij emancipati tutor
est, non quidem legitimus (quia non habebat
olim dissoluta agnatione spem successionis, nisi
eam sibi solennibus pactionibus reseruasset, *tot.*
tit. si quis à par. l. fin. C. de emanc.) sed quasi legi-
timus: *vide inst. de leg. paren. tutel.* si liberi qui in
B potestate patris ad mortem vsque fuerunt, per-
fectæ ætatis existant, Fiduciarij tutores fratris
emancipati, vel sororis efficiuntur. *l. 3. §. fin. l. 4.*
4 *h. tit.* Quæ † tutela Fiduciaria dicta est, non ob-
ius successionis, aut agnationem, quæ emanci-
patione erat sublata: sed vt Dd. interpretantur,
propter fiduciam diligentiæ & fidei fraternæ
introducta est, *arg. l. liberto. 31. §. penul. de negoc.*
gest. vel potius ob fiduciam in emancipatione,
& solenni huius actus ritu contractam. *vide quæ*
dixi Instit. de fiduc. tutel.

5 ¶ Patronis quoque lege XII. libertorum tu-
tela mandari videtur, non quidem specialiter,
sed ex sententia legis per consequentias hære-
ditatum. *Instit. de legit. patro. tut.* Hoc interest,
quòd agnatos sine distinctione lex satisdare iu-
bet: patronos non item, nisi causa cognita. *l. le-*
gitimos. h. tit. Hodie verò quia patroni libertis,
parẽtes etiam matres *l. omnem. C. ad Tertull. Bart.*
D *in Auth. matr. num. 9. C. quan. mul. tut. off.* liberis,
fratres fratribus emancipatis, ex Constitutio-
nibus, atque ita ex legibus nouis *l. 1. cum seq. de*
pet. her. succedunt: *vide Inst. de her. quæ ab intest.*
ideo hæ omnes tutelæ indiscriminatim legiti-
mæ hodie vocantur & sunt, *l. 4. C. de leg. tut. §. ex*
his. in Auth. de hære. ab intest. vt iam legitimarũ
tutelarum quinq; genera numerẽtur. *Bart. in d.*
l. 4. Ang. Inst. de leg. ag. tut. nu. 2.

DE TVTORIBVS ET curatoribus datis ab his qui ius dandi habent; & qui, & in quibus causis specialiter dari possunt. Tit. V. C. 5. 34. 36.

1 *Quando magistratus tutores, & quibus* F
dare debeat.
2 *Quibus det curatores.*
3 *Quomodo hi dentur.*

1 TVtelis, † Testamentaria & Legitima, de-
ficientibus vel excusatis, Magistratuum
est, impuberibus etiam inuitis tutores curare:
l. 2. l. 3. l. necnon 6. l. in omnem. 15. hoc tit. puberi-
bus verò dare curatores, non tamen inuitis: *vi-*
de rationem differentiæ, Instit. de curat. in prin. vbi dixi. nisi ad litem. *l. 1. C. qui petant. tut. &c.*

Item † mulieribus, *l. non tantùm. 7. h. tit.* & pro- 2
digis, ac furiosis, quamuis maioribus. *l. his qui.*
12. hoc t. Interdum tamen impuberi quoque da-
tur curator, vt cum tutor rebus superesse non
potest. *l. solet. §. de tutelis.* Tum enim additur ei
curator, quia Tutorem habenti tutor alius haud
facilè adiungitur. *§. interdum. Instit. de cur. vbi*
dixi. Hi autem omnes dãtur etiam inuiti ex In-
quisitione. *l. in dando. 18. hoc tit.* Quod † si ci- 3
tra inquisitionem dati sint, satisdare coguntur.
B *l. fin. C. de auth. præstan. l. impuberi. 9. h. tit. Instit.*
de satisd. tuto. in princ. Ex inquisitione dati non
satisdant, quia idonei electi sunt. *in prin. Instit.*
de satisd. tut. l. 3. C. qui tut. non satisd. l. bonorum. 8.
de curat. fur. Iure porrò Sax. indistinctè omnes
satisdant: exceptis legitimis, qui pupillo moriẽ-
ti hæredes sint futuri. *Reinhar. diff. de tutel. 2.*
per art. 23. Land. lib. 1.

QVI PETANT TVTOres vel curatores, & vbi petantur. Tit. VI. C. 5. 31. 32.

1 *Quinã tutores necessariò petere debeãt.*
2 *Qui pro arbitrio petant.*
D 3 *Curatores non necessariò peti.*
4 *Quando petendi sint tutores.*
5 *Quo loco.*

QVia verò Magistratus non solet officium
suum impertiri in dandis tutoribus, nisi
postuletur: *l. 4. §. hoc autem. vbi Cuiac. de dam.*
infect. rectè & illud cautum ordinatúmque est,
Quinam tutores petere debeant. Sunt † autem 1
E quidam quibus Necesse est petere: alioqui aut
lucro priuantur, aut puniuntur: quidam ex
Voluntate, & pro arbitrio petunt. Necesse ha-
bet petere mater, *l. 1. hoc tit.* cæteroquin hære- 2
ditate se indignam facit: *l. 2. 3. l. fin. hoc t.* item li-
berti impuberis, qui cessantes etiã pœnas luũt
d. l. 2. in fin. Reliqui † cognati pro arbitrio 2
& voluntate petunt. *d. l. 2.*

¶ Curatores sibi ipsi minores cum postulare 3
possint, nemo iis necesse habet petere. *d. l. 3. §.*
fin. Statim † autem atque opus est, puta deficiẽ- 4
tibus, aut reiectis, aut excusatis prioribus tuto-
ribus, & copia haberi Magistratus potest, scilicet Ordinarij, qui omnimodam in pupillum & tutorem iurisdictionem habeat, *Port. in §. sed hoc iure. Instit. de Attilia. tut. glo. no. Land. lib. 1. art. 21. 45. 47. l. 5. C. qui da. tut.* petitio est facienda: *d. l. 2. 3.* & quidem † eo loco, vnde originem ducit pupillus, vel vbi maior est facultatum 5
pars. *l. pupillo. 27. §. tit. 1. l. vnica. C. vbi pet. tut. vide Land. glo. art. 45. & 47. lib. 1.*

G

DE ADMINISTRATIONE & periculo tutorum & curatorum, qui gesserint vel non: & de agentibus vel conueniendis vno vel pluribus. Titul. VII. C. 5. 37. 38. 52.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Tutorem statim gerere necessariò oportere.*
3 *Cui administratio inter plures sit credenda.*
4 *Quomodo tutor administrare debeat, & ad quid teneatur.*
5 *Quo ordine tutores, fideiussores, & magistratus conueniantur.*
6 *Quatuor remedia, quib. tutorib. subueniatur.*
7 *De beneficio diuisionis.*
8 *De beneficio ordinis.*
9 *De beneficio cedendarum.*
10 *De beneficio actionis vtilis: & quare fideiussori non detur.*

1 NVnc † videamus de Officio & Periculo tutorum vel curatorum. Nam quæ de tutoribus hîc dicuntur, eadem ferè omnia etiam in curatoribus obtinent. Tutorum officium partim in Administratione, partim in Authoritate præstanda consistit.

2 ¶ Administrare tutor, & quidem cum libera potestate, ac velit dominus potest, *glo. vlt. in l. mandato. 60. de procur. D d. in l. præses. 12. C. de transf. cum simil. vide §. de tutel. l. tutor. 35. de iureiur. l. 4. de in lit. iuran. l. interdum. 56. §. pen. de fur.* & verò statim ex quo scit se tutorem datum, debet: nã exinde periculo suo cessat atque etiam Extra ordinem pignoribus captis compellitur. *l. 1. h. tit. l. 4. C. de susp. tu. §. pen. Instit. de satisd. tuto.* Quanquam hodie antequam administret, Iusiurandum dare, Inuẽtarium conficere, Cautionem hypotheamque facere, & à iudice decernandam bonorũ administrationem petere debet, vt ad tit. de tute. paulò ante est dictum,

3 ¶ Quòd si plures dati sint, curæ erit magistratui, vt vnus tantùm gerat: quia facilius actiones & excipere & exercere, aliaque negocia explicare poterit, quàm si per multos tutela spargatur. Quod enim multorum commune est, id nemini curæ esse solet: vt ait Arist. lib. 2. Politi, Eligẽdus autem est, quem testator gerere voluit, aut cui maior pars tutelam decernit, aut qui Prætori maximè pobatur. Planè si non cõsentiant tutores Prætori; sed velint omnes gerere, quia fidẽ non habent electo, nec velint succedanei esse alieni periculi, aut se diuidi inter se tutelam petant partibus, vel regionibus, *vide l. 2. & t. tit. C. de diuiden. tutel.* audiendi sunt *l. 3. cum l. seq. h. t.*

4 ¶ Is autem qui administrationem suscipit, primo quoque tẽpore Repertorium facere omniũ bonorum pupilli, eique postea etiam quæsita inscribere debet: alioqui in dolo malo esse præsumitur, & tenetur in id quod Interest, quod iureiurando in litem æstimatur: quin & remoueri, vt suspectus potest. *l. tutor qui repertorium. 7. hoc tit. l. 3. §. pen. ff. de suspect. tuto. l. tutores. C. eod. l. fin. §. fin. C. arbitrium tutel.* Fieri autem inuentarium debet publicè, *d. l. fin. §. fin.* id est in præsentia personæ publicè, puta tabellionis. *d. l. tutores. 24. C. eod. l. orphanotrophos. C. de episcopis & cleric. vide Dd. in l. vltim. C. de iure delib. §. vltim. Instit. de her. qual. vbi dixi.* & testium. Pupillum autem debet ipse ex facultatum fructibus alere, *l. 3. §. tutor. h. tit.* eiúsque patrimonium tueri, augere, æris alieni habere rationem, actiones exercere, suscipere tanquam bonus & diligens paterfamilias. *l. generaliter. 10. l. à tutoribus. 33. h. tit. l. consilio. ff. de curator. furios.* Pecuniam etiam pupillarem, si suppeditet, in emptiones prædiorum collocare. Tutius enim est aduersus omnem fortunæ iniuriam & amissionem, facultates pupilli in solo consistere. Itaque si cesset in emendo, & pecuniam relinquat ociosam, ad vsuras tenetur. *d. l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem. hoc tit.* Et in summa, quicquid dolo, culpa, negligentia tutorum (nam casum non præstant, *l. si res. l. tutoribus. C. de peric. tuto.*) damni factum est, siue pupillo abest, ad id finita tutela tenentur. *d. l. tutor qui repertorium. §. competit. hoc tit. tot. tit. C. arbitri. tutel.* Et † primò quidem ij qui iesserunt, singuli in Solidum. *l. tres tutores. 55. h. tit.* Deinde iis non sufficientibus, fideiussores; pòst Magistratus, qui idoneè caueri non curarunt; *l. 1. §. vsqueadeò. ff. de tutel. & ratio.* & postremò, tutores Honorarij. *l. tutores qui post. 39. §. in eum. 11. h. tit.* Nam cum sint dati tanquam obseruatores administrationis, & custodes, imputabitur eis, cur si malè tutorem gerere videbant, suspectum nõ fecerint. *d. l. 3. §. 1. h. tit.*

6 ¶ Etsi autem tutores singuli in solidum teneantur, tamen quatuor remediis succurri iis solet: nempe Diuisionis, Ordinis, Cedendarum, & Actionis vtilis. de quibus Dd. alibi fusiùs disputant. *in l. 1. C. de transactionibus.*

7 ¶ Diuisionis beneficium competit pluribus tutoribus, qui non diuisam tutelam simul administrarunt, dummodò soluendo omnes sint. Petunt enim vt diuidatur inter eos obligatio, & proportionibus virilibus exigantur. *l. 1. §. nunc tractemus. de tutel. & ratio. dist. l. 1. C. de diuid. tute.* Dico, non diuisam tutelam: nam si à testatore vel lege (ipsi enim tutores diuidere alioqui pro arbitrio nequeunt) distributa in partes sit tutela, ipso iure tuti sunt, ne vltra suam portionem conueniantur: *l. 2. C. de diuiden. tutel.* quemadmodum & fideiussores, qui in partes spoponderunt. *l. inter eos. 51. in princ. de fideiuss.* Addo, Si omnes soluendo sint, aut fideiussores habeant idoneos: nam alicuius inopia, non pupilli, sed contutorum periculo est, *d. l. 1. §. nunc tractemus. de tut. & rat. dist.* exemplo fideiussorũ

§. si plures. Instit. de fideiuss. l. fin. C. de const. pecun. l. fideiussor. C. de fideiuss.

8 ¶ Secundum est beneficium Ordinis: quod locum habet, cum alter gessit tutelam, alter non gessit, neq; geri mandauit: nam Mandans perinde habetur, ac si gessisset. *l. 5. §. gessisse. de admin. tuto.* Ordo autem est, vt (sicut dictum est) prius excutiantur bona, fideiussoréſq; eius qui gessit: ac tum demum, quatenus nõ inuenitur soluendo, magistratus qui parum idoneè dedit, tutoréſque honoratij teneãtur. *d. l. 1. §. nunc tractemus. & §. vsqueadeò. de tut. & rat. dist.*

9 ¶ Tertium est Cedendarum beneficiũ. Tutor enim qui in solidum pro collega exigitur, potest à pupillo petere, Cedi sibi actiones aduersus contutorem, quibus contra eum experiatur, si fortè is ad meliorem fortunam peruenerit. *d. l. 1. §. nunc tractemus. & §. planè. vide Bart. & Dd. in l. Modestinus. circa finem de solutio.*

10 ¶ Quartum est Vtilis actionis negociorũ gestorum: qua, omissa cessionis petitione, collegã is qui soluit, conuenire potest, *d. l. l. 1. §. nunc tractemus. l. ex facto. 30. de neg. gest.* etiamsi hæc actio fideiussoribus denegetur: *l. vt fideiussor. 39. de fideiussor. l. Stichum. §. pen. de solutio.* quia fideiussor soluens, pro reo principali soluit, non pro confideiussore, cuius nullum negocium geritur: vt mirum non sit, si hoc nomine cõfideiussores neutiquam habeat obligatos.

DE AVTHORITATE ET consensu tutorum & curatorum. Tit. VIII. C. 5. 59.

1 *Quid sit authoritatem præstare.*
2 *An pupillus naturaliter sine authoritate tutoris obligetur.*
3 *Causa efficiens: qui, quibus authores esse possint.*
4 *Materia: quibus in causis authoratio necessaria, vel non.*
5 *Forma & solennitas authorãdi, & differẽtia inter authoritatẽ & cõsensum.*
6 *Finis & effectus.*

1 AVthoritatem † præstare tutor dicitur, cum probat id quod agitur: *l. 3. h. t.* si modò quale esset quod ageretur, intellexerit. *l. non multum. 14. h. t.* Necesse † est autem in omnibus pupilli obligationibus tutorem intercedere, & suo consensu obligationem approbare: alioqui pupillus non obligatur, *l. 5. §. 1. h. t. in prin. Instit. eod.* ne naturaliter quidem, hoc est, Iure gentium, sic vt nec exigi possit pupillus, & si exactũ soluerit, habeat repetitionem: *l. quod pupillus. 41. de condictio. indeb. l. pupillus. 59. iuncta l. naturales. 10. de actio. vide quæ dixi Inst. de inutil. stipulat. & quib. mod. toll. oblig.* etiamsi naturaliter obligetur, quod ad cõsensum naturalem attinet; *l. 1. in fin. de nouatio.* & quatenus factus est alteno damno locupletior: qua ex causa etiã Ciuilis actio datur. *l. 1. §. an in pupillum. 11. ff. depositi.* Et hæc quidem fauore pupillorum, ne imbecillis & improuida ætas facilè capiatur, introducta sunt. Itaq; potest meliorem quidem conditionẽ suam pupillus facere, vt stipulari & alterum sibi obligare. *in prin. Instit. eod.* Nullum enim periculũ est, vt inquit Plautus, stipularier. Deteriorem verò non aliter, quam cum tutoris authoritate: qui si authoritatem præstando res pupillares diminuat, extra damnum est pupillus, cùm quia tutor rem illi Saluam præstare debet. *tot. tit. rem pup. sal. for. l. pupillorum. 21. l. si tutoris. 23. C. de adm. tut. l. 1. & 3. C. si tut. vel cur. inter.* tum quòd In integrum restitui potest. *l. 2. & t. t. C. si tut. vel cura. inter.*

3 ¶ Est autem hæc potestas authorãdi à lege introducta, sicut & ipsa tutela. *l. 1. in verb. regula iuris ciuilis. h. t.* Sufficitque etiã vnius tutoris interuenire authoritatem, quamuis plures dati sint, *l. 4. h. t. l. fin. C. eod.* & licet de plurium pupillorũ re tractetur: *l. inter. 20. h. t.* nisi cum de communi tutelæ negocio, quod omnes tangit, agitur: *l. fin. C. eod.* aut nisi tutela diuisa sit, tunc enim quisq; in sua administratione author fieri debet: *l. fin. C. eod.* in parte autem administrationis, quæ collegæ incũbit, pro extraneo est, *l. si duo. 51. de adm. tutor. l. fi. C. si ex plur. tut.* qui author fieri nequit; quõniam administratio illi decreta non est, *l. tutores. 6 h. t.* Quare neq; pater, cuius in potestate est pupillus, *l. vlt. §. 1. de verb. obl.* nec honorarius tutor, author rectè fit: *l. 4. h. t.* quia pro extraneo habetur. *d. l. tutores. 6.* Illi autem solũmodò authoritatem ritè interponũt, quibus administratio commissa est, *l. 5. h. t. l. 1. C. si ex pluribus tut.* quique volentes & sponte iis quæ gerũtur, præsunt: nam inuiti, ne decreto quidem Magistratus cogi possunt. Damnum enim & res ipsorum vertitur: *l. si tutor. 17. h. t.* quia iudicio tutelæ tenẽtur, si rei inutilis sint authores. ex quo liquet, magistratum vicem tutoris suplere, & authorem fieri nõ posse. *Cuiac. obs. lib. 7. c. 13. vide Land. lib. 1. art. 41. 44. 45. 46.*

4 ¶ Materia, sunt omnes contractus & obligationes: in quibus pupillus quia obligatur, rem suam facere deteriorem potest: *l. pupillus. 5. l. obligari. 9. h. tit.* vt emptio, locario, hæreditatis aditio, *§. 1. & 2. Inst. eod. l. pupillus. 9. de acq. hære.* transactio, *l. 1. & 2. C. eod.* iudicia: *l. 4. C. eod.* nam & in his quasi contrahitur. *l. 3. §. idem scribit. de pecul.* Item distractus, qui detrimento esse pupillo possunt: vt solutio, liberatio, acceptilatio. *l. obligari. 9. h. t.* Quod enim obtinet in contractibus, idem etiam seruari debet in distractibus, à paritate contrariorum, *l. item veniunt. 20. §. 1. de pet. hæred. c. de illus. de desp. imp. c. 1. §. idem. eod. lib. 6. vide gl. in l. 3. §. contrarium. de cont. tut. act. Euerar. in loc. à contr. ad distrac.* In contractibus tamen illis, aut distractibus, qui effectu Meræ sunt donationes, per quos non administrantur, sed dilapidantur

pupillorum bona. *vide quæ dixi ad tit. de pact. Dd. in l. pactum curatoris. C. de pac. Bal. in l. 1. C. si ad. donat.* tutor author fieri pupillo non potest. *l. obligari. 9. h. t. l. ab agnato. 12. de curat. fur. pro. dan. vide in l. pactum. 22. C. de pact. l. præses. 12. C. de transf. l. item. 14. cum l. seq. vbi gl. l. cõtra. 28. de pact. Dd. in l. ciuitas. 27. si cert. petat.* Non enim nisi rerum vtilium author esse debet. *in prin. Instit. de auth. tutor. Vlp. tit. 11.* Eadem ferè obtinent in minore, eiúsq; curatore. *l. pactum. 22. C. de pact. l. præses. 12. C. de transf. & vtrobique Dd. l. ab agnato. 12. de cur. fur.* Nam minori curatorẽ habenti, in bonorum administratione consensu eius perinde opus est, atque pupillo authoritate tutoris: *l. si curatorẽ habens. C. de in integ. rest. minor.* in obligatione personæ, cui curator non datur, non item: *l. puberes. 101. l. vlt. §. 1. de verb. obligat. vide quæ dixi Instit. de curat.* vt nec in factione testamenti. *l. Aurelio. 20. §. vlt. de lib. leg. Bal. in l. 3. num. 12. C. de cond. ob. caus. Tiraq. in ll. connub. verb. contr. gloss. 3. num. 93:* Quòd si curatione destituatur, extra quidem iudicium per se sua curare, non tamen liberè & absque authoritate alienare poterit: *vide Cuiac. in l. 1. & 2. de mino. & quæ dixi Inst. de curat. in prin. per tex. in d. l. 2. ff. de minor.* in iudicio verò vt omnino sibi curatorem adiungat, opus est. *l. 3. §. pen. de tutel. l. 4. C. de auth. præstan. in prin. Instit. de curator.* In sua causa tutor curatóve fieri author non potest, puta dum ipse cum pupillo contrahit; *l. 1. in prin. l. 5. hoc tit. §. fin. Inst. eod.* sed palàm & bona fide, alióque tutore authore cõtrahere cum pupillo, sicubi vsus est, debet. *l. 5. c. de cont. emp. l. 1. 5. h. t.* Nam ipsum sibi authorem fieri, ac quasi ius dicere, suspiciosum fuerit. *l. qui iurisdictioni. de iurisd. tot. tit. ne quis in sua causa.* Vnde nec moribus nostris Sax. maritus qui vxoris tutor est, potest illi author esse in donatione, vel emptione, vel vltima voluntate, quam in commodum & rem mariti facit: sed ad hoc vt alius à Iudice tutor det, opus est. *vide Fach. diff. 7. & 8.*

¶ Quod ad formam attinet, oportet tutorem In ipso negocio authorem fieri: alioqui postea consentiens, nihil agit. *l. obligari. 9. §. tutor. h. t. §. pen. Instit. eod.* Nam quæ sunt solennitatis, in ipso actu interueniant necesse est. *c. auditis. c. quia propter. de elect.* Authoritas autem pars solennitatis est. *l. quicunque. §. fin. vbi glos. & Bar. de Public. in rem. act.* Non enim commodo tutoris, sed ad integrandam pupilli personam interponitur: *l. 3. C. de in integ. restitut.* ideo intelligitur pars esse actus, & in ipso contractu interueniat necesse est. *cap. edoceri. vbi Cano. post gl. ad verb. sequi potest. de rescript. & in cap. cum consuetudinis. de consue. l. si quis mihi. 25. §. iussum. vbi Bart. de acq. hæred.* Nam actus non potest celebrari, nisi personæ sint habiles & integratæ. Integratur autem persona pupilli, per authoritatem: alioqui (vt suprà dictum est) ne Naturaliter quidem obligari potest. *l. 5. §. 1. h. tit. in prin. Inst. eod. l. quòd pupillus. 41. de cond. indeb. l. pupillus. 58. de actio.* Authoritatem igitur partem esse actus seu solennitatis, quæ ab actu diuidi nequeat, *l. cum authoritas. C. de testament. l. hæredes. ff. eod. l. furiosum vbi Bart. C. qui testam. fac. Bald. in cap. 1. de alienat. feu. pa.* sequẽs est. Aliud seruatur in cõsensu. Hic enim quia non ad Integrandam contrahentis personam, sed ad Confirmationem actus interponitur, qui etiam ex interuallo per ratihabitionem confirmari potest; *l. semper. 60. de reg. iur. cap. ratihabitionem. eod. tit. lib. 6.* ideo post rem gestam sequi potest: *l. fin. ad S. C. Maced. l. 1. §. prodest. quor. leg. cap. cum nos. de his quæ fiunt à præl. cap. suggestum. de iur. patr.* sicuti & ipsa authoritas, quando tantùm pro confirmatione actus requiritur, *Bald. in l. 1. C. qui admitt. & in l. vlt. C. de ser. reipub. manu. per l. fin. C. arb. tut. Bal. Imol. Alex. & aly in d. l. si quis. 25. §. iussum. de acq. her. Ro. consil. 54. idem.* aut ad commodum eius qui confirmat: *l. 1. §. sed si filius. de legat. 3. l. filio præterito. de iniust. rupt. & irrit. test. l. si impubes. de Carbo. edict. Castr. in l. si cum dotem. §. eo autem. sol. matr. Felin. dict. c. edoceri. de rescript. vid. Tiraq. de ll. connub. in fin. verb. consentement. gl. 4. in prin.* vt est consensus domini, in alienatione rerum feudalium quam vasallus facit: *And. Iser. Aluar. in c. 1. de prob. feud. alien. per Fed. Iacob. in trac. feud. ad verb. & cum pacto. nu. 19.* maritus, in contractu vxoris. *Tiraq præall. g. loc. num. 37. cum seqq.* Quid igitur de consensu quem curator minori præstat, dicendum: vtrum is velut authoritas in ipso actu interponi debeat, an verò vt consensus sequi possit? Et communiter est traditum, quoties suffragatio alicuius requiritur non ad Suum ipsius commodum, sed vt personæ contrahenti adsit, citra suam vtilitatem: tunc videri, eum consensum ad integrandam contrahentis personam requiri. *Bar. & Dd. in dict. l. si quis. 25. §. iussum. de acq. hæred. per l. quid ergo. in prin. de his qui not. an. infam. Bal. in l. 1. C. qui admitt. & in l. si vxorem. C. de condit. inser. latè Tiraq. præall. loc. num. 7. cum seqq. & communiter Dd. in l. transactionem. C. de transact.* Apparet tamen, non sine causa I. C. distinxisse Authoritatem tutoris, à Consensu curatoris: *in Rub. hic. de auth. & consen. tut. l. cum quædam. 26. ver. authoritatem vel consensum. C. de ad tut.* & minor certè habet personam integram ad contrahendum: quia licet non alienare bona, quorum curatio ad curatorem pertinet, attamen personam suam (cui non datur curator) obligare potest, *l. puberes. 101. de verb. oblig. vide quæ dixi Inst. de curat. & de auth. tut.* & inuitus extra litem subdere se curæ non cogitur, vt videatur tantummodò consensu curatoris opus esse, eúmque ex interuallo posse subsequi: *vid. Bar. in l. obligari. 9. §. tutor. h. t.* quod tamen nunc in medium relinquo, vt multa alia, quæ in Commentarijs nostris Deo secundante accuratiùs limabuntur. Illud etiam ad formam pertinet, quòd authoritas disertis verbis exprimenda sit, contestante tutore, Sibi placere quod geritur: quamuis vt per stipulationem interrogetur, nõ sit opus. *l. etiam. 3. h. t. vid. Ang. in §. tutor. num. 2. cum seqq. Inst. eod.*

¶ Finis authoritatis est, Ne pupillus minóue damnum

damnum faciat. *Instit. eod. in prin. in ver. ne damnum habeant.* Effectus, Quòd authoritate consensúq; interueniente, contractus valeat: (quamuis restitutione In integrum ob læsionem interdũ rescindantur, *t. t. C. si tut. vel cur. inter. l. impuberes. 13. h. t.*) non interueniente, fit nullus. *l. 3. C. de in integ. rest.* nec interuenisse præsumatur authoritas, nisi probetur. *l. quæcunque. 13. §. fin. de Pub. in rẽ act. l. sciendum. 30. vbi Dd. de verb. oblig.* Tutor etiã vel curator authoritatem cõsensúmue interponẽs, tantùm de re pupilli minorísue agere, non etiam suum ius remittere aut imminuere velle intelligatur. *l. cum quædam. 26. C. de administ. tuto. tor. 6. hoc tit.* An autem & quando ex facto delictóue tutoris pupillus teneatur & conueniri possit, & An cedendo actionibus liberetur, alibi à Dd. disputatur: quos consulere studiosi possunt. *vide Bart. in l. 1. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei. gl. in l. neque interdicto. de reg. iur. Dd. in l. Rolla. C. de his quib. vt indig.*

DE SVSPECTIS TVTORIBVS & CURATORIBVS. Titulus X. C. 5. 43.

1 *Continuatio.*
2 *Quis dicatur suspectus.*
3 *Quare, & qua lege inducta sit suspecti accusatio.*
4 *Quis de suspecto cognoscat.*
5 *Qui à quibus accusari de suspecto possint.*
6 *Quando index sine accusatione remouere suspectum queat.*
7 *Causæ iustæ propter quas quis redditur suspectus, & amoueri potest.*
8 *Effectus huius accusationis.*

1 Restat, † vt videamus quemadmodum tutela finiatur: quod fit duabus potissimùm ex causis: vel cùm amouentur tutores, vt suspecti: vel cum excusatione iusta onus deprecantur. Suspectus † is dicitur, quem suspicio est 2 fraudulenter, aut perperam, & non bona fide, in tutela gerenda versari. *§. suspectus. 3. Instit. eod. tit. vide methodum huius accusationis informatam, sup. Instit. eod.* Suspecti crimen ex XII. Tab. descendit. *l. 1. in prin. h. t.* Visum † enim fuit, etiamsi tutor 3 satisdedisset, tamen expedire rem saluam esse pupillo magis, quàm tabulas cautionis habere. *l. suspectus. 5. h. t.*

¶ Et huius criminis cognitio pertinet ad Prætorem in vrbe, ad Præsidem in prouincia. *l. 1. §. 1. h. t.* item ad Procos. & eius legatum. *l. 1. §. 1. h. t. Instit. eod. in prin.* Ex quo liquet, maiorẽ fuisse Procoss. quàm Præsidum potestatem. nam Præsidẽ solum, vt qui legato careret, potuisse, & verò debuisse pro tribunali de suspecto cognoscere, palàm est. *l. 1. §. suspecti. ad S. C. Turpil. vide quæ dixi §. 1. Inst. eod.* 4

¶ Accusari autem possunt omnes, vt suspecti, 5 cuiuscunq; etiã sint generis aut conditionis tutores, *l. 1. §. ostendimus. h. t. in prin. Inst. eod.* ab omnibus omnino, quib⁹ videbitur: est enim Popularis & quasi Publica actio, etiã mulieribus, quæ pietate necessitudinis ductæ ad hoc procedunt, concessa. *l. 1. §. pen. & fin. h. t. §. 2. Inst. eo.* Impuberibus autem non permittitur suspectos tutores facere: etiamsi adolescentes de consilio necessariorum ad accusandum admittantur. *l. impuberibus. hoc titul. l. pietatis. C. eod. §. impuberes. Instit. eod.* Sed † & sine accusatione quandoque 6

ex Officio remouet Magistratus, si apertissimis A rerum argumentis liqueat esse suspectum: *l.3.§. præterea.l.fin.h.tit.* quin & Incidenter de suspecto quæri potest: *d.l.3.§.præterea.d. l.impurib.7.h.t.l.3. C.eod.vid.Bar.in d.l.3.*

7 ¶Causæ autem suspicionis iustæ sunt: dolus in tutela commissus: *d. l.3.§.nunc videamus.& §. Seuerus.* vel lata culpa, *dict. l. impuberibus. §. 1.* aut quandoque etiam leuis: *l.fin.vbi gl.C.eo.l.3.§.fin. h.t.* inimicitiæ cum pupillo vel eius parentibus susceptæ: *d.l.3.§.si tutor.* denegatio alimentorum: B *dict. l.3.§.tutor qui ad alim.* item si tutor repertorium nõ faciat, *d.l.3.§.pen.* si nimis magnos sumptus insumat, aut res pupilli sine iusta causa alienet. B*art. in l.in eos.de tut.* Est & cum propter segnitiam, rusticitatem, inertiam, simplicitatem vel ineptiam tutor remouetur. *dict.l.3.§.fin.* Item si cum collega rationes administrationis non communicet, *l.actus.19.vbi Bart.de adm.tut.& in l.1.eod. titul.* si admonitus non administret. *l.3.C. eod.* si malè conuersetur, *l. 3. §.constat.cum §.seqq.* C *de adm.tu.* si citatus ad se purgandum non compareat: *l.impuberib.7.§.vlt.h.tit.Land.lib.1.att.41. vbi gl.* & denique si qua alia causa iudicem iusta ad suspicandum commoueat. *l. 3. § si tutor.ff.eod. vid.Paul.lib.3.tit. 6.glo. d.art.41.lib.1.* Suspectum etiã tutorẽ esse putamus, qui morib⁹ talibus est, vt suspectus sit. Enimuerò quamuis pauper tutor suspectus non est: *l.suspectum.8.hoc tit.* adiungi tamẽ curator ex causa ei potest, *d.l.pietatis.C.eo.*

¶Effectus autẽ huius accusationis est, Vt pro- 8 bata suspicionis causa (sicuti ab accusatore probanda est, *l.quoties.§.qui dolo.de probationibus.dict. l.pietatis.*) remoueatur tutor, etiamsi cautionem offerat. d.*l.suspectum.cum ll.seqq.hoc tit.§.pen.Inst. eod.* & siquidem ob Dolum amotus sit, subit ignominiam: sin ob Culpam etiam latam, negligentiam, aut aliam causam, non æquè. *§.suspectus.Inst.eod.vbi dixi.d.l.3. §.fin.* Itaq; si tutor aliquo necessitudinis vinculo sit pupillo iunctus; humanius erit, curatorem ei potius adiungi, quàm eundem cum nota fidei & existimationis amoueri: *l.si tutor.hoc t.* nisi tamen melius sit pupillo, eum motũ esse: *l. pietatis. 6.C.eod.* quo casu in Factum, dissimulato nominetenus crimine, est agendum, vt existimationi eorum quibus charitas & reuerentia debita est, parcatur: *l.1. §. ostendimus.hoc t.* vnde apparet, quinque modis *de his omnib.vid.Bart.in l.1.& 3.h.t. & in l.1.num.6.l. accusatore.12.§.ad crimen. num. 3.4.de pub.iud.* posse ad suspecto quæri: 1.per Accusationem, 2. per Actionem ciuilem, 3. per Actionem in factum. 4.per Viam inquisitionis, 5.Incidenter.

DIGESTORVM LIBER XXVII.

DE EXCVSATIONIBVS. Tit. I.

C.5.62. vsque 66.

1 *Excusatio quid sit, & quotuplex.*
2 *Causa efficiens.*
3 *Quæ causæ iustam pariant excusationẽ.*
4 *De materia & forma proponendæ excusationis.*
5 *De fine & effectu.*
6 *Quibus modis tutela finiatur.*

1 EXCVSATIO est alicuius iustæ D causæ allegatio, *l.1.& tot.t.C.si tut. vel curat.ex fals. alleg.* vel professio, *l.quinquag.6.C.eo.tit.* seu cõtestatio, *l.scire. 13. §.oportet.h.t.* propter quam quis tutelam deprecatur, & eius onere se liberari petit: *vid.Alb.in Rub.de munerib. nu. 14.* qua omnino opus est, postquam alicui iure ea est decreta. *dict.l.scire.13.§.fin.hoc tit.* Constat enim necessariũ esse tutelæ munus; *l.nullus.C.de decur.lib.10. Inst.* E *eod. in prin.* adeò, vt suo periculo cesset tutor, postquam datus est, nisi excusetur. *l. 1. si tut. vel cur. app.* Excusatio autem alia dicitur Propria, alia Impropria, *gl. in §. item propter.& § minores. Inst.eod.* Propria est, qua nisi tutor vtatur, necessariò administrare & obire iniunctam prouinciam debet. *l. testamento. 11. C. eod l.2.C.si tut.vel curat. ex fals. alleg.* Impropria est, cuius allegatio non est necessaria, sed propter quam ipso iure tutor ab onere liberatus est, adeò vt ne volens F quidem admitti possit: cuiusmodi est excusatio Minoris ætatis. *d.§.minores.* Militiæ, *§.idem & in milite Instit.eod.* &c. Potest & in Veram, *de qua hoc in tit.* Friuolam, *de qua in l.1. 7. 8.9. 13.C.eod. cle.1.de sent.exc.* ac Falsam *de qua in tit.*C.*si tut.vel cur.ex fals.alleg.* diuidi.

¶Causa efficiens excusationum, est lex: προκαταρκτικὴ, æquitas. *l.1.de vac.mun.* 2

¶Porrò multiplices causæ excusationem à 3 tutela iustam pariunt, vt Ætas, liberorum & tutelarum Numerus, Professio, Dignitas, Inimicitia, Fortuna, Absentia, Valetudo, Priuilegium, & Lis.

Ætas, quæ vel infrà 25. aut suprà 76. annũ est. *l. 3.de iure immunita.§.item maior.vbi dixi.Instit.eod. l.2.de excus.tut.l.vnic.C.qui ætat.se exc.*

Numerus trium liberorum Romæ, in Italia quatuor, in Prouincia quinque. *in prin.Instit.eod. l.2.de vacatione mune.tot.tit. C.de his qui num.liber. lib.10.*

Numerus trium tutelarum, aut curarum. *§. itẽ tria.Inst.eo.l.diximus.4.cum ll.seqq.h.t.*

Professio Philosophiæ Grãmaticæ, Rhetorices, Dialecticæ,

Medicinæ, etiam Iuris, aliarúmq; ar- A tium in scholis approbatis: *l. si duas.6.§.fin.l.iurisperitos.30.hoc t.§.item Romæ.Inst.eod.l.fin.C.eod.* quamuis extra eiusmodi professionẽ Iurisprudentia fauore pupillorum non excuset. *vid. §.item Romæ.vbi Fab.& Ang.Inst.eo.ti.Boer.in consue.Bitu.ti.de stat.pers.§.13.in prin.*

Dignitas, vt præfecturæ, consiliariatus, magistratus cum imperio, legatio, *l. administrãtes.41. d.l.iurisperitos.h.t.§.& qui.Inst.eod.&c.*

Inimicitiæ cum patre pupilli exercitæ: *§. item* B *si propter.Inst.eo.d.l.si duas.6.in fin.hoc t.* aut tutela, inimicitiæ causa imposita. *d.l.si duas.6.h.t.§.item si propter.Inst.eod.l.vnic.C.si propter inim.li.10.*

Fortuna, vt rusticitas, & interdum paupertas *d.l.si duas.6.§.fin.l.paupertas.7. hoc t.§.propter.Inst. eod.* tutoris non pupilli: *l.tutores.18. C.eod.* vt si fideiussores satisdationis ob paupertatem inuenire non possit. *l.si quis.18.in prin. h.t.Cæp.in trac. caut.caut.16.*

Absentia, non modò iusta, vt militiæ, sed etiã C iniusta, vt deportationis, exilij, desertionis, &c. *l. sed & milites.8.cum ll.seqq.l.planè.29.l.propter. 23. hoc tit.*

Valetudo, vt si quis furore, aut sontico morbo ita adfectus sit, vel ea imperitia socordiáque animi laboret, vti suis rebus superesse vix possit. *§.item propter aduersam.Inst.eod.l. non solùm. 10. in fin.*

Priuilegium, vt militum veteranorum, *d.l.sed & milites.8.* athletarum, qui in sacris certamini- D bus coronati sunt: *l.athletæ.in prin.h. t.* qui tamen aduersus filios eorum qui eiusdem sunt ordinis, excusationem non habent: *d.l.sed & milites.8.h. tit.vid.Boer.præall.loc.* pistorum, mensorum, frumentatiorum: quia quotidiana horum opera, propter annonam Resp. carere non potest, *l.non tantùm.17.§.nõ omnia.l. mensores. 26. l. qui in collegio.46.h.t.* Item Iliensium, quibus tanquam parentibus Romani plenissimam immunitatem concesserunt. *d.l.non tantùm.§.1.*

Lis, vt si de hæreditate, vel vniuersis bonis inter tutorem & pupillum controuersia oriatur. *d. l.propter.h.t.§.item propter litem. Inst.eod.l.si vt allegas.16.C.eod.tit.*

Et hæc etiam in curatoribus obseruantur: qui insuper alia etiã ratione à cura excusari possunt, vt maritus aut sponsus iustè recusat curam vxoris sponsæúe, *l.maritus. C. qui dari tut. § pen. vbi dixi. Inst. eod.* imò eam curationem iure subiro prohibetur: quamuis iure Sax. ipso coniugio tutor vxoris legitimus, siue curator fiat. *vide s.de rit.nupt.& j.de cur.fur.* Itẽ excusare se quis potest, ne vltra centesimum lapidem tutelam gerat: *§. pen.Inst.eod.l.non solùm.10.ff.eod.* & qui tutor fuit, non est temerè curatoris onere grauandus. *§.qui tutelam.Inst.eod.*

4 ¶Materia circa quam versatur hæc excusatio, est tutela vel cura Delata, sed nondum Inchoata: nam ab inchoatis & inceptis excusatio non datur. *l.2.vbi Bar.si tut.vel cura.ex fals.allegat.* Forma est, vt à creatione tutelæ tutor non appel- G let, vt sit in aliis munerum publicorum excusationibus: *l.2.C.de decur.lib.10.l.4.7.11.C.de appel. cuius rationẽ vide apud Io.de Plat.in Rub.C.quemad.ciuil.mun.iud.& in d.l.2. C. de decur.lib. 10.* sed intra quinquagesimum diem, à tempore scientiæ computandũ, *l.quinquaginta.6.C.eo. §.qui autem.4.Inst.eod.d.l. scire. 13.§.2.h.t.* (nam hoc tempore elapso, excusationi præscribitur. *l.testamento.11.C.de excus.tut.*) apud iudicem ordinariũ pro tribunali sedentẽ, *l.2.C.eod.d.l.scire.§.oportet.* ipse B tutor, vel idoneus procurator eius nomine. *l. excusare.25.vbi gl.& Bart.hoc t.per l. 3. §.gessisse.de administ.tut.* excusationem proponat: *l.tutores.18. C.eo.l.scire.13.h.tit.* aut viua voce, aut in scriptis & oblato libello, *d. l.scire.§.oportet.* in modũ actionis, non etiam libello supplice. nam per hunc excusare se nemo potest: *l. excusare. 25.h.tit.* cum excusatio opus habeat causæ cognitione, eóque per supplicem libellum expediri nõ possit. *l. nequicquam.§.vbi decretum.de off.procons.* Ex quo fa- C cilè apparet, impropriè à Dd. excusationem vocari Exceptionem: *Bart.in d l.scire.§.oportet.hoc t.* cum potius sit quædam officij iudicis Imploratio, & Protestatio in modum actionis proposita. Quia verò causæ cognitionem requirit, ideo ad audiendam impugnandámq; excusationem, citãdus est pupillus, eiusque propinqui: *Ang.in §.qui autem.nu 2.Inst h.ti. tex.in l.1.C.si tut.vel curat.ex fals.alleg.gl.l.1.* C.*de appell.* vel quod potius est atque tutius, dãdus pupillo ad hanc litem est D curator: *§.fina.Instit.de author.tut.§.final.Instit.de curat.l.1. si tut. vel curat.ex fals. allegat.* ne si minor parum idoneè defensus sit, tota cognitio euertatur. *Ang. præalleg. loc. Mathes.singul.135. incip. nota practica.per l. acta. 45. §.final.l cõtra.54.de re iud.* Hoc autem iudicium intra quatuor menses, fauore pupillorum est finiendum, *l quinquag.38. ff.eod. l. quinquaginta.6.* C.*eod.* (etiamsi aliæ lites diutius durare possunt.) quo in *l.properandum.*C. *de iud.* iudicio si contra excusantem pronuncie- E tur, tum demum poterit appellari. *l.tutores.18.*C. *eod.d.l.scire.3.h.t.*

¶Finis excusationis est, Vt tutor liberetur. Effectus: Vt aut approbetur excusatio, atque ita liberetur excusans; Aut reiiciatur, atq; ita munus impositum obire cogatur: quo casu periculum cessationis sustinet. *l.1.si tut.vel cura app.* 5

¶Et his quidẽ duobus modis potissimùm tutela finitur: de reliquis alibi tractatur, *Inst.quibus mod.tut.fin.vbi est dictum.* qui cũ nihil dubitatio- F nis habeant (cui enim dubium esse potest, quin puberi ætate, morte, capitis diminutione tutela expiret?) nõ fuit visum operæ precium iuris cõpositoribus, singularẽ de iis instituere tractatũ. 6

VBI PVPILLVS EDVcari vel morari debeat, & de alimentis ei præstandis.

Tit. II. C.5.49.50.

1 *Continuatio.*
2 *Vbi, & apud quem pupillus sit educãdus.*
3 *Quomodo alimẽta pupillo sint decernẽda.*

1 ANtequam †ad actiones tutelarũ peruenia- A
mus, obiter exponere non est alienum, vbi
pupillus educari vel morari debeat, & quæ illi
præstanda sint alimenta; interea fortè, dum de
suspecto tutore aut excusationibus litigatur.
2 ¶Sciendum autẽ est, pupillum qui iam patre B
orbatus sit, *l. pupill. 239. de verb. sig.* potissimùm
esse educandum apud matrem, nisi vitricum super induxerit: *l. 1. C. eo.* aut alium necessariũ maximè idoneum, miniméq; obnoxium suspicionibus: quod ex persona, conditione, tempore, ex successionis etiã spe magistratus statuit, & nonnunquã à voluntate patris recedit. Id enim agere magistratum oportet, vt sine vlla maligna suspicione pupillus educetur. *l. 1. h. t. l. 2. C. eod.*
3 ¶Alimenta quoque pro modo facultatum pu- C
pilli, à Prætore aut Iudice sunt decernenda: *l. 2. h. t.* quæ quidem sic statuentur, vt nõ vniuersum reditum patrimonij exhauriant, sed vt aliquid ex reditu supersit. Ad institutionẽ quoque sumptus decernendi sunt. *l. 3. hoc t.* Solent tamen interdum suo arbitratu pupillum tutores alere, si fortè expediat, secreta patrimonij non diuulgari, eósq; sumptus pro arbitrio Boni viri reputabunt. *l. 2. h. t. l. vlt. de alimen. pupill. præst.* Sanè si egenus sit pupillus, de suo eum alere tutores non D
compelluntur. *d. l. 3. §. fin.*

DE TVTELÆ ET RAtionibus distrahendis, & vtili curationis causa actione. Tit. III. C. 5. 51.

1 *Duplicem actionem pupillo in tutorem*
2 *Quid sit actio tutelæ.* (*dari.* E
3 *Quando detur.*
4 *Cui, aduersus quem detur.*
5 *Quid in eam veniat.*
6 *Actio de rationibus distrahendis.*
7 *Quæ actiones minori contra curatores dentur.*

1 NVnc † videamus de Actionibus tutelæ. Et F
sciendum est, duplicẽ dari pupillo aduersus tutores actionem: quarum altera Tutelæ actio, altera De distrahendis rationibus vocatur.
2 ¶Est autẽ Tutelæ actio personalis, quæ finita tutela pupillo datur aduersus tutorẽ, vt actus sui & administrationis rationes reddat. *l. 1. in prin.*
3 *& §. officio. h. t.* Finita †demũ tutela datur: nã absurdũ esset, rationẽ administrationis reposci ab eo, qui etiamnũ in ea perseueraret: *l. si tutor. 9. §. absurdum. & §. vlt. cum ll. seqq. hoc t.* Cæteri tamen administratores, singulis annis rationem redde-

A re tenentur: *dem. 2. §. 1. vbi gl. ad verb. singulis annis. de rel. domib.* quod ius Sax. in tutoribus etiam sequitur: qui si pupillo ipsi non existant proximi hæredes, coguntur proximioribus successoribus hoc iure quotannis calculum administrationis ponere. *Land. lib. 1. art. 23. 41. 44. 45. Fachs. diff. 17. Reinh. diff. de tutel. 2. 7. & 8.*

¶Datur autem hæc actio pupillo, & eius hæ- 4
redi, aduersus tutorem, eiúsque successores. *d. l. 1. §. planè. in fin. l. tutelæ. C. arbitrium tute. l. ex depositi. 12. l. ex contractib. 49. de action.*

¶Veniunt in hanc actionem hæc ferè: ratio- 5
num cõfectio, & exhibitio: *d. l. 1. §. officio.* res minoris necdum restitutæ, & reliqua: *l. tutorem. 9. l. si curator. 3. C. arbitrium tutel. l. Lucius. 46. §. de adm. tuto.* item quicquid dolo, culpa, negligentia tutoris, vel abest commodi, vel adest damni: *l. 1. hoc tit. l. cum interdictæ. 6. l. quicquid. 7. C. arbitrium. tutel.* Est autem hæc actio Bonæ fidei, *d. l. 1. §. 1.* & famosa, si quis condemnetur ob dolum: *l. 1. de his qui not. infam. §. suspectus. Inst. de suspect. tuto.* in qua etiam in litem contra tutorem iuratur, *l. 1. C. de in lit. iuran. gl. in l. 1. §. officio. ad verb. tenetur. h. t. Bart. consil. 150. cum prædicta. nu. 5. Socin. consil. 213. cum præsente. num. 3. & 4. vol. 3.* si fortè rationes minus idoneè exhibeat: neque enim eius sacramento creditur in ratione dati & accepti, nisi in modicis expensis, *Ias. in rep. l. admonendi. nu. 126. de iureiur. Bart. in l 1. §. officio. num. 2. hoc t. Castr. in l. antepen. de condit. & demonst.* item quando res casu est amissa vt se duntaxat hac in specie per iusiurandum à negligentia purget: *arg. l. fin. C. de fid. inst. vide gl. & Dd. in l. si quis. 6. §. final. de eden.* id quod & Saxones sequõtur. *gl. lat. noua. art. 23. lib. 1.*

¶Altera actio ex l. 12. Tab. *l. tres tutores. 55. de* 6
ad. tutor. l. 1. hoc tit. Paul. lib. 2. tit. 30. De rationibus distrahendis, hoc est, iam distractis, conturbatis, finitis, *Cuiac. ad Paul. lib. 2. tit. 30.* datur aduersus tutorem, de iis rebus quas ex bonis pupilli, durante tutela, abstulit. *d. l. 1. §. pen. l. 2. §. fin. hoc t. l. 2. ff. tit. 1.* Datúrq; propter furti nec manifesti speciem, quam factum habet, *l. tutor. 33. de furt. l. 1. §. fin. l. 2. h. t. vide Dd. in l. etiam. 8. & l. si seruum. 16. C. de furt.* in Duplum: *d. l. 1. §. pen. dict. l. 2. §. final.* vnde quia Pœnalis est, in hæredes non transit. *d. l. 1. §. fin.* Tuna autem datur, cum & actio tutelæ; finito scilicet officio: nam cum ea concurrit, licet altera tollat alteram. *d. l. 1. §. pen. & fin.*

¶ Vtraque autẽ hæc actio Vtilis, datur minori 7
F aduersus curatorem, *l. si curator. 3. C. arbi. tut. l. 3. l. alterius. 20. h. tit.* etiam durãte, vt videtur, administratione: *l. cum curatore. 26. de adm. tut. vide gl. variè se implicantem in l. 2. & ibi Dd. C. de administrat. tutor.* quanquam & vtili Nogociorum gestorum rectè experiatur. *dict. l. quicquid. 7. C. arb. tut. l. curatoris 17. C. de neg. gest.* Super hæc, & Condictione furtiua & Furti tenentur administratores, iis de rebus, quas dolo malo in officio interuertisse probantur, *l. 1. §. pen. & fin. cum ll. seqq. l. etiam furti. 8. cũ ibi notat. l. si seruum. 16. C. de furt. l. tutor. 33. ff. eod. Ord. Imp. cap. 170. vide Ias. in l. eius.*

§. quæ-

§. quas actiones. & ibi Zas. si cert. peta. Chas. in cons. A
Burg. de inst. Rubr. 1. gl. 5. nu. 6.

DE CONTRARIA TVtelæ & vtili actione. Titulus IIII. C. 5. 58.

1 *Qualis sit hac actio, vnde oriatur.*
2 *Quibus detur.*
3 *Quis sit protutor.* (*detur.*
4 *Aduersus quos, & ad quid hac actio*

1 COntrariam †tutelæ actionẽ Prætor propo- B
suit, induxítque in vsum, vt facilius tutores ad administrationem accederent, sciente pupillum quoque sibi obligatum fore ex sua administratione: Quanquam enim sine tutoris authoritate pupillus non obligatur, nec in rem C
suam tutor deuincere sibi impuberem potest: attamen receptum est, vt tutori suo pupillus sine alia hactenus authoritate ciuiliter obligetur: vt promptius de suo tutores impendant aliquid pro pupillis, dum sciunt se recepturos quod impendissent. *l. 1. in prin. h. t.*
2 ¶Hæc actio non solùm tutori, sed etiam Vtiliter Protutori, & curatoribus datur. *d. l. 1. §. hæc*
3 *actio.* Protutorem † dicimus, qui cum non sit tutor, quasi tutor negocia gerit: sicuti Proconsulem, Proprætorem, &c. D
4 ¶Datur autem hæc actio, finito tutoris officio, *dict. l. 1. §. finito. l. 4. h. t.* aduersus pupillum, vel adolescentem, ad ea consequenda, quæ propter tutelam absunt: dummodò ex officio, & bona fide sumptus facti obligationésq; susceptæ sint, *l. 1. §. pen. l. 3. in prin. & §. 1. cum seqq. l. fin. h. t.* quamuis contrarium exitum habuerint: vt si bona fide litem mouit, & sumptus fecit, ac succubuit: *Bart. in l. 3. §. sufficit. hoc t.* est enim actio Bonæ fidei, *Bart. in l. 1. in prin. h. t. l. sancimus. 28. C. de admin. tut. l. si bonam. 11. C. eod. tit.* in qua bona fides agnoscenda est. Quare & eorum quæ tutor pupillaribus negociis impeditus lucrari non potuit, meritò habebitur ratio: non enim contra suam vtilitatem tenetur pupillo prouidere. *gl. pen. & Cyn. ac Dd. in l. quicquid. 7. C. arbit. tut. per l. videamus. §. sed nec tutorem. de in lit. iuran. l. Lucius. 46. §. Sempronij. de adm. tutor.* Quòd si iniustam litem moueat, *l. non est ignotum. 6. C. de adm.* F
tuto. aut mala fide sumptus impendat: vt si eques cum comitatu in causa pupillari iter ingrediatur, quò in propria solus & pedes ire est solitus, certè huiusmodi non reputabuntur: *Bart. in l. 1. §. si pupillus. de tutel. & rat. distrahen.* vt nec illud in quo persequendo plus sit detrimenti, quàm in obtinendo futurum emolumenti. *l. mediterraneæ. 8. C. de anno. & trib. lib. 10.* Hanc actionem, cum sit rei Persecutoria, perpetuam esse, & hæredibus contra hæredes dari, palàm est. *dict. l. 3. §. fin. l. pen. hoc tit.*

DE EO QVI PRO TVtore vel curatore negocia gessit. Titulus V. C. 5. 45.

1 *Quare hæc actio sit introducta.*
2 *Cui, aduersus quos, ad quid detur.*

B PRotutelæ † actionem de Negociis gestis ne- 1
cessariò Prætor proposuit. Nam cum plerũque incertum sit, vtrũ quis tutor, an verò Quasi tutor pro tutore administrauerit tutelam, idcirco in vtrunque casum actionem scripsit, vt siue tutor sit, siue non sit qui gessit, actione tamen teneatur. Pro † tutore autem negocia gerit, qui 2
munere tutoris absque illius mandato *l. 4. C. de neg. gest.* fungitur, in re impuberis, siue se putat tutorem, siue scit non esse, fingit tamen. Cum hoc etiam ante pubertatem agi potest, quia verè tutor non est, *l. 1. in prin. & §. 1. h. tit.* licet aliud in actione tutelæ obseruetur: à qua hæc multũ differt, cum sit Negociorum gestorum actio, *l. 4. C. qui dar. tuto. Paul. lib. 1. t. 4. l. 1. §. si quis. hoc t. l. pen. de tut. & rat. distra.* quæ pro tutore, curatore, ex re ipsa & complexu personarum atque rerũ vocatur, vt Noxalis, Institoria, Exercitoria, &c. Hanc in actionem venit, quicquid gestum est, & quod non est gestum, dummodò alius gesturus erat. *d. l. 1. §. fin.* Nam eandem fidem & diligentiam præstabit quam tutor, qui pro tutore negocia gerit: *l. pen. h. t.* eóque & bona eius, nomine tutelæ sunt pupillo obligata. *gloss. & Bal. in l. pro officio. 20. C. de adm. tut. per l. dabimus. §. 1. de priuil. cred. Socin. consil. 85. viso. vol. 1. Neguz. tract. pig. 2. part. 4. memb. nu. 7.* Contrarium etiam, exemplo tutoris, huic iudicium de impensis competit. *l. fin. h. t.*

QVOD FALSO TVTOre authore gestum esse dicetur. Tit. VI.

1 *Ratio huius edicti.*
2 *Edictum.*
3 *Ex primo edicti capite dari restitutionem.*
4 *Ex secundo actionem, & cui, aduersus quos, ad quid ea detur.*

DE eo † quod falso tutore authore gestum 1
est, actionem pollicetur Prætor: ne contrahentes cum pupillo, facilè decipiantur, dum falsus tutor per dolum adhibetur. Falsus tutor à protutore differt. Nam Protutor is dicitur, G
qui plerunque bona fide, & aut putans se tutorem, aut vt amicus impedito fortè vel absente

tutore administrat: falsus autē tutor dicitur, qui A
falsò & dolo malo administrat, quemadmodum & falsus procurator: *l. falsus. C. de furt. vide* §. *de procurat.* de quo propriè hoc Edictū agit, in dolum vtique malum conceptum.

2 ¶Verba aūt huius edicti ita se habēt: QVOD †
» EO AVTHORE QVI TVTOR NON FVE-
» RIT, GESTVM ERIT, SI ID ACTOR
» IGNORAVIT, DABO IN INTEGRVM RE-
» STITVTIONEM: IN EVM, QVI CVM TV-
» TOR NON ESSET, DOLO MALO AVTHOR B
» FACTVS ESSE DICETVR, IVDICIVM DA-
» BO, VT QVANTI EA RES ERIT, IN
» TANTAM PECVNIAM CONDEMNETVR. *l. 1.*
» *§. 1. & §. final. l. nouissimè. 7. in prin. h. t.*

3 ¶Ex priore igitur huius Edicti capite, Prætor dat In integrum restitutionem ei, qui ignorauit
4 se cum falso tutore rem gerere. Sciēti † enim nō subuenit, quia seipse decepit, *d. l. 1. §. fin.* nisi minori *l. 4. h. t.* In secundo Actionem porrigit aduersus falsum tutorem, qui in dolo malo fuit ad C Id quod interest deceptum non esse: *d. l. nouissimè.* in quam etiam venient sumptus quos facturus est actor Restitutoria agendo, hoc est, petēdo in integrum restitutionē. *d. l. nouissimè. in fin.* Si plures sint qui authores fuerunt, omnes quidem in solidum, propter dolum tenentur: sed perceptione, id est, solutione quā percepit creditor, ab vno facta, cęteri liberantur, nō electione. *d. l. nouissimè. §. fin. cum ll. seqq.* Hęc actio datur hæredibus, non etiam in hæredes, quia ex deli- D cto est *l. huius. 9. h. t.* Porrò istius actionis exemplo, hoc est, ex interpretatione Edicti, datur actio aduersus dolosum, etiā ipsi authori, qui inscius alterius dolo inductus est ad authorādum: *d. l. huius.* item ipsi minori, vel pupillo, si quid ex gestione falsi tutoris damni accepit. *l. p. n. & fin. hoc tit.*

DE FIDEIVSSORIBVS & nominatoribus, & hæredibus tutorum & curatorum. Tit. VII. C. 5 57. 54.

E

1 *Continuatio.*
2 *Fideiussores quando & quomodo conueniantur.*
3 *Qui pro fideiussoribus habeantur.*
4 *Quomodo hæredes tutorum conueniātur.*

1 ET hoc † quidem modo conueniuntur, qui tutelam aut curam gesserunt: nunc videamus, quemadmodum personæ Quæ his accedunt, succeduntve, in subsidium exigantur.
2 Et † quia diximus, datis fideiussoribus satisdari à tutoribus solere, Rē pupilli saluā fore: *l. 5 & 7. h. tit. l. 1. §. exigere. J. tit. 1.* sciendū est, factis nō sol- G uendo tutoribus, eorum fideiussores teneri, ac conueniri eodem modo, quo tutores: *d. l. 5.* hoc etiam deteriore loco constituti, quòd beneficium Diuisionis pupillo obiicere nequeant, *l. fin. ff. rem pupill. sal. fore.* nisi ex persona & causa tutorum, pro quibus fideiusserunt. *l. 6. & 7. h. t.*
Fideiussores † autem nō illi tantum existiman- 3
di sunt, qui promiserunt, *l. blanditus. 12. C. de fideiussor.* sed qui præsentes fuerunt, & non contradixerunt, nomináque sua referri in acta publica passi sunt. *l. 4. §. fin. h. t.* Eadem causa videtur Adfirmatorum, qui cum idoneos esse tutores adfirmauerint, fideiussorum vicem sustinent: *d. l. 4. §. fin.* item Postulantiū, Nominantiúmq; aliquem in tutorem: videntur enim idoneum prę-stare velle. *l. 2. h. t. vide Paul. lib. 2. tit. 28. & 29. l. 1. C. de pot. ad mun. nom. l. ad subeunda. 45. C. de decur. lib. 10. l. honores. 7. ff eod.* Hæredes † etiam tuto- 4
rum actione Tutelæ tenentur, & defuncti tutoris nomine, & etiā suo, si fortè negocia inchoata à defuncto, vt debent, absoluerint, vel res pupillares possideant. *l. 1. 4. & fin. h. t.*

DE MAGISTRATIBVS conueniendis, & eorum hæredibus. Tit. VIII. C. 5. 75.

1 *Quo ordine conueniantur magistratus.*
2 *Ex quibus causis.*
3 *Quatenus singuli teneantur.*
4 *Quatenus hæredes & fideiussores eorum teneantur.*

EXcussis † tutorum, curatorum & fideiussorum facultatibus, si ne sic quidem pupillo satisfactum reperiatur: Vtilis subsidiaria actio in Magistratum dari solet, non in totum ordinem, sed eos qui dederunt. *l. 1. in prin. hoc tit.* 1
Quod † ita verum est, si dolus vel culpa iis im- 2
putari potest: vel quia tutores appellati non dederunt, vel quia dederunt aut nominarunt minus idoneos. vel quod cautionem non exegerunt. *l. 1. §. si præses. cum mult. seqq. §. sciendum. Inst. de satisd. tutor.* Quòd si in his magistratui nihil imputari potest, non debet casus futuros & fortunam pupillo præstare. *d. l. 1. §. quòd si.* F
¶ Probatio autem, dolum & culpam abesse, 3
non pupillo, sed magistratui incumbit. *dict. l. 1. §. probatio.* Tenentur autem singuli in Solidum: *l. pen. h. t.* sed si omnes soluendo sint, nec dolus eorum arguatur, æquius erit in Viriles portiones exigi. *l. in magistratus. 7. h. t.*
¶ Hæredes porrò eorum eatenus conueniun- 4
tur, quatenus dolus aut lata culpa arguitur. *l. 4. l. 6. hoc tit.* Fideiussores Magistratuum non tenētur, qui Remp. non pupilli saluam fore promiserunt. In patrem tamen de Peculio actio datur. *d. l. 1. §. fin.* aduersus Prætorem, aut alium cui
ius

ius dādi tutoris est, hac actione agi nequit, propter dignitatem: & quoniam non suo arbitrio, sed ex relatu Magistratuum municipalium plerūque constituere tutores solent. *d. l. 1. §. si præses.*

DE REBVS EORVM qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto, non alienandis vel supponendis. Tit. IX. C. 5. 71. vsque 74.

1 *Continuatio.*
2 *Oratio Seueri, de non alienandis minorum rebus.*
3 *Extensio orationis ad res mobiles.*
4 *Quæ sint necessaria in alienatione rerum minorum.*
5 *Quæ actiones hoc nomine minori competant.*

1 ET hæc † quidem actiones, ex tutelæ curæue administratione, vltrò citróque nascuntur. Sed quia interdum ne sic quidem res salua pupillo est propter inopiam debitorum: *l. nam is nullam. 6. de dol. mal.* restat, vt aduersus eos, in quos res pupillares alienatæ dicūtur, vltimo loco eatur. Nam sciendum est, oratione D. Seueri, quæ in Senatu, Tertyllo & Clemente Coss. recitata est, prohibitos esse tutores & curatores, prædia rustica vel suburbana distrahere, sine decreto Prætoris, & euidenti necessitate.

2 ¶ Verba orationis hæc sunt: PRAETEREA PATRES CONSCRIPTI, INTERDICAM TVTORIBVS ET CVRATORIBVS, NE PRAEDIA RVSTICA VEL SVBVRBANA DISTRAHANT, NISI VT ID FIERET, PARENTES TESTAMENTO VEL CODICILLIS CAVERINT. QVOD SI FORTE AES ALIENVM TANTVM ERIT, VT EX REBVS CAETERIS NON POSSIT EXOLVI, TVNC PRAETOR VRBANVS VIR CLARISSIMVS ADEATVR, QVI PRO SVA RELIGIONE AESTIMET, QVAE POSSVNT ALIENARI, OBLIGARIVE DEBEANT: MANENTE PVPILLO ACTIONE, SI POSTEA POTVERIT PROBARI OBREPTVM ESSE PRAETORI. SI COMMVNIS RES ERIT, ET SOCIVS AD DIVISIONEM PROVOCET, AVT SI CREDITOR, QVI PIGNORI AGRVM A PARENTE PVPILLI ACCEPERIT, IVS EXEQVETVR, NIHIL NOVANDVM CENSEO. *l. 1. h. t.*

3 ¶ Hanc orationē, quæ de rebus duntaxat Soli loquitur, *l. 1. C. si ad. donat. l. 1. C. Grego. si aduers. don.* Iustinianus postea ad omnes omnino res pupillorum extendit: exceptis iis Quæ seruando seruari non possunt: cuiusmodi sunt animalia superuacanea, vestes, fructus, &c. *l. lex quæ. 22.*
4 *l. vltim. §. fin. C. de admin. tuto.* Præter † hæc, nihil

A ex rebus minorum, etiam emphyteuticis, *l. 3. §. si ius. hoc t. l. etiam. 13. C. de præd. minor.* alienari irreuocabiliter potest, *l. 1. C. de fund. do. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* nisi tribus concurrentibus: videlicet Aere pupilli alieno, quod dissolui sit necesse, nec aliunde solui potest; *l. ob æs. 12. C. de præd. minor.* aut Alia necessitate iusta, quæ euitari non potest, puta si diuidere cū maiore prouocante habeat necesse; Aut aliunde, nisi rebus B distractis, ali pupillus non possit: *l. 1. § si communis. l. 5. l. si pupillorum. 7. h. tit. l. penul. C. eod.* deinde Decreto magistratus, qui cognoscit iustáne subsit distrahendi necessitas, annon: *l. siquidem. 11. C. eod. tit.* tertiò, Authoritate veri tutoris, *l. vltim. §. si autem. C. si propter publicas pensitation.* non falsi, nec protutoris. *l. qui neque. 8. vbi Bart. Bald. Alber. Cuman. de rebus eor. l. 2. de eo qui pro tutor. l. 3. C. de tuto. qui satisd.* Horum † aliquo defi- 5
C ciente, nulla est alienatio: *l. 5. C. de præd. minor.* & habet minor non modò Personalem tutelæ actionem, *l. 3. l. cum interdictæ. 6. C. arbit. tut.* sed Rei quoque vendicationem, ad res suas à quocunque possessore absque precij restitutione *l. 4. l. prædiorū. 10. C. de præd. min.* reuocandas. *l. magis puto. 5. §. si æs. & §. manet. l. quamuis. 9. h. t.* Nam si obreptum per falsam causam probetur Prætori, vel sine necessitate Prætor decernit. nullum est decretum. *d. l. 1. in prin. h. tit. l. 5. C. eod.* D Eodémque modo irrita est alienatio, quamuis cum decreto facta, si tutoris authoritas non intercesserit, *Bald. in l. 3. num. 6. C. de rest. minor. l. si tutor. 17. l. 1. §. fin. de author. tut. l. 5. C. eod. vide Bart. in l. si curatorem. num. 6. C. de in integ. rest. Bald. in l. quæcunque. in prin. C. de bo. quæ lib. Bart. in l. 3. C. de in integ. rest. Ioan. And. ad Spec. de instr. edit. §. porrò. ver. donatio. vid. tex. cum glo. Land. libr. 1. art. 44. 46. 47.* aut (quod perinde est, *l. 2. de author. tut. C. si prop. pub. pens.* si non debitè intercesserit: E puta quia tutor deceptus vel coactus est: *d. l. 1. §. fin. de auth. tut.* quia verè tutor non fuit, qui autoritatem interposuit, *l. fin. §. de illa. C. arb. tutel. Spec. tit. de tutor. §. fin. nu. 6. per l. parui. al. Pedius. de recept. arb. l. fin. §. illo. C. arb. tut.* &c. nisi vitium Principis confirmatio suppleuerit, *l. 2. C. quan. decret. non est opus. Alber. num. 3. Cuman. nu. 6. & 7. in l. 1. §. penul. sup. de eo qui pro tutor. l. 2. vbi Alb. nu. 3. h. t. Alb. in l. magis puto. §. non passim. num. 2.* F *h. t. Alex. cons. 79. circa nu. 20. vol. 1.* quæ ex interuallo sequi potest. *Alb. in d. l. magis. §. non passim. nu. 2.* Quòd vt omnia hæc rectè intercedant, tamen si appareat postea læsum esse minorem, in Integrum restitutionem postulare potest: *l. siquidem. 11. C. de præd. minor.* nisi videlicet aut expresse alienationem ratam habuerit iam maior factus, *tot. tit. C. si ma. fac. & tit. si maior fac. alien.* aut saltem tacitè. Tacitè autem ratificatur alienatio à tempore adultæ ætatis, quo ad excludendum Extraordinarium restitutionis quidem beneficium, intra Quadriennium: *l. fin. C. de temp. in integr. restit.* quo ad excludendam Rei G vendicationem, quæ extraordinariis diutius durare debet, per Quinquennium: *l. fin. C. si maior*

V

fac.alien.sine dec.fac.rat.hab.vide iure Saxon.Reinhar.de tutel. differ.5. in onerosis; per Decennium in lucratiuis.*d.l.vlt.*

DE CVRATORIBVS furioso & aliis extra minores dandis. Tit. X. C. 5. 70.

1 *Continuatio.*
2 *Furioso curatorem, non tutorem dari proximum agnatum.*
3 *Idem in prodigo: & quis sit prodigus.*
4 *Quibus præterea curator detur.*
5 *An detur mulieribus.*
6 *Qualis hæc sit cura.*
7 *De officio horum curatorum.*
8 *Quando hæc cura finiatur.*

1 DIsseruimus † hactenus de tutoribus & curatoribus, qui minori ætati dantur: nunc, ne quid omittatur, quibus extra minores iidem
2 præfici soleãt, breuiter admoneamus. Ac † sciendum est, furioso ipso Iure interdici bonis, *l. 1. hoc t. vide Vlpian. tit. 11. Paul. lib. 3. tit. 4.* & ex Magistratus cognitione curatorem (bonorũ enim præcipuè habetur ratio, ne dissipentur, quamuis interim & personæ curatio non est negligenda: *l. consilio. 7. in fin. h. t.* eóque curator qui bonis datur, *l. in copulandis. 8. C. de nupt.* non tutor adhibetur) illi dari proximum agnatum maximè idoneum: puta patrem, filium, *§. furiosi. Instit. de curato. l. 1. h. t. l. vltim. C. eod.* &c. Idẽ †
3 iuris est in prodigo: qui nec tempus, neque finem expensarum habens furiosum facit, quod ad bona attinet, exitum. *l. is qui. §. fin. ff. de tut. & cur. da. ab his. d. l. 1. h. t.* Cui quidem eodem modo lex XII. Tab. bonorum administrationem, ipso Iure interdicebat. Sed quia ignorari probabiliter potest, quando quis pro prodigo haberi debeat, meritò obtinuit, vt inquisitione à Magistratu facta, prodigus declaretur, & in agnatorũ curã tradatur. *d. l. 1. d. l. is qui. l. is cui bonis. 6. vbi Dd. de verb. oblig.*
4 ¶ Sed [illegible] Pro cõsul curatores, si qui

A rebus suis superesse non possunt: vt mẽte captis, surdis & mutis, & qui perpetuo morbo laborãt. *l. 2. h. t. §. sed & mente captis. Inst. de curat. l. 2. de postulat.* Item sexagenariis iure Sax. si petant. *Land. lib. 1. art. 44.* Mulieribus † etiam olim indiscri-
5 minatim tutores dati fuêre: præsertim in solennibus coniugiorum, testamento condendo, alienationibus bonorũ faciendis. *Cic. pro L. Placco, & pro Mur. Cato apud Liui. deca. 4. lib. 4. Vlp. tit. 11. 20. 26. Cuiac. lib. obs. 7. cap. 11. & ad Vlp. tit. 11. Boet. in*
B *Top. Cic.* Quod etsi postea obsoleuisse apparet: *l. virum. 14. & mulieri. 15. h. tit.* tamen morib. Saxonicis passim instauratum videmus; vt mulier, quamuis adulta, sit cõtra iuris ciuilis dispositionem. *l. 2. C. qui dar. tutor. poss. d. l. virum. h. tit.* in tutela & cura mariti; *Sax. lib. 1. c. 31. Fach. differ. 8. per art. 45. li. 3.* non tamẽ in potestate, *Fab. Ang. Port. Inst. ad S. C. Tert. Alex. cons. 133. nu. 3. vol. 4. Zobel. d. art. 45. lib. 3.* cum testamentum condere
C possit: *vide de ea materia Tiraq. in legib. cõnub. verb. contracter. glo. 3. nu. 93.* quæ verò sui iuris est, tutores eligat in litibus certè, & alienationib. maioribus, omnino habere cogatur. *eod. lib. art. 46. cum similibus.* Sed quod de curatoribus dãdis dictum est, obtinet in iis qui sui sunt iuris. Nam in potestate constitutis paterna, nihil attinet curatorem dari. *l. vlt. C. eod.*

¶ Hæc cura cõsimilis est ei quæ in minorib. 6
locũ habet. Itaque † & satisdare curator debet, 7
Rem saluam furiosi fore, nisi prædia idonea ha-
D beat pro prædibus, *d. l. vlt. §. & inuentariũ cũ seqq. C. eod.* & inuentarium facere, ac fortunas omnes bona fide administrare, *d. l. vlt. §. & inuentarium.* nihil etiã alienare sine decreto iudicis, *l. pignus. l. ab agnato. l. curator furiosi. h. t. l. 2. C. eo.* & ex Iustiniani constitutione iusiurãdum de officio fideliter exequendo dare. *d. l. fin. §. sed cum antiquitas.*

¶ Finitur autẽ ipso iure, cum furiosus sanam 8
mentem, prodigus sanos mores recipit, vel alia causa curationis cessat. *d. l. 1. vers. & tamdiu. h. tit.*
E Solenne est etiam, vt à creditoribus curator detur hæreditati iacẽti, aut bonis debitoris minus idonei: qua de re alio loco cõmodiùs sermo instituetur. *§. de cur. bon. dan.* Affinis huic curationi est, Coadiutor, qui Principibus, Episcopis, & aliis gubernatoribus, si quando sufficere imperio non possunt, adiungi moribus consueuit. *Spec. de feud. §. 1. num. 74. per c. grandi. de supplen. neg. prælat. lib. 6. c. boni. 96. distinct.*

DIGESTORVM PARS V. LIBER XXVIII.

DE TESTAMENTIS. QVI TESTAMENTA facere possunt: & quemadmodum testamenta fiant. Tit. I. C. 6. 23. 22.

Prior inscriptionis pars in Florentino exemplari deest.

1 Conti-

1 *Continuatio.*
2 *Dispositio sequẽtium titulorum, ac huius V. Partis.*
3 *Testamentum vnde dictum.*
4 *Quid sit.*
5 *Quotuplex. Tria testamentorum antiquorũ genera: 1. Calatis comitiis. 2. in procinctu. 3. per æs & libram.*
6 *Testamentum prætorium.*
7 *Duo hodie testamentorum genera: in scriptis vnum, alterũ nuncupatiuum.*
8 *Causa efficiens.*
9 *Materia, in qua & de qua testamenta fiant.*
10 *Forma vtriusque testamenti, & de tertia Rubricæ parte.*
11 *Qui testes in testamento esse nequeant.*
12 *Finis & effectus.*
13 *De secunda Rubr. parte: qui testamentum facere non possint.*

1 DOstquam † exposuimus, quẽ admodum & quib. actionibus petantur res vel nostrę, vel nobis debitę, aut ex contractibus, aut reliquis viuentium actionibus: tempus est pergere ad ea quæ Morientes gerimus, & quomodo ex iis res debeantur, existántque iudicia & actiones, cõsequenter explicare. Nam omnia iudicia descendunt vel ex causis Inter viuos cõtractis, quæ aut Rerum sunt, aut Cõtractuum, aut Personarum, de quib. est dictum: vel ex Vltimis morientium voluntatibus, & successionibus: quas restat vt deinceps exponamus.

2 ¶ Successio cõtingit aut ex Vltima voluntate, aut Ab intestato. Ex vltima voluntate succeditur vel Iure ciuili, vel iure Prætorio. Primò autẽ tractandum est de successione Ciuili, velut antiquiore & digniore: quę aut est Vniuersitatis, aut rerum Singularium. Vniuersitates bonorum aut Testamento dantur, aut Codicillis.

3 ¶ Testamentum ex eo appellatum vult Iustinianus, quòd sit testatio mentis. *in prin. Inst. eod. vbi dixi.* Verbum Mentis, hîc adiectum est explicandæ rei gratia, & ad differentiam aliarum testationum. Testamentum enim à Testatione duntaxat dicitur. *Gellius lib. 6. cap. 12.* Sed quia variæ & multiplices sunt testationes, quæ ex diuersis oriuntur causis: adiectum est Mentis, id est, vltimæ voluntatis, esse testationem. Idque & alibi in definiẽdis verbis obseruasse Iurisconsultos, animaduertere licet. *l. 1. de nouationibus. l. senatus. 35. §. 1. de don. caus. mor.*

4 ¶ Testamentum est, authore Vlpia. *l. 1. h. t. vide Cuiac. lib. obs. 4. cap. 16.* Voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit. aut, vt Enchiridio suo idem definit: Testamentum est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter facta, vt post mortem nostram valeat.

5 ¶ Testamentorum olim tria erant genera. Vnum quod Calatis comitiis coram populo fiebat, vt pleræq; omnes solennes actiones. *Gellius lib. 15. cap. 27.* Alterum minus solenne, quod faciebãt in Procinctu, hoc est, exituri iam in prælium, ac iuxta Festum expediti pręcinctíque togis, more veterũ, vnde & Procinctum testamentum dictum, quod nunc vocant Militare: cuius etiam meminerũt Plutarchus, *in vita Coriolani.*

A & Cicero, *lib. 1. de Orat.* Accessit tertium genus testamentorum, quod per Aes & Libram dicebatur. Nam cum sæpe extra tempus comitiorum, quę tantùm bis in anno, authore Theophilo, *in prin. Inst. eod.* indicebantur, homines obire contingeret: inuentum est genus testamenti, quod per mancipationem, id est, imaginariam venditionem (mancipare enim vendere & alienare significat) condebatur, corã quinque testibus ciuibus Rom. puberibus, qui populum vniuersum repræsentabant, & libripẽde, id est, pon-
B deratore, *l. 2. & t. 1. C. de ponderatoribus. lib. 10.* atque eo qui familiæ, id est, hæreditatis emptor dicebatur. Nam hæc imaginarię venditionis solennitas omnibus ferè familiarum translationibus, mutationibus, rerũmque maioris momenti mancipationibus adhibebatur: *l. fin. C. de emancip. lib. l. fin. C. de adoptio.* quòd nullam iustiorem esse alienationem, quàm quæ per venditionem fieret, veteres arbitrarentur. Aliud † autem 6
C deinceps testamenti genus ad euitandas has iuris antiqui subtilitates, Prætor per subscriptionem testium inuenit: vt si quis testamentum septem testium signis consignari curasset, perfectum esset iure Honorario testamentum. *Instit. eod. in prin. vbi post Theoph. vide quæ scripsi.* Sed hæc genera omnia iam pridẽ exoleuerunt, nisi quòd solennitatum vestigia manent. Nam † ex iis 7
alia duo defluxerunt, quæ Constitutionib. Principum conformata hodie sunt in vsu: alterum fit in Scriptis, alterum citra scripturam Voce vi-
D ua nominato hærede nuncupatur: *Plin. lib. 14. cap. 22.* vnde & Nuncupatiuum dicitur. *l. hac consultissima. 21. §. per nuncupationem. l. in testamentis. 26. l. iubemus. 29. C. eod. §. vlt. Instit. cod.* Aliter etiam à forma testamenta diuiduntur. namque alia appellantur Solennia, quæ formam ciuilem perfectámque habent: alia quib. ea forma deest, Minus solennia, iniusta, imperfecta, &c. vt est testamentũ militis, de quo paulò pòst dicemus, & testamentum inter liberos, ac ad pias causas.
E *d. l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto. C. eod. l. 1. & t. 1. §. de iniust. testa.*

¶ Causa efficiens testamenti est voluntas te- 8
statoris, (nec enim ab alieno pendere arbitrio, imò ne quidem ad alterius interrogationem & instantiam fieri *vide Ias. l. iubemus. C. de testam. Cast. l. hac consultiss. 8. C. qui testam. fac. latè Molin. consil. 31. 32. cum seqq. & quæ dixi Inst. de testam.*

ordinand.§.vltim. potest.*l.illa institutio. de hær.inst. Tiraq. pri. piæ cau.* 21. 78. *Mar. Man.sing.*68. *vide tamen in c.cum tibi.de testamen.*) moribus primùm atque vsurpatione hominum, deinceps legibus, ac iure Ciuili confirmata.*l.* 1. C. *de sacros. Eccles.* Apud omnes enim gentes semper in vsu fuit testamenti factio, voluntatésque morientium ratæ habitæ, etiamsi formæ testandi passim fuerint dispares: *Cic.lib.*3. *de Fin.* vt rectè Theophilus testamenti factionem ad Ius gētium retulerit, *in* §.1. *Instit. de iu.nat.gen.& ciui.* licet formam & solennitatem ac ciuilem factionem à iure ciuili habeat. *vide de eo Ias.in l.nemo potest.in* 1.*lect. nu.*65.*de leg.*1.

9 ¶ Materia in qua scribitur testamentum, nihil refert cuiusmodi sit. §. *nihil. Inst. eod.* De omnibus autem suis rebus testari quis potest: legare etiam res non modò suas, sed etiam hæredis, aut prorsus alienas, §. *non solùm. Instit. de legatis. l. cum alienam.*10. *C.eod.t.* Attamen testari, hoc est, hæredem instituere in re aliena nequit. *Tiraqu. in priuil. piæ. caus.* Nam cum hæreditas ius sit, non potest testator plus iuris in alium, videlicet hæredem institutum transferre, quàm ipse habet, *l.nemo.*55. *de reg.iur.* Nihil autem iuris habet in re aliena: relinquitur ergo, in ea nec institui hæredem posse. *Bald.in c.*1. *nu.*3. *de success. feud.per c. filius. de testam.gl.fin.in Auth. ingressi.* C.*de sacros. Eccles.per l.conficiuntur.*§.*si post.de iure codicil.text. in l.cum pater.*79. §.*mando. in verb. de pecunia sua testari. de legat.*2. Ac si instituere posset, viderer ur alij, nempe domino, testamentum condere posse. Atqui nemo alteri testamentum rectè facit, præterquam pater filio suo impuberi. *vide* ℣.*de vulg.& pup.&* ℣.*tit.de hæred.inst.*

10 ¶ Forma *de hac vide Cuiac. in l. qui testamento. h.t. Vlp tit.*25. *Paul.lib.*3.*t.* 4. testamenti quod in scriptis fit, hæc est, Vt scriptum integris literis, *l.hac consultiß.*21.§.*ex imperfecto.*C. *eod. in Auth. de imperf.testa. Cuiac.lib.*3.*c.*3. testamētum in quo sit hæredis institutio, quæ totius actus fundamentum est, §.*ante. Instit. de lega.l.*1. ℣.*de hæred. inst.* subscribatur & consignetur à testatore, vel ab alio eius nomine, præsente *d. l. hac consultißima.*21.*l.iubemus.*29.*C.eod.* tamen testatore (nam in eius absentia, per procuratorem condi testamentum non potest, quanquam donatio Causa mortis fieri possit, *vid.*℣.*de don.caus.mort.*) coram septem testibus, ad id propter solennitatem rogatis: quos necesse non est scriptioni adesse, si fortè testator sciri voluntatem suam nolit, sed subscribere ac consignare, & audire à testatore, hanc esse eius voluntatem, sufficit. §.*sed. cum paulatim.cuius seqq. Instit.eod. d.l. hac consultiß. l.cum antiquitas.*28.*l.iubemus.*29.C.*eod.* Nuncupatiuum fit sine solennitate scripturæ, etsi in scriptis redigi potest. *Imol.in c.cum esses.num.* 5. *de testam.* hoc modo: Vt testator coram septem testibus rogatis *l.hæredes.*21.§.*pen.h tit. d.l. hac consultiß.*21.C.*eod.* hæredem nuncupet, & vltimā suam voluntatem aperiat. *d.l. hac consultiß.* §. *per nuncupationem.*§.*vlt. Inst.eod.* Vtrunque autem testamenti genus vno actu & cōtextu absolui debet. *l.hæredes.*21.§.*vlt.h.t.d.l.cum antiquitas.*28.C.*eod. vide Tiraq.priuil. piæ caus.*6.*Soc.cons.*142. *vol.*1.*& quæ dixi* §. *vlt. Inst.eo.* Ea est enim solenniū natura, vt diuidi nequeant. *l.continuus.*137. *in prin. cum ibi not.de verb.oblig.* Etsi autē regulariter in omni testamento septem testes, præter & supra notarium, *Bald. in Rubr.* C. *de fid. instru. num.*19. *per d.d. hac consultiß.* 21. C. *de testam. & an notarius sit pro teste, dixi instit.eod.de testa.* sunt necessarij: tamen sufficiunt interdum pauciores: vt in testamento inter liberos, *d.l.hac consultiß* §. *ex imperfecto. latè Tiraqu. priuil. piæ caus.* 1. 2. ad pias causas, *c.cum esses. ext. eo. Tiraqu. in priu.piæ caus. præall.lo.* rustici, *l.vltim.C.eod.* & eo quod sit tempore pestis aut belli, *Ang.& Bauer.nu.*23. *in* §. *sed hæc quidem. Inst de testam. Fulg.in l.conficiuntur.*§. *codicill. de iur.codicill. Alex. cons.* 70. *&* 177. *volum.*2. *Ias.nu.*3. *& Dd.in l.vlt.*C.*eod.* & quod Principi aut magistratui oblatum est, & actis insinuatum. *l. omnium.*19.C.*eod.* Apud acta autem factum intelligi debet, non modò quod fit in iudicio, sed etiam quod domi ab ægroto, conuocato ad hoc Magistratu, & Actuario publico: iisque rogatis, vt eiusmodi testamentum in publica acta referri curent. *Schurff.cons.*71. *honesta, nu.*1. *cent.*2. *Salic. in l.pacta nouißima.nu.*2. *&* 7.C.*de pact.* Apud acta enim dicuntur fieri, quæ geruntur coram iudice, etiam extra locum iudicij, *Ias.in l.*2.*num.*4.C. *de eden. Bal.in l.illud.nu.*3.C.*de sacr. Eccl.tex.in l.*3. *C.de eman.li.fac.l.*1.C.*de his qui in Eccle.manu.* maximè in his quę sunt Voluntariæ iurisdictionis: §.*præterea. Instit. quib.mod. pat.pot.solu.l.*3.C.*de emanc.l.*1.C. *de off.cons.l.actus.C. de fer.* vt est factio testamenti. nam in illis quæ sunt iurisdictionis Contentiosæ, & causæ cognitionem requirunt, verius est locum publicum solennem seruādum esse: *l.pen. de inst. & iur.* & apud acta fieri intelligi, quæ in loco publico fiunt, ac fieri debent: *glo. in l.*2. C. *de eden. l.*6. C.*de sent.* de quibus hic non agitur, sed tantùm de factione testamenti, quæ est (vt dixi) iurisdictionis voluntariæ eóque vbiuis perfici eam posse, est existimandum. Et sanè lex non postulat, testamentum apud acta publica, publicóque loco fieri, sed tātùm vult offerri, & quamuis priuatim absolutum insinuari: *d.l.omnium.l.*2.*l.consulta.l.testam.C. eod.* idq; dicere est æquius, propter infirmos, qui plerunque testantur, nec comparere in publico possunt: maximè cum curare magistratus oporteat, vt tam ipsi quàm testes præstò sint, testari volentibus. *l. cuerent.*22.*de testib.*

11 ¶ Sciendum autem est, quasdam personas ius testimonij ferendi in testamento non habere. Cuiusmodi sunt mulieres, quę neque ius comitiorum, vnde testamenta oriuntur, habent: *Gellius lib.* 5.*c.*16. nec solennibus iuris publici rectè adhibentur: *l.qui testamento.*20.§.*mulier.*6. *h.t.l.alienam.*18.C.*de procur.l.*2.*cum ibi no.de reg.iur.* item impubes, §.*testes. Inst.eo.* seruus, *d.l.qui testamento.* §.*mulier.vers. seruus.* mutus, surdus, *d.*§.*testes.* furiosus, *d.l.qui testamento.*§.*ne furiosus.*4 prodigus,

*l.is cui.*18.*h.t.d.*§.*testes.* hæres, quia eius negociū geritur: §.*sed neque hæres. Instit.eod.d.l. qui testam. h.t.* in proprio autem negocio nemo testis est idoneus: *l.omnib.*9.C.*de testib.* Eadémque ratione, qui est in potestate testatoris: §.*pater. Instit. eod.* quia cum pater & filius pro vna persona reputentur, *l.fin.*C.*de imp.substit.* non potest quodammodò sibiipsi & in sua causa testis esse. *l.parentes.* 5.*l. omnib.*9.C.*de testib.* Item qui nō habet testamēti factionem passiuè, vt improbi, & intestabiles: *d. l.is cui.*§.*fin.l.cum lege.*6.*h.tit.d.*§.*testes.* qui sunt domestici testatoris: §. *in testib. Inst.eod.* vt maritus, vxor, colonus, minister, *glo. Fab. Ang.* Bauer. *& alij in d.*§.*in testib.* pater, frater, & similes. *d.* §. *in testib. vbi præter alios latè Bauer.* Legatarius, §. *legatarius. Inst.eod.* & executor Bauer. *post Ang. in d.*§.*legatarius.nu.*5. testes esse possunt, quia non principaliter eorum causa vertitur, sed hæredis. An eodem modo in codicillis, fideicōmissarius; aut donatarius, in donatione causa mortis? & cum hic non hæredis (quippe hæreditas hoc modo dari nequit, *vide* ℣.*de codicill. & Instit.eod.tit.*) sed horum præcipuè negocium agatur: non putauerim eos velut in propria causa testes esse idoneos. *l. nullus.*10.*de testib.* Illud sciendum, si testes in idonei adhibeātur, testamentum nullū reddit: nec ex eo adiri hæreditatem posse, etiamsi vel vnus tantùm sit inhabilis, *l.scio.*14.*cum ll.seqq. de testib.l.si vnus.*C.*de testam.* nisi clausula sit adiecta codicillaris. *vide* ℣.*de iure codicill.*

12 ¶ Finis & effectus testamenti est, vt quod testator post mortem de bonis suis fieri velit, certò constet: eáque voluntas tanquam lex aliqua conseruetur: §. *disponat.in Auth.de nuptiis.* quocirca & iuxta legem ac ius commune recipit interpretationem, *l.*2.*vbi* Bald.C.*de cond. infer. & in l.quanquam.*C.*de testamen.milit. Dec.in l.ius nostrum.num.*7.*de reg.iur.* ita vt verba omnia præsumantur Legaliter ac Rectè scripta: *Socin.cons.*98. *alias.name.*13.*vol.*3. & executionem etiam habet, instar legum. Paratam: *Ias.in l.pactum.*47.*nu.*7.*de pact.* & prohibitio testatoris, similis est prohibitioni legis: *l.fin.*C.*de reb.alien.non alien. Ias.in l.nemo potest.in* 2.*lect.nu.*14.*de legat.* 1. quæ vera sunt, quando legi non aduersatur. Nemo enim potest facere, quin lex in suo testamento locum habeat: *l.nemo potest.*58.*de legat.* 1. quare testator in testamento non potest derogare iuri publico, *Ias.ibidem, in d.l.nemo. nu.*1.*in* 1.*lect. & num.*2. *in* 2.*lect.* aut iurisdictioni, *Ias præall.loc.* solennitatibus, *Ias.in d.l.nemo.num.*13.*in* 1.*lect. & num.*15. *in* 2.*lect.* statutis, *Ias.ibid.nu.*28.*& in* 2.*lect.nu.* 42. nec auferre alicui ius ex statuto debitum, vt legitimam liberis, *vide Dec.in l. iura sanguinis. de reg.iur.* dotalitium, aut quotam hæreditariam vxori *Bald.in l.si quando.in princ.C.de inoff. testam. Boer.decis.*144. *Cremo.sing.*154. *vide Salic.in l. cum te.*C.*de donat.ante nup. Bal.in l.*1.C.*de suis & leg.& in l.*2.C.*de hæred.act.* statutis municipalibus aut lege *Ias.in Auth.præterea.C.vnde vi. & vx.* assignatam, nisi disertè tantum ab intestato, *vt in Auth.præterea.C.vnde leg.* & non simpliciter tri-

A buta esset: causa enim intestati cessat, neque admititur condito testamento. *vide Inst. de hæred. quæ ab intest. in princ.* Et hæc quidem de testamentis.

¶ Nunc pauca de secunda huius tit. parte, & 13
Qui testamentum facere non possint, exponamus. Nam iis cognitis, planum erit, quibus sit testamenti factio. Testamentum facere non possunt quidam, Quia sunt in aliena potestate, nec liberam habent bonorum administrationem: vt
B filijsfamiliās, *l.qui in potestate.*6.*l.filiusfam.*16.*h. t. l.penult.* C.*qui testa.facer.possunt.* serui, *l. filiusfamil.*19. *d.l. si filiusfam.h.tit.* cap tiui ab hostibus, §. *fin.Inst.eod.* obsides, *l.obsides.*11. *h.tit.* Item qui de statu suo dubitant. *l.de statu.*15.*h.t.* Quidam propter iudicij carentiam: vt impūberes, §. *præterea. Inst.eod.l.à qua ætate.* 5. *h.tit.* furiosi. *d.*§. *præterea. l.*2. *h.tit.l.*2. *l.furiosum.* C.*qui test.fac.poss.* nonnulli Ob morbum animi, vt cui bonis interdictū est:
C *d.l.is cui.*18. §.*item prodigi. Instit.eod.* aut corporis, vt surdi & muti: *l.qui in potestate.*§.1. *l.si mutus.* 7. *h.t.* qui tamē ex certis causis, iuxta formam à Iustiniano traditam testari possunt: *l.discretis.*10.*l. hac consultiß.*8. C.*eod.qui test.*§.*item surdis. Inst.eod.* (reliquos autem mentis compotes, quamuis ægrotos, vt senes, cæcos, valetudinarios, testari posse, certi iuris est: *l.senium.C.qui testa.fac.*) nōnulli propter pœnam: vt ad mortem damnati, atque ita serui pœnæ effecti, nisi appellatione dā
D nationem suspenderint: *l. qui à latronib.*13.§.*A.hoc t.* passi maximam & mediam capitis diminutionem, quæ adimit ius ciuitatis, in quo inest ius testandi. *l.eius.*8. *h.tit. vide omnino Ferra.in for.inquisit.nu.*3. Nec modò sic damnati, *l.eius qui.*8. §. *si cui. vbi Bart.hoc tit. & in l. certa forma.C. de iur. fisc.lib.*10. *Bald.in l. & in priuatorum.num.*11. *vbi hanc dicit esse communem. vide Ferra. in for.inquisit.in fin.num.*3. testamentum facere non possunt; sed etiam si quod antè fecerunt, id Ipso iure ad
E nihilum recidit & irritatur, *l.eius.*8. §.1. *h.tit. l.si quis.*6. §.*irritum. de iniust.rup. test. Bart. in Auth. sed hodie.C.de donat.int.vir.& vx. Ang.in* §.1.*nu.* 1. *Instit.de cap.dimin.* quoniam tempore mortis serui sunt, Quod tamen moribus ferè obsoleuit *Clarus de testa. quæst.*29. *Tiraqu. de priui.piæ caus. prin.*79. *Imol.in c.quia.nu.*30. *de testa. Natta.cons.* 178.*num.*4. iis in locis, vbi publicatio bonorum damnationi non adhæret, nec per pœnam liberis adimitur libertas. Quorum vtrunque eū no-
F uo iure Iustin. noster induxerit, scilicet vt damnato neque bona, *Auth.bona. C. de bon. damna.* nec libertas *Non.const.*22.*de nup.*§.*deportati. Auth. sed hodie.* C.*de dona.int.vir.& vxor.* auferātur, videtur eorum *Sal.num.*2.*& alij.in d. Auth.sed hodie. vid.clar.præall.loc.* sententia probabilis qui putant ex hoc iure eiusmodi reis permissum testandi facultatem non solùm ante, sed & post sententiam mortis. Quod ego quoque Saxonibus obseruandum puto, cum circa damnatos ius illud Iustinianeum sequantur. Item lege in-
G testabiles, vt damnati ob carmen famosum, *l. omn lege.*26. *d.l.is cui.*§.*si quis. hoc tit.* & hæretici.

*l.4.C.de hæreticis.*Relegati tamen condere testamentum possunt,*l.eius qui.* 8.§.*h.tit.* quia ius ciuitatis,& bona retinent.*l.2.de pub. iud.* Possunt etiam plures in eodem testamento simul testari:vt paper & filius,*l.2.cum ll.seqq.de vulg. & pup.* maritus & vxor:*vid.Boer.in consuet. Bitur.de cons. conc.mar.*§.1.*Bald. num.1. Ias.nu.3. & Dd.præcipuè Alciat.ad verb.huiusmodi. in l.licet.*19. C.*de pact. per l.eo quòd.si cert.petat. Raph. commen.in l. captatorias.de hæred.inst.vid. Nouell.* 1.*Valent. Cuiac. ad l.vnum.h.tit.* & quot sunt personæ, tot esse testamenta intelliguntur. *l. patris & filij. de vulg. & pup.vbi Dd.l.scire.de verb. oblig.* Ex quo & illud sciri potest, moribus nostris vxorem, quamuis sit in cura tuteláque viri, tamen non esse in potestate : cæteroquin testamenti factionem non haberet.*l.qui in potestate.6.h.t.vide Cuiac. obs.lib. 7.cap.*11.*Vlpia.tit.*11. Habere autem existimo, cũ & donare causa mortis possit : *vide* ĵ.*de donat. caus.mort.* nec obstat, quòd citra mariti consensum alienare vel contrahere nequeat : *Land. lib.* 1.*art.*31.45. eiusmodi enim statuta non extenduntur ad vltimam voluntatem : *l.verba contraxerunt.* 20.*vbi* Bart. *de verb. signif. l. testamentum. vbi gl.verb.contractus.& Bald.C.de testam.per l.pater filium.de leg.* 3.*vide latè Tiraqu. de ll. connub. in fin.gl.3.verb.contract.nu.* 86. nam nec minor curatorem habens, alienare absque eius consensu potest:non eo tamen testamẽtum condere prohibetur:*l.Aurelio.*21.§.*fin.de libe.legat.Bald.in l. ea lege.nu.*3.C.*de condict.ob caus.*§.*fin.Inst.quib.ex caus.manu. non lic.*§.*fin. Inst. de leg.Ael. Sent.l qua ætate.h.t.*imò si extenderentur eò statuta,ipso iure non valerent,quia auferrent liberam testandi facultatem:vt plerique volunt. *vide Cast.in l.ex facto.de vulg.& pup. Zas.in l.stipulatio.* 41.*nu.*5.*& 6.de verb.oblig.Bal.in l.si quando.C.de inoff.testam. Salic.in l.cum te.*C.*de donat.ante nupt.*

A principale ius est De liberis hæredibus instituẽdis.*l.inter* 30. *h. t.* Liberorum appellatione filij, nepotes,cæterique qui ex his descendunt, continentur.*l.liberorũ.*220.*de verb.signif.* Posthumos† hîc accipimus, qui post testamentum factum, aut mortem patris Sui hæredes agnascuntur. Hi†igitur omnes,si gradu proximi sint, aut instituendi sunt,aut exhæredandi. Nam si prætereantur, non consultò, sed quadam obliuione omissi præsumuntur : §.*posthumi. in verb. ne per obliuionem præteritæ viderentur. Instit. de exhæred. lib.* quia verisimile non est, quempiam liberis suis, quos etiam natura ad successionem vocat, *l.scripto.in fin.*ĵ.*vnde libe.*extraneos velle præferre: & nisi instituti sint,vel expressè exhæredati, ex lege Sui atq; Necessarij hæredes existunt. *vide quæ dixi in princ.Instit.de exhær.lib.Bart.Ias. & Dd.in l.si filius.7.l.in suis.*11.*h.t.*Itaque testamentũ in quo nec Instituti,nec Nominatim exhæredati inueniuntur liberi, ipso Iure corruit. Nominatim autem exhæredare est, expresso Nomine, aut designatione Certa & disertè *l. nominatim.* 24.*de manu.testam.*exhæredare.*l.*1.*&* 2.*h.t.* §.*nominatim.Inst.eod.*

¶Etsi autem olim differentia hac in parte varia & multiplex extitit, inter Masculos & Fœminas,Suos & Emancipatos:*vid.per tot. h.t. & Inst. de exhib.lib.vbi dixi.* tamen in vniuersum sciendum est,hodie nominatim omnes indistinctè liberos, aut instituendos etiam in testamento inter liberos,*Bald.num.*1.*&* 2.*in l.hac consultiß.*§.*ex imperfecto.*C.*de testam.* idque titulo Institutionis *glo.mag.& Dd.in Auth.nouissima.* C.*de inoffic.test. per* §.*aliud.in Auth.vt cum de app.vide Ias.num.*8. *&* 9.*Socin.&* Dd.*in l.inter cætera.*30.*h. t.* esse, aut exhæredandos:§.*antepen.Inst. eod.* ac ne exhæredari quidem posse (quòd debita sit hæreditas, *l. & quia.*10.*pro socio.* nec auferri idcirco sine iusta causa debeat) nisi ex certis & iure expressis causis §.*aliud quoque in Auth.vt cũ de appell.cog.*(quæ tamen tantùm in testamento, non etiam ab intestato momẽtum ad exhæredationem habent, *Ias.in l.in arenam.nu.*1.C.*de inoff.test.*) quas quatuor & decẽ numero Iustinianus Nouellis suis, *d.*§.*aliud.*& his versiculis,quos paulum emendauimus,superior ætas comprehendit:

Bis septem ex causis exhæres filius esto:
Si patrem feriat,vel maledicat eĭ:
Carcere detrusum si negligat,aut furiosum:
Criminis accuset,vel paret insidias:
Si dederit damnum graue:si nec ab hoste redemit:
Testariue vetet:se sociétue malis:
Si mimos sequitur:vitiétue cubile paternum:
Non orthodoxus:filia si meretrix.

Hæc†tamen vltima causa, quæ ob turpem filiæ vitam exhæredationi refert, iure Sax.non obtinet:*Land.lib.*1.*art.*5. *vbi glo.* quo iure scorta existimatione,non etiam hæreditate priuantur. Illud sanè sæpe etiam quæsitũ memini, an si quis liberorum contra parentis voluntatem nuptias contrahat,ab eo exhæredari possit? & Communis est cõclusio,Non posse:*Ias.post alios in Auth.*

non

DE LIBERIS ET POSTHUMIS hæredibus instituendis, vel exhæredandis, vel præteritis. Tit. II. C.6.28.29.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Qui sint posthumi,qui liberorum appellatione veniant.*
3 *Quare præteritio testamentum vitiet.*
4 *Quid hodie veterum sublatis differentiis circa institutionem liberorum obseruetur.*
5 *De causis exhæredationis.*

1 NOn† tamen, vt omnino valeat testamentum, sufficit hæc obseruatio, quam suprà posuimus: sed liberi etiam, & posthumi hæredes sunt instituendi. Nam inter cætera, quæ ad ordinanda testamenta necessariò desiderantur,

*non licet.C.de lib.præter.Inno. in c. accedens. de procur.Dec.in l.nuptias.*30.*num.* 10. *de reg. iur.* quam Saxones sequuntur.*d.art.*5.*lib.*1. Aliis tamen contrà placuit:*Cast.in l.si filium.*C.*de inoff.testam.vide Dec.præall.loc. Chass. in cons. Burg.tit.de success.*§.2. *verb.si non.num.* 2. quorum opinionem Carolus v.Imp.secutus est,facta ea de re in suis hæreditariis terris constitutione. Sed an præter illas quatuordecim causas iure expressas, nulla recipietur,etiamsi æquè momentosa sit? Et quamuis Iustinianus taxatiuè loquatur,*in Auth. vt cũ de app.* tamen communius placuit ex similibus aut maioribus causis exhæredationem fieri posse.*Ias.in d.Auth.non licet.Felin.in c. pastoralis. de rescrip.Aluar.& Dd.in c.*1.§.*prædictis. &* §.*porrò. quæ fuit princip.caus.bon.amitt.Alex.consil.*203.*super.volum.*2.*Hyph.sing.*78.*Chass.in cons. Burg. de success.*§.2. *verb. si non. num.* 2. Has tamen veras esse,probare hæres institutus cogitur : §.*siue igitur.in Authen.vt cum de appell.cog.* cæteroqui testamentum respectu institutionis annihilatur, *Auth.ex causa.C.de lib.præter.*in quo communiter ita distinguitur, vt si filium pater prætereat, siue expressa causa, siue non expressa, sit testamentum indistinctè ipso iure nullum, *vide Bart. in C.concl.& Dd.in d.Authen.ex causa.l.*7.*h.t.& ibi Socin.ac Dd.*quo ad institutionem(nã reliqua relicta ex communi sententia sustentantur, *Dd. in d.Auth.ex causa.vide quæ dixi Instit. de exh.lib. & de inoff.testa.*) & ad 30. annos propositas nullitatis quæstione(quæ tamdiu durat, *Bart.in l.si expreßim.*19.*num.*12.*de appell. Ferr. in for.appell. verb.esse nullam.num.*4.)impugnari possit. *Guid. Pap.quæst.* 597. Sin autem exhæredet, distinguendum sit vtrum causa Inserta sit,an Non sit. Causa Nulla inserta,aut Inidonea inserta, testamentum eodem modo irritum fiat. Inserta autem causa Sufficiente & legitima, valeat indistinctè, ita vt si probetur, vera constet exhæredatio:sin Falsam insimulet exhæredatus, ex eo rescindere testamentum Querela inofficiosi intra quinquennium debeat, testamento alioqui valituro.Idémque in Præteritione materna,quę pro exhæredatione est,& emancipatis liberis sit obseruandum.*hæ sunt communes concl. in Authen. non licet.Auth.ex causa.C.de lib.præt. Salic. in l.si mater.C.de inoff.test.Ias.in d.l.si filius.Bald.cons.*98. *&* 112.*volum.*5.

6 *Testamento rupto omnia corruere.*
7 *Quomodo reconualescat testamentum ruptum.*

QVandoquidem † Contraria iuxta se posita, magis (vt dicitur) elucescunt, ideo postquam diximus qua forma testamenta ordinentur, videndum iam est, Quemadmodum infirmentur & corruant : ac de Iniusto, Rupto & Irrito testamento nonnihil differendum. 1

¶Testamentum iniustum, siue non iure factum, quod impropriè testamentum nominatur,*l.*2.§.1.*quem.test. aperian.* est cui solennia iuris desunt.*l.*1.*in prin.h.tit.* Nullius†momenti est id, in quo filius præteritur,*d.l.*1.*vers.*1. quod etiã Iniustum dici potest.*l.*3.§.2.*vers. illi iniustum. hoc tit.*Ruptum,† quod posteriore testamento perfecto,vel agnatione Sui hæredis, qui non inuenitur institutus,rumpitur.*d.l.*1.*d.l.*3.*h. tit.* Irritum†testamentum constituitur qualibet capitis diminutione,quæ testatori accidit. §.*alio.Instit. quib.mod.test.infir.vbi dixi.*vel non adita ex testamento hæreditate. *d. l.* 1. Destitutum autem, siue Desertum,ex quo nemo hæreditatem adit: quod ob non factam ab hærede aditionem, aut quia non voluit, aut quia non potuit, viribus & effectu destituitur.§.*cum autem.*8.*in verb. destitutum & desertum.& aut quia voluit, & c. vbi Theoph.Instit.de hæred.quæ ab intestat. vbi dictum est.* §. *quantitas.Inst.de leg.Falc.l.filium.* 20. *de bon. poss. cont.tab.* 2 3 4 5

¶ Quòcunque autem modo testamentum infirmetur,totum corruit;nec legata debentur; sed ab intestato succeditur, perinde ac si nullum factum esset : *l.filio.*17.*h.tit.in princ. Instit.de hæred. quæ ab intest.* quia testandi actus est indiuiduus, nec pro parte valere potest. *l. ius nostrum. vbi Dec. de reg.iur.l.furiosum.vbi Cyn. C.qui test.fac.* Hodie tamen quibusdam casibus legata,& reliqua vltimæ voluntatis capita, quamuis annihilata institutione, valent,ac effectum habent:qua de re alibi fusiùs tractatur,*in Auth.ex causa.C.de lib.præter.in Auth.hoc amplius.C.de fideicomm.* Adde † etiam, quod licet natiuitate liberorum rumpatur testamentum, tamen illis ante patrem testatorem discedentibus, testamentum reconualescat ac redintegretur, ita vt ex eo succedatur : *l.posthumus.*12.*h.t. vide gloss. & Ang.in* §.*posthumi.Instit.de exhær.lib. quo loco exposui.in* §.1. *gloss.in l.si à primo.vbi Ang. & Imol. de lib.& posth. Ias.in l.posthumo.in* 2. *no.* C.*de bon. possess.cont.tab. latè Tiraqu. in repet. l. si vnquam. verb.susceperit.num.*137. C.*de reuoc. donat.* quia neque verè ruptum fuit, nec vires aut effectum habuit ante mortem testatoris, vt satis sit illo tempore neminem extare qui rumpat. 6 7

DE INIVSTO, RVPTO, & irrito facto testamento. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Testamentum iniustum.*
3 *Nullius momenti.*
4 *Ruptum.*
5 *Irritum, Destitutum.*

DE HIS QVAE IN TEstamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur. Tit. IIII.

1 *Deleta quando seruentur, quãdo secus.*
2 *Quatenus.*
3 *Inducere quid sit.*

1 EVanescit † etiam testamentum, si illud testator conscindat, rumpat, cancellet, deleat, &c. *l. 2. 3. hoc tit.* nam quæ consulto & sciente testatore delentur, effectum iuris non habent: quæ verò eius iniussu, valent, & pro nihilo est deletio; *l. 1. h. t.* dummodò legi, aut sanè intelligi
2 vtcunque scriptura possit. *d. l. 1.* Sanè Eatenus, † quod consulto deletur, pro nihilo est, Quatenus est deletum. Cætera salua manent, etiamsi institutio sit deleta: quod ex æquitate placuit, nisi appareat testatorem eo animo induxisse, vt totum testamentum corruat. *l. 2. 3. 4. h. t.* Indu-
3 cere † autem propriè est, ducto per ceras, in quibus olim scribebatur, stylo, memoriam scripti interlinere ac obliterare: & idem est, quod delere, *l. 1. in prin. h. t.* seu cancellare. *l. inductum. 22. C. de solut.*

DE HAEREDIBVS INstituendis. Tit. V. C. 6. 25. 27.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dictus: quid sit hæres, hæreditas, hæredem instituere.*
3 *Diuisio, differentia hæredum, species institutionum.*
4 *Causa efficiens: qui quos instituere possit, vel non.*
5 *Materia: quibus in rebus.*
6 *Forma: & quomodo fiat institutio.*
7 *Finis & effectus.*
8 *Hæreditatis diuisio.*

1 QVoniam † expositum est, quomodo testamenta fiant & infirmentur: vltimo nunc loco de præcipua testamenti parte, nempe de Hæredibus instituendis, agamus. nam hæredis institutio fundamentum est totius testamenti, vnde vires accipit, *l. quod per manus. 10. de iure codicillo.* & quo collabente, cætera corruunt. *l. 1. in prin. h. t. §. ante. vbi Dd. & ibidem dixi. Instit. de legat. l. Papinianus. 8. §. fin. de inoff. testam. vide Dd. in Auth. ex causa. C. de lib. præter.* G vnde & olim ab hac veluti basi, testamen- A tum erat inchoandum. *d. §. ante. Instit. de lega. l. 1. hoc tit.*

2 ¶Hæres, vt quidam opinantur, ab Herus venit; *Cuiac. Instit. de hæred. qua. & obs. lib. 5. cap. 10.* veteres enim hæredem dominum vocabant: *§. fin. Instit. de hær. qual. & diff. Plautus in Menæch. Festus.* alij, ab Aere seu pecunia in quam succedit (Hæreditas enim, authore Cicerone, *in Topicis.* pecunia est à defuncto relicta, hoc est, eius patrimonium, *l. nam quod. 14. ad Treb. l. pecuniæ.* B *222. l. 4. l. pecuniæ. 178. de verb. signif.*) dictum volunt: tertij ab Hærẽdo, quia hæres defuncto adhæret & adiungitur, deducunt. *vide Hotoman. in comment. iur. in verb. hæres.* Vtcunque sit, constat antiquissimam esse appellationem hanc: quando & Varro author est, agros à Romulo primùm viritim diuisos, Hæredium esse dictos, quòd hæredem sequerentur. cuius etiam Plinius, Columella & Festus meminerunt. Hæres est, qui suo nomine, siue per se, siue per alium, C hæreditatem est adeptus. *l. 2. 3. de pet. hæred. l. fin. C. de hær. inst.* Hæreditas Ciceroni in Topicis est pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure; nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. Iulian. *l. hæreditas. 62. de regul. iur.* Hæreditas nihil aliud est, quàm ciuilis successio in vniuersum ius quod defunctus habuit. *l. nihil. 24. de verb. signif.* Successio generis loco ponitur. Latius enim patet quàm vocabulum hæreditatis, cum etiam Bonorum possessio sit D successio. *l. 3. §. bonorum. vbi Bart. de bon. poss.* Dec. *in d. l. hæreditas. in prin.* Successionis autem nomen Passiuè accipiendum est, *gl. in d. l. hæreditas.* vt sit successio, Ius in quo succedatur. Apellus, qui id Actiuè interpretatur, post Alc. *in d. l. nihil.* ait, I.C. potius hæreditatis aditionem quàm hæreditatem definiuisse: cùm hæc propriè sit vniuersitas bonorum quam defunctus reliquit. Atqui aditio non ius est, sed Factum: quare rectius est existimare, I.C. hæreditatem definiuisse, vt-E pote subiecti loco positam, quàm aditionem, cuius nulla inibi fit mentio, quæq; in facto, non in iure versatur. Ac vt etiam actiuam significationem huic nomini successionis tribuamus, nõ tamen incommoda erit definitio: quippe cum hæreditas statim à morte defuncti sit actiuè Successio, etiam absque hæreditatis aditione: statim enim succedit in locum defuncti Per se, & fictione iuris eiusdem personam repræsentat, ac loco domini habetur. *l. hæreditas. 34. de acquir.* F *rer. domin. l. mortuo. 22. de fideiuss. vide Instit. de stipu. ser. Bart. in Rub. num. 1. de acqui. hæred. l. cum hæreditas. vbi Bald. C. depos.* Meritò additur in definitione, Defuncti: nam viuentis nulla est hæreditas. *l. 1. de hæred. vend.* Addo autem particulam, Ciuilem, differentiæ gratia: vt hanc successionem à Prætoria bonorum possessione secernam, cui alioqui hæc definitio accommodari possit. Subiicitur, In vniuersum ius, &c. ad exclusionem scilicet titulorum Singularium, G puta legati, fideicommissi, donationis, &c. quibus aliqua in parte & titulo speciali defuncto succeditur.

succeditur. Theophilus *Inst. de reb. corpor.* ita definire maluit: Hæreditas est ius quoddam, certis modis constitutum, intellectu comprehensum, quod alieni patrimonij vniuersalem dominum iure efficit. Hæredem porrò Instituere, nihil aliud est quàm certum sibi successorem nominare, qui post mortem in vniuersum ius succedat. *l. 1. §. 1. l. quoties. 9. §. hæredes. 3. hoc t.* & verbũ Institutionis, Directũ est, nõ Obliquum, sonans in testamentum, non in codicillos, vt Dd. loquuntur. *Bal. in l. extraneum. C. de hær. inst. & in l. non codicillum. C. de testam. per illum text.* Est igitur Institutio nihil aliud quàm hæredis futuri in testamento facta nominatio.

3 ¶Hæredum differentia hæc est, quòd alij sint Necessarij, vt testatoris serui hæredes instituti: *§. 1. Instit. de hær. qual. & diff.* alij Sui, hoc est, proprij & domestici: *§. fin. Inst. de hær. qual. & diff. l. in suis. 11. de lib. & posthum.* sic enim loquebatur antiquitas. Plautus in Mercatore: Iubet saluere Suus vir vxorem Suam. Idem in Sticho: Rex Suus reginæ placet. Et: Quibus ipsis nulla res est quam procurent Sua. Cicer. lib. 2. de Inuent. cap. 3. Hunc pater Suus, &c. Et cap. 11. Alexandrum vxor Sua interemit. Huiusmodi autem sui hæredes, sunt liberi qui in potestate morientis fuerũt. Hi enim tam iure Naturali quàm Ciuili, *l. scripta. §. fin. vnde lib. l. fin. de bon. dam.* item ex communi perentum voto, *l. nam etsi. 15. in prin. de inoff. testam.* proprij & domestici hæredes existunt, quia sunt ex domo & familia paterna. & quia cum patre ob potestatis nexum, vna persona esse finguntur, *l. fin. C. de impub. subst.* & etiam viuente patre domini rerum paternarum existunt: *l. in suis. 14. de lib. & posthum.* ideo Sui, hoc est, quodammodò sibiipsis sunt & fiunt hæredes. Cæteri omnes hæredes, qui non sunt in potestate & familia defuncti, vocantur Extranei. *Inst. de hær. qual. & diff. vbi dixi.* Hæreditas porrò aut est Legitima, quæ ex lege ab intestato defertur: aut Testamentaria, quæ ex testamento. *l. legitimam. 10. de petit. hæred.* item alia dicitur Directa, alia Fideicommissaria: *tit. de fideicom. hæred. petit.* impropriè tamen. nam fideicommissa etiam vniuersalia, non veniunt propria appellatione hæreditatis. *l. si Titius. 96. de leg. 3. Bart. in l. liberto. §. filium. num. 5. de ann. legat. & in l. Marcellus. §. quidam. ad S. C. Treb. l. cum virum. C. de fideicomm. Corn. consil. 94. consuluit. nu. 6. vol. 4.* Quædam etiam hæreditas Delata dicitur, scilicet quæ adiri potest: *l. delata. 151. de verb. signif. Bal. in l. potuit. 5. quæst. 7. C. de iur. lib.* quædam Iacens, nempe quoad spes est adeundi: *Bart. in l. si quis. 23. de hær. inst.* quædam Vacans, in qua deficit spes adeundi, nullo se ad successionem offerente. *l. 1. §. an bona. de iur. fisc. l. postquam. vbi Bart. vt lega. no. caue.* Hæreditas porrò adita amplius propriè non est neque dicitur hæreditas, sed Hæredis patrimonium. *Bart. in l. Titius. in prin. ad S. C. Treb. & in l. si quis seruum. §. 1. de lega. 2. Ias. latè in Rub. de acq. hær. & in l. 1. §. veteres. de acq. poss. Dec. in l. hæreditas. 77. num. 4 & 5.*

A *de reg. iur. Corn. consil. 206. viso. vol. 3.* Institutio hæredis aut est Vniuersalis, scilicet in tota hæreditate, aut quota eius parte; aut est In re certa: *l. quoties. 13. C. de hæred. instit.* item aut Pura, aut Cõditionalis; *tot. tit. de cond. inst.* aut Directa, aut Obliqua, quæ in codicillis, vel per fideicommissũ relinquitur. *l. 2. §. fin. vbi gl. & Dd. de iur. codicill. l. 2. C. eod. §. fin. Inst. eod.* Est & quædam institutio Captatoria, scilicet cuius conditio confertur ad secretum alienę volũtatis, vt definit Papinianus: B *l. captatorias. 70. de hæred. instit. l. captatoriæ. de lega. 1. l. captatorias. C. de milit. testam. l. mulier. §. fin. de condit. instit. vide Anton. August. emen. lib. 4. cap. 15.* vel, vt interpretantur Dd. quæ non sit gratuitò, sed spe alicuius lucri. *vide post alios Iason. in l. licet. n. 10. C. de pact.*

¶Causa efficiens institutionis, est Voluntas 4
testantis: *l. interdum. 13. hoc tit.* nec enim potest ortum habere, & dependere ex voluntate aliena: *d. l. captatorias. 70. l. illa institutio. 32. vbi Bart. hoc tit.* C *& dixi s. tit. de testa.* [illegible], testatoris erga hæredem Affectio: [illegible], Meritum aliquod hæredis, *l. nec adiecit. 6. l. idémque. §. fin. manda.* vel necessitudo: *l. Titius. 25. vbi Ias. num. 9. de lib. & posthum. facit. l. si seruus. 37. de donat. int. vir. & vxor.* Instrumentalis, Testamentum. *l. non codicillum. 14. C. de testam.* Possunt autem omnes hæredes instituere, qui habent testamenti factionem: *Vlp. tit. 22.* institui omnes, qui ex testamento capere possunt, tam liberi quàm serui: D *Instit. eod. in prin. & §. 1.* non tamen deportatus, quia peregrinus est: *l. 1. C. de hæred. instit.* nec damnatus in metallum, *l. si in metallum. de his quæ pro non scri. ha.* eadem ratione; neque hæretici, *l. Manichæos. 4. Auth. credentes. cum simil. C. de hæret.* liberi incestuosi, *§. fin. in Auth. quib. mod. nat. eff. sui.* collegia illicita, *l. collegium. 8. C. eod. vide Vlp. tit. 22. & 14.* neque incerta persona, *Vlp. titul. 22.* quoniam certum esse consilium testantis, *l. quoties. 9. § fin. hoc t.* & certus hæres designari debet: E *d. l. quoties. §. fin. l. in tempus. 26. §. quoties. l. nemo. 58. hoc tit.* quod tamen postmodum ex æquitate Iustin. temperauit. *§. incertis. cum §§. sequent. Instit. de legat.*

¶Potest autem institutio fieri de Omnibus 5
bonis testatoris, *l. testandi. 13. in verb. de pecunia sua. C. de testam.* tam mobilibus quàm immobilibus (quorum tamen expressione non comprehenduntur nomina, *Bart. in l. quam Tuberonis. §. in peculio. de pecul.*) etiam emphyteuticis, F *vide Ias. in l. fin. nu. 55. cum seqq. & 76. C. de iur. emphyteut.* non tamen feudalibus, *c. 1. de success. feud. c. 1. in prin. de consuet. rec. feud. c. 1. in fin. de feud. cognit.* neque de alienis. *l. cum pater. 79. §. mando. in verb. de pecunia sua testari. de legat. 1. Bald in cap. 1. num. 3. de success. feud. per c. filius. de testamen.* Nam etsi alienæ res legari *vide s. de lega. 1. l. cum rem. C. de lega. §. non solùm. Inst. eod. tit.* possunt, tamen titulo institutionis relinqui non possunt: *glo. fin. & Dd. in Auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. per l. conspiciuntur.* G *§. si post. de iur. codic.* quia institutione tribuitur hæreditas, quæ debet esse ius defun-

et, non alienum: *l.nihil.24.de verb.sign. l. hæreditas.67.de reg.iur.* vnde hæredes etiã Iuris successores vocantur: *l.quoties.9.§.fin.hoc tit.* nemo autem plus iuris in alium trãsmittere potest, quàm ipse habet. *l.nemo.55.de reg.iur.* Item potest institutio fieri vel de Tota hæreditate, vel Quota eius parte, §. *hæreditas.cum seqq. Instit.eod.* vel etiam de Re certa, *l.quoties.13.C.de hæred. inst.* atq; adeò in minimo quoque nummo: §. *cæterùm.§.aliud. vbi gl.in Auth.vt cum de app.cognos.glo.in l.2.§.sed virum.de minor.l.antequam. vbi Bal. in fin.* C. *com. de succes.* dum tamen in testamento fiat. nam in codicillis fieri directò nequit. *l.non codicillum.14. C.de testamen.l.ea quæ.de cond.inst.l.si quis. Si quis omiss.caus.testa.l.vnic.§ sin autem.C.de cad.toll.l. vt hæred.b. de lega. 2.l.ei cui.de donat. l.cum pater. 77. §.à te peto.32.de lega.2. Gouea.in tit.subst.in prin. nu.3.§.vlt.vbi vide quæ dixi: Inst.de codicill.* Semper autem tota hæreditas in institutionem venit, siue ex partibus plures sint instituti, siue vnus tantùm, siue de quota tantùm, vel re etiam singulari sit dispositum. Nam si alij hæredes nõ concurrant ei qui institutus est in aliqua parte, reliquæ de quibus nihil actum est, accrescunt: *d. l.quoties.C.de hæred. inst.* quia Nemo potest pro parte testatus decedere, pro parte intestatus. *l.ius nostrum.7.de reg.iur.*

6 ¶Institutio autem fieri potest Quibuscunque hodie *l.quoniam.C.de testam.* verbis, non modò Directis seu recto iure, vt. Hæres esto, hæredem te instituo: *l.1.§.3. & 4.hoc tit. l. non codicillum.14. C.de testam.vbi Bal. Caius Inst.lib.1.tit.16.* sed etiã Communibus atque Obliquis: vt, Hæredem te facio, hæreditatem tibi relinquo, *l.quoniam.15.C. de testamen.Dd.in l.his verbis.vbi gloss.& Bartol. in prin.48.hoc tit.& in l.hæreditatem. & l.humanitatis.C.de impub.& aliis subst.& in l.quoties. 13.C.de hæred inst.* successionem meã hoc atque illo modo inter liberos meos diuido. *l quoties. 10. vbi Bald.C.famil.ercisc.glo.in Auth.si qua.ad verb.dividere.C.de sacrosan.Eccles.* Directa verba sunt, quę sui natura hoc important, vt ille cui relinquitur, sua authoritate à testatore Immediatè accipiat, nec ad alterius factum trahatur, vt ait Bart. *Bart. in l.centurio.nu.42.de vulg.& pupill. per l.eã quam. vbi gl super verb.directa.C.de fideicom. & in l. omne verbum.C.communia de lega.* vt: Hæres esto, hæredem te instituo, &c. Obliqua verba sunt, per quæ disponitur, vt alieno facto successio ad aliquem perueniat Mediatè: & quæ sonant in id, vt quis de manu alterius accipiat. *Bart.in d.l. centurio.nu 45.de vulg.& pup.* vt: Rogo vt à Titio hæreditatem meam accipias: rogo te fili, vt Seium hæredem facias: *l. pater filium.§.fin.l.Lucius. §.si. de legat.3. Bar.in d.l.centurio.n.44.45.* volo vt tibi hæreditas restituatur, *l.cohæredi.§. cum filiæ. de vulg.& pup.subst* detur. *l.fundi Trebatiani.de vsufr. leg.1.* reddatur. *l.cum quidam. de legat.2.l.verbum reddendi. 94.de verb.sign.Bar.in d.l.centurio.n.46.* Communia dicuntur, quæ vtramque significationem habere possunt, scilicet vt quis Per se vel Per alium capiat: vt est verbum Substituere, *de hoc vide Goue.de substit.in prin.n.5.& ad.l. iam hoc iure.eo.tit.* Peruenire, Pertinere, Habere, Remanere, Succedere, Reuerti, Deuolui, & si qua sunt similia. *vide gl. & Bart. num.47.48.49.cum seqq.de vulg. & pup.cum ibi per eum alleg.* Verbis tamen idoneis facienda institutio est, *l.quoniam. 15.vbi Dd.C.de testam.* (nam solo nutu vel signis, hæreditates non rectè relinquuntur, *l.iubemus. vbi Dd.C.de testam.& in l.nutu.de legat.3. Alex. in l.discretis.C.qui testam.fac.poss & in l.fraudem.§. 1.vbi Ang.etiam & alij.de testam.milit.*)& quidẽ Affirmatiuis, non etiam Negãtibus vel Priuatiuis. Nam exempli gratia, si quis filium exhæredet. Si intra annũ non redierit: haud ea propter videtur instituisse, illo intra definitum tempus reuertente: cum Ex dispositionibus priuatiuis nõ resultet habitus, nec Ex negatiua induci possit affirmatiua, vt ait Bald. *Bald.in l.2.per illũ text. C.de cond.inser.& per l.ex facto.hoc tit.* An autem in contractu fieri possit institutio, alibi disputatur: *Bar.Bal.Cast.in l.tale pactum.41.§.fin. de pact.* quanquam existimem fieri non posse directo, cum ne in codicillis quidem rectè fiat: *d.l.non codicillum.14.C.de testam.Bal.& Cast.in d.§.fin.cõtra Bar.l.hæreditas.C.de pact.conuen.l.licet. vbi dixi.C. de pact.* sed tantùm per modum fideicommissi, legati, vel donationis causa mortis: vt fit in pactis dotalibus, quibus disponitur quid post mortem inuicem expectare coniuges, & quomodo succedere debeant. *d.l.licet.vbi Dd.C.de pact. d.l. hæreditas.C.de pact.conuen.* Hæres autem & Purè, & Sub cõditione rectè instituitur, & In diem incertũ: vt, Cum Titius morietur: vel, Cum capere poterit: *l.in tempus.62.l.qui filio.38.hoc tit.l. extraneum.C.eod.l.hæres meus.de cond.& dem.l.si mater.de vulg.& pup.Cuiac.obser.lib. 3. cap.34.* quia Dies incertus pro conditione habetur. *l.1.l.dies incertus.de cond.& demon.dixi Inst.eod.& de legat.* Ex certo tempore, vel ad certum tempus institutio fieri non potest: §. *hæres.Inst.eo.vbi vide. l. hæreditas.34.hoc t.* Sed vitio temporis sublato, pura manet institutio. *d.l.hæreditas.* Non ex certo tẽpore: quia Ius nostrum nõ patitur, alio tempore aliquem esse testatum, alio intestatum: *l. ius nostrum.7.de reg.iur.* non Ad certum tempus: quia Qui semel hæres factus est adeundo, non potest desinere esse hæres: *l.etsi.8. §. sed quod.de minor.§. restitutio.cum seq.Instit.de fideicom. hæred.vbi dixi.* nec hæreditas ex testamento adita, ad causam intestati redire. *d.l.ius nostrum.* quæ ratio cessat in conditione adiecta. Nam siue ea extiterit, siue defecerit, semper ad tempus mortis res hæreditaria retrotrahitur: *l.hæres. 54. de acq.hære. l.quod dicitur. 39. de mil.testam.l.necessario.8. de peric. & com.rei vend.* ne diuersis scilicet temporibus, in causam testati atque intestati diuidatur. Potest autẽ testator vel Vnum vel Plures hæredes instituere: §. *& vnum.§.si plures.Instit.de hæred. inst.* & intelligitur, eos æqualibus partibus instituisse, nisi diuersas & inæquales expresserit: *d.§. si plures.l.interdum.13.l.quoties.9.§.hæredes.hoc tit.* etiam casu quo successuri ab intestato instituuntur. vt,

verbi

verbi gratia: Frater & alterius fratris liberi, qui ab intestato tãtùm partem patris per successionem in stirpes, nouissimo iure Ciuili caperent, *vide Auth.post fratres.C.de leg.hæred.& in Auth. de hær.ab intest.Inst.de leg.ag.succ.* instituti in testamento vnà cum fratre testatoris, in capita, *l. interdum.13.in prin.hoc t. Bald.in d.l.Gallus.§.quidam rectè.de lib.& posthum. Angel.consi.28. Alex. cõsil. 13.& seq.& 24.attẽtis.per totum.vol.3.* non in stirpes succedunt: *c.Raynutius.vbi Ant.de But.de testam.Ias.post alios, in l.Gallus:§.quidam.n.24.de lib. & posthum.* quod tamen non obtinet, si pater filios vnà cum eorum nepotibus instituat: intelligitur enim voluisse, vt iuxta naturæ ordinem, & communem parentum affectum, successiuo ordine admittantur. *Bar.& Dd.in d.§.quidam rectè. Bald.in l.fin.C.de impub.substit.*

7 ¶ Finis institutionis est, Vt hæres hoc digniore titulo *vide gloss.& Dd.in Auth.nouissima.C.de inoff.test.* honoratus, in ius testatoris, exclusis hæredibus ab intestato, succedat. *l. filium. 5. §. sed si portio.de legat.præst.l.hæreditas.62. de reg.iur.* Testator enim honorare, non grauare hæredẽ velle præsumitur. *l.vnum.69.§.si rem.de legat.2.* Effectus est, Quòd hæres statim à morte testatoris adire etiam animo hæreditatẽ, *vide J. de acq. hær.* eáque aditione in ius defuncti vniuersum succedere possit. *d.l.hæreditas.de reg.iur.*

8 ¶ Hæreditas plerunque (nam testator suo arbitrio plures pauciorésve partes rectè cõstituit, §. *hæreditas.Instit.eod.vbi dixi.*) in 12. vncias diuiditur, quæ Assis appellatione continentur. *l. seruum.50.§.fin.h.t.* Habent autẽ hæ partes propria nomina ab vncia vsque ad assem, vt puta hæc: Vncia: Sextans, duæ vnciæ, quasi sexta pars assis: Quadrans, tres vnciæ, quasi quarta pars assis: Triens, quatuor vnciæ, quod sit tertia pars assis: Quincunx, quasi quinque vnciæ: Semis, quasi semias, dimidia pars assis: Septunx, septem vnciæ: Bes, octo, quasi bis triens: Dodrans, nouem vnciæ, quasi dempto quadrante as: Dextans, decem vnciæ, quasi dempto sextante as: Deunx, vndecim vnciæ, velut as dempta vncia: As, qui omnes partes, hoc est, 12. vncias complectitur. *d.§. hæreditas.d.l.seruum.§.fin.*

DE VVLGARI ET PVpillari substitutione. Titul. VI. C.6.26.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit substitutio.*
3 *Species, & num.8.*
4 *De vulgari.*
5 *De pupillari.*
6 *De obliqua.*
7 *De compendiosa seu militari.*
8 *De exemplari.*
9 *Diuisio substitutionum Duareni.*

EXposito † primo institutionis gradu, videamus de secundo, tertio, & consequentib. Potest enim plures institutionis gradus testator facere: sed omnes post primũ vocantur Substitutiones. *l.potest quis.36.h.t.* 1

¶ Substitutio itaque nihil aliud est, quàm secũdo gradu, vel deinceps hæredis in locũ precedentis institutio. Substitutio, inquit Caius, *Inst.li. 2.cap.4. Paul.lib.3. t.4. & l. ex facto.§. Lucius. h.t. Vlp.t.23.* est quæ post institutionem à testatore fieri solet: id est, secundi hæredis appellatio. 2

¶ Huius autem substitutionis, quæ quidẽ verbis ciuilib. concipitur, duæ præcipuè ponuntur species: *Caius in d.lib.Inst.t.de vulg.subst.& tit.de pup.subst.vbi dixi.vide Gouea.in prin.de subst.nu.11. & Lect.lib.1.c.28.* quarũ † altera simplex est, quæ Vulgaris appellatur, quia vulgò ex lege & directis verbis (quãquam interdum tacitè etiã subintelligitur, *l.4.h.t.l.si Titius. de hær.inst. Gouea.7. d.l.4.nu.15.& 16.*) fieri solet: & quidẽ omnib. cuiuscũque ætatis vel ordinis hæredib. potest, cum videlicet puberi hæredi instituto, substituitur: aut Simpliciter, hoc modo: Si Lucius Titius hæres non erit, Caius Seius heres esto: aut Reciprocè, vt cum plures hæredes sibi inuicẽ substituuntur, §. *& plures. Inst.eod.* quæ Reciproca substitutio appellari solet. *l.iam hoc iure. 4. h. t.* vulgaris tamẽ est & simplex, quia vnũ tantùm casum non aditæ hæreditatis complectitur. Altera ¶ duplex est, quæ Pupillaris dicitur: qua liberis in potestate constitutis impuberibus, & post mortẽ testatoris futuris pupillis, prouidemus de hærede, si fortè intra pubertatẽ moriãtur, antequã ipsi sibi hæredes aut facere testamento, aut habere natura possint: interdicta. n. est vsque ad pubertatẽ, & testamenti & nupriarũ cõficiendarũ potestas. Ea hoc fit modo: Filius mihi hæres esto: si hæres non erit, siue hæres erit, & intra pubertatem decesserit, Seius hæres esto. quæ substituendi forma cum duos casus complectatur, & non aditæ hæreditatis, & aditæ: meritò duplex appellatur. *l.1. h.t.in prin.Inst.eod.* Planè cùm ea pubertate expiret, quãuis testator vlterius substitutionem protulerit: §. *masculo.Inst.de pupill.sub.* quia non potest filio liberam testandi facultatẽ, quam à pubertate consequitur, auferre, inuitóque obtrudere hæredem: *tot. t. si quis aliq. test. proh.* eo † solenne est, vt obliquè per fideicõmissum vlterius quodammodò substitutio fiat, hoc modo: Rogo te hæres, vt si ante 25. annum decesseris, vel post mortem tuam, restituas hæreditatem meã Lucio Titio. *l.cohæredi.41.§.cum filiæ.h.t.§.fin.Inst.de pupillari tot.t.ff. & C.ad S.C.Treb. Instit. de fideicomm.hæred.* Sed hæc propriè substitutio nõ est: quia fideicommissarius non est hæres, nec eiusmodi fideicommissum hæredis institutio. §. *restituta.cum ibi not.Inst de fideicomm.hær.* 3 4 5 6 7 8 9

¶ Militẽ tamẽ directò substituere posse vltra pubertatẽ, priuilegio militari, receptũ est: *l.cẽturio.15 h t.l.prec.ib.C.de impub.substit. l. miles ita.J. de militar.test.* quam Compendiosam substitutionem vocant Dd. ex corrupto textu: *d. l.præcibus.*

cũ rectiùs militaris substitutio dici possit, sicuti A testamentum militare. *Duaren. li. Disput. 2. cap. 7.*

8 ¶ Ad exemplũ pupillaris hoc quoque introductum est, primùm singulari Principum beneficio, *l. ex facto. 41. h. t.* postea generali Iustiniani constitutione, vt parentes substituere queant furiosis, mẽte captis, prodigis liberis, qui neque testamentũ, nec hæredes facere sibi possunt, si in eo alienatæ mentis statu decedere eos cõtingat. *l. humanitatis. C. de impub. & al. subst. §. 1. Inst. de pupill. subst. vbi dixi.* Quam Exemplarem, vt exemplo pupillaris inductã, vocant, cum rectiùs Quasi pupillaris possit appellari: quomodo eadem ratione quasi castrense peculium dicitur, quod ad castrensis peculij exemplum est inuentum. *l. fin. C. de inoff. test. Instit. per quas pers. nob. acqui.* B

9 ¶ Itaque nõ displicet Duareni diuisio, vt quatuor ponamus substitutionũ species: Vulgarem, Pupillarem, Quasi pupillarẽ, & Militarem. Nam reciproca quin eadem sit cum vulgari, dubium non est. *d. §. 1. Inst. eod.* Duæ tamẽ priores propriæ sunt substitutionum species: quia directò, & ciuilibus verbis fiunt. Tertia constitutionib. Principum, contra subtilitatem iuris, & humanitatis, vt inquit Imp. *l. humanitatis. C. de impub. substit.* intuitu introducta est. Quarta, ad ius duntaxat militare pertinet. Et hæc quidem, quod ad præsens institutum attinet, de substitutionibus dicta sufficiant: cùm quia eadem hîc obseruantur, quę in institutione, de qua paulò antè satis est dictũ: C tum quòd tanta est huius materiæ subtilitas & altitudo, vt compendiaria interpretatione exhauriri non possit: *vide quæ dixi Inst. de vulg. & t. de pup. sub.* ea desuetudo & insolentia, vt pigeat in re ab vsu nostrorum iudiciorũ remotissima, multum operæ collocare. Turpe est enim, vt inquit Catullus, difficiles habere nugas, & stultus labor est inepriarum.

DE CONDITIONIB. INstitutionum. Tit. VII.

1 *De conditione impossibili.*
2 *De possibili, & eius generibus.*
3 *Extraneum sub omni conditione rectè institui.*
4 *Quibus sub conditionibus possit institui suus.*

1 ET hæc † quidem de institutione pura: quia verò etiam sub conditione, vt dictum est, instituí potest, de Conditionibus institutionum videamus. Conditiones institutionum aut sunt Possibiles, aut Impossibiles: vel sure, quia turpes aut contra leges, quæ tamen magis nullius momenti & pro non scriptis sunt, quàm impossibiles: vel Natura, quia eas hæc non admittit. *Paul. lib. 3. tit. 4.* Quocunque autem modo impossibilis sit conditio, pro non scripta habetur. *l. 1. l. conditiones 14. l. conditiones. 9. l. filius. 15. l. quidam. 27. l. mulier. 20. hoc tit. l. reprehendenda. C. de inst. & sub. §. impossibilis. Inst. de hæred. inst.* Cui similis est illa, quæ necessitatem iurandi hæredi imponit: vt, Esto hæres, si iurauerit te Titio daturum cẽtum. Ne enim temerè quis iuraret, aut timidè iusiurandum fugeret: voluit Prætor, amoto iureiurando, dari aut fieri quod testator censuisset, dummodò fieri posset. *l. quæ sub conditione. 8. h. t.*

2 ¶ Possibilis conditio aut confertur in Potestatem hæredis, vt, Si Titio decem dederis, hæres esto: aut in Casum, vt, Si nauis ex Asia redierit: aut in Vtrumque, quæ Mixta conditio dicitur, cum videlicet partim ab animo pendet hæredis, partim ab euentu fortunæ: vt, Filius hæres esto, si in patriam redierit. *l. si pater. C. de inst. & sub. l. suus. 4. §. pen. s. de hæred. inst.* Est igitur omnis conditio aut Potestatiua, aut Casualis, aut Mixta. *l. vnica. §. sin autem. C. de cad. toll. l. vlt. C. de necess. hæ. instit.*

3 ¶ Sub omnibus his extraneus rectè instituitur: & deficiente conditione, deficit institutio; existente, existit. Existere autem potestatiua etiam tum videtur, cùm non stat per hæredem, quo minus impleatur. *l. 3. C. de inst. & subst. d. l. quæ sub conditione. §. penult. hoc t. l. sororem. C. de his quibus vt indig. l. 1. ad Trebellia.* Filius † autem, aut 4 alius suus hæres, non nisi sub conditione potestatiua instituí potest. *l. filius. 15. l. fin. hoc tit. l. suus. 4. s. de hæred. inst.* Nam si instituatur in incertum casum, non existente conditione, quod euenire potest, inuenietur contra legem præteritus. Itaque non expectato euentu, statim pro præterito habetur: quippe cum nec certò inueniatur hæres institutus: nec expressim, sicut opus est, §. *eadem. Instit. de hæred. quæ ab intesta. & dixi Instit. de exhæred. lib. in prin.* exhæredatus. Cum autem sub impossibili conditione instituitur, potest quidem sicuti extraneus dicere conditionem nullam: sed quia satius est illum ab intestato sine legatorum onere succedere, hoc habet præcipuum, vt testamentum nullum dicere possit. *not. in d. l. suus. & in d. l. fin.*

DE IVRE DELIBERandi. Tit. VIII. C. 6. 30.

1 *De conditione cretionum.*
2 *Quale fuerit olim ius deliberandi.*
3 *Edictum.*
4 *Quæ res pendente deliberatione alienari possint.*
5 *Ius deliberandi nouum.*
6 *Beneficium L. final. C. de iur. delib.*

INter † alias institutionum formas, erat olim 1 frequens Cretionum conditio: *vide Vlp. tit. 22.* qua certorum dierum spacium instituto hæredi

hæredi à testatore præstituebatur ad deliberandum, vellet adire hæreditatem, an non. vt, verbi gratia: Titius hæres esto, cernitóque in diebus centum proximis: nisi ita creueris, exhæres esto. *Vlpian. tit. 22. & 17.* Sed hoc cretionũ ius 2 postea est abolitum. *l. cretionum. C. eod.* Et † siue testator ius deliberandi dedisset, siue non, cœpit Prætor authoritatem suam interponere, & hæredibus tàm scriptis, quàm ab intestato petẽtibus concedere certum temporis spatium, ne B actiones scilicet creditorum nimis diu differãtur: §. *pen. Inst. de bon. possess.* intra quod tempus perpensis exactè rebus hæreditatis, inspectísque rationibus atque instrumentis (quæ illis communicanda sunt) deliberarent, adiréne vellent, an repudiare: *l. 1. iuncta. l. 5. hoc tit.* pauciores autem quàm centum dies non sunt dandi. *l. 2. h. t.* Iterúmque peti tempus potest, si probetur priùs non suffecisse: *l. 3. & 4. hoc tit.* ne videlicet præcipitata deliberatione, cuius comes solet esse pœnitentia, temerè quis adeundo hæreditatem dãno adficiatur, emergente postea ære alieno. Nã ante Iustinianum, hęredes in solidum creditoribus & legatariis adeundo obligabantur. *l. quæ dotis. 34. soluto matr. §. extraneis. Instit. de hær. qua. & diff. vbi dixi. & §. hæres. Instit. de obligatio. quæ ex q. con. l. fin. C. eod.*

3 ¶ Edictum autem Prætoris hac de re ad hunc ferè modum fuit conceptum: Si tempus ad de- » liberandum petet, dabo. *l. 1. circa fin. hoc tit.* Si pu- » pilli, pupillæúe nomine postulabitur tẽpus ad D » deliberandum, an expediat eum hæreditatem » retinere; & hoc ei datũ sit: si iusta causa esse vi- » debitur, bona interea diminui, nisi si causa co- » gnita, boni viri arbitratu, vetabo. *l. ait prætor. 7. l. Aristo. 5. in fin. l. igitur. 6. l. filius. 9. hoc tit.*

¶ Hæc altera pars edicti etsi præcipuè ad pau- 4 pillos pertinet, vt miseratione ætatis iustis de causis diminui & alienari, pendente deliberatione, ex bonis hæreditariis ad vtilitatem pupilli possit: *d. l. ait prætor.* tame in maioribus etiam locum quandoq; habet: vt cum in hæreditate inueniuntur res sumptuosæ, aut tempo- re perituræ. has enim duntaxat alienari Prætor permittit, *d. l. 5.* reliquas non item. *l. si sciens. 26. de cont. empt.* Sciendum † autem est, desitũ esse 5 peti à Magistratu deliberandi spacium, postquam Iustinianus ipso iure deliberandi ius ad annum spacium indulsit, ádque etiam transmitti voluit. *l. cum in antiquioribus. C. eod.* Qui † 6 tandem salutari constitutione aliter quoq; prouidit, vt hoc deliberandi beneficio hodie hæres ne opus quidem habeat, sed intra tricesimum ab adita hæreditate diem conficere possit inuentarium, *gloss. in Auth. sed cum testator. C. ad l. Fal. glo. lat. ar. 22. lib. 1.* eoque confecto, non vl- C tra vires hæreditatis creditoribus & legatariis obligari, *l. fin. C. eodem.* & sua iura atque actiones contra defunctum integras seruare. *l. fin. §. in cõputatione. vbi gloss. mag. & Dd. C. de iur. delib. vide quæ dixi §. fin. Instit. de hær. qual.* quod apud nos Saxon. vel non confecto inuentario hodie obtinet: *Land. lib. 1. art. 6. glo. lat. lib. 1. art. 22. Reinhar. diff. 38. Henn. God. consil. 15. de succes. feud.* quorum etiam moribus intra trigesimũ à morte testatoris diem nulla exactio, petitio, diuisio hæreditatis nomine, nec familiæ eius mutatio aut ablegatio fieri potest. *Land. lib. 1. art. 22. vbi gloss. num. 3. & art. 28. lib. 1.*

DIGESTORVM LIBER XXIX.

DE TESTAMENTO MILITIS. Titul. I. C. 6. 21.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio & forma militaris testamenti.*
3 *Quatenus Iustin. priuilegium militare restrinxerit.*

1 ET hæc † quidem in solennibus paganorũ testamentis seruanda sunt. Militibus † autem cùm propter occupationes publicas, 2 iurísque ignorantiã tũ fauore militiæ, omissa hac solennitate testamentum aliter condere, ex constitutionibus est permissum: nempe quomodo velint, quomodo possint, nuda semper testatoris voluntate sufficiente: *l. 1. hoc t. vide quæ dixi Instit. eo.* quod priuilegium ex antiquo illo in procinctu testandi iure iure §. 1. *Instit. de testam. vbi dixi.* defluxit. Nec interest factionem nec ne testamẽti habeat miles, *l. 3. l. ex militari. 11. §. si miles. hoc t. §. vlt. Instit. eod.* (dum tamen mentis sit compos: *l. §. 1. C. eod.*) incapaci relinquat, an non (quan- E quam id exceptiones recipiat: *l. miles ita. 41. §. mulier. 1. hoc tit.*) purè, an in diem, an ex die, an ad diem, an sub coditione instituat: quia pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest. *l. si miles. 6. §. 1. & l. miles. ita hoc tit.* Quod † 3 cum antea passim omnibus militibus sine discrimine esset indultum, Iustinianus restrinxit ad eos qui in expeditione essent: cæteros in hybernis aut aliis locis, vel suis in ædibus degentes, voluit quidem priuilegium testandi de castrensi peculio habere, sed ita, vt iure commu- F ni testamentum condere habeant necesse: *l. penul. C. eod. in prin. & §. 1. Inst. eod.* secundum quod ius etiam in dubio testari præsumuntur. *Dec. in l. ius nostum. 7. num. 8. de reg. iur. vide plura Inst. eod.*

DE ACQVIRENDA VEL amittenda hæreditate. Tit. II. C. 6. 30.

1 *Continuatio, & dispositio titulorum sequentium.*
2 *Quid sit immiscere, adire, &c.*
3 *Quid sit adire.*
4 *Causa efficiẽs aditionis, quomodo adeatur.*
5 *Forma & solennitates aditionis.*
6 *Finis & effectus aditionis.*
7 *Aditionẽ esse perpetuam, & retrotrahi.*
8 *De amittenda hæreditate.*

1 POsteaquam † ea quæ ad testamentorum conditionem pertinere videbantur, absoluimus: deinceps exequamur, quomodo post mortem testatoris, ad finem ea & exitum perducantur, quod in eo vertitur, vt adeatur hæreditas, aperiantur tabulæ testamenti, præstentur ea quæ relicta sunt: nisi indignos se beneficio fecerint hi quibus relictum est: de quibus ordine dicendum.

2 ¶ In tractatu adeundæ hæreditatis, obseruãdà phrasis est consultis vsitata. Nam hæredem Suum (qui ipso iure hæres est, §. *sui.* 4. *Instit. de hæred. quæ ab intest.* quamuis non possessor, *vide* J. *ad sit. quor. bonor. &* S. *Inst. de hære. quæ ab intest.* §. *sui.* 4.) se Immiscere hæreditati cum succedit, Abstinere cum repudiat: extraneum autem Adire, aut Repudiare dicimus. §. *extraneis.* 6. *Instit. de hæred. qual. & diff.*

3 ¶ Adire hæreditatem nihil hodie (nam olim inter aditionem solennem verbis cõstantem, & pro hærede gestionem quæ facti esset, nonnulla fuit differentia, *l. eum qui.* 51. *l. si quis mihi.* 25. §. *sed quid.* 4. *hoc titul. Vlp. tit.* 22. *Goueau. lib.* 1. *lec. cap.* 25. *Cuiac. obs. lib.* 7. *cap.* 18. *& quæ dixi Institut. de hære. qual. in fin. & ad* C. *hoc tit.*) aliud est, quam illam capessere, & se Pro hærede, id est, domino gerere. *l. pro hærede.* 20. *l. gerit.* 88. *hoc tit.* §. *antepen. & pen. Instit. de hær. qua. & diff.* Id † fit solo animo, quo & acquiritur hæreditas, & amittitur: §. *fin. Instit. de hæred. qual.* siue is verbis explicetur, siue aliquo facto (hoc enim non minus quàm verbis voluntas declaratur, *l. Paulus.* 5. *rem rat. hab. l. de quib.* 32. *de legib. l. recusari.* 95. *hoc t.*) quod tanquam ab hærede geritur: *d. l. pro hær.* 20. §. *Papinianus. &* §. *quid tamen. d. l. gerit. d.* §. *fi.* nisi quis potestetur, se non animo edeundi facere, sed pietatis fortè gratia, aut aliam ob causam. Cæteroquin qui gerit negocium hæreditatis ipse hæres institutus, vel ab intestato proximus, præsumitur animo adeundi fecisse. *d. l. pro hæred. l. si quis extraneis.* 21. §. *interdum. hoc tit.* Forma † igitur adeundi est, Vt liberè minimèq; coacta voluntate adeatur. *l. nec temerè. C. de iur. delib.* Nam ne suus quidem hæres cogitur: *l. quæsitum.* 40. *eum ll. seq. hoc t.* §. 2. *in fin. Instit. de hæred. qua.* aut seruus, qui si metu compellatur, non tenet aditio, *l.* 6. §. *vlt. l. si metus causa.* 85. *hoc t. l. nec emere* C. *de iur. de.* nisi cũ domino hęres necessarius existit. *l. si seruus.* 66. *cum seq. hoc tit.* Cum autem voluntas nequeat esse certa, nisi de re certò constet: *l. fin.* C. *de cond. indeb.* ideo dubitantibus aut ignorãtibus hæreditas non acquiritur, nisi Suis: §. *sui.* 4. *Inst. de hæred. quæ ab intest. l. furiosus.* 63. *de acquir. hær. l. fin.* §. 1. C. *de cura fur.* nec aditio neque repudiatio rectè fit, nisi certò constet, vtrũ ex testamento, an ab intestato, & quota ex parte delata sit hæreditas. *l. is qui putat.* 15. *cum ll. seqq. l. si quis.* 21. §. *fin. cum ll. seqq. l. pater.* 93. *hoc tit.* Id quoque ad formam pertinet, vt Purè adeatur hæreditas, sine Die aut Conditione: *l. eum qui.* 51. §. *fi. hoc tit. l. actus.* 78. *de reg. iur.* & quidem in Solidum. Pro parte enim adiri, & hæreditas scindi nequit: *l.* 1. *& 2. hoc t. l. ius nostrum.* 7. *de reg. iur.* vnde & inuitis deficientium portiones accrescunt. *l. si quis.* 35. *hoc tit.*

6 ¶ Finis & effectus aditæ hæreditatis est. Vt omne ius quod habuit defunctus, hæres acquirat, & in eum omnes actiones trãseant, quæ defuncto aut in defunctum competebant: vtq; omnia hæreditatis onera subire, creditoribus & legatariis satisfacere cogatur. *l. fin.* C. *de iur. delib.* §. *extraneis. Instit. de hæred. qua. & diff.* §. 1. *de oblig. quæ ex q. cont.* §. *restituta. Instit. de fideicom. hæred.* nisi cum beneficio inuentarij adierit: vt s. ad tit. de iure deliber. dictum est. Illud † etiam admonẽdi sumus, Hæreditatis aditionem perpetuam esse, sicuti & petitionem: *l. hæreditatis.* 7. C. *de petit. hæred.* hoc est, posse & peti & adiri hæreditatem intra 30. annos: etiãsi creditores & legatarij petere possint, vt statim, vel intra annum saltem adeatur. *l. vnus. & tot. tit. quib. ex caus. in poss. eat. l. cùm antiquioribus.* 19. *l. fin.* C. *de iur. deliber. vide rationem in* §. *penult. Inst. de bonor. poss.* quæ petitio post nonũ à morte defuncti diem, primùm facienda est iure Ciuili: *Auth. sed neque.* C. *de sepulc. violat.* iure Sax. post dies triginta. *Land. li.* 1. *art.* 22. *lib.* 3. *art.* 15. *Reinhar. diff.* 43. *dixi.* s. *de iur. de. lib. in fin.* Pertinet & hoc ad effectũ, quòd aditionõ modò efficax fit in futurũ, sed etiã retrotrahatur ad tẽpus mortis defuncti. *l. omnia.* 154. *l. omnis.* 181. *de reg. iur. l. si ex re.* 34. §. *fin. de stipul. seruor.* Et hæc quidem de acquirenda hæreditate.

8 ¶ Vt autem acquiritur, ita & amittitur solo animo, puta repudiatione: *l. recusari.* 95. *hoc tit.* facta scilicet ab iis qui & adire possunt: *l.* 4. *l. is qui.* 13. *l. is potest.* 18. *hoc t.* & super hæreditate quæ adiri potest, scilicet defuncti, nõ suppestitis, *l. qui superstitis.* 94. *hoc t.* (nam viuentis nulla est hæreditas, *l.* 1. *de hæred. vend.*) & eadem forma qua aditur: scilicet vt in totum, non pro parte repudietur hæreditas. *l.* 2. *hoc tit. vide quæ scripsi in* §. *vlt. & tot. tit. de hære. qual. & diff.* cuius repudiationis effectus est, vt hæreditas semel reuunciata, amplius adiri non possit: *l.* 4. C. *de repud. hæred.* sicut econtrariò, semel adita amplius repudiari nequit. §. *fin. Inst. de hær. qual. vbi vide notata. & in l. vlt.* C. *de repud. vel abst. hæred.*

TESTA-

TESTAMENTA QVEMADMODUM aperiantur, inspiciantur, & describantur, Tit. III. C. 6. 32.

1 *Summa edicti.*
2 *Ratio.*
3 *Quibus exhibendæ sint tabulæ.*
4 *Solennitas apertionis.*
5 *Effectus.*

1 DE aperiendis † testamentis Caius sic ait: *in l. 1. h. t.* Omnibus quicunque desiderant tabulas testamenti inspicere, vel etiam describere, inspiciendi describendique potestatẽ facturum se Prætor pollicetur: quod vel suo vel alieno nomine desideranti tribuere eum, manifestum
2 est. Ratio † autem huius Edicti est euidens: neque enim de iis controuersiis, quæ ex testamentis proficiscuntur, transigi aliter potest, quã inspectis cognitisque verbis testamenti. *l. de his.* 6. *de transactionib. l.* 1. 2. *h. t.* Deinde tabularum testamenti instrumẽtum non est vnius hominis, hoc est, hæredis, sed vniuersorum, quibus quid illic ascriptum est: quin potius publicum est instru-
3 mentum. *l.* 2. *in prin. h. t. vide* J. *de tab. exh.* Itaque † omnib. exhibendæ sunt tabulæ: & nisi patiatur inspici & describi, penes quẽ eæ sunt, omni modo ad hoc officio magistratus cõpelletur: *d. l.* 2. §. *fin.* quanquã hæredi ad vẽdicandas tabulas, etiam ad Exhibendum, & In rem actio cõpetat: *l.* 3. *h. t.* & si quis neget se tabulas habere, interdicto de Tabulis exhibendis rectè conueniatur. *d.*
4 *l.* 2. §. *fi. l.* 1. §. 1. *& tot. tit. de tab. exhi. vbi vide.* Cũ † autem aperiendæ sunt tabulæ, quod iure communi intra tertium aut 5. à morte diem fieri debet, *Paul. lib.* 4. *tit.* 6. iure Sax. intra tricesimum, vt dictum est, peri nequit: Prætoris aut alterius Magistratus officiũ est, vt cogat signatores conuenire, *l. testam.* C. *de testam. l. in hac.* 30. C. *de dopat.* & sigilla sua recognoscere, vel negare se signasse. *l.* 4. *& 5. hoc t.* Publicè enim expedit, suprema hominum iudicia exitum habere: *d. l.* 5. vt mirãdum non sit, si Magistratus authoritatem suam interponat. Si quis se neget sigillum suum agnoscere, non eo minus aperientur tabulæ, *d. l.* 1. §. *fin.* quemadmodum & cum aliquis abest *l.* 6. *l.* 7. *hoc tit.* suspectæ tamen hac ratione tabulæ fiunt.
5 *d. l.* 1. *in fin. vbi glo. & Dd. latius.* Publicationis † autem tabularũ effectus est, vt deinceps earum publica & rata constet fides atque authoritas, *l. publicati.* 2. C. *de testam. vide* s. *de fide instru.* & de relictis transigi possit: *l.* 1. *hoc t. l. de his.* 6. *de transactio.* & quamuis tabulæ intercidant, nihilominus relicta valeant & debeantur. *d. l. publicati.* 2. C. *de testam. l. vnic.* J. *si tab. test. ext. glo. & Dd. in l. cum instrumentis.* 10. *cum l. seq.* C. *de fide instrum. vide de forma & vi publicationis plura apud Paul. lib.* 4. *tit.* 6.

SI QVIS OMISSA CAVsa testamenti ab intestato vel alio modo possideat hæreditatem. Tit. IIII. C. 6. 39.

1 *Ratio huius dicti.*
2 *In quem, ad quid actio ex hoc edicto detur.*

VT autem † inspectis cognitisque verbis testamenti præstẽtur ea quæ relicta sunt, rectè facit Prætor, cũ voluntates defunctorũ tuetur, & eorum calliditati occurrit, qui omissa causa testamenti, ab intestato hæreditatẽ totã partẽmue eius possident, in hoc, vt eos circũueniãt, quibus quid ex iudicio defuncti deberi potuit, si non ab intestato possideretur hæreditas. Et † in 2
eos actionem Vtilẽ pollicetur, perinde ac si hęreditas ex testamẽto adita esset: *l.* 1. *h. t.* vt quæ relicta sunt, præstentur. *l. de libertatib.* 12. §. *vl. hoc tit.* nã alioquin iure scripto, quæ in testamento relicta sunt, ab intestato nequaquã debentur, neq. peti possunt. *l. eam quam. vbi Dd.* C. *de fideicomm.* Cæterum vbi testamẽto clausula codicillaris est adiecta, vel alioqui nulla fraus subest, permissa est omisso testati iure ab intestato aditio. *l. vlt.* C. *de codicill. Bart. in l. licet. n.* 2. *& l. vl. n.* 2. *h. tit. l. controuersia. de transact.*

DE S.C. SILLANIANO & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur. Tit. V. C. 6. 35.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Ratio S.C.*
3 *Summa S.C.*
4 *Qui S.C. comprehendantur.*

SEd non † omnibus indiscriminatim, quæ relicta sunt, præstabuntur: quidam enim se indignos relictis faciunt, vt qui in S. C. Sillanianum & Claudianum *de hoc vide Paul. lib.* 3. *t.* 5. *Tac. lib.* 13. *&* 14. *l. in cognitione. l. Senatusc. hoc tit. l. pen.* C. *de his quib. vt indi. Cuiac. lib. obs.* 1. *c.* 18. committunt, de quibus sic ait I.C. Cum nulla † domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui dominis custodiam, tàm à domesticis quàm extraneis præstare serui cogantur: ideo S.C. introducta sunt, de publica quæstione à familia necatorum habenda. *l.* 1. *in prin. h. tit.* Itaque † si quid ad 3
causam testamenti pertinens relictum erit ab eo qui occisus esse dicetur, id ne quis sciens dolo malo aperiendum, recitandum, describendúmue curet, edicto Prætoris cauetur, priusquã de familia eius quæstio ex S.C. habita, suppliciúmque de noxiis sumptum fuerit. *l.* 3. §. *quod ad causam.* 11. *hoc t. Paul. lib.* 3. *tit.* 5. Noxij † autem 4

sunt, siue ipsi occidisse, siue auxilium non tulisse conuincantur. *l.cum dominus. 19.hoc tit. Tacitus lib.*14. Quòd si hæres legatariúsue contra Edictum ante quæstionem sciens testamentum publicarit, aut adierit: aufertur illi quod relictum est, & in fiscum redigitur. *l.necessarios. 5.§.1. hoc.t.* Sin alius cui nihil relictum est id fecerit, in centum aureos condemnatur: *l.lege.25. §. ex hoc edicto.hoc tit.* sed & alioquin hæredi, qui sciens qualicunque tandem modo cæsum testatorem, neglecta cædis vindicandæ cura adiit, hæreditas à fisco aufertur. *l.cum fisco.9.l.si sequens.15.hoc.tit.l.si ea.l.cum fratrẽ.C.de his quib.vt indig.* At moribus nostris hæc vindicandæ necis defuncti cura, ad solos mares hæredes pertinet, eóque fœminæ hoc S.C.non tenentur: *Fachs.differ.63. per Land. lib.1.art.* 42. *&* 64. vt nec contrà partẽ lucri capiunt ex transactione, nõ vindicandæ cædis nomine ab agnatis aliquo accepto facta. *Fachs. præall.loc.Reinhar.diff.46. Henn. God.cons. de homicid.*

SI QVIS ALIQVEM testari prohibuerit, vel coegerit. Titul. VI.
C. 6. 34.

1 *Quæ teneantur hoc edicto.*
2 *Quare fisco locus fiat.*
3 *Limitatio edicti.*

1 EOdem † modo, qui dum legitimam captat hæreditatem (quæ & ipsa ab alieno arbitrio pẽdere nequit, §. *at hi.*10. *Instit. de hær.quæ ab int.*) prohibet, vel impedimento dolo malo est, quo minus testamentum fiat, aut mutetur; aut contrà qui testatorem cogit testamentum facere: meritò D. Adrianus constituit denegari ei debere actiones, denegatá que actionibus fisco locum fore, *l.1. in prin. hoc tit.* in parte videlicet delinquentis. Nam si alij cum illo succedant, eius factum cæteris insontibus nocere non debet. *l. 2.*
2 *hoc tit.l.vltim.*§ *titul.*1. Remotiores † autẽ agnatos fiscus excludit, ne pœna vnius sit alterius præmium. *l.si sequens.15.*§. *tit.1. l. item si cum.*14.§. *aliquando.in fin.quod met. caus.* Cum enim ius publicum violet, *l.3.de testam.* qui aufert morienti liberam testãdi voluntatem, meritò pœna quoque eius publica esse debet: & delinquentis omne ius, non in priuatorum agnatorum vtilita-
3 tem, sed in publicum conuerti. Sanè † virum qui non per vim nec dolum, quo minus vxor contra eum mutata voluntate codicillos faceret, intercesserat, sed vt fieri assolet, offensam ægræ mulieris maritali sermone placauerat, in crimen non incidisse responsum est: nec ei quod G testamento fuerat datum, auferendum. *l.3.h.t.*

DE IVRE CODICILLORVM. Titul. VII.
C. 6. 36.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit codicillus, vnde dictus.*
3 *De codicillo nuncupatiuo: & an in scriptis fieri debeat.*
B 4 *Forma codicillorum.*
5 *Quare hæres aut hæreditas in his relinqui nequeat.*
6 *Causa codicillorum.*
7 *Quare ab intestato relinqui possit.*
8 *Effectus codicillorum.* (*uocentur.*
9 *Quomodo codicilli & testamenta re-*

C ET hactenus † quidem de testamentis. Quoniam autem vniuersitas bonorum etiam 1
Codicillis dari potest, non quidem vt hæreditas, sed tanquam fideicommissum: §. *pen. Instit. eod. l. 2. §. fin. hoc tit.* sequitur, vt De iure codicillorum, qui lata testamenti significatione cõprehenduntur, *l.1.*§. *hoc interdictum. & tot. tit.de tab.exh.Paul.lib.4.tit.7.* tractemus. *vide hac de re methodum positam* §. *Inst.de codicill.*

¶ Codex siue caudex dicitur crassior arboris 2
D pars, quæ à radice supra terrã assurgit, ex qua tabulas antiqui faciebant, scriptioni illeta cæra aptas: hinc codices & codicilli dicti pro omni scriptura, *l.administrantes.de excusat.tuto.*§. *filiusfamiliàs. Inst. quib. mod.ius pa. potest. vide quæ dixi in Oecono.C.in prin.inf. & Instit. e. de codicil.* sicut liber & libellus, à cortice arborũ. Hoc autẽ in tractatu codicillus accipitur pro scriptura, qua moriẽs leuiter ac sine vlla testamẽti solẽnitate, aut hæredis institutione, testatur de eo quod post
mortẽ suã fieri velit. Dico † esse Scripturã, vt & 3
E nomẽ ipsum indicat. Nam codicillus qui fit sine scriptis (vt fieri potest, *l.fi.C.de bonis libert. l. fi. in fin.verb. siue in scriptis, siue sine scriptis. C. eo.l.generaliter.C.de sacros. Eccles.*) abusiuè tãtùm codicillus dicitur, vt rectè adnotauit Azo. *ad tit.C.e.n.*4. Addo, Sine solennitate testamẽti, & hæredis institutione: quibus duabus differentiis codicillus à testamento secernitur. Nam † illæ testa- 4
mẽti solẽnitates, & septem testium numerus, & rogatio, item subscriptio, & subsignatio, hic
F non requiruntur. *l.diuus.6.*§.1. *hoc tit.* vnde ait Iustinian. §. *fin. Inst.eod.* codicillos nullam solennitatem ordinationis desiderare: sed sufficit quinque testes etiam non rogatos, ad probationis duntaxat fidem adhiberi. *l. fin. C.eod. vide de hoc Institut.de fideicom. hæred.* quæ tamen probatio pauci oribus quàm quinque testibus, ne facilè committatur falsum, impleri non potest: *l. fin. C.de fideicom.* vt appareat, hunc numerum ad solennitatem saltem probationis pertinere: *d. l. fin.in verb.testium solennitatem. C. de fideicom: l.*§. *veritas.23.in verb.solennitas iuris.eod. tit.* cum licet

licet probationi testium, codicilli committuntur; non etiam quando hæredis cõscientiæ & iuramẽto, quod pro idonea quoq; probatione l.lc reputatur. *d. l.fin. vide quæ dixi in* §. *vltim. Insti-*
5 *tut. de fideicomm. hæred.* Deinde † nec dari nec adimi hæreditas, & proinde nemo hæres institui codicillis potest, ne confundũtur iura testamentorum & codicillorum. *l.2.C.eod.*§. *pennult. Instit. eod.* vnde qui hæredem instituit, codicillos velle facere non videtur: & si desit testamenti solennitas, ne iure quidem codicillorum ea testatio valebit, *l.non codicillum.C.de testam.* nisi adiecta sit vulgaris clausula; Si non valet iure testamenti valeat iure codicillorum *d.l.fin.vbi Dd.C. eodem. l.conficiuntur.8. in prin. hoc tit.* quæ institutionis ius ad causam fideicommissi trahit. *Cor. consil.62.vol.2. & dixi Instit.eodem.* Planè si quis nuncupet hæredem, vt in testamento nuncupatiuo, & postea legata in tabulas conferat, codicilli potius quàm testamentum hæ tabulæ existimandæ sunt, in quibus hæres nullus scriptus est. C
l.fin.hoc tit.

6 ¶ Originem codicillorum tradit alibi Iustinianus. *Inst.eod. in prin.* Causa efficiens & materialis, excepta tamen hæreditate, eadem est quæ in testamento. De forma suprà dictum est, ad quam etiam pertinet quod ait Paulus: *in d.l.8. h.t.* Conficiuntur codicilli 4. modis. aut enim in Futurum confirmãtur testamẽto, aut In præteritum (quanquam hodie neutro casu speciali confirmatione opus est, §.1. *Inst.eod.l. sine ab initio.C.eod.*) aut Per fideicommissum, testamento

A non iure facto; vt ii non valet iure testamenti &c. aut Sine testamento ab intestato. Nã † ideo 7
fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, codicillique valent, sine alia confirmatione: quoniã creditur paterfamiliàs sponte sua his hæredib. relinquere legitimam hæreditatẽ. *d.l.*8. Quocirca grauare eos potest, quos hæreditate sponte relicta honorauit. *l. cum filiofamilias. 11.vbi Dd.*§. *tit.1.l.si fuerit.5. & l.sed etsi sic.6.*§.

¶ Effectus codicillorum est, quòd toties valeãt 8
B & perducantur ad exitum sicuti testamentum, quoties quis testamentũ quoque facere potuit. *d.l.conficiuntur.*8. §.1. *hoc t. vide Instit. eod.* Reuocantur † autem aut per subsequens testamen- 9
tum, aut codicillos contrarios. Nam si diuersi tantùm sint, vtrique sustinentur, sicuti diuersa legata. *l.3.C.eod.*§. *fin. Instit.eod.* etiamsi posterius testamentum omni casu semper rumpat prius: §. *posteriore. Instit. quib.mod.testam. infirm.vid. Dd. in l.pacta nouissima.C.de pact.vbi dixi.* quia plenã de omnibus rebus, & vltimam continet voluntatem, quæ vna tantùm esse potest: eóque derogat reliquis præcedentibus, veluti à quibus testator ipse recesserit. Clausula quoque codicillaris frequentissimè testamentis apponitur, quæ facit testamentum valere, etiam iure codicilli, si testamẽti solennibus destituatur: siue ea clausula specialiter sit adiecta. *l.eam.14.C.de fideic.* siue generatim, *l.ex ea scriptura.*§.1. *de testam. Molin. cons.35.visis.n.*8. siue etiam tacitè, déque præsumpta testatoris voluntate, aliísque circumstantiis
D intelligatur adiecta. *Ias.d.l.eam quam.*

DIGEST. LIBER XXX.
DE LEGATIS ET FIDEICOM. LIB. I.
Tit. I. C. 6. 37. 42. 43.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit legare.*
3 *Quid sit legatum.*
4 *Genera legatorum.*
5 *Causa efficiens.*
6 *Materia: & quæ res legari possint.*
7 *Forma.* 8 *Finis.* 9 *Effectus.*
10 *De fideicommissis, tàm particularibus quàm vniuersalibus & quatenus à legatis discrepent.*

1 POSTQVAM † de testamentorum & codicillorũ iure, quo vniuersitates bonorũ transferũtur, actũ est: nũc ordine ita exigẽte, de rebus singulis per legatũ aut fideicõmissũ relictis, est differendũ. Legare † idẽ significat quod mã-
2 dare aut decernere: vnde legatio, & legati dicti. itaque illa legis XII. Tabularũ verba, Vti quisq; legassit suæ rei, ita ius esto: *l.verbis.* 120. *de verb. sign. in prin. Inst.de l. Falcid. vide de hac materia quæ scripsi ad tit. Inst.eod.* latè patent in vltimis volũtatibus, & quamlibet potestatem hæredis instituendi, aut libertates legatáve dãdi, aut tutelas constituendi, complectuntur. *d. l. verbis.*120. *de verb. signif.* Strictim autem, & propriè, vt hic legare dicitur, qui res particulares directis verbis

E in testamento relinquit. Legatum porrò & legare, à legendo deducta videntur, sicuti lex, qui enim legat, delibat *l.legatum.*116. *hoc t.* aliquid, seu deligit ex tota hæreditate, quod mauult ad legatarium quàm ad hæredẽ pertinere. *Vlp.t.*4.

¶ Legatum, inquit Iustinianus, §.1. *Inst.eo quæ* 3
*definitio ex Mod. sumpta est. l.legatum.*37. §. *tit.*1. est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda, *de hac clausula vide quæ dixi Inst. eod.* Florentinus paulò aliter describit *in d.l.legatum.*
F 116. *hoc t.* Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator, ex eo quod vniuersum hæredis foret, alicui quid collatum velit. Sed hæ definitiones non satis distinguunt legata à fideicõmissis. Rectius itaque Vlpianus *in Enchiridio t.*24. Legatũ est, quod legis modo, id est, instar legis imperatiuè, & directis verbis testamento relinquitur:

vt,Do lego,&c. Et enim ea quæ verbis precariis relinquuntur; vt,Rogo peto, &c.fideicommissa ex re appellantur. Nec hæc differentia hodie sublata est; altera abrogata. Nam olim, vt indicat Vlp.tantùm testamēto poterant legata relinqui, hodie velut fideicommissa qualibet voluntate rectè dantur.§.*pen.verb.cum legata nisi ex test.non valeant.Instit.de fideicom.hær.vbi dixi, & Instit. & ad Cod.hoc tit.*

4 ¶ Genera legatorum olim erant quatuor: per Vendicationē,vt cum his verbis relinquebatur: Do,lego,capito, sumito,habeto,&c.vnde nascebatur Rei vendicatio, cum ex reliquis legatorum formis tantùm Personales actiones darentur. Alterum per Damnationem,vt hoc modo relictum: Hæres meus damnas esto dare, dato, facito, hæredem meum dare iubeo,&c.Tertium Sinēdi modo, cum hac videlicet forma legatur: Hæres meus damnas esto sinere Titium sumere illam rē,sibíque habere. Quartū per Prœceptionem, quomodo solis hæredibus rectè prælegatur:vt,Lucius Titius illam rem præcipito, id est, habeto præcipuam.§.*sed olim.Instit.eod.vbi exposui.* Quid autē inter hæc legatorum genera fuerit olim discriminis, consulti alibi ostendunt. *Theo.*§.1.*Inst.eod. Caius.*Inst.*eo.Vlp.tit.*24. Sed hodie quibuscūque verbis cum indifferenter legari possit,§.*nostra.*Inst.*eod.*horum generum discrimina sublata sunt,quod quidem ad effectū attinet,*l.*1.C.*communia. de leg.*Vnus igitur est legandi nūc quidem modus: nam fideicommissum & mortis causa donatio,legati appellatione tātùm impropriè veniunt. *l. & fideicommissum.87. de lega.3.l.fin.*C.*de donatio.causa mor.*

5 ¶Causa efficiens προηγουμένη legatorum,est benigna volūtas testatoris:*d.l.*1.C.*communia. de leg.* προκαταρκτικὴ in coniunctis ipsa propinquitas,*l. Titius.*25. *vbi Ias.nu.9. de lib.& posth. & in l.cætera.*8.§.*si quis.nu.9. l.si domus.§. si fundus.nu.22. l. qui filiab.nu.26. de legat.*1.*fac. l.si seruus communis.*37.*de donat.int.vir.& vxor.*in extraneis meritum aliquod legatarij. *l.nec adiecit.*9. ff.*pro socio.*Materia † In qua olim erat testamentum:*d.*§.*penul. Instit.de fideicomm.hær.Vlp.cap.*22. materia Circa

6 quam legata versantur, sunt omnes res quæ in commerciis hominum existunt, siue eæ sint testatoris, siue hæredis,siue alienæ; nam has legatas redimere hæres cogitur, aut æstimationem soluere. §. *non solùm.vbi dixi. Instit.eod,l.vnum ex fam.*69.§.*si rem* ff.*tit.*1. *l.cum alienam.*C.*eod.*

7 ¶Forma legatorū certa & solennis hodie quidem,*l.in legatis.*21.*C.eod.l.*1.& 2.*C.com.de leg.*nulla est:nam & Nutu relinqui possunt,*l.nutu.* 21. ff.

A *ti.*2. dummodo quinque testes relictum probēt, *l.& in epistola.*21.*C.de fideic.vide Bar.& Dd.in d.l. nutu.*21. *de leg.* 3. qui in omni vltima voluntate, quamuis non solenni, requiruntur.*l.fin.*C.*de codicill.* Et Purè & In diem, & Sub conditione rectè legatur.*l.fin.C.eod.tit.tot.tit. C.de condit.inser.*

¶ Causa finalis,quæ in legatis præcipuè attenditur,*l. cum pater.* 77. §.*dulcissimis.*20.*vbi gloss.ad verb.discordiis.de leg.*2. *per l.illis libertis.de cond.& dem.* est vt benignè fiat legatario: *d.l.nec adiecit.* 8

B 9. *pro socio.*est enim legatum titulus lucratiuus, *l.legatum.*36.ff.*ti.*1.*l.si hæreditatem.*32.ff.*mand.*vnde & donatio appellatur.§.1. *in verb.donatio.Inst.de leg.d.l.legat.*36.ff.*tit.*1.

¶Effectus legati est,Quòd statim à morte testatoris dominium iuris fictione transeat in legatarium, *l. à Titio.*66.*de furtis.*& ad legatū consequendum tres competant actiones: Rei vendicatio,Hypothecaria,& Personalis, *l.*1. & 2. C. *comm.de legat.* vt videlicet laxior sit agēdi facul- 9

C tas.*l.cum filius.*76. §.*variis.* ff. *tit.*1. Legatum,ait Papinianus,ita dominium rei legatarij facit, vt hæreditas hæredis res singulas.*l. legatum.* 80. ff. *tit.*1.Fideicommissorum eadem est ratio:sunt enim exequata legatis.*l.*1. *hoc t.*§.*sed non.Inst.eod.* Quanquam † ea regula plures olim exceptiones habuit, vt videre licet apud Dd.*in d.l.*1. *dixi.* §. 1. *Instit.eodem.* Hodie non item,postquam hæc Iustinianus prorsus exæquauit.*l.*2. C.*comm.de legat.* §. *sed non Inst.eod.* Sanè fideicommissa vniuersa- 10

D lia etiam hodie distant à legatis.Nam fideicommissarius,cui hæres rogatus est restituere hæreditatem, loco hæredis (nam his hæres semel factus non desinit, *l. ait prætor.* §.*sed quod. de minor.*)est,omnésque actiones suscipit, *l.*1.*ad Treb.* adeò vt etiam hæredem inuitum ad adeundum cogere possit: *l.*4.*ad S.C.Trebell.* quod legatario nequaquā est permissum, *l.*3. *in prin.ad S.C. Trebell.*§. *ergo.in fin.Inst. de fideicom.hære.* nisi in casu speciali ex constitutione.*Aut.hoc amplius. C.de*

E *fideicom.* Singularia autem fideicommissa, sicuti dixi,non effectu,sed verbis à legatis distinguuntur.Nam hæc directis,illa præcatiuis verbis:hæc immediatè,illa mediatè à testatore relinquuntur. Vnde & fideicommissa dicta, quòd fidei & pudori hæredis rogando committantur:de quorum origine videre licet Iustinianū. *in prin. Inst. de sing. reb. per fid.rel. quo loco nonnulla adieci.* Ad effectū autem & illud pertinet, quòd res legato vel fideicommisso etiam sub conditione subie-

F ctæ, non possunt validè alienari.*l.vlt.*§.*antepen.* & §.*seq.* & *Aut.res quæ.*C.*commun. de legat.*

DIGEST. LIBER XXXI.
DE LEGATIS ET FIDEICOM.
Tit. II. C. 6. 48.

1 *Continuatio.*
2 *Dispositio trium horum librorum.*
3 *Quibus legari possit.*
4 *Quare domino sua res nō rectè legetur.*

QVIA

1 QVIA † latissimè patet materia legatorū, ideo tribus Pādectarū libris in genere de iis

2 disseritur:quorū in primo † præcipuè agi quidā volunt, de rebus quæ legari possunt, aut nō: in secūdo, de personis, quæ quibus vtiliter legent:in tertio,de verborum & rerum, quæ quidē ad le-

3 gata pertinent,significatione. Quod † ad personas attinet,sciendū est, iis duntaxat rectè legari posse,cū quibus est testamēti factio: hoc est, qui

A ex testamento capere possunt,§.*legari. Inst.de legat.*siue vni legetur, siue pluribus,qui coniuncti re,aut verbis,aut etiam disiuncti dicūtur.§.*si eadem.Institut.eodem.vbi exposui.l. re coniuncti.* ff. *titul.*1.*l.planè.*ff.*titul.* 1. Hæredis autem seruo purè inutiliter legatur : quia hæres sibiipsi (cui seruus acquirit)soluere nequit.§.*an seruo. Institut.eo.* Qua † ratione, nec domino sua res, nisi sub 4 conditione,rectè legatur: quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri nequit. §. *sed si rem: Instit.eod.*

DIGESTORVM LIBER XXXII.
DE LEGATIS ET FIDEICOM.
Tit. III. C.6.38.

1 *Qua de re hoc in libro tractetur.*
2 *Eius explicatio in aliud tēpus reiecta.*

1 HOC † in libro potissimùm tractatur de significatione verborū & rerū,quæ ad legata pertinēt; cui similis extat & in Codice succinctus & elegās titulus,de Verborū & rerū significatione. Harum rerum cognitio magnū habet vsum in

B interpretandis instrumentorum omnium clausulis atque verbis.Sed † quoniam ad certas regu- 2 las redigi, pro instituto nostro omnia nequeūt: malo nihil de his, quàm pauca hoc quidem tempore dicere, copiosiorem eorum omnium explicationem in Commentariis facturus.

DIGEST. LIBER XXXIII.
DE ANNVIS ET MENSTRVIS LEGATIS & fideicommissis. Tit.I.

1 *Continuatio.*
2 *Natura anni legati.*
3 *Quare non transeāt ad hæredem.*
4 *Quādo præstādū,& n.2.art.5.(dissimile.*
5 *Quatenus simile sit vsuifructui,quatenus*

1 POSTQVAM † de legatis generatim trib. libris est expositū: nūc quædam legatorū genera specialius sunt attingēda:ac de annuis legatis primò loco, & menstruis:quomodo alimenta

2 plurimū relinqui solent.Si † in singulos annos aliquid alimentorū scilicet nomine legatum sit, Sabinus,cuius sentētia vera est, plura legata esse ait,& primi anni purū;quia initio anni statim debetur:sequentiū,cōditionale. Videri enim hanc inesse conditionem,Si viuat: quandoquidem in plures præstationes, ad alendū legatarium diuisisse legatū testator præsumitur, *l.si cum præfinitione.*20.ff.*quādo dies lega.ced.* & ipsi legatario,nō etiā ipsius hæredib.voluisse consulere, cū legata propter benemerita relinquantur:*l. nec adiecit.*5.

3 *pro socio.*ideóq; † mortuo legatario ad hæredem legatū,veluti alimentū defuncti non trāsire: *l.*4. *l.cum in annos.*11.*hoc tit.l.*10.11.20.23.26.ff.*quando dies lega.vel fid.ced.*etiāsi in cōtractibus,in quib. quisq; heredib.suis intelligitur cōsulere,*l. veteris.C.de cōtrah.stipul.l.si pactum.*ff.*de proba.*alia fiat

4 interpretatio.*l.si Stichū.*16.§.1.*de ver.obli.* Si † legatū sit annua,bima,trima die,triginta fortè: per singulos annos,decē pstādi sunt,æqs pēsionib.*l.*

5 3.*h.t.Vlp.t.*6.In † singulos annos relictū psonæ nimirū alēdæ legatū simile est vsuifructui; cū morte finiatur, nisi quòd capitis diminutione non extinguitur,etiāsi hoc modo vsusfructus pereat.*l.*

C *corruptionē.C.de vsufru.* Nā cū diuersa sint cuiusq; anni legata,initio anni per singula legata ius capiēdi inspicitur,vt interueniēs capitis diminutio nihil obsit.*l.cū in annos.*11.*h.t.vide* Paul.*lib.* 3.*t.*6. Illud etiā amplius est in hoc legato,quòd in ingressu cuiuslibet anni, si decesserit legatarius,eius anni legatū hæredi suo relinquit.Quod in vsufructu nō ita est,cū vsufructuarius,etiāsi maturis fructib. nondū tamē perceptis,decesserit,hæredi suo ad eos fructus actionē nō relinquat:*l. in singulos.*8. *h.t.*quāuis aliter morib.Saxonū obseruetur.*vide* ff.*de vsufru.*Sed & vsufructui præscribitur,*l.corru*

D *ptionē.C.de vsufr.* annuis istiusmodi præstationibus, scilicet quæ ex vltima voluntate debētur, *secundū cōmunē distinctionē in l.cū notissimi.* §.*in iis.* C.*de præscr.*30.*annor. Boer.decis.*336.*Mynsin.*13.*obs. Cent.*3.(nā secus ex contractib.*c.olim. de censib.c. de quarta.de præscrip.Dd. d. l. cum notissimi.& hāc cōmunem dicit Schurff.cons.*10.*cent.*1.*Balb.de præscr.* 4.*quæst.*4.*partis prin.*)non item : *d. l.cum notissimi.* §. *in iis Guid. Pap. quæst.* 406. 407. 408. nisi tempore immemoriali : *Boer.d.decis.* 336. *Crauet.de antiq.temp.parte.*4.*materia.mihi fol.* 204.cō-

E stitutio tamen prouincialis hæc exæquat. *const.* 2.*part.*2.*sicut & l. cum notissimi.* 7. §. *illud.*4.*C.de præscript.* 30. *annor.* ac fortassis vbiuis, quando est vna obligatio, currit præscriptio : in his conditionalibus (*gloss.& Dd.l.* 4. *h. t.*) non item:cum ne possit quidem præscribi quod non est, sed incerta conditione suspensum hæret:

vt dixi consil. 2. & 8. Nec verò omne annuum relictũ ita suspenditur: *l. nec semel. 13. l. si cum præfinitione. 10. l. Formio. 26. quand. dies leg. cedit.* sed tum demùm, cum in alimenta relinquitur: *l. in singulos. 8. hoc t.* quòd in dubio præsumetur, *d. l. in singulos. l. Caius. 12. l. si cui. 14. & pasim, hoc t.* ex communi vsu: vt in l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 18. de æd. edic. Alimenta aliter relinqui possunt. quàm hac forma, vt inf. de aliment. leg. & in annuo, menstruo legato aliud contineri potest quàm alimentum, vt dixi: vt hic titulus iure discernatur à tit. inf. de alimen. leg.

DE VSV ET VSVFRVctu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicom. datis. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Forma legandi vsumfructũ multiplex.*
3 *De legato reditus.*
4 *De legata habitatione.*
5 *De operis serui legatis.*

1 ANnuo † legato simile est legatũ vsusfructus, *Paul. li. 3. tit. 6.* sicuti dictũ est, Nõ enim solùm pactionibus sed etiã testamento vsusfructus rectè cõstituitur & legatur. *§. constituitur. Instit. de vsufr.* Itaque † potest vel vsusfructus solus
2 vel sola proprietas legari: aut alteri proprietas, alteri vsusfructus: sed si vsufructu legato, fundũ leget testator, quia hoc verbum etiam vsumfructũ cõprehẽdit, *l. locus. 60. l. quæstio. 115. de verb. sign.* is inter duos legatarios cõmunicabitur. *l. si aly. 19. h. t. l. 4. §. nõ solùm. de vsufr. accres.* Cum ita legatur, Fructus annuos fundi Corneliani do lego: perinde putat accipiendũ Labeo, ac si vsusfructus fundi legatus esset: quòd hæc mens fuisse testatoris videatur. *l. cum ita legatum. 41. hoc t.* in fructu autem id esse intelligitur, quod ad vsum hominis inductum est. *l. in fructu. 42. h. t.* in fructu autem id esse intelligitur, quod ad vsum hominis inductum est. *l. in fructu. 42. hoc t.* Consimile etiam est vsusfructus legato, si quis reditum fundi annũ leget. *l. patrimonij. 22. l. legatum ciuitati. 16. l. quidam.*
3 *17. hoc tit.* Vnde † si bonorum meorum reditum omnibus annis vxori meæ dari volo, Aristo respondit, ad hæredem vxoris legatum non transire: quando aut vsufructui simile esset, aut legato in annos singulos. *d. l. patrimonij.*

4 ¶ Habitationis legatum in singulos annos ab initio anni deberi constat. *l. habitationis. 11. hoc t.* Tale legatum, Damnas esto hæres, Titium sinere in illa domo habitare, quoad viuet; vnum legatum est. *l. damnas. esto. 15. hoc t.*

5 ¶ Hominis etiã operæ, tã serui, quã liberi, legari possunt. *l. 2. et 3. h. t.* Quod legatu ab aliis distat: quoniã hic legatarius pro fructuario non est: ideoq; nec capitis diminutione, vel nõ vẽdo, nec morte legatarij legatũ extinguitur. *d. l. 2. vide §. de oper. ser.* Quia cũ operæ in rerũ natura nõ sint

A priusquam præstentur. *l. opere. de oper. liber.* nõ possunt capitis diminutione, aut morte legatarij amitti. Priuatio enim præsupponit habitũ, vt loquuntur. *l. decem. 116. de verb. oblig. vbi Dd. vide §. tit. de oper. serus.* Omnium bonorũ vsusfructus legari potest, *l. 1. l. 5. C. de vsufr.* nec id impedit quo minus hæres adeat. *l. vsufr. 9. C. eod. tit. de vsufr. de quo disputant. Ang. §. hære. nu. 4. Instit. de hær. inst. Alex. Salic. l. extraneum. C. de hær. instit.*

B DE SERVITVTE LEGAta. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Dupliciter legari seruitutes.*
3 *Qui, quibus legare seruitutem possint.*
4 *Quare vsus seruitutis non rectè legetur.*

C SIcuti † personales seruitutes, ita quoq; reales 1
vltimis voluntatibus rectè cõstituuntur, *l. 1. 2. 3. & tot. h. t.* Dupliciter † autem legatus seruitus: 2
aut principaliter, vt Viam per fundum meũ tibi lego: *l. 2. h. t.* aut in consequentiam. *l. 1. h. t.* Legãt † 3
rectè seruitutem, quia inter viuos constituere eã possunt: & iis vtiliter legatur, quibus inter viuos vtiliter constituitur, puta prædiorum dominis. Porrò † vsus seruitutis vel vsusfructus nõ rectè 4
legatur, quia seruitus seruitutis esse nulla potest.
D Itaque incerti cum hærede erit agẽdum vt legatario quoad viuet (videtur enim personalis quidam vsus relictus, qui cum persona extinguitur *vide §. de vsufr. & de vsu & hab.*) facultatem seruituris præstet. *l. 1. §. tit. 1.*

DE DOTE PRÆLEGAta. Tit. IIII.

E 1 *Quid amplius in legato sit, quàm actione dotis.*
2 *Quomodo dos legetur.*

SI vxori † maritus dotem leget, quamuis ea do 1
mina fit dotis, mortuo marito: tamen valet legatum, quia plenius est quàm de dote actio. *§. sed si vxori. Instit. de legat. vbi dixi.* Primò propter commodum repræsentationis. Nam licet immobilia statim; tamen mobilia iure veteri annua, bima, trima die, hoc est, tribus annuis pensionibus; *l. 3. §. de ann. legat.* hodie post annum demum actione dotis exiguntur. *l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. vide Vlp. tit. 6.* At legatum statim peti potest, *§. si quis debitori vers. econtrario. Instit. de legat. vbi dixi.* & quidem pluribus actionibus. *l. 1. & 2. C. com. de leg.* Quare rectè prælegari dos, antequam solui scilicet debeat, perhibetur. *Cuiac. obser. lib. 4. cap. 23.* Deinde in quantum facere potest debitor, condemnatio fit in iudicio dotis, etiam aduersus hæredem: *l. etiam. solut. matri.* at actio ex testamento solidum
G legatam persequitur, nisi Falcidia quid detrahat.

l. cum

l. cũ dotẽ. §. ad l. Falc. l. 2. §. idem quæritur. & §. idem Iulian. h. t. Postremò pacta quæ dotibus adiici solent, in legatis non obtinent: *l. 1. h. tit.* vt non parum commoditatis in eiusmodi legato insit.

2 ¶ Legatur autem dos, aut expressa quantitate, aut non expressa. Si expressim legetur, vt, Centum aureos dotis nomine, vel quos in dotẽ dedisti, tibi vxor do lego: etiamsi nihil in dotem datum sit, nihilominus legatum debetur. *l. cum scriptum. 6. l. vir vxori. 8. cum similib. hoc t. l. 1. 2. 3. C. de falsa causa adiecta.* quia falsa demonstratio illud non vitiat. *l. demõstratio. 17. l. falsa. 3. §. de cõd. & demonstr.* Sin aũt legatũ sit non expressa quãtitate, sed simpliciter, vt Dotem lego: nihil amplius, quod quidẽ ad quantitatẽ attinet, inest legato, quàm actioni dotis. *l. 1. l. 2. l. 5. h. t.* Itaque si nihil reperiatur in dote, inutile erit legatũ. *d. l. 1. §. sed si vxori. Inst. de legat. vbi vide positã distinctionẽ.* Si mille legentur supra vel vltra dotẽ, etiam ipsa dos legata videri debet, ob dictionem implicatiuam. *Bart. in l. qui ita. 4. n. 2. hoc tit.*

DE OPTIONE VEL Electione legata. Tit. V.

1 *Quare in legato optionis electionẽ habeat legatarius.*
2 *Quando optio facienda.*
3 *In optione quare nõ sit locus pœnitẽtiæ.*
4 *Optionis legatum esse transitorium.*

ESt & cum testator legat optionem, siue electionem seruorum, aut aliarum rerum. *l. 1. 2.*
1 *4. 6. & tot. hoc titul.* Optio † olim solenniter fiebat, *l. 5. l. Iulianus. 10. de legat. 1. l. si cui. 25. de lib. caus.* & actus erat legitimus, *l. actus. 77. verb. serui optio. de reg. iur.* nec per procuratorem ideo fieri poterat: *l. nemo. 123. de reg. iur.* electio verò facultaris erat arbitrariæ. *l. si stipulatus. 76. vbi omnes Dd. de verb. oblig. l. vlt. C. com. de legat.* itaque hîc in inscriptione, tanquam diuersa proponuntur. Cæterùm hodie quando sublatis solennitatibus *l. 1. 2. C. com. de legat.* sint exæquata, *l. vlt. C. eodem tit.* de vtroque promiscuè agamus. Quo in legato electio defertur legatario, *d. l. 2. §. si generalem. Instit. eod. cum ibi nota.* vt is eligat quam rem volet, etiam optimam, quod inductum est, par- F
tim fauore vltimarum voluntatum, quas interpretamur plenius: *l. in testamentis. 12. de reg. iur.* partim quia testator verba ad legatarium dirigens, videtur hanc illi facultatem concedere: partim quòd, vt inquit Aphricanus. *l. si seruus. 108. §. cum homo. 2. §. de legat. 1.* meritò electio eius esse debeat, cui potestas sit, qua actione vti velit. Nam actio in rẽ quæ datur legatario, ne intelligi quidem, explicarique potest, nõ demonstrato corpore quod petatur. *l. si in rem. 6. de rei vend.* Si igitur ei damus actionem in rem, certè vt largiamur ei electionem rei in quam actionem diri-

A gat, necesse est. Sed hæc in vltimis duntaxat voluntatibus obtinẽt. Nam quia hæ rationes cessant in contractibus, meritò in obligatione generis aut alternatiua debitoris est electio. *l. plerunque. in fin. de iur. dot. c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. not. in l. si vnus. 27. §. 5. de pact.*

¶ Optio porrò ante aditam hæreditatem fru- 2
stra fit: *l. optione. 16. hoc t.* adita autem hæreditate, si cesset legatarius eligere, prætor decernit tempus, intra quod optandum sit, ne hæres, dum
B diutius in incerto habet, quid suum, quid legatarij sit, incommodo aliquo adficiatur. *l. mancipiorum. 6. hoc tit.* Semel † autem optione facta, 3
mutare voluntatem legatarius nequit: quia omne ius legati prima testatione consumitur. *l. apud Aufidium. 20. hoc tit.* statim enim atque legatarius elegit, iuris fictione transfertur in illum dominium. *l. à Titio. de furt.* Optionis † legatum 4
etsi conditionem personæ adhærentem contineat, nec videatur per alium posse impleri: *l. qui hæredi. 44. §. de cond. & demõst.* tamen fauore vl-
C timarum voluntatum transire illud ad hæredem legatarij voluit Iustinianus. *§. optionis. Instit. eod. ex sententia Pauli, in l. illud aut illud. 19. hoc tit.*

DE TRITICO, VINO, vel oleo legato. Tit. VI.

D 1 *Quid vini legato contineatur.*
2 *De tritici & olei legato.*

VInoq † legato omne continetur quod ex vi- 1
nea natum est, & defunctus reliquit, etiam acetum ex vino factum, & quicquid testator vini numero habuit. *l. 1. l. si quis vinum. 9. h. t.* Itẽ vasa, *l. 3. §. 1. h. t.* in quæ diffusum est: cuiusmodi sunt, amphoræ & cadi. cũ enim hæc vasa nõ magnæ sint amplitudinis, ac vnà cũ vino vẽdi soleant, vidẽ-
E tur etiam largiore interpretatione simul legari. Secus est in doliis maioribus, quæ ad perpetuũ vsum seruãtur, neq; loco aut cellis moueri, nec distrahi cũ vino solent. *d. l. 3. l. cui vinũ. 6. l. vino. 14. cum l. seq. hoc tit. l. si quis. 30. de aur. & arg. leg.* Certè zythum, quam ceruisiam hodie vocant, in hoc legatum non venit. *l. si quis vinum. 6. hoc tit.* nec enim de genere vini est: cum vinum natura nascatur, & vnius sit substantiæ: ceruisia verò potus sit ex pluribus speciebus, puta aqua, hordeo,
F lupulo, & c. factus & commixtus.

¶ Si quis tritici modios centum, qui singuli 2
pondo centum ponderent, leget, nihili legatum erit: quia eiusmodi triticum in rerũ natura non est. *l. quidam. 7. in fin. hoc tit.* Cum aũt certa mensura tritici, aut certum pondus olei, non adiecta qualitate legatur; liberum est hæredi, cuius generis velit frumẽtum aut oleum legatario solu-
E ere. *l. 9. hoc tit.* Quia de re extat alibi distinctio. *in l. legato. 37. §. de legat. 3.* Cum quis damnat hæ-
G redem, vxori vinum, oleum, frumentum dare, recepta est Tuberonis sententia; vt non quan-

tum hæres vellet, sed quantum testator reliquit, A legatum putetur, *d.l.quidam. hoc t.* Porrò moribus Sax. etiam absq; legato, mulier nobilis dimidiam annonæ partem (comestibilia vocant) accipit. *Land.lib.1.art.24.cum simil.*

DE INSTRVCTO VEL instrumento legato. Tit. VII.

1 *Quid sit instrumentum.*
2 *Quomodo instrumenta legẽtur & quid eo legato comprehendatur.*
3 *Dotes prædiorum non comprehendi.*
4 *Instrumentorum varia genera.* (*rum.*
5 *Regula de interpretatione horũ legato-*

1 INstrumentum † fundi est apparatus rerum diutius mãsurarũ, sine quibus exerceri possessio nequit: *l. quæsitum. 12. in princip. hoc titul.* hoc est, quæ aut quærendi fructus, aut cogendi, aut conseruandi gratia parantur. *l.instrumenta.8.*
2 *in princ.cum. §. seq. h. titul. d. l. quæsitum.* Nihil † autem interest, siue quis fundum cum instrumento, siue instructum fundum, siue fundum & instrumentum leget. tantundem enim effectu in vno est, quantum in alio. *l. 1. l. 5. hoc titul. vide quæ scripsi: institut. de legat. §. idem est si fundus.* D Quid autem, & cuiusmodi in hoc legatum veniant longum est enumerare: & apud I. C. tractatum. *in l.penult. d.l. quæsitum.12. l. fundi instrumento 25. l. dolia. 26. §. fin. l.cum de lanionis. 18. §. cum de villico. hoc tit. & in l.2. vbi D.d.C. de verb. si-*
3 *signif.* Illud † constat, si simpliciter fundus legetur, dotes prædiorum, id est, eas fundi accessiones & emolumenta, quæ ad culturam eius ex alio fundo paterfamiliâs sumere solet, *l. 9. §. 1. de vsufr.* non venire. *l.2. §. fin. l. cum fundus. 21. d. l. do-* E
4 *lia. hoc tit.* Est † autem aliud instrumentum villæ, *l. villæ. 16. in princ. l. si mancipia. 19. §. penultim. hoc titul.* aliud domus, *d. l. quæsitum. §. si duobus. cum seq. l. si ita. 15. §. domo. l. Seia. 20. §. penul. hoc tit.* aliud tabernæ aut cauponæ, *d. l. si ita. hoc tit.* aliud vineæ. *d. l. villæ. §. vinea. hoc t.* Sunt & instrumenta hominum, vt patrisfamiliâs, *d. l. quæsitum. §. sed si fundum.* pictoris, *l. item pictoris. 17. hoc tit.* pistoris, *d. l. cum de lanionis. 18. §. 1.* lanionis: *d. l. cũ de lanionis. in princ.* medici. *d. l. cũ de lanionis. §. medici.* balneatoris, piscatoris, *l. tabernæ. 13. §. fin. d. l. i-*
5 *tem. §. 1. hoc titul. &c.* In † omnibus autem istiusmodi legatis, optimum esse Prædius ait, non propriam verborum significationem seruari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit: deinde in qua præsumptione & consuetudine sint, qui in quaque regione commorantur. *d. l. cum de lanionis. 18. §. asinam. 2.*

DE PECVLIO LEGATO Tit. VIII.

QVid sit peculium, diximus sup. de pecul. Quoniam autem seruo simpliciter legato, aut libertate data, non etiam intelligitur legatum peculium, nisi exprimatur: *l. antepen. hoc titul. l. vnic. C. de pecul. eius qui lib. mer. §. peculium. Instit. eod. vbi vide.* fit vt peculium expressè legari soleat. de quo tamen deducit hæres, quod B testatori, & eius liberis, ac sibi debetur. id enim non est in peculio. *l. si peculium. 6. l. si Sticho. 21. l. dominus. cum simil. hoc tit.* Peculij legatum accessionis vicem obtinet; itaq; extincto seruo simul extinguitur. *l. 1. & 2. hoc tit.*

DE PENV LEGATA. Tit. IX.

C
1 *Quid propriè penus.*
2 *Quid in legatum penoris veniat.*

QVi † penum legat, quid legato complectatur, videamus. Et quamuis propriè 1 penus sunt ea esculenta & poculenta, quæ non in dies singulos cœnæ causa apparantur, sed quæ contrahuntur longæ vsionis gratia, & reconduntur: ex eo quòd non in promptu sint, sed intus & penitùs recondita habeantur, penus dicta: *Gellius lib.4. c. 1.* tamen † in vltimis vo- 2 luntatibus, in quibus benignior fit interpretatio, rectè Mutius scripsit, penu legata contineri, quæ esui potuíque sunt. Quin & ea quæ non non esse, sed per quæ esse solemus, vt oleum, garum, muriam, & similia, legato contineri Proculus opinatur: nisi contraria mens testatoris appareat. *l.3. hoc t.* Vasa quoque pecuniaria, quin contineantur, nulla dubitatio est. *d. l.3. §. fin. l.4. hoc tit.* Quòd si aliquid pœnoris dare iussus, & ni dedisset pecuniam soluere, hæres damnatus est. penus erit in præstatione; pecunia verò in petitione, postquam hæres est in mora dandi, *l.1. hoc tit. l. cum sine. l. si penum. quan. di. lega. l. ita. 115. de verb. oblig.* Transfunditur enim legatum penoris, in obligationem pecuniæ post moram: cùm quia voluntates defunctorum non debent in suspenso manere; *l. fin. comm. præd.* tum quòd illa est penoris natura, vt facilè corrumpatur. F Ne igitur ex mora hæredis fiat deterior legati causa, meritò pro penore post moram pecunia debetur. Moribus Sax. vt antè dictum est, absque legato penus intra trigesimum a morte diẽ à vidua ac familia defuncti in necessarios vsus consumitur. *art.22. lib.1.* quod superest, hæredem sequitur: aut si de nobilis successione agatur, inter hæredes & viduam ita diuiditur, vt illis semis, altera pars comestibilium dimidia viduæ cedat. *d. art.22.24.*
G *lib.1.*

DE

DE SVPELLECTILE legata. Tit. X.

1 *Supellex quid, & qua res contineat.*
2 *Vnde dicta.*
3 *Tuberonis definitio.*
4 *De gerada Saxonum.*

1 SVpellex † Pomponio est domesticum patris familiâs instrumentum, quod nec argento auróue facto (nam olim seuerioribus moribus aurum argentumque in quotidiano vsu non erat, *l.3. hoc tit.*) nec vesti adnumeratur. *l.1. hoc titul.* Et in rebus, non in animalibus consistit. *l.2. hoc tit.* Alphenus supellectilis eas esse res putat, quæ ad vsum communem patrisfamiliâs paratæ essent, neque nomen sui generis separatum ha-
2 berent. *l. supellectilis. 6. hoc tit.* Huius † originem C vocabuli Labeo ab eo ducit, quod olim iis qui in legationem proficiscerentur, locari solerent, quæ sub pellibus vsui ad quotidianam vitæ necessitatem forent. Hinc supellex dicta. Tube-
3 ro † autem hoc modo demonstrare supellectilem tentat: instrumentum quoddam patrisfamiliâs, rerum ad quotidianam vsum paratarum; quod in aliam speciem, aliámue appellationem non caderet: *d. l. Labeo. 7. hoc tit.* vt, verbi gratia, in penum, argentum, vestem, ornamenta, instrumenta agri aut domus, &c. Sed quæ legato supellectilis in vniuersum contineantur, intelligi aliunde licet. *ex l.3.4. §. hoc tit.* Id tenen- D dum, speciem potius rerum quàm materiam intuendam: & in iis de quibus dubitari potest, supellectilis potius, an argenti, an vestis sint, eius sententiam qui legauit, inspiciendam, & quomodo is sit vsus. Ea verò de quibus non dubitatur quin in alio genere sint, legato non contineri. Non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debent. *d. l. Labeo. hoc tit.*

¶ Iure Sax. introducta est & alia supellectilis 4
B species, gerada aut vtensilia vulgò dicta: quæ omnem mundum, vestimenta, ornamẽta, & quicquid mulieres in vsu atque possessione habent, cõplectitur: *Land.lib.1.art.19.24.27.* proximæq; cognatæ ex linea materna (filiabus nimirũ, quarum hîc prima causa est, non extantibus) inter nobiles debetur: *vide Fachs. diff.21.* quemadmodum contrà maribus hæredibus, arma; quas res expeditorias appellant. *art.22.27.28. lib.1.* Habet & vxor nobilis in bonis mariti geradam paulò copiosiorem, vt & alia, quædã. Cæterùm quæ sunt geradæ seu supellectilis, alienare inter viuos, eóque oppignorare etiam in præiudicium proximæ, quæ luere tenetur, non hæres; donare quoque (marito excepto) coram duobus saltem testibus traditione statim facta (quãquam vsum sibi ad vitam retinere queat) mulier non prohibetur. Per vltimam voluntatem, vel donationẽ causa mortis, non idem ei licet: quoniam hæc tantùm valere incipiunt tempore mortis; quo eiusmodi sunt iam aliena, nempe proximæ cognatæ.

DIGEST. LIBER XXXIIII.

DE ALIMENTIS VEL CIBARIIS legatis. Tit. I.

1 *Quid legato alimentorum contineatur.*
2 *De diariis legatis.*
3 *De pecunia in alimentum legata.*
4 *De prædio in alimentum legato.*

1 EGATIS † alimẽtis, cibaria & ve E stitus & habitatio debebitur: *l. verbo. 43. cum l. seq. l. quos nõ hostes. 233. de ver. signif.* quia sine his ali corpus nõ potest. Cætera quę ad disciplinã pertinẽt, legato nõcõ tinentur; nisi aliud sensisse testatorem probetur.
2 *l. legatis. 6. cum l. seq. h. tit.* Diariis, † id est, quotidiano victu, vel cibariis relictis; neque habitationem, neque vestiarium, neque calcearium deberi, palàm esti quando de cibo tantùm testator sensit. *l. diariis. 21. hoc tit.* Si certa pecunia relinquatur in alimenta, ea est præstanda. *l. Lucius. l. cum vnus. §. fin. hoc tit.* Si † non adiecta
3 quantitate, inspiciendum est, quid defunctus præstare sit solitus: deinde quid cæteris eiusdem ordinis reliquerit. quòd si neutrum apparet, tunc ex facultatibus defuncti, & charitate eius cui fideicommissum datum est, modus statui debet. *l. penul. in prin. hoc tit.* Neque enim hic incertitudo legatum vitiat, cum facilè declarari possit. *Ias. & alij in l. si Stichum. 16. §. 1. de verbor. obligat gloss. 7. l. si cui. 14. de ann. legat. §.* Legatum hoc morte legatarij finitur: nisi aliud defunctus voluerit. *l. Mela. in princ. l. Stichus. §. Titia. l. Caio. §. fin. cum similibus. hoc tit.* Ex certo prædio alimentis relictis, à quolibet possessore ea præstanda sunt: quia prædium est obligatum. *l.2. l. Lucius. hoc tit.*

¶ Prædio legato, vt inde legatarius alatur; 4
proprietas, vel certè vsus fructus prędij ad vitam, magis, quam alimenta legata videntur. *l. solent. §. quæro. l. cum alimenta. §. fin. hoc tit.* Cibariorum quoque nomine apud Sax. venit *mußtheil*, hoc est, dimidia pars exculentorum & poculentorum, quæ post 30. à morte nobilis viri diem in eius domo supersunt, viduæque debẽtur: scilicet quę in domo tempore obitus fuerũt, nõ quæ intra 30. diem collecta, & in ædes allata sunt. Tempus enim mortis consideratur: quo quidẽ cum fuerint pars fundi fructus pendẽtes, vna cum fundo hæreditatẽ sequuntur, nec mulieri participãtur.

DE AVRO, ARGENTO, mundo, ornamentis, vnguentis, veste vel vestimentis & statuis legatis. Tit. II.

1 *Quid auro legato veniat.*
2 *Quid mundo legato veniat.*
3 *Quid ornamentis.*
4 *Quid inter ornamẽta & mũdũ intersit.*
5 *De vestimentis.*
6 *De vnguentis legatis.*
7 *De statuis & picturis.*

1 CVm † aurum vel argentum legatur, quicquid auri argentíque relictum est, legato C
continetur, siue factum, siue infectum sit. Pecuniã aũt signatã placet eo legato non contineri; quia trãsit in aliã appellationis speciem. *l. cũ aurum.19.h.tit.vide Cuiac.obser.li.6.c.31.* Quòd si certũ pondus auri sit legatũ vel argẽti, magis quãtitas legata videbitur; nec ex vasis tangetur. *d.l.*
2 *cũ aurũ.l.1.§.fin.l.cũ certũ.10.h.t.* Mũdus † muliebris est, quo mulier fit mũdior. Itaq; omnia quæ ad mundũ pertinẽt, vt specula, vnguẽta, lauatio, riscus, &c. legato mũdo cõtinentur: exceptis his, D
quæ valetudinis causa parãtur. *l. argumẽto.25.§.fi. & §.mũdus.l.pediculus.34.§.pen.l.si vxori mũdus.39.*
3 *hoc t.* Ornamẽta † muliebria sunt, quibus mulier ornatur: veluti inaures, armillæ, viriolæ, annuli præter signatorios, & omnia quæ ad aliã rẽ nullã parãtur, nisi corporis ornandi causa. *d.l.argumẽto.§.ornamenta.§.ornamentorũ.* Vestes aũt muliebres appellatione ornamẽtorum non continẽtur: *l.ornamentorum.37.h.t.* quia non ornandi, sed tegendi corporis causa comparatæ sunt. *l.quamuis.26.hoc t.* E
4 Inter † mundum autem & ornamenta interest. Potest enim mulier esse munda, non tamen ornata: vt solet contingere in iis quæ se emundarunt in balneo lotæ, neq; se ornarũt: & cõtrà esse aliqua ex somno statim ornata, nõ tamen emundata. *d.l.argumento.§.pen.* Itaque legata etiam mundi & ornatus inter se differũt: & alia hoc, alia illo cõtinentur. Vestis † an vesti-
5 menta legentur, nihil refert. Vestimentorũ sunt lanea omnia, lineáque vel serica, vel bõbicina; F
quæ induẽdi, præcingendi, amiciendi, insternẽdi, iniiciendi, incubandíve causa parata sunt: & quæ his accessionis vice cedunt, vt sunt insitæ picturæ, clauíque, qui vestibus insuũtur. *l.vestis.23.l.vestimentum.22.l.cum & .24. cum l.seq.hoc tit.* Vestimenta omnia aut virilia sunt, aut muliebria, aut comunia, aut familiaria: in quibus & cænatoria, quorum in cœnis vsus olim erat. Martialis:

Pugnarum reus ebriæque noctis.
Cænatoria mittat aduocato. G

de quibus videre licet. *in* l.C.*d.l. vestis. & l.1.l.*

A *inter vestem.33. d.l.ornamentorum.h.tit.* Vnguen-
tis † legatis, nõ tantùm ea legata videntur, qui- 6
bus vngimur voluptatis causã, sed & valetudinis. *l.in argento.21.§.1.* Si † statuam legaro, & po- 7
stea ex alia statua brachium ei adiecero, omnino statua à legatario vẽdi potest. *l.si statuam.14.h.t.* Si imagine legauit, & hæres tabulam soluit; potest dici actionem ex testamenro durare: quia imaginis legatum, non tabulæ fuit. *l.si imaginem.12.hoc tit.* B

DE LIBERATIONE LEGATA. Tit. III.

1 *Quare debitori res sua rectè legetur.*
2 *Pignore legato non videri ius crediti remissum.*
3 *Varij modi liberationis legandæ.*
4 *Remedia, quibus vt liberationi legatæ satisfiat, vti concessum est.*

OMnibus † debitoribus etiã eæ res quæ de- 1
bentur, rectè legantur, licet domini eárum sint: *l.1.3.h.t.* §. *si quis debitori. Inst.de legat.vbi dixi.* cum enim debeantùr, videntur non esse domini. *l.non videtur.52. de reg.iur. l. id apud. 143. de verb.sig.* Itaque † & res sua oppignorata debitori 2
legari potest: quo casu ius pignoris quod habebat testator, remissum, non liberatio debiti legata videtur, nisi alia fuerit testantis voluntas. *d.l.1.l.quod in rerũ.§.1.* ff. *de legat.1.l.2.& 3.de pactis.* Variis † aũt modis liberatio legatur: vt si vel li- 3
beratio nominis expressè, vel chirographũ legetur, vel dãnetur hæres ne agat. *d.l.3.h.t.* Liberatione † legata, non modò exceptione tutus est 4
debitor, sed potest agere aduersus heredem, vt se acceptilatione liberet. *l.3.§. nunc de effectu. 2. vbi Bart.hoc tit.* Addit Bart. *in d.§.nunc de effectu.* tertium remedium, quo nũc vtimur: vt imploretur iudicis officium in hoc, vti is pronunciet nihil deberi, & silentiũ perpetuum hæredi imponat.

DE ADIMENDIS VEL transferendis legatis vel fideicommissis. Tit. IIII.

1 *Dispositio titulorum sequentium, & continuatio.*
2 *Quomodo & quare permittatur legatorum ademptio.*
3 *De ademptione expressa.*
4 *De tacita.*
5 *De translatione legatorum.*

POstquam † expositum est, quemadmodum 1
legata relinquantur: restat vt dicamus quomodo amittantur, diminuantur, & acquirantur. Amittuntur legata ademptione, translatione, dubio scripturæ, adiectione pœnæ, per regulam Catonianam: si quid pro non scripto habeatur;

habeatur; si legatarius indignum se reddat legato; si conditio, vel causa legati deficiat: de qui- A
2 bus omnibus est exponendum. Ademptio † legatorum fit aut expressè, aut tacitè: quę testatori permissa meritò est, etiamsi dixerit se reuocare nolle, *l.si quis.22.de legat.3. l.diui.§. licet, de iur. codicill.* quando supremi sententia iudicij ambulatoria sit vsq; ad mortem: *l.4. h. t.* possitque adimere is, qui & dare: *l.3. de re iud. l.3. de reg.iuris.* præsertim cum voluntas vltima nullam obligationem inducat ante mortem, qua sola confirmatur, quamuis inter viuos secus sit, vbi donatio statim à consensu vires accipit, *l.si quis argentum. C. de don.§.perficiuntur.Instit.de don.* nec pœ-
3 nitentia reuocatur, *l.2.C.de reuoc.donat.* Fit † autem ademptio expressè, cum disertis verbis adimitur, aut contrariis: vt, Non do, non lego: aut aliis quibuscunque. *l.2.3.h.t.Inst.eod.in prin.* Aut si inducat testator quod scriptum est: *l. nihil interest.16.h.t.* neque refert, vtrum in testamento an codicillis fiat ademptio: *Instit.eod.in prin.* in scriptis, aut sine scriptura, coram tamẽ testibus *l.fideicommissum.27. vbi Bart. Castr.Salic. C. de fideicomm.* saltem duobus, *Bart. Castr. Salic.in d.l.fideicommissum.C.de fideicom. l si iure. 18. de leg. 3.*
4 Tacitè † adimitur, cum inimicitiæ capitales inter testatorem & legatarium ortæ sunt: *l.3.§.vlt. l.ex parte.22. h.tit.* nec enim inimico benefacere quis velle presumitur: & legata propter benemerita ac beneuolentiam dari solent. *l. nec adiecit.9.pro soc.* Item, cum testator viuus aliis rem legatam donauit. *l. rem legatam.18. h.t.* Quod si alio ex contractu alienet, distinguendum erit, vtrum voluntate fecerit, an coactus necessitate: vt hoc casu legatum debeatur, illo nequaquam. *l.si seruo.h.tit.l.si deicommissa.§.si rem de leg.3. §.si rem. Inst. de leg.* Sed & moriẽte ante testatorem legatario, legatum extinguitur: §. *si coniunctim. Inst. de legat.l.vnic.§.& cum triplici.C.de cad.toll.* dies enim primò cedit à morte testatoris. *vid.* ff. *quand. dies legat. ced.* Quod autem cessum non est, neque dum debetur. *l.cedere diem. de verb. signif.* ea verò quæ non debentur, nemo ad suos hæredes transmittere potest. *vide* ff. *quand.di.leg.l.vnic.C. de cad.toll.& tit. C.de his qui ant.aper.tab.l.1.* ff. *de cond.& demonstr.*
5 ¶ Sicut adimi legatum potest, ita & ad alium transferri: veluti hoc modo: Quod Titio legaui, id Seio do lego: quæ res in persona Titij tacitam ademptionem continet. *l.sicut.5. h.t.* Translatio legati fit quatuor modis, aut enim à persona legatarij, in personam transfertur, sicuti dictum est aut ab eo qui dare iussus est, trãsfertur, vt alius det: aut cum res pro re datur, vt pro fundo decem aurei: aut quod purè datum est, transfertur sub conditione. *l. translatio. 6. h.tit.* Quòd si alij legetur sub conditione quod alij purè legatum est, non planè necessum videbitur à primo: sed ita demum, si conditio sequentis extiterit. *l.quod si.7.h.t.*

DE REBVS DVBIIS Titulus V. C.6.38.

1 *De dubio & ambiguo scripturæ.*
2 *De incertitudine personæ, cui legatum est.*

B DVbium † etiam scripturæ annihilat lega- 1
tũ. Quæ enim in testamento scripta sunt, neque intelliguntur quid significent, ea perinde sunt, ac si scripta non essent. *l.2.* ff. *de iis quæ pro non script. hab.* Sed & in ambiguo sermone non vtrunque dicimus, verùm id duntaxat quod volumus. Itaque qui aliud dicit quàm vult, neque id dicit quod vox significat, quia nõ vult: neque id quod vult, quia id non loquitur. *l.3.h.t.* Quare etiamsi vtcunque constet de voluntate, tamẽ C
si ad eam verba accommodari nequeant, voluntas vtplurimum deficit: *l.Labeo.de supellect. legat. l.si alij. de vsu & vsufr.lega.* secus, si verba quamuis impropriè eo possint extendi. *l. non aliter. de legat.3. l.ille aut ille.§.vlt.* ff. *de condit. & dem.l.vbi. l.quoties.h.tit.* Sic † si circa personam legatarij sit 2
ambiguitas, vt nesciatur cui relictũ sit, infirmabitur legatum: puta, si incertæ omnino personæ legetur; §. *incertis.Inst.de legat.* vel si legetur maximo natu filio, & duo pari ætate sint, vel Sem- D
pronio amico, & duo inueniantur pari charitate coniuncti. *l.si ita.11. l.si quis de plurib.28. h.t.l.apud Iulianum.§. Seio.de legat.1.* Nam & institutionem hæc incertitudo vitiat, nedum legatum. *l.in tempus.* ff. *de hær.inst.fac.l. duo.de testa.tut.* Perinde itaque habetur, atque si nullum nomen adscriptum esset: *l.5.h.t.* quoniam paria sunt non esse, & non apparere. *l.in lege.77.de contrah.empt.*

E DE HIS QVÆ POENÆ causa relinquuntur. Tit. VI. C. 6. 41.

EX Antonini Pij constitutione, sicut est apud Capitolinum, etiam pœnæ nomine legata relicta deficiebant, adeò vt ne à patre quidẽ, aut F
domino legata pœnæ nomine relicta, hærede filio aut seruo instituto, valerent. *l.1.h.t.* Pœnæ nomine relinquitur hoc modo: Hæres meus, si filiam Titio in matrimonium collocarit, vel nõ collocarit, Seio decem dare damnas esto. Hæc legata ideo nõ valuisse verisimile est: primò quod penderẽt à voluntate hæredis, cuius in potestate esset, legati conditionẽ implere, aut nõ. Eiusmodi autem legata obligationem nõ habent, cũ ea ad defuncti, non hæredis voluntatem referri, indidémque vim accipere debeant. *l. 1. cum ibi no-*
G *tat.* ff. *de leg.2.* Deinde, quia nõ ex pœna hæredis

sed beneuolentia & amore legatarij proficisci A legata oportet. *l.nec adiecit.* 9.§.*pro socio.* Postremò, quòd non ad pœnas irrogandas, sed ad vltimam voluntatem contestandam, testamentorũ iura inuenta sunt. Verùm Iustinianus etiam hæc legata valere voluit, nisi conditionibus probrosis, & illicitis sint adiecta: §.*fin. Inst. de legat.* quem casum etiam Africanus hic *in l.1.h.t.* excepit.

DE REGVLA CATO- B niana. Tit. VII.

1 *Summa & ratio regulæ Catonianæ.*
2 *Explicatio l.1.*
3 *Quare regula non pertineat ad legata conditionalia.*
4 *In institutionibus etiã regulæ esse locũ.*

1 CAtoniana † regula pertinet ad ius antiquum, quo dies legatorum à morte testatoris cedit, *Cuiac. lib. obs.* 4.*cap.*4.*&* *l.*3.*hoc titul.* Ea sic definit: Quod, si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret, id legatum quandocũque decesserit, non valere. *l.1.h.t.* Quia quod ab initio nullum est, tractu temporis non conualescit: *l.quod ab initio.* 30.*de reg. iur.* & tempus testamenti in legatis est inspiciendum; §. *in extraneis. Instit. de hæred. qual. & diff.* vt si rem tuã D tibi lego, nõ valet legatum, etiamsi eam postea alienaueris: quia ab initio non valet. §. *sed si rem.* 2 *Instit. de leg. l. cætera.* 41. §. 1. *de leg.* 1. Nec † obstat quod hic Celsus: *in l.* 1. *in fin.* Si tibi legatus est, inquit, fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est; si eum viuo testatore alienaueris, legatum debetur. Nã loquitur Celsus, vt ex præcedentibus verbis liquet, non de puro, sed de conditionali legato: si videlicet res legatarij ipsi legata sit sub hac conditione, si viuo testatore alienauerit. Ad † conditionalia enim legata, 3 regula Catoniana non pertinet: *d.l.1.l.3.hoc tit. l. cætera.* 41. §. 1. *de legat.* 1. *Cuiac. obs. lib.* 4.*cap.*4. nam conditionale legatum, etiamsi statim testator decedat, nõ redditur inutile, sed pendet ex tempore conditionis existentis aut deficientis, quod inspicitur: cedit enim eius dies non à morte testatoris; quò pertinere hanc regulam diximus; sed conditione demum existente. *l. quæ legata. de reg. iur. l. cedere diem. de verb. sign. l.* 2. §. *id quoque.* F *de collat. bonor.* Eadémque ratione regula Catoniana non pertinet ad hæreditates aut legata, quæ non à tempore mortis, sed post aditam hæreditatem cedunt. Quoniam etsi testator statim decedat, non tamen ius vllum legati existit aut oritur, priusquam adita sit hæreditas: *l.* 3. *hoc tit.* cuiusmodi legata sunt libertatis & vsusfructus: quia si ante dies cederet, cum non transeant hæc ad hæredes. *l. vnica.* §. *in nouissimo. C. de cad. tollen.* In † puris institutionibus per- G 4 inde vt in legatis, regulam Catonianam locum habere, non similitudo tantùm rationis docet, sed etiam legibus probari potest. *l.penult. de reg. iur. l.si à primo.* 8. *de lib. & posthumis. l.* 4. *hoc t.* §. *in extraneis. Inst. de hære. qual. & diffe.* Ad hæreditates porrò conditionales, *l.pen. hoc tit.* aut quarum dies à tempore mortis non cedit, *l.*3, *hoc tit.* minimè pertinet: vnde nec ad nouas leges, puta Papiam & Iuliam porrigitur: *l.vlt. hoc t.* quia ex his dies post apertas demum tabulas cedit. *Cuiac. lib. obser.* 4.*c.*4.

DE HIS QVÆ PRO nonscriptis habentur. Tit. VIII.

PRo non scriptis habentur, quæ iis adscriptæ sunt, qui in rebus humanis esse desierunt, *l. pen. hoc tit.* aut seruis pœnæ: *l.*3.*hoc tit.* item quæ C intelligi nequeunt, *l.*2.*h.tit.* Sed & quod sibi quis adscribit in testamento alieno, pro non scripto est, propter falsi suspicionem. *l.*1.*& fin. h. tot. tit. C. de iis qui sibi adscri. in test.* Quæ incapacibus expressim relinquuntur, ea pro non scriptis apud hæredem manent: *Cuiac. obs. lib.* 7.*cap.*31. quæ tacitè in fraudem, fisco vendicantur. *l.*1.*de iur. fisc. l.* 3. *C. ad l. Falcid.*

DE HIS QVÆ VT indignis auferuntur. Titulus IX. C. 6. 35.

1 *Differentia inter hunc titulum & superiorem.*
2 *Quibus auferantur relicta, & nu.* 4.
3 *Tutori excusanti se, quare auferatur relictum, nec tamen quæratur fisco.* E

EST † cum relicta neutiquam pro non scri- 1 ptis habentur, sed rata ita sunt, vt auferantur quibusdam successoribus, eorúmque hæ- 2 redibus, *Schurff. consil.* 41.*cent.*1. tanquam † indignis; & applicentur fisco, *l. Papin.* §. *meminisse. de inoff. testam. l. quidam.* 30. §. *fin. cum ll. seqq. de dona. l.* 1. *de iure fisc.* non ciuitatibus, quæ tale ius non habent: *Bald. in l.*4.*num.*9. *C. eod. per l.*1. *C. de bon. vac. lib.* 10. vt si quid relictum sit ei qui defunctum occiderit; qui non modò defuncti, sed omnium eius descendentium etiam successione excluditur: *l. Lucius Titius. de iur. fisc. l. cum ratio.* §. *fin. de bon. dam. Bald. & Dd. in l. eam.* 14. *C. de fideicomm. & l.* 4. *C. eod. Schurff. consil.* 43.*cent.*1. aut qui causam mortis culpa, vel negligentia præbuit: *l.*3.*h.t. vide glo.* 4. *Ias. & Dd. in l. si ab hostib.* 10. §. 1. *solu. matr. glo. art.* 31. *lib.* 1. nihil enim interest, occidat quis, an causam mortis præbeat

*l.nihil.*15. *ad l. Corn. de sicar.* Qui necem testatoris A intra terminum à iudice dandum, & antequam ab alio præueniatur, *l.* 1. *l. sororem.* 10. *vbi Bald. C. eod. deci. Tholos.* 41. vlcisci supersedit; *l. hæredem.* 17. *l. ei qui mortem.* 20. *h.t. l.*1. *&* 3. *C. eod.* nisi cædis authores reperiri nequeant. *l. cum fratrem.* 9. *C. eod.* Qui testamẽtum tanquam inofficiosum aut falsum, *l.* 5. *in prin. &* §. *si pater. &* §. *fin. l. hæredi.* 15. *h.tit. d.l. Papinian.* §. *meminisse.* aut alio probroso nomine *l. cùm tabulis.* 16. *h.t.* accusat: nisi quis iure factum esse neget. *l.* B *si testamentum.* 24. *hoc tit.* Qui defunctum grauis delicti reũ facit aut status controuersiam *l.*1. *l. si inimicitiæ.* 9. *h.tit.* ei mouet. Qui contra tabulas bonorum possessionem petiit. *l.*2. *hoc tit.* Qui vxorem contra leges duxit, puta damnatam adulterij: ei enim quasi indigno aufertur illius mulieris successio: *l.*2. *in fin. l. Claudius.* 13. *cum ll. seqq. h tit.* vt & meretrici relicta à milite, in cuius contubernio fuit. *l. mulierem.* 14. *h.t.* Qui † se à tutela testamentaria excusat, ei relictum veluti ob onus tutelæ; non debe- C tur: quanquam hoc casu ad fiscum nihil transfertur, cum non delinquat, qui iure excusationis concesso vtitur. *l. post legatum.* 5. §. *amittere. hoc tit.* Auferuntur etiam legata ei qui inimicitias cũ testatore capitales exercuit, aut illi malè dixit, *d.l. si inimicitiæ.* aut vxorem eius corrupit. *gl. in l. fideicommissum.* 27. *in fin. vbi Dd. C. de fideicom. Guliel. de Ludo. sing.* 90. *nu.* 1. *glo. in l. sororem. & ibi Dd. C. eod.* Qui in fraudem iuris promittit se restituturum personæ, quam capere fas non est. *l. in fraudem.* 10. *l. hæres.* 11. *l. eum qui.* 18. *hoc tit.* Item qui hæreditatem compilauit, quatenus tamen compilauit. *l. rescriptum.* 6. *h.tit.* nec enim pœna debet egredi delictum. *l. scimus.* §. *ille.* C. *de iure delib.* Qui de hæreditate viuentis improba pacta fecerunt. *l. quidam.* 30. §. *fin. cum ll. seqq de donat.* Et hi quidem sunt, quibus vt indignis à fisco auferuntur relicta: quod verum est, si in dolo hæreant, *Bald. in l. alia. num.* 8. *C. eod.* & nisi ante testatorem moriantur: *Bald. in l. eam. num.* 9. *C. de fideicomm.* item quatenus apud eum remansit, aut remanere debet: Nam illius delictũ nec substituto, neque quibus ex fideicommisso restituendum est, nocere oportet. *l. Papin.* 8. §. *meminisse. &* §. 4. *de inoff. test. Paul. lib.* 4. *tit.* 5.

DIGSTORVM LIBER XXXV.

DE CONDITIONIBVS ET DEMONstrationibus, & causis, & modis eorum quæ in testamento scribuntur. Tit. I. C. 6. 46. 45. 44.

1 *Legata pura esse, nisi dies aut conditio tacitè vel expressè sit adiecta.*
2 *Legatum in diem quare ante diem solui possit.*
3 *Natura legati in diem incertum.*
4 *Natura legati sub tacita conditione.*
5 *Natura legati sub expressa conditione.*
6 *De cautione Mutiana.*
7 *Differentia inter conditionem & demonstrationem.*
8 *Differentia inter causam & modum.*
9 *Causa falsa, vel modus, quare non vitiet legatum.*
10 *Differentia inter modũ & conditionem.*

1 DEFICIVNT † etiam legata deficiente conditione, sub qua relicta sunt. Nam sciendum est, legatis diem aut certum aut incertum, aut conditionem adscribi: aut si nihil horum factum sit, pura esse, nisi ipsa re tacitè conditio insit. *l.* 1. *hoc titul.* §. *omnis. Instit. de verb. oblig.* Quibus † dies certus ad- 2 scriptus est, ea solui ante diem possunt: quia certum est, debitum iri, *l.* 1. *hoc titul.* & dies gratia debitoris hæredis adiicitur: *l. eum qui calendis.* 41. *in fin. de verb. oblig.* vt nulla causa sit quare is renunciare suo fauori, & citius soluere negueat. *l. quod in diem. de sol. l. quod quis.* 50. *de act.* D Dies † autem incertus est, cum ita scribitur: 3 Hæres meus cum morietur, dato. Nam diem incertum habet mors hæredis, respectu legatarij, *d. l.*1. qui ante hæredem mori potest. Eóque conditio tali legato inest. *l. dies incertus. h.tit.* Et si legatarius ante hæredem decesserit, ad suos nihil transmittit: quia non cessit dies legati, viuo eo. *d.l.*1. §. *dies.* §. *si conuincti. Inst. de legat.* Inest † 4 conditio tacitè legatis, veluti cum legamus fructus qui ex eo fundo nascẽtur: *d.l.*1. *in fin.* si enim nihil natum fuerit, nihil debebitur. *l. interdũ.* 37. E *vbi Dd. de verb. oblig.* Hoc tamen legatum, quod ad transmissionem attinet, conditionale non est: quia extrinsecus, non ex testamento, condi-

5 tio accedit. *l. conditiones. 98. h. tit.* Cum † expressa est conditio, eam impleri necesse est, alioqui deficit legatum: *l. Titio centum. 70. §. ante nuptias. l. quib. diebus. 40. l. in testamento. 27. h. t.* nisi impossibilis aut turpis adiecta sit conditio: *l. 3. l. nō dubitamus. h. tit.* aut stet per hæredem, vel cuius interest, impleri, quo minus impleatur: *l. iure ciuili. 24. l. quæsitum. 56. hoc titul.* aut per eum, in cuius persona posita est conditio. *d. l. Titio. §. fin. d. l. in testamento. l. filiæ. 28. hoc tit.* Illud sciendum est, si tempus conditioni præfinitum non fuerit, liberum esse legatario, quandocũque velit implere.

6 *l. hæc conditio. 10. h. tit.* Quòd † si in non faciendo conditio posita sit, puta Lego decem, si in Italiam non ieris: nō aliter soluetur legatum quàm si cautionem præstiterit legatarius, se legatum restituturum, si contrà fecerit. Quæ cautio ab authore Mutio I. C. Mutiana vocatur. *l. Mutianæ. 7. h. tit.*

7 ¶Est & cum demonstratio, aut causa, aut modus legato adiicitur. Quæ omnia cùm à conditione, tum inter se multùm distant. Conditio in liberam legatarij voluntatem, aut in euentũ rei futuræ incertum confertur: vt, Si hoc feceris, si nauis ex Asia venerit, &c. Demonstratio autem factam rem ostendit, non quemadmodum conditio futuram: vt, Fundum Tusculanum, quem Seius mihi dedit, do lego. *l. Stichum. 6. §. de legat. 1. Cuiac. obs. lib. 2. c. 39.*

8 ¶Causa est, quam Dialectici αἰτιολογικὴν vocant, quæ animum testatoris ad legandum commouet, siue antecedat, siue sequatur: vt, Titius, quia negocia mea curauit, vel curabit, ei centum do lego: quanquam particula quia, aliàs in contractibus causam ostendat finalem. *Bal. in l. 1. num. 3. C. de fer. per l. si is qui animo. de acqu. poss. l. ita autem. de administ. tuto.*

9 ¶Modus est pars ordinationis, & ideo pro causa habetur finali: vt, Titio lego centũ, vt mihi momumẽtum extruat. *l. demonstratio. 17. in fin. hoc t.* Neque demõstratio falsa legatum vitiat, §. *huic proxima. Inst. de legat. l. falsa demonstratio. 93. h. t. d. l. demonstratio. 17. h. t.* nec falsa causa: *dict. l. demonstratio. §. 1. §. longè. Instit. de legatis. l. 2. C. de falsa caus. adiec.* quia, vt inquit I. C. ratio legandi legato non cohæret, vt ea cessante legatum cessare debeat: *l. cōstale. 72. §. falsam. 4. h. t.* præsertim cum hæc causa, sicuti dixi, impulsiua magis sit quàm finalis: cuiusmodi etsi cesset, non solet effectum rei impedire. *l. si mulier. 25. C. de iur. doti. l. 1. §. secundo loco. vbi glo. ad verbum Causam. 5. de postul.* Modũ implere legatarius necesse habet, vt conditionem: quia modus asscriptus pro conditione obseruatur: *l. 1. & 2. C. de his quæ sub mod.* & vtrumq; ad formam pertinet: *l. Mæuius. l. qui hæredi. 44. hoc t. Blanc. de compro. quæst. 1. num. 9. Dec. consil. 11. quoniam. num. 9. & 16. Tiraqu. de retract. prox. §. 3. gl. 3. nu. 2.* etiam modus, vt dixi, est causa finalis legati: qua cessante, meritò cessare debet dispositio, *l. generaliter. 40. vbi glo. ad verb. derelictis. C. de episc. & cler. & in l. 1. §. 2. verb. causam. de postul. c. cum cessante. de appell. Everar. in loc. legal.*

à virtute finis. Tiraq. in tract. rec. Cessante causa. ac relictis legatarius carere. *vide gloss. in l. 1. C. de his quæ sub mod. & in l. 1. C. de don. quæ sub mod.* Si tamen per eum non stat quo minus impleatur, erit excusandus. *d. l. 1. C. de his quæ sub.* Illud † inter conditionem & modum interest, quòd legatum sub modo statim peti potest, præstita cautione de modo implendo, quoniam pura est obligatio, *l. libertus. §. hæc scriptura. de manu. testa.* respectu conditionalis; *Tiraq. de retract. prox. §. 1. glo. 2. nu. 32.* & actionem statim suppeditat: *l. liberto. §. Lucius. de ann. lega. l. si tibi legatum. de lega. 3. l. quibus dieb. §. vlt. vbi Ber. l. eas. h. t. l. cùm in testamento. de fideicomm. lib.* conditionale non item, quia nihil pendẽte conditione debetur. *d. l. 2. C. de his quæ sub mod. l. qui hæredi. 44. §. vlt. hoc t. l. 1. §. sin autem. C. de cad. tollen. latè Tiraqu. de retract. prox. §. 1. glo. 2. num. 21. 22. 23. 24. 32.*

AD LEGEM FALCIdiam. Tit. II. C. 6. 49.

1 *Continuatio.*
2 *A quo Falcidia lata.*
3 *Ex qua causa lata.*
4 *Duo capita legis Falcidiæ.*
5 *Ratio l. in quartã: quare in Treb. imputentur legata, in Falcidiam non item.*
6 *Etiam ab intestato Falc. habere locum: & an in donationibus causa mortis.*
7 *Quare non detur legatariis hoc beneficium Falcidiæ.*
8 *Quibus casibus hæredi non detur.*
9 *Quomodo ineunda l. Falcidiæ ratio.*

VIdeamus † secundo loco, quemadmodum legata minuantur: quod fit aut per l. Falcidiam, aut per S. C. Trebellianum: hoc ad fideicommissa, illa ad legata pertinet: cùm lata sit iis temporibus, quibus fideicommissorum nullum adhuc esset ius, quod iam potito rerum Augusto, demum celebrari cœpit. *Inst. de sing. reb. per fid. & de codicill.* Cæterùm † lex Falcidia 2
à P. Falcidio tribuno plebis, sub triumuiratum Augusti, & ita multo antè, quàm de fideicommissis vlla esset suspicio, & ante tribunitiam potestatem in Augustum translatam, lata est, *cap. quædam. 2. dict. Dion. in Augusto. Appia. vide Instit. eod.* hac occasione: Cum † lege XII. 3
Tab. libera esset testandi legandæque rei suæ facultas, ita vt liceret vel totum patrimonium erogare: sæpenumerò fiebat, vt recusantibus hæredibus pro nullo aut minimo lucro hæreditatem adire, intestati morerentur qui plurimum legassent. Itaque † ipsorum testatorum 4
gratia, ne ex hac causa testamenta collaberentur, post alia nequidquam inuenta remedia,

Theophilus

Theophilus in tit. Inst. eod. vbi dixi. & Vlpianus. tit. 1. lege tandem Falcidia prouisum est, ne plus legare liceat, quàm dodrantem bonorum: id est, vt quarta pars apud hæredem hæredésue remaneat. *in prin. Inst. eo. Vlp. eleganter, t. 24.* Huius legis etsi quatuor articulos Duarenus *lib. 1. Disputa. cap. 38.* faciat: tamẽ nullam probabilem rationem inuenio, quare recedere debeamus à Paulo, qui *in l. 1. h. tit.* duo tantùm eius capita constituit: quorũ verba cum in vulgatis codicibus satis corruptè legantur, non erit inutile paulò emendatiùs referre. Primùm ergo ita se habet: B
„ QVI CIVES (pertinet igitur hoc plebiscitum ad
„ omnes) ROMANI SVNT (nec enim alij ius te-
„ standi ciuile habent, *§. fin. Instit. quib. non est per-*
„ *miss. vid. §. de testã.*) QVI EORVM POST HANC
„ LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM (nam
„ hoc solo olim poterant relinqui legata, *§. penul.*
„ *Inst. de fid. hære.*) FACERE VOLET, VT QVAM
„ PECVNIAM, (hæreditatem scilicet) QVASQVE C
„ RES (etiam extra hæreditatem positas, *l. rei. 5. de*
„ *verb. signif.*) QVIBVSQVE DARE (per modum
„ vindicationis) LEGARE (aliis legandi formis)
„ VOLET, IVS POTESTAS'QVE ESTO, VT
„ HAC LEGE SEQVENTI LICEBIT. Hoc
priore capite confirmatur (ne putetur abrogatum) ius XII. Tab. ita tamen vt sequenti capite determinetur, cuius in priore fit mentio: & tollitur lex Voconia, quæ eum qui cẽsus esset, plus cuiquam legare vetabat quàm hæredi relinque- D
ret. *vide Inst. de leg. Fal. & ibi Thoeph. ac quæ ibid. dixi.* Secundo capite modum legatorum constituit lex his verbis:
„ QVICVNQVE CIVIS ROMANVS POST
„ HANC LEGEM ROGATAM TESTAMEN-
„ TVM FACIET, IS QVANTAM CVIQVE CI-
„ VI ROMANO PECVNIAM IVRE PVBLI-
„ CO (testamenti scilicet, *l. 3. de testam.* quo solo le-
„ gari poterat) DARE LEGARE VOLET, IVS
„ POTESTA'SQVE ESTO: DVM ITA DETVR
„ LEGATVM, NE MINVS QVAM PARTEM E
„ QVARTAM HAEREDITATIS EO TESTA-
„ MENTO HAEREDES CAPIANT. (hoc est, lucrentur, *l. 8. l. 12. de donat. caus. mort.* & habeant liberam. *l. 2. l. 6. l. vlt. C. ad l. Falc. vide quæ dixi Inst.*
„ *de fideicom. hæred. §. sed quia. Vlp. tit. 24.*) EIS QVI-
„ BVS QVID ITA DATVM LEGATVM'VE
„ ERIT, EAM PECVNIAM SINE FRAVDE
„ SVA (hoc est, sine pœna quadrupli ex lege Furia, aut dodrantis diminutione ex l. Voconia, *vide Gouean. in l. 1. h. t. Cuiac. obser. lib. 7. c. 33.*) CAPE- F
„ RE LICETO: IS'QVE HAERES QVI EAM
„ PECVNIAM DARE IVSSVS, DAMNATVS
„ ERIT, EAM PECVNIAM DEBETO DA-
„ RE, QVAM DAMNATVS EST. Ex † his verbis legis apparet subobscura & à multis quæsita variè ratio, quare in quartam legis Falcidiæ tantummodò res quæ hæreditario iure capiuntur, debeant imputari, non etiam illæ quas iure legati, vel fideicommissi hæres capit: cum aliter in Trebellianica obseruetur, *l. in quartam. 91. hoc* G
titu. Nam lex Falcidia vetat vltra dodrantem legari: vultque quartam partem hæreditatis apud A
hæredem manere. *Vlp. tit. 24.* Prudenter ego Iurisconsulti, ne impingerent in verba antiquæ iam legis, & sic vsu roboratæ, vt de eius ratione disputandum non fuerit, *l. non omnium. de legib.* ita eam ex ipsis verbis sunt interpretati, vt nihil quod non esset hæreditarium, possit in Falcidiam imputari. Successit longo pòst tempore sub Nerone S. C. Trebellianum: *§. restituta. Inst. de fideicommiss. hæred.* ætate Vespasiani S. C. Pegasianum: *§. sed quia. Inst. de fideicommiss. hæred.* B quibus simpliciter cautum fuit, vt quartam partem retinere de fideicommissis hæredi liceret. *d. §. sed quia. cum seqq. vbi Theophilus.* Quibus ex verbis cum appareat, non prohiberi S. C. ne vltra dodrantem fidei committatur, sed id solummodò caueri, vt de excedentibus dodrantem fideicommissis, retinere quarta possit: rectè putauerunt Iurisconsulti, si quid fideicommissi, aut legati nomine acciperet hæres, id ei in Trebellianicam esse imputandum, perinde atque deductum de fideicõmissis; præsertim cum hæc interpretatio benignior sit ad conseruandam defuncti in fideicommissis voluntatem. Hæc de ratione obscuræ legis, *l. in quartam. 91. Alc. lib. 6. cap. 4.* & Duar. *lib. Disputa. 2. cap. 10.* disputant: quanquam non desint, qui hæc aliter interpretentur, *Gouea. & alij, in d. l. in quartam. 91. Cuiac. obs. lib. 8. cap. 4.* puténtque dispungenda verba in d. l. in quartam. 91. hæc: Sed & quod conditionis implendæ, &c. eóque in vtramque quartam imputari pariformiter, quicquid iure hæreditario percipitur; quod iure legati non item. *Cuiac. præall. loc. Cont. disputa. lib. 1. cap. 3. per l. qui non militabat. 78. de hæred. inst.*

¶Etsi autem testantium gratia introducta est 6
Falcidia, tamen & ab intestato locum habet, *l. filiusfamilias. 18. h. tit. c. Raynucius. & c. Reinaldus. de testa. l. 3. 5. C. eod.* vt in fideicommissis (nam legata ab intestato relinqui non poterant, *§. pen. Inst. de fid. hær.*) quæ per codicillos, aut alio modo ab intestato relinquuntur. An etiam in donationibus causa mortis? Puto & his detrahi Falcidiam, *l. si mortis. 5. C. ad l. Falc. l. 1. §. si quis. quor. bono.* quando (vt ait Imperator, *l. in donationib. 12. C. eod.*) fideicommissi partibus fungantur: de quibus Falcidiam detrahi, etiam cùm tota hæreditatis vniuersitas relicta est, constat. *l. 2. §. fin. de iur. codic. §. penul. Inst. eod.* Nec obstat, quòd de donationibus inter viuos nihil decerpatur per Falcidiam. *gloss. in d. l. in donationibus. per l. si sponsus. 5. §. concesso. de donat. inter vir. l. si vsusfructus. 80. h. tit.* nam illæ non pertinent ad causam successionis: at donationes causa mortis, pro vltimis voluntatibus habentur. *l. fin. C. de donat. caus. mort.* Vltima voluntate porrò, nulla extra testamentum potest hæreditas relinqui. *vide §. de hær. instit. & de iur. codicill.* Ex quo sequitur, donationes & fideicommissa, quibus tota vniuersitas hæreditatis donatur (vt fit inter coniuges quandoque) ab intestato relinqui: & per consequens, ab hæredibus ab intestato: quibus

tantùm testamento, & non alia voluntate vltima, hæreditas auferri, & exhæredatio fieri potuit; §. *fin. Inst. de codicill.* Falcidiam detrahi posse. *vide* j. *de dona. caus. mor.*

7 ¶ Hæredibus autem, sine vni, siue pluribus, *l.* 3. C. *eod.* illorúmque hæredibus. *l. quanquã.* 10. C. *eo.* & in sua duntaxat parte, *l. in singulis.* 77. *hoc t.* §. *& cum quæsitum. Instit. eod.* solum datur hoc beneficium, non etiã grauatis legatariis. *l. lex Falc.* 47. *in fin. h. tit.* Nam etiamsi illi repudient legatum, valet nihilominus testamentum: vt cessante ratione legis, non necesse sit contra testatori vo-
8 luntatem his succurri. Fideicommissario † tamẽ vniuersali competit, quia loco hæredis est, *l.* 1. §. *si is qui quadraginta. l.* 4. *& tot. tit. ff. ad S. C. Treb. nota. in l.* 4. C. *eod. vide* j. *ad S. C. Trebell. in fin.* Sed ne hæredibus quidem hodie datur duobus casibus: videlicet in piis legatis, *in Auth. de Ecclesiast. tit.* § *si autem hæredes.* & cũ testator expressè prohibet Falcidiam detrahi: *Auth. sed cum testator. C. ad l. Falc.* quãuis iure veteri aliter obseruabatur. *l. quod de bonis.* 15. §. 1. *h. tit.*

9 ¶ In ponenda autem ineundáque l. Falcidiæ ratione, bona considerandá sunt, sicuti fuerunt tẽpore mortis. §. *quantitas. Inst. eod.* Et prius omne æs alienum, dos. *l. si vsusfructus.* 80. *h. t. l. si prædiorum.* 15. C. *eod.* funeris impensa, precia seruorum manumittendorum, & quicquid hæredibus debetur, est deducendum: *l. qui fundum.* 87. §. *si quis hæredem.* 1. *h. t. l. irritum.* 8. C. *eod.* §. *sin autẽ. Inst. eod. vbi dixi.* actum demum estimatione residuorum bonorũ facta, de singulis legatis pro rata cuiusque, quarta Falcidiæ detrahetur: *l.* 2. *l. pen.* C. *eod. l. in quantitate.* 73. *h. t.* olim iure tantùm retentionis, *l. pater.* 14. *l. quod de bonis.* 15. *l. acceptis.* 93. *h. t. Nouell.* 1. §. *sed quia. Inst. de fid. hær.* hodie etiam vindicationis. *l. pen. C. eod.*

SI CVI PLVS QVAM per l. Falcidiam licuerit, legatum esse dicetur. Tit. III.

SI cui plus quàm licuerit, legetur, & dubitari iustè possit, vtrum lex Falcidia locum habitura sit, necne: subuenit Prætor hæredi, vt ei legatarius satisdet, vt si apparuerit, eum ampliùs legatorum nomine cepisse, quàm ex l. Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniã det, dolúsq; malus ab eo abfuturus sit: *l.* 1. *h. t.* quod ideo inuentum est remedium, quia si sine cautione hæres legata soluat, videbitur agnouisse iudicium defuncti: nec Falcidiæ beneficiũ. *l. error.* C. *ad l. Falc.* §. *si verò expressè. in Authen. de hæred. & Falcid.* poterit ampliùs implorare. *vide l. hæres. ad Trebell. l.* 1. §. *si legatarius. ad l. Falc. Cuiac. lib.* 8. *cap.* 2. *&* 5.

DIGESTORVM. LIBER XXXVI.

AD S. C. TREBELLIANVM ET Pegasianum. Tit. I. C. 6. 48.

1 *Continuatio.*
2 *Quando sit factum.*
3 *Verba S.C.*
4 *Summa & ratio S.C. Trebelliani.*
5 *Summa & ratio S.C. Pegasiani.*
6 *Trebelliano soli omnem vim alterius S.C. attributam esse.*
7 *Hæredẽ ex suâ quarta, legata nõ præstare, si portio fideicommissarij ad ea*
8 *Hæredem cogi ad adeundũ. (sufficiat.*

2 EXPLICATO † tractatu qui ad legata singularum rerũ pertinet, trãseamus nũc ad interpretationem S. C. Trebelliani. Factum † est enim S. C. temporibus Neronis, VIII. Calend. Septembr. Annæo Seneca & Trebellio Maximo (vnde Trebellianum dictum) consulibus. Cui-
3 ius verba hæc sunt; *l. in prin. hoc tit.* CVM † ESSET AEQVISSIMVM, IN OMNIBVS FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBVS, SI QVA DE HIS BONIS IVDICIA PENDERENT, EX HIS EOS SVBIRE, IN QVOS IVS FRVCTVS QVE TRANSFERENTVR POTIVS, QVAM CVIQVE PERICVLOSAM ESSE FIDEM SVAM: PLACET, VT ACTIONES QVAE IN HAEREDEM HAEREDIBVS QVE DARI SOLENT, EAS NEQVE IN EOS, NEQVE HIS DARI QVI FIDEI SVAE COMMISSVM, SICVTI ROGATI ESSENT, RESTITVISSENT: SED HIS ET IN EOS, QVIBVS EX TESTAMENTO FIDEICOMMISSVM RESTITVTVM FVISSET: QVO MAGIS IN RELIQVVM CONFIRMENTVR SVPREMAE DEFVNCTORVM VOLVNTATES. Hoc † igitur S. C. cautum est, vt actiones 4 quæ in hæredes hæredibúsue dari solent, post restitutam ex fideicommisso hæreditatem eis & in eos darentur, quibus ex testamento fideicommissum restitutum esset. visum enim fuit,

eos onera & lites hæreditatis obire oportere, in quos ius fructúsque eius transferrentur. *l. secundum.* 10. *l. ex qua.* 191. *de reg. iur.* Quo S. C. sublata est eorum dubitatio, qui adire hæreditatem recusabant, seu metu litium, seu alio prætextu.
5 *d. l.* 1. §. 1. Sed † quia ne sic quidem hæredes scripti ad adeundũ induci poterant, cum aut totam hæreditatem, aut penè totam restituere plerunque rogarẽtur, atque ob id extinguebãtur fideicommissa: ideo Vespasiani temporibus, Pegaso & Pusione Cõsulibus, Senatus censuit, vt ei qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia in legatis retinetur. *de hoc vide quæ dixi in Inst.* §. *restituta. cum seqq. de fideicom. hær.* Ex singulis quoque rebus quæ per fideicõmissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. §. *sed quia. Inst. de fideicom. hæred. vbi dixi.* Post quod S. C. hæres onera hæreditaria sustinebat, fideicommissarius autem legatarij partiarij, hoc est, cui pars bonorum legata esset, *vt in l. nõ amplius.* 26. §. *fin. S. de legat.* 1. loco habebatur; nisi quòd onera hæreditaria pro rata solennibus stipulationibus in se recipiebat: §. *ergo. vbi scripsi. Instit. de fi-*
6 *deicom. hæred. l.* 2. C. *ad Trebell.* Sed † postea, cum stipulationes vsitatæ inter hæredem & fideicõmissarium, de oneribus pro rata sustinendis, displicerẽt, vis omnis huius S. C. in Trebellianum transiata est: sic vt ex eo quartam nunc retinere liceat, actionibus nihilominus pro rata portione tam hæredi, quàm fideicõmissario, & in eos
7 competentibus. *d.* §. *sed quia.* Quod † in actionibus creditorum dũtaxat verum est. *Vide quæ dixi in* §. *sed quia.* 5. *S. Inst. de fideicom. hæred.* Nam si hæres nihil vltra quartam habeat, & fideicommissarij portio legatis sufficiat, præstare is ea solus cogetur: & hæres quartã sine onere habebit (vt plerique putant, *in d.* §. *sed quia.* 5. *&* §. *si quis.* 8. *S. Instit. de fideicom. hære. quo loco exposui.*) nisi aliud testatator voluerit. *l.* 1. §. *si is quiquadringenta.* 9. *& §. final. l.* 3. *h. tit. l. fi. C. eod.* Si enim legata hæres de quarta soluere teneretur, quartam non retineret, & fraus fieret S. C. ac rursus in antiquum statum res rediret, & vltimæ voluntates intercide-
8 rent, nullo adire volente. Sed † & illud S. C. inest, vt si hæres nolit adire, possit eum officio iudicis implorato fideicommissarius vniuersalis cogere ad adeundam & restituendam hæreditatem. *l. ille à quo.* 13. §. *tempestiuum. l. nam quod.* 14. *l. Imperator.* 50. *h. t.* Quo casu hæres quartam detrahere nequit: *dict. l. nam quod.* §. *qui compulsus.* 2. sed eius loco detrahit fideicommissarius, aliàs non detracturus. *d. l.* 1. §. *inde Neratius. l. ex asse.* 28. *l. facta.* 63. §. *si cum suspectam. h. t.* Nam planè loco hæredis hoc casu est, omnésq; actiones integrè in eum transeunt: *l. quamuis.* 40. *hoc t.* ita vt hæres adire coactus, omninò & habeat exceptionem, si conueniatur; & repellatur exceptione, si actiones hæreditarias intentare velit. *d. l.* 1. §. *quando.*

QVANDO DIES LEGATORVM vel fideicommissorum cedat. Tit. II. C. 6. 52.

1 *Continuatio.*
2 *Cedere diem quid sit.*
3 *Quando cedat legatorum dies.*
4 *Quare conditionale legatum non cedat à morte testatoris.*
5 *Itẽ vsusfructus, legatum etiã libertatis.*
6 *Quare hæreditatem dies non cedat, sicuti in legatis.*

ABsolutis † iis quæ ad amissionem diminutionémque legatorum pertinent: restat vt exequamur, quomodo legata acquirantur, quæ in ademptionem vel diminutionem non cadunt. Acquiruntur autem iuris interpretatione, cum dies eorum cedit. Cedere † enim diem nihil aliud est, quàm incipere deberi. *l. cedere diem.* 213. *de verb. signif.* 1 2

¶ Cedit autem legati dies à tempore mortis testatoris, *l.* 1. §. *in nouissimo.* C. *de cad. tollen.* quia antè nihil debetur, *l. qui duos. de manu. test.* cũ volũtas sit eousq; ambulatoria & incerta: siue purè, siue in diem relictum sit: quamuis in diem relictum, antequam ea veniat, peti non possit. *d. l. cedere.* Itaque ab illo primùm tempore, moriẽs legatarius ius suum vt debitum transmittit ad hæredem. *l.* 5. *h. t.* §. *si coniunctim. Inst. de legat.* Secus † est in legato conditionali, aut in diem incertam relicto: *l.* 4. *&* 5. *l. si dies.* 21. *h. tit.* quia eius dies non cedit ante euentum conditionis. *l. vnica.* §. *sin autem. C. de cad. toll. d. l. cedere.* 3 4

¶ Porrò nec vsusfructus, aut alterius personalis seruitutis aut libertatis legatum, cedit à tempore mortis; sed adita demum hæreditate: frustra enim antè cederet, cum ad hæredes non transmittatur. *l.* 2. *&* 3. *h. tit. d. l. vnica.* §. *libertatibus.* In annuo legato sic obseruatur, vt primi anni legatum quod purum est, transmittatur, & eius dies cedat à morte testatoris: sequentiũ verò nequaquam, sed singulis duntaxat annis, cum sit conditionale. *l. cum in annos singulos.* 23. *hoc tit.* Et hæc quidem in legatis obtinent. 5

¶ Hæreditates autem non aditæ regulariter (quidam enim casus excepti *l. vn. C. de his qui ante aper. tab.* sunt) non transmittuntur, neque antè quam adeantur, earum dies cedit. *Bald. cons.* 264. *ad euidẽtiam. nu.* 1. *vol.* 5. quippe cum hæredi solutum sit, statim à morte hæreditatem cernere. *d. l. vnic. C. de his qui ante aper. tab.* Ius tamen deliberandi hodie indistinctè transmitti, Iust. voluit. *l. cum in antiquiorib.* 19. *C. de iur. delib.* Legatarius porrò etsi à morte testatoris, fictione iuris dominus rei legatæ fiat, *l. à Titio. de furt.* cõq; & rei vẽdicationem intentare possit: *l.* 1. *&* 2. *C. com. de legat.* tamen hoc verum esse incipit, postquam hæres adiit. qua aditione demũ ius legatarij conin-

matur & retrotrahitur.nam hærede non adeunte,pendent & deficiunt legata. *l.eam.14.l. ex testamento.29.C.de fideicomm.l.Papinian.8.§.fin.de inoff.testam.* Cum igitur capere peteréve ante hereditatem aditam nequeat legatarius, *tot. tit. quor.legat.* merito prouisum est, ne per moram hæredis deliberantis extinguatur legatum: scilicet moriente ante aditionem legatario, vt dies legati statim à morte testatoris cedat, quo trãsmitti possit.*l.vnic.§.1.& 2.C. de cad. tollen. vide Paul.lib.3.tit.9.& ibi* Cuiac.

VT LEGATORVM SEV fideicommissorum seruandorum causa caueatur. Titulus III. C.6.53.

1 *Quare satisdationes inductæ, & qui contineant.*
2 *Quomodo & à quo satisdationes exigantur.*
3 *Qui satisdare non cogantur.*
4 *Qui præter hæredes satisdare cogãtur.*
5 *Quibus satisdandum sit.* (*datio.*
6 *Quãdo cesset, & in quibus casib. satis-*
7 *An in puris legatis caueri oporteat.*

1 QVoniam † propter adiectam conditionem aut diem mora nonnunquam iniicitur, quo minus legata confestim soluantur, legatorum nomine satisdari oportere prætor putauit: quo tutiore loco res legatariis essent; vt quibus tutor dari fieri voluit, his diebus & detur,& fiat.dolúmque malum abfuturum stipulentur:*l.1.l.hæc stipulatio.14.h.t. vide* Cuiac.*obser. lib.4. cap.39.* quam in stipulationem venit res legata,& quicquid in actione ex testamento inest *d.l.1.§. vel sine. §.item si quis. §. item quæritur.* Nam cùm hoc in bonæ fidei iudiciis receptum videamus,*l.in omnib. 21.de iud.* vt à debitore pro debitis tam præsentibus quàm in diem, atque adeò conditionalibus, exigi satisdatio ob securitatem possit: *Bart. in d.l.in omnibus. per l.grege. §.si sub conditione. de pignoribus.* quanto magis in hæreditaria causa admittendum fuit, quæ bonæ fidei iudiciis affinis est: *l.in minorem cum gl.C.in quibus causis in integ. rest. non est nec.l. cum res. in prin.l.huiusmodi.§.si hæres.de leg.1.*

2 ¶ Semper autem satisdare hæres cogitur,datis fideiussoribus, *d.l.1.l. prætoria. §. de prætor.stipulatio.* cuiuscunque sint dignitatis, vel † quarũcunque facultatũ:*d.l.1.circa prin.* excepto fisco,*d. l.1.§.si ad fiscum.* qui perpetuò idoneus est, & soluendo: *l.2.de fund. dot. l.3.§. item sciendum. si cui plus quàm per l. Falc.* & cuntatibus: hactenus tamen, vt non quidem satisdare, sed cauere tamen cogantur. *l si quando.9.§.1.h.t.* Nec † modò hæres satisdat, sed etiam substitutus, fideicommissarius,quãuis singularis: & denique quicũque sit à quo relictum est,& horum omnium hæredes.*d.l.1.§.7.& §.non solùm.*

¶ Omni etiam legatario siue fideicommissario,horúmq; fideiussoribus satisdandum est.*d.l. hæc stipulatio.d.l.1.in prin.& §.1.*

¶ Cessat autem hæc cautio, si eã testator exigi nolit:*l.licet.12.h.tit.* si manifestum est,non valere legatum:*d.l.hæc stipulatio.§.diuus.* vel in cõtinenti probare paratus.est hæres, nihil deberi: *l.si is à quo.7.tit.1.* quia antè de legato quàm de satisdatione constare potest. Qua † ratione placuit,in puris legatis satisdatione opus non esse: *Azo.in Rub.hic.nu.2.* cum ipsum legatum statim exigi queat;nisi hæres dare tergiuersetur. Tum enim propter moras iudicij, locus erit satisdationi,*l.etiam.15.h.t.*

VT IN POSSESSIONE legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa esse liceat. Tit. IIII. C.6.53.

1 *Continuatio.*
2 *Quid hîc significet bonorum possessio.*
3 *Quando locum habeat, & quatenus extendatur.*

1 NOn † sine ratione prætori hoc visum est vt sicuti hæres incumbit possessioni bonorum, ita quoque legatarij carere non debeant.nam, vt verè dixit Æschines; nullius momenti esse ciuitatem, quæ non habeat neruos executionis in contumaces: ita ridicula & nullius momenti fuerint prætoris edicta, quibus ius legatorum tuetur,si non munita sint executione, & pœnis, quibus ad obedientiam refractarij compellantur. Quocirca rectè prætor aut satisdari legatariis, aut si satis non detur,in possessionem bonorum iri voluit. *l.1.in prin.§.1.1.*

¶ Bonorum hîc appellatio cõtinet omnes res, 2
quarum proprietas pertinet ad hæredem ex hæreditate. *l. is cui.5.§. qui in possessionem.5.cum §. seqq.h.t.* Itaque † quamuis minima res legata sit, 3
vel per fideicõmissum relicta, tamen si non soluatur ab hærede, vel eo nomine caueatur, eũ caueri oportet,deque summatim cognoscitur:*l.1. C.eod.* in possessionem omnium bonorum quæ ex ea hæreditate sunt.legatarium siue fideicommissarium prætor legatorum seruandorũ causa mittit:*l.quamuis.13.h.t.* quod tamen hodie Iust. in Nouell.53.c.4.§.1.de exhibend.reis,coercet, & pro quantitate legati, missionem fieri voluit. Porrò missione decreta, vel inuito hærede per viatorem,aut officialem præfecti, aut ex interdicto,ne vis fiat ei,&c.legatarius introducendus est in possessionem, *d.l.is cui.§ in possessionem.20.* vt custodiæ causa simul cum hærede possideat: donec is tædio perpetuæ custodiæ affectus, cautionem præster, aut legatum soluat. *d.l.is cui.in prin & §.qui legatarium.16.cum similibus.*

DIGSTORVM PARS VI. LIBER XXXVII.

DE BONORVM POSSESSIONIbus. Tit. I.

1 *Continuatio ex dispositione integra Pandectarum.*
2 *Quare bonor.poss.introductæ.*
3 *Definitio.*
4 *Quid significet hîc bonorũ appellatio.*
5 *Quid possessio.*
6 *Quid ius.*
7 *Quomodo petatur bonorum poss.*
8 *Quomodo hæc possessio ab aliis differat.*
9 *Diuisio possessionum.*
10 *Causa efficiens & materialis.*
11 *Forma decernẽdæ & petẽdæ poss. bon. & de edictali ac decretali bonorum* (*poss.*
12 *Finis & effectus.*

1 REDO † vos meminisse initio huius operis, iudicia, in quorũ omnium ordine,partibus,progressu atque effectibus explicandis,Pandectæ consumũtur, ita fuisse distributa; vt alia sint ordinaria,alia extraordinaria. ordinariorũ autẽ, partim ciuilia, partim criminalia.ciuiliũ rursus alia ,priè ciuilia,alia Prętoria.De ciuilib.hactenus videmur abundè pro instituto nostro tractasse.Transeamus ergo ad iudicia Prætoria: eo quidem commodiore loco atque ordine; quòd, postquam tradidimus quemadmodum ex testamẽtis iure ciuili succedatur, tempus sit demonstrare,quãmodis Prætor tàm ex vltima voluntate,quàm ab intestato,successiones deferat:quę quidẽ omnes generali nomine appellantur Bonorum possessiones;sicuti quæ iuris ciuilis sunt,
2 hæreditates.Nam † sciendum est, à prætore neminem effici hæredem, §. *quos autem.Inst.eod.* ne derogetur apertè iuri ciuili, quod alios hæredes constituit:nec dari dominium aut familiam,quę in hęredem transit;§.*vlt.Inst.de hær.qual.§.2.Inst. eod.* quod solius est legis: §.2. *Inst.eo. vbi dixi.* sed per indirectum, & quadam circũductione nonnullos ad successionem vocari, data bonorum possessione:in quã Prętor mittere vice dominij; occurrente aliqua æquitate solet:*tot. tit. quib. ex caus.in bon.posses.& passim, de damn. infect.* de qua primũ in genere,pòst sigillatim erit disserẽdum.
3 ¶ Bonorum igitur possessionem, quod quidem ad præsens argumentũ attinet,ita rectè definiemus:ius persequendi retinẽdíque patrimonij,siue rei quæ cuiusque cum moritur,fuit. *l.3.*
4 §.*bonorum.2.h.t.* Bonorum † appellatio non hîc capitur deducto ære alieno, vt aliàs semper: *l. subsignatum.39.§.1.de verb. significat. l. non pessunt. de iure fisc.l.fin.de vsufruct.leg.l.cum emancipati. §. 1.de collat. bono.* sed comprehendit omnia commoda & incõmoda hæreditaria; dominiũque rerum quæ in his bonis sunt, saltem prætorio,si non ciuile, tribuit: non minus quàm iure ciuili hæreditatis aditio.*l.1.h.t.* Possessionem † hîc intelligimus,non nudam rei detentionẽ,sed ius & vtile dominiũ rerũ quæ in hæreditate sunt. *d.l.1. 2.3.h.t.§.1.Inst.eod.* In omnibus.n.vice hæredum, bonorũ possessores habentur.*d.l.2.* Ius,intellige Prætoriũ:neque enim est vlla istius generis possessio,quæ nõ à Prætore detur.§.*septima Inst. eod.* Est,† igitur ius,id est,facultas à prætore concessa persequendi:in hoc habes differentiã,qua bonorũ possessio ab hæreditate secernitur. Hæc † enim petitur actione ciuili, illã vero persequimur officio iudicis extra ordinẽ, quod verbum persequendi denotat.*l.pecuniæ.178.§.persecutionis. vbi Alcia.l.actionis.34.cum ibi notat.de verb. significat.* In † verbo retinendi, altera latet differentia,qua à reliquis possessionibus,de quib.alibi *in tit.de acqui poss.* prolixè agitur,ista possessio separatur.Illæ enim plurimum facti habẽt, & ipsum duntaxat detinendi ius denotant:*l. denique.19.ex quibus causis maio.l.1.§.Scæuola. si is qui test. lib. esse iuf.* hæc verò vim obtinendæ retinendæque proprietatis,iure successionis complectitur. Itaque & qui corporaliter possidet,nihilominus petet à prætore bonorum possessionẽ,hoc est, ius successionis: & cui à prætore bonorum possessio decreta est,is eo non ius corporale detinendi,sed ius successionis & vtile dominium rerum quæ sunt in hæreditate, consequitur: ac proinde in corporalem possessionem adhuc erit mittẽdus. *d.l.1.2.3.§.1.h.t.*
¶ Bonorum possessiones etsi iuris ciuilis respectu omnes extra ordinem dentur: tamen ex iure prætorio,vnde fluunt, aliæ sunt ordinariæ, quæ partim secundum aut contra tabulas, partim ab intestato dantur: aliæ extraordinariæ, quæ nulla certa edicti parte, vel ad testamentum,vel ad causam intestati adiunguntur,sed ex nouis legibus, prout quæque res incidit, extra ordinem dantur. §. *sunt autem. iuncto §. septima. Inst. eod.* De quibus singulis speciebus post videbimus. Perhibentur & aliæ cum re, aliæ sine re esse: *Cuiac.Instit.quibemod.test.infir. & obs. libr.4.*

UNIVERSIT

cap.24. quod nunc in medium relinquo.
10 ¶ Causa efficiens huius possessionis, est Prætor qui eam defert: *l. 1. l. 3. cum simil. de iurisdict.* & voluntas eius cui defertur: nulli enim inuito bonorum possessio acquiritur. *l.3. §. bonorum. 2. in fin.h.t.* Materia in qua decernitur possessio, sunt omnes res, omnia commoda & incommoda hæreditaria. *d.l.1.*
11 ¶ Forma qua prætor bonorum possessionem generaliter defert, extat in edictis: vnde & edictalis possessio bonorum appellatur. Ea verò qua prætor possessionem ex edicto petenti particulariter decernebat, quæ possessio decretalis appellabatur, antiquata hodie est: sufficítque qualicunque testatione apud iudicem bonorum possessionem agnoscere; *l. fin. C. qui admitti ad bonorum possess.* sicuti in ciuilibus quacunque animi & voluntatis indicatione potest adiri hæreditas. *l. pro hærede. cum sim. ff. de acquir. hæred.* Hæc tamen contestatio agnoscentis poss. intra legitimum tempus facienda est: quod in liberis & parentibus, annuũ; in reliquis agnatis & cognatis, centum est dierum. *§. cum igitur. Inst. eod. d.l. fin.*
12 ¶ Finis est, vt is qui iure ciuili contra æquitatem naturalem hæreditate excludebatur, benignitate iuris Prætorij successionẽ sibi debitam acquirat. Vis & effectus in eo vertitur, quòd is qui bonorum poss. agnouit, fit vice heredis, omniáque iura hæreditaria, perinde vt heres, consequatur. *d.l. 2. 3. cum similibus.*

SI TABVLAE TESTAMENTI EXTABUNT. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Quare prætor deletis vel non extantibus tabulis, bon. poss. non decernat.*

1 ET hæc † in genere de bonorum possessionibus dicta sufficiant: nunc quædam sigillatim attingamus.
2 Ac † cum petitur bonorum poss. in primis videndum erit, an tabulæ testamenti extent. Nam si non appareant, aut appareant quidem, sed in iis ita deletum sit, quamuis inconsultò, nomen hæredis, vt penitùs legi non possit: bonorum poss. ex testamento non dabitur, cum prætor iustam dubitandi causam habeat, vtrum qui petit possessionem, hæres scriptus sit, an non. Sed si prolatis semel publicatísque integrè (vt moris est) tabulis, *l. publicati. C. de testamentis.* de voluntate testatoris constiterit; etiamsi hæ postea intereant, competet bonorum possess. quia verum est tabulas extitisse. *l. vnica. h.t. vide in l.2. C. de testa.*

DE BONORVM POSSESSIONE FURIOSO, INFANTI, MUTO, SURDO, CÆCO, COMPETENTI. Tit. III.

1 *Intra quod tempus bonorum possessio petenda.*
2 *Quare hoc tempus furiosis & infantibus non currat.*

BOnorum † poss. à liberis intra annum vti- 1
lem, à reliquis agnatis intra centum dies vtiles ex quo res comperta fuit, petenda est. Eo tempore elapso, ius petitionis deperit; neque quisquam ignorantia iuris excusatur. *l. si plures. 9. l. In bonorum. 10. ff. de bono. poss. l. iuris. l. fin. C. qui admit. §. liberis. Inst. de bono. poss.*
Habent † tamen ex- 2
cusationem quædam personæ, quibus tempora non cedunt: cuiusmodi sunt furiosi, *l.1.h.t. l. non est ambigendum. ff. tit. 2.* infantes, *l. seruus. ff. de bon. poss.* etiamsi horum tutores vel curatores petere potuerint: quod eam habet rationem; quia spacium illud scientibus, non ignorantibus præfinitum est. Scire autem neque furiosi, neque infantes possunt. *l.1. h.t.* Muti, surdi, cæci, dummodò quid agatur intelligant, nihil causæ est, quare iure communi vti non debeant.

DE BONORVM POSSESSIONE CONTRA TABULAS. Titulus IV. C. 6. 12. 13.

1 *Continuatio.*
2 *Tam suis quàm emãcipatis hanc bon. poss. dari.*
3 *Quare non detur exhæredatis.*

BOnorum † poss. ex vltima voluntate dupli- 1
citer datur: aut cõtra tabulas, aut secundum tabulas.
Contra † tabulas testamenti dat Prætor 2
possessionem liberis præteritis: *l.1. h.t.* nõ solùm emancipatis, qui iure ciuili præteriri poterant, vt prætor eis meritò hac bonorum possessione succurrat: verùm etiam suis. Etsi enim hi iure ciuili testamentum dicere nullum possunt: *in prin. Inst. de exhæred. libero. vbi expos.* tamen si malint verecundiùs cum paterno iudicio agere, dat eis prætor bonorum possessionem contra tabulas, eodem omnino iure atque ordine, quo vocantur ad successionem iure ciuili. *d. l. 1. l. 2. C. eod.*
Liberis † exhæredatis hæc possessio non da- 3
tur. *d.l.1.* Quia non temerè voluit prætor rescindi tabulas testamenti, cùm iusta exheredationis causa esse possit: itaque iis recurrendum erit ad quærelam inofficiosi testamenti. Idem obtinet, cùm præteritio pro exhæredatione habetur, vt est materia. *l.4. §. ad testamenta. h.t. §. vlt. vbi dixi. Inst. de exh. lib.*

DE LEGATIS PRÆSTANDIS, CONTRA TABULAS BONORUM POSSESSIONE PETITA. Titul. V.

BOnorum possessione contra tabulas petita, sciendum est, rescindi totum testamentum, & institutiones, libertates, legata, & fideicommissa omnia corruere: quemadmodum fit, cum per querelam inofficiosi rũpitur. *l. Papinianus. 8. §. fin. de inoff. testa.* Placuit tamen ex æquitate prætori, vt qui iudicium patris rescindunt per contra tabulas bonorum possessionem; ex voluntate eius, quibusdam personis legata & fideicommissa præstarent: hoc est, liberis & parẽtibus vtriusque sexus in infinitum, & vxori nuruíque dotis nomine legatum. *l. 1. 2. 3. l. virilis. 8. §. vlt. l. is qui. 15. §. pen. h.t.* Hodie euacuato quacunque ex causa præteritionis testamento, legata omnia deberi, rectè Azo *in tit. C. de bon. poss. contra tab. in fin.* adnotauit: *Auth. ex causa. C. de lib. præter.* etiamsi quidam putent, Iustin. constitutionem in bonorum poss. non obtinere.

DE COLLATIONE BONORUM. Tit. VI. C. 6. 20.

1 *Quare emãcipati suis conferre debeãt.*
2 *Vnde ortæ collationes: quid sint, quæ causa efficiens.*
3 *Varia collationum iura.*
4 *Tantùm inter descendentes collationi esse locum.*
5 *Materia: quænam conferantur.*
6 *Forma: quomodo fiat collatio.*
7 *Finis & effectus.*

1 CVm † prætor ad bonorũ poss. contra tab. emancipatos admittat, participésque faciat cum his qui sunt in potestate, bonorum paternorũ: consequens esse credidit, vt sua quoque bona in medium conferant, qui appetunt paterna. *l.1. in prin. h.t. vide de hac materia Cuiac. obs. lib. 3. ca. 29. & 30.* Cõferre, est aliquid in medium ferre & contribuere. *l.1. tot. tit. ad l. Rhod. de iact. verb. contributione. & tit. de trib. actio.* Collatio, authore Baldo, *in l. si emancipati. 9. nu. 11. C. de collat.* est rei propriæ in commune illatio, vt hereditati communi permixta, inter omnes cohæredes æqualiter diuidatur. *vid gl. & Dd. hic in Rub. & Ias. C. eod. nu. 1. & Dd. in d.l. si emancipati.* Hæc autem collationis ratio manifestam habet æquitatem, & æqualitatem facit inter liberos: quæ mater est concordiæ, vt dicitur: τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. Nam cum filij qui manẽt in potestate, omnia adquirãt patri, eáque re paternam augeant hæreditatem: æquũ est, vt emancipati quę sibi acquisiuerunt, in communem hæreditatem conferãt, atq; ita omnia æqualiter pro virilibus
portionibus diuidantur. Et † ab hac quidẽ causa 2
initiò profecta est contributionis æquitas, quæ postea propter æqualitatis rationẽ latius est extensa.
Sed † quoniam hac in materia, multa tem- 3
poribus variata innouatáque sunt, vt omnia breui comprehendi nequeãt: quid iure nouissimò cautum sit & obseruetur, attendamus.
¶ Et sciendum est, in successione descenden- 4
tium tantummodò esse locum collationi, nõ in ascendentibus, aut collateralibus: in quibus cõmunicationis ratio cessat: quia nullus horũ defuncto, de cuius hæreditate agit, sed sibi acquisiuit, vt alibi Dd. explicant. *Ias. in l. si emancipati. nu. 26. C. de collatio. glo. in l.1. C. de legit. hæred.* Moribus tamen Sax. mater marito succedens cum propriis liberis, dotem illis & reliqua bona conferre cogitur: dum tamen tantũ sit in hæreditate, vt ex diuisione tota illi dos obuenire queat. *Fachs. diff. 20. vid. ff. vnde vir & vxor.* Quod putauerim obtinere, quãdo ex statuto Saxonico succedit, & tertiã accipit bonorũ à marito relictorũ partẽ. Nam si iure veniat cõmuni, ex *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* quartam: aut plurib. liberis extantib. portionẽ capiens filialẽ: æquius fortè fuerit, eam collatione non grauari, quã ius non imponit: quanquam fateor, legem tantùm inopes ad successionem vocare mulieres: vt hoc beneficio vti non posse videantur ditiores, quæ sua velint habere præcipua, nisi ex statuto conferãt. Sed verius videtur, vbi ex lege succeditur, ius collationis lege nõ expressum, & quod alioqui stricti iuris ac restringendũ est, induci interpretatione nõ oportere: cæterũ quoniã tantùm de indotatis constitutio loquitur, ideo dotatas mulieres quæ illo beneficio vti velint, dotem in quartã, vt & reliqua prælegata, imputare debere. *Cast. nu. 6. Bald. in fin. in d. Auth. præterea.*
¶ Porrò descendentes omnes, hoc est, liberi, 5
eorumque hæredes (nã collationis beneficiũ in hæredes transit, *l. si maritus. 14. C. eod. vbi Ias.*) sine vlla emãcipationis aut suitatis distinctione sibi inuicem conferũt, duntaxat quæ sunt profectitia, quæ quidẽ facta essent hæreditaria, nisi data fuissent: cuiusmodi sunt, dotes, donationes propter nuptias, &c. Idque tàm ex testamẽto quàm ab intestato: nisi testator collationẽ sustulerit. *Auth. ex testamento. l. si emancipati. 9. l. vt liberis. 17. l. fin. C. eod. in Auth. de trien. & semis. §. illud. h. filiæ. C. fam. ercis. l. filius. C. de inoff. testa.*
¶ Fit autẽ collatio aut re ipsa, hoc est, ipso fa- 6
cto inita collationis ratione: aut cautione, datis fideiussoribus vel pignoribus de conferendo. *l. 1. §. iubet. 7. h. t.* Quæ quidem cautio siue stipulatio committitur, cũ interpellatus post aliquod spacium, quo potuit conferre, non fecit & condemnationem quanti ea res erit, continet. *l. si quis. 5. §. vlt. h. tit.* Quòd si quis neque cõferre nec cauere velit, denegantur ei actiones hæredita-

riæ, puta hæreditatis petitio; donec consilium mutet, *d.l.1.§. si frater.* 8. §. *sed si tui.* 10. *l.nonnunquam.8.h.t.* Sed & implorato officio iudicis eò potest compelli: quid enim si non opus illi sit actionibus, vtpote possidenti, & conferre supersedeat? *l.si soror.8.C.eod.l.1.J.tit.1. Dd. in l. emancipati.* Agenti quoque obiici potest exceptio, nisi conferat; quæ impedit litis ingressum: *Ias. in l. posthumo.nu.3.* C. *eo.* quòd etiamsi sine exceptionis objectu admissus sit agens, & diuisio cũ ipso facta, poterit nihilo tamen minus pòst officio iudicis implorato, *l.si soror.8.C.eod. Ias. in l. ea demum nu.7.C.eod.tit.* collatio peti. Moribus etiam nostris, conferens iusiurandum dare debet, non plus se habere reuera quàm conferat. *D. Reinhar.diff.6.*

¶ Finis collationis est, vt seruetur æqualitas: *l.illud.20.vbi Bart.C.eod.* effectus, vt collata communiter diuidantur. *l.illam.19.§.fin.C.eod.*

DE COLLATIONE dotis. Tit. VII.

1 *Quare dos conferatur.*
2 *Donationes simplices non conferri.*
3 *Impensas studiorũ, & similia, nõ cõferri.*

1 CVm † pater ex necessitate pro modo suarum facultatum teneatur dotare filiam: *l. qui liberos.de ritu nup.l.cum post.§.gener.de iur.dot.l. fin.C.de dot.promiss.* & in necessitatibus nemo liberalis existat, nec donare videatur: *l. rem legatam.18.de adimen.lega.* meritò placuit, non videri patrem voluisse dotem filiæ esse præcipuam; & propterea eam, sicuti reliqua bona & donationes, in commune esse conferẽdam: *l. Pomponius. §.fam.erciscun.l.filiæ.l.illam.C.de collatio.*

2 ¶ Sed an vera simplexque donatio, ficta filiæ aut filio à parente, erit conferenda? Placentinus *in tit.* C. *de collatio. pro quo l.si donatione.13.* C.*eod.* iudicat, conferri oportere: quod Azoni, Accursio, & reliquis Dd. meritò displicuit. *in Auth.ex testamento. C.eod. vbi Ias. & in l.si donatione.eo.tit. & in Auth vnde si parens.C. de inoff.testam.* Qui putant, vt legata, *l filiæ.2.l.filiam. C. de collat.vide Cuiac. lib.3.c.30.* ita nec donationes simplices, quæ quidem inofficiosæ nõ sint, in collationem venire: quia pater voluisse videtur, vt eas præcipuas haberent, quibus essent factæ; §. *illud.in Auth.de trien.& semiss.* exceptis aliquot casibus, qui alibi numerantur. *in d. Auth. ex testamento. & in l pen.C.de coll.*

3 ¶ Atque hæc quidem sentẽtia vt communior est, ita vsu quoq; præualuit. Sed an quæ studiis filiorum pater impendit, sunt conferẽda? & cum alere & instituere pater liberos cogatur, vt supra *ad tit.de agnoscen.lib.* dictũ est, cũmque hæc impensa sit quodammodò æs alienum, ac filiis debeatur: æquius est, conferri non oportere. *l. quæ pater.51. §. famil. erciscu. Ias. in Auth. quod locum.nu.3.& 4. C.eod.* Qua etiam ratione placuit, vestimenta, libros, arma, equos, sumptus doctorales, *Rauenn. de testa.in fin.gl.Lat.lib.1.art.13.* & si qua sunt similia, filios non communicare: *vide Land.lib.1. art.* 10. *&* 15. neque filiam mundum, vestes, ornamenta à patre accepta, sumptus nuptiarum, & similia, quæ suo quodam iure à patre ei debentur, & à patre sunt præstãda, velut quædam alimentorum accessio. *Bal.in l.filiæ. nu.* 14. C.*fam.ercisc.* Illud vltimò notãdum, ius quidem collationis pacto tolli non posse. *l.pactum.15.C. de pact.* testamento paterno posse. *l.si quis.5.§.fin. h.t.l.1.cum Auth.seqq.vbi Ias.num.1. & 2. l.filiæ.l. filiam.C.eod.*

DE CONIVNGENDIS cum emancipato liberis eius. Tit. IIX.

E Mancipato filio, nepotes in potestate retenti, iure ciuili patris locum occupant: fiũtque auo sui & proximi hæredes, excluso patre. §. *sui. Inst.de hæred.qua. & diff.* Quoniam autem emancipatus iure prætorio per bonorum possessionem vocatur, neque æquum est emãcipatum venire solum, & excludere nepotes, suos hæredes; aut nepotes contrà iure suitatis obiici patri suo, qui iure naturæ prior est gradu: Prætor ita rem temperat, vt emancipato bonorũ poss. eius partis det, quæ ad eum pertineret, si in potestate permãsisset: sed ita, vt ex ea parte dimidiam ipse, reliquam liberi eius habeant, iisque bona sua conferat. *l.1.h.t.* Hoc edictum hodie locum non habet, sublata suitatis & emancipationis differentia. Itaque pater, quamuis emancipatus, præfertur suis liberis, tanquam gradu proximior. §. 1. *in Auth. de hæred. ab intesta.*

DE VENTRE IN POSsess. mittendo, & curatore eius. Tit. IX.

1 *Continuatio.*
2 *Quibus, quando hæc possessio decer-*
3 *Ius nouum.* *(natur.*

S Icuti † liberorum eorum qui iam in rebus existunt humanis, curam prætor habuit: ita etiam eos qui nondum nati sunt, propter spem nascendi nõ neglexit. Nam † ex hac parte edicti eos tuitus est, dum ventrem mittit in possessionem vice cõtra tabulas bonorum possessionis, vt de bonis defuncti alatur. *l. 1. in prin. &* §. *sed etsi.h.t.* Prægnantem autem esse mulierem oportet omni modò; nec dicere se prægnantem sufficit. Quare nec tenet datio bonorum poss. nisi verè prægnans fuerit, & mortis tempore, & eo quo se mitti in poss. petit. ac si abortum fecerit, finitur

finitur missio, quasi prægnãs non fuerit. *l.1.§.fin. h.t.l.2.C.de posth.hær.Paul.lib.4.tit.9.* Toties autem mittitur venter in poss. si non est exhæredatus; & id quod in vtero est, inter suos hæredes futurũ erit. *l.1.§.1.h.t.* Quod iure † nouo locum non habet: nam nec exhæredari potest venter, vtpote quem impossibile sit aliquam ingratitudinis præbuisse causam, quamobrem sit exhæredandus: *l.si quis.33.§.1.C.de inoff.testam.* & iura suitatis ac emancipationis sunt sublata, *vide quæ dixi Instit.ad ti.de hær.qual.de exhær. libr. & de hære. quæ ab intest.* vt perinde emancipatorum, ac suorum habenda sit ratio.

DE CARBONIANO edicto. Titul. X. C. 6. 17.

IMpuberibus, quorum ætas iniuriis insidiisque obnoxia est, *l. 1. de minor.* bonorum patris possessionem petentibus, edicto Carboniano consulitur. vt si cui impuberi quæstio status moueatur, an inter liberos sit, causa summatim cognita, perinde possessio detur, ac si nulla ea de re controuersia esset, & iudicium in tempus pubertatis differatur. *l.1.l.3.§.summatim.h.t.C.eod.*

DE BONORVM POSsessione secundum tabulas. Titul. XI. C. 6. 11.

TRanseamus ad bonorum possessionem secundum tabulas, cui locus sit, cum contra tabulatio cessat. *l.1.§.æquissimum. h. t. l. illud. §. de bonorum poss.contra tab.l.is qui in potestate.15.§. sed si scriptus.§.de lega.præstan.* Hanc prætor introduxit, confirmandi iuris ciuilis gratia: quò plures viæ conseruandæ hæreditatis paterent, *in prin.Instit.de bonor. poss.l. suum hæredem. C. de iur. delib.* & iustius possidere videretur, qui authore prætore possideret. *l.instè.de acquir. poss.* Datur hæc possessio scriptis hæredibus quibuscunque. §. *sunt autem. Institut.de bon.poss.l. 1. §. defertur. & §. primo gradu. l.hi demum. l. cum tabulæ. hoc tit.*

SI A PARENTE quis manumissus sit. Tit. XII.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio quare pater admittatur.*
3 *Quare pacto pater possit excludi.*

VT filius † præteritus potest contra tabulas patris bonorum poss. petere. ita pater aut auus paternus præteritus, contra tabulas filij, ad exemplum patroni in bonis libertorum, admittitur: quod æquissimũ prætori visum est: quia † à parente beneficium habuit acquirendorum bonorum, emancipatione facta. Quippe si filius familiâs esset, quodcunque sibi acquireret, eius emolumentum patri quæreret, castrensi, vel quasi peculio excepto. Et ideo itum est in hoc, vt pater exemplo patroni ad contra tabulas bonorum poss. admittatur: *l.1. & t.h.tit.* nisi accepit pecuniam vt emanciparet, vel postea viuus in eum filius, quantum satis est, contulit, ne iudicia eius inquietaret. Nam † tunc exceptio doli mali obstabit. *d.l. 1.§. si parens.* Istiusmodi enim pacta valent, cum non sint de futura successione repudianda: *sicut in l.si quando.§. illud.C. de inoff.test.in l.pactum. C.de collation.* sed remittatur tantum in iis id quod patri non iure successionis, sed in remunerationem & authoramentum emancipationis debebatur: *l. cum oportet.§. cum autem. C.de bonis quæ lib.* id quod relinqui pactis, repudiarique potest. *l.fin.C.de emancip.lib.*

DE BONORVM POSsessione ex testamento militis. Tit. XIII.

ET ita quidem se bonorum possessiones in paganorum testamentis habent: in vltimis autem militum voluntatibus id singulare est, quòd secundum tabulas, non etiam contra, detur bonorum poss. ratæ enim debent esse eorum voluntates, quomodocunque factæ. *l.1. & tot.tit. de testam. milita.* Quod non solùm in militibus, sed omnibus omnino obtinet, qui in hosticolo seu hostico, id est, hostili agro decedunt, & suprema iudicia sua quoquo modo ordinarunt, etiamsi iure militari testari nequeant: vt præses, legatus, &c. Quoniam in hostico versantes, cũ paria cum militibus pericula experiantur, iura quoque eadem meritò sibi vendicant.

DE IVRE EATRONATUS. Tit. XIV. C. 6. 4.

POstquam expositum est, quomodo liberi & parentes bonorum poss. petant: videamus qua ratione patronis consulatur; eo magis, quòd ad exemplum patroni, parentes petere bonorum possessionẽ diximus. Itaque sciendum est, in authoramentum datæ libertatis, patronum succedere ab intestato, duntaxat liberto, si sui hæredes non existant: idque ex lege XII. Tab. *in prin. Instit. de successio. libert.* Quis

enim hoc illi inuideat, cùm si non manumissset, omnia iure dominicæ potestatis sibi quæreret? Qua ratione moti prætores, etiam contra testamentum bonorum possessionem decreuerunt, si liberi non essent instituti. Qua quidem bonorum poss. olim dimidia, hodie ex constitutione Iustiniani, tertia hæreditatis pars institutis hæredibus auferetur: dummodò libertus vltra centũ aureos in bonis habeat. §. *sed nostra. Inst. de success. liberto.*

DE OBSEQVIIS PARentibus & patronis præstandis. Tit. XV. C. 6. 6.

PRæter successionem, obsequium etiam parentibus & patronis debetur. *l. generaliter. §. de in ius vocand.* Nam liberto & filio, semper honesta & sancta persona patris ac patroni videri debet, *l. antepen. h. t.* Quandoquidem ab altero vita naturalis, ab altero ciuilis, nempe libertas (serui enim pro mortuis habentur, *l. quod attinet. de reg. iur.*) accipitur. Et quoniam hoc ius in natura consistit, *l. 2. de seruit. rust. & in l. si non sortem. §. libertus. de condict. ind.* etiam militibus & rusticis pietatis ratio constare debet: *l. 1. h. t. l. 2. C. de in ius vocand.* Natura enim omnibus cõmunis est. *l. hos accusare. §. omnib. de accu. l. 5. de in ius voc.* si contrà faciant, delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo eius vindicabitur. *d. l. 1. h. t. l. vnica. §. de off. præs. vrb.* Ex quo apparet, hanc pœnam arbitrariam esse: *l. 3. & 4. C. de patr. potest. gloss. l. 3. C. de sac. Eccles.* etiamsi lege Mosi, contumaciam eiusmodi Dominus capitis pœna sanciuerit Deuter. 21. Quinetiã libertus ingrauitudinis conuictus, in seruitutem retrahitur, *l. 4. h. t. tot. t. C. de libert. & eorum lib. in Auth. vt liberti de cæterò.* vt filius emancipatus in potestatẽ. *l. vnic. C. de ingrat. lib.* Præter obsequia, honori parentum ac patronorum illud etiam tribuendum est, ne in ius sine venia vocentur, *d. l. 2. C. de in ius voc. l. 3. cum seqq. ff. eod.* neue qua famosa actio aut exceptio in illos detur. *l. 2. 5. 6. 7. h. t. l. apud Celsum. §. aduersum. l. de dol. mal. except. l. non debet. de dol. mal.*

DIGESTORVM LIBER XXXVIII.

DE OPERIS LIBERTORVM. Tit I. C. 6. 3.

1 *Quare operæ à libertis, non à liberis exigantur.*
2 *Differentia inter obsequia & operas.*
3 *De officialibus & fabrilibus operis.*
4 *Quando operas libertus debeat.*
5 *Quomodo finiatur operarum obligatio.*

1 OBSEQVIA † non modò liberti, sed & liberi debent: operas non item: *l. pen. §. tit. 1.* quia ingenuis imponi nequeunt, cum habeãt speciem seruitutis. *vid. ff. ad t. de fideiuss. ex l. si quis. 57. illo tit. tot. tit.*
2 *de oper. seruor.* Multum † autem inter hæc interest. Nam obsequia in exhibitione honoris, & pietate consistunt: *l. 1. 2. l. parens. §. tit. 1.* idcóque præceptis omnia includi nequeunt. *cap. 1. quibus mod. feud. amitta.* Operæ † autem sunt diurnum officium: quia luce & per diem explicantur. *l. 1. h. t. l. 2. de annu. lega. l. si quis pro eod. de fideiussor. vide de his Zas. in intell. cl. sing.* Hæ diuiduntur in officiales, & artificiales siue fabriles. *l. si non sortem. 26. §. libertus. de cond. indeb.* Officiales sunt, quæ in officio personæ consistunt, & ad personam patroni referuntur: vt adesse, comitari, *l. operæ. 19. l. quod nisi. 20. l. hæ demum. 38. h. t.* curare mensam, domum, &c. *l. legatis. 63. §. 1. de lega.*
3 *d. l. hæ demum.* Fabriles siue artificiales sunt, quæ ex artificio aliquo præstantur: vt pingere, scribere, architectari. *d. l. legatis. d. l. si non sortem. §. libertus.* Operæ fabriles in præstatione pecuniæ consistunt: officiales nulla pecunia redimi possunt, quia sunt personales. *l. fabriles. 6. h. t.* Sed † 4
operas libertus patrono non debet, nisi promissas: solent autem promitti tempore manumissionis, vel iureiurando, vel stipulatione. *l. vt iurisiurandi. 7. h. t. l. vlt. de libera. cau.* Soluuntur † & 5
desinunt operæ ex lege Iulia de maritandis ordinibus, si libertus duos filios, vel vnum quinquennem in potestate habeat: *l. qui libertinus. 37. h. t.* item infirmitate vel senio liberti, *l. liberti. 15. l. nec audiendus. 17. l. interdum. 24. l. liberta. 35. h. tit.* & voluntate patroni. *l. liberta. 46. hoc tit. l. libertæ. C. eod.*

DE BONIS LIBERti. Titulus II. C. 6. 4.

CVm soliti essent à libertis durissimas res patroni exigere, scilicet ad remunerandum tam grande libertatis beneficium, *l. libertus. de reg. iur.* quando ex seruitute ad ciuitatem Romanam

Romanam perducuntur: propositum est edictũ à prætoribus, de bonis libertorum; honoris qui patronis debetur, moderandi gratia. Cuius edicti summa fuit, vt non alia daretur patrono aduersus libertum actio, quàm alimentorũ, operarum, & societatis bonorũ: videlicet si hoc pepigisset, vt nisi obsequium licitũ & permissum *alioqui contrà esset. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio non det.* præstaret libertus, in societatẽ patronus admitteretur. item bonorum possessionis, quæ à posterioribus prætoribus, exemplo illius societatis inducta est, vt quod viuus libertus societatis nomine præstare solebat, id post mortem etiam data bonorum possessione, patrono præstaretur. *l. 1. h. t.* Sed hoc ius bonorum poss, variè est à Iustiniano, vt suprà diximus, tẽperatum, redactúmque ad æquitatem naturalẽ. *Instit. de success. libert.* Illud etiam sciendum est, competere patrono, eiúsq; liberis, actionem in libertos eorũmque bona, alimẽtorum nomine, quæ egentibus debentur. *l. 1. de ser. gl. in l. 5. C. de obseq.*

DE LIBERTIS MVNIcipum & aliarum vniuersitarum. Tit. III.

ID ius quod patrono priuato debetur, etiam defertur municipibus; quamuis dubitari poterat, an possint petere bonorum poss. cum cõsentire facilè nequeant. Sed quemadmodum S.C. hereditates & fideicommissa consequuntur, ita & bonorum possessionem petere posse dicendum est. *l. vnic. h. t.*

DE ASSIGNANDIS LIbertis. Tit. IV.

ASsignare libertos dicitur patronus, cùm alicui ex filiis, vnum vel plures libertos assignat, vt is tantummodò solus, quod quidem ad successionem, de qua hîc agitur, attinet, ius patronatus, quod in liberos alioqui æqualiter transit, consequatur. Quod hactenus fieri posse S. C. Claudij temporibus cautum est: *l. 1. & t. h. t.* vt explicat alibi Iustinianus latiùs. *in tit. Instit. eod.* Verba S. C. ita se habent: SI QVI DVOS PLVRESVE LIBEROS IVSTIS NVPTIIS QVAESITOS, IN POTESTATE HABERET, DE LIBERTO LIBERTAVE SVA SIGNIFICASSET, CVIVS EX LIBERIS SVIS EVM LIBERTVM EAMVE LIBERTAM ESSE VELLET: IS EAVE, QVANDOQVE IS QVI EVM EAMVE MANVMISIT INTER VIVOS VEL TESTAMENTO, IN CIVITATE ESSE DESISSET, SOLVS EI PATRONVS, SOLAVE PATRONA ESSET, PERINDE ATQVE, SI AB EO EAVE LIBERTATEM CONSECVTVS CONSECVTAVE EST: VTQVE SI EX LIBERIS (iis videlicet quibus assignatio facta est) QVIS IN CIVITATE ESSE DESISSET, NEQVE EI LIBERI VLLI ESSENT, CAETERIS EIVS LIBERIS QVI MANVMISIT, PERINDE OMNIA IVRA SERVENTVR, AC SI NIHIL DE EO LIBERTO, EAVE LIBERTA IS PARENS SIGNIFICASSET. *l. 1. h. tit.*

SI QVID IN FRAVdem patroni factum sit. Titulus V. C. 6. 5.

1 *Quomodo reuocentur alienata.*
2 *Ex qua causa.*
3 *Quare in mortis causa donatione non requiratur dolus.*
4 *Legitimæ portiones sunt æs alienum.*
5 *Quæ, cui, aduersus quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*

SI quid dolo malo liberti factum esse dicetur, 1
siue testamento facto, siue intestatus is decesserit, quo minus quàm pars debita bonorum ad patronum peruenirent, cognoscit prætor, & operam dat, ne ea res patrono fraudi sit: idque ad hunc modum. Si † alienatio dolo malo, ad di- 2
minuendam videlicet patroni portionem facta sit: non quærimus, vtrum mortis causa facta sit, an non sit: omni enim modo reuocatur. Si verò non sit dolo malo facta, sed aliàs putà, si vendidit, donauit alia ex causa: tunc actori probandum est, mortis causa factam alienationem. Si
† enim proponas mortis causa eam factam, 3
nihil interest vtrum dolo facta sit, an non sit, sicuti in legatis. *l. 1. hoc tit.* Hæc enim non debentur, nisi prius deducto ære alieno. *l. 1. §. pen. ad Trebell. l. fin. §. licentia. C. de iure delib.* Quod
† autem patrono debetur, est æs alienum, sicuti 4
legitima quælibet. *l. si patronus. de donat. l. Papin. §. si quis. de inoffic. testam.* Meritò igitur de legatis & donationibus id est deducendum. In alienatione autem inter viuos facta, necessum est
fraudem patrono factam doceri. Patronus
† igitur qui intendit, vel in fraudem suam, 5
vel quod perinde est, mortis causa alienationem à liberto factam, vt ipse portione debita fraudaretur, agit actione Fabiana, à Fabio; siue Caluisiana, à Caluisio prætore dicta, *l. tertia. §. si intestatus. cum sequentibus. l. 4. & 5. h. t.* aduersus bonæ maléue fidei possessores, earum rerum nomine quæ in fraudem alienatæ dicuntur: *d. l. 1. §. dolum. §. si libertus. §. si pluribus.* vt eas res patrono restituant, vna cum fructibus, *d. l. 1. §. quamuis. & §. vlt. cum ll. seqq.*
Quod exemplo creditorum inductum est, qui

Pauliana actione repetunt ea quæ in eorũ fraudem à debitore sunt alienata. *t.tit. quæ in fraud. credito.ĩ.vbi dicemus.* Hæc actio in perpetuum datur: quia continet rei persecutionem. *d.l.3.§.1.*

SI TABVLAE TESTAMENTI nullæ extabunt, vnde liberi. Tit. VI. C.6.14.

1 *Continuatio.*
2 *Quando locus sit bonorum possessionibus ab intestato.*
3 *Gradus successionum ab intestato.*
4 *Primum gradum esse liberorum.*
5 *Quid plus sit in hoc edicto quàm in successione iuris ciuilis.*

1 POsteaquam † prætor locutus est de bonorum possessione eius qui testatus est, rectè transitum fecit ad intestatos : eum ordinem secutus qui in l.XII.Tab.extat. Fuit enim ordinarium antè de iudiciis testantium, ac sic dein-
2 de de successione ab intestato loqui. Nam† quamdiu secundum aut contra tabulas existere possessio potest, ab intestato non succeditur.
3 *l.1.h.t.* Sed†successionem ab intestato in plures partes diuisit fecitque gradus varios: primum liberorum, secundum legitimorum, tertium co-
4 gnatorum, deinde viri & vxoris. Rectè†autem prætor à liberis initium fecit. Vt enim iure ciuili prima causa in successione est liberorum : ita & hos prætor non modò ex testamento, sed etiam ab intestato ad bonorum poss. primo loco vocat, quos naturæ simul & parentum commune votum ad bona admittit. *l.scripto.7.§.fin.h.t.*
5 Sed†in hac possessione id amplius inest, quòd ius vetus ciuile emancipatos non agnoscat, prætor verò hos perinde vt suos in iure successionis, data hac bonorum possessione, tueatur. *l.1.& 2. hoc tit.*

VNDE LEGITIMI. Titulus VII. C.6.15.

1 *Qui legitimi & agnati.*
2 *Quid consanguinitas, & qui consanguinei.*
3 *Quando & quomodo succedant.*
4 *Parentes & patronos etiam legitimo iure succedere.*

1 SEcundo†loco atque ordine vocat prætor legitimos, hoc est, agnatos. *§.1.Instit.de leg.agn. success.in prin.Instit. de leg. agnat.l.vltim. §.2.de*

A *grad.l.2.de suis & leg.* per virilem sexum descendentes. *§.2.in verb.legitimas personas per virilem sexum descendentes.Inst.de leg ag.success.l.5.h.t.* Nã hi lege XII. Tab.ad successionem post suos vocabantur: vnde & legitimi sunt dicti. *§.1.& 2.Instit.de leg.ag.success.tot.t.de suis & leg. & tit. C.de leg. hæred.* qui aliàs etiam consanguinei solent appellari. *§.1.Inst.de leg.ag.success.* Nam†etsi pro- 2
priè consanguinitas est vinculum personarum, quæ propterea quòd ex eodem stipite ortæ sunt,
B sanguinis & naturæ societate propius iunguntur, & consanguinei ij; qui sanguinis iure nexi sunt: *l.1.§ post suos.de suis & leg.§.1.in verb. impropriè consanguinei.vbi dixi.Inst.de leg.ag.success. l. si is qui.44.de adopt.* tamen vsitatum est, eos duntaxat consanguineos appellari, qui ob ius propinquitatis & agnationis, ex lege ad successionem vocantur: *d.§.1.d.l.1. vide quæ dixi Inst.de leg.ag. success.* vnde & consanguinitas species agnationis esse iudicatur, *§.pen.Inst.de success. cognat.* & adoptiui consanguinei perhibentur, scilicet quòd
C legitimi sint hæredes. *l.2.§.si sit.13.l.si quis. 7.ad S.C.Tertyll.* Propriissimè tamen consanguinei iure veteri dicebantur fratres & sorores (nam vltra sororem, quæ suæ familiæ finis est, *l.pronunciatio. 195.in fin.de verb.signifi.* consanguinitas non porrigebatur, *Vlp.inst.cap.26.Paulus lib.Sent. 4. cap. 8.§.2.vbi dixi.Inst.de leg.ag.success.* qui legitimos ideo excludere feruntur. *l.1. §. post suos.l.2.§.1.de suis & legit.§.1.& 2.Instit.de leg.ag.success.* iure au-
D tem nouo, fratres sorores ex eodem patre, non eadem matre nati, hoc nomine consanguinei appellantur. *§.1.§.hoc etiam.3.Inst.de leg.ag.success. Auth.itaque C.com.de success.* Sed de appellatione satis: nunc de iure successionis, quod his defertur, agamus.

¶Hi ergo consanguinei & legitimi, secundo 3
ordine atque loco ad successionem vocãtur, videlicet post suos. nam quamdiu sui sperantur, puta prægnante defuncti vxore, locus non est
E agnatorum ordini. *l.pen.h.t.l.1. & 2.de suis & legit.* Cum igitur fratres & sorores, à latere nemo præcedat: in ordine legitimorum primò vocabantur, etiã ante parentes *l.scripto.7. vnde lib.l.2. C.ad S.C.Tertyll.vide in §. fin.Instit. de leg. agn. success.* reliquis omnibus remotioribus exclusis. *l.1.§.post suos.de suis & leg.* Nam quandiu consanguinei, vt inquit I.C. hoc est, fratres supersunt, reliquis legitimis non defertur hæreditas: *l.2.§.1.*
F *de suis & leg.* quod ita accipiendum est, vt iis etiã adire nolentibus non deferatur. Lex enim XII. Tab. quæ ad hæreditatem legitimos vocat, nullum successorij ordinis ius agnoscit: ideo priore gradu extante, reliquis aditum præcludebat, etiamsi postea prior gradus deficeret. *§.placebat.6.Instit.de leg.ag success.vbi exposui.* Sed hoc in legitimis hæreditatibus obtinuit. Prætor autem ex bono & æquo, *§.1.in fin. Instit. de bon. poss.* in suis bonorum possessionibus, successorio edicto gradum gradui, & personæ deficien-
G ti subsequentem personam substituit, *ĩ.tit. de success.edict.§.placebat.* ex subiecit. id quod & Iustinianus

Iustinianus postea est secutus, vt iam iuris ciuilis ea sit successio. *§.placebat. Inst. de leg.ag.success. vide ĩ.tit.de success.edict.* Post consanguineos autem, legitimi reliqui, etsi longissimo gradu sint, admittuntur; scilicet vbi nullus in gradu propiore præcedit: *§.2.& 3.Inst.de leg.ag.success.* etiã si id nonnulli ad decimum gradum constringãt.
4 *in §.fin.Inst.de success.cog.* Inter†legitimos autem in hoc edicto recensentur & illi, qui licet non vt agnati, tamen alia ex causa, lege vel S.C. ad successionem vocantur: *l.2.§.vlt. cum ll. seqq.h.tit.* vt patroni, *Inst.de leg.pat.tut.& de bon.lib.* parentes. *§.fin. Instit. de leg.ag. success. & de S.C.Tertull.&c.*

VNDE COGNATI. Tit. IIX. C.6.15.

1 *Summa edicti.*
2 *Quinam sint cognati: & quàm variè hoc nomen accipiatur.*
3 *Discrimen inter agnatos & cognatos.*
4 *De successione cognatorum.*

1 HÆc † bonorum possessio nudam habet prætoris indulgentiam, neque ex iure ciuili oritur. Nam eos inuitat ad bonorum possessionem, qui iure ciuili ad successionem admitti non possunt; id est, cognatos. Cogna-
2 ti†autem appellati sunt, quasi ex vno nati: &, vt ait Labeo, quasi commune nascendi initium habuerint, *l.1.h.tit.* ac ab eodem orti sint; *l. 4. §.1.de grad.* ac quos Græci συγγενεῖς, nos cognatos appellamus, *l.vltim. §.1.de grad.* quasi simul, cum, natos. Itaque propriè cognati sunt, qui sibi inuicem viuentes agnascuntur: *l.item.8.l. Titius. de suis & legit.* nec qui mortuo eo cuius de hæreditate agitur, animal nondum fuit, illius successionem tanquam cognatus consequi potest. *l.1. §. penult.h. tit. vide quæ dixi in §.cum autem.Instit.de. hær. quæ ab intest. & in tit. de leg. ag. success.* Cognatos ergo propriè in hac materia intelligimus, qui sibi viuentes connascuntur. *d. l.1.d.l. item 8.* Hi autem rursum dupliciter sumuntur. Vno modo ἐν πλάτει, pro omnibus natura & sanguine coniunctis: *l.1.l.vltim. §.1.& tot.tit.de grad.& aff. & Instit. de grad.cog.* altero modo speciatim, pro iis qui per lineam duntaxat fœmineam coniunguntur. *vt hoc in tit. & Inst.de success.cog.& l.vlt.§.1.de grad.& aff.* Nam agnatio à patre est, cognatio à matre. *§. vulgo. Inst.de cog. success.* Vnde & spurij inter cognatos numerantur, scilicet quia per matrem cognati sunt. *l.si spurius. 4. h. tit.§. vulgò quæsitos. Inst. de success.cog. vide D. Reinhard. diff. 20. Land. lib. 1. art.28.* In hac tamen successionum materia, etiam agnati, hoc est, per lineam masculinam iũ-
3 cti, iure cognatorum admittuntur. Nam † agnatus qui non potest vt agnatus succedere, admittitur vt cognatus. *§.placebat. 6.Instit. de leg.*

A *ag.success.l.1.ĩ.de success.edict.* Vnde dicitur, inter agnatos & cognatos hoc interesse, quod inter genus & speciem. Nam quo ad ius successionis, qui agnatus est, vtrique & cognatus est: non autem qui cognatus est, contra agnatus est. *l.vlt.§. 1.de grad.& affinib.* Et ita accipiendum est quod dicitur, *l.penult.ĩ.tit. 1.* in agnatis cognatos (hoc est, cognatorum ius) contineri, in cognatis non vtrique agnatos. 4

¶Cognatorum porrò ordo tertius est: admittuntur enim demum post suos & legitimos: ad-
B mittuntur autem gradu proximi, *l.1.& tot.h.tit. & tit.de success.edict.* ordine successiuo. *ĩ.de success.edict.* Vnde & agnati ex hoc edicto, ordine successiuo, vocantur vt cognati; qui vt agnati non recipiuntur *l.1.de success.edic.§.placebat. Inst. de leg.ag.success.* Admittuntur autem in hoc ordine cognati ad sextum vsque gradum communiter, *§.vlt.Inst.de success. cog.* interdum ad septimum vsque *d.§.vlt.* (quod hodie in feudalibus sequimur, *c.1.§.1.de success.feud.c.1. §.1.de iis qui*
C *feud.dar. vide glo. & Dd. in c. 1.de nat.success. feu. Bald.in c.1.de feud.March.& in l.1.C. quand. non pet.part.Dec.cons.85.D.Reinh.diff.40.*) non etiam octauum *l.octaui.penul.h.tit.* gradum: quamquam agnati in infinitum, velut & descendentes, succedere videantur. *§.2.& 3.Instit.de leg.ag.success.* Sed hodie, sublato agnationis & cognationis, emancipationis & suitatis discrimine, *§.nullam. in Auth.de hær. ab intesta.* omnes indifferenter ad decimum vsque gradum, ex communi sen-
D tentia admittuntur: *glo.& Dd.in §.vlt. Instit.de success. cog. vbi plura de hac successione vide.* & quidem in capita, non in stirpes: *l.2. C. de suis & leg.l.2.§.1.ff.eod.* quia omnes ex paritate gradus, & suo iure veniunt. Diuersum est in descendentibus (præter filios) qui non in capita, sed stirpes capiunt maiorum successionem: *§. cum filius. 6. vbi vide quæ dixi. Instit.de hæred. qual. & diff.* non modò quia iure suitatis, *l.scripto. 7.vnde lib.* (si enim hæc sola esset ratio, in emancipa-
E tis, vel ex emancipato natis, non obseruaretur hic succedendi modus: id quod aliter se, saltem iure nouissimo, & præsertim ab intestato, habet, *in Auth.vt cum de appell.§.nullam. de hær. ab intest.& vt lic.mat. & auiæ.§.sed ea.13.§. fin.Instit. de hær.quæ ab intest.Dd.in l.Gallus.§. & quid si tantum.vbi Ias.num.54.de lib. & post. & in l. emancipata.C.qui admitt.*) sed etiam quia iure repræ-
F sentationis, ex natura sumpto, nepotes neptésue, item pronepotes proneptésue, in parentis sui, vnde nati sunt, locum succedunt: *d.§.cum filius.in verb.quia placuit nepotes, &c. in parentis sui locum succedere.* vt etiamsi plures ex vno propagati sunt, non aliam aut vberiorem, quàm pater eorum partem esset adeptus, accipere debeant. Ideo autem iure repræsentationis, in locum pa-
G tris succedunt: quia filij statim atque in familia paterna, vt semper, (loquimur enim de his qui ex iustis nascuntur liberis) nascuntur, vna reputantur esse persona *l.fin. C. de imp.substit.* cum patre: & proinde domini fiunt rerum paterna-

rum,& ius habent iam quæsitum, *l. in suis.de lib.* A *& posthum.* quasi in bonis proprijs: *l.* 1.*§.largius.° de success. edict.* eóque post mortem non habent opus aditione hæreditatis, sed continuatur in eos dominium: *Institut.de hær.qual.& diff.* quare cum moriuntur ante patrem, hoc ipsum ius in suos liberos transmittunt. *tot.tit.C.de his qui ant. aper. tab.* Cùm autem nemo plus iuris transmittere possit quàm ipse *l. traditio. de acqu. rer.dom.* habet: sequitur, liberos in locum patris succedentes,in stirpem partémq; patris, non pro nu- B mero suorum capitum succedere. Id quod & in emancipatis seruatur,vt dictum est.

DE SVCCESSORIO edicto. Tit. IX. C.6.16.

1 *Ratio edicti.*
2 *Summa edicti.*
3 *Quare dictum successorium.*

1 CVm † plures species successionum prætor introduxerit, & in vnaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ: ne alio alium expectante, actiones creditorum differrentur, sed haberent quos conuenirent: ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfiniuit, liberis quidem & parentibus anni spacium,cæteris centum dierum. Quòd † si intra hoc tempus aliquis bonorum poss. non petat vel moriatur, eiusdem gradus personis petentibus eius pars accrescit: vel si nullus in eo gradu amplius sit, deinceps cæteris in proximo gradu existentibus bonorũ poss. 3 ex hoc edicto pollicetur: quod † successorium vocatur; quia ordinem ordini, gradum gradui, personam personæ,quasi per successionem substituit. *tot. tit.Inst.&* C.*eod.*Qua substitutione omnino fuit opus,cùm lege XII.Tabul.à successionis ordine, legitimorũ successio omnis fuerit exclusa. *l.2.de suis & leg.Vlpian. titu.26. Paul. Sent.lib.4.§.placebat.6.Institut.de leg.agn.success.l. si ex pluribus.de suis & leg.hær.*

DE GRADIBVS ET AFfinibus,& nominibus eorum. Tit. X.

1 *Continuatio.*
2 *Gradus vnde dicti.*
3 *Definitio graduum.*
4 *Diuisio.*
Regulæ ad dignoscẽdum quoto quisque sit gradu.3.& 6.
5 *Superiorem & inferiorem lineam incipere à primo gradu.*
6 *De secundo gradu.*
7 *De tertio,& deinceps.*
8 *De transuersali linea.*
9 *De computatione canonum.*
10 *Regula can.in linea æquali.*
11 *Ratio differẽtiæ inter ius ciuile & cano.*
12 *Regula cano. in linea inæquali.*
13 *De ordine successionum.*
14 *De succẽssione descendentium.*
15 *De successione ascendentium.*
16 *De successione collateralium.*
17 *De affinitate,explicatio methodica.*

Sed † quia cognatorum & varia est ratio, & 1 ad proximum gradum tàm hæreditates, *l. 2. de suis & leg. §. 2. cum sequ. Institut. de leg.agnat. success.* quàm tutelæ redeunt: *vide Inst.de leg.agnat.* gradus cognationum nosse oportet, vt quis cui præferatur & proximior sit, intelligi possit. C *l.fin.in prin.h.titul.* Gradus † autem, de quorum 2 notis distantijsque cognationes dignoscuntur, dicti sunt ad similitudinem scalarũ, locorúmue procliuium:quos ita ingredimur, vt à proximo in proximũ, id est, in eum qui quasi ex illo nascitur,transeamus. *d.l.fin.§. gradus.* Est † igitur 3 gradus, de proximo in proximum cognatum transitus: siue,est interuallum quo cognoscitur, quæ persona stipiti propior sit: & quot sunt transitus in remotiorem, tot sunt gradus. D

¶ Horum autem alij superioris ordinis sunt, 4 alij inferioris,alij ex transuerso,siue à latere.Superioris ordinis existunt parentes; inferioris liberi;ex transuerso fratres & sorores, horumque liberi. *l.1.hoc tit.* Hi ordines,lineæ etiam vocantur, quæ cognationes separant, & quasi distinguunt, in superiorem inferiorémque, quæ ambæ directæ sunt; & transuersam. *l.stemmata.9.h. titul.Paul.libr.4.tit.*11. Superior † & inferior co- 5 gnatio à primo gradu incipit: *d.l.*1. quia pater, E superioris cognationis; filius,inferioris initium facit. Necessum igitur est,hos primum constituere gradum; cùm primus transitus quaquauersùm de patre fiat in filium; & econtrario. *d. l fin.§.primo gradu.*

¶ In secundo gradu, suprà sunt auus, auia: in- 6 fra nepos, neptis ex vtroq; parente; & ita deinceps. Nam in his seruatur regula, vt quot sunt personæ generationis remotioris, tot sint gradus, dempto stipite: id est, ea persona, de cuius cognatione quæritur. Sic † suprà in tertio gra- 7 F du, proauus proauia: infrà, pronepos proneptis. in quarto, abauus abauia, abnepos abneptis. quinto, atauus atauia, atnepos atneptis. sexto,tritauus tritauia: trinepos trineptis: ac deinceps ordine reliqui. qui quoniam speciale nomen non habent, maiores illi,hi posteriores appellantur. *d.l.fin.§.parentes.*

¶ ex transuerso,siue à latere,nullus est iure ci- 8 uili primus gradus,& ideo incipit à secundo: *l.*1. G §.1.*h.titu.*nam cum pater & filius omnium ordinum primum constituant gradum & transitum, necessum est, vt quaquauersum te vertas, vlterius

rius transeas;atque ita secundum facias gradum. Itaque frater & soror sunt in secundo gradu: & conuenienter patruus,amita,auunculus, matertera;fratris filius filia in tertio; & hi consobrini, sibi inuicem in quarto;atque ita deinceps.*d.l.fin. tot.tit. Inst.eod.* Nam & hîc quot sunt generationes remotiores, tot sunt gradus,stipite dempto.

9 ¶ Canonistæ,qui propter matrimonia,ne inter prohibitas personas contrahantur, gradus computant; *c.ad sedem.35.q.* 5. cum ea sine duorum copula constare nequeant; duas vno gradu personas in linea transuersali complectuntur: eamque constituunt in linea æquali regulam: 10 Quoto † gradu vtraque persona distat à stipite, eodem gradu distant inter se.verbi gratia:Frater distat à stipite,id est,patre communi,graduvno: ergo eodem distat à sorore, atque ita cõsequenter:vt fratrum filij distant à communi stipite secundo, ergo & eodem inter se distant. At iure C ciuili, quoto gradu collaterales secernuntur à communi stipite,eo gradu duplicato inter se distant: quia quælibet persona ab vtroque latere 11 facit gradum in transitu. Ius † enim ciuile singulas personas numerat, quia singulæ hæreditatem cernere possunt: cuius rei gratia, gradus 12 hoc iure cõstituti sunt. In † linea porrò inæquali,hac regula Canonistæ vtuntur: Quoto gradu remotior distat à cõmuni stipite, eodem transuersi inæquales inter se distant. vt, verbi gratia: D Frater meus ex patre communi distat ab eo primo gradu,eius filius secundo,neptis tertio:ergo & à me tertio hæc gradu distabit.nam à persona neptis remotiore, vsque ad stipitem fit computatio:vt hæc latiùs explicat Ioan.And. in arbore consanguinit. Sed nos relictis canonibus,quorum tamen rationem passim obtinere & seruari videmus, pro instituto nostro ad ius ciuile reuertamur: quod præcipuè hæreditatum causa gradus considerat. E

13 ¶ Qua in re admonendi sumus, si quando de hæreditate, vel bonorum poss.quæstio incidat; non semper eos, qui eiusdem gradus sunt, concurrere.nã qui est in proximiore ordine, quamuis quarto gradu sit, cæteris præfertur, licet in primo aut secundo gradu existant.

14 ¶ Primus autem ordo in succedendo est descendentium: qui omnibus tàm ascendentibus quàm trãsuersis,quãuis propinquioribus,præferuntur.*in Auth. de hæred. ab intestat. in prin.* Itaque pronepos, quantumuis in tertio sit gradu, præfertur patri & fratribus, in primo secundóque gradu existentib.Sed nec inter se descẽdentes,semper vtuntur gradus prerogatiua,propter ius repræsentationis:*§.cum filius. Instit. de hæred. quæ ab intest.* quod tamen plerique vltra pronepotes nõ extendi volunt.*Angel..Bart.& Dd. in §.cum filius.Inst.de hær. quæ ab intest. Bart. in l.*1. *§.si quis.de suis & leg.*Nam filius quamuis in primo sit gradu, nepos ex altero filio in secundo; nihilominus hic patris sui personam repræsentãs.cum patruo hæreditatem cernit. *l. Papinian. §.quoniam in fin. de inoff. test.* Quamobrem sine A graduum respectu descendentes,in gradib. non modò inæqualibus, verũetiam æquis constituti, in stirpes,non in capita succedũt:id est, tantum nepos vnus vel plures,aut horum liberi capiũt; quantũ ipsorum parens in diuisione accepisset. *in Auth.de hæred.ab intest.d.§. cum filius.vbi dixi.*

¶ Deficientibus porrò descendentibus: iure 15 nouo(nã in veteri secus fuit, *l.scripto.* 7. *vnde lib. l.fin.*C.*com.de success.*) locus fit secundo ordini, B nempe ascendentibus, secundum gradus prærogatiuam.Nec enim hîc repræsentatio locũ habet:cũ contra naturam sit, vt auus repræsentet patrem suum filium,tanquã ab illo genitus. Qui autem in eodem sunt gradu, ex æquo diuidunt hæreditatem:ita tamen,vt dimidiam accipiant à patre ascendentes,alteram à matre: etiamsi sint dispares numero: atq; ita diuisio fiat: in stirpes, nõ in capita.§.1.*in Auth.de hæred.ab intest.* Ascẽdentes autem excludunt bodie(nam olim à fratribus excludebantur, *l.scripto.* 7. *vnde lib.* §. *fin. Inst.de leg.agna.success.*) omnes collaterales, exceptis fratribus & sororib.ex vtroque latere (etenim vno tantùm latere coniuncti, nedum ab ascendentibus,sed etiam à fratribus vtrinque cõiunctis excluduntur in allodialibus:quamuis secus in feudalib. seruetur,*Auth.itaque.* C.*com. de succes.Fachs.diff.*26.*Land.lib.*2.*art.*20. *Aluar. & Dd.in c.*1.*de success.feud.Bald.in c.*1. *de succ. feud. & l.*1.C.*de legit.hær.Ang.cons.* 108. *Schurf. cons.* 8.*in fin.cent.*1.*Iacob.in trac.feud. verb. præsente. num.*11. *vide Sax.lib.*2.*art.*20.*Lehenrecht.cap.*32. *Fasc.diff.* 20.25.29.*Reinh.diff.*30.*Curt. trac.feud. part.* 3.*nu.* 56.*Zas.in fin.partis* 8.) & horum liberis:quamuis iure Saxonum omnibus,etiam his,collateralib. ascẽdentes præferantur.*Landt.lib.*1.*art.*17. *Fachs. diff.*24.Porrò cum fratribus & sororibus proximior ascẽdens,siue pater, siue auus, atq; ita consequenter,vt rectè volunt Dd. *in Auth.defuncto.* C.*ad Tertyllia.*diuidit in capita hæreditatẽ: liberi autem fratris sororísue, in stirpẽ succedunt: hoc est, eam accipiunt partem, quamuis plures, quam parens eorum esset consecutus. §.1.*in Authen. vt filij fra.d. Auth. defuncto.* Iure tamen Saxonum hi planè à patruis exeluduntur: cùm eo iure in collateralibus repræsentatio locum non habeat. *Fachs.in diff.*25.*pertex. Landt.lib.*1.*art.*3. *in fin.eod. art.*17.

F ¶ Deficientibus autẽ ordinibus sursùm deorsùmue versus rectis, & non extantibus fratribus 16 aut eorum liberis,proximiores ex latere admittũtur,obtinétq; hic regula:Qui propior est gradu,propior est iure successionis. Quod si plures in eodem gradu existãtium capita, non in stirpes succedunt, secundum personarum numerum. §. *si verò.in Auth. de hæred.ab intest.* Quod & in liberis duorum fratrum obtinere verius est; vt,si inter se succedant,æqualiter, non autem in stirpes, capiant hæreditatem: vt ex opinione Zasij *singula.respon.lib.*1.*cap.* 7. Carolus V. in Comitiis cõstituit, & iure Saxonum ita etiam obseruatur. *Fachs.in diff.*28.Quanquam sunt alia quædã hoc in iure singularia:vt,alia graduum computatio-

*Land.lib.1.art.3.Fachs.diff.30.Chil.in pract.de diff. grad.*item quod frater ex vno latere coniunctus, cum fratris filiis ex vtroque latere cõiuncti admittatur.*Fachs.diff.26.per art.20.lib.3. Reinh.art.* 30.quamuis iure ciuili hi illum excludant:*Authen.cessante.*C.*de legit.hared.* item quòd patruo defuncti, filij fratris, quamuis in eodem gradu existentes,*Fachs.diff.* 25. item frater defuncti ex vno tantùm latere coniunctus, *Fachs. differ.26. Reinh.diff.* 33. puta consanguineus vel vterinus, præferantur:quod tamẽ more magis quàm certa ratione inductum est,eóque in quibusdã Curiis repudiatur. Et hæc dicta sufficiant de gradibus coguationum, quæ in successione considerantur: nunc aliquid de affinitate iuxta huius tituli inscriptionem,subiiciamus.

17 ¶Affinia dicuntur quæ coniuncta sunt: *l.eos. 12.ff.regund.* vnde affinitas pro qualibet coniunctione necessitudinéque poni solet. *l. quod Seruius.*8.*de cond. caus. da. l.non ideo.* 5.*C.de hære.inst.* Affines tamen in iure propriè dicuntur viri & vxoris cognati, dicti ab eo quòd duæ cognationes,quæ diuersæ inter se sunt,per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit.*l.*4.§.3.*h.tit.* Est igitur affinitas,ius quoddam inter vinum cõiugem & alterius cognatos instituturm:seu,vt Theophilus §.*affinitatis Instit. de nupt.*vult, propria quædam personarum qualitas, quæ citra cognationem nobis ex nuptiis coniunguntur. Potest & hoc modo definiri, vt sit propinquitas personarum,eo nuptiis,non ex sanguinis coniunctione orta. Numerantur autem tria genera affinitatis,à Canonistis:*glo. Panorm.num.6.& alij in c.non debet.pen.de cons.& affin.*primum,quod per personam adiunctam carnis copula contrahitur:secũdum,quod per personam primo generi additam: tertium, quod per personam secundo additam. Verbi gratia: vxoris meæ cognati, sunt mihi in primo genere affinitatis: ea mortua, si alteram duxero, prioris cognati erunt huic secundo genere affinitatis coniuncti. si me mortuo illa Titio nupserit, erunt prioris cognati, Titio affinitatis tertio genere coniuncti. Item: vxoris meæ frater mihi primo est affinitatis genere coniunctus,illius vxor secundo. quod prohibitionem non habet, vt quidam volunt: *Berengar. in arbore Geminia. in c.vnic.*§.*quare.num.*3. *de cons.lib.6.* quia affinitas non extenditur ad affines personæ coniunctæ, *d. c. non debet. ex.eod.* sicuti nec ad cognatos viri & mulieris inter se. §.*mariti. vbi glo.ad verbum, postea. Instit. de nupt. c. penult. c. quod super. ex.de consang.*Gradus autem affinitatis nulli sunt, iure ciuili: *l.* 4. *vers.grad.hoc tit.* sed iure Canonico, eodem modo computantur, quo gradus consanguinitatis. *cap. penult.& fin.ex.eod.* Causa efficiens, iure ciuili sunt legitimæ nuptiæ, *l.* 4. §.*affines.* & §.*sciendum.h.tit.*(vnde vir & vxor dicuntur principium affinitatis, *glo. in d.l.*4. *hoc tit.*Bald.*in l.affinitatis.C.com.de success.fac.l.*1. *vbi glo.& Dd.C.vnde vir & vxor.l.non ideo.*C.*de hæred.inst.Bar.. & Dd. in d. l.affinitatis.*] vel legitima sponsalia: quibus etsi propriè affinitas non conciliatur, tamen quo ad prohibitionem matrimonij,illam inducunt: *l.pen.*C.*de incest. nupt. glo.in l.*4.*verb.per nuptias.hoc tit.per l. & nihil. de rit.nupt.c.discretionis. de eo qui consang.vx.glo.in l. quod Seruius. de cond. caus.dat. & in* §.*si vxor.vbi Dd.Instit.de nupt.*dummodò pura sint,non conditionalia.*c.de illis.de cond.appo.c.vnic.*§.*fin.de desponf. imp. lib.6.* Etsi autem iure ciuili affinitas non contrahitur, vbi nuptiæ sunt interdictæ: *l.* 4.§.*sciendum.h.tit.*tamen iure Pontificio,ex quauis etiam illicita coniunctione quædam affinitatis verecundia existit, coniugium impediens. *c.discretionis.vbi glo.ad verb. nec affinitas. & Panor.de eo qui cogn.consan.vx.c.ex literis.eod. tit.c.vnic.vbi glo.verb.affinitatis.de sponf.in 6.*Dd.*communiter in d.c.non debet.ex.eod. vide latè Michae. de Mille.cons.matri.*18.*num.*1. *vol.*1. Effectus huius coniũctionis est, quòd impedit matrimonium, §.*affinitatis.Inst.de nupt.* ad quartum vsque gradum iure Pontificio:*c.penult.& fi.eo.eo.Bald.in l. affinitatis.C.com.de success.*scilicet in primo genere.nam secundum & tertium,prohibitionem nõ habet:*vide glo.& Dd.in d.c.penul. & fin.* quod quidem impedimentum etiam soluto matrimonio durat.*l.auunculo.fi.de cond.sine caus.l.*2.§.*affinitatis.vbi* Bart.*de postu.& in l.affinitatis.* C.*com. de success.* Item reddit suspectum testimonium, Dd.*in l.parentes.C.de testib. Bart.in l.aut affinitatum.de procur.*Bal.*in l.qui testamento.* §. *quæ autem. in fin.de testam.& c.in literis. de testib.glo.&* Dd. *in c.accedens.*1.*vt lit.non contest.* & iudicium,*d.c. accedens.vbi glo.vt lit.non contest.* in causa affinis: nam ex hac necessitudine inter coniunctos,præsumitur nasci affectio:*gloss.in l.*1.*C. de sicar.* non tamen defert affinitas successionem, sicut consanguinitas. *l.affinitatis.vbi Bart.& Bald.*C.*com. de success.*

VNDE VIR ET VXOR. Tit. XI. C.6.18.

1 *Quando vocentur vir & vxor.*
2 *Hodie melius coniugibus prouideri.*
3 *Quomodo iure Sax.coniuges succedãt.*

Post†agnatos & cognatos ad decimum vsque gradum, §.*fin.Instit.de success.cogna. vbi glo.& in Auth.in successione.C.de sui & legit.hared.*prætor,excluso fisco,ad bonorum successionem virum & vxorem vocat, qui quæúe mortis tempore in iusto matrimonio fuerit.*l.vnic.h.ti.* §.*aliam.Inst.de bonor.poss.* Sed†his personis hodie prolixius cõsuli videmus,cùm iure communi,*Auth.præterea.C.vn. vir.& vxo. in Auth. vt lic.mat.& auiæ.* tum etiã passim municipalibus. Sic † iure nostro Saxon. maritus omnia bona mobilia vxoris lucratur,*Land.lib.*1.*art.*31. *& lib.* 3.*art.*7 6.*Fachs.diff.*34.*& diff.* 18. *&* 20. etiam extantibus liberis, quibus tamen legitimam de iis

de iis supplere cogitur: mulieri verò tertia pars bonorum mariti, cum plurimùm ex consuetudine locorum cedit: vbi ea deficit,quarta. Quo tamen casu bona sua propria,cum liberis succedens, & tertiam partem accipiens, conferre cogitur,etiam inuita; si tamẽ tãtum in tertia parte acceptura est,vt ei de suis bonis satisfieri possit:cæteroqui si nihil aut parũ maritus reliquit, æquius videtur vt possit sua retinere,& illius sue cessione abstinere. *vid.Fachs.diff.*20. Vbi verò illa consuetudo de tertia deficit, communi, & etiam iure(quãtum arbitror.nam sunt qui tertiæ semper locum relinquãt apud Sax. nisi de quarta specialiter statutum reperiatur) Sax.absq; onere collationis, *vide* §.*de collat.bonor.*(quãquam in eam iure ciuili dotem, & reliqua quæ de marito lucratur, ac vt relicta accipit, imputare cogatur,*Castr.nu.*6.Bald.*in fin. in d.Auth.praterea. & ibid.*Ias.*nu.*20.*cum seq. qui dicit esse communem.* C.*vnde vir & vxor.*)debetur mulieri pars hereditatis quarta. Ita, si duo trẽsue duntaxat extent liberi:quòd si plures, tantùm portionem filialem,quantam scilicet quisq; liberorum, accipit. *d.Auth. præterea.* Illud vltimò sciendũ, hoc ius quod coniuges ex statuto in alterius bonis habent,non posse illis per testamentũ auferri;cum sit velut legitima pars debita. *vide Bald. in l. si quando.in prin.C.de inoff.test. & in l.*1.*num.*5. C.*de legit.hæred.*Boer.*decis.*244.*Cremon.singul.*154.*Chas. in consuet.* Burg. *tit. des droits apparten.* §.4. *in fin. Boer.in cons.*Bitur. *eod. tit.* §. 1. *&* 4. quod admittendum puto, cùm certa pars ex statuto defertur,non etiam cum omnia bona, non extantibus scilicet liberis. eiusmodi enim statutũ tãtùm ab intestato potest obtinere,nec ad causam testamenti est trahendum, ne libera auferatur testandi facultas. Si enim omnia bona ex statuto indistincte superstiti relinquenda essent, sequens esset de nulla re coniugem testari posse, cum omnia debeãtur: quod admittere verè fuerit perabsurdum.*vide Bald. in d.l. si quando.C.de inoff.test.*1.*l.pactum.*15.*vbi dixi.C.de pact. vide Tiraq.in ll.connub. verb. contr. & quæ dixi*]. *de don. caus.mot.* Quare & cum expressum est statuto, deferri certam partẽ tantùm ab intestato, eam testamento auferri posse certũ est; quemadmodum & partem iure ciuili ab intestato (legitima excepta)assignatam.*vid.in Auth.de hær.& Falc. & de hære.ab intest.*Dd.*in d.Auth.præterea.*C.*vnde vir & vxor.*Nam ex causa intestati,vbi testamẽtum factũ est, nihil peti aut deberi potest. *in princ. cum* §§. *sequ. Instit. de hære. quæ ab intest.* Quartam tamen ex constitutione debitam, ne quidem iure ciuili per testamentũ coniugibus auferri posse,communiter receptum est. Ias. *& communiter Dd.in d.Auth.præterea.vbi Ias.nu.*17. *dicit hanc esse communem.* Quamobrem nec lucra coniugum, quæ moribus Sax. consequuntur,auferri per vltimam voluntatem poterunt, sed tantùm per statutum: quod ex speciale, derogat iuri Sax. generali. *l.in toto. de reg. iur. Ias. l.placuit.in fin.*C.*de iud.*

DE VETERANORVM ET militium successione. Tit. XII.

1 *Continuatio.*
2 *Duo singularia in successione militum.*

ATque† ita quidem peruntur poss. bonorum quæ pagani relinquunt. In† militum hæreditatibus duo sunt singularia: nam si intestati decedant, agnati cognatique ad finem quinti.duntaxat.gradus, fiscum excludũt.*l.*2.*h.t.* Deinde si ex delicto militari capite puniri meruerunt, non modò testamentum facere possunt;sed etiam ab intestato, bona ad cognatos pertinent:*l.*1.*h.t.* quod non est in pagnanis. *t.de bonis damna.*].

QVIBVS NON COMpetit bonorum possessio. Tit. XIII. C. 6. 9.

QVibusdam tamen non competit petitio bonorum possess. vt ei qui renunciauit, qui tempore exclusus est, qui se indignum hæreditate reddidit: vt pater aut dominus,qui dolo fecit,ne testamentum mutaretur,in quo seruus aut filius eius hæres erat institutus. *l.vnica. hoc tit.*

VT EX LEGIBVS SEnatúsve consultis bonorum possessio detur. Titul. XIV.

1 *Quare detur hæc possessio.*
2 *Cur dicatur extraordinaria.*
3 *Edicti verba.*

QVemadmodum†cõdictiones ex lege dantur,si quid noua lege introducatur: *tot. tit. ff. & Cod. de condict. ex lege.* ita prætor nouissimè extraordinariam bonorum possessionem iis pollicetur,quibus vt detur, lege, vel S. C.vel constitutione comprehensum est. Dicitur † autem extraordinaria, non quòd ius non tribuat;sed quia neque bonorum possessionibus quæ ab intestato veniunt, neque iis quæ ex testamento sunt connumeratur. §.*septima.Instit.de bon. poss. ff.* Ait † prætor: VTI MEQVAQVE LEGE, SENATVSCONSVLTO BONORVM POSSESSIONEM DARE OPORTEBIT; ITA DOBO. *l.*1.*hoc tit.*

QVIS ORDO IN BONORUM possessione seruetur. Tit. XV.

ORdo in petenda bonorum possessione hic seruatur: vt primùm ab intestato vocentur sui, secundò legitimi, tertiò proximi cognati, deinde vir & vxor. Tempus petēdi bonorum possessionem vtile est, scilicet vt non alij dies computentur: nisi quibus quis sciuit possessionem sibi delatam, & agere potuit. *l.2.h.t.*

DE SVIS ET LEGITIMIS hæredibus. Tit. XVI. C.6.54.57.

1 *Continuatio.*
2 *Ordo successionum iuris ciuilis.*
3 *Quando opus aditione, quando non.*

1 QVo † ordine prætor ad bonorum poss. vocat, eodem ferè ius ciuile hæredes facit ab
2 intestato. Nam † primò vocat suos, id est, liberos in potestate constitutos: *l.1.h.tit.§.1. cum seq. Inst. de hær. quæ ab intest.* deinde consanguineos, qui sanguine defuncto connexi sunt, puta parentes & fratres, *d.l.1. in fin.* tum agnatos proxi-
3 mos. *l.1. & 2.h.tit.* In † suis hæredibus aditio non est necessaria, sed ipso iure hæredes existūt: quod non est in reliquis, qui adire hæreditatem, & petere bonorum possessionem compelluntur: vt latius alibi traditur. *in l. in suis. 11. §. de lib. & posth. & in tit. Inst. de hær. qua. & diff. & §. tit. de acq. hæred. vide §. ad tit. vnde cognati. vbi de ratione successionis huius diximus.*

AD S.C. TERTVLLIANVM & Orfitianum. Tit. XVII. C.6.55.56.

1 *Cur matrem l. XII. Tab. non vocet.*
2 *Ius prætorium & S.C. de successione matrum & liberorum.*
3 *Constitutio Iustin. de eadem re.*
4 *De S.C. Orficiano.*

LEx XII. Tabularum † nullum ius vltrò citróque capiēdæ hæreditatis matri & liberis dedit: quia nulla agnatione sibi inuicem iunguntur. Sed † prætor eos subinde per edictum, vnde liberi, vocabat. Postea ætate Adriani etiam S.C. hæc asperitas iuris ciuilis mitigata est. Itaque S.C. Tertulliano cautum est de liberorum successione, matri, non etiam auiæ deferenda: vt mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad intestatorum bona admitteretur. Sed † Iustiniani constitutione, mater & parentes indistinctè succedunt. *§. sed nos. Instit. eod. vbi vide quæ dixi. §. 1. in Auth. de hæred. ab intest.*

¶ Econtrariò ex Orfitiano S.C. liberi ad matris successionem admittuntur: quod ad auiam & ad liberos vulgò quæsitos productum est. *in tit. Inst. de S.C. Orficia. vbi exposui. vide Fachs. diff. 27. §. fin. Instit. de S.C. Tertull. §. vulgò quæsitos. Instit. de success. cognat.* quanquā iure Sax. filia spuria non possit vt ensilia matris petere, velut legitima. *D. Reinhar. diff. 49. per art. 51. lib. 1.* Inter spurios autem & vulgò quæsitos non sunt numerandi incestuosi, & ex adulterio concepti. hi enim nullum succedendi, sed tantùm petendi alimenta, ius habent. *c. cum haberet. de eo qui dux. in matrim. D. Reinh. diff. 50.*

DIGESTORVM LIBER XXXIX.

DE OPERIS NOVI NVNCIATIONE. Tit. I. C. 8. 11.

1 *Continuatio.*
2 *Dispositio titulorum sequentium.*
3 *Summa edicti de op. no. nūc. propositi.*
4 *Duo interdicta quæ ex hoc edicto dantur.*
5 *Primum interdictum.*
6 *Quid sit nouum opus, quid nunciare, nunciatio.*
7 *Causa efficiens nūciationis: & qui quibus nunciare possint remissiuè.*
8 *Materia circa quam, & in qua fit nūciatio.*
9 *Forma nunciandi triplex.*
10 *Finis nunciationis.*
11 *Effectus.*
12 *Secundum interdictum de nūciatione.*

1 EXpositis † iudiciis prætoriis, quæ ad successionem pertinent: nunc reliqua deinceps edicta atque interdicta, quę partim ex variis causarum figuris, partim ad conseruanda possessionum iura prætor proposuit, exequamur. In † quib. primum locum ea meritò obtinent (sunt enim quotidiana) quæ ad sarcienda damna, coercendásque iniurias, aut ex priuata causa, aut publica illatas pertinent. Ex priuata causa, cùm vel iniuria facta, damnúmve datum est, vel timetur fieri per ædificationes: nam si verbo aut verberibus fiat: iniuriarum, legísque Aquiliæ actio

actio præstò est, nec extraordinario prætoris remedio erit opus. Ex publica, cum supra bonum & æquum publicani illicita vectigalia extor-
3 quent. Ac † in primis de iniuria priuata per nouum opus facta videamus. Solent enim vicini ædificando vicinis iniuriam non raro facere, vel auaritia, vel errore, vel temeritate quadam impulsi. cui malo prætor hoc edicto occurrit: *de oper. no. nunciat.* quo expressit, vt siue iure: siue iniuria opus fieret, per nunciationem inhibeatur: donec vel nunciatio missa fiat, vel vice nunciationis missę satisdatio de opere restituendo fuerit interposita. *l.1. in prin. l. prætor. 20. §. 1. h.t.*

4 ¶ Ex hoc edicto prætor pro more suo duo interdicta reddit, quibus agitur ad ius edicti conseruandum. Priore consulitur iis, quorum cum damno & iniuria aduersus prohibitionem opus factum est. Alterum ædificatoribus succurrit, quibus satisdare paratis, sine iusta causa impedimētum præstatur, quo minus ædificare possint.
5 Prius † ita habet: QVEM IN LOCVM NVNCIATVM EST, NE QVID OPERIS NOVI FIERET, QVA DE RE AGITVR QVOD IN EO LOCO, ANTEQVAM NVNCIATIO MISSA FIERET, AVT IN EA CAVSA ESSET VT REMITTI DEBERET, FACTVM EST; ID RESTITVAS. *d.l. prætor in princ.*
6 ¶ Nunciare significat hic prohibere: *glo. in l. si procurator. 17. h.t.* & nunciat nouum opus, qui denunciat vicino ne ædificet. Nouum autem opus facit, qui pristinam operis faciem mutat. *l.1. §. opus nouum. 5. l. stipulatio. 21. §. opus nouum. 3. hoc tit.* Nunciatio igitur noui operis, est solennis prohibitio vicino facta, ne in opere nouo exædificando pergat, donec de iure ædificationis constiterit, aut præstita sit eo nomine satisdatio.
7 ¶ Causa huius efficiens Prætor est, qui hoc nūciandi ius introduxit; *d.l.1. d.l. Prætor.* & voluntas eorum qui eo iure vtuntur: qui autem vti, & aduersus quos possint, eleganter & ordine Iurisconsulti ipsi exponunt. *in l.1. §. fin. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. h.tit.*
8 ¶ Materia circa quam versatur nunciatio, sunt structuræ, & res soli, non etiam mobiles: *l. 1. §. hoc autem edictum. 6. h.tit.* res prophanæ, non religiosæ: & opera futura, non etiam facta. Nam hæc ad interdictum Quod vi aut clàm pertinent *l.1. §. 1. h.t.* Materia in qua fit nunciatio, est opus quod ædificatur. in re enim præsenti fieri nunciationem oportet. *l. de pupillo. 5. §. nunciationem, 2. h.tit.*
9 ¶ Forma nunciandi triplex est, nam fit vel authoritate magistratus per personam publicam; vel per iactam lapilli: quibus quidem modis nūciamus cum in nostro ædificatur, nec possessionem amittere volumus, quæ alioqui per verbalem nunciationem amittitur: *d.l.1. §. in operis. 3. d.l. de pupillo. §. meminisse. 10. h. tit.* vel per verbalem nūciationem, cum in suo quidem ædificat vicinus, sed contra ius seruitutis. *d.l.1. §. nunciatio. 2. d.l. de pupillo. §. meminisse.* Nunciatio autem aut nostro, aut alieno nomine fieri potest, & omnibus diebus: & aduersus absentes etiam atque inuitos procedit: *d.l.1. §. nunciatio. 2.*

¶ Finem nunciationis tradit Vlpian. *in d.l.1. §. 10.* 10 Nunciatio, inquit, fit aut iuris nostri conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia.

¶ Effectus nunciationis extat in ipso interdicto. Nam post eam facta, cessare ædificator debet ab opere, & cum nunciante committere se prætoriæ iurisdictioni, vt ius ædificationis examinetur: *d.l.1. §. potest. 4.* alioqui si in ædificando pergat, quicquid operis fecerit, antequam missa facta sit nunciatio, aut in ea causa existat vt mitti debeat, videlicet satisdatione oblata; demoliri & auferre iussu magistratus compelletur; nulla facta cognitione, ius ædificandi nec ne ædificator habeat: quia semper contra edictum & ius nunciationis fecit. *d.l. prætor. §. 1. h.t.* 11

¶ Sed quoniam iniquum est, impediri in ædificando eum qui satisdare paratus est de opere demoliendo, si contra ius ædificatum constiterit: ideo prætor alterum interdictum ad hunc modum protulit: QVEM IN LOCVM NVNCIATVM EST, NE QVID OPERIS NOVI FIERET: QVA DE RE AGITVR, SI DE EA RE SATISDATVM EST: QVOD EIVS CAVTVM SIT, AVT PER TE STAT, QVO MINVS SATISDETVR, QVO MINVS ILLI IN EO LOCO OPVS FACERE LICEAT, VIM FIERI VETO. *d.l. prætor. §. deinde. 7.* Hoc interdictum tam luculenter I.C. interpretantur, *in d.l. prætor. & ll. seq.* vt nostra expositione minimè opus habere videatur. 12

DE DAMNO INFECTO, & de suggrundis, & proiectionibus. Tit. II.

1 *Quid sit damnum infectum, suggrūda, proiectiones.*
2 *Ex qua causa, & quādo prætor iubeat caueri.*
3 *Quomodo ad cautionem cogat.*
4 *De primo & secundo decreto.*
5 *Quæ actio in contumacem detur.*
6 *Verba edicti: & de primo & secundo decreto, explicatio methodica.*

DAmnum † infectum, est damnum nondum factum, sed quod futurum veremur. *l.2. h tit. Paul. lib. 5. tit. 10.* Suggrunda siue suggrundæ, sunt eminentes tecti partes, ad auertēdum stillicidium. Proiectiones sunt proiecta, quibus tectum & parietes defendūtur. *vide in l. malum. 242. § inter. de verb. signif. l. si verò. §. prætor. vbi Bud. de his qui deiecer. vel effud.* Qui † igitur
2 damnum ex ruinosis viciniædibus aut tecto timet, huic si iuret, se nō calumniæ causa petere,

iubet prætor dominum aut possessorem earum A ædium, vnde damnum timetur, cauere: suo quidem nomine per stipulationem, alieno verò per satisdationem, de damno sarciendo, si quod datum erit. *l. damni infecti. 18. l. 5. prætor. 7. h. tit.*

3 Cui † ita non cauebitur, eum prætor mittit primo decreto in possessionem eius rei, cuius nomine vt caueatur, postulatum fuit, ita vt pignoris loco rem detineat. *l. 4. §. 1. l. si finita. 15. §. ex hoc edicto. 4. h. tit.* Cuius † causa iusta esse videbitur, eum etiam possidere, & fructus lucrari prætor secundo decreto iubet: scilicet causa cognita, cum æquum esse videbitur, & ex temporis diuturnitate, puta anni spacio, quod post primũ decretum elapsum est, *c. penult. de eo qui mitt. in poss. Spec. de secund. dec. §. iuxta. nu. 2. per l. si quis. §. fin. C. de præscr. 30. annor.* & contumacia eius qui rem pro derelicto habet. *d. l. si finita. §. non autem.*

5 *10. cum seq. h. tit.* In † eum qui neque cauerit, neque in possessione esse, possideréue passus est, iudicium datur, vt tantum præstet, quantũ præstare eum oporteret, si de ea re ex decreto magistratus cautum fuisset: vt planum fit ex edicto, quod in hæc verba extat. *in l. prætor. h. tit.* Præ-

6 tor † ait: DAMNI INFECTI SVO NOMINE PROMITTI, ALIENO SATISDARI IVBEBO EI QVI IVRAVERIT, NON CALVMNIAE CAVSA ID SE POSTVLARE; EVMVE, CVIVS NOMINE AGET, POSTVLATVRVM FVISSE, IN EAM DIEM QVAM CAVSA COGNITA STATVERO. SI CONTROVERSIA ERIT, DOMINVS SIT NECNE QVI CAVEBIT: SVB EXCEPTIONE SATISDARI IVBEBO. DE EO OPERE, QVOD IN FLVMINE PVBLICO RIPAVE EIVS FIET, IN ANNOS DECEM SATISDARI IVBEBO. EVM CVI ITA NON CAVEBITVR, IN POSSESSIONEM EIVS REI, CVIVS NOMINE VT CAVEATVR POSTVLABITVR, IRE, ET CVM IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, ETIAM POSSIDERE IVBEBO. E IN EVM QVI NEQVE CAVERIT, NEQVE IN POSSESSIONE ESSE, NEQVE POSSIDERE PASSVS ERIT, IVDICIVM DABO, VT TANTVM PRAESTET, QVANTVM PRAESTARE EVM OPORTERET, SI DE EA RE EX DECRETO MEO, EIVSVE CVIVS DE EA RE IVRISDICTIO FVIT, QVAE MEA EST, CAVTVM FVISSET. EIVS REI NOMINE, IN CVIVS POSSESSIONEM MISERO, SI AB EO QVI IN POS- F SESSIONE FRIT, DAMNI INFECTI NOMINE NON SATISDABITVR, EVM CVI NON SATISDABITVR, SIMVL IN POSSESIONE ESSE IVBEBO. Hoc edictum copiosè ab ipsis l. C. explicatur, vt nos in eo interpretando diutius hærere non debeamus. Potius igitur aliquid quod vsum habeat potiorem, de primo & secũdo decreto subiiciendum videtur.

Primum decretum ita definit Spec. *in tit. de primo decret. §. 1.* vt sit iussum iudicis, quo man- dat bona alicuius propter eius contumaciam possideri. Paulò aliter Bart. *in l. si finita. 15. §. Iulianus. nu. 2. h. tit.* Mihi placet esse decretum iudicis, quo ob contumaciam rei, actor in possessionem bonorum, custodiæ causa mittitur, vt ea pignoris vice detineat, donec reus veniat responsurus. Causa efficiens, est iudex qui habet mixtum & merum imperium. *Specul. de secund. decret. §. restat. num. 2. vide Panorm. in c. si quis. de for. comp. & in c. contingit. num. 22. de dol. & cont.*

B *Innoc. in c. dilecto. de verb. signif.* Causa ἀναφορικὴ à parte agentis, petitio: *Bar. in d. §. Iulianus. num. 2. & 3. per l. 4. §. hoc autem. hoc. tit.* petere autem possunt omnes creditores, quibus vel purè, vel in diem, vel sub cõditione aliquid debetur: *Specul. tit. de prim. decr. §. sequitur. num. 11.* à parte rei contumacia. *l. si finita. 15. §. ex hoc. §. si fortè. h. tit. c. quoniam. vt lit. non contest. l. cum proponas. 9. C. de bon. auth. iud. poss. Bart. in d. §. Iulian. num. 18.* Materia circa quam, sunt actiones, tàm

C personales, *d. l. cum proponas. 9. & l. fin. C. de bon. auth. iud. poss.* quàm reales. *l. 2. C. vbi in rem act. c. 2. & 3 de eo qui mitt. in poss. Bart. post glo. in d. §. Iulian. num. 40. Spec. de prim. decre. §. restat. num. 20. cum seq.* Materia in qua decretum fit, sunt bona cõtumacis qualiacunque, etiam feudalia & emphyteutica, *Bald. in l. si finita. §. si de vectigalibus. num. 5. 6. hoc tit.* atque adeò spiritualia. *c. contingit. vbi Panor. num. 11 de dol. & cont.* Ita tamen in his missio, eóque ordine decerni debet, vt pri-

D mò fiat in possessionem bonorum mobilium: pòst, si illa non sufficiant, in immobilium: *c. quoniam. §. fin. vt lit. non contest.* tertiò, in rerum incorporalium, atque nominum. *Specul. §. restat. num. 1. de prim. decr.* nam & in iuribus incorporalibus, decretum primum & secundum interponi potest: *Bald in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. num. 11.* prout in executione rei iudicatæ solet obseruari. *l. à diuo Pio. 15. de re iud.* In nominum tamen possessionem propriè non fit vera missio: sed iudex conuocat debitores, eísque interdicit, ne soluant creditori: & vt respondeant agenti, iubet. *Spec. præall. loc. num. 2.* Neque verò interest, quod & antè dixi, vtrũ pleno iure reus earum rerum dominus sit, an tantùm vtilis, vel vsufructuarius etiam. *Spec. d. §. restat. num. 7. 8. 9. cum seq.* In alienis autem rebus quas detinet contumax, non rectè fit missio. *l. 1. §. si quis. ℣. ne vis fiat ei qui in poss. Specul. d. §. restat. num. 7.* Forma & modus quo ad primum decretum peruenitur, hic ferè est. Offerendus est ab agente petitionis libellus. *Bart. in d. §. Iulianus. num. 6.* huic vt respondeat, citandus est reus absens, tribus edictis, aut peremptorio vno. *Bart. in d. §. Iulianus. num. 3. & 4. Specul. de prim. decret. §. sequitur. in prin.* eo non comparente, si actor contumaciam absentis accusarit (iudex enim non impertit officium nisi postulatum, *l. 4. §. hæc autem. hoc tit.*) contumacem esse declarabit iudex. *Specul. præall. loc.* Nam nisi præcedente contumacia,

G non valet decretum, *Bart. in d. §. Iulianus. nu. 18.* & pòst ad petitionem agentis (quem a nen libello

bello comprehendi non est necesse, *Bart. d. §. Iulianus. num. 20.*) possessionem ei decernet, *l. consentaneum. 8. C. quomodo & quand. iud. c. 4. de dolo & contumacia. Spec. d. §. restat. in prin.* absque alia vlla causæ cognitione, *vt videtur velle Spec. in d. §. sequitur. num. 8. quamuis obstat. Auth. & qui iurat. C. de bon. auth. iud. poss.* in realibus: *Panorm. in c. quoniam. §. vltim. num. 31. vt lit non contest.* cùm summaria verò, in personalibus, *d. Authen. & qui iurat. Bart. Rebuff. & Dd. in l. litibus. C. de agric. & cens. lib. 11. l. per hanc. C. de erog. mil. anno. lib. 12. Panorm. in d. c. quoniam. §. vlt. num. 31. & in cap. 2. num. 28. de prohib. sequestr. Alexan. consil. 6. num. 9. & 10. volum. 4. Angel. consil. 107. num. 1. Anchoran. consi. 248. num. 1. & 2.* in eámque mittet aut per executorem, nunciúmve publicum, aut facta agenti ingrediendi potestate: *Bart. in d. §. Iulianus. nu. 21. cum sequen.* & mittet quidem non in omnia bona, sed ordine seruato, de quo paulò antè dixi, vt primò apprehendantur mobilia, pòst immobilia, vltimò iura, *vide Panorm. in d. c. quoniam. §. vltim. num. 7. & 34. vt lit. non contesta.* idque pro mensura debiti seu quantitatis petitæ. *cap. quoniam. §. frequenter. vt lit. non contest. Auth. & qui iurat. C. de bon. author. iud. possid. Bartol. in d. §. Iulianus. num. 7.* licet olim in omnibus indistinctè bonis fieri fit solita missio. *glo. in l. cum proponas. 9. C. de bon. auth. per l. 1. quibus ex caus. in poss.* In rebus eodem modo, si tota res petatur, in totius rei possessionem missio facienda est. si pars, in partem petitam. *d. c. quoniam. cap. 2. in verb. in possessionem rei petitæ. de eo qui mitt. in poss. l. si finita. 15. §. si plures. hoc tit.* Absurdum enim esset, quenquam in plus mitti, plúsque ei adiudicari, quàm petat. *Spec. de secund. decret. §. videndum. nu. 5.* Finis decreti duplex est, primùm vt creditor seu actor rem suam, hoc est, sibi debitam seruet, & consequi possit: *l. 3. in verb. fideicommissi seruandi causa. ℣. ne vis fiat ei qui in possess. tot. tit. extra. de eo qui mitt. in poss. caus. rei seruand. l. 13. §. final. de bon. auth. iud. possid.* alter, vt tædio affectus reus, veniat ad respondendum. *l. is cui. 5. vt in poss. leg.* Quod ad effectum attinet, vnius missio quandoque alteri prodest: *l. final. C. de bon. auth. iud. poss.* & missio quæ fit ex

A *nunc dicam. 7. num. 12.* Si tamen mettis sit, ne in ea communione peruenietur ad arma; potest iudex constituere, quis solus possidere debeat; *Specul. de prim. decret. §. iam de iustitia. num. 6.* aut possessionem sequestrare. *cap. 1. vbi Panorm. num. 18. de sequestr. c. 2. vbi Panorm. num. 12. 13. de dol. & contum. Specul. de secund. decret. §. iam de effectu. vers. sed vtrum.* Fructus porrò non lucratur, neque participat in bona missus creditor: cum tãtùm custos rerum sit, non etiam possessor: *d. l. si finita. §. non autem. d. l. is cui. §. vt in poss. leg. Bart. post glos. in d. §. Iulianus. num. 50.* quanquam in realibus actionibus videri possit, statim eum

B possessionem consequi, sed non incommutabiliter, quin scilicet reus eam recuperare intra annum possit. *l. 2. in fin. vbi glo. C. vbi in rem act. d. l. si quis emptionis. §. penultim. c. pastoralis. de off. ord. c. 1. de eo qui mitt. in poss. Specul. d. §. iam de effectu. num. 9.* Neque tamen fructus, etiam in realibus, neque ius vsucapiendi, *Panorm. in c. quoniam. §. vltim. numer. 33. vt lit. non contest.* (vtpote

C cum custodiæ causa, non vt dominus possideat) ante annum elapsum acquirit: *Specul. præall. loc. Bart. post gloss. in d. §. Iulianus. num. 51.* licet percipere fructus interea temporis, & custodire, aut eosdem vendere, cùm seruando seruari nequeunt, non prohibeatur. *d. §. is cui. Specul. præall. loc. numer. 13. vide Bart. in l. vlt. in princ. vt in poss. legat. & in d. l. si finita. §. Iulianus. Angel. in §. quia vero. in Authen. de exh. reis.* Cur autem aliud in

D personalibus, aliud in realibus obtineat, pulchrè exponit Specul. *Specul. præalleg. loc. numer. 12.* Quòd si porrò in possessionem à iudice decretam non admittatur missus, habet in factum actionem, quanti sua interest, impeditum non fuisse. *d. l. si finita. §. fin. vbi gloss. l. 4. §. in eum. & l. fin. §. prætor. ne vis fiat ei.* quanquam & introduci per manum militarem potest. *l. is cui. §. missus. vt in poss. lega.* Tollitur autem primum decretum, si intra annum veniat reus, & iudicio se of-

E ferat, cautionémque iudicio sisti, ac damna ob id passa actori præstet. *d. l. si quis. 8. §. penul. C. de præscrip. 30. annor. Authen. & qui iurat. C. de bon. auth. iud. poss.* Quod maximè obtinet in realibus petitionibus. nam ibi secundo decreto opus non est, sed tantùm expectatur annus: *Socin. in d. cap. quoniam. §. fin. numer. 45. vt lit. non contest. vbi dicit hanc communem esse Legist. & Canonist.* quo exacto, verus possessor, qui missus est,

F efficitur. *c. 1. de eo qui mitt. in poss.* In personalibus non videtur ea res ad anni spacium alligata: sed post interuallum aliquod ad arbitrium iudicis moderandum, si cesset reus ad iudicium venire, & causam persequi, potest peti & decerni secũdum decretum. *Bartol. in d. §. Iulianus. nu. 39. text. in d. l. si finita. §. non autem. 12. §. si plures. vbi glo. ad verb. princ. l. 3. § fin. verb. longo tempore. de acquirend. poss. d. Auth. & qui iurat.* Doctores tamen communius, & hic annuum spacium putant attendendum: *Specul. de secund. decr. §. iuxta. nu. 2. Innocent. in c. dilecto. de verb. signif. Instit. in tit. de eo qui mitt. in poss. Bar. d. §. Iulianus. nu. 39.* vt in hoc tan-

G

tùm maneat differentia, quòd in personalibus A interpositione secundi decreti sit opus, *d. l. si finita. §. Iulianus.* in realibus nequaquam, sed solus anni cursus pro decreto sufficiat. *gloss. in d. l. si finita. §. si plures. ad verb. priùs. vbi præsentis differentiæ rationes exponit. & optimè Specul. de secund. decre. §. videndum. numer. 2. per c. cum contingit. de dol. & contum. cap. pastoralis. de offic. ordinar. cum alijs ibi præallegat.*

Secundum decretum, est alterum prætoris seu magistratus iussum, quo ob contumaciam & B moram absentis debitoris, eum qui ad rem detinendam in possessionem missus fuerat, causa cognita verum possessorem decernit, aut etiam dominum esse iubet. *cap. 1. de eo qui mitt. in possess. l. prætoris 5. l. prætor. 7. §. 1. h. titul.* Causa efficiens est (vt in præcedente decreto) magistratus, qui imperium saltem mixtum habet. *l. 1. & 4. de iurisd.* nam qui primum decretum interponere potest, potest & secũdum. *Specul. præall. loc.* Causa quoque προκαταρκτικὴ eadem est, nempe peti- C tio ex primo decreto possidentis, & nimia contumacia non respondentis. *l. Fulcinius. 7. §. fin. quib. ex causis in possess. eat. Spec. titu. de prim. decr. §. restat. numer. 14. & de secund. decr. §. iuxta. num. 9. 10.* Materia circa quam, sunt omnes actiones personales, *Bart. post glo. in d. §. Iulianus. numer. 42. per l. cum proponas. C. de bon. auth. iud. possid. d. l. Fulcinius. §. 1. l. properandum. §. sin autem. C. de iudic. Specul. de secun. decre. §. videndum. nume. 16.* non etiam reales. *Bart. post glo. in d. §. Iulianus. num. 41. & 43.* D nam in realibus (vt antè dictum est) secundum decretum non decernitur, quoniam per hoc possessio vel dominium possidenti adiudicatur. At qui dominum se esse professus est, & rem vendicat: is postquam ex primo decreto possidere cœperit, frustra dominium petat sibi adiudicari quod habere intendit: frustra item postulet, sibi potestatem distrahendæ rei secundo decreto fieri. Nam si dominus est, vt præ se fert, hãc potestatem suo iure habet. *l. in re mandata. C. mand. tot. titul. Instit. quib. alie.* E Præterea lex in realibus tantùm possessionem contumaci aufert, salua ad longum tempus proprietatis quæstione: *l. 2. in fin. vbi gloss. C. vbi in rem act. d. l. si quis emptionis. §. penult. cap. 7. verb. saluo iure. de eo qui mitt. in possess. c. quoniam. §. quod si. vt lit. non contest. cap. prout. de dol. & contum.* quod illi ius per secundum decretum auferri, perquàm fuerit iniquum: ac etiamsi non rei vẽdicatione, sed alia quauis reali actione sit actum; tamen ratio semper erit, cur F secundum decretum interponi non sit necesse. Qui enim, verbi gratia, hypothecaria egit; etsi se non esse dominum professus sit: tamen quia ex iure pignoris quod prætendit, distrahendi *titul. ff. & C. de dist. pign.* aut dominij impetrandi *tot. titul. C. de iur. dom. impet.* facultatem habet; ideo alio ei decreto non est opus. Etsi autem hæc ita se habeant, potest tamen qui reali egit, si de dominio controuersiam in futurum probabiliter vereatur, petere à iudice, vt certum terminũ G statuat, intra quem veniat ius suum deducturus reus, aut alius quiuis qui dominium prætendit: quo elapso, nemo deinceps audiatur. *l. vlt. C. de iur. dom. impet. Authen. hoc nisi. C. de solu. vide gloss. Bart. & Dd. in l. si finita. §. si plures. ad verb. prius. hoc titul. Specul. de secund. decret. §. videndum. num. 20. 21. Panorm. d. cap. quoniam. §. final. num. 12.* Sed de hoc personalium & realium actionum discrimine, plura Accurs. *in d. l. si finita. §. si plures. verb. prius.* & Specul. *in dict. tit. de secund. decret. §. videndum. num. 20. & 21.* ad quos breuitatis causa studiosos remitto. Forma perueniendi in personalibus ad secundum decretum hæc est. *vide omnino Panorm. in cap. quoniam. §. fin. num. 34. 41. 46. vt lit. non contest. & ibid. Socin.* Post elapsum annum, *Bart. in d. §. Iulianus. num. 39.* (de quo paulò antè dixi) petit actor se ex secundo decreto verum possessorem aut dominum declarari & constitui. Ad eam petitionem contumacẽ reum iudex citat. nam citato hic necessaria est, *§. pecul. de secund. decret. §. nunc dicamus. num. 1.* quia causæ cognitione, & præsentia partium est opus: vbicunque autem requiritur causæ cognitio, ibi necessaria est citatio: *l. nam ita diuus. de adopt. l. de vnoquoque. vbi Alexand. de re iudic. Socin. in tract. cita. act. 7. num. 6.* & quidem terna, vel peremptoria vna pro tribus, *cap. quoniam. §. fin. vt lit. non contest. Bart. in d. §. Iulianus. num. 27.* opus est. Citatione porrò facta, si reus non compareat, neque se ad iudicium cum debita cautione, & refusione sumptuum offerat, *l. si quis. 8. §. penult. C. de præscript. 30. annor. Auth. ei qui iurat. C. de bon. author. iudic. poss. l. prætor. §. quod ait prætor. de bon. auth. iudic. poss. cap. pastoralis. de off. ordin. c. 1. cap. cum contingit. de dol. & cont. tot. tit. ext. de eo qui mitt. in possess. caus. rei ser. Specul. de prim. decret. §. iam de effectu. num. 22.* quod & ipsum pro contumacia habetur (paria enim sunt, non comparere, vel non debito modo: *l. 1. §. fina. vbi gloss. ad verb. inhabilis. quod cuiusque vniuers. nom. & l. 1. §. penult. quor. legat.*) iam quia eius contumacia pro præsentia est. *cap. veritatis. 8. de dol. & contum. l. contumacia. 53. de re iud. Specul. h. tit. §. 1. numer. 1.* de causa iudex cognoscet. In causæ autem cognitione versatur, num reus sit Reipub. causa absens, num pupillus, num alio impedimento iusto detentus: nec enim ad secundum decretum est properandum: *Specul. præalleg. §. 1. num. 1.* alioqui dabitur restitutio. *d. l. si finita. §. si forte. §. postea. l. eorum. 19. hoc titu.* Bart. *in d. §. Iulianus. num. 36.* Quòd si nihil obstet, satísque de contumacia absentis constare iudici videbitur: tum ex officio suo nobili, *Bart. d. §. Iulianus. numer. 40. Panor. in cap. quoniam. §. vltim. num. 46. vt lit. non contest.* secundum decretum interponet, & actorem in vera deinceps possessione esse, eáque frui, fructúsque suos facere iubebit. Ex quo intelligi potest, aliud esse mittere in possessionem, aliud iubere possidere: illud custodiam tribuit ex primo decreto, hoc possessionem non nudam, sed cum causa bonorum ac dominij ex secundo decreto: quemadmodum in iurisdictione prætoris, bonorum possessio, ius

ius dominij complecti solet. *l. 3. de bon. poss.* Finis A est, vt & contumacia nimia latitantis ac fugientis debitoris puniatur, & consulatur agenti creditori, cui frustrator alioqui reus copiam agendi, hoc est, ius suum iudicio persequẽdi, nullam facit. Effectus, quòd iure veteri prætor non faciebat possessorem dominum, *l. qui vsumfructum. si vsusfr. petat.* vt nec hæredem, *§. 1. Instit. de bon. poss.* sed rem in bonis eius esse iubebat, vt velut dominus iure Prætorio fructus lucraretur; & quia iusta erat possessio, etiam legitimo B tempore vsucapere, atque ita iure ciuili effici dominus posset. *Vlp. tit. 1. d. l. si finita. §. Iulianus.* Sed hodie secũdum decretum non tantùm possessorem facit eum qui mittitur in possessionem, ita vt fructus lucretur, *Specul. de secund. decret. §. 1. num. 13.* deiecto & excluso vero domino: *d. l. si finita. 15. §. vbi autem.* sed etiam dominum: *Dd. in d. l. si finita. 15. §. Iulianus. & §. posteaquam. & in d. c. quoniam. fac. l. 1. de fund. dota. l. sed si res. comm. diuid.* si videlicet dominium fuit pe- C nes debitorem: *l. 1. de fund. dotal. vide Cont. Disput. lib. 1. cap. 8.* aliàs præstat vsucapiendi conditionem. *d. l. si finita. §. Iulianus. l. prætor. l. dies. l. his qui pignori. 12. h. tit.* vt quiuis titulus dominij translatiuus, *tot. tit. de Public. in rem act. §. sed istæ. Instit. de actio.* perinde atque cum res in solutum creditori datur. *tot. tit. de iur. dom. imp. l. à diuo Pio. 15. §. si pignora. de re iudi.* Sed in solutum tum demum dari res solent, cum emptorem non inueniunt. *d. §. si pignora.* At secundum decretum D quandoque ita interponitur, vt etiam sine venditione statim fiat iure prætorio dominus qui possidet. Quod potissimùm in materia damni infecti puto vsitatum fuisse: quia non expediebat, per dilationes emptionum, in ruinosis ædibus (quæ haud facilè etiam emptorem, propter ædificationum sumptus & molestias inueniũt) spacium ad ruinas prorogari: & satius erat, vicinum fieri dominum qui de damno infecto egisset, ob vicinitatem periculi, quàm alium quemuis emptorem, cuius nihil interes- E set. qua ratione videmus hodie multis locis, iure retractus cuilibet emptori vicinum præferri. *Bald. in tract. prothomis. col. penult. vers. sed pone. Matt. de affl. cod. tracta. verb. scriptum. Tiraqu. de iur. retract. ligna. §. 22. glo. 2. num. 2. & 26. num. 36.* In alijs præsertim personalibus, crebrius decernebatur venditio *l. Fulcinius. 7. in prin. quibus ex caus. in poss. eat. l. cum proponas. l. pro debito. C. de bon. auth. iud. poss. Specul. §. 1. num. 14. h. tit.* (cuius forma alia est iure Saxon. *Landrecht. lib. 1. art. 70.* F *Reinhar. diff. iudi. 29.* quàm iure ciuili) & in eius demum defectum, *l. pro debito. 6. C. de bon. auth. iud. poss.* in solutum datio. *tot. tit. C. de iur. dom. imp. d. l. à diuo Pio. §. si pignora. Auth. hoc nisi. C. de solu.* Nonnunquam tamen & alio modo fit, decretum. nam interdum præfigitur terminus, infra quem veniat qui dominium prætendere velit, post non audiendus, *Bart. in d. §. Iulianus. num. 53.* Interdum etiam solum possessorem constituit agentem iudex, reseruato etiam post an- G num reo repetendæ rei suæ iure integro: *d. c. quoniam. in fin. vt lit. non contest. vbi gl. fin. & Dd.* præsertim cùm non multi sunt creditores, & aliqua qualis qualis causa defensionis, qua contumacia excusari potest, subesse videtur. Nam pro varietate circumstantiarum, variè interponit iudex secundum decretum, aut non interponit. *Bart. in d. §. Iulianus. num. 53.* Atque hæc quidem iure communi in primo secundoque decreto obtinent. Iure Saxon. neutri locus est: sed contumax reus, multatur damno litis, & cõdemnatur in petitionem aduersario: contumace verò actore existente, reus ab instantia iudicij relaxatur. *Reinhar. diff. iudicial. 8. per artic. 9. lib. 2. art. 5. lib. 3.*

DE AQVA, ET AQVÆ pluuiæ arcendæ. Tit. III.

C. 3. 34.

1 *Continuatio.*
2 *Aqua pluuia quæ sit: & quando hoc hoc nomine detur actio.*
3 *Qualis actio detur.*
4 *Quibus, aduersus quos, & ad quid.*

1 EOdem † modo, si cui aqua pluuia damnum dabit, aquæ pluuiæ arcendæ actione auertetur aqua: quam actionem, ex ipsa titulorum serie intelligi licet, esse prætoriam. 2 Aquam † pluuiam dicimus, quę de cœlo cadit; siue per se, siue cum alia mista noceat. Hæc autem actio consimiliter locum habet in damno nondum facto (nam de facto agendum est interdicto quod vi aut clàm. *l. Atteius. 12. §. in hoc iudicium. 2. l. si tertius. 6. §. officium. 4. h. tit.*) opere tamen iam facto, ex quo damnum iure timetur: totiésque locum habet, quoties manu facto opere nocitura agro aqua est: cum quis manu fecerit, quo aliter flueret quàm natura solebat. *l. 1. in prin. & §. 1. hoc tit.*

3 ¶Hæc actio in personam est, quia ex facto hominis oritur: in rem tamen scripta, quandoquidem in opus factum dirigitur. *d. l. si tertius. §. 3. vers. aquæ. l. emptor. 12. l. post venditionem. 16. hoc tit.* 4 Datur † autem domino prædij cui ex opere damnum timetur: *d. l. 1. §. item. 11. d. l. si tertius. §. si quis. 3. h. tit.* & etiam vtilis vsufructuario, *l. si vsusfructus. 22. l. apud Trebatium. 3. h. tit.* alijsque vtile dominium habentibus. *l. quod Principis. 23. §. 1. h. tit.* Porrò datur aduersus dominum eius loci in quo opus factum est, quia is solus restituere potest; *l. quanquam. 4. §. vlt. cum l. seq.* in hoc, vt opus restituat, id est tollat, & rem in pristinum statum formamque reponat: suis quidem impẽsis, si opus fecit, aut facere curauit: impensis verò actoris, si in nulla sit culpa; *l. supra iter. 11. §. apud ferocem. 2. & §. fin. l. emptor. 12. h. tit.* vnà cum damno & interesse, quod ea occasione post litem contestatam accidit. *d. l. Atteius. §. in hoc iudicium. 2.*

DE PVBLICANIS, ET vectigalibus, & commissis. Tit. IV. C. 4.61.62. 10.19.

1 *Continuatio: & qui dicatur publicani.*
2 *Vectigal quid sit, & quantum.*
3 *Quomodo distet à tributo.*
4 *Quare vectigal soluatur: & quæ pœnæ eius non soluti.*
5 *Edictum de publicanis, eiúsque ratio: & quomodo cum iniustis publicanis eorúmque hæredibus agatur.*

1 AD damna † quæ ex publica causa dentur, resarcienda, propositum est edictum de publicanis, vectigalibus & commissis. Publicani sunt, qui publico fruuntur (nam inde nomen habent, quòd publicum, hoc est, vectigal redimant) C siue fisco vectigal pendant, siue etiam tributum consequantur. *l. 1. in prin. l. quanta. 12.*
2 *in fin. h. tit. l. eum qui. 16. de ver. signif.* Et † omnes qui quid à fisco conducunt, rectè appellantur publicani. Vectigal à vectura dicitur: & est id quod præstatur ex his rebus quæ inuehuntur, aut euehuntur. Præstari autem solet octaua pars, *l. ex præstatione. 7. C. de vectigalib.* olim quinquagesima tantùm, aut etiam centesima. *Cuiac.*
3 *obser. lib. 6. cap. 28.* Distat † vectigal à tributo: D nam tributum est annona, vel publica functio, seu pensitatio, quæ ratione soli & bonorum immobilium penditur à possidentibus: *l. 1. & t. tit. C. sine censu, &c.* ac potissimùm capitur pro pecunia, quæ ab Imperatoribus atque præsidibus in stipendia militum & sumptus belli à prouincialibus imperatur: *l. ager. 27. de verb. sign. Tacitus lib. 20.* cuius tres fines constituit Cic. pro lege Manil. vt sint ornamenta pacis, subsidia belli,
4 nerui reipublicæ. Tributum † ergo vt stipendium E est onus fructuum, *l. 7. de vsufr. l. neque. 13. de impens. in res dota. Cuiac. lib. 7. ca. 3. & 4.* & confertur ob possessiones priuati soli; vectigal verò penditur propter vsum viæ publicæ, *l. si quis. 21. de don. int. vir. & vx.* per quam res vehuntur: quã cùm magna cura & sumptu Principes planam & tutam præstare commeatibus debeant, *l. congruit. 13. de off. præs.* (cæteroqui de damno dato tenetur, *Cæpoll. tract. de seru. c. de aqu. nu. 91.*) F nõ mirum est, aliquid in autoramentũ & compẽsationem eorum sumptuum à viatoribus retribui. Eius vectigalis non soluti pœna est, vt res committantur, vendicentúrque fisco; vnde & commissæ res dicuntur. *l. commissa. l. fin. §. si quis. h. tit. glo. in l. 1. C. de vectigalib.*

5 ¶ Sed quia sæpenumerò supra statutum vectigal, vi aut dolo malo publicani eorúmque familiæ exigere solent, aut per cõcussionem iniecto terrore extorquere, nonnunquam etiam ex mercibus quid surripere: G ideo prætor edicto ita cauit. *l. 1. in prin.* QVOD PVBLICANVS A SEV ALIVS PVBLICANI NOMINE VI ADEMERIT, QVODVE FAMILIA PVBLICANORVM: SE ID RESTITVTVM NON ERIT, IN DVPLVM; AVT SI POST ANNVM AGETVR, IN SIMPLVM IVDICIVM DABO. ITEM SI DAMNVM INIVRIA, FVRTVMVE FACTVM ESSE DICETVR, IVDICIAM DABO. SI II AD QVOS EA RES PERTINEBIT, NON EXHIBEBVNTVR, IN DOMINOS SINE NOXAE B DEDITIONE, IVDICIVM DABO. Hæc actio hæredibus etiam datur: *l. sed & ij. 13. in fin. h. tit.* in hæredes autem, quatenus locupletati sunt. *l. 4. in prin. h. t.* Amplius etiam extra ordinem publicani ad vigorem publicæ disciplinæ, hoc nomine plectuntur. *l. locatio. 9. §. quod illicitè. hoc tit.*

DE DONATIONIBVS. Tit. V. C. 8. 54. 55. 56.

1 *Continuatio: & quòd donationes rectè ad ius Prætorium referantur.*
2 *Donatio vnde dicta, & quid sit.*
3 *Diuisio: & quid sit donatio simplex, sub modo, causa, aut conditione.*
4 *Causa efficiens: & quis cui donet.*
5 *Materia:*
6 *Forma: & quomodo firmentur, contrahantur donationes: & quare quædam insinuatione indigeant.*
7 *De fine, natura, effectu, & reuocatione donationum.*

DOnationes † quoque ad ius Prætorium meritò referuntur. Nam cum magis ad bene- 1 ficij causam quàm negocij contracti speciem pertineant, nulla eo nomine iure ciuili est actio, quam lex ex conuentionibus duntaxat, quæ causam obligationis ac συνάλλαγμα continent, præbere solet, vt suprà dictum est. *ad l. iurisgentium. 7. in prin. de pact.* Sicuti igitur precarium, quod ex liberalitate descendit, Prætor tuetur: *l. interdictum de precario.* ita consentaneũ est, reliquas quoq; donationes, postquam perfectæ essent, iure Prætorio, velut iustum acquirendi modum, *Instit. eod. vbi donatio inter acquirendi modos refertur. l. 3. de oblig. & act.* confirmatas esse, & de iis ius fuisse dictum: vnde & inter iudicia Prætoria hic tractatus meritò collocatur.

¶ Donatio dicta est à donando, quasi doni datio. *l. senatus. 35. §. 1. ff. tit. 1.* Est autem liberalitas, 2 quæ nullo iure cogente, ex sola animi benignitate alteri fit & conceditur. *l. donari. 29. h. tit. l. donari. 82. de reg. iur.* Dat, inquit I. C. *in l. 1. h. tit.* aliquis ea mente, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti: & propter nullam aliam causam facit, quàm vt liberalitatẽ & munificentiam exerceat. Hæc propriè donatio appellatur, quæ ita definiri potest, vt sit contractus iuris gentium nominatus. *l. penult. § fin. C. eo. as.*

eod. Ias. in l. cum mota. num. 25. C. de trans. & in l. A *qui Romæ. §. Flauius. num. 12. de verb. oblig.* (iure scilicet nouissimo, *§. perficiuntur. Instit. de donat. d. l. penul. §. final.*) stricti iuris *l. hæreditatem. 28. l. eum. 22. h. tit. Bart in l. in ædib. 9. § 1. h. tit. Ferra. in for. lib. donat.* consensu constans, *d. §. perficiuntur. glo. & Dd. in l. ab emptione. de pact.* per quem quis alteri gratuitò & in præsentiarum aliquid donat vel remittit. nam & remissio certi alicuius iuris, donatio est. *l. si quis. 12. de nouat. hoc iu-* B *re. §. 1. h. tit. l. si quis donatione. de reg. iur. l. 4. C. de nona. c. 2. de don. text. optimus in l. si donationis. 18. C. eod.* Et necesse est, donationem verbis præsentibus fieri, vel æquipollentibus: *Angel. & Fab. post glo. in §. aliæ. Inst. de donat. Bald. & Salic. in l. si quis argentum. §. fin. C. eod.* alioqui non donatio esset, sed pactum futuræ donationis. *Salic. in l. 2. num. 4. & 5. C. de cond. ob caus. per l. in bonæ fidei. de eo quod cert. loc. l. Titius. de pig. act. Fab. in d. §. aliæ. num. 1. per l. si sterilis. §. fin. de act. empt. l. qui pecunia.* C *si cer. pet. Host. de don. in fin.*

3 ¶ Donatio autem aut est simplex, aut ob causam, aut sub modo, aut conditionalis. Donatio simplex propriè est donatio, quam supra definiuimus. Donatio ob causam, & sub modo est, cum datur vel vt aliquid fiat, vel vt non fiat, vel cũ certo modo certáque lege donatur: *l. 1. §. 1. h. tot. tit. C. de donat. quæ sub. mod.* cuius finis subordinatus & medius est remuneratio, extremus liberalitas, *l. hoc iure. 19. §. 1. & §. vlt. h. tit.* Donatio conditionalis est, vel cum quis ita dat, vt D tunc demum accipientis rem fieri velit, cum aliquid secutum erit: vel vt statim quidem accipientis fiat, si tamen aliquid aut factum fuerit, aut non fuerit, velit eam ad se reuerti: qualis est donatio causa mortis.

4 ¶ Causa efficiens est benefica volũtas donantis: quæ tamen non præsumitur, nisi probetur, aut nisi certa scientia probetur: *l. cuius de regul. iur. l. error. C. ad l. Falc.* cęteroqui error potius, & E ignorantia, *l. verius. de probat.* eóque fatua ac nulla potius causa præsumitur, quàm donatio. *Bal. l. 3. 5. l. generaliter C. de non num. pec. l. 2. §. circa. de do. excep. Ias. l. 3. de pac. & hanc dicit communem contra* Bart. *Alex. cons. 19. in his. num. 3. 4. 5. volum. 4.* Causa correlatiua seu mutua, est consensus, seu ἀντιφοδωσία accipientis. *l. 2. de actio. §. aliæ. Instit. de donat. l. si quis. 35. §. fin. C. eod.* Vt enim inuitus non donat, *l. rem legatam. 18. de adimen. leg,* ita nec inuito donatur, *l. inuito. 49. l. inuitus. 156. §. 4.* F *& vlt. de reg. iur. d. l. hoc iure. 19. §. non potest. 2. h. tit.* Causa προκαταρκτικὴ sunt benemerita donatarij. *l. nec adiecit. ff. pro socio. 9.* Possunt autem omnes donare, qui & contrahere: nec senectus aut morbus donationi obstat: *l. senectus. 16. C. de don.* non tamen pater filio in potestate constituto, *l. cum de bonis. 11. C. de donat.* nisi ob benemerita, aut aliam iustam causam: *Ias. post alios, in l. si donat. C. de coll. Bald. in l. cum oportet. §. fin. C. bon. quæ lib.* nec maritus coniugi, aut contra. *tot. t. de donat. int. vir. & vxor.* Mulier iure ciuili res G paraphernales alienare potest, & donare: *l. velles. 6. C. de reuoc. don. l. hac lege. 8. C. de pac. conuent.* dotales nequaquam, *l. constante. 21. C. de donat. vide ff. de fund. dotal.* ne consentiente quidem marito, propter legis Iuliæ de fundo dotali prohibitionem. Moribus Gallorum *vide Tiraq. de legib. connub. in fin. verb. contract. num. 58.* indistinctè sine marito in cuius tutela est, nihil donare aut alienare potest: quod & Saxon. sequuntur, *Land. lib. 1. art. 31. 45. Fach. diff. 7. Reinh. diff. 7. & 8.* quorum tamen iure virgines & viduæ authore tutore, si quem habeant; aut absque eo, si nullum habeant, per se *art. 45. lib. 1.* rectè donant *Reinh. de tutel. diff. 3.* & alienant mobilia, res soli non item sine curatore, vel per testamentum: *const. 15. parte 2.* & parentes liberis etiam rectè *Land. lib. 1. art. 10. Reinh. diff. 6.* donant, nisi mauis id secundum iuris communis *l. 2. C. de repa. act.* accipere distinctionem. *l. 2. C. de inoff. donat.* Mulier marito non aliter, nisi alio tutore interueniente; quæ tamen donatio vt inter coniuges prohibita, ne sic quidem perficitur, nisi morte confirmetur. Rei capitalis criminis, ante sententiam donare possunt postea, non item. *l. post cõtractum. 15. h. tit.*

¶ Materia sunt omnes res quæ in commercium cadunt: quicquid enim alienari, id & donari potest: non tamen omnia bona, præsentia & futura, ne auferatur libera testandi facultas. *vide Bart. & Dd. in l. fin. C. de pact. & in l. stipulatio. 41. de verb. oblig. l. licet. vbi Ias. nu. 15. C. de pact.* 5

¶ Forma est, vt alter det, alter accipiat (à datione enim vim olim habuit donatio) nec aliter quàm traditione, *l. 3. de oblig. & act. in prin. Inst. eod. vbi dixi. §. per traditionem. Inst. de rer. diuis. l. si quis. 35. §. penul. verb. confirmetur traditione. C. eod. l. quis saxum. 6. h. tit.* aut stipulationis vinculo, *l. 2. C. de euictio. l. 2. l. qui ex donatoone. 12. l. si in stipaulatum. 17. l. hoc iure. 19. l. si patronus. 20. l. vt mihi. 21. cum l. seq. l. fideiuss. 24. l. qui id. 33. & passim tot. hoc tit. ac sequent.* firmabatur: sed hodie etiam nudo pacto *vide glo. in §. aliæ. ad verb. voluntatem Instit. de donat. vbi dixi.* efficaciter animo donandi promittttur. *§. 1. Instit. de donat. l. si quis argentum. 35. §. fin. C. eod.* nunquam tamen ea præsumitur, vbi alia rei gestæ causa aliqua, quamuis iniusta etiam, & fatua apparere & haberi potest. *l. cum de indebito. in fin. de probat. vide eleganter Bald. in l. 2. num. 2.* C. de *iur. dot. & in l generaliter. 14. num. 5. C. de non num. pecun. Ias. & Dd. in l. 3. ff. de pact.* Donatio fieri potest vel purè, vel ex tempore, vel ad tempus, vel sub conditione: *l. 2. & tot. tit. C. de donat. quæ sub mod.* item in scriptis, *l. si aliquid. 13. l. vice. 20. l. donatio. 25. C. eod.* aut sine scriptura, *l. in extraneos. 29. C. eod.* etiam inter absentes aut ignotos, per procuratorem, nuncium aut epistolam: *l. 4. l. absenti, 10. h. tit. l. nec ambigi. 6. l. in extraneos. 29. C. eod.* nisi cum excedit donatio 500. aureos. Nam ne prodigaliter quis liberalitatem exerceret (expedit enim Reip. neminem re sua abuti, *l. 2. de his qui sunt sui vel al. iur.*) aut facilè fraus strueretur inductis falsò donationibus, voluit lex tam im pensas donationes

in acta publica redigi, & notioni magistratus insinuari, *l.in donationibus.31.C.eod. §.1.Instit.eod.* nec aliter ratas esse, quàm si publica scriptura interueniret: *gloss. in cap. 1.de censib. libr.6.per l si quis argentum in fin.* C. *eod.* vnde nec morte eiusmodi inualidæ donationes confirmantur, *l. donationes.25.C.de donat.int.vir.& vxor.* nisi quatenus sunt infra summam 500. aureorum, *l.penult. in fin.C.de donat.* (quorum æstimationem nunc ad Hungaricos aureos redigimus) quatenúsue expressa donantis contestatione sunt confirmatæ. *d.l.donationes.25.C.de donat.int.vir.* Ea enim contestatio, loco est vltimæ voluntatis seu donationis causa mortis, quæ eiusmodi insinuationem non desiderat. *Schurf. cons.6. & 46.cent. 1.per l.fin.vbi Dd. C. de donat.caus.mort.* Hac tamen specie excepta; aliæ largitiones, quæ non ratione formæ, sed respectu personarum infirmæ sunt, sola morte, quasi tacita vltimæ voluntatis significatione, *vide Ias.in l.fin.*C.*de pac.* confirmantur: vt donatio mariti & coniugis, *d.l.donationes.25. C. de donat.int.vir.& vxor.* patris & filij: *vide in l.2.C.de inoff.don.text.in l.donationes.25.in princip. in verbo, quas parentes in liberos.C.de donat.int.vir.& vx.*& quãtum arbitror, omnium bonorum; saltem vt in vim fideicommissi, quatenus 500.aureos non excedit, valeat. *gloss.fin.in cap.fin.de suc.ab int.fac.l.generalitas.d.l.donationes. in verb.vel aliæ personæ,&c.& quæ tradit Bartol.in l.fin.nu.*11.C.*de pact.vide Zobel.* Land. *lib.1.art.31.* nam hæc vltima non ratione tantùm personarum, sed etiam ob defectum solennitatis est inualida: scilicet cum excedit 500. aureos, nec actis est insinuata; qui defectus, vt dictum est, morte non suppletur: eóque tantùm ad 500. aureos ea donatio confirmatur. Est autem hæc insinuatio tã necessaria, vt donatio supra 500. aureos etiam quando fit inter propinquos, in actis sit redigenda, *l.laua.27.C.eod.*(& quidem coram iudice competente, *l. secundum.32.C.eod.*) nisi facta sit ad pias causas, *l.si quis.36.*C.*eod.* legibus expressas. nam in alijs quoque insinuationem requiri, verius esse videtur. *l. illud.* C.*de sacr.Eccles.vbi Dd.vide latè Tiraq. in priuil.piæ caus.priui.124.* Sed an testibus habeat opus? Equidem hæc quæ ad acta fit, testimonio non indiget. *l.in donationibus.31.*C.*eod.* sed & reliquæ donationes absque testibus fieri possunt, *d.l.in donationibus.* dummodò alia ratione, puta epistola, *l.si aliquid.13.*C.*eod.* subscriptione *l. vice.20.C.eod.* donantis, aut alijs modis *l. in extraneos.29.* C.*eod.* probari possint. Porrò de forma donationis, præsertim eius quę fit in scriptis, alibi plura traduntur. *l.donatio.25.cum ll.seqq. C. eod.* Illud vltimò notandum, liberalitates omnis generis pacta recipere, quæ quidem per se valida sint. nam si inualida iure sint, (vt pactum de succedendo) ijs reiectis pura subsistit donatio. *d.l.donatio.25. C.eod.l.cum donationu.34. C. eod.* Adijcio & hoc; iure nostro Sax. donationem rerum immobilium, quæ quidem sint auitæ paternæque (de his enim solùm textus loquitur, & haud scio an rectè ab alijs ad quæsita bona porrigitur (non aliter fieri posse, quàm coram iudice vbi ea bona sita sunt: *Sax.lib.1.art.21.Vueych.artic.20.glo. art.34.libr.1.*& quidem patrimonialium seu auitorum non nisi consentiente proximo, ex descendentibus scilicet, hærede. *Landtr.libr.1.art. 52.31.& 34.Vueych.art.20.& 65. Fachs. diff.4.& 5.Reinhar. diff. 1.3.4,* quo de donatione propriè ita dicta, non de ea quæ fit causa mortis, & alijs improprijs, quidam intelligi volunt. *Reinhar.d. diff.1.3.4.*Et hæc de forma dicta sufficiant.

¶ Finis donationum est, authore I.C. *l.1.h.tit. l.munus.214.§.donat.de verb.signif.* vt liberalitas & munificentia exerceatur. Effectus olim non alius erat, quàm nudorum pactorum, cum nullum in se contineant συνάλλαγμα aut mutuam rerum commutationem. Itaque necessum erat, aut traditionem intercedere, qua subsecuta dominium transferebatur, *iuxta l.traditionib.20.C. de pactis.l.non idcirco.12.*C.*de fid. instrumen.* & aduersus repetentem dabatur à prætore exceptio: aut stipulationem, quæ iuris ciuilis vinculum est, *§.de constituta.Institut.de actionib.*adhiberi.*l.2. h.titul.cum alijs sup. num. 6.adductis.* Hodie perficiuntur donationes, exemplo venditionum, statim atque conuenit: & pœnitentia exclusa, *l. fin.* C.*de vsuc.pro dona.l.3.*C.*de reuoc.donat.* habent in se necessitatem traditionis; vt cæteri contractus nominati: *§.perficiuntur.Institut.eod.l.fin. C.de reuocan.donatio.* ex ijsque datur actio, quæ condictio ex lege appellatur, quoniam competit ex noua constitutione: *l. si quis argentum.25.§.fin.* C.*eod.* interdum etiam rei vendicatio, instrumentis scilicet rei donatæ traditis. *l. 1.C. de donat.* Illud sciendum est, donatorem non teneri de euictione, nisi quatenus dolo malo fecit: ne videlicet liberalitas ei sua sit damnosa: *l.Aristo. 18.§.fin.h.titul.* idque indistinctè iure Saxonum, *vt notant ad artic.4.lib.3. vide gloss. lat.in fin.libr.1. art.52.* etiamsi in iure ciuili variè à Dd. distinguatur. *glo.& Dd.in d.l.Aristo.& in l.2.*C.*de euiction.vnde Paul.lib.5.Sent.tit.11.& ibi Cuiac.* Ex quo sequitur, res alienas, quamuis rectè vẽdantur propter obligationem euictionis, tamen inefficaciter donari, cum donator de euictione nõ teneatur. Ad effectum etiam pertinet, quòd quæ elargita semel sunt, non reuocentur amissione instrumentorum, *l.2.*C.*de reuoc.donat.* alienatione quam donans postea facit, *l.3.* C. *de reuoc.don.*allegatione dol., *l.4.C eod. illo tit.* rescripto Principis, *l.5.C.de reuoc.donat.* prætextu absentiæ eius, cuius consensus necessariò & ex iuris solennitate non est requisitus. *l.velles. 6. cum l.seq.C.de reuoc.donat.* Reuocatur tamen, si conditio, modus, aliáve pacta adiecta non seruentur, *l.1.l.3.& tot.titul C.de donat.quæ sub mod.l.fin.* C.*de reuoc. don.* siquidem ea iure subsistant. nam inualida reiiciuntur, & donatio rata manet, vt dixi: ne videlicet vtile per inutile vitietur. *l. donatio.25.C.de donation.* Retractantur itidem propter ingratitudinem, ex causis iure expressis: *l. 1.l.penul.l.fin. Auth.quod mater.* C. *de reuoc.donat.*

puta

puta ob iniurias atroces, donatori à donatario factas: item propter verbera illata, ob periculum vitæ creatum, ob damnum ingens bonis datum. *d.l.fin.d.Auth. quod matr.* Præterea, si quis filios non habens, bona omnia vel partem maiorem aliquam donatione largitus sit, & postea liberos susceperit: totum quicquid largitus est, reuocatur. *l.si vnquam.8. quam Tiraq. copiosissimè interpretatus est.*C.*de reuoc.donat.*& si qui donationẽ mandauit, antè rebus humanis sit exemptus, quã donatio perficeretur, sequẽs est extincto per mortem mandato, munificẽtiam necdum peractam interire, nec impleri amplius posse. *l.si quidem.8. C. de actio.& oblig.* Post contractum quoque capitale crimen, donationes factæ non valẽt: id est reuocantur, si condemnatio secuta sit. *l. post contractum.15., h.tit.* donationes causa mortis etiam antè factæ exemplo vltimæ voluntatis, cui cõparantur, *l.vlt.*C.*de donat.caus.mort.* & quæ sententia capitis ad nihilum redigitur. *l.6.§.irritum. de iniust.rup.testam.vide quæ dixi s̃.de testam.* quod videri potest iure nouo correctum, *Salic.& Dd. Authen.sed hodie. C.de donat.int.vir.& vxor.* ex quo nec bona, *Auth.bona.* C.*de bon.damn.* neque libertas. *§.deportati.in Aut.de nupt.* damnatis auferuntur: eóque salua sit iis cõtrahendi, atque ita quoque donandi ex iure gentium *l.5. de iust.& iur.l.iuris gent.7.de pact.* facultas.

DE MORTIS CAVSA DONATIONIB. TIT. VI. C.8.58.

1 *Donatio causa mortis quæ sit.*
2 *Tres huius species.*
3 *Quid sit capio.*
4 *Causa efficiens, & qui quibus donare possint.*
5 *Materia: quæ donari possint.*
6 *Forma: & quot testes requirantur.*
7 *Finis & effectus: & quomodo resoluatur reuoceturque hæc donatio, & an in ea locum habeat pœnitentia.*

1 INter † conditionales donationes est mortis causa donatio, cum quis habere se mauult, quàm eum cui donat, magísque eum quàm hæ-
2 redem suum. *l.1. h.tit. in prin.Instit. eod.* Tres † huius donationis sunt species: *l.2.h.tit.* vna, cum quis nullo præsentis periculi metu conterritus sed sola mortalitatis cogitatione donat: quod quidem exprimendum est; alioqui pura erit etiam à moriente facta donatio. *l. Seia.42. l. vbi ita.27. hoc tit.glo.& Dd.in l.quæ dotis.34.solut.matrim. Alex.4.cons 14.& 71.volum.1.& cons.59.volum.4.glo.in l.4. §. 1. verb. spopondisset. de dol. mal. Ias.in l.licet.*Cod. *de pact. Schurff. consil. 6. cent.1. num.10.* si quidem nulla expressè facta sit mortis mentio: nam vbi eius mentio fit, & hac memoria atque cogitatione datur, ibi in dubio causa mortis donatum intelligitur. *l.Seia.§.fin.de dot. præleg.d.l.Seia.§.vlt.h.tit.Salic.in l.vlt.C.eod.tit. Bald.consi.107. quod ista.num.1.& 2.vol.2.& eundem eleganter distinguentem in l.2.num.2. C. de iur. dot. Alex.consi.14.circa num.1.volum.1.Socin consil.53. in præsenti.nu.3.& 5.volum.1. Schurff.cons. 69. Ioan. num. 5. cent.2.* Altera, cum quis imminente periculo commotus ita donat, vt statim res fiat accipientis. Tertium genus est, si quis periculo mortis non sic det, vt statim fiat accipientis, sed tum demum cum mors fuerit secuta. Quæ donatio sub conditione pendet: superior statim quidem perfecta est, sed sub conditione resoluitur. *l.senatus.35.§.mortis.2.l.si alienam 13.§.Marcellus.h.tit.*

3 ¶ Distat ab hac donatione, mortis causa capio, vt vocant. Nam quicquid propter alicuius mortem obuenit lucri, siue ex donatione, siue alia occasione, id generaliter mortis causa capi: & capio ex causa lucratiua acquisitio dicitur. *l. qui precio.8. l.si mulier.12. l.mortis.18. l.eum qui.21. hoc tit.*

4 ¶ Mortis causa donare potest, cui testamenti factio est, licet testamentum non faciat, *l.tam is. 25.in princ.h tit.* Filius tamen familiâs quamuis testamentum ne permittente quidem patre, facere potest, quia ius illud publicum immutari priuata parentum authoritate nequit: *l.3. de testa. iunc. l.ius. publicum. 39. de pact.* tamen permissu patris, causa mortis donare potest, non minus quàm reliquos priuatorum contractus eo volente inire. *d.l.tam is. §. 1.l.vbi autem.27. l. si mortis.29.cum l.seq.h.tit. Paulus lib.3.Senten.cap. 10.Inst.de donat.in prin.verb. pœnituisset.* Pupillus donare causa mortis nequit, ne authoritate quidem tutoris: quia nec testari. *l. 1. de tutel. & rat.* Minor testari potest sine curatore: *l. 4. Cod. qui test. fac.poss.* videtur ergo & mortis causa pariter & absque curatoris consensu donare posse, *vide latè Tiraquell.de leg. connub. verb. contracter.* quod multi non probant: quia effectu tantùm, & quo ad insinuationis ac testium solennitatem donatio hæc pro vltima voluntate est: *l.vlt.*C.*de don.caus.mort.* personarum verò respectu, origine ac forma contractus speciem habet: & proinde huius iure regulatur. *Tiraq. præall.loc.Dd. l.2.de legat.1.* Ex quo inferendum esset, nec mulierem coniugatam, quæ iure Saxo. absque curatore donare nequit, per se causa mortis rectè validéque donare, licet testamentum condere queat. *Hanc communem statuit Ripa.in d.l.2.de lega.1.Chass.in consue.*Burgund. Sed hæc persequi, nostri nunc non est instituti. Donari porrò causa mortis, etiam per procuratorem potest. *l.2.vbi not.C.de don.caus.mort.l.4.s̃.tit.1.* Omnibus autem mortis causa capere permittitur, qui scilicet legata accipere possunt. *l.omnibus.9.d. l.senatus.hoc tit.*

5 ¶ Materia huius donationis, eadẽ est quæ puræ & simplicis. nã quæ inter viuos donari possunt, multò magis in vltima volũtate: *Inst.de lege Fus. Canin. tollen.* excepta gerada Saxonica, vt paulò

pòst subiungam. Illud tamen rectè quæritur, an omnia bona donari mortis causa possint? ac præsentia quidem hoc modo rectè donantur, cum & inter viuos dari possint. *l. si vnquam.8. in verb. bona omnia.C. de reuoc. dona. Bart. & Dd. in l. final. C. de pact. l. omnes. §. Lucius. quæ in fraud. credit. l. iubemus nulli. C. de sacros. Eccles. l. si quis argentum. §. sed etsi quis. C. de don. vide Zas. in l. stipulatio. 41. nu. 52. de verb. oblig.* Sed an etiam futura, vel (quod perinde est, *vide Bart. in l. licet. nu. 3. & l. fin. nu. 14. C. de pact.*) an hæreditas donari causa mortis possit, est quod ambigas, aliis aliter sentientibus. *vide Ias. recitantem opiniones, in d. l. stipulatio. nu. 13. & in l. licet. num. 13. C. de pact.* Communis tamen conclusio est, *Bar. Bald. Castr. Ang. Ias. n. 15. in l. licet. C. de pact. Schurff. cons. 69. Ioan. num. 2. cum seq. cent. 2.* bona omnia post mortem tanquam hæreditatem non posse relinqui donatione causa mortis, sicut nec codicillis: *l. nec codicillum. C. de test. vide Inst. de codicill.* quia pactis non datur hæreditas. *l. hæreditas. C. de pact. conuent.* Quamuis autem vniuersitas bonorum, codicillis vel donatione causa mortis relinqui possit. *l. Scæuola. ad S.C. Trebell.* sicuti & fideicõmitti, aut legari: *l. mulier. §. fin. eod. tit.* tamen donatarium non fieri propterea hæredem, sed legatarij loco esse: *l. miles ad sororem. de legat. 2.* eoque etiam hæredem scriptum, vel ab intestato legitimum deducere quartã. *l. 2. §. fin. de iur. codicill.* Falcidiam, *l. in donationib. C. ad l. Falc. l. 2. C. de donat. caus. mort. l. 1. §. quod mortis. ff. quor. leg.* perinde atque de legato vel fideicommisso deduceret. *l. si mortis. C. ad l. Falcid. vide Ias. in l. eam quam. C. de fideicomm. vide gl. fin. in c. fin. de success. ab intest.* quam ne donator quidem prohibere in donatione possit. *Bald. cons. 474. vol. 2. Alciat. in l. licet. ad verb. donationis. C. de pact.* Illud hac in parte vltimò addo, iure Sax. mulierem geradam, seu vtensilia sua, mortis causa donare (nam inter viuos coram testibus & notario, ac præsertim iudice posset: cum nõdum gerada sit, vt nec viuentis hæreditas) in proximæ cognatæ detrimentum non possè. *Landr. lib. 1. art. 31. Reinh. diff. 9.* vnde fortassis ne ad piam quidem causam donare poterit: cùm prohibita largitate, etiam hęc species prohibita debeat videri. *c. 1. §. donare. de prohib. feud. alie. per Fed. Rom. in Auth. res quæ. C. de fideicomm. vide Tiraqu. in priuil. piæ causæ, priu. 130.*

6 ¶De forma & fine huius relicti, suprà dictum est. *in prin. huius tit.* Illud sanè etiam ad formam eius pertinet, quòd necessum est hanc donationem coram quinque testibus fieri, *l. fin. C. eod. Soc. cons. 137. vlt. 1.* sicuti quamlibet vltimam voluntatem: *l. fin. C. de codicill.* nisi apud acta fiat: *Schurff. d. cons. 69. Ioan. num. 6. & cons. 71. cent. 2.* quo casu testibus opus non habet. *l. in donationib. 31. C. de dona.* vtrobiuis autem fiat, neque insinuatione indiget, neq; scriptura, etiamsi 500. aureos excedat. *l. fin. C. eod. Schurff. consil. 6. & 46. cent. 1. Ferr. in for. lib. donat.* etsi enim habet rationem contractus, cum in esse producitur: tamen effectu & quando in esse producta est, habet rationem vltimæ voluntatis; *Schurff. d. cons. 6. per d. l. fin. C. eod. vbi glo. Guid. Pap. decis. 325. potest. num. 5.* in qua de quantacunque summa, citra insinuationis solennitatem disponi potest. Quod indubitatum est in donatione causa mortis vera, non etiam cum in donationem inter viuos ex aliqua circumstantia transit: vt si adiecta sit clausula de non reuocando, *l. si alienam. 13. vbi glo. pen. l. vbi. 27. h. tit. l. 1. & 2. C. eod.* aut mentio hæredum in quos contractus transeat, facta. *Bald. num. 2. 3: cum seq. & Salic. in l. 2. C. de iur. dot. Ang. consil. 14. circa Aret. consil. 14. diligenter.* tũc enim donatum inter viuos putatur: cui generi insinuatione opus esse diximus.

¶Effectus huius donationis est, vt morte insecuta rata maneat donatio, vt pote impleta donationis conditione: non autem insecuta morte, resoluatur. *glo. in l. 4. §. 1. verb. spopondisset. de sol. mal. except. l. si filiofamilias. 19. d. l. donatus. §. 1. h. tit.* Quod & tum fit, cùm mutata voluntate restitui sibi donator res donatas voluerit: *d. l. senatus. §. mortis. in fin. l. qui mortis. 30. l. si alienam. 13. §. 1. vbi Bart. h. tit.* quanquam Accur. *in præalleg. iur.* contrà existimet. Sed verius est, pœnitentiam in hac donatione concedi, vt volunt Azo, Placentinus, & alij: *in Rubrica. C. eod.* quoniam legatis comparatur, *l. Marcellus. 15. h. tit. l. fin. C. ad l. Falcidiam.* quæ semper reuocari, etiamsi aliter cautum inueniatur, *l. diui. §. licet. de iur. codicill. l. si quis. 22. de leg. 3.* possunt, vt dictum est. *ad tit. de adimen. legat. & Instit. de donat. §. 1. per illum text.* Sed & si prius decedat donatarius quàm donator; deficit ac soluitur donatio, *l. si filiofamiliàs. 23. l. fin. h. tit.* exemplo legatorum. *l. vnic. C. de cad. toll. vide ẽ. quand. dies leg. ced.* Resoluta ergo ad hunc modum donatione, condictio personalis, vel vtilis in rem actio, prout erit commodum, ad res repetendas datur. *d. l. qui mortis. d. l. si filiofamiliàs. d. l. senatus. §. 1. l. si mortis. 29. h. t.*

DIGEST. LIBER XL.

DE MANVMISSIONIBVS. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit manumissio.*
3 *Forma manumittendi.*

VONIAM † manumissiones & iura libertatum, iurisdictione, ac viua magistratus voce regebantur: *tot. tit. ẽ. de off. cons. & de off. prætor.* eapropter meritò inter iudicia prætoria harum quoq; rerum tractatus est relatus. in quo eo erimus breuiores, quòd totum hoc ius ab vsu nostro recessit. Manumissio † est de manu, id est, potestate, missio-

missio. *l. 4. de inst. & iu.* Nam & in manumittendo olim dominus tenebat caput serui, aut aliud membrum: ac præfatus, Hominẽ † liberum esse volo, eum manu versum, infracta etiã manu seu impacto colapho, potestate sua emittebat: vt latiùs alibi *ad tit. Inst. de libertinis. vbi dixi. l. vlt. Instit. de emanc. lib. Cuiac. observ. lib. 5. ca. 13.* traditur.

DE MANVMISSIS VINdicta. Tit. II. C. 7. 1.

1 *Continuatio.*
2 *Præcipuus manumittendi modus per vindictam.*
3 *Quid vindicta, & qualis forma manumittendi.*

1 MVltis † autem modis manumissio procedit, vt ostendit Cicero, *in Topicis.* & passim Tacitus: inter quos vel præcipuus erat, cum quis
2 vindicta manubittebatur. Sic † enim manumis-
3 sus ius ciuitatis acquirebat. Erat † autem vindicta, virgula, qua lictor Prætoris præmissis solennibus verbis seruum tangebat, mox dominus apprehensum manu vertebat, atque ita libertatem & ciuitatem consequebatur: vt ex Persio liquet: --*quibus vna Quiritem Vertigo facit*-- idem. *Verterit hunc dominus, momẽto temporis exit,*
Marcus Dama--.

DE MANVMISSIONIbus, quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur. Tit. III. C. 7. 9.

NEc modò priuati sit rectè manumittunt, sed etiam vniuersitatibus omnibus & collegiis, quibus coeundi ius est, quæque propria habere possunt, hanc manumittendi potestatem D. Marcus dedit; *l. 1. h. t.* etiamsi nullius videatur esse seruus; & per consequens, non posse à quoquam manumitti, qui toti vniuersitati seruit. nam manumissio, quæ nomine totius vniuersitatis vel ab vno fit, a b ipsa vniuersitate facta videtur.

DE MANVMISSIS TEstamento. Tit IV. C. 7. 2.

CVm cætera quæ inter viuos rectè aguntur, etiamin testamenro fieri queant: sequitur, in qualibẽt vltima voluntate manumitti posse. §. 1. *Instit. de libertinis. & de l. Fus. Canin. toll. in fin.* Datur autem testamento libertas dupliciter. Aliquando directò, cum testator breui manu & directis verbis libertatem seruo tribuit, hoc modo: Stichus liber esto. quo casu Orcinus dicitur libertus, id est, ipsius defuncti: nec hæres iura patronatus consequitur. *§. fin. Instit. de sing. reb. per fideicom. vel.*

DE FIDEISCOMMISsariis libertatibus. Titulus V. C. 7. 4.

INterdum datur libertas per fideicommissum hoc modo. Rogo hæres, vt Stichum manumittas. Hoc casu cum hæredis factum interueniat, is in autoramentum manumissionis iura patroni consequitur, *t. h. t. d. §. fin.*

DE ADEMPTIONE LIbertatis. Tit. VI.

VT datur, ita & adimi potest testamento libertas; sicut & cætera legata. *t. t. de adimen. legat.* Adimitur autem vel expressa voluntate, vt cum testator disertè libertatem reuocat: vel tacita, vt si seruam cui libertas relicta est, postea vinxit. *l. fideicommissaria. 43. ẽ. tit. 1. l. testamento. 51.*
§. 1. ẽ. *de manumiss. testament.* Nec solùm à testatore, sed etiam lege interdum adimitur libertas testamento data; *l. vnica. h. 1.* puta, si data sit in fraudem creditorum, aut fisci: *l. quæsitum. 15. §. qui & à quibus.* vel ob aliam etiam causam. *ẽ. seruum. Inst. de hær. instituend. l. cum filius. 78. §. seruus. de legat. 2. l. qui pœnæ. 8. ẽ. de manumiss.*

DE STATV LIBEris. Tit. VII.

QVoniam autem non modò purè, sed etiam in tempus, aut sub conditione libertates, sicuti cætera legata relinqui possunt: fit vt quibus hoc modo libertas data est, inter ea dum dies vel conditio expectatur, statu liberi appellentur: quia statutam, vt inquit Paulus, & destinatam in tempus vel conditionem, habent libertatem. *l. 1. h. t. vide Vlp. tit. 2.*

QVI SINE MANVMISqsione ad liertatem peruenniunt. Tit. IIX.

SCiendum tamen est, statu liberos libertatem ipso iure nonnunquam consequi, citra vllam manumissionem: veluti si dies præstitutæ manumissionis elapsus sit, vel conditio

extiterit, aut per hæredem stet, quo minus impleatur. *l.3 §.tit.1.* Eodemq; modo, si seruus venditus sit ea lege, vt intra certum tempus manumittatur: cùm dies præstandæ libertatis venit, ex constitutione Marci libertatem consequetur: *l.1.& t.h.tit.* vt & tum, quando in aduersa valetudine eiectus, *l. vnic. §.si seruus. C.de Lat.lib.* aut infans expositus est, *l.1.& 2. C.de infan.ex l. nemini.C.do epis.aud.*

QVI ET A QVIBVS manumissi liberi non fiant, ad L. Æliam Sentiam. Titulus IX. C.7.11.

1 *De lege Ælia Sentia.*
2 *Donationem libertatis in fraude creditorum non valere.*
3 *Alterum caput l. Æliæ Sentiæ.*

1 NOn † tamen cuicunque volenti manumittere licet. Nam lex Ælia Sentia à priscis illis Æliis *vide l. 2. de orig. iur.* lata manumittendi ius quibusdam, licet de minis, ademit, inprimis debitoribus qui soluendo non sunt: *l. 7. 8. 10.11. hoc tit.* vt enim reliqua quæ in fraudem creditorum alienata sunt, actione Pauliana reuocantur: *t.de his quæ in fraud.credi.ff. vbi dicemus:* ita libertas in fraudem creditorum data, inutiliter datur. Nam † etsi reliquarum rerum alienatio valet, & reuocanda est per actionem: tamen datio libertatis fraudulenta ipso iure irrita est. Nam, si semel competeret libertas, amplius reuocari in seruitutē seruus non posset. *l.2.ff.quib. ad lib.pro.non licet.l.si ex causa.10.§.fin.de mino.* In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel iam tēpore quo manumittit, soluendo non est: vel qui datis libertatibus, desiturus est esse soluendo. *§.in fraudem. Inst.quib.ex causis manu.non licet.* Eadem † lege Ælia Sentia domino minori 20. annis, non nisi ex iusta causa manumittere licet. *l.si quis.7.§. fin. h.t.* Sed Iustinianus post completum 17. annum, manumittendi potestatem tribuit. *§.pen. & fin. Instit. quib.ex caus.manu.* Sunt & alij qui manumissi liberi non fiunt, de quibus videre licet I. *C.l.2.3.4.9.& hoc tot.tit.*

DE IVRE AVREORVM annulorum. Tit. X. C.6.8.

1 *Continuatio.*
2 *Quomodo manumissi consequantur dignitatem.*
3 *Quod ius fuerit aureorum annulorum.*
4 *Ex qua causa tribui id ius consueuerit.*

SCiendum † est, manumissos non modò libertatem ac ius ciuitatis, sed quandoque ingenuitatem, ac nobilitatem consequi. Nobilitatem, † hoc est, equestrem dignitatem consequuntur hi, qui ius aureorum annulorum à Principe impetrarunt. Nam † cum hos gestare nulli, quàm equestris ordinis hominibus, fas olim esset: meritò concessa annulorum aureorum vsurpatione, ipsam quoque ordinis dignitatem Princeps concessisse videbatur. Quod † olim virtuti, præsertim militari, tribui solitum testatur Cicero: *in Verrem.lib.5.* vt & iura imaginum. *Cic.in Ver.t.7.* Vnde fortè insignium & armorum nostri temporis vsus ortum habet: de quibus extat Bartoli tractatus. Ius aureorum annulorum minus olim fuit natalium restitutione, *l.2.C. de iure aureo. ann.* vnde hic à sequente tit. distinguitur. Tribuebat enim tantùm imaginem libertatis ad vitam, non merum ius ingenuitatis: *l.2.C.eod.l.vnic.C.ad l.Viscell.* quia saluum manebat patrono ius successionis. *l.5.6.hoc t. vbi verb.habetur & intelligitur, denotant improprietatem.* Natalium autem restitutio ingenuitatem restituebat: *l. 2.ff. titul.1.* vt hoc discrimen clarè proponitur l.2.C. eod.tit. Hæc quondam obtinuerut: cæterùm Iustinian. *Nouell. 78.* quod olim priuilegij loco dabatur, *l.1.2. C.eod.* id generali constitutione omnibus libertis, quemadmodum & ius Quiritum, *tot. tit. C.de Lat.lib.tollen. Instit.de libertin.* indulsit. *vide Cuiac.absef.lib.7. cap.1.*

DE NATALIBVS RESTITVENDIS. Tit. XI. C.6.8.

IN genuitatem consequitur manumissus, qui ex ingenua natum se docet: *l.1. hoc t.* aut qui à Principe natalibus restituitur, in quibus omnes homines initiò fuerunt: videlicet ingenuitatis, non in quibus ipse seruus nascebatur: *l.2. & 3. hoc tit.* in quam ingenuitatem omnes manumissos restituisse tandem, remittente præsertim ius suum manumissore, *Nouell.78.Cuiac.lib. 4. cap.5.* Iustinianus videtur, scilicet vt potiùs ingenuis quàm libertinis respub. repleretur. *l.3. C.de bon. quæ lib.* Pro restitutione natalium nostris est legitimatio, *Bal.l.1.C.de nata.restit.* quæ fit per subsequens matrimonium: *§. vlt. Inst. de nup.* aut oblationem olim curiæ factam. *§.2.Instit. de hær.quæ ab intest.* moribus, solius Principis indulto. *Bald.& Dd. d.l.1.C.de nat. rest.*

DE LIBERALI CAVSA. Tit. XII. C.7.16.

ET his quidem modis ad libertatem, nobilitatem, & ingenuitatem peruenitur. Sed quia sæpe fit, vt hinc existēnte controuersia, altero affirmante se liberum aut ingenuum, altero in seruitutem retrahente, ideo ad expediēdas has lites prætor constituere iudicia solet, quæ vocantur liberalia, siue causæ liberales, quòd in iis de libertate agatur. Actiones autem quibus agitur, appellantur præiudiciales. *§. præiudiciales. Instit. de action. vid. Paul. lib.5. t.1.& C. eod. de lib. caus.*

QVIBVS AD LIBERTATEM proclamare non licet. Tit. XIII. C.7.18.

AGere autem possunt de liberali causa, quicunque nō prohibentur. Prohibentur porrò hi, quibus ad libertatem proclamare non licet: vt est maior 20. annis, qui ad participandum precium venire se passus est: *l.1.3 4.5.hoc tit.* item seruus per vim alteri ereptus, & testamento liber esse iussus. *l.2.h.t.*

SI INGENVVS ESSE dicatur. Tit. XIV.

EOdem modò ad ingenuitatem repetendam agere potest, libertus, si intra quinquēnium à tempore manumissionis docere velit, ingenuum se esse natum. *l.2.3.4.5.6.hoc t.* Qua in causa sciendum est, rem inter alios actam, aliis non obesse. *l.1.h.t.*

NE DE STATV DEFUNCTORVM post quinquennium quæratur. Titulus XV. C.7.21.

ILlud autem annotandum est, liberalia iudicia non semper esse perpetua: nam de statu defunctorum post quinquennium quærere non licet: *h1.in prin.l.2.l.fin.hoc tit.* siquidem deteriorem conditionem defuncti facturus sit qui retractat, vt si dicat seruum fuisse: non si meliorē, veluti si pro seruo libertus, pro liberto ingenuus esse dicatur. *l. 1. §.fin.l.3.h.t.* An idem & de criminibus dicemus, in quę post mortem inquirere licet? *vt l.4.C.de hæred.*

DE COLLVSIONE DETEGENDA. Tit. XVI. C.7.20.

SEd ne quorundam dominorum nimia indulgentia inquinaret amplis. ordinem (ingenuis enim, non libertinis patebat in Senatum aditus) eo quòd paterentur seruos suos in ingenuitatem proclamare, liberósque iudicari: S.C. factum est Domitiani temporibus; quo cautum est, vt si quis probasset per collusionem quidquam factum, hoc est, proditam conspiratione litigatorum causam: si iste homo seruus sit, fieret eius seruus qui collusionem detexisset, *l.1.& t. hoc tit.*

DIGSTORVM LIBER XLI.

DE ACQVIRENDO RERVM dominio. Titulus I.

1 *Continuatio & series sequentium titulorum.*
2 *Dominium vnde dictum.*
3 *Quid sit.*
4 *Diuisio, partes & species.*
5 *Causa efficiens & formalis.*
6 *Quomodo iure gentium dominium acquiratur.*
7 *De iure venādi, methodica explicatio.*
8 *De variis modis acquirendi ex iure gentium, maximè de specificatione.*
9 *De confusione & mixtura.*
10 *Quomodo iure ciuili quæratur.*
11 *De materia & fine.*
12 *De effectu dominiorum.*
13 *De cognatis & contrariis.*

1 EXPOSITUM † hactenus est, quo modo res nostræ, vel nobis debitæ, judiciis aut ciuilibus aut pretoriis petantur. Sed quia nõ tãtùm rerum dominia peti solent, verùm etiam de possessione earum controuersiæ existunt (omnium enim rerum vsus, aut in dominio, aut in possessione vertitur) commodùm nunc iudicia possessoria exequamur: eo quidem conuenientiore loco, quòd hæc ferè omnia iuris prætorij sint, & authoritate magistratus explicentur. Sed antequã possessionũ iura ordiamur, prius est, vt ad muniendum cognitioni aditum, de dominiis rerũ nõnulla proponamus. nam ex his possessiones vim omnem mutuantur. Res enim nostras, aut in quibus ius habemus dominij consimile, iustè rectéque possidemus, alienas non item. *l. si quis. 17. l. iustè. 11. j. t. 1. l. 3. j. vti possidet. vbi vide.*

2 ¶Dominium à domo dictum apparet, vt & dominus: siue quòd olim dominia eatenus tantùm porrigerentur, quatenus domestici fines: siue quòd propria & nostra, vsitatè à domo appellentur domestica: vt & apud Græcos, οἰκεῖα. *§. sui. Inst. de hær. qua.*

3 ¶Dominium est ius, quo res nostra est; est ius proprietatis. *l. seruo. 13. C. de pœn. vbi sic definitur, quòd alibi dominium. l. potestatis. de verb. signif.* Doctores sic definire malunt, vt dominium ius sit de re corpora liberè disponendi, *Bart. num. 4. in l. si quis vbi. 17. §. differentia. j. de acquiren. possess. vbi latè Schurff. qui hanc definitionem propugnat, consil. 50. visis. nu. 1. cent. 1.* nisi quatenus lege prohibetur. hic enim effectus dominij proprius est, *l. fœmina. §. illud. vbi Bal. C. de secund. nup.* vt quis re sua vti frui ad arbitrium possit. *l. in re mandata. C. mandati.* Cic. Epi. lib. 7. epi. 131. Id cuiusque propriũ est, quo quisque fruitur atq; vtitur. Dicitur autem esse ius: quoniam dominium in iure, possessio in facto est. Additur, de re corporea: quòd rerum incorporaliũ nullum propriè dominium est, *l. rectè dicimus. 25. de verb. significatio.* vt nec possessio: *l. seruus 43. §. 1. hoc t.* nisi quadam iuris interpretatione, *l. qui vsumfructum 3. §. si vsusfruct. petat.* D. Philippus ita definire maluit: vt sit facultas, ordinata lege diuina vel humana, qua rem tenet dominus, & de ea disponit suo arbitrio, nisi quantum lege aut pacto prohibetur. Est autem dominium verum, etiam cum est aliqua sub conditione aut facultate reuocabile. *l. non ideo. 66. de rei vend.*

4 ¶Partes dominij, sunt proprietas, & possessio rei: quæ concreta dominiũ constituunt, separata nihil inter se habent commune. *l. naturaliter. 12. §. 1. j. tit. 1.* Dominij species etsi plures sunt, tamen vsitatè ita diuidimus, vt aliud sit plenum & absolutum, aliud minus plenum. *Schurff. cons. 13. cent. 1. per l. fœminæ. §. illud. C. de secun. nupt.* atque hoc aliud directũ, aliud vtile. Nam cùm vtilitas dominij in fructu rei sit: qui hunc percipit iure suo, plenum habere dominiũ dicitur: qui eo caret, cũ spe tamen aliquando adipiscendi ex iure

A suo, directũ: cuiusmodi est penes dominũ feudi & emphyteuseos. Cui verò vtilitates rei obueniunt, nõ omnino iure proprio, sed quod aliunde dependeat: huius vtile dominium esse dicimus: cuiusmodi habẽt vasallus, emphyteuta, superficiarius, *vide Bart. in d. l. si quis. 17. §. differentia. num. 5. & 6. de acquir. poss. per l. possessores. C. de fun. patr. lib. 10. l. 1. de aq. pluu. arc. cap. 1. de inuest. de re alie. fac. &c.* Dicitur & aliud dominium naturale, aliud ciuile siue singulare. *l. in rebus. vbi Dd.* B *C. de iur. dot. Bald. in Auth. si sine. C. ad Velleia.* De reliquis autẽ dominij speciebus: vt quod habet filius in bonis patris, eo viuente: *l. in suis. de lib. & posthum.* Princeps in bonis subditorum: *l. bene. C. de quad. præscrip. vbi Bald. & Dd. Guid. Pap. decis. 551.* vxor in bonis mariti, *vide s. de iur. dot.* vel suis, &c. videre licet Alciat. *lib. 2. Parergon, ca. 15.*

5 ¶Causæ efficientes & formales acquirendi dominij, sunt duplices. Nam quarundã rerũ dominiũ nanciscimur iure gentium, quod naturali ratione inter omnes homines peræquè seruatur: C quarundam iure ciuili, id est, iure proprio nostræ ciuitatis. *l. 1. h. t.*

6 ¶Iure gentiũ acquiruntur res, primùm occupatione: quod enim nullius est, id ratione naturali conceditur occupanti. *l. 3. hoc t.* Cic. lib. 1. Offic. Sunt, inquit, priuata nulla natura: sed aut veteri occupatione, vt qui quondã in vacua venerunt: aut victoria, vt qui bello potiti sunt. Omnia igitur animalia, quæ terro, mari, cœlóq; capiuntur, id est, feræ bestiæ, volucres, & pisces, D capientium fiunt. *l. 1. in fin. hoc tit.* Qui quidem acquirendi modus, cum iura venationum nostri temporis complectatur, quibus nihil est popularius neq; frequentius: non alienum erit, quantum arbitror, in hunc campum venationum excurrere aliquantum, & euagari oratione nostra: vt qui hoc exercitationis genere delectantur, iis etiam illius ius atque modum vtcunque planum faciamus & apertum.

7 ¶Principiò ergo sciendum est, venationẽ, piscationem, E & aucupiũ, in hoc tractatu pro vno eodemque iure poni, *l. 2. & 3. h. t. §. feræ. Inst. eod.* etiamsi nonnihil inter hæc reuera interest. Nam venari in alieno licet, piscari non item. *l. iniuriarum. 13. §. fin. in fin. de iniur.* Deinde etsi aucupium venationi comparatur, *l. diuus. de seruit. rust. prædio. c. 2. de cler. venat.* tamen piscatio ab his separari solet, tanquã ius magis licitũ, & spectaculũ minus cruentũ. Eóq; piscatio Ecclesiasticis personis indistinctè permissa est, venatio non item. F *c. 1. & 2. de cler. venat. c. 1. ne cler. vel monac. cap. 1. & 2. 34. dist.* Nam quo cruentius est ius venationis, eo videtur magis ab humanitate esse alinum, *l. cruenta spectacula. C. de gladiat. lib. 11. Xenop. in Cyri pædia.* minúsq; Ecclesiasticis cõuenire personis. *c. Esau. 86. dist.* Venationũ autem etsi plures sunt species, *gl. & Dd. in c. 1. de cler. venat. & in c. qui venatorib. dist. 86.* tamen hîc tantùm de venatione ferarum agimus, quæ fit in saltibus G cum canibus, vt loquũtur, & clamore: vnde venationẽ saltuosam & clamorosam nostri appellant:

lant: quam etsi quidã pro turpi & illicito exercitio habent, propterea, quòd Augustinus nequissimã eam artem appellet: *in ca. qui venatorib. dist. 86.* tamẽ verior est Panor. & aliorum sententia, *in c. 1. de cler. venator.* scilicet vt abusus venationis, nõ vsus in turpibus sit habendus. Vsum porrò definiunt, quatenus seruit necessitati (victus scilicet & amictus) & valetudini: abusum verò in eo, si quis ita se dedat venationibus, vt necessaria vocationis negocia omittat. *text. in cap. an putatis. 86. dist. & in l. venatorib. 7. C. de excus. mun. lib. 11.* Nam lex non prohibet venationem velut illicitã; *d. l. venatorib. 7. C. de excus. mun.* sed tantùm hoc addit, venatores nõ habere muneris necessarij excusationẽ: facilè vt intelligi possit, venationẽ legibus non damnari, sed propter eam necessaria Reipub. munera deserenda negligendáque nõ esse. Et cum alibi venatores numerentur inter artifices Reipub. vtiles, & seruientes annonæ ac commeatui, ita vt propterea grauioribus muneribus onerari non debeant: *l. vlt. in verb. venatores ff. de iur. immun.* facilè intelligi potest, hoc exercitium non esse legibus improbatum. Itaque ea disputatio definienda est regula quã alibi tradit August. *in ca. quisquis. dist. 41.* In omnibus, inquit, rebus istiusmodi, non ex earum rerum natura quibus vtimur, sed ex caussa vtendi & modo (id est, temperamento: nam immodica in vitio hærent) vel probandum est, vel improbandum quod facimus. Multò verò minus venatio in illis improbanda est, qui hoc artificio se sustentant, neq; alium quæstũ norũt. *gl. in d. c. qui venatoribus. dist. 86.* Nã quod ex Augustino adductum est, venationẽ artem esse nequissimam: id nõ de hac specie, sed de arenaria venatione est accipiendum: quæ scilicet histrionico more, à conductis hominibus, in publicis spectaculis depugnãdo cum bestiis exercetur. Etenim in vniuersum, iure nostro, artificium scenicũ, & tota ars histrionica, quasi ad nullam Reipub. vtilitatẽ, sed tãtùm ad inanem voluptatẽ comparata, pro turpi & infami vitæ genere habetur. *l. 1. & 2. de his qui not. infam. tot. titul. in Auth. scenicas non solùm si fideiuss. &c. & tot. tit. de spectac. scen. C. li. 11.* Alia autẽ est venatio de qua hîc agimus: quæ non seruit spectaculis publicis, sed sanitati & valetudini. deinde etiam necessitati ad vsum victus & vestitutus. Nam ferarum carnibus vescimur, pellibus contegimur: *Genes. 1.* quæ peræquè adiungi ad nostras rectè vtilitates posse putandum est, atque ius dominiorum diuinitùs concessum. Nam vsum animalium, eadem ordinatione diuina sancitum *Genes. 9. 1. Timoth. 4. Creauit ad vtendum, &c.* esse, palàm est, adeò vt D. Paulus *1. Timoth. 4.* doctrinam dæmoniorum iudicet, prohibere animantium cibum, ad vtendum vescendúmq; à Deo ordinatum & creatum. Ex quo sequens est, etiam venationem capturámque ferarũ permissam esse. Nam in omni concessione, videntur omnia cõcessa, sine quibus id quod indultum est, quæri aut teneri nequit. *l. ad rem. 56. l. ad legat. 62. de*

A *procurat. l. 2. de iurisdict. cum simil.* Quare & Ecclesiasticis personis idem ius patére, communius placuit. *Panor. & Dd. in ca. 1. & 2. de cler. venat.* Concludimus igitur, venationis vsum non abusum esse concessum, iure diuino & humano, hoc est, iure naturæ & gentiũ, *§. feræ. Instit. de rer. diuis. l. 2. & 3. hoc titul.* atque etiam ciuili: *l. vnic. C. venatio. fer. lib. 11.* nec quenquam prohiberi posse quo minus venetur, aucupetur, piscetur in publico, cæteroquin iniuriarum actionem ha- B biturum prohibitum: *l. 2. §. si quis. 6. ne quid in loc. publ. l. iniuriarum. 13. in fin. vbi Ang. de iniur. vide Dec. consil. 192. in casu. num. 2. & Sax. lib. 2. art. 61.* imò nec Principem illud ius auferre posse & prohibere, vt plerique contendunt: *Hostien. Anton. de But. & alij in cap. non est. ex. de decim. Schurff. consil. 1. num. 12. cent. 3. ex doctrina Bart. & Dd. in l. vlt. C. si cõtra ius vel vtilit. vide Dida. Coua. cap. peccatum. §. 8. de reg. iur. in 6. Iac. in tract. verb. & cum venationibus. Gu. Ben. ca. Raynucius.* C *num. 868. de testa. Tho. Gram decis. 67. num. 9. Tiraq. de nobil. cap. 37. num. 150.* eóque facere iniuriã & violentiam subditis, si absque eorum consensu, edictis suis venationes prohibeat: *vt tradit Anton. de But. in d. c. non est. per d. l. iniuriarum. 13. §. vlt. in verb. piscari & aucupari. de iniur. Schurff. consil. 1. num. 12. Chass. in consuet. Burg. titul. 13. §. 7. num. 3. & 4.* Dico, in publico. Nam in priuato alieno, prohiberi quis potest ne venetur aut aucupetur; *l. diuus. 16. dict. seruit. rusti. prædio.* pi- D scari autem in alieno, nullo modo licet. *d. l. iniuriarum. 13. §. vlt. in fin.* Cuius differentiæ ratio hæc est: quòd pisces qui concluduntur alterius aqua, non sunt res nullius in bonis existentes, sed planè priuatæ, vt & ipsa aqua, cuius pars esse intelliguntur. *l. funes. vbi gloss. ad verb. pisces. de actio. emp. l. fructus. de rei vend. Guid. Pap. decis. 91. Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloss. 7. num. 113. Molin. in consue. Paris. §. 1. gloss. 8. num. 17.* Vt igitur non licet fructus alieni agri demetere, aut poma alienæ E arboris decerpere, absque crimine furti: *vt traditur in tit. arbo. furt. cæsar.* ita non est permissum, in aliena aqua pisces capere, ceu fructus aquæ priuatæ peculiares. In feris animantibus alia ratio est. Nam etsi solo sustinentur, tamen non vt pisces aqua continentur, neque solo alicuius cohærent: vt nec cæteræ res mobiles, vel sese mouentes, quæ hac proprietate & nota à rebus soli discernuntur. *l. Caius. vbi Bart. de legat. 2. l. 3. ff. pro socio. l. mercatores. C. de commer. cum simil.* F *Ias. in l. à diuo Pio. §. in venditione. de re iud. & in §. item Seruiana. Inst. de actio. Bald. Salic. & Dd. in l. 1. C. de sacrosan. Eccles. vbi quærunt, an statuta loci obtineant in Reb. mobilibus: & decidunt quòd non, quia res mobiles locis non cohærent, &c.* Ac feræ bestiæ, quæ nullo certo loco concluduntur, nec in alicuius venerunt potestatem ac dominium, sed liberè vagantur, potius in aëre viuere, ac illo contineri, quàm certa aliqua soli parte, sunt existimandæ. *gloss. vlt. in l. fin. in verb. quasi vento,* G *hoc est, aëre vixerit. C. de alimen. pup. præstan.* Aëris autẽ vsus cõmunis est, tàm in suo quàm in alie.

no. §. 1. *Instit. de rer. diuis. l. 1. in fin. hoc tit.* Quare si uti aucupari, ita & venari in alieno licet: prohibere tamen aditum dominus potest: quia etsi non potest vsu aëris prohibere, qui communis est: tamen iure dominij, ab ingressu sui fundi arcere extraneos potest. *d. l. diuus. dict. l. iniuriarum. §. vlt.* Et hæc nunc præcipuè ratio principalium venationum iura sustinet, quæ in vniuersum Principes, contrario quòdam publico gentium iure ad se transtulerunt, & ademerunt subditis, maximè rusticis & agricolis. *cap. 1. §. si quis rusticus. vers. nemo retia. vbi Aluar. de pac. tenen. in vsib. feud.* Quia enim saltus & nemora in quibus feræ liberè vagantur, sunt loca publica: ideo recepto quodam iure superioritatis, vt reliqua iura publica, ita etiam loca publica ad se Principes transtulerunt. *l. littora. 3. ne quid in loc. pub. l. deprecatio. 9. ad l. Rhod. l. 2. vbi Bal. C. de quad. præf.* Vnde vsurpatum, vt liceat Principi in publicis locis aut concedere ius aliquod seruitutis, aut adimere, *l. seruitutes. 14. §. publico. de seruit. l. 2. §. meritò. & tot. t. ne quid in pub.* aut vetare priuatis vsurpationem loci publici, *l. 3. in verb. nisi Imperator vetet. de flum.* peræquè atque priuatus vsum sui fundi aliis interdicere potest. *dict. l. diu.* Quare cum hoc dominium locorũ publicorũ Principes habeant iam quęsitum, & sibi attributum non modò dispositione legum, sed etiam longa consuetudine & vsurpatione: consentaneum videtur, vt peræquè in publicis locis, tanquam in suis, ius venãdi subditis suis prohibere potuerint & possint, quemadmodum quisque priuatus vetare in suo fundo potest. *dict. l. diuus. de seruit. rust. prædior.* Neque enim Princeps deteriore loco esse debet quàm priuatus, nec causa est quò minus iure priuatorum rectè vtatur. *vt traditur in l. item veniunt. §. in priuatorum. de pet. hæred. in l. 1. & 2. C. de priuileg. fisc.* Quanquam sunt aliæ quoque rationes, propter quas illud æquum & in commune bonum fuerit visum. Primò, cura seruandarum specierum in animantibus. Nam quia feræ animantes in suo genere sunt rariores quàm cicures, prouidente nimirum ita Deo, ne multitudine ferarum aut communitas vitæ humanæ, aut agricolatio infestaretur, & damnum faceret: ideò facilè deuastari tota species posset, saltem in aliqua regione, si indifferens & permissa cuilibet esset venatio. Secundò, hæc ipsa permissio esset quoddam auocamentum ab agricultura, & tota vita rustica: à qua agricolas & rusticos non abduci, publicè vtile est: *Auth. agricultores. C. quæ res pig. l. 2. ff. de feriis.* & hanc rationem videtur innuere textus, *in dict. §. si quis rusticus.* qui disertè in prohibitione, rusticorum mentionem facit. Tertiò, quia venatio ferarum, præcipuè maiorum, sine armis & tormentis exerceri non potest: vsus autem armorum quotidianus multis ex causis interdictus est, præsertim agricolis: *tot. tit. in Auth. vt armor. vsus. & d. c. 1. §. si quis rusticus, &c.* qui tamen cum syluas & rura inhabitent & incolant, ad venationem maximè sunt opportuni. Quartò, quia ad pacem & tranquillitatem tuendam, publicè interest, non esse omnibus commune ius venationis. Nam vt reliquarum rerum communio parit discordias, *l. cum pater. 79. §. omnia. de legat. 2.* ita res proculdubiò multis litibus & certaminibus atque etiam cædibus occasionem daret, si promiscuè venari esset concessum. Etenim videre licet, fratres quandoque, & agnatos, de iure venationum communi acerbissimè inter se contendere & digladiari: quid futurum putamus, si omnibus hominibus, maximè rusticis, eius iuris liber sit vsus? & cùm pluribus venantibus, non persequentis, aut etiam vulnerantis feram, sed occupantis potior sit causa: *§. illud. 9. Instit. de rer. diuis. l. 5. §. 1. h. t.* facilè prouideri potest, quanta ex hoc ipso certamina sint exoritura, si communis & publicus venationum vsus permittatur. Quando autem etiam priuatis suum auferri possit, ob bonum publicum, seu publicam pacem: *l. 1. de vsucap. l. æquiß. de vsufr. vbi Bart. l. 2. C. de quadr. præscript.* certè multò magis in publico quid priuatis prohiberi & auferri, eius rei gratia, potest. His ego de causis existimo Frideric. Imperatorem commotum, cur cùm iure ciuili hæc venationum iura fuerint communia, ea putauerit subditis, præsertim rusticis, adimenda: *dict. §. si quis rusticus. vers. nemo retia.* id quod postea consuetudine receptum: & longa subditorum patientia quoniam est approbatum, vel ex hac ipsa patientia Principes istiusmodi iura præscripserũt, vt facultatem sese opponendi, & de iniuria quiritandi, amplius subditi non habeant. Nam hæc præscriptio, vtpote immemorialis, & aliquot iam seculorum decursu atque vsu roborata, *ex l. 1. & 2. l. per agrum. 11. C. de seru. & aqua.* instar est priuilegij, *l. 3. §. ductus aquæ. de aqua quotid. & æstiu.* & peræquè munit ius Principum, atque lex seu consuetudo. *cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign.* Quare quod traditur à Dd. iniuriam fieri subditis prohibitione venationis, id secundum ius gentium & ciuile vetus rectè dicitur: secundum verò ius nouum, & consuetudinem, & respectu præscriptionis, non rectè. Nam etiamsi cessaret præscriptio, tamen in locis publicis prohibendi ius Principes haberent, præsertim ex iusta causa: *d. l. 3. de flum. d. l. seruitutes. 14. §. publico. de seruit. cum simil.* neque possent videri iniuriam facere, qui iure sibi concesso à ll. vterentur. *l. nullus. 55. de reg. iur. l. iniuriarum. §. 3. de iureiur. l. 3. §. si non. de lib. hom. exhib.* At si in priuatis prædiis Principes eiusmodi prohibitionem facerent, aut ius venandi, alteri priuilegio, vsucaptione, aut alio iusto titulo acquisitum auferrent, hic fateor valituram eam Dd. theoricam: quia Princeps hoc casu, non ius, loco publico priuatis interdiceret, sed ius priuatum illis bono titulo quæsitum auferret: id quod fieri non debet, neque potest: *l. 2. C. de precib. Imp. offer. vbi Dd. & in l. 2. l. vlt. C. si con. ius vel vtili. pub. l. 2. §. si quis à Principe. ne quid in loc. pub.*

pub. l. meminerint. C. vnde vi clem. pastoralis. de re iud. & tradunt Dd. in l. digna. C. de ll. nisi in eiusmodi prohibitione priuati acquiescant, atque ita per præscriptionem etiam in priuatis prædiis ius venandi præscribatur. *cap. vnic. in verb. reditus piscationum. quæ sint regal. in vsib. feud. dict. cap. super. §. præterea. de verbor. signific. Schurff. consil. 69. cent. 1.* Priuati verò contra Priuatos præscribere istiusmodi ius in publico non possunt, *l. vlt. de vsucap.* nisi longo tempore, non tãtùm vtendo (nam solo vsu nulla in his possessio acquiritur) sed etiam alios prohibendo, sibi quasi possessionem acquisiuerint. *l. si quisquam. de diuers. & temp. præscrip. Schurff. cons. 1. cent. 3.* In priuato autem vsucapi istiusmodi iura possunt, non tamen in proprio. nam in eo quisque tale ius vi dominij habet, *d. l. iniuriarum. §. vlt. l. item. 10. l. vsufructuarium. 62. de vsufruct.* nisi fuerit ab alio præscriptum, non simpliciter, sed cum domini prohibitione: atque ita idem ius domino sit ademptum. *per ea quæ traduntur in l. præses. C. de serui. & aqua. Schurff. consil. 86. cent. 1. & consil. 69. præses. numer. 20. cent. 1.* In alieno autem vti iure venandi licet, nisi dominus prohibeat; *dict. l. diuus.* quanquam contra talem prohibitionem præscribi per longum tempus istiusmodi ius vtendo possit. *iuxta l. 2. l. per agrum. 11. de seruit. & aq. Schurff. dict. consil. 1. cent. 3. & consil. 69. cent. 1.* Materia venationis, sunt omnes feræ animantes, quæ in tria genera distingui solent, sicuti tribus diuersis elementis sustinentur: videlicet in feras, quæ in terra: in volucres, quæ in aëre: in pisces, qui in mari & fluminibus liberè vagantur. *vt in d. §. feræ. Instit. de rer. diuis. & in l. 3. hoc titul.* Feræ rursum in duo genera distinguendæ sunt. Nam vnum est genus earum, quas ob diritatem & perniciem occidi publicè vtile est: vt sunt lupi, vrsi, serpentes, &c. quarum venatio tanquam publicè vtilis, omnibus est permittenda. *l. 1. C. de venatio. fer. lib. 11. dict. cap. 1. §. si quis rusticus. vers. nemo retia. de pace tenen.* Alerum porrò genus non est æquè noxium, & seruit publicæ annonæ ac voluptati Principum: quarum ferarum venatio (vt antè dictum est) subditis, præsertim rusticis, est adempta, & recreationi voluptatíque Principum reseruata. Venationes porrò fiunt in loco aut publico, aut priuato. In publico iure ciuili venari licet: *l. 2. 3. hoc tit. dict. §. feræ. Instit. eod.* in priuato suo, multò magis: *l. quemadmodum. 29. l. si putator. 31. ad l. Aquil. l. iniuriarum. 13. §. final. de iniur.* in alieno item, nisi dominus prohibeat, *dict. §. feræ. dict. l. diuus. de ser. rust. præd.* sicut potest: *dict. l. diuus.* res enim nondum quæsita est. ideo in pari causa melior est prohibentis, præsertim domini, conditio, *l. an vnus. 11. si ser. vendice.* qui aditu sui fundi arcere ingredientem potest, cum rei suæ moderator sit & arbiter: at in rebus iam alteri quæsitis & alienis, præcludere additum ad inquirendum non debet, cum dispar sit causa & ratio: alioqui quamuis ei prohibenti vis fieri nequeat in suo, quod cuique tutissimum est refugium: *l. plerique. 18. de in ius voc.* tamen actione ad exhibendum, & rei vendicatione, ac iniuriarum, *l. qui pendentem. 25. de act. empt. gloss. in l. quamuis saxum. 6. de donat.* & si contrectet, furti etiam conueniri poterit. *l. thesaurus. 15. ad exhiben. l. hoc amplius. 9. §. Alphenus. de dam. infec. l. idem. 5. §. de arbore. de rei vendi.* Etsi autem venari in alieno permissum est, vt dixi, domino conniuente: laqueos tamen & decipulas ponere, aut foueas fodere venandi causa, inibi non licet: *l. quemadmodum. 29. in prin. & §. 1. ad l. Aquil. dict. §. nemo retia. de pace tenen.* quemadmodum nec positum habere, absque seruitutis iure. *dict. l. quemadmodum. §. 1. l. si quando. 17. §. 1. si ser. ven.* Sed, vt dixi, Principes & domini terrarum, omne venandi ius ad se transtulerunt, priuatísque illud etiam in prædiis propriis ademerunt: quod etsi initio fuit forte iniurium, *dict. l. iniuriarum. §. final. Schurff. consil. 1. numer. 12. cent. 3. Chaß. in consu. Burg. Rub. 13. §. 7. numer. 3. & 4.* vt si Princeps thesauros in proprio inuentos priuatis adimere vellet: *§. final. Instit. de rer. diuis.* tamen cum in hac prohibitione priuati fundorum domini acquieuerint, vel sola iam præscriptione, ab eiusmodi iure etiam in fundis propriis excluduntur. Nam etiamsi regulariter præscribens ius in alieno, non tamen facultatem vsus domino interuertere videatur: *l. præses. C. de seruit.* tamen si dominus vsu sit prohibitus, atque ita possessione ei interuersa per longum tempus prohibitioni acquieuerit, etiam huic ipsi facultati præscriptum esse intelligetur. *Ias. in l. quo minus. de flumin. Dd. in dict. l. præses. vbi Salic. Schurff. dict. consil. 1. cent. 3. & consil. 69. numer. 20. cent. 1.* Aucupium non æquè interdictum est priuatis, atque venatio: quia fit sine armis, minoréque tumultu atque turba: quanquam ne vastentur species, certis temporibus aucupia & piscationes interdici à superiore possunt. *Chassan. in dict. Rub. 13. §. 7.* Piscatio quoque libera est, tàm in suo, *dict. l. iniuriarum. §. fin.* quàm in publico, *dict. §. feræ. §. 1. Instit. de rer. diuis.* non etiam in alieno, *dict. l. iniuriarum. in fin.* quia pisces cùm aqua priuata contineantur, ex eáque & in ea nascantur, in fructu aquæ sunt & habentur. *l. item. 10. §. aucupiorum. l. vsufructuarium. 69. de vsufruct.* ac proinde sunt in aliquo vniuersitatis dominio & possessione, *l. 3. §. item feras. de acquir. poss.* quamuis non in singulari & propria, dominóque vt reliqui fructus cedunt. *l. bonæ. 48. hoc titul.* Quanquam autem etiam venationes & aucupia in fructu numerantur, *dict. l. item. dict. l. vsufructuarium.* tamen hoc accipiendum est respectu subiectæ materiæ, & iuxta Rub. *de vsufruct.* scilicet vt eiusmodi ius, quasi ad fructum pertinens, vsufructuario potius quàm proprietario permittatur, non etiam vt pro fructu priuato cuiusque fundi & præ-

dij sit habendum: huic enim feræ nō cohærent, nec illo continentur, nec ex eo nascuntur. Forma venandi varia est: alia fit tacite, alia cum cornū & clamore, alia canibus, alia laqueis, alia foueis, alia armis & tormentis, atque aliis id genus modis. *l. qui foueas. 28. ad l. Aquil. d. §. nemo retia. de pace tenen.* Cum armis & tormētis, nisi ad noxias bestias tollendas, venari rusticis non licet: *d. §. nemo. vbi Iser. & Alua.* vt nec foueas in alieno aut publico facere, & laqueos tendere, propter periculum, *d. §. nemo. d. l. qui foueas. cum ll. seqq.* Modus venandi est, vt absque cuiusquam priuato incommodo & detrimento fiat, *l. quosdam. C. de metall. lib. 12. l. 2. §. meritò. cum seqq. ne quid in loc. pu.* & ne vsque ad deuastationem specierū, *Chass. d. Rub. 13. §. 2.* neu cum publici & necessarij muneris neglectione atque intermissione; *d. l. venatores. C. de excus. mun. lib. 10.* in quo vtinam nūquam peccaretur. Finis, est acquisitio dominij: vsus ferinarum ad victum & vestitum: item valetudinis exercitatio ac confirmatio, & relaxatio animi honesta. Effectus, quòd capta fiant capientium, etiam in alieno solo, *d. § feræ. d. l. 3. hoc t.* quamuis domino quoque prohibente sint capta. *ita est communis conclusio in d. l. diuus. vbi gl. de ser. rust. præd. Angel. & Fab. in d. §. feræ. Chass. præall. loc. Rubr. 13. §. 2. Schurff. d. consil. 1. cent. 3.* Ad effectum etiam pertinent pœnæ, quibus Principes in eos animaduertere modò solent, qui contra prohibitionem suam venantur. Sed multi dubitant, an tales prohibitiones, præsertim pœnales, valeant. *Ang. l. si quis in metallum. C. de pœn. Maran. de ord. iud. parte. 4. distinct. 2. num. 8. & in terminis. Dec. consil. 197. in casu. nu. 2. Card. & alij, c. non est. de dec. Ias. consil. 119. lib. 4. Corn. consil. 211. lib. 4. Tiraq. de nobil. cap. 37. nu. 150. ratiocinatione. l. 2. nu. 192. C. de past. int. empt. & de iure venan.* Et sanè cum feræ in sylueis, pisces in aquis publicis propriæ non sint in eorum possessione & dominio. *l. 3. §. itē feras. de acquir. poss.* & in pœnalibus verba sint propriè capienda, liquet eiusmodi animantium furtum non fieri. *l. testamento. §. Scæuola. si quis restam. lib. esse iussus.* At iniuriarum tenetur qui contra prohibitionem ingressus est: *l. 2. §. planè de acquir. rer. dom. l. diuus. de seru. rust. præd. l. iniuriarum. 15. de iniur. Capoll. de seruit. rust. cap. 21.* cuius pœna est arbitraria: *§. in summa. Inst. de iniur. vnde Guid. Pap. decis. 218. dicit in Delphinatu arbitraria, & quidam capitis pœna venationes prohibitas.* quæ extendi ad mortem potest, *Maran. de ord. iud. parte. 4. dist. 1. num. 45. & Dispu. 3 nu. 17.* præsertim vbi in Principē deliquuntur, *Bald. Rom. Alex. & Dd. c. ex literis. vbi Dec. de consti.* Audio susurros dominis abblandientium: sed vt hæc demus, quæ hoc in argumento valde dubia sunt: *vide Dd. præalleg. loc. maximè iure Sax. quod prohibet ob venationem ferarum in corpore al. quem puniri, art. 61. lib. 2.* tamen iniuriæ pœna tanta esse non debet: *Felin. c. ex litteris. num. 21. de constit. per l. vlt. de iniur. Mynsing. obser. 46. cent. 2. Maran. præall. g. loc.* præsertim cum hic in Principem, vt Principem, & ad violandam eius per-

A sonam maiestatémque non delinquatur, *vi de Bald. §. iniuria. de pace iur. firman. Ias. l. qui iurisdict. de iurisd. Caret. in pract. crim. §. circa. num. 18. Petr. à Pla. delict. lib. 1. cap. 6. num. 15.* neque venationes ad regalia pertineant, *Tiraq. de nobil. cap. 37. num. 150. Dec. consil. 197.* nec arbitraria ad mortem extendatur, nisi in delictis morte dignis: *Maran. præalleg. loc. Fel. Dec. Der. d. c. ex litera. Cag. l. vnic. num. 7. si quis ius dicen. fac. l. hodie. l. respiciendum. de pœn. c. is qui de sent. excom.* nulla verò sit analo-

B gia, propter feram capite punire hominē. *Zoan. d. l. 2. num. 192. C. de pact. int. empt.* Et hæc de venatione hactenus: nunc ex sylueis & saltibus, ad institutum redeat oratio.

¶ Primus igitur modus acquirendi iure natu- 8
ræ dominij, est captiuitas ferarum animantium, de qua hactenus dictum: nam captiuitas hominum, non eodem ex iure, sed postea iure gentiū secundario est introducta: de qua paulò post suo

C loco dicetur. *vide paulò. J. in 4. modo. & tit. de capt. & postlim. reuer.* Secūdò, inuentione earum rerum quæ certum dominum non habent, vt sunt thesauri. *l. nonnunquam. 31. §. 1. h. t. §. thesauros. Inst. de rer. diuis.* Tertiò adiectione, vel concreta, vt per alluuionem, *l. adeo. 7. §. 1. h. t.* aut alueo à flumine relicto: *d. l. 7. §. 1. t. t. C. de alluuio.* vel discreta, vt partu animalium nostrorum: cuius enim est vēter, eius est partus: *l. partum. 7. C. rei vend. l. idem Pomponius. 5. §. idem scribit. 3. de rei vend.* item, si

D insula in flumine vicino nascatur. *d. l. 7. §. insula. h. t.* Quartò, captiuitate, cum hostes iusto bello deprædamur. *§. item ea. Instit. de rer. diuis. l. postliminium. in prin. & t. t. J. de capti. & postlim. reuer.* Quintò, artificio & industria specificationis. Nā cum quis ex aliena materia sibi nouam speciem bona fide extruit, quæ reduci ad pristinam materiā nequeat, sibi acquirit: quia forma quæ dat esse rei, *l. Iulianus. 9. § si quis. ad exhib.* præstantior est materia, eāque ad se trahit: & vt alias semper

E quod dignus est trahit ad se minus dignum: *c. quod in dubiis. de consec. Eccles. c. 1. eo. lib. 6. c. si duo ex tribus. vbi Dom. in 3. notab. de off. deleg. in 6.* puta, si ex alieno hordeo coquat ceruisiam, aut ex alieno ligno statuam faciat. *d. l. 7. §. cum quis. h. t. §. quum ex aliena. Instit. de rer. diuis. vbi omnino vide.* Dixi, si bona quis fide extruat. Nam si sciat alienam materiam esse, meritò amittit & operas & speciem. *l. de eo. 12. §. si quis. ad exhib.* cum nemo ex suo delicto, aut dolo, & propemodum furto lucrum sperare debeat. *l. si duo. 5. §. si quis cautionib. l. 2. de eo per quē fac. erit.* Huc etiam pertinent picturę in aliena tabula factę quarum cum magnus esset apud veteres bonos, placuit vt iis tabulæ cederent: quamuis alioqui literæ etiā aureæ chartis membranisue cedāt, *l. qua ratione. 9. §. 1. h. t. §. literæ. §. si quis in aliena. Inst. de rer. diuis.* vt reliqua omnia quæ in aliena materia & re cū soli tum mobili inseruntur. *§. cum in suo. cum §§. seqq. Inst. de rer. diuis. vbi exposui.* Sextò, † cōfusione specierum, & mixtura: quæ cum ita fit, vt mutet speciem rerum confusarum, vt cum ex vino & melle fit mulsum, dicitur confusio: cū species

pristina

pristina remanet, commixtio. Confusione rerū A
voluntate dominorum facta, id quod ex confusione natum est, dominis sit commune, habēntque actionem communi diuidūdo: non vt materiam quisque suā repetat, sed istius speciei portionem consequatur. *d. l. idem Pomponius. §. 1. de rei vendica.* Sin citra dominorum voluntatem bona fide ab aliquo fiat confusio, iure specificationis illi acquiritur, iuxta distinctionem suprà traditam. Commixtæ autem res, quæ in

B nouam speciem non abeunt, vt frumenta, metalla, &c. cum facilè separari queant, nō mutant dominium. *d. l. 7. §. voluntas. d. l. idem Pomponius.* Septimò, iure soli. Quicquid enim in solo alieno plantatur, seritur, ædificatur, solo cedit, *d. l. 7. §. cum in suo solo.* Octauò, iure possessionis. Bonæ enim fidei possessor fructus perceptos lucratur. *l. certum. 22. C. de rei vend. §. si quis à non domino. Inst. de rer. diui.* Nonò, traditione. *l. traditio. 20. h. t. §. per traditionem. Instit. de rer. diuis. l. traditionibus. C. de pact.* Et his quidem præcipuè modis

C iure gentium acquiritur dominium: de quibus hoc in titulo, & *Instit. de rer. diui. vbi pro mediocritate mea vtcunque exposui.* agitur.

30 ¶ Iure ciuili proprietates acquirūtur aut per vniuersitatem, vt hæreditate, bonorum possessione: aut titulis singularib. vt vsucapione, donatione, legatis, §. *vit. Inst. per quas personas.* & c. de quibus suo loco est dictum. *vide quæ dixi in Inst. ad hos titulos.* Illud autem scien-

D dum est, iisdem omnino modis dominia amitti, quibus acquiruntur, vt traditione, vsucapione, *l. 1. J. pro derelicto. &c.*

11 ¶ Materia in qua consistunt dominia, sunt res omnes humani iuris, quæ in commercium cadunt, & propriè res corporales, vt suprà dictum est. Forma acquirendi ex causis prædictis intelligi potest: acquirimus autem plerunque dominium animo & corpore, *l. 3. in prin. J. titul. 1.* vt in

E plerisque modis iuris gentiū: interdum solo animo, *l. 1. §. pen. de acq. poss.* vt in modis ciuilibus; puta aditione hæreditatis, *vide sup. de acq. hær.* item per procuratorem aut alium quemlibet volentibus nobis possidere: *l. ea quæ. 53. hoc titul. l. 1. §. pen. inf. tit. 1.* aliquando absque animo & corpore, vt per seruos, inuitis nobis: *l. etiam. 32. h. t.* corpore solo absque animo vix est vt acquiri quippiam possit. *l. 1. §. 1. §. per seruum. 8. inf. t. 1.* Forma tenendi, est ipse modus habendæ perfruendæque rei. Forma probandi dominium, difficilis esse asseritur. *Dd. in l. cum res. C. de prob.* Probatur autē tàm instrumentis, *l. 4. C. de probat. Alex. in l. doce ancillam. C. de rei vend. l. indicia. 19. eo. tit.* puta inuestituræ, *Spec. de probat. §. 1. nu. 32.* emphyteuseos, *Bal. in l. 1. in fin. C. de fideicom. & in l. 1. in 1. opp. C. de iur. emphyt.* aut alterius tituli, *d. l. 4. l. cum res. C. de probat.* ex quo traditio facta sit, *d. l. cum res.* (nam solus titulus dominium non probat, *Dd. in d. l. cum res. Alex. consil. 201. par. 2. & consil. 10. & 11. parte 4.*) quàm testibus, *gloss. in l. 4. ad verb. legitimis. C. de probat. Angel. in d. l. doce.* causam tamen scientiæ idoneā afferentibus.

Bald. Salic. & Dd. in l. solam. C. de testib. Item per

F præscriptionē, *Auth. nisi. vbi Bald. c. de bon. mater.* & possessionem *l. 2. vbi gloss. & Dd. C. de probat.* maximè tanti temporis vnde præscriptio resultet: *Bart. in l. pen. de cond. instit. nu. 4. & 5. l. traditionib. C. de pact.* & per famam antiquam & publicam, *gl. in l. 4. C. de probat. Bart. in l. pen. de cond. instit.* aliáque indicia & argumenta varia, *l. indicia. 19. vbi Bald. C. de rei vend. l. 4. C. de probat. c. cum causam. 13. c. licet. 9. de probat.* de quib. plura Dd. *in d. l. cum res. C. de probat. Firmian. late in reper. verb. dominium probatur.* Finis dominiorum est, vt constituta rerum proprietate, scaturigines litium & cōtentionum obstruantur. Nam eorum incertitudo, & rerum communio parit discordias. *l. cum pater. 79. §. omnia. de legat. 2. l. 1. cum ibi nota. J. de vsucapionib.* Deinde, vt quod suo quisque iure possidet, id tutò quoque ac securè possidere, eóque pro arbitrio vti frui possit.

¶ Effectus dominiorum multiplex est, sed in 12
duobus præcipuè conspicitur: quorum primum

C est, quòd dominus habet liberam re sua vtendi fruendi facultatem, quatenus iura permittunt: *l. in re mandata. 21. C. mandat. l. 2. de his qui sunt sui vel al. iur.* alterum, quòd amissa possessione detur domino rei vendicatio, aduersus quoslibet possessores, ad res recuperandas. *l. in rem. 24. de rei vend.*

¶ Cognata sunt, quasi dominium: quod ha- 13
bet, qui rem bona fide & iusto titulo possidet:

D *l. bona. 179. de reg. iur. l. 2. C. de probat. §. namque. Instit. de act. tot. tit. §. de publ. & tit. si ager. vectig.* aut qui ex iniusta causa, puta per metū, dolum, violentiam, rem amisit, eāmque aliqua actione vel petere vel repetere potest: *gl. in l. 3. C. de his quæ vi met. caus. l. id apud. de verb. signif. l. non videtur. de acquir. poss.* & ius in re, cuiusmodi est penes creditorem cui pignori res est data, *l. pignus. 8. C. de pign. actio. vid. §. de pign. act. & de pigno.* vsufructuarium, & similes. Contraria sunt, rapina, furtum, tyrannis, inuasio alieni, & si qua sunt simi-

E lia. Item vniuersalis rerum cōmunio: quam admissam, certum est in hac corrupta natura, & disparibus acquirendi consumendique causis, perpetuos seditionum fomites esse excitaturam, vt inscitè Gratianus rerum communionem ad ius naturæ retulerit. *in c. ius naturale. 1. distinct.* Nihil enim ea fingi potest huic hominū naturæ, alioqui litigiosæ, & ad omne malum præcipiti, ma-

F gis contrarium, & ad labefactanda consociationis ciuilis & commerciorum iura, pernicioſius: nisi quis fortè Gratianum de iure naturæ ante lapsum incorruptæ, aut de iure quod omnium animalium est commune, loqui interpretetur.

DE ACQVIRENDA vel amittenda possessione. Titul. II. C. 7. 32.

G

1 *Continuatio & dispositio sequentium titulorum.*
2 *Definitio nominis & rei: vnde dicta possessio, & quid sit.* (*ciuili.*
3 *Diuisio: & de possessione naturali ac*
4 *Causa efficiens.* 5 *Materia.*
6 *Forma: & quando animus, quãdo corpus in acquirenda, retinenda, amittenda possessione requiratur.*
7 *Finis, effectus, & vsus possessionum.*
8 *Affinia, & contraria: ac quomodo amittatur possessio.*

1 PRæcognitis † acquirendi dominij modis, iam de possessione videamus. Ac primùm de eius natura, tum de effectu, postremò quomodo de ea in iudicio disceptetur. Ad naturam possessionis intelligendam, operæ precium est scire, quid sit possessio, quotuplex, quæ eius causæ, qui effectus, quæ adiacentia & cognata.

2 ¶ Possessionis nomen bifariam Latinis accipitur: aliquando pro ipsa rerũ proprietate: l. *Imperatores.* 17. *de seruitut. rust. prædio. l. interdum.* 78. *de verbor. signif. l. medicus. de varijs & extraord. cogn. l.* 2. C. *de probatio. l.* 3. C. *si quis igno. rem. min.* frequentiùs autem ac propriè *l. naturaliter.* 11. §. *nihil. h. t.* pro iure quo res absque dominij iure detinetur. Possessio à sedibus appellatur, quasi sedis positio, quòd in re possessa sedem ponamus. *l.* 1. *h. tit.* Possessionem ita communiter definiunt, vt sit ius retinendi insistendíque rei. Nos retineamus Theophili *Inst. de interdict.* definitionem: Possessio est rei corporalis detentio. cui definitioni explicationis gratia & ad ostendendam differẽtiam, addamus licet hæc verba, quæ alibi §. *idem. Instit. per quas person. vide Cont. lib.* 1. *Disput. cap.* 9. Theoph. non omisit: cum affectione seu animo possidendi. Detentio loco generis est, quod verbum latè patet: *l. possessio quoque.* 49. *h. t.* additur, rei corporalis; quia incorporalia propriè non possidentur. *l. seruus.* 42. §. *incorporales.* ℣. *tit.* 1. *l.* 3. *in prin. hoc t.* Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res: vt inquit Lucretius. Adiecimus differentiæ gratia, Cum affectione possidendi. Non enim sufficit ad iustam possessionem constituendam rem tenere, sed oportet vt quis suo nomine ac iure, cum animo & affectione possidendi detineat. *l. si quis ante.* 10. *h. t. Theoph. Instit. titul. per quas perso. nobis acq.* Vnum est genus possessionis ex sententia Pauli. *in l.* 3. §. *fi. hoc t.* quod corpore scilicet & animo quæritur, animo autẽ solo retinetur. Itaque partim facti est, quatenus in facto possessionis corporalis consistit: partim iuris, quatenus est in animo: *l. possessio.* 49. *h. t.* vnde duplicem possessionis rationem statuit Impera. *l. nemo.* 10. C. *eo. d.* aliã quæ iure, aliam quæ corpore consistat: illa dignitate, hæc natura prior. nam vt alia, sic possessionis iura ex facto oriuntur, nec quisquam antè possidet animo, quàm facto corporali rem occupauit.

¶ Species tamen possidendi, inspectis causis, ex quibus possidetur, variæ fingi possunt: alius enim pro emptore, alius pro donato, alius pro legato possidet, &c. Sed hæ quãuis diuersæ possessionum causæ, non constituunt diuersas species. nam causæ ac tituli possessionum, sunt res ab his separatæ: quemadmodum & aliàs causæ efficientes ab effectis distant, & qualitates accidentales, vt loquuntur, species non mutant. §. *fin. Inst. de iur. per gl. in l. fin.* §. *quoties. ad verb. anno. de publ. & vectigal.* Possumus tamen docendi gratia sic possessiones distinguere, vt alia sit iusta, alia iniusta: siue, vt loquitur Paulus, *in d. l.* 3. §. *fi. hoc t.* alia bonæ fidei, alia malæ fidei; quod alibi secundum quid dicitur, *l.* 1. §. *deiicitur.* ℣. *de vi & vi arma. iunc. l.* 1. §. *si vir. hoc tit.* aut naturaliter aut ciuiliter possidere. Quanquam & is naturaliter inspecto naturali possessionis vsu, possidere videtur, qui vtilitates rei percipit. *l. naturaliter.* 12. *h. t.* Nihil enim aliud natura ad constitutionem possessionis requirit, quàm occupationem fruitionémque rei: id est, ipsam sedis positionem ac factum possessionis. Quocunque igitur quis modo rem adipiscatur, etiamsi alium vi deiecerit, eo animo vt rem possideat, hic quodãmodò naturaliter possidet, *l. clàm possidere.* 6. §. *fin. hoc t. l.* 1. §. *pen. &* §. *possidere.* ℣. *de vi & vi arm.* quia rem tenet: sed ciuiliter non possidet, quoniam ius ciuile eiusmodi vim improbat, & possessionem auferri violento, ac restitui spoliato iubet: vt iuris interpretatione possidere non videatur, *l. non videtur.* 22. *l. si quis vi.* 17. *hoc t.* sed penes deiectũ possessio esse intelligatur, *d. l. si quis vi. l. id apud se.* 143. *de verb. signif.* qui ad eam consequendam interdictum habet. Et hæc possessio iure ciuilis dici potest, quoad animo retineri potest. *Bal. in l. fin. n.* 1. C. *de his qui à non dom. manu. Bart. in l.* 1. §. *cum igitur. n.* 1. ℣. *vnde vi. Chass. in consuet. Burg. de instit.* §. 5. *verb. s'il n'a grace. n.* 82. Quam igitur, vt breui concludam, admittit natura possessionem, ea naturalis est, propriéque ac verè possessio dici potest: quæ porrò lege & iure ciuili probatur, ea ciuilis est. sicuti eodem significatu obligationem naturalem & ciuilem dicimus. Porrò ciuilis possessio in iure, naturalis verò in facto detentionis vertitur: *l. possessionem.* 20. *h. t. l. nemo.* 10. C. *eod.* vtraque in vera & iusta possessione cõcurrit; quæ ideo partim in iure, partim in facto consistere dicitur. *d. l. possessionem.* 29. Dicitur & alio sensu possessio naturalis, scilicet quæ nõ animo domini habetur, sed alio, iure proprio tamen, puta usufructus, pignoris, &c. possessio verò ciuilis, quæ animo domini tenetur. *l. naturaliter.* 12. *hoc tit. l.* 2. *ff. pro hær. vide Cuiac. in l. serui.* 16. *de vsucap. & lib.* 4. *obser. cap.* 3. Et sunt aliæ harum possessionũ cum distinctiones, tum definitiones apud Contium *li. Disput.* 1. c. 9. quo digitum intendisse nunc satis sit.

¶ Possessionem efficit iusta apprehensio & detentio rei, eo animo facta, vt possidere velis: animo enim & corpore possessionem acquirimus. *l. quemad.* 8. *d. l.* 3. *in prin. h. t. l. ferè.* 196. *de reg. iur.*

¶ Materia

5 ¶ Materia in qua consistunt possessiones, sunt res omnes corporales. Nam incorporalia, quia teneri nequeunt, propriè non possidentur, sed quadã tantùm iuris interpretatione. *d. l.* 3. *in prin. vbi gl. d. l. sequitur.* 4. §. *si viam.* ℣. *t.* 1. Quæ tamen extra cõmercium sunt, vt sacra & religiosa, quamuis tangi possunt, possidere contra leges nõ possumus, sed duntaxat detinere. *l. qui vniuersas.* 30. §. 1. *h. t. l. longa. vbi gl.* ℣. *de mortuo inferendo.*

6 ¶ Forma in eo est, quòd corpore & animo possideamus: vtrũque enim requiritur in acquirẽdo, *l. qui vniuersas.* 30. §. *pen. h. t.* & animus possidendi, *l. si id quod.* 25. §. *fin. h. t. l.* 1. §. *si quis vi. de vi & vi ar.* & corpus, videlicet corporalis apprehensio: *l. qui iure.* 41. *l.* 3. *in prin. &* §. *in amit. hoc tit. Paul. lib.* 5. *tit.* 2. non enim quæ spe & animo deuoramus, continuò possidemus. *l.* 1. §. *per procuratorem. &* §. *item acquirimus hoc t. vide tamen d. l.* 1. §. *pen. Cuiac. obs. lib.* 4. *c.* 3. Et hæc quidem forma acquirendæ possessionis est. In ea autem retinendæ solus animus sufficit, ne per singula horarum momenta rebus nostris insistere necesse habeamus: *d. l.* 3. §. *saltus. &* §. *in amittenda. d. l. si id quod.* §. *fin. d. l. clàm possidere.* §. 1. sicut & in amittenda: *d.* §. *in amittenda.* quatenus tamen possessio iuris est, & in animo consistit. Nam quatenus in facto & detentione vertitur, necessum est contrarium factũ interuenire, & corpore eam amitti. *l. quemadm.* 8. *hoc t. d. l. ferè. de reg. iur. vide aliam harum ll. conciliationem apud Cont. lib.* 1. *Disput. cap.* 9. Possidemus autem vel pro suo, siue nostro, *l.* 1. §. *per procuratorem. h. t. tot. tit. inf. pro suo.* ex variis titulis, ad transferendum dominium idoneis, *l. pignori.* 13. §. *fin. de vsucap.* quæ ciuilis & iusta ac propria est possessio: *l.* 2. *pro hær.* vel pro alieno, quomodo creditor, colonus, emphyteuta, vsufructuarius naturaliter possident: *d. l. naturaliter.* 11. *h. tit. l. si ab eo.* 12. *l. pignori.* 13. *in fin. de vsucap. d. l.* 1. §. *per procuratorem. h. t. l.* 2. C. *de præscrip.* 30. *anno.* vel pro possessore, vt prædo & alius quilibet malæ fidei possessor. *l. nec vllam.* §. 1. *de petit. hær. l. vlt.* C. *vnde vi.* Forma probandæ possessionis varia est: puta ex perceptione fructuum, *l. Titia. vbi Bart. de solut. l. litib.* C. *de agr. & cens. lib.* 11. *l. Celsus. vbi Bart. nu.* 20. *de vsucap.* pensionum, *Bar. in l. quamuis.* §. *si conductor. de acqui. poss. Ang. in l. quædam. de rei vend. vide latè Lanfr. in c. quoniam. verb. testium. num.* 96. *de probatio. Socin. eons.* 131. *in præsenti. numer.* 2. 3. 4. *vol.* 1. *l.* 2. *de acquir. poss. Bart. in l. qui vniuersas.* §. *quod per colonum. num.* 1. *&* 2. *h. t. Bald. in l. fin.* C. *fin. reg. & in l.* 1. *in fin.* C. *de ser. fug. in c.* 1. *in prin. de cont. inuest. Bald. cons.* 161. *proponebatur. num.* 3. *vol.* 3. aliorũque possessionis actuum demonstratione, *Bald. in c.* 1. §. *si verò. num.* 1. *quid sit inuestit.* censuum & collectarum solutione, *vid. Bart. & Bald. in l. si pater.* 8. *C. de act. emp. vid. Bart. in l. Celsus. nu.* 23. *de vsuc. tot. tit.* C. *sine cens. vel reliq.* præceptis & actibus iuris possessorij in re factis, *Bald. in l. liberti. nu.* 3. C. *de oper. lib. in l.* 2. *nu.* 54. C. *de seruit.* vicinæ scientia, locatione, *Bar. in l.* 2. C. *de acqu. poss. Bal. in l.* 1. *in fin.* C. *de ser. fug.* satione & plantatione; *Bal. & Dd. post gl. in l.* 3. C. *fin. reg. nu.*

Bart. in d. l. 2. signatura seu cõsignatione, & clausione rei velut traditæ, *l. quòd si neque. de per. rei vend. Bart. & Alex. in l. quæ dotis. ff. sol. matr.* receptione clauium *l. clauib. de cont. emp. Socin. in l. possideri. nu.* 24. *h. t. & cons.* 131. *in præsenti. num.* 3. & 8. *vol.* 1. item præsumptiuè, ex titulo *gl. & Dd. in l. quædam. in fin. de rei vend. l.* 2. *vbi Bar. de acq. poss. & in l. Celsus. nu.* 16. *de vsucap. l. eum.* §. *fin. de Publici.* & inuestitura *Lanfr. in d. c. quoniam. verb. testium. nu.* 96. *de probat. Ang. in l. qui quis.* C. *de donat. Bald. in l. empt.* C. *plus valere.* Contra inuestientem, non contra tertium: *Lanfr. præall. loc.* possessione totius, vnde præsumitur possessio partis, *l. is qui.* 20. *quibus mod. vsufr. amitt. c. ad decimas. de rest. spol. lib.* 6. *Innoc. in c.* 2. *nu.* 3. & 5. *de cap. mona. las. in l.* 3. *in prin. nu.* 34. *de acqu. poss.* & contentorum in toto. *Soc. d. cons.* 131. *nu.* 2. *per l. clauib. de cont. emp. l. si ego.* 9. §. *dotis. de in. do. Ang. in l. qui vniuersas. in princ. de acq. poss. fama: c. cum causam.* 13. *de probat. Bartol. in l.* 1. *in fin.* C. *quo. leg. Mont. tract. fin. reg. c.* 55. 56. testibus qui deponunt, vidisse possideri, *l. stipulatio ista.* §. *hæc quoque. vbi gl. ad verb. referente. & Dd. de verb. obl. Panor. in d. c. cum causam* etiam singularibus, *gl. in l. ob carmen.* §. *fin. de testib. Bald. in l. fin. opp.* 16. C. *de edict. diui Adr. toll. Lanfr. in c. quoniã. verb. testium de probat.* non simpliciter instrumentis, *l. prædia.* 84. *vbi Bart. h. t.* licet super traditione factis; *spec. de prob.* §. 1. *num.* 32. *Bar. Bal. & Dd. in d. l. prædia. per illũ tex. Lanfr. in d. c. quoniam. verb. testium. num.* 97. nam his intelligitur tantũmodò facta apprehendendi potestas: *Dd. in d. l. prædia. Lanfr. præalle. loc.* nec æstimo rei publicæ, *Bar. Bal. & Dd. in l. si pater.* 8. C. *de act. empt. Lanfr. præalleg. loc. num.* 96. &c. qua de re plura à Dd. *Dd. in l. Celsus. vbi Bart. nu.* 23. *de vsucap. gl. sing. in l.* 3. C. *fin. reg. Bal. in l. fina. in* 15. *oppos.* C. *de edict. diui Adrian. tollen. & in l. iudicia.* C. *de rei vend. & cons.* 161. *proponebatur. vol.* 3. *Lanfr. in d. c. quoniam. verb. testium. num.* 96. *Alex. cons.* 88. *quoniam. & cons.* 99. *visis. nu.* 6. *vol.* 5. *Socin. d. cons.* 131. *in præsent. per tot. vol.* 1. *Monta. in tract. fin. reg. cap.* 52. 55. 66. *cum seqq.* studiosi petant.

¶ Finis & effectus possessionis est, vt rebus possessis vtamur fruamur. Sed sunt & alij possessionũ effectus atque vtilitates. Nam bonæ fidei possessor fructus lucratur, *l. certum.* 22. C. *de rei vendic.* & est quasi dominus, *l. bonæ fidei.* 48. ℣. *iit. l. bona.* 178. *de rei iud.* proq; domino habetur tam diu, quoad liquidò contrarium non demonstratur: *l. final.* C. *de rei vendic.* quare & probationis onere in iudiciis leuatur: *l.* 2. C. *de proba.* §. *cõmodum. Inst. de interd.* præsumitur enim esse dominus, *l. sicuti.* §. *sed est. si ser. vend. l.* 1. ℣. *fam. ercisc. Dd. in d. l.* 2. & iustè, atq; ex titulo cõtractuq; iusto possidere. *Bar. in l. pen. nu.* 3. & 4. *de condit. instit. gl. final. in l. quædam.* 76. *de rei vendic. Lanfr. in c. quoniam. verb. testium. nu.* 96. *de probat.* Deinde possidendo rerum etiam dominium tempore nanciscimur, vt non immeritò ex possessionibus cœpisse dominia, I. C. *hic in l.* 1. testetur: de quo plura suo loco dicemus. *ad tit. seqq.* Affert etiam possessio ius resistẽdi propria authoritate,

contra omnes qui possessioni impedimentum aliquod creant. *l. quemadmodũ. 29. §. 1. ad l. Aquil. Bart. post gl. in l. 1. §. interdictum. nu. 3. de interd. per l. 1. §. vim vi. l. 3. l. cum igitur. de vi & vi arm.*

8 ¶ Affinis est possessioni detentio. Sed quia alius possidere potest, alius detinere alieno nomine atque iure, vt colonus: *l. 2. C. de præscr. 30. annor. l. 3. §. item. cum seqq. multis. h. tit.* sequitur aliud detentionem esse, aliud possessionem *l. possessio. 49. h. t.* Item proprietas, cum videlicet vnà cum possessione in dominio concurrit: nã quando per se in abstracto consideratur, tum nihil habet commune possessio cum proprietate. *l. naturaliter. §. 1. hoc t. l. 1. §. huius. f. vti possidetis.* Contraria verò possessioni, sunt amissio eius & interruptio. De interruptione, ad titulum subsequentem opportunius dicemus. Amissio autem possessionis, variis modis contingit: vt si cui possessio rei soli per vim auferatur, mobilis per furtum fraudémque subtrahatur, *l. naturaliter. 5. de vsucap.* aut per inundationem occupetur res, *l. 3. §. Labeo. hoc tit.* vel fiat sacra aut religiosa, *l. qui vniuersas. 30. hoc titul.* vel in aliam speciem mutetur, *d. l. qui vniuersas. 30. §. 1.* (Speciem dico: nam qualitas accidens nõ mutat possessionem: vt si res fiat dotalis: *l. si fundum. de fund. dotal. Bal. in tract. præscript. 3. parte 6. partis princ. quæst. 1. num. 5.*) item si prætor eam auferat, vel in eam alium mittat: *d. l. qui vniuersas. §. 1. vide §. de dam. infect.* item si quis alieno nomine possidere se constituat: *l. si in aliquam. 28. l. quamus. §. 1. l. quod meo. l. interdum. hoc tit. vide latissimè Tiraq. de confess. poss. ff.* & denique, vt ait I. C. ex variis causis possessionem amittere possumus. *d. l. qui vniuersas. §. 1.* Nam quæ sunt causæ eam acquirendi (sunt autem multiplices) easdem & amittendi esse consentaneum est. *l. 3. in princ. l. quemadmodum. 8. h. t. l. ferè. de reg. iur. cum simil.*

DE VSVRPATIONIbus & vsucapionibus. Titulus III. C. 7. 31. 33.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dicta sit vsucapio.*
3 *Quid sit.*
4 *An dominium directum ex voluntate domini adiiciatur.*
5 *De continuatione possessionis, interruptione & vsurpatione.*
6 *Cuiusmodi possessio ad vsucapionẽ requiratur.*
7 *Species vsucapionum à diuersitate tẽporum, & de iure Sax.*
8 *De præscriptionibus.*
9 *Causa efficiens, & ratio vsucapionum.*
10 *Materia, & quæ res vsucapi possint, aut non.*
11 *Forma: & quis titulus, quæ bona fides, qualis continuata possessio, & quãti temporis requiratur.*
12 *De accessionibus temporum.*
13 *De causa finali.*
14 *De effectu.*
15 *De interruptione.*

SEd † vim & effectum possessionis in vsucapionibus præcipuè perspicere licet, quæ per longam possessionem iure ciuili dominium possessori apponunt. Vsucapio † dicta est, quòd vsu res per eam capitur, id est, sine precio & gratis acquiritur, nam capionem pro gratuita acquisitione poni, dubium non est. *vt in l. qui precio. 8. l. si mulier. 12. l. mortis. 18. l. eum qui. 21. §. titul. de dona. causa mortis.* Vsurpare significat vlu retinere, atque ita alterius vsucapionem possessionémque interrumpere. *l. 2. h. t. vbi Cuiac. & in l. 4. §. vltim. hoc tit.*

¶ Vsucapio est, dominij rerum per vsum continuum possessionémque definiti temporis acquisitio: vel, secundũ Modestinum, est adiectio dominij, per continuationem possessionis, temporis lege definiti. *l. 3. hoc t.* Est igitur adiectio dominij potius, quàm acquisitio. Nec † enim acquiritur per eam à domino tradẽte, & suum ius transfere; sed adiicitur possessori à lege: quæ propter bonum publicum præsumit. dominum tanto tempore tacentem, rerũmque suarum negligentem, in alienationem consentire. *l. alienũ. 28. de verb. signif.* Quam præsumptionẽ lex ideo inducit, vt sit iustior vsucapionis causa, quasi permissu domini transferens dominium, cuius consensus ex diuturna patientia præsumitur: quod & aliàs fieri solet. *l. qui in aliena. 6. in princ. vbi Dd. de acq. hæred. l. si filiusfam. 10. C. de pet. hæred.* Quare esse adiectionem dominij non vtilis modò, sed etiam directi, dicendum est: *l. 1. l. fin. C. de vsucap. transformand. l. 20. C. de pact. l. 1. C. de præscrip. long. temp.* quanquam alij pro adiectione legum adeptionem, *Cuiacius l. 3. hoc tit. ex vlp. tit. 19. & Isidor. lib. 5. vide quæ dixi Inst. eod. in prin.* vt vsucapio sit dominij adeptio potius quàm adiectio: id quod Contio *Disputa. lib. 1. cap. 10. 12.* non placet, vsitatam lectionem retinenti. Additur, Per continuationem possessionis: oportet enim eam esse continuam. *d. l. 3. l. nunquam. 31. §. 1. l. possessio. 20. h. t.* Nam † si interrupta sit, puta per ablationem possessionis, quæ naturalis dicitur interruptio: *l. natu aliter. 5. h. t.* aut per litem motam, quæ ciuilis: *l. nemo. 10. C. de acq. poss. ff. l. moræ. C. de rei vendic. l. fin. C. de præsc. 20. anno.* ad effectum perduci nequit. *d. l. nemo. cũ alias sup. alleg.* Et hæc interruptio appellari solet vsurpatio: cuius hic in rubrica mentionem fieri videmus, nam oratores vsurpationem pro frequenti vsu accipiunt. *d. l. 2. h. t.* Dominus itaq; retinens frequenti vsu rei possessionẽ, ne ab altero vsucapi possit,

possit, vsurpare eam, atq; ita vsurpando alterius possessionem interrumpere dicitur. Verbum † autem possessionis debet cum effectu, & vt fieri solet in definitionibus, propriè accipi, videlicet de iusta, plena & perfecta possessione, quæ & titulum habeat: hoc est, legitimam possidendi causam, sufficientem ad acquirendum dominium: *l. 3. §. vlt. in verb. iusta acquirendi causa eius quod nostrum non sit. hoc t. quid sit titulus, vide Bal. in l. ancillæ. 12. num. 1. C. de fur. gloss. & Card. in cle. 1. in prin. de censib.* & bonam fidem, vt qui possidet, credat se suo iure tanquam dominum possidere. Neq; sufficit vnius diei possessio, sed tẽpus requiritur lege definitum, quod cuiusmodi sit, mox ostendemus.

7 ¶ Species vsucapionum diuersæ, à diuersitate definiti temporis sumuntur. Nam quædam est triennalis, in rebus videlicet mobilibus, quã propriè hoc nomine appellari volunt: *in Rub. h. t. & Inst. & C. eod.* quædam est quadriennij, vt cum à fisco res emũtur: *l. 1. & tot. tit. Cod. de quadrien præsc. §. fin. Inst. eod.* quædam decem annorum, videlicet in rebus immobilibus inter præsentes: quædam viginti, inter absentes: *tot. tit. C. de long. tẽp. præs. §. 1. Inst. eod.* quædam triginta annorum, cum quis sine titulo longissima possessione rem adipiscitur: *l. si quis emptionis. 8. & tot. tit. C. de præsc. 30. anno.* quædam *l. fi. C. de præsc. 30. ann.* 40. vt in rebus Ecclesiæ præscribẽdis: *Auth. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles.* quædam 100. annorum, aut tanti temporis, vt de eius initio non extet memoria, vt in rebus ciuitatum. *l. fin. C. de sacrosan. eccles.* & Principis: *l. competit. 6. C. de præsc. 30. ann.* item in seruitutibus, secundũ traditionem nostrorum (quam suprà de ser. rustici) quæ causam non habent continuam, *l. 3. §. ductus. de acqu. quot id. & est. l. diuturna. C. de aquæduct. lib. 11. Dd. in l. foramen. 27. de ser. vrb. præd. vide tamen quæ contrà dixi tit. de seruitut.* &c. Saxones duas tantùm species præscriptionum agnoscunt, *vide Scharff. consil. 32. num. 14. cent. 1.* quarum altera annalis est, & aliquot dierum, quæ titulum & bonam fidem requirit, videlicet in rebus mobilibus, *Scharff. lib. 11. artic. 44. vbi gl. & lib. 1. art. 28. & 29. vbi vide gl. num. 3.* item vtensilibus & expeditoriis: *Fach. dif. 11.* altera verò, quę ad res immobiles & incorporales, etiam hæreditarias, *Fachs. d. diff. 11. vid. §. de pet. hæred. per l. 4. C. in quib. caus. cess. præscrip. l. hæreditatis. C. de pet. hær.* pertinet 30. & vno annis atque aliquot diebus, hoc est, septimanis, etiã absque iusto titulo & bona, vt volunt (quod vix admittendum videtur, vt dixi consil. 2. & 8.) fide completur: *Land. lib. 1. art. 29. vbi gl. Fach. diff. 11.* quæ tamen non pertinere existimanda est ad actiones temporarias: puta iniuriarum, doli, status, adulterij, & si quæ sunt similes, quæ certis temporum spaciis angustioribus sunt circumscriptæ: *gloss. fin. art. 28. lib. 1. & art. 37. lib. 2.* de quo tamen probabiliter posset disputari, vt paulò pòst dicemus. Et hæ quidẽ vsucapiones propriè dici possunt, quoniam iis dominium plerunque vsucapitur.

¶ Præter has autem quædam sunt præscriptiones, quæ dominij quidem ius non tribuũt, sed exceptione muniunt possessorem, atque ita sunt non dominij, sed vsus per diuturnam possessionis continuationem acquisitio: vt olim fuit in longi temporis possessione, de qua tit. de seruit. actum est; item ex cõstitutionibus, cum quis rem 30. annis possedit, quam vsucapere non licet, puta furtiuam: vel cum mala fide & sine titulo possidetur. Etsi enim dominium continuatione possessionis hîc quæri nequit: tamen quia spacio 30. annorum præscribitur omnibus actionibus, ita vt exceptione elidantur, *l. sicut. 3. l. omnes 4. l. si quis. 8. C. de præscr. 30. anno. notat. Instit. de perp. & temp. actio.* possessor ope præscriptionis tutus est. *d. l. si quis. 8. §. 1. C. de præscr. 30. ann. vide Cuiac. in l. 4. §. vlt. hoc tit. & Inst. eod.* Quanquam sunt quædam actiones, quæ 40. tantùm annis præscribantur: *d. l. 4. l. cum notissimi. 7. l. fin. C. de præscr. 30. annor.* vt econtrariò nonnullæ vno anno, sicuti iniuriarũ actio: *l. si non conuicij. 5. C. de iniuriis.* quædam biennio, vt actio doli: *l. fin. Cod. de dol. mal.* nonnullæ quinquennio, vt inofficiosi querela, *l. si quis filium. 34. C. de inoff. test. l. Papin. 8. §. fin. vbi gl. & Dd. §. de inoff. testam.* accusatio adulterij, *l. iure mariti. 6. C. de adult. l. mariti. §. hoc quinquennium. ff. eod. tit.* item controuersiæ status defuncti: *tot. tit. C. ne de statu defuncto.* pleræque criminales, vicennio. *l. querela. 12. C. de falsis.* Aliæ aliis temporibus: de quibus videre licet Hostiensem & Placenti. ad tit. de præscriptionibus. Qua in parte illud meritò dubitari possit, an statuta, quæ ad 30. annos omnes præscriptiones reducunt, vt ius Saxon. sicut antè dixi, & mores Burgundiorum, *Chass. in consue. Burg. de forests. §. 8. per to.* etiam has temporales includant, & ad se trahant. id quod videtur: quia & præscriptionem 20. annorum, & longissimi ac immemorialis temporis comprehendunt. *vide Chass. præalleg. loc. num. 3. quod & morib. Sax. seruatur. vide tamen gl. contrariam, lib. 1. art. 29. sub litera b. & num. 4.* Moribus tamen Saxon. vt antè dixi, hæ temporales, præsertim annuæ, non includuntur. *gloss. vltim. art. 28. lib. 1. & art. 37. lib. 2.* Illud etiam hîc sciendũ, Dd. *vide in l. fin. C. de ann. exc. l. omnes. l. sicut. l. cum notissimi. C. de præscr. 30. ann. l. moræ. C. de rei vend.* alias præscriptiones facere odiosas, alias fauorabiles, alias mixtas.

¶ Causa vsucapionis efficiens, est lex ciuilis XII. Tab. primùm constituta, *in princ. Instit. eod. Cic. in Top.* & deinceps variis Principum constitutionibus emendata, *tot. tit. C. de long. temp. præscript.* quæ bono publico introduxit vsucapiones: ne scilicet rerum dominia semper sint in incerto, *l. 1. hoc tit.* atque hac ratione excitentur perpetuæ de possessionibus lites, quas quidem prohiberi & consopiri publicè interest: *not. in l. quidam. 21. §. si cer. pet.* vt non mirum sit, si huic publicæ vtilitati cedat lex inferior, quæ vetat cuiquam inuito dominium auferre. *l. 4. C. de rei vend. l. non debet. 75. de reg. iur. vide l. 2. & ibi Dd.*

C.de quad. præscript. & in l. æquissimè. de vsufruct. Ias. & Dd.in l.2.C.si cont.ius vel vtil.pub. & in eãdem sententiam sup.disputata titul.de acquir.re.dom. Omnium porrò legum summa & suprema est, quæ salutem & vtilitatem publicam tuetur, vt ostendunt Plato & Cicero. *in libr. de Leg.* Salus populi, inquit Cicer. *libro 3.de Leg.* suprema lex esto.

10 ¶ Materia, sunt omnes res *vid.Vlp.titul.19.vbi vsucapionem ad res mancipi & nec mancipi producit.* quæ possideri possunt. nam hæ rectè vsucapiuntur,paucis exceptis:*vide Vlp.titul.19. & Inst.* B *eod.in prin.vbi dixi.* vt sunt res propriæ, *l.4.§.Iana.h.t.l.in bello.12.§. 1.de captiu.* pupillares, *l. bonæfidei.41.ff.de acq.do.l. si communem.quem.ser.Cuiac.l.4.verb.si pupilli.h.t.* furtiuæ, & vi possessæ,§. *furtiuæ. Instit. eodem. vide de iure Sax.gl.art.28.libr. 1.& artic.29.eod.libr.* & quæ ex ijs rebus nascuntur : *l. sequitur. 4.§.de illo.l.iusto.44. §.etsi possess.h. titul.l.ancillæ 12.C.de furt.* quæ verò possideri nequeunt, hæc non rectè vsucapiuntur: vt res sacræ,sanctæ,religiosæ,diuinæ, *l. vsucapionem.4.h. titu.*(vnde & contra ius diuinum non currit vllo tempore præscriptio : *Panorm.in c.ap statuimus.2. num.7.de transact.per cap.fin.extrà eod.Schurff.consil.83.prædictæ.numer.11. cent.3.per c.ad audientiam. c.cum venerabilis. de præscr.*) item quæ ad fiscum pertinent, §.*res fisci. Instit. eod.* & iure gentium publica sunt:*d.l.9.l.præscriptio.45.hoc tit.* aut merę facultatis, *l. viam. de via pub.ref.vbi Bart.& in l. cum notissimi. C. de præscr. 30. anno. Panorm.in cap. quoniam.§.vlt.numer.44.vt lit.non contest. Cuiac.l. si pignori. 13. hoc t. Mynsing.obser.16.cent.1.latissimè Franc.Bald.in tract.præscr.in 4.parte.5. partis prin. numer.1.2.& pàr totum. Tiraq.de retract. conuent.§. 1.gloss.2.numer.21.22. cum multis sequent.*liber item homo,*l.2.C.de præscr. quæ contr.libr.* & si qua sunt similia, quæ non possidentur : quia commercio & vsibus humanis sunt exempta. Etsi autem res incorporales, vt seruitutes, iurisdictio, &c. propriè non possidentur, eóq; olim lege Scribonia vsucapi non poterant : tamen obtinuit & has instar rerum immobilium posse longo tempore capi.*l.2.C.de seruit.l.corruptionem. 16. C.de vsufruct. vide l.4.§.si viam.h.t. vbi Cuiac.* nam in immobilibus numerantur. *gloss.in l. fin. C.in quibus caus.in integ.rest.arg.l.ait prætor.§. 1.de iur. dot.gloss. in c.2.ad verb.iura.1.de rebus Eccl.s. non alien.per l. final.ca.de lau.temp.ipsi.*

11 ¶Quod ad formam vsucapiendi attinet, scien- F dum est, perficiendæ vsucapioni opus esse possessione, sine qua nulla vsucapio procedit. *l. sine.25.hoc titul.c.sine possess.de reg.iur.in 6.* Vnde dicitur, tãtum videri & intelligi in præscriptione, quantum inuenitur possessum : *l. 1.§.si quis. vbi gloss. & Bartol. de itin. act.priua.* & possessionem strictissimi esse iuris, quæ nusquã vltra & extra possessionis terminos extẽdatur,*vide latè Schurff. consil.86.num.3.cen.2.Ias.cons.16.num.53.vol.2.* Requiritur autem possessio eiusmodi, quã possessor iciat se suo nomine proprio habere. Nam si alieno nomine possideat,non vsucapit : *l.2.C.* G *de præscr.30. anno.Cuiac.in l.siue.25.hoc ti.* vt nec si per alium possideat, veluti per procuratorem, nisi se possidere habeat cõpertum: quia vt ignorantes vsucapiamus,in peculiaribus rebus tantùm receptum est.*l.2.ff. pro soluto.l. Labeo.9. h.t. l.2.* §.*Celsus.l.qui fundum.§.vlt.ff.pro empt.* Sed & sine vitio acquisitam esse possessionem oportetsquare opus est iusto titulo;*l.Celsus.27.hoc tit.* hoc est, iusta causa, & translatiua possessionis,& habili ad transferendum dominium, per quam indicetur legitimum possessionis initium,cuiusmodi est emptio, donatio, &c.Denique & bona fides necessaria est, vt videlicet credat possessor, eum à quo habet titulum fuisse dominum, & habuisse ius distrahendi aut alienandi :.*l. bonæ fidei.10. de verb signific.* aut saltem credat se vsucapere posse.*l.si fur.32.§.1.hoc tit.* Quæ bona fides præsumitur,nisi probetur mala, *l.pen.C.de præsc. longi temp.l.verius.21.C.de probat.Dyn in c.qui contra.82.in fi. de reg. iur. in 6.* puta ex denunciatione, *l.si fundum.17. C. de rei vend.l.item.22. §.petitam.de pe. hær.* aut ex interdicto legis, quæ vetet eiusmodi rem quæ possidetur, alienari, *l. quemadmodum.7. C.de agric. & censit.lib.11.d.c.qui contra.*& per consequens vsucapi,*l.fin.C.de reb.alien. non alie. l. alienationis.28. de verb.signif.* etiamsi id possessor ignoret: nam iuris ignorantia non inducit bonam fidem:*l.nunquam.26. h.t. l.2. §.si à pupillo.ff.pro empt.* iura enim omnes scire debent: D *l.leges.Cod. de leg.* paria autem sunt scire,aut scire oportere.*l.,. vbi Dd.ff.si cert.pet. l. qui fundum. 7.§.seruus.2.ff.pro emp.* aut denique nisi alio modo de mala fide constet.*d. l.qui fund.7. §.qui sciens.l. si quis.8.ff.pro emp.vide quæ dixi in §.si quis à non domino. Inst.de rer.diuis.* Sufficit autem initio interuenisse bonam fidem, videlicet traditionis tempore:*l.pen.ff.pro soluto.l.2. in prin ff.pro empt.* quamuis superueniat postea alienæ rei scientia. *& vnica.C.de vsuc.transfor.l. cum hæres. ff de diuers & temp.præsc. §.diutina.Inst.eod.* Quod iure Pontificio non obtinet ,quo necesse est possessorem nullo tempore rei alienæ conscientiam habere. *c.fin.vbi Dd,d.præscr.* At contrà vsus Saxo. bonæ fidei nullam rationem in longi vsucapione temporis habet, sed solùm considerat possessionem temporis continui:cuiusmodi spaciũ(quãquam non æquè longum, vt dictum est) etiam legibus requiritur. Non enim sufficit,possessionem iusto titulo & bona fide munitam esse, sed super hæc necessarium est per tempus lege definitum eam continuari. Lege autem XII. Tab. olim definitum erat spacium,in mobilibus quidem annus, in immobilibus vero biennium dentaxat in Italico solo.*l.vnic.C.de vsucap.transfor. Inst.de vsucap.in prin.* Nam prouincialia prædia sicuti non erant mancipi, nec in pleno possidentium dominio, *Theoph. §. per traditionem. Instit. de rer. diuis.*ita nec vsucapi poterant. Cur autem tam breui tempore vetustas vsucapiones concluserit? indicat rationem Varro, cum ait; Boni patrisfam.esse rerũ immobilium quotannis inire rationem, & secundo anno, quod deside-

desideratur quærere; rerum mobilium singulis A semestribus. Sed Iustinianus,auctis iam passim ita diuitiis, vt locupletes in istis temporum angustiis non omnes circumspicere possessionum 8 & facultatum suarum partes commodè possent, ne domini maturius quàm par esset, rebus suis defraudarentur, ita vsucapiones transformauit: vt res quidem mobiles per triennium, immobiles verò in omnibus indistinctè terris (nam vetus illa Italici & Prouincialis soli differentia, B temporibus Iustiniani erat obsoleta) per longi temporis possessionem, id est, inter præsentes decennio, inter absentes 20. annis, nunc vsucapiantur.*l.fin.C.de vsucap. transf.Instit.eod.in princ. vbi dixi.* Per tanti igitur temporis spacium necesse est continuari possessionem, & non interrumpi *c. illud. 8. ex. de præscr.* aut naturaliter, vt quia possidere possessor desiit, vel quia aliquid ex substantialibus vsucapionum ei interuertitur: *Franc. Balb. tract. præscr.3.parte 6.partis princ. num.38.*aut ciuiliter, vt per litis contestationem. C *l.moræ.C.de rei vend.l.nemo.10.C.de acq.poss.l.antepen.C.de præscr.long.temp.* Sciendum ♣ tamen est, nonnunquam possessiones & tempora diuersarum personarum coniungi, quæ videlicet possessionis causam inuicem immediatè dant & accipiunt,*l.possessio.20.hoc t.cum simil.* Sic continuatur tempus testatoris in hæreditatem & hæredem,*l.hæres.12.l.nunquam.31. §.vacuum.l.iusto. 44.§.nondum. h.t.* hæredis in legatarium, venditoris in emptorem, donatoris in donatarium, §. D *inter.Instit.eod.vbi vide quæ scripsi.l.2.§.si eam rem. ff.pro empt.vid.ff.de diuers & temp.præsc.*&c.

13 ¶ Quod ad causam finalem attinet, vsucapiones bono publico (inquit Caius) introductæ sunt,*l.1.h.t.*ne rerum dominia sint incerta, & vt aliquis reperiatur litiũ finis : *l. fin.ff. pro suo.* quas minui & sopiri,publicè intereſt. *c. nonnulli. 28.§. pen.de reser.cle. dispẽdiosam.de iudic.* Itaque quamuis videri possit iniuriũ, alicui inuito rem suam E auferri (vnde præscriptio iniquum esse præsidiũ perhibetur,*in Auth.vt Eccles.Rom.Zas. consil.16.orta. nu.53.vol.2.*) tamen quia maior ratio habenda est publicæ tranquillitatis & constitutionis dominiorum, quàm priuatæ singulorum vtilitatis: meritò etiam cum aliquo priuatorum incommodo negligẽtium res suas, & quodammodò pro derelicto habentium, vsucapiones introductæ sunt: *ex ratione l. 2. C. de qua. præsc. Auth.res quæ.C.com.de leg.l.vlt.vbi Ias. & Dd. C. si con ius. & in l. 2. C. de precib.* vt aliquo saltem tempore certò vnicuique constare possit, quid suum, quid alienum esset, neque perpetuò lites timere possessor cogeretur : quas innumeras oriri necesse esset, præsertim in tanta probandi dominij difficultate, *not. in l. cum res. 12. C. de prob.* nisi lex certo tempore proprietatem possidenti acquiri vellet: vnde C.c. vsucapionem finem solicitudinis & periculi inuito vocat. Saluti igitur publicæ & tranquillitati (quæ suprema lex est) prouidendum fuit, etiam cum singulorum non maximo detrimento, & vt suprà G ostensum est: maximè cum iustè conqueri non possit dominus, cuius quasi permissu & voluntate vsucapio intelligitur compleri: *l.alienatum. 28. de verb. signif.* ex diuturna enim eius patientia atque silentio, consensus tacitus præsumitur,*l.qui in aliena. 6. §. 1. vbi Dd.de acq.hær.* præsumptione iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio. Ita enim ob bonum publicum lex statuit,tum fauore præscribentis bona fide, tum in odium negligentis ius suum B tempestiuè prosequi. *c. præscriptionum. 16. quæst. 3.Bart.in l.1.hoc t.& in l.nemo potest.de leg. 1. Dyn. in c.possess.de reg.iur.in 6.Tiraq.in tract.præscr. §. 1. gl.7.§.fin.*

¶ Effectus vsucapionis est præcipuus, quòd 14 dominium possessori adiiciat, *l. traditionibus.C. de pact.* sicuti dictum est: adeò vt is & aduersus agentes munitus sit exceptione præscriptionis, quæ est litis finitæ,impeditque *Socin. latè in c. olim.numer.19.de lit.contest.Gui. Pap. decis.416.nu.* C 15.contestationem,*c.1.de lit.cont.in 6. Dd. in l fin. ff.pro suo.* & ipsam rem vendicare etiam ab antiquo domino possit: *d. l. si quis emptionis. 8. in prin. C. de præscript. 30. anno.* quamuis Publiciana contra dominium non detur. *l. penul. & l. fin.de Publ.* Neque id solùm in vsucapione triennali verum putetur, sed etiam in decennali, & 20. annorum:scilicet vt ex constitutione Iustiniani non tantùm vtile dominium, verumetiam directum hoc modo acquiratur. *Cont. Disp.lib.1.* D *cap. 1. qui vtilem in rem ante Iustin. etiam competuisse hinc probat,ex l.si quis.8.C. de præscr.30. anno.* Inducit etiam vsucapio iustum titulum, *c. de quarta.de præscript.c.1.eod.in 6.Imol.in c.fraternitatis.de testib.*& est similis solutioni : *Bald. in l.tam mandatori. C.de non num.pec. Bald. in tract. præscr. 1.part.prin.quæst.6.num. 4. l.si pupilli. §. vlt. de solut.gloss.Land.lib.1. art. 29.* non quidem per omnia,sed secundum quid. *Bartol. in l. item.§. quod adiicitur.de const.pec.* Tollit enim ciuilem obligationem,& elidit naturalem. *Bartol.in l.fin.§.1. ff.rem rat.hab.* Contraria vsucapioni sunt iniustitia, seu nullitas tituli, mala fides, & reliqua quæ in formam vsucapionis incurrunt : de quibus suprà est expositum. item pactum vel statutum,quo præscriptio inhibetur, qua de re variæ sunt Doctorum disputationes : quod tamen ad statutum attinet, plerique assentiuntur, eo præscriptionem tolli posse, quemadmodum & F lege : *Ang.in l.1.C.ne rei domi.vel temp. Bald. in Auth.quas actiones.C.de sacrosan. Eccles. Chass. in consuet.Burg.§.11. de mainpmor. ad verb. per quelque laps. numer. 10.* etiamsi illam Princeps inhibere nequeat,nisi addita clausula. Non obstante, *Bald.in d.Auth.quas actiones.per illum text. Chass. præall loc.* &c. De pacto variant sententiæ : alis existimantibus,*vide hac de re Boer.decis. 182. n. 8. & 9 parte 1.*per conuentionem derogari præscriptioni possit:*Dyn.Bal. Imol.in l. nemo pot.ff. de leg. 1.Bal. in l.vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. & in l.1. vbi [illegible] Burg.C.ne rei dom.Ant.de But.in c. cũ [illegible] Schurff.cõs.14.n 6.cẽt. 1. quã com-

munem esse dicit Tiraq. de retr.con. §. 1.*gl.*2. *nu.*14. aliis id planè negantibus, *vide latissimè Tiraq. in tract.retract.conuen.* §. 1.*gl.*2.*num.* 13. *&* 14. quòd bono publico vsucapiones sint introductæ: *Ias. post Bar. in d.l.nemo. num.*80.*de lega.*1. *Oldra. Cyn. Bald. in l.centurio. de vulg. & pup. Panor. & Felin. num.*11.*in Rub. de præscr. Ang. consil.*55. *Gulielmus.* adeò vt etiamsi partes pactum apposuerint, ne iuri offerendi ex contractu vllo tempore præscribi possit, nihilominus currat præscriptio: *Ang. d. consil.* 55. *Schurff. consil.*14. *numer.*3. *cent.*1. quod periniquum videri posset, nisi bonum publicum, quo vsucapiones introductæ sunt, priuatorum pactis atque commodis esset anteferendum. *Auth. res quæ. C. commu. de legat. & fideicomm.* Sanè (vt rem in pauca conferam) commu nius concluditur, vt & in cãmera Imperij seruatur, tali pacto tolli præscriptionem 30. & 40. annorum, cui renunciari possit, non immemorialem: absq; verò tali pacto, iuri offerendi, luẽdi, & aliis quæ sunt meræ facultatis, ne quidem 30. annis præscribi; etiamsi plures contrà disputent. *vide latiß. Tiraq. omnia ab vtraque parte allegantem, de retr. conuen.* §. 1.*gl.*2. *Dd. in d. l. cum notissimi. C. de præscript.*30.*ann. Cuiac. in l. pignori.*13.*hoc tit. Mynsing. obs.*16.*cent.*1.*Fran.* Bal. *de præscr.*4 *parte.*5.*partis prin. per totum Tiraq. tamen præall. loc. putat contrariam esse communem, secundum quam etiam in Parlamento dicit iudicatum. nu.* 22. *&* 26. *vide etiam sup. ad tit. de rescin. vend.* Sed hæc in Commentariis nostris limatius exponentur. Summas enim hîc duntaxat rerum, non etiam integras disputationes tradere instituimus. Contraria quoque est vsucapioni, ætas pupillaris: contra quam nec incipere potest præscriptio, nec antè contra defunctum fortè incepta continuari; sed durante ea ætate, omnis præscriptio dormit atque cessat: *l. bonæ.* 41. *de acq. dom. l. si communem. quem. ser. amitt. Cuiac. l.*4. *ver. si pupilli. hoc tit. l. fin. vbi gl. & Dd. C. in quib. caus. rest. & in l.*1. *C. si aduer. vsucap. & in l. sicut. ad verb. seruanda. C. de præscr.*30.*ann. Fran. Bal. in tract. præscr.* 1.*parte* 6.*part. prin. num.*34. *Schurff. consil.* 28. *super. numer.* 10. *& consil.*65 *quod in præsenti. num.*2.*cent.*1. item minor ætas supra pubertatem, contra quam tantùm præscriptio 30. annorum currit, *l. sicut. C. de præsc.* 30.*anno.* non etiam alia minor 3. 10. vel 20. annorum: *l. fin. C. in quibus. caus. in integ. restit.* quanquam contra alium inchoata, erga minorem continuetur. *Bal. num.*1. *&* 2. *Dd. in l. fin. C. in quib. caus. Bart. in l. etiam. de minor. vide omnino Fran. Bald. præall. loc. num.*35. *Cano. in c. constitutus. de in integ. rest.* Eadem ratione & hostilitas, pestis, vel similis casus impediens agendi facultatem, præscriptionem impedit. nam impedimento eiusmodi durante, dormit similiter vsucapio: *c. ex transmissis. vbi Innoc. & Panorm. de præscr. Bar. in l. naturaliter. num.*22. *h.t. Panor. consil.*98. *vol.*2. quod verum est actione iam natam nã antequam nascatur, si impedimentum incurrat, haud quidem dormit præscriptio, sed non incipit currere, iuxta regulam quæ istis in terminis valet & accipienda est: Non valenti agere nõ currit præscriptio. *l.* 1.§. *vlt. C. de annal. except. Cuiac. in l. pignori.*13 *hoc t.* Aduersatur etiã vsucapioni, in integrum restitutio, per quam rescinditur. Restitutio autem tàm minori datur, *l. vnic. C. si aduer. vsuc. cap. constitutus. vbi Innoc. de in integr. restitut. Tiraq. in tract. præscr. ad verb. minores.* quam ei qui agere quacunq. ex causa non potuit. *l.* 1.*ex quib. caus. maio. c. ex transmissa. de præscript.* Nam quod suprà positum est, cessare ac dormire præscriptionem ob impedimentum hostilitatis mortalitatis, aut similis rei impedientis facultatem agendi, sic accipiendum id est, quando facultas agendi ita planè impedita est, vt ob eiusmodi casum ius non reddatur: secus autem est, si ius nihilominus redditur. nam tunc currit etiam tempore belli vel pestis, præscriptio: quanquam non valenti agere, detur in integrum restitutio, *ita distinguit Panorm. in d. cap. ex transmissa. Bartol. in d l. naturaliter. num.*22. *hoc titul. Bald. in l. cum notissimi.* §. *imò. C. de præscr.* 30. *anno.* vt & illi qui ius persequendi quod ad rem habebat, ignorauit. Nam quamuis præscriptio contra ignorantem currat, perinde atq; aduersus eum qui agere non potuit: *l. fin. C. de long. temp. præscr.* tamen etiam ex causa ignorantiæ, datur in integrum restitutio contra vsucapionem & præscriptionem tàm longi *glo. in l. si partem.*19.§. *si per fundum. verb. non vtendo. quem. seru. amittat. & in l. si sic.*7. *verb. vna seruitus. vbi Cast. eod. tit. & in l.*2. *in gloss. vltim. vbi Cyn. Bartol. Bald. Sal. Ias. C. de iur. emph. & in l. cum filiusfamil âs.* 49. §. *in hac stipulatione. ad verb. & ignoret. de verbor. oblig. vide latè Tiraq. in retract. proximitatis.* §. 35.*gl.*4.*num.*35. *Schurff. consil.*33. *quod in terminis. num.*14. *cent.*3. quàm longissimi temporis: vt habet communis opinio: *gl. in l. sicut.*3. *verb. militia. C. de præscr.*30. *anno. Imol. in rep. c. fin. de Præscr. Panor. & Fel. in c. vigilanti. eod. tit. Rom. consil.* 123. *primum. & consil.*149. *conclusionem. & consil.*166. *vso. latè Alexan. consi.*7. *videretur. lib.*1. *& consil.*84. *in causa. eod. libr. & consil.* 116. *perspectis. lib.*5. *vbi dicit hanc esse communem. latissimè Tiraq. in retract. proximi.* §. 34.*glo.*4.*num.*36. idque intra quadriennium, non post completam vsucapionem, vt quidam opinati sunt, *ex l. fin. C. de temp. in integ. rest. cap.*1. *eod. tit. libr.* 6. sed à primo scientiæ tempore computandum. *Bald. in l. falsam. C. si ex fal. alleg. Cast. in l. vlt. C. de dol. mal. Panor. in c.*1. *in fi. de præsc. Bal. cõs.*235. *Bar. li.*1. *Panor. consil.*32. *casus. li.*1. *Tiraq. de retract. prox.* §. 35.*gl.*4.

¶ Sed cũprimis cõtraria est vsucapioni interruptio: de qua restat vt vltimo loco nõnihil disseramus, si prius illud præmiserimus, aliud esse interrũpi, aliud dormire præscriptione. Cũ dormit, prius inchoata vsucapio, nõ est nullius momenti, sed sublato impedimento, puta impuberi ætate, hostilitate, &c. continuatur, & tẽpus prius cum sequente coniungitur, *Bald. in l. cum notissimi.*7. §. *imo. num.*7. *C. de præsc.*30. *annor.* Vbi verò interrumpitur præscriptio, inchoata vsucapio ad nihilum recidit, & rursus de integro est ordienda præscriptio, priore nihil commodante.

vid. Innoc. Panorm. Fel. Imol. in c. ex transmissa. de præscr. Interruptio est actus quo cœptæ vsucapionis continuatio interpellatur, *l. nemo.* 10. *C. de acquir. possess.* est interruptio temporis. *l.*2. *in fin. C. de ann. ex. Harmenop. lib.*1. *tit.*3. Ea porrò nostris aut est naturalis, aut ciuilis. *Bald. in l. naturaliter.* 5. *num.*4. *h. tit. gl. in l. cum notiß mi.* 7. §. *penul. verb. innominata. C. de præscr.*30. *anno. Fels. & Cano. in c. illud. de præscr.* Interrupto naturalis est, qua possessio (cuius continuationem complendæ vsucapioni necessariam esse diximus) naturaliter, hoc est aliquo naturali facto, & re ipsa, non fictione interrumpitur: *vide modos interruptionis, in l. qui vniuersas.* §. 1. *de acqu. poss. l. vlt. C. de acq. poß. Bart. in d. l. naturaliter. eod. tit. Felin. post Panorm. in c. illud. de præscr.* vt cùm possessori res ab alio mobilis aufertur, immobilis occupatur: *l. naturaliter.*5. *hoc tit.* cum is qui nostro nomine possidet, puta colonus, rem in alterum alienat. *l. non solum.*33. §. *qui. pignori.*9. *hoc tit. l.*3. *quod seruus.* 5. *tit.* 1. Ciuilis est ficta quædam interruptio, quæ fit per actum ciuilem, puta litis contestationem. Litis tamen contestatio olim vsucapionem, quæ tantùm naturali facto scinditur, *l. vlt. pro empt.* non interrumpebat: *l.* 2. § *fin pro empt. l. si post acceptum.* 18. *de rei vend. l. Iulianus.*9. §. *pen. ad. exhib. l. sicut.*8. §. *planè. si ser. vend.* quia sufficiebat, bono titulo, bonáque fide rem quæsitam esse: nec mala fides superueniens, ius vsucapionis publicum, *l.*1. *hoc t.* semel rectè inchoatum rescindebat: *l. bonæ fidei.* 48. *de acqu. rer. dom. l.*4. §. *de illo. hoc t. l.*2. §. *si seruus. pro emptore. l. vnic. C. de vsucap. transfor. Cuiac. in d. l.*2. §. *vlt. pro empt.* quare etsi litis contestatio in mala fide constituit possessorem, *l sed etsi.*28. §. *etiam. de pet. hær.* condemnatione scilicet secuta; *l.*1. *C. de pet. hær. l. item.*20. §. 6. 7. *cum seq. eod. tit.* tamen quia non aufert possessionem, *l. nemo.* 10. *C. de acquir. poss.* (quod fit demum in executione, *l. qui restituere. de rei vend.*) ideo non interrumpebat vsucapionem: cæterùm præscriptionem longi temporis seu diutinam possessionem *l. penult. pro empt.* elidebat: *d. l. nemo.*10. *C. de acquir. poss. l.*1. *l.*2. *l. antepen. C. de præscrip. long. temp. Paulus libr. Sent.*5. *cap.*2. quia hæc non erat ius legale ante Iustinianum, quod instar vsucapionis dominium adiiceret; sed tantùm quædam exceptio, quæ ex æquitate dabatur bonæ fidei possessori, qui iam decem annis inter præsentes, viginti inter absentes *Paul. libr.* 5. *tit.* 2. possedisset rem quæ non esset Italici soli, & in qua vsucapionum iura non obtinerent. *l.*3. *& tot. tit. de diuers. & temp. præscr. l.* 2. *C. de præscr. long. temp. d. l. nemo.*10. *C. de acquir. poss. l. bonæ.*48. *ff. de adquir. rer. dom.* Vbi igitur ante completum decennium lis mouebatur bonæ fidei possessori, ita vt in mala fide quouis modo constitueretur, euanescebat æquitas exceptionis, quòd tempus completum non esset. *l. moræ. C. de rei vend. d. l. nemo. d. l.*2. *l.* 1. *l. antepen. l. penult. C. de long. temp. præscr.* Extraiudicialis tamen denunciatio (nam in iudiciali secus fuisse videtur, *l.*2. *C. vbi in rem act.*) aut litis præparatio, hanc præscriptionem non interrumpebat: *l. alienam.* 13. *pro empt.* nam etsi dubiam curam affert, *l. item.*22. §. *petitam. de pet. hær.* non tamen reuera constituit in mala fide. *Ias. in l.* 1. *numer.*26. *de cond. indeb. per glo. in ca. si diligenti. verbor. bona fides. de præscrip.* Et hæc quidem ante Iustinianum obtinẽbant. Iustinianus porrò sublata Italici soli & Prouincialis differentia, voluit omnes res solito vel 20. annis non præscribi tantùm vtiliter veteri more, sed etiam iure Quiritum, & ex sua lege pleno iure vsucapi: vt suprà est dictum. *l. vnic. C. de vsucap. transform. in prin. Institut. de vsucap.* Quare secundum ἀναλογίαν veterem, ne has quidem præscriptiones nunc litis contestatione interrumpi oportebat. Sed Iustinianus sicuti veterem vsucapionum rationem transformauit, *l. vnic. C. de vsuc. transfor.* sic interruptionis quoque ciuilis discrimina fortè sustulit: voluitque denunciatione & citatione iudiciali, aut si ea haberi nequeat, extraiudiciali testatò facta, quamlibet præscriptionem interrumpi, non modò longissimi temporis, *l.*3. *l. cum notissimi.*7. *C. de præscript.*30. *ann.* vt volunt Dd. sed etiam longi temporis, atque adeò triennalem quoque: *l.*1. *C. de ann. excep. Nou.*119. §. *vltra. Auth. malæ. C. de long. temp. præscr.* vt nihil necesse fuerit, Dd. *vide Bart. in d. l. cum nouissimi. Cyn. & Bald. in d. l. moræ. C. de rei vend.* ad conciliandas ἀπορίας, de discrimine vsucapionum fauorabilium & odiosarum, θαύματα ῥημάτων cõminisci: quando palàm sit, & vnam esse omniũ vsucapionum naturam, videlicet strictam, *vide, vt dixi, Schurff. consil.*86. *num.*3. *cent.* 2. & Iustinianum ius vetus hac quoque in parte interpolasse: cuius emendationẽ etiam Canones sequuntur. *glo. & Dd. in c. fin. de præscr. & in c.*2. *de reg. iur. in* 6. *vide Bald. in l.*2. *num.* 7. *C. de seruit. Fran. Bal. in tract. præscr.*3. *parte.* 6. *partis princ. num.* 37. *&* 40. Excipitur à nostris ab hac interruptionis regula casus ille, cum absque titulo ex sola aduersarij patientia ius incorporale præscribitur, vt seruitus. *l.*2. *C. de seruit.* Ad eam enim præscriptionem interrumpendam, non opus esse volunt solenni denunciatione aut citatione, sed sufficere factum aliquod, quod dispatientiam (vt vocant) domini declaret: vt est protestatio, pignoris captio, impedimentum vsus, *glo. Cyn. Bald. Castr. Salic. & Dd. in d. l.*2. *Bartol. in l. naturaliter. numer.*27. *hoc t. Bald. in l. quemadmodum.* 21. §. 1 *&* §. *magistratus. ad l. Aquil. c. auditis. vbi Innoc. de præscr.* &c. Et hæc quidem in interrumpenda rerum vsucapione. Actionum porrò præscriptionem sola libelli oblatione aut citatione cõtendunt interrumpi: *Bar. in d. l. naturaliter. in fin. per l maritus.* §. *quinquennium. de adulter.* quamuis non nisi per litis contestationem, actiones perpetuentur ad 40. annos: *l. fin. C. de præscr.* 30. *annor.* idóque à denunciatione seu oblatione libelli noua præscriptione opus esse: *Ias. in* §. *pœnalis. nu.*110. *Inst. de action.* interruptionem etiã, quia facti est, non tantùm allegandam, sed etiam probandam esse: *l. asseueratio. C. de non nu. pecun.*

probari autē non modò per duos pluresue testes A consentientes,sed etiam per singulares. *Fel.in d. c.illud,n.12.de præsc.Fran.Bal.in tract.præsc.3. part. 6.& vlt.part.quæst.3.nu.* 54. Verùm in his multa sunt nō satis explicata,quæ paucis, quoniam exponi nequeunt, opportuniore pòst tempore locóque,siquidem erit otium,examinabuntur.

PRO SOLVTO. Tit. IIII.

Hic titulus non est à superiore in exemplari Floren.separatus.

1 *Continuatio.*
2 *Quàm latè pateat hic titulus.*
3 *An titulus erroneus sufficiat.*
4 *Explicatio l.3.*

1 QVia † verò diximus, sine titulo vsucapiones nō procedere:specialibus quædā de iustis earundem causis attingamus.Constat autē vsucapio primùm ex causa debiti, sicuti reliquæ
2 obligationes.Itaque†qui rem debitā accipit,pro soluto vsucapit:&nō tantū quod debetur, sed & quodlibet pro debito solutū hoc titulo vsucapi potest.*l.1.h.t.vide Cuiac.in l.non solùm.* §.*si mihi* s.
3 *tit.*1. Sed †si existimās me debere,tibi traditā,ita demū vsucapio sequetur, si & tu putes debitum esse. Etsi.n. ex illo titulo vsucapere nequeo, qui nō præcessit:*l.quod vulgo.*11.j.*t.*1.*l.potest.*26.s.*t.*1. tamē aliud est,quādo iustū credendi errorē possessor habet,*l.3.h.t.*& ex iusto quasi titulo res tradita est.nā absque traditione error nō sufficeret. §*pen.Inst.de vsuc.l.2.ff.pro legat...Celsus.*27.*l.pen.* s.*de vsuc.*Quamobrē si ex aliqua causa, puta stipulatu,putemus deberi,& eo nomine soluas, re-
4 ctè pro soluto vsucapiā.*l. 9.ff.pro suo.* Aliud †est, si putem me ex causa vēditi teneri , & ideo tradā.Hic enim nisi emptio præcedat, nec pro emptore,nec pro soluto vsucapio locum habet.Diuersitatis ratio in illo est q in cæteris causis solutionis tēpus inspicitur,neq; interest, cū stipulor, sciam alienū esse nécne:sufficit enim me putare tuū esse cum soluis. In emptione autē & contractus tēpus inspicitur,& illud quo soluitur. Nam improbè facit,& quasi furtū cōmittit,qui sciens rem emit alienā.*l.si in emptione.*24.§.*item, cum ibi not.de contrah.empt.*Quæ fraus opinione erroris, tempore traditionis interueniente non diluitur. Quāobrem pro emptore vsucapere non potest, qui non emit,cum bonam fidem tēpore contractus habuisse nequeat, qui nullū cōtractum fecit : nec pro soluto , sicut in cæteris contractibus.Nam hoc nomine vsucapi nequit,si ex causa propter quam solutum est,vsucapio non procedit : ex empto autem non potest procedere, nisi ea verè interuenerit.Atque ita accipiendum est responsum Pauli satis obscurum.*l.3.hoc tit.*

PRO EMPTORE. Tit. V. C. 7. 26.

1 *Quis pro emptore vsucapiat.*
2 *Errorem hic non sufficere,quamuis iustū.*
3 *Explicatio l.2.*
4 *Quæ requirantur ad hāc vsucaptionē: & in quibus emptionibus habeat locum.*
B 5 *Quando iustus error excuset.*
6 *Explicatio l.8.*
7 *Offerētem litis æstimationem haberi pro emptore.*

PRo † emptore possidet & vsucapit, qui reuera emit:quia emptio transfert dominium, 1
aut vsucapiendi conditionem. *l. clauib.* 74. *suprà de contrah. empt.* Nec † sufficit tantùm in ea o- 2
pinione esse,vt quis putet se pro emptore possidere , sed etiam verè debet subesse emptio: quamuis si ex alia causa existimans me debere tibi ignoranti tradam , vsucapies. Quare †ergo 3
si,cum putem,me vendidisse,tradam,non capies vsu?Quia scilicet in cęteris contractibus sufficit traditionis seu possessionis adeptæ(quæ est proxima vsucapionis causa, *l. præscriptio.* 45. § *fin.de vsucap.*) tempus; *l. iusto.* 44. §. 2. *l.si aliena.l.si is qui pro. de vsucap.* sic denique si stipuler , sciens rem alienam;siquidem nūc cùm tradita est, existimem illius esse,qui tradidit,vsucapiam. Nam etsi tempore stipulationis conscientiam rei alienæ habui:tamen non improbè facio,qui oblata liberalitate vtar,sperans eius rei quam promisisti , dominium te aliquando recuperaturum, vt stare promissis possis,Eadem ratio in quauis donatione & permutatione,& mutuo obtinet;maximè cum in his solùm traditionis tempus inspiciatur:nam ea solo vim omnem & efficaciam his contractibus adfert.*l.1.in fin.de rer. permut. l. Aristo.*18.*de dona.cum simil.vide tamen l.2. C.eod. iun.l.1.C.com.vtriusq.iud.l.1.C.de rer. permut.* At in emptione illud quoque tempus inspicitur, quo contrahitur: quia improbè facit, qui dato precio rem alienam inuito domino in se transferre per venditoris fraudem studet:nec potest in mala non hærere cupiditate,qui rem ab eo nundinatur, quem scit non esse dominum, nec ius alienandi habere:*dict.l.si in emptione.*24.§.*item. de contr. empt. l. alienum.* 6. *l. si seruum.* 26.*l.cos.*14.*C. de fur.* vt interim tacem assiduum & quotidianum huius contractus vsum,requirere exactiorem bonam fidem , ne facilè & furta fiant,& res furtiuæ atque alienæ distrahantur, & aliquo iuris prætextu dolosus emptor se excuset,veróque domino res suas per fraudelētam vsucapionem interuertere moliatu. *l. iusto.*44.s.*de vsuc.* Igitur † & bona fide emisse debet (vnde efficitur, 4
verè emptionem interuenire oportere: alioqui enim quomodo intelligi poterit, bonam fidem extitisse tempore contractus, si nullus cōtractus sit initus?) & possessionē bona fide adeptus esse. *l.1.h tit.*

l.1.hoc t. Necesse est etiam, puram esse emptionem,non conditionem.*dict.l.2.*§.2.Nam hæc vt nec dominium , ita nec vsucapiendi conditionem transfert. *l. necessario.* 8. §. *quòd si pendente.de per.& comm. rei vend.* Resolui autem subconditione contractum,nihil vsucapioni obstat.*d.l.2.* §.*Sabinus. cum seq.* Illud etiam necessarium est, eam rem tradi quæ empta est:alia enim pro alia vsucapi nequit , titulo emptionis:cū necesse sit, ex empto rem esse traditam quæ vsucapiatur,*d. l.2.*§.*cum Stichum.* quia emptionis tempus inspici diximus:*l.Celsus.vbi Cuiac.de vsuc.* quod nullum intelligi potest in re non empta , sed pro empta in solutum data.Sed & de precio satisfactum volunt esse Doctores, *Azo ad tit.Cod.de vsuc. pro emp. circa fin.* vt iusta constituatur vsucapio.

5 ¶Quod autem traditur, eum qui existimat se emisse , nec emerit , non posse vsucapere: hactenus verum est,si non iustissimam eius erroris habeat causam. Quid enim si procurator cui mandatum erat , tradat rem quasi emptam , an iusta credendi causa non est , emptionem præcessisse?*l.quod vulgo.*11. *hoc t.* Si filius ex hæreditate patris rem emptam ad se peruenisse credat: *l. iusto.* 44. §.*filiusfamiliâs.* 4. *de vsuc.*si à pupillo, quem puberem esse putem; à furioso qui in adumbrata quiete sanæ mentis videbatur, emam; certè his casibus iustissima erroris causa possidē ti patrocinatur.*d.l.2.*§.*si à pupillo.cum* §.*seq.*

6 ¶Sanè licet is qui ab eo emit,quem sit statim consumpturum,bonæ fidei emptor est: quia nemo legem alteri dicere super rei suæ vsu abusúue potest: *l.si quis.8.hoc t.* tamen qui à luxurioso,& scortis protinus daturo sciens emit,non vsucapit, quia emptori probabilem dubitandi de iure venditionis causam subiicere potuit , vendentis prodigalitas. *in l. si quis cum sciret.* 8.*hoc tit. vide Ant.Ang.obseru.lib.4.cap.*11.

7 ¶Id sciendum nouissimè est , litis æstimationem similem esse emptioni:*l.3.hoc t.*cóque possessorem qui litis æstimationem obtuli, incipere possidere pro emptore,*l.1.hoc tit.*& continuari vsucapionem huius,quamuis litis contestatione interruptam.*d.l.2.*§.*fin.hoc t.*

PRO HÆREDE ET pro possessore. Tit. VI. C. 7. 29.

1 *Continuatio.*
2 *Defuncti,non etiam hæredis bonam malámue fidem inspici.*
3 *Qui hoc titulo vsucapere nequeant.*
4 *Errorem probabilem hîc sufficere.*
5 *Quænam res pro hærede vsucapiantur, quæ non.*
6 *De titulo & vsucapione pro possessore.*

1 EX causa † etiam successionis cōstituitur vsucapio:nam si defunctus res alienas bona fide possessas in hæreditate relinquit,vel etiam extra hæreditatem : dum tamen hæres,vel qui vt hæres probabiliter possidet bona fide, *l. pro hærede. de pet.hær.l.non solùm* §.*quod vulgo. de vsuc.* in hæreditate putet esse,poterit pro hęrede continuato defuncti tempore hæres vsucapere,siue bonę fidei sit,siue malæ. *l.penultim. hoc t.* Nam defuncti tantùm fides inspicitur. Quòd† si is malæ fi- 2
dei fuerit , ignorantia hæredi ad vsucapiendum non proderit: quia succedit in vitium defuncti, *l. cum hæres.* 11.j.*de diuers. præs.l.2.C.de fruc.& lit. expen.*adeò vt etiam citra accessionem temporis defuncti, non possit ipse inchoando per se ab initio vsucapionem longo tempore acquirere. *Glos.& Duarenus in l. 1. cum Authen. sequ. C. de præscr.long.temporis.l.fin. & l. 2. C. de vsucapio.pro hæred.& in l.fin.C.communia de vsucapio.*

¶Pro hærede autem non vsucapit suus hæres, 3
hoc est, qui est in potestate : quia cum possideat viuente etiam adhuc patre , *l. in suis.* 11. *de lib. & posthum.*non potest sibi causam possessionis mutare,*l.2.*§.*quod vulgo.hoc tit.l.1.* j. *tit.* 1.& res quodammodò proprias vsucapere ; ac quod antea alio titulo cum patre possideat,id nunc pro hærede vsucapere:*d.l.2.*§.*fin. l.nihil pro hærede.* C. *de vsuc. pro hæred.* quod maximè in rebus à patre donatis procedit. nam aliàs rectè cum pro hærede vsucapere ; nō etiam alterum possessorem, suo existente , quidam volunt. Etenim cum in eum ius paternum continuetur , videtur quamuis mortuo patre nihilominus res esse viuentis vbi suus hæres existi, & proinde hoc titulo vsucapi nequit.*l.2.C.eod.vide Cuiac.in l.2.hoc tit.*Itaquæ nec is qui viuentis adhuc hæreditatem possidet,vsucapit hoc titulo: *l.1.hoc t.*quia superstitis nec hæres nec hęreditas esse aut intelligi potest. *l. 1.* s.*de hær.vel actio.vend.l.qui superstitis.*93. *de acqu. hæred.* Sed nec is qui factionem testamenti non habet. *l.fin.hoc tit.vbi glo.* Oportet † 4
enim eum qui pro hærede vsucapit , vel verè hæredem esse,vel probabili facti,non iuris,*l.nūquam.* 16. *de vsuca.*errore credere,se pro hærede possidere:vt rectè Azo & Hostiensis ad hunc tit. annotarunt.

¶Pro hærede autem vsucapiuntur res singu- 5
læ, non ipsa vniuersitas seu ius hæreditariū. Hoc enim non vsucapitur , cum sit ius incorporale, nulli rei immobili cohærens , vt seruitus (quæ propterea vsucapitur , *l. 2. C. de seruit.*) sed tàm mobilia quàm immobilia in se complectens. Quare contra eos qui titulo singulari res hæreditatis singulares vendicare possunt , procedit pro hærede vsucapio : respectu verò petitionis hæreditatis nihil est quod in hæreditate vsucapiatur, sed ea actio 30. demum annis præscribitur. *l. 3.vbi Cast. C. in quib. caus.cess.long.tempor. præsc.& in l.3.C.de pet.hæred.*

¶Pro possessore titulus , illi qui pro hærede est par esse videtur : sicuti bonorum possessio prætoria hæreditati similis est: *tot. tit.de poss.hær. pet. l.3. de bon. possess.* quo titulo qui possidet pro possessore bona fide , res prætoriæ bonorum

possessionis vsucapit, peraeque atque haeres pro haerede haereditarias. Et ita possessorem hîc accipimus, non pro eo qui absque titulo, & bona fide pro possessore nudo velut praedo possidet. *l. 10.11.12.13. de pet. haer.*

PRO DONATO.
Tit. VII. C.7.27.

1 *Quomodo aliena res donari possit.*
2 *Quãdo ex hoc titulo vsucapio procedat.*

1 IAm quomodo causa liberalitatis occasionem praebeat vsucapioni, videamus. Et † in primis etsi donari non potest quod non est eius qui donat, *l. in aedibus. 9. §. vltim. ff. de donat.* saltem in detrimentum veri domini; *l. 4. C. de rei vend.* quoniam nemo plus iuris in alium transferre potest quàm ipse habet: *l. nemo. 54. de reg. iur. l. traditio. 20. de acq. rer. dom.* tamen pro donato rectè is vsucapit, cui donationis, vel quod perinde est, C imaginariae venditionis *l. fin. hoc tit.* causa res tradita est. Neque † tamẽ sufficit opinari, sed & donatũ esse oportet, *l. 1. cũ ibi not. h. tit.* nisi iustus error interueniat. *l. fi. vbi gl. C. eod. de vsuc. pro donat.* Quare si donatio iure nõ valeat, vt inter patrẽ & filium, maritũ & vxorẽ rei proprię (nam in alienis secus, *l. 3. h. t.*) cessat vsucapio: *l. 1. §. 1. & 2. l. 3. & 4. hoc t.* quantumuis putent contrahentes donationẽ valere. Nec enim error iuris iustus est, neque in vsucaptionibus prodest, *l. nũquam. 26. §. D de vsuc.* cum pro scientia habeatur.

PRO DERELICTO.
Titul. VIII.

1 *Derelictum idem esse quod donationẽ: & continuatio.*
2 *Quis videatur pro derelicto habere.*
3 *Quis hoc titulo vsucapiat: & an error E sufficiat.*

1 EX causa † derelicti perinde vsucapitur, vt ex donato. Res. n. pro derelicto habita, donari videtur: *l. quod seruus. 36. de stip. ser.* ideóque continuò fit occupantis. *l. 5. h. t. §. pen. Inst. de rer. diuis.*
2 Pro † derelicto autẽ haberi res dicitur, quia dominus ea mẽte abiicit, vt in numero rerum suarũ diutius esse nolit. *d. §. pen.* Itaq; si res pro derelicto habita sit, statim nostra esse desinit, & fit oc
3 cupãtis: *l. 1. h. t.* Sin † autẽ nostra non fuit, potest is qui occupat eam vsucapere ex hac causa derelicti, siue sciat à quo pro derelicto sit habita, siue ignoret. *l. 4. hoc tit.* Verè autem pro derelicto habitum esse oportet, quod hoc titulo vsucapiatur. *l. 6. & 7. hoc t.* Nec enim sufficit falsa opinio, *l. 6. hoc t.* nisi ex iustissimo errore oriatur. *gloss. in d. l. 6. Host. ens. in tit. pro legato. Cæpolla in tit. pro de rel. num. 4.* Cuiac. *l. penul. de vsucap.* Est, inquit, G [illegible] falsae causae. Iuris error vsuca-

A pionem impedit, facti vsucaptionem parit, falsae causae vsucaptionem non parit, nisi quis ex ea causa traditum acceperit. *d. l. penult. vide. l. nunquam. §. Celsus. de vsuc.*

PRO LEGATO.
Tit. IX.

1 *Continuatio.*
2 *Qui pro legato vsucapere possit.*

B EOdem † modo, si testator alienas res legarit, 1 pro legato, quae & ipsa donationis species est, *§. 1. Inst. de legatis.* vsucapi potest ab eo cui legatum est: dummodò verè legatum sit, vel ex iustissimo errore legatum putetur. *l. 1. 2. 3. 4. hoc tit. latè Cæpol. in tract. pro leg. n. 6.* Nec † impedit, si 2 non iure legatũ sit, *l. si. h. t.* aut testator adhuc viuat: dummodò is cui res legati nomine tradita est, probabiliter existimet esse mortuũ, ac legatũ valere. *l. 4. 5. 6. h. t.* habeatque testamẽti factionẽ. *l. nemo. 7. h. t.* Quare is cui ignoranti rem aliter se habere, indebitum legatum, vel quod nunquam legatum est vt legatum soluitur, pro legato, aut saltem pro soluto possidet & vsucapit: *l. Celsus. de vsuc.* is verò qui sciens indebitum accipit, pro possessore possidet, nec vsucapit. *l. nec vllam. 13. §. 1. de pet. hæred.*

PRO DOTE.
Tit. X. C.7.28.

1 *Quare pro dote vsucapi possit?*
2 *Ante matrimonium datum quomodo vsucapiatur.*
3 *Cur æstimatæ res ante nuptias hoc tit. non vsucapiantur.*

E St † & titulus vsucapionis, & quidem iustissi- 1 mus, vtpote cum transferat dominium, *l. dote ancillam. 9. C. de rei vend. l. in reb. 30. C. de iur. dot.* ac per consequens vsucapiendi conditionem, *d. l. claubus. de contr. emp.* qui appellatur Pro dote: vt qui in dotẽ rem accepit, vsucapere possit spacio solenni, quo solet pro emptore vsucapi *l. 1. h. t.* Itaque † cui res alienae bona fide in dotẽ dantur, is 2 à tẽpore traditionis incipit vsucapere: ante quidem matrimoniũ pro suo, illo verò subsecuto, pro dote: cuius titulus *d. l. 1. h. t.* nullus esse potest autẽ cõtractas nuptias. *l. fin. C. de dotis promiss.* Sed si æstimatae res in dotem dentur, neq; pro dote, F neque pro suo ante matrimonium contractum vsucapio in his procedet. *l. 2. hoc tit.* nam æstimatio facit emptionem. *l. plerunque. 11. de iure dot. l. 3. C. de iur. dot.* Vt † igitur conditionalis ven- 3 ditio non admittit vsucapionem antequam cõditio existat: *l. 2. §. si sub conditione. ff. pro empto.* ita nec ista æstimatio, quae in se habet conditionem, Si matrimonium fuerit subsecutum; *dict. l. plerunque. §. si ante.* sicuti omnis dotis datio: *l. 6. 7. 8. de cond. caus. dat.* quae conditio non ita G subest, nec dominij translationem impedit, quando

quando res non æstimatae sponso in dotem dan- A tur. *l. 1. hoc tit.* Tunc enim quia periculum accipientis non vertitur, statim intelligitur trãsferri dominium, vt ex aliis similibus causis, *l. 2. de in diem addi. §. vendita. Instit. de rer. diuis.* nisi aliud appareat actum: *l. procuratoris. §. §. pen. de tribut.* quamuis nuptiis non secutis resoluatur dominium, & in priorem statum reuertatur; vt non mirum sit, vsucapiendi quoque conditionem transferri, vbi titulus dominium transferre potest. *d. l. 1.* At quando res æstimata in dotem da- B tur, quia tũc periculo mariti res est, sicuti in emptione, *§. cum autem. Instit. de empt. & vend. tot. tit. ff. & C. de peric. & comm. rei vend.* non debet hoc periculum in maritum deriuari, antequam verè contractus sit perfectus. *l. necessario. 8. de pericul. & com. rei vend.* Quare suspenditur in euentum vsque matrimonij, effectus traditionis: nec antea aut dominium aut periculum, & per consequens nec vsucapiendi conditio in maritum transfertur. *d. l. plerunque.* C

PRO SVO. Tit. XI.

1 *Tit. pro suo, generalis.*
2 *Quis pro suo dicatur vsucapere.*
3 *Titulũ hunc cum reliquis concurrere.*

E St † & generalis vsucapiendi titulus pro 1 suo. *l. 2. hoc tit.* Pro suo autem possidere non eum accipimus, cuius res est propria. *vt in dict. l. 2.* nemo † enim rem propriam potest vsuca- 2 pere. *l. 4. §. lana. ff. de vsucap.* cum amplius eius fieri nequeat. *l. possideri. §. ex plurib. de acqu. posses. §. sic itaque. Instit. de act.* Sed is pro suo possidet, qui putat se rem possidere vt suam & propriam, cum tamen sit aliena: vel quia causa ex qua possidetur, non adiecit dominium: vel quia verè non interuenit, cum probabiliter interuenire crederetur, Vnde † haec ratio vsucapiendi cum 3 reliquis concurrit. Nam & qui pro emptore, & qui pro donato, cesso, *l. non solùm. §. si mihi. de vsucap.* soluto, *l. pro soluto. l. penul. eod. titul.* noxae dedito, *l. 3. §. vlt. de acqu. poss.* iudicato, adiudicato, *l. 3. de Publicia. in rem act. l. si per errorem. de vsucap.* transacto, *l. cum solus. 29. de vsucap. l. ex causa. C. pro empt.* fideicommisso, *l. Pomponius. §. penult. de acq. poss.* possidet, pro suo, id est, tãquam suum possidet. *l. 1. hoc tit.* Et qui credit probabiliter ex stipulatione vel alia causa se possidere, cùm ea causa non subest, pro suo vsucapit: *l. 3. & 4. & fin. hoc tit.* quia bonae fidei possessor est, cum non sit malae, nec vllum medium dari possit. *l. si ancillam. hoc tit. §. si quis à non domino. Instit. de ser. diuis. vbi vide quæ dixi. Cuiac. in l. 5. ff. de vsucap.*

DIGESTORVM. LIBER XLII.
DE RE IVDICATA, ET DE EFFECTV sententiarum, & de interlocutionibus. Tit. I.
C.7.52. vsq. 58. 42. vsq. 51.

1 *Continuatio.*
2 *Dispositio sequentium titulorum.*
3 *Quid sententia & res iudicata.*
4 *Species sententiarum. (possit.*
5 *Causa efficiens: & quis ferre sententiã*
6 *Materia.*
7 *Forma iudicandi.*
8 *De fine & effectu sententiarum.*
9 *De tempore & modo executionis.*
10 *Quomodo sententia retractetur.*

1 TQVE † hæc quidem in genere D de possessionibus, earũmq; effectu dixisse sufficiat. Quoniã autẽ omne ius ad iudicia refertur: prẽsertim in Pãdectis: videndum iã consequẽter est, quem-
2 admodum controuersiae possessionum authoritate iudiciali explicentur. Agitur † autem de possessione, aut cum ex iure ordinariè, creditores in bonorum debitoris possessionem mitti petunt: aut extra ordinem, ex interdictis. Creditores mittuntur in possessionem, vel cum æs E alienum declaratum est sententia, cõfessionéue debitoris: vel quando debitor bonis cedere paratus est. Quibus de rebus prius est dicendum, quàm quomodo ex his possessio decernenda sit, exponatur.

3 ¶Sententiae nomen pro opinione aut sensus significatione accipi solet. *l. hac consultissima. 8. §. at cum humana. C. qui test. face. l. si ædibus. 32. de dam. infect. l. qualem. 22. de recept. arbit.* Hoc autem in tractatu capitur pro arbitrio iudicis, quo cõtrouersiam diiudicat, extremúmque ei finem imponit. *glo. in c. cum olim. de testib. Panorm. in cap. vltim. num. 10. de sequestra. per l. dicere. in princ. de arb. Alexan. consil. 52. lib. 2.* Modest. *in l. 1. hoc titul.* Res, inquit, iudicata dicitur, quae finem controuersiarum pronunciatione iudicis accepit: quod vel condemnatione vel absolutione contingit. Itaque sententia finit controuersiam. Res iudicata dicitur, quae finita est per sententiam. Sed quia sententiae appellationib. interdum suspenduntur: *l. furti. 6. de his qui not. infam.* ideo tum demum dicitur transire in rem iudicatam, cum elapsum est tempus prouocationis, vt amplius ius sententiae controuerti non possit. *tot. tit. C. de re iudicata.*

¶Duae species sententiarũ numerãtur: *vide 4.* 4

Ias. in l. nequicquam. §. vbi decretum. de offic. proconf. gloß in clem. 1. verb. definitiua. de sequest. poß. quarum altera appellatur interlocutoria, quam interim iudex fert de incidente aliquo articulo, dum principale adhuc negocii pendet, & examinatur: *l. quod iußit. 14. h. t glo. in §. ad excludendas. in Authen. de litigiosis. Canonist. in cap. significantibus. 38. de off. delegati. & c. significauerunt. 36. ext. de test.* altera definitiua, quæ principalem causam definit ac terminat, de qua hic præcipuè titulus agit, *in l. 1. 4. l. iudex. 55. l. duo. 28. l. Paulus. 42. cum simil. hoc t. c. 2. extra, eod.* vt inscriptio indicat, De re iudicata, &c. Decretum, species sententiæ propriè non est: quia non in iudicio post plenam causæ cognitionem, sed extra iudicium causa summariè cognita, nō officio iudicis mercenario, velut sententia, *l. iudex. 55. hoc t.* sed nobili interponitur. *l. fin. §. fin. quod met. caus. l. 8. de eden. tot. tit. ad exh. & de bon. auth. iud. poß. vide §. de dam. inf. Ias. in d. l. nequicquam. §. vbi decretum. de off. proconf. l. 1. C. vt in poss. leg.*

5 ¶Causa efficiens sententiæ, est iudex competens. *l. duo. 28. hoc t.* Is enim eam proferre debet, *l. 1. & 2. C. de sent. ex breuiculo recitand. l. diem. de recept. arbit.* & solus quidem potest. *l. 3. hoc tit.* Nam qui iurisdictionem non habent, aut incompetentes sunt, frustra pronunciant. *l. 3. l. priuatorum. 3. C. de iurisdict. omnium iudic. l. fin. §. eod. tit.* Vnde nec arbitrorum placita, sententiæ nomen merētur. *Duaren. hic in l. 1. C. de recep. arbit.* Si plures sint cōstituti iudices, omnes pronunciare coram D oportet, nec vno absente valet reliquorum sententia. *l. duo ex tribus. 30. hoc tit.*

6 ¶Materia de qua pronunciatur, sunt omnes res, quæ in disceptationem iudicialem cadunt.

7 ¶Forma iudicandi præscripta legibus diligēter seruanda est, alioqui nulla erit sententia. *l. prolatam. C. de sent. omnium iudic.* Forma autem hæc est, vt lite demum contestata, probationibūsq; receptis, & causa plenè cognita, *l. fin. §. fin. quod met. caus. clem. pastoralis. de sent. & re iudic.* postquam iam conclusum fuerit in causa, pronuncietur *cap. nullum. c. iudicantem. 30. qu. 5. tot. tit. extra, vt lite non contesta.* de scripto, *l. 2. & 3. C. de sent. ex breuic. recitand.* ab ipso iudice, *d. l. 2.* in loco consueto, *l. cum sententiam 6. C. de sent. ex bre. recit. l. pen. de iust. & iur. l. 5. C. quomodo & quando iudex.* interdiu, *not. Dd. in l. non minorem. 20. C. de transact. per §. sedebunt. in Auth. de iud.* pro tribunali sedente: *d. §. sedebunt.* citatis ad hoc litigatoribus, *l. si vt proponis. 6. C. quom. & quand. l. 1. § penult. quæ sent. sine app. res. l. ad peremptorium. 68. de iudic. c. 1. de caus. poss. & prop.* vel tribus edictis, vel vno peremptorio; quod tamen trium edictorum tempus in se, integrúmque spaciū comprehendat, *Specul. de sent. §. iuxta. num. 21. Lanfr. in ca. quoniam. verb. citationes. numer. 7. de probat. per l. consentaneum. C. quom. & quand. iud. c. cum olim. de testib.* oportet. Quæ quidem iudicis pionunciatio certa esse debet, *tot. tit. C. de senten. quæ sine cert. quant.* (quanquam certam sententiæ causam G exprimi, non est necesse, *cap. sicut. de re iud. Bart. in l. qui testamento. de excus. tutor.*) & absolutionem aut condemnationem, aut vtrumque in diuersis articulis *c. 1. vbi Panor. nu. 4. Imol. num. 1. de seq. poß.* continere, *l. 1. hoc t. l. 3. C. eod.* cōformis esse libello, *Anchor. cons. 249. in quæst. nu. 2.* & actis, *l. final. C. de fideicom. libertat. l. vt fundus. 18. §. commu. diuid.* atque probationibus: *Bald. in l. 1. num. 2. C. de quæst.* non iniusta, *c. inter cæteras. 9. ext. eod.* neque pugnans cum legibus aut constitutionib. *l. cum prolatis. 32. hoc t.* aut consuetudine vel stylo. *Cyn. in l. 2. C. qa and pro. non est necess. Guid. Pap. in proæ. decis. circa fin.*

¶Finis est, vt lites sopiantur. *c. 2. ext. eod.* Quod 8
ad effectum attinet; sententia post decem dies transit in rem iudicatā, *§. 1. & tot. tit. in Auth. de app. & intra quæ tempora.* nec potest ob instrumenta recenter inuenta, aliásue probationes retractari: *l. sub specie. l. 4. C. de re iud. l. si patronus. 12. in verb. reb. iudicatis standum est. de bon. libert.* nisi lata sit ex præsumptionibus, *l. si qui. 34. vbi gloß.*
C *Bart. & Dd. C. de adult.* aut ex opinione peritorū in aliqua arte, puta medica, obstetricia, *Ias. & Alex. in l. arbitrio. qui satisfd. cog. Imol. in c. Quintanallis. nu. 30. de iureiur.* &c. aut in causa matrimonij, aliísue casibus exceptis. *vide glo. in c. lator. de re iud. Maran. in Spec. aureo, cap. de sentent.* Etsi igitur iniusta est sententia, nō tamen est nulla, veluti decretum: *Ias. post Bart. in l. filiusfam. 117. §. diui. nu. 132. de leg. 1.* sed transit in rem iudicatam, nisi intra 10. dies appelletur: & semper pro sententia, maximè sit lit antiqua, *Bald. in c. 1. num. 11. de mil. vas. qui cont. est. Innocen. & Host. in c. in præsentia. de renunc.* præsumitur quòd sit iusta, quòd legitimè sit processum, *c. sicut. in fin. de re iudicat.* & ex aliis causis iudex animū informarit. *c. a. cum ad sedem. 15. de rest. spol. Dec. in l. quod quis. 24. num. 7. de reg. iur. gloß. fin. in cap. quoniam. vbi Lanfran. in princ. num. 22. de prob.* Sententia quoque ius facit *l. ingenuum. 25. de stat. hom. tot. tit. C. de re iudic. & ff. tit. de except. rei iud.* inter litigatores. Nam
E regulariter aliis, contra quos non est formatus processus, *Bald. in l. 2. in fin. C. de seruitut. Iacob. in tract. feud. verb. & cum adhærentib. numer. 14.* non præiudicat: *l. sæpe. 63. hoc t.* vnde stricti iuris esse putatur. *Bart. in l. 2. §. item. num. 5. si quis in ius voc. Alexan. consil. 48. visis. nu. 9. vol. 6. per not. in l. 1. C. si plur. vna sent.* Et ex ea non modò is qui obtinuit, exceptionem habet litis finitæ, si cōueniatur de re iudicata: *1. de litis contest. in 6. tot. t. ff. de except. rei iud.* sed etiam actionem (quæ olim in
F duplum per inficiationem crescebat, *Paul. lib. 1. tit. 19. & lib. 5. tit. 5.*) vt satisfiat sententiæ. *l. miles. 6. §. fin. hoc tit. l. actori. 8. C. de reb. cred.* Quanquam † potest etiam sine longiore mora offi- 9
cium iudicis implorari, vt is sententiam exequatur: ex continenti quidem in iudicio reali, si res statim restitui potest; *§. 1. Inst. de offic. iud. D. Reinhar. diff. iud. 9.* post quatuor autē menses à tempore latæ sententiæ in personalibus, ex nouissima Iustiniani cōstitutione. *l. fin. C. de vsu. rei iud.* G Nam antea debitoribus condemnatis indulgebantur solum 30. dies, lege XII. Tabul. vt tradit

Gellius

Gellius *lib. 20. cap. 1.* iure veteri, ex constitutio- A
nibus duo tantummodò menses. *l. 2. C. Theod. de vsu. rei iudica. Cuiac. lib. 3. cap. 39. l. 2. & l. debitoribus. 31. cum ibi not. hoc tit.* Sed hoc tempus iure Saxonum ad sex septimanas est redactū. *Fachs. diff. 56. Reinh. diff. 9. iudicia.* Quomodo autem facienda sit executio. *vide Fachs. diff. 57. & de exec. forma hodierna. Guid. Pap. decis. 281. & 329. Imbert. Inst. lib. 1. cap. 54.* pulcherrimè Vlpianus explicat. *in l. à diuo Pio. 15. hoc tit. Schurff. cons. 19.*
cent. 1. Pertinet & hoc ad vim sententiæ, quòd iu- B
dex semel dictam reuocare nequit: quia officio functus est, *l. Paulus. 42. l. iudex. 55. hoc tit. tot. tit. C.*
10 *sent. rescin. non posse.* Sed † cum durat adhuc officium, retractari sentētia potest, vt in interlocutoria: *d. l. quod iußit. hoc tit.* item cùm sententia est ipso iure nulla. *l. 1. Cod. de sent. ex breuic. recit. l. si vt proponis. l. iudex. C. quo. & quan. iudex. l. si præses. C. de accus. gloß. in l. 1. C. sentent. rescind. non poß. tot. tit. ff. quæ sent. sine app. & l. 1. C. quan. prouoc. non*
est neceß. Nam nullitas impedit executionem, C
quando est notoria: *l. si feriatis. 6. vbi Ias. num. 3. de fer.* & vsq; ad 30. annos, etiam ab ipso iudice qui eam dixit, nobili officio sententiam nullam declarari, peti potest. *Bart. in l. si expreßim. num. 12. de app. Innoc. in cap. fin. de offic. iud. Fer. in for. lib. app. ad verb. fuiß. nu. 4. vid. & Bald. in l. 1. num. 3. de fer.* Ne tamen iniquo aliquo iudicio per imperitiā, aut etiam malitiam iudicis, ius suum cuiquam per iniuriam eripiatur: inuētum est appellatio- D
nis beneficium, quo ad superiorem magistratum causa iterum cognoscenda intra decē dies defertur. *tot. tit. ff. & C. de appell.* Sed & per restitutionem in integrum quandoque sentētia rescinditur: *tot. t. C. si aduersus sent. c. auditis. de in integ. restit.* item per quærelam falsi, *l. diuus. 33. hoc t. l. querel. 12. C. de falsis. tot. tit. C. si ex falsis inst. vide Spec. tit. de sent. §. iuxta. & §. quoniam. Ferra. in for. lib. ad resc. sent. Paul. li. 5. tit. 5.* & supplicatiouem. *l. 1. C. de sent. præf. præt.* Leuteratione etiam iure Saxonum sententiæ declarari intra decem dies E
petuntur: cuius subi prætextu declarationis interdum reformātur, si appareat eas esse iniustas. Hanc autem declarandi potestatē an iure ciuili habeat iudex, latè disputatur. *in l. 4. ff. de appell.* Ex quibus autem causis sententia annulletur, discendum ex l. prolatam. vbi Bald. De sent. tot. tit. C. si à non comp. iud. cum tit. seq. l. 1. & tot. t. quæ sent. sine app. & C. quand. pro. non est necess. Sanè licet causam inseri sententiæ non est necesse, *c. sicut. de re iudic.* tamen si falsa ineptáque F
sit expressa, vitium sententiæ infert. *Innocen. c. in præsentia. de renunc. Dec. l. quæ dubitationis. 81. numer. 5. de reg. iur.*

DE CONFESSIS.
Tit. II. C. 7. 59.

1 *Continuatio.*
2 *Duplicem esse confessionem, iudicialem & extraiudicialem.*
3 *Causa efficiens: & quorum confessiones operentur aliquid.*
4 *Materia: & quibus de rebus confessio facta valeat.*
5 *Forma: & quomodo confessiones faciēdæ.*
6 *Versiculi ex Hostiensi, de confessionibus validis.*
7 *Finis & effectus confessionis.*
8 *An post confessionem ferenda sententia.*
9 *Confessio cui noceat.*
10 *De effectu confessionis extraiudicialis.*

SEcundò, † ex cōfessione debitoris creditū nō 1
abnegātis, pcedit in possessionē missio. Cōfessus. n. pro iudicato est: quia quodā modo sua sententia damnatur. *l. 1. h. t. vid. Paul. li. 5. t. 5.* Cōfessio † autē duplex est: aut iudicialis, quæ fit in 2
iure: *l. certum. 6. h. t.* aut extraiudicialis. *l. tale pactum. 40. in prin. de pactis. gl. in l. 4. de interrog. act.*

¶Causa efficiens, est debitoris voluntas, vel 3
euidentia ei atque veritate conuicta, *l. qui sententiam. 46. C. de pœn. cap. tua. de cohabitat. cleric. & mulier.* vel aliis obiectis commota & impulsa ad confitendum. Neque tamen cuiuslibet confessio statim ius facit. sed necesse est, vt fiat à maiore 25. annis. nam confessio quidem pupilli non valet sine authoritate tutoris facta: *d. l. certum. 6. §. in pupillo. hoc tit.* quia eius ætas quicquid videt ignorat, *l. 1. C. de falsa moneta.* nec sine tutore obligari potest. *tot. tit. de aut. tut.* Minor autem contra cōfessionem in integrum restituitur. *d. l. certum. §. minorem.* Deinde opus est, vt is qui confitetur: dominus sit causæ confessio enim procuratoris. *vide tamen de hoc. §. ad tit. de procurat. Ias. & Dd. in l. vnic. §. si procurator. §. si quis ius dicent. non obtem. ca. 2. de confess. in 6. vbi gloß. ad verb. procurator. vide optimè Lanfr. in cap. quoniam. verb. cōfeßiones. num. 16. de probat.* domino absenti non
nocet. *d. l. certum. §. sed an. hoc tit.* sed ipsi tantùm procuratori. *l. proinde. 25. §. 1. ad l. Aquil.* Postremò, vt non sit errore inductus, *l. 2. hoc t. l. error. C. de iur. & fact. igno.* aut compulsus violentia vel tormētis ad confitendū. *l. 1. §. diuus. & §. si qui vltrò. ff. de quæst.* Cōfessio autē de omni re litigiosa valet, dummodò et nō aduersetur iuri, *ca. vlt. de pact.* vel naturæ. *l. confession. 14. §. de interrog. actio.*

¶Existere autem id oportet, quod in confes- 4
sionem venit. verbi gratia: interfectum esse hominem necesse est, cuius se cædem fecisse quis confiteatur. *l. 4. hoc t. vid. Arelat. de hær. notab. 2.* Item rem esse in rerū natura, quam quis se debere dicit. *l. penul. l. fin. hoc tit.* Si tamen sciat, non esse æstimationem deberi confessus videtur. *l. 3. l. 5. hoc tit.* Quare & certum cōfessus, pro iudicato erit: incertum nō erit. *l. certum 6. hoc tit.* Si quis tamē incertum sit confessus, quod declarari potest, puta se pecuniam debere, vrgendus est, vt certam quantitatem confiteatur. *d. l. 6. in prin.*

¶Forma confessionis est, vt fiat sponte *cap. 1.*
G *15. quæst. 6.* & liberè, absque tormentis & metu. 5

glo. in l. qui carcerem. de eo quod met. caus. Hyp. in prac. crim. §. expedita. num. 11. in iudicio, *c. 2. extr. eod. c. præterea.* 10. *de transact. l. vnica. in verb. in iure. C. eod.* coram suo iudice, *l. interrogatam. 24. C. de liberali causa. cap. at si clerici. de iudi.* (nam quæ fit coram incompetente, non habetur pro iudiciali, *Ias. in l. magistratib. num. 3. & 4. de iurisdict.*) præsente aduersario, *d. l. certum. §. si quis absente.* verbis minimè ambiguis, *l. de ætate. 12. §. nihil. de interrogatio. actio.* & expressa idonea confessionis ratione atque causa. *Lanfr. in cap. quoniam. verb. confessiones. num. 18. & 25. de probat.* Sed & paciscendo quis confiteri videtur; *l. quoniam. 8. de his qui not. infa. l. de crimine.* 11. C. *de adult.* & contumacia; *c. 4. de præsumpt.* item fuga; *l. si libertum. de bon. lib. l. impuberib. 7. §. præterea. de sus. tut. Nouell. 53. vide Cuiac. lib. 7. cap. 22.* interdum etiam sola taciturnitate: *l. 1. §. scientiam 5. de tributo. actio.* vt si quis in iure contumaciter taceat, & respondere interroganti iudici nolit; aut quod perinde est, obscurè, neque πρὸς τὸ ἔπος respondeat: *d. l. de ætate. §. si cum. §. si tamen. §. qui placuit. & §. nihil interest. de inter act.* vel si quæ ab aduersa parte allegantur, non eat inficias, Tacitè enim confiteri videtur; idque moribus vsurpatur. *vide Ias. in l. patro. num. 21. 25. per c. 2. de accusat. in 6. 5. de testib. cle. 1. de proc. c. 1. & 2. de confess. in 6. c. vltim. de iur. cal. eo. lib. c. nonne. de præsumpt. c. is qui tacet.* 44. *de reg. iur. in 6.* Postremò † ad diiudicandum, quæ confessio valeat, quæ non valeat, vtile est hos Hostiensis versiculos in numerato habere:

Maior, sponte, sciens, dominus, pars, lis, sed & in se
Confessus, certum, compos, pro iudice, iure
Damnatur: nisi lex, fauor, aut natura repugnet.

¶ Finis confessionis idem est, qui & aliarum probationum, vt videlicet veritas sine longioribus ambagibus eruatur. *cap. 1. vbi glo. & Dd. de confess. in 6.* Effectus autem ingens est. nam confessus pro iudicato habetur. *l. 1. h. tit.* Vnde nec reuocari confessio potest, sicuti nec sententia, præterquam ex continenti, *c. præterea. 7. de testib. cogend.* Nam confessiones repentinæ, calore iracundiæ puta effusæ, non obligant: & statim reuocari possunt. *Pan. in c. cum venerabilis. num. 12. de except.* Aut nisi errore qui lapsus sit eumque ante sententiam probet. *l. vlt. C. de error. aduocat. l. error. C. de iur. & fact. igno. l. 2. h. tit. cap. fin. extrà, eod.* quod verum est in confessione iudicio eam cœpto facta: nam ante litem contestatam confessio vim probationis plenam non inducit, vtpote extraiudicialis: *glo. penult. in l. 4. de. int. act.* eóque impunè reuocatur, *l. electio. 26. §. penult. de nox. actio. l. is qui. 25. cum l. sequ. de rei vend. vide Lanfran. in d. c. quoniam. verb. confessiones. num. 32.* nisi sit in scriptis facta, *Ias. in l. error. num. 29. C. de iur. & fact. ign.* Huc pertinet quod ait Vlp. *l. postrem. 5. tit. 1.* postrem confessam perinde atque iudicatam nihil amplius quæri. Quod † dictum occasionem dedit illi disputationi, an is confessum ferenda sit sententia. Qua in re hanc sententiam communiter itum est, vt sit de Plano & sine forma iudicij cognoscat iudex, sententia post confessionem opus non sit: sed iudex præcipere possit, vt intra legitima tempora, quod confessum est præstetur. *d. l. post rem. vbi Dd. d. l. certum. §. vltim. l. fin. quod met. caus. l. proinde. 25. §. fin. ad l. Aquil. vbi gloss. l. vbicunque. & tot. tit. de inter. actio. Bald. in l. 1. in fin. C. de edend.* Sin autem ordine iudiciario procedatur, quoniam præcipuus ordo iudicij, præcipuumque momentũ in sententia vertitur, vt tunc pro more prouinciæ super confessione debeat. *l. 3. l. 4. l. qui Stichum. 5. h. tit. l. vlt. C. de executio. rei iud.* vnde cum in criminalibus exactè iudiciorum ratio obseruanda sit, *l. libellorum. 3. 5. de accusa. cum simil.* constat, in iis definitiuam esse necessariam. *l. si confessus, de cust. & exhib. reo.* Hodie tamen receptius est, vt vim potius probationis obtineat cõfessio, quàm sententiæ, eóque sententia semper opus sit: *Alex. cons. 127. visa. num. 2. vol. 4. per l. proinde. 25. §. notandum. ad l. Aquil. c. Pisanis. de rest. spol. Bart. in l. si confessus. de cust. reo.* quod & moribus nostris seruatur.

¶ Id etiam sciendum est, confessionem nocere ei qui confessus est, non etiam aliis: *l. vlt. C. de accusat. c. 1. ext. eod.* prodesse autem ne illi quidem qui confitetur: quia nulli in sua causa pro se creditur, sed contra se, *l. de ætate. 11. §. 1. de interrogat. actio. l. Publia. 26. §. Titius. depos.*

¶ Quæ omnia vera sunt in confessione iudiciali: nam quæ extra iudicium fit, non easdem habet vires, *Ias. in l. siue. num. 2. C. de transf. & in rep. l. admonendi. nu. 129. de iureiu.* nisi quòd cum fit ex aliqua certa causa, coram aduersario & testibus, soleat vim pacti obtinere. *l. tale pactum. 41. vbi Dd. de pact. l. generaliter. 13. C. de non nu. pecun. Dd. in l. 1. & in l. de ætate. §. interrogatus. de inter actio. & l. cum de indebito. §. fin. de probatio. Canonist. in cap. per tuas. extrà, de probat. in c. si cautio. ext. de fide instru. Hostiens. ext. eod. de confess. numer. 3.* Confessio tamen in articulo mortis facta etiam pro confitente, eiúsq; hæredibus, præsumptionem inducit: quòd nemo eo tempore præsumatur mendacium dicere. *l. 1. §. præterea. vbi Hip. num. 7. de quæst. & idem Hip. in Rubr. C. de probat. numer. 80. & Rubr. de fideiuss. numer. 42. & in prac. crim. §. restat. numer. 1. & 2.* In criminalibus verò, confessio extraiudicialis indicium facit ad torturam contra confitentem; *Bart. & gloss. in l. cap. 2. §. in princip. de adult. Ias. in l. magistratibus. 12. num. 3. & 4. de iurisdict. Hip. in l. de minore. numer. 29. & 30. de quæst. & in prac. cri. §. quoniam. numer. 19.* non aduersus alium, *l. etsi. 12. C. de adult. l. fin. C. de accus.* nisi in tortura dixerit. *l. qui sententiam. 15. C. de pœn. Hip. in prac. crim. §. diligenter. nu. 60. Boer. decis. 319. parte 2.* Sed ne sic quidem contra alium indicium sufficiens facit ad torturam, *d. l. etsi. d. l. final.* imò vix sufficit ad purgationem inducendam. *Hostiens. Panor. & Canonist. in c. 1. de confess. glo. & Panorm. in c. significasti. de adulter. & in c. qualiter. 2. de accus.* Iudicialis porrò etiam in criminalibus, nedum ciuilibus, *Panorm. c. ex literis. num. 3. de diuort.* plenè probat; scilicet cum aliter de delicto constat, *Cast. & Dd. l. vlt. C. de prob.*

latè

latè Clarus lib. 5. §. vlt. quæst. 55. num. 10. quo casu (non aliàs, *Clarus ibid. Boer. decis. 239. num. 3. Ios. 7. 22. 23.*) idonea putatur ad condemnationem: *l. 1. h. tit. 1 proinde. 25. §. fin. ad l. Aquil. l. qui sententiam. 15. C. de pœn. glo. in l si confessus. 5. de cust. reor. & in l. vnic. C. de confess. Hip. in l. repeti. nu. 22. cum seq.* nisi facta sit metu, *gl. in l. qui in carcerem. de eo quod met. caus. l. 1. §. diuus. de quæst. Hip. in d. l. 1. in prin. nu. 25.* aut spe gratiæ à iudice promissæ, *l. si quis obrepserit. vbi Hip. nu. 10. ad l. Corn. de fals. idem Hip. in l. 1. §. quæstioni. num. 12. de quæst. & in Rub. C. de probat. nu. 115. Clarus lib. 5. q. 55. §. fin.* aut ob aliam eiusmodi causam πρὸς καταρκτικὴν. *vide de eo Hip. in d. l. repeti. num. 27. de quæstio.* Ad effectum etiam pertinet quod ait Ias. *in l. si domus. §. in pecunia. num. 10. de legat. 1.* confessionem tria post oblatum libellũ operari, videlicet litis contestationem, probationem & sententiam: vt ipse pluribus exponit.

DE CESSIONE BONORUM. Tit. III. C. 7. 71.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit bonis cedere.*
3 *Causa efficiens: quare cessiones inductæ, & qui bonis cedere possint: & an hodie cessio admittatur.*
4 *Materia: & quid, quantũ sit cedendũ.*
5 *Forma cessionis.*
6 *De fine & effectu cessionum.*

1 NVlla † iustior causa mittendi in bonorum possessionem fingi potest, quàm cum debitor bonis cedit; id est, bona sua sponte dimit-
2 tit, & concedit creditoribus. Tunc † enim voluntate domini per traditionem possessio trãsfertur.

3 ¶ Causa efficiens, est voluntas debitoris, *l. in omni. C. eod.* æs alienum confitentis, *l. penul. h. tit.* eligentísque è duobus malis id quod minus est: *l. si patre. 22 de rit. nup. c. sacris. ext. de ref. in int.* qui mauult bonis cedere, quàm grauius quid pati. Nam hoc beneficium lege Iulia debitoribus indultum est, vt cedendo bonis, vinculorum, seruitutis carcerísque iniurias subterfugere possint: *l. 4 iuncta. l. 1. & 7. C. eod.* quibus iniuriis olim præter æquum & bonum grauabãtur, vt author est Gell. *lib. 20. c. 1. de quo Cuiac. lib. 3. cap. 39. Quint. lib. 3. c. 8. & lib. 7. c. 4.* Sed eæ ab imperatoribus postmodum prohibitæ sunt: *l. ob æs alienum. C. de action. §. quia verò. in Auth. vt nulli iudicum. & c.* quando iniquum sit, propter æs alienum, aduersámque fortunam, corpus debitoris, non ex delictis (nam in his non est indulgenda cessio, *Ias. in l. si quis id quod. de iurisdict.* sed qui non habet in ære, meritò luit in corpore, *l. final. de in ius vocando.*) sed ex ciuili causa obstringi, quod ipse alioquin conuentionib. obligare nequeat: *l. si à reo. 71. §. fin. de fideiuss. l. liber homo. 13. cum ibi not. ad l. Aquiliam. Panorm. in Rub. de fide instr.* & vltrà quàm in ære habeat, aut soluere possit, quẽpiam teneri. *l. itaque. 12. de furt. l. nam is nullam. 6. de dolo malo. c. olim. de restitut. spoliator. c. lator. de pignorib.* Sed propter debitorum improbitatem & perfidiã, qui fiducia cessionis temerè æs alienum contrahunt & dilapidant, reditum nunc est moribus ad ius antiquum. Alibi enim carceribus includuntur decoctores, alibi excommunicantur, alibi aliter puniuntur. Nemo tamen priuata vincula, aut supplicia, verberáque noxiorum propter debitam etiam fiscale extimescere debet. *l. nemo carcerem. C. de exactor. tributor. lib. 10.* Quod Sax. non vsquequaque obseruant: qui non modò carcerem, sed etiam addictionem illam veterum, cuius meminerũt Gellius & Quintilian. *præalleg. locis.* atque etiam vincula priuata, in corpus debitoris, exclusò cessionis beneficio, admittunt: *Fachs. differ. 10. differ. 10. Land, lib. 3, art. 29.* quæ cùm vice solutionis vsurpentur, ac in illam imputentur; non puto hoc casu, satisfactione per carceres vel seruitutem à debitore facta, illum amplius teneri, exigíque posse, etiamsi ad pinguiorem fortunam peruenerit. solutione enim omnis sublata est obligatio. *in prin. Inst. quib. mod. tolli. obligatio.* Potest autem cessio fieri ab omni debitore, tàm à patre quàm filiofamiliàs, *l. cum & filij. 7. C. eod.* tàm à fœmina quàm à maribus, *d. l. 7.* etiamsi nihil in bonis habeant: habere enim aliquando possunt. *d. l. 7.* Sed & fœminæ iure nouo, quamuis bonis non cedant, includi carceribus prohibentur. *Auth. sed hodie. C. de offic. diuers. iud. Auth. hodie. C. de custo. reo.*

¶ Materia quæ in cessionem cadit, sunt omnes res bonáque debitoris; omnia enim cedenda sunt, excusò vsque ad vltimum quadrantem debitore. *l. 4. vbi Azo, num. 5. C. eod.* 4

¶ Cessio autem potest fieri vel in iure vel extra ius, inter præsentes aut absentes, per epistolam aut nuncios: *l. vlt. h. tit.* sufficit enim sola voluntatis professio. *l. in omni. 6. C. eod.* Cauere tamen debet is qui cedit, si ad meliorem fortunã peruenerit, se satisfacturũ quatenus facere poterit. *c. Odoardus. de solut. l. 4. h. ti..* Quod autem plerisq; locis iam receptũ est, authore Hostiense, *ext. eod.* vt nudatus ignominiosè debitor, publico in saxo assidẽs, proclamet palàm, se bonis cedere: id à iuris scripti humanitate abhorret. 5

¶ Finis est, vt & creditoribus quoad eius fieri potest, satisfiat; & debitor ab importunitate & molestiis quas creare attenti creditores solent, liberetur. Ex quo apparet, duplicem esse cessionis bonorum vtilitatem: quarum altera creditores, altera debitores respicit. Nam in primis creditoribus satisfit, quatenus facultates debitoris patiuntur. neq; tamen statim domini fiunt per cessionem, *l. 3. h. t. l. 4. C. eod.* vt ex cessione iuris solenni. *Cont. lib. 1. Disput. cap. 12.* nam & debitor potest postea soluẽdo res suas à cred. to- 6

ribus recuperare, *l.legis Iuliæ.4.C.eod.* & antequam venditio fiat, se defendere. *d.l.3. hoc tit.* Debitor autem cedendo liberatur à perpetua flagitatione æris alieni, metúque carceris & addictionis; ita vt vrgeri amplius non possit. *d. l. legis Iuliæ. l.6.C.eod.* Non tamen obligatione liberatur, quę sola solutione extinguitur: *Instit. quib.mod. toll.it.oblig.per tot.* eóque si postea ad locupletiorem fortunam perueniat, rursus conueniri potest; neque tamen sine beneficio: nam in quantum facere potest, duntaxat hoc casu exigetur. *l.4. 6. 7.h.tit.l.sunt qui.16.ff.de re iudic.§.fin.Inst.de actio. vbi dixi.* Cessio insuper existimationem non notat. *l.debitores.11.C.ex qui.caus.infa.* iure ciuili; moribus tamen, vt quidam volunt, *glo.Land.art.52. lib.1.* maximè cum publicè fit ad eum, qui suprà indicatus est, modum satis ignominiosum. *Cyn.in d.l.debitores. Hostien.ext. eod.* Et certè etiam iure nostro infamia saltem facti cedenté manet: *Nouell.3.4.135.* vnde beneficium Nou. quo in solutum prædia dantur, pro cessione pòst inductum est: ne scilicet cum aliqua existimationis imminutione, qui bonis satisfacere potest, cedere cogatur. Nouell.135. *vbi Cuiac.& Nouell. 4.in fin.*

QVIBVS EX CAVSIS in possessionem eatur. Tit. IV.

1 *Continuatio & dispositio sequentium titulorum.*
2 *Causæ ex quibus missio decernitur.*
3 *Missionē iure nouo secundū debita fieri.*
4 *Edictum de primo decreto.*
5 *Causa efficiens missionis.*
6 *Materia.*
7 *Forma.*
8 *Finis & effectus.*
9 *De secundo decreto.*

1 Iam † videamus de missione in bonorum possessionem. Et primò, quibus ex causis in possessionem eatur, secundò de effectu missionis, tertiò de ordine & modo. 2 Tres † præcipuè causæ sunt, ex quibus in possessionem mitti solet: videlicet causa rei seruandæ, id est, debiti: item legatorum seruandorum gratia, & ventris nomine. Damni enim infecti, si non caueatur, fit missio quidem, sed non in omnia bona: verùm in eam duntaxat rem, ex qua damnum timetur: *l.1. h.tit. vide* Cuiac.*obseru.lib.5. cap.30.* 3 Cuius † exemplo inductus postea Iustinianus, statuit creditores & legatarios, non nisi pro modo & portione eorum quę debentur, in possessionem bonorum debitoris esse mittendos. §. *si verò. de exhib.reis.in Auth.*

4 ¶ De missione, eiusmodi extat Prætoris edictum: IN BONA EIVS QVI IVDICIO SISTENDI CAVSA FIDEIVSSOREM DEDIT, SI NEQVE POTESTATEM SVI FACIET, NEQVE DEFENDETVR, IRI IVBEBO. *l.2.in prin.h.tit.* Potestatem sui non facit, qui id agit, ne aduersarius eius copiam sui habeat, *d.l.1.§.1.* neque vel à se, vel ab alio quocunque defenditur. *l.5.§.fin.h.tit.*

5 ¶ Itaque causa efficiēs missionis, est magistratus (nec enim creditor priuata authoritate, occupare bona debitoris potest, *l. extat.13. de eo quod met cau.*) etiam municipalis. *l.4.§. qui duas. de dam.infe.* Ordinarium tamē oportet esse, hoc est, eum qui ius mittendi habeat. Habet autem solus is mittēdi ius, cuius in territorio bona sita. *l.cum vnus.12.§.penul.ff.tit.1.Hostiens. in §. ex quib.causis.extrà, de foro compet.* Causa προκαταρκτικὴ qua mouetur iudex, est cùm petitio creditorum, (nec enim officium suum iudex non petentibus impertit, *l.4.§.hoc autē. ff.de dam.inf.*) cum contumacia debitoris se non defendentis.

6 ¶ Materia, sunt bona debitoris, quorum in vniuersorum possessionem olim indiscriminatim creditores mittebantur; hodie autem secūdum quantitatem & portiones æris alieni. *d.§.si verò. de exhib.reis.in Auth.*

7 ¶ Forma est, vt iudex causam summatim cognoscat, videlicet quidnam debeatur, & cuiusmodi sit debitoris frustratio: ac postea solenni decreto decernat possessionem, in cámque creditores introduci per apparitores mandet: vt latiùs alibi exponitur *in d.§.si verò.*

8 ¶ Finis est, vt tædio affectus debitor, veniat tandem ad respondendum. *l.is cui.5. vt in poss.legator.* Effectus est, quòd creditores in possessionem missi detineant rem, non etiam possideāt. *l.3.§.vlt. de acquir. poss.c. contingit. extr.de dolo & contuma.tot.tit.extrà, de eo qui mittitur in possess.* Itaque quāuis hac missione non deturbetur possessione debitor: *l.si finita.15.§.si quis autem.de dam.infe.* tamen missi creditores, cum eo, in fundo & bonis commorantur, ne videlicet pessum eant fructus, & vt sciri possit quid colligatur. *d.l.is cui.§.qui legato.ff.vt in poss.legator.* Quòd si culturam debitor negligat, ipsi creditores colunt, percipiúntque fructus, non tamen lucrantur, *l.1. & 2.C.de pign.act l.si dominium.9.C.de pignor.l.2. C.de pact. pignor.* aut inde aluntur: *l.Fulcinius.in prin.7.h.tit.* sed vel custodiunt, vel vendunt precio seruato, *d.§.qui legato. 6.* de quo sumptus quos fecerunt, *l.prætor.ff.tit.1.*deducunt.

9 ¶ Et hac quidē ratione magistratus initio nō se defendentem debitorem coercet, quoad veniat responsurus. qui si omnino contumaciter negligere magistratus missionem pergat, probetúrque fraudandorum creditorum causa latitare: grauioribus remediis Prætor vtitur, & secūdo decreto facto *vide de eo quæ dicta sunt ff.ad t. de dam.infe.* possideri, aut venire bona iubet: ne videlicet euidens debitoris dolus & inpunitus relinquatur, & creditoribus noceat. qua de re sic edicit: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITAVIT, SI BONI VIRI ARBITRATV NON DEFENDETVR, EIVS BONA POSSIDERI VENDIQVE IVBEBO, *d.l.Fulcinius.7.h.tit.*

DE REBVS AVTHORItate iudicis possidendis seu vendundis. Tit. V. C.7.72.

1 *Continuatio: & quomodo quis mittatur in possessionem.*
2 *Quomodo veniatur ad secundum decretum & possessionem.*
3 *Effectus decretæ possessionis, & quando in realibus obtineat.*
4 *Quando ad distractionē perueniatur.*
5 *Edictum Prætoris.*

1 Est † itaque effectus decretæ missionis præcipuus, quòd debitor in possessionē rerum suarum admittere creditores cogatur; adhibita etiā, si restiterit, manu militari: *l.si quis missum.ff. ne vis fiat ei.* nisi creditor nō admissus malit in id quod interest, agere. *l.1.ne vis fiat ei.* 2 Quòd † si his incōmodis non cōmouetur debitor, sed fraudulenter latitet; ne creditores diutius cogātur suo carere, & custodire res debitoris sine fructu, decernit Prætor secūdo decreto possessionē bonorū: causa tamē cōtumaciæ diligēter cognita, *l.4.§. in prædicto.d.l.si finita.§.si fortè. de da. inf.* an videlicet sæpius citatus non cōparuerit; *l.contumacia.53.§.contumax. ff.de re iudic.* an legitimis temporum interuallis citationes fuerint distinctæ, *Dd.in d.l.si finita.§.non autem. &c.* 3 Quo † decreto veri possessores constituuntur, fructúsq; eiecto debitore creditores lucrifaciunt: *d. l.si finitæ. §.vbi autem.c.quia.§.vlt.vt lite non contestata.* nec debitor postea auditur, nisi oblato debito, & sumptibus refusis. *l. si prius.C. de distrac. pigno. Authen.ei qui iurat. C. de bonis author.iudic.possid.* Et hæc quidem in personalibus actionibus dubium non habent. In realibus, à prima missione, si intra annum non veniat responsurus debitor, volunt Dd. sine alio decreto, creditorem ex dispositione iuris possessorem effici. *l.si quis emptionis. 8. §.penul. C. de præscrip.30.ann.l.à quo.45.de damn.infect.* 4 Sed † quia ne sic quidem interdum mouentur debitores, vt præsentiam sui publicè faciant, ne creditores diutiùs frustrentur, néue communis inter ipsos possessio pariat discordias, *iuxta l.cum pater. 79.§.omnia. de legat.2.* solet Prætor addere & definire certum tempus, intra quod nisi compareat debitor, potestas distrahendi fiat creditoribus, vt precium distractionis pro rata æris cuiusque alieni æqualiter inter creditores distribuatur. *l.pro debito.l.fin.C.eod.* Sanè post primum decretum interpositum, si copiam sui faciat debitor, paratúsque sit vel soluere vel se defendere; refusis sumptibus, æquum est possessionem illi restitui vnà cum fructibus. *vide quæ dixi ff.ad tit.de damn. infect.* 5 Quo † nomine actionem quoque Prætor ei pollicetur, SI QVIS, inquit, CVM IN POSSESSIONE BONORVM ESSET, QVOD EO NOMINE FRVCTVS CEPERIT, EI AD QVEM EA RES PERTINET, NON RESTITVAT: SIVE QVOD IMPENSAE SINE DOLO MALO FECERIT, ET NON PRAESTABITVR: SIVE DOLO MALO EIVS DETERIOR CAVSA POSSESSIONIS FACTA ESSE DICETVR: DE EA RE IVDICIVM IN FACTVM DABO. *l.9. in prin. h. tit.* Hæc in feudalibus non obtinere, quidam arbitrātur: quòd feudorum fructus tantùm creditoribus cedant, ipsa verò feuda nequaquam: quasi vt oppignorari, ita nec in solutum dari inuito domino, & in præiudicium agnatorum possint; *Chass. in consuet.Burg.in princip.verb.comes Flandriæ. in fin. & in tit.de feud.§.8.numer.42.* nisi ad vitam vasalli, & non vlterius. *vide Bald.nume.10.& 11. Alua.nu.16.in cap.imperialem.in princip.de prohib.feud.alien. per Feder.Bart.in l.si finita.§. si de vectigalib.nume.3.& 4.de damn. infec. Cur.in tract. feudor. parte 4. nume. 102.* Vidi tamen sæpius, decernente feudi domino, propter æs vasalli alienū pro solutione creditoribus feudū concedi, aut distrahi in perpetuum, omni spe successionis agnatis præcisa. idq; rationi & æquitati maximè est accommodatū: ne agnati hæredes cum damno creditorū successionem lucrentur, quorum causa debet esse potior. *l.subsignatum.39.§.bona.de verb.signif. l.vltim.§.licentia.C.de iur.deliber.*

DE PRIVILEGIIS CREditorum. Tit. VI.

Hic tit.in Flor.exemplari cohæret superiori, nec est separatus.

1 *Continuatio.*
2 *Regula, hypothecarios creditores personalibus præferri.*
3 *Quis, cui hypothecariorum præferatur.*
4 *Qui, cui chirographariorum præferātur.*
5 *An ciuitas priuilegiū personale habeat: & qui sint priuilegiati.*
6 *Priuilegiati an sibi inuicem præferātur.*
7 *Quomodo creditores diuidere debeant.*
8 *Ab eo qui sibi vigilauit, nihil repeti.*
9 *De arrestatione iuris Sax.*
10 *Edictum de eo qui conscius fraudulenti consilij, cum debitore contraxit.*

1 Porrò † in venditione bonorum seruandus est ordo, vt de precio primùm illis satisfiat, quorum ius potius est. 2 In † quo regula teneatur; In vniuersum eos, quibus supra debitum res etiam obligatæ nexæque pignori sunt, potiores iis esse, qui tātùm personalē actionem

habent. *l. eos. C. qui potior. in pignor.* Fortius enim, vt loquuntur, duo vincula ligant, quàm vnum: *Auth. itaque. C. communia. de successf.* & plus cautionis est in iure reali, quàm personali. *l. plus cautionis. 25. de reg. iur. l. pro debito. 6. C. de bon. author. iudic. possid.* Inter † ipsos autem creditores hypothecarios, quis cui præferatur, suprà dictum est, *ad cit. qui pot. in pign.* cũ generalem regulam constitueremus; Qui prior est tempore, potior est iure: quæ tamen suas habet exceptiones.

¶ Porrò inter eos creditores, quibus personale tantùm ius est, (quod separatum esse à reali, alibi ostenditur, *l. rescriptum. 12. de pact.*) quos chirographarios à chirographo siue syngrapha Consulti appellant, *l. penul. in fin. h. tit. l. pro debito. 6. C. de bon. author. iud. possid.* quis præire debeat, magis ex causa quàm tempore est metiendum. Non enim qui prior est tempore, hoc est, qui prius contraxit, sed cuius causa priuilegiata est, præfertur. *l. priuilegia. 16. h. tit.* Habent autem priuilegium, hoc est, prærogatiuam, ex iure singulari præ reliquis creditoribus, quibus ius tacitæ hypothecæ, aut illius simile datur: *l. assiduis. 12. in princ. C. qui potior. in pign.* vt pupilli, minores prodigiis in bonis tutorum, curatorum, *l. & mulieri. 15. de cur. fur. dand.* protutoris vel negociorum gestoris; *l. 4. §. fin. l. 5. 6. 7. h. tit.* sicuti & tacitam hypothecam habent: *l. pro officio. 20. C. de administr. tutor.* item fiscus, *l. quod quis. 18. hoc tit. l. si is. 28. l. aufertur. 46. §. fiscus. de iur. fisc. l. 1. C. eod. tit. lib. 10.* & respublica creditrix. *l. penul. in fin. h. tit.* Quod † tamen intelligunt Dd. de re publica Romana, aut quæ non recognoscit superiorem, vel quæ à superiore regalia & priuilegium tale habet. *Bart. in d. l. penul. glo. in l. simile. 10. ad municipalem. l. 3. C. de distract. pignor. Neguz. ant. in tract. pig. secunda parte, memb. 4. num. 114. vide Cuiac. observ. lib. 2. cap. 24.* Mihi probabilius videtur, omnes respublicas creditrices priuilegium (de quo hic agitur) personale habere. *l. 2. C. de iur. reip. lib. 11. l. Antiochensium. §. tit. 1.* & præferri reliquis creditoribus chirographariis, hoc est, qui pignus non habent, vt vult Paulus: *in d. l. penult.* etiamsi iure communi, ius reale, exemplo fisci, & tacitam hypothecam non habeant, *d. l. simile. ad municipalem. l. eum. qui. 16. de verb. signif. vide quæ dixi ad tit. in quib. caus. hyp. tac. con. l. scire. vbi glo. ad municip. Dd. in l. 2. C. in quib. caus. pign. per illum text. Neguz. in trac. pig. part. 2. memb. 4. num. 119.* qua in sententia etiam fuisse Accursium apparet, *in d. l. penult.* Præterea priuilegio fruuntur, mulier in causa dotis, *d. l. ass. duis. C. qui potiores in pignor.* dotis tamen, non tantùm confessitæ, *d. l. assiduus. vbi glo. ad verb. data. C. qui pot. in pignor. & Bald. ibid. num. 1. vide la. 2 Angel. num. 18. Ias. num. 74. in §. fuerat. Instit. de actionib.* (id quod mulieri est probandum, *l. 6. quæ. 9. in prin. vbi glo. C. de bon. præscript.* (& sponsa in dotis repetitione, nuptiis non secutis: *l. 2. §. fin. cum ll. seqq. hoc tit.* item is cui depositum, maximè publicæ personæ, puta argentario creditum, debetur: *l. si ventri. 8. §. in bonis. hoc tit. l. si hominem. 7. §. fin. ff. depos. quæ ll. sibi inuicem videntur aduersari.* qui in rei refectionem credidit; *l. creditor. 25. si certum petat. l. interdum. qui potiores in pignor. l. si ventri. 8. §. 2. hoc tit.* aut in nauim fabricandam, instruendámue: *l. qui in nauim. 10. l. quod quis. 18. hoc tit.* aut in funus & exequias, moibum & valetudinem *Ias. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. del.* debitoris: *l. 2. h. tit. l. penul. de relig. & sumpt. funer.* item, cuius pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit: *d. l. si ventri. §. peruenisse.* & iure Saxon. mercedes mercenariorum seu ministrorum (*liederlohn.* vulgò) idem priuilegium personale habent. *artic. 15. lib. 1. & art. 22. eod. lib. vbi glo. num. 4. dicit. iuramento posse probari.* atque hos quidem reliquis chirographariis creditoribus præferri certum est. Quid enim mirum, cum horum plerosque videas etiam in rem iure tacitæ hypothecæ agere posse? Et sanè si vim & effectum attendas, non multum hoc priuilegium personale à tacita hypotheca reali distare inuenies: *l. si præcedente. 58. §. 1. mandat.* præterquam quòd more in primis Saxon. hypothecarij istis personalibus, quamuis tempore prioribus, anteferantur. Sed cum isti ipsi inter se concurrunt, quis cui præferatur, non est vsquequaque expeditum. Veram † tamen arbitror Azonis. *Rubr. C. de bonis author. iud. possid.* regulam, qui statuit; omnes æquale ius habere, & simul concurrere ac diuidere æqualiter: nisi quis aut tempore prior sit, *l. 2. C. de priuil. fisc.* aut speciali lege de aliquo eorum probetur, quòd sit præferendus, vt in muliere *l. assiduus. 12. C. qui pot. in pign.* & fisco *l. si is qui. 28. de iur. fisc. vbi Bartol. l. 1. C. de pœn. fisc. & l. 1. C. de iur. fisc. lib. 10.* constitutum videtur; scilicet cum fiscus debitum, non etiam quando pœnam aut mulctas persequitur. *glo. & Dd. in l. rescripto. 11. ad verb. hypothecam. de pact. d. l. 1. C. de pœn. fisc. Neguz. an. in 2. part. 4. membr. numer. 115.* item in eo qui duplici priuilegio munitus est, puta tutelæ & depositi, *l. fin. qui pot. in pignor. Neguz. an. in tract. pign. parte 5. in 2. memb. num. 42. & c.* item vt in dubio mulier præferatur fisco, *vide latè Neguz. an. in d. tract. 2. part. memb. 4. numer. 108. per l. non puto. de iur. fisc. Bald. in l. dotis. C. de iur. dot. Socin. Ias. & Dd. in l. 1. ff. solut. matrim. Bald. in tract. de dote. parte 9. priuil. 2. vide etiam l. 1. C. de priuil. fisc.* fiscus priuato, *ita videtur esse communis opinio Ias. & aliorum, in l. 1. ff. solut. matrim. & dicit magis veram & communem Neguz. an in d. tract. pign. 2. part. membr. 4. numer. 118. & c.* In alijs porrò regularitet priuilegiatus contra priuilegiatum vti priuilegio non debet: *d. l. assiduis. C. qui potior. in pignor.* His autem exceptis, quorum priuilegium ad extraneum successorem non transit? *Bartol. in l. 1. numer. 8. ff. solut. matrimon.* reliqui creditores æqualiter concurrunt, non attento contractus tempore: nam licet alicui contrahendo, adijciendóque sibi creditores, creditoris sui prioris conditionem facere deteriorem. *l. 1. §. ex contrario. ff. titul. 1.* Sed † hæc æqualitas ad Geometricam proportionem redigen-

redigenda est, vt videlicet æqualiter diuidant non æqualibus analogia Arithmetica portionibus, sed pro rata debiti quantitate: *l. pro debito. 6. C. de bon. author. iudic. poss.* cæteroquin euenirет, vt in debitis non æqualibus alteri integrum, alteri vix dimidiũ exolueretur: quod esset planè iniquissimum. Accipient igitur æquales pro debita cuique quantitate portiones: puta quadrantes, aut semisses, aut dodrantes sui quisque debiti: prout suppeditate bona debitoris possunt. Sanè si quis antequam ea possideantur, sibi vigilauerit, & suum sit consecutus, nihil ab eo repeti potest: *l. pupillus. 24. §. quæ in fraud. cred.* quòd † si omnes porrò creditores simul institerint; vel bona sint possessa; omnium ius æquale est, neque gratificationi locus relinquitur. *d. l. pupillus. l. qui autem. 6. §. sciendum. §. de his quæ in frau. credit. l. si non expedierit. 6. §. 1. §. de bon. auth. iud. poss.*

¶ Cæterùm iure Saxonum *vide Reinhar. diff. iud. 57.* illud specialiter inualuisse videmus, vt si quis præ reliquis creditoribus curarit sibi à magistratu in bonis debitoris arrestum decerni, idque continuò in iuridicis tribus 14. dierum terminis prosequatur; & in tertio termino actionem, ex qua petitur immissio, proponat; is non modò priuilegium personale, sed ius etiam pignoris quasi prætorij, præ cæteris consequatur. Dico, quasi: nam verius videtur, tantùm ipsa immissione hoc pignus propriè constitui, eóque arrestationem solùm prodesse, vt chirographarijs nudis potior sit. Quocirca & vsus sic obseruat, vt hypothecarij primo loco sint, atque ordine, quibus etiam ante omnia sit satisfaciendum: altero personales, hoc est, qui priuilegium habent personale; de quibus hic tractatur: post hos tertia in classe arrestantes ante immissionem (nam hæc ad primum ordinem pertinet:) quarta ac postrema chirographarij, ad quos in tali concursu aliquid residui raro peruenire solet. Quare plus cautionis est in rem, quàm in personam. *l. plus cautionis. 25. de reg. iur.*

¶ Postremò tenendum est, qui scienter contrahit cum debitore post susceptum fraudationis consilium, eum numero creditorum eximi, excludíque prætoris edicto, quod ita habet:

„ QVOD POSTEA CONTRACTVM ERIT,
„ QVAM IS CVIVS BONA VENERINT,
„ CONSILIVM RECEPERIT FRAVDANDI,
„ SCIENTE EO QVI CONTRAXERIT, NE
„ ACTIO EO NOMINE DETVR. *l. ait prætor. 6. hoc titul.* Quamobrem nec confessioni, nec chirographo, nec (vt arbitror) iuramento debitoris pòst facto credetur: neque putauerim ei iuramentum à quoquam rectè deferri, cùm hoc ad aliorum creditorum incommodum pertinere possit: nec contra debitorem qui bonis exuitur, sed in necem creditorum duntaxat sit valiturum.

DE SEPARATIONIBVS. Tit. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Ex quibus causis petatur separatio.*
3 *Qui petere possint.*
4 *Quando cesset.*
5 *An hæredi detur.*
6 *Cuius hac de re sit notio.*

Sciendum † autem est, in possessionibus distractionéque bonorum debitoris separationem solere impetrari. Solet † autem separatio permitti ex his caussis: puta, debitorem quis Seium habuit; is decessit: hæres ei extitit Titius. hic non est soluendo, & patitur bonorum venditionem: creditores Seij dicunt, bona Seij sufficere sibi, & creditores Titij contentos esse debere Titij bonis. Etsi enim hæres Titius adeundo se obligauit creditoribus Seij defuncti, *§. hæres. Institut. de obligat. quæ ex quasi contract.* suásq; obligationes cum illius bonis permiscuit: tamen quia iniquum esset, creditorum conditionem fieri deteriorem facto hæredis, *l. debitorum. 25. cum ibi nota. C. de pactis. iunct. l. 2. §. ex his. §. de verb. oblig. l. 2. §. incertam. de præt. stip.* qui fortè pluribus creditoribus est obligatus; indulsit separationem bonorum prætor. *l. 1. in princ. h. tit.* Petere † igitur possunt separationem creditores; & post hos, legatarij: nam illis prius est satisfaciendum. *l. fin. §. etsi præfatam. & §. licentia danda. C. de iure deliberandi.* Hoc † autem tamdiu licet, quoad res adhuc est integra: id est, antequam hæreditas distrahatur, vel creditores de integro cum hærede animo nouandi cõtrahant, vel res hæreditariæ ita cum hæredis bonis confundantur, vt separari amplius non possint. *d. l. 1. §. illud. cum multis seq. l. 2. h. tit.* Quòd si alij petant separationem, alij non: qui non petunt, cum creditoribus hæredis connumerantur. *l. 1. §. quæsitum. h. tit.* Hæredi † autem non datur separationis beneficium, quia sponte se creditoribus defuncti adeundo obligauit; *d. §. hæres. l. nec emere. C. de iure del.* nec eius etiam creditoribus; quia licuit hæredi adiiciendo sibi creditores, suorum creditorum conditionem facere deteriorẽ. *d. l. 1. §. 1. & §. quæsitũ.* Qui † tamẽ coacti adeunt hæreditatem, nec bona attingunt, hi separationem postulare possunt: *d. l. 1. §. sed si qui. & §. fin.* de quibus omnibus an admittẽda sit separatio, nécne, prætoris erit vel præsidis notio, & nullius alterius. *d. l. 1. §. de his. h. tit.*

DE CVRATORE BONIS dando. Tit. IIX.

1 *Quis sit curator aut magister.*
2 *Quomodo & à quibus constituatur.*
3 *Qui cõstitui possint, & de eorum officio.*

1 SOlet † etiam curator bonis debitoris extra ordinem præfici (vice eius, qui olim ordinario iure deligebatur, magistri) qui bona tueatur & distrahat, & ex redacto creditoribus satisfaciat.

2 ¶ Constituitur autem curator, vel priuata creditorum voluntate, *l.fin.h.tit.* quorum in potestate est aut per se, aut per procuratorem agere: *l.eius.9. de cura.fur.* vel authoritate magistratus, si conuenire non possint, aut nemo id onus subire velit.

3 ¶ Nec enim inuitus quispiam ad id est cogẽdus. *l.2. h.tit.* neque verò omnino creditorem esse oportet qui curator constituitur: sed possunt etiam non creditores, vnus plurésue ex consensu maioris partis creditorum eligi. *d.l.2. in prin.* Hi autem de administratione propemodum vt reliqui curatores ac procuratores tenentur, *l.2. §.fin.cum ibi no.l.3. h.tit.* non modò creditoribus, sed ipsi etiam debitori: *glos.in d.l.2.§.vlt. ad verb. meriorem.* cuius melior est conditio, cum à curatore bona distrahuntur; quod fit sine infamia, quia curatoris, non debitoris nomine distrahuntur; *l.curator.5. de cura. fur.* quàm quoties à creditoribus: à quo nota non abest; *l.obseruare.6.l.cuius.9. de curato.fur. dixi. Inst.de success.bonor.sub. & qui ex quib. caus.* quia nomen debitoris venum exponunt. quod tamen desuetudine nunc obsoleuit. *l.debitores.11. C.ex quibus caus.inf.*

QVÆ IN FRAVDEM creditorum facta sunt, vt restituantur. Tit. IX.

C. 7. 75.

1 *Continuatio, & impulsiua causa edicti.*
2 *Duplex esse nomen huius actionis, & quare.*
3 *Primum edictum.*
4 *Secundum.*
5 *Quid inter vtrumque intersit.*
6 *Cuiusmodi hæc sit actio, ex qua causa & contra quem titulum detur.*
7 *De actione in factum.*
8 *Quando cesset hoc edictum.*
9 *Quibus detur actio.*
10 *Aduersus quos.*
11 *Ad quid.*
12 *Intra quod tempus.*

QVia † verò debitores possessionem aut distractionem bonorum metuentes, maturè solent res suas in fraudem creditorum alienare & interuertere huic quoque rei prouisum est actione à prætore proposita, qua res alienatæ reuocantur: quæ Pauliana dicitur à Paulo prætore, aliquando Caluisiana à Caluisio qui & ipse prætor hac de re edictum fecit. *l.2.§. quid in fraudem patroni. §.item si quis. Instit. de actio.l.videamus.38.§.in Fauiana.§.de vsuris.* Vtriusque † autem actionis eadem vis est, natura & effectus: vt quamuis nominibus distinguantur, pro vna tamẽ eadémque actione meritò haberi debeant. Suspicor autem diuersas, aut saltem diuersis nominibus actiones in hanc rem esse proditas, quod diuersa extarent edicta: quorum tamen eadem est sententia, vt ex lectione intelligi licet. Primum enim, quod est actionis Paulianæ, ita habet: 2

¶ QVAE FRAVDATIONIS CAVSA GESTA SERVNT CVM EO QVI FRAVDEM NON IGNORAVERIT, DE HIS CVRATORI BONORVM, VEL EI CVI DE EA RE ACTIONEM DARE OPORTEBIT, INTRA ANNVM QVO EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT, ACTIONEM DABO: IDQVE ETIAM ADVERSVS IPSVM QVI FRAVDEM FECIT, SERVABO. *l.1.in prin.h.tit.* 3

¶ Alterum in fraudatores conceptum *vide Cuiac.lib.5.c.17.* extat apud Vlpianũ in hanc sententiam: QVAE L. TITIVS FRAVDANDI CAVSA, SCIENTE TE, IN BONIS QVIBVS DE EA RE AGITVR, FECIT: EA ILLIS, SI EO NOMINE QVO DE AGITVR, ACTIONEM EX EDICTO MEO COMPETERE, ESSE VE OPORTET: EI SI NON PLVS QVAM ANNVS EST, CVM DE EA RE, QVA DE AGITVR, EXPERIVNDI POTESTAS EST, RESTITVAS: INTERDVM CAVSA COGNITA, ET SI SCIENTIA NON SIT, INFACTVM ACTIONEM PERMITAM. *l. ait prætor.10.h.tit.* 4

¶ Cum igitur vtrunque edictum in idem recidat, mirum non est, vtramque actionẽ quæ inde oritur, eãdem vim obtinere. Illud sanè amplius in secundo edicto est, quod interdum in factum actionem daturum se prætor hîc pollicetur, detracta fraudationis mentione. *vt in casu, l.qui autem.6.§.simili. & l.hac in factum.14.h.tit.* 5

¶ Est ergo hæc actio iuris prætorij, & quidem personalis. *l.2. cum ibi not.C.eod.* Datur enim ex dolo & fraudatione tàm debitoris alienantis quàm accipientis. *l.1. §.hæc actio.§.si quid in frau. patr. l.qui à debitore.9.h.tit.* Nam vt locus sit huic actioni, necdsse est & debitorẽ in fraudem creditorum alienasse, vel verè, *l.ait prætor. 10.§.ita demum.h.tit. l. patronus.6. de probat.* vel saltẽ præsumptiuè, *l.omnes.17. §. Lucius.h.tit.* & eum qui accipit, non fuisse fraudulenti consilij ignarum, *d. l.qui autem.6. §.hoc edictum.h.tit. l.penul. C.eod.* Quod verum est, quãdo titulo oneroso accipit, ex vẽditione fortè, aut permutatione: secus verò si lucratiuo; puta ex donatione, aut legato. Tum enim indistinctè is qui accepit, ad restitutionẽ tenetur: quando semper iniquum sit, cum iactura creditorũ eum locupletari. *d.l.6. §.pe. & fin l.5.C.eod.* Et † hoc casu locu habet in factum actio, quã prætor in fine secũdi edicti se daturũ pollicetur: quæ ideo in factũ appellatur, quod non in fraudem debitoris: aut accipientis conuenitur; sed in solum nudumque factum alienationis, detracta fraudis mentione, sit directa. 6

¶ Sanè qui suũ recipit, nullã videtur fraudem facere; quãuis sciat debitorẽ nõ omnib. esse soluendo. Sibi n. vigilauit, recepítque suũ, ad quod soluẽdum debitor authoritate magistratus cogi poterat: *d.l.6.§.apud Labeonem. l. illud. 13. h.t.* nisi id factum sit post bona iam à creditorib. possessa; *d.l.6.§.sciendũ.h.t.* aut ab eo factũ, qui post abstinendo, vel restitutionẽ impetrãdo, soluere vni non debuit. *l.si non expedierit.6.§.fin.de bon.auth. iudic.poss. d.l.qui autẽ.6.§.fin.h.t.* Cum autẽ alienationem tãtùm lex reuocet, perspici potest, huic edicto locũ nõ esse in iis, quæ debitor cum posset acquirere, noluit: *l.1.§.1.l.2.3.4.5.6. h.t.* quod in bonis fisco acquirendis aliter se habet. *in fraudem.45.l.cum quidam.26.de iur.fisc.* 8

¶ Datur autem hæc actio creditoribus, fraudatis re & proposito: nam qui duntaxat re fraudantur, non ἐκ προαιρέσεως hi istam actionem non habent; *d.l.ait prætor.§.1.cum seq.h.tit.* quia edictũ in fraudẽ directum est, & conceptum: vt nec illi qui consenserunt alienationi, cũ nemo videatur sciẽtes fraudare. *d.l.qui autẽ.§.præterea.* Hæc actio & successorib. cõpetit, vt pote rei persecutoria. *d. l.ait prætor.§.vlt.cum l.seq.* Aduersus eum autem datur, qui sciens debitorẽ non esse soluendo, ab eo aliquid aufert quocunq; contractu: puta venditione, aut oppignoratione, *d.l.qui autẽ. §.apud. d.l.ait prætor.§.si cum.* aut dotis donatione, *l.2.C. eod.* aut acceptilatione, aliõue quolibet pacto: *l.1. §.ait ergo.l.2. & l.3.h.t.l.1.C.eod.* nam cõtra ignarum fraudis agi nequit, nisi quatenus locupletior est; *d.l.qui autem. §. pen.* multo minus aduersus tertium bonæ fidei possessorem. *l.qui à debitore.9.h.t.* Sed & in ipsum fraudatorẽ hæc actio datur, vt quidam volunt, eo fine, vt debitor incarceretur: *l.fin.§.fin.h.t.* cùm alioqui bonis iam possessis aut distractis inanẽ faciat actionẽ eius paupertas. *l.nam is.6.de dolo mal.* Quod dicere durum est: quando disertè Imperatores statuant, hãc actionem dari in debitorem oportere, cum hoc temperamento, in quantum facere possit. *l.fin.C.eod.tit.* In hæredes autem datur, quatenus ad eos peruenit. *d.l.ait prætor.§.fin cum l.seq.* 9 A B

¶ Venit autem in hãc actionem rei restitutio: quæ omnimodò restituenda est in eum statum, in quo fuit ante alienationem: *d.l.vlt.§.si à socio.* reuocato nimirũ dominio, omnique iure, quod in alium est translatum. *l. si sciens. 26. de contrah. empt.§.item si quis. Inst.de actio.l.hac in factum.14.l. ait prætor.10.§.pactum.h.t.* Veniunt & fructus, *d.l. ait prætor.§.per hanc.l.videamus.38. §. in Fauiana. de vsur.* qui videlicet tempore alienationis terræ cohæserunt, & qui post inchoatum iudiciũ percipiuntur. Nam medio tẽpore perceptos, in restitutionem non venire verius est: *d.l. fin.§.non solùm.* propterea quòd hos possessor ratione tituli & dominij quod habuit, meritò lucretur: quãtumuis reliqua commoda medij temporis in hac actione reputentur. *d.l.ait prætor.§.pactum.* 10 C

¶ Cõpetit autẽ hæc actio ex die factæ alienationis, *d.l.qui autẽ.§.vlt. d.l.ait prætor.in prin.h.t.* & quidẽ intra annũ vtilem indistinctè, etiã aduersus eum qui particeps doli non fuit: post annum in fraudulẽtos tantùm in id quod ad eos pervenit, aut peruenire potuit. *d.l.ait prætor.§.hæc actio,* 12 D

DIGESTORVM LIBER XLIII.

DE INTERDICTIS SIVE EXTRAORdinariis actionibus, quæ pro his competunt. Tit. I. C. 8. 1.

1 *Continuatio.*
2 *De interdictis & extraordinarijs actionibus.*
3 *Vnde dicta sint interdicta, & quid sint.*
4 *Diuisio, & species interdictorum.*
5 *Causa efficiens.*
6 *Materia.*
7 *Forma & differentia edictorum ac interdictorum.*
8 *Finis.*

1

EXpositis † ordinariis possessionum iudiciis, sequitur vt de extraordinariis differamus: *l.1.de migran.l.pen.l.vlt.C.eod.* quæ sũt interdicta, seu extraordinariæ actiones, quas interdictis posterior ætas substituit. Nam † olim quidẽ interdicta reddebãtur à prætoribus: sed postea formulis & impetrationibus sublatis, *tot. t. C. de formu. sub.* ex causa interdictorũ extraordinariis actionibus sine vlla solennitate agi est cœptum: *§.fin. Instit.eo.vid.Paul.lib.5.tit.6.Cuiac.obs.lib.5.cap.17.* vt verisimile sit, illa inscriptionis huius tituli verba, Siue extraordinariis actionibus, à compositoribus iuris, aut alio quopiã (desunt enim in indice Floren.) adiecta, neque accepta esse aut ex perpetuo edicto, aut commentarijs Iurisconsultorum ad edictum scriptis: cùm horum ætate prætores adhuc interdicta redderent. 2 E

¶ Interdicta ab interdicendo, hoc est, vetando dicta sunt, vt tradit Donatus in Hecyra Terentij. Interdicere enim prohibere est: vt cum dicimus alicui interdici bonis. *l. is cui bonis. 6. de verbor.obliga.l.1.de curat.fur.* aqua & igni, *l.qui dolo.§.fin.ad l.Iul.de vi publica. &c.* Quam etymologiam sequi videtur & innuere Plautus in Asinaria: Nequeo, inquit, ego te interdictis facere mansueram meis, & Cicero, *in 7.Verrina,* cum 3 F

edictum Verris, quo prohibet ne pater gratis filium captiuum inuisere possit, tyrannicum interdictum vocat. Quare verius est, interdicta ab interdicendo dicta. Prætor enim vt plurimùm interdictis prohibere quid solet: ac si quãdo iubet, eæ ipsæ iussiones vim prohibitionis habent. Alijs placet interdicta appellari, quòd inter duos aut interim dicantur, dum plenius de toto negocio cognoscatur. §. 1. *versic. sunt tamen. Inst. eod. Alciat. lib. 3. παρέργων, cap. 5.* Interdicta olim erant formæ & conceptiones verborum, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maximè fiebat, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendebatur. *in princ. Institut. eod. Cic. pro A. Cæcin. Quintil. lib. 7. cap. 6.* Aliquanto significantius Theophilus: *in princ. Instit. eod.* Interdictum, inquit, est enunciatũ prætoris inter duos, qui de possessione contendunt, emissum: facti quidem speciem causãmque non planè definiens, sed quomodo de ea iudicandum sit, iudicem informans. Actiones extraordinarias, quæ sublatis formulis & impetrationibus loco interdictorum introductæ sunt, nihil aliud esse dicẽdum est, quàm agendi formam, citra solennitatem subtilitatémq; verborum, & iuris ciuilis, ex causã interdicti simpliciter in rem conceptam, qua de possessione inter aliquos disceptatur. *l. 1. §. pen. h. tit. d. §. fin. vbi Theoph. Inst. eod.*

¶ Diuisio interdictorũ partim sumitur à materia. Alia enim pertinent ad res diuini iuris, alia ad ea quæ sunt hominum: & horum quædam respiciunt illa quæ nullius numerantur in bonis; quædam ea quæ sunt alicuius. *l. 1. in princip. l. 2. §. 1. h. tit.* partim à forma interlocutionis. §. 1. *Inst. eod.* Nam quædam sunt prohibitoria, quibus prætor prohibet: quædam restitutoria, quibus iubet restitui; idque dupliciter: interdum enim mandat restitui possessionem rei; *tot. tit. vnde vi. cum simil.* interdum verò factum ipsum restitui, id est, reponi reducíque in antiquum statum & formam, sublatis ijs per quæ res erat immutata. *l. prætor. 2. §. prætor ait. ne quid in loc. publi. l. 1. in prin. quod vi aut clàm.* quædam verò exhibitoria, quibus iubet exhiberi. *l. 1. §. interdictorum. h. titul. §. 1. Inst. eod.* Deinde interdictorum alia in præteritum, alia in præsens, alia in futurum referuntur. *l. 1. §. penult. h. tit.* Item quædam simplicia sunt, vt pleraque: nonnulla duplicia, in quibus vterq; litigator duplicem personam, sustinet, & actoris & rei. *l. 2. in prin. h. titul.* Quædam annalia sunt, quædam perpetua. *l. 1. in prin. de vi & vi arma. l. in honorarijs. 34. de act. & oblig. vide quæ dicam J. ad tit. vti possid. & de vi armat.* partim à fine. Nam quædam publicæ vtilitatis causa, *l. 1. §. fin. h. titul.* quædam iuris sui tuendi, quædam officij gratia sunt comparata. *l. 2. §. hominum. h. tit.* Item pleraque interdicta possessionis controuersiam, nonnulla proprietatis causam continent. *d. l. 2. §. quædam.* Postremò interdicta aut adipiscendæ sunt possessionis, aut retinendæ, aut recuperandæ. *d. l. 2. §. fin.*

¶ Ad finiendas possessionum controuersias, prætor interdicta protulit. nã oborta de possessionibus contentione, ne interea dum litigabatur, ad vim & arma res deueniret, vtroque litigatorum in possessionis vtilitatem imminente, prætor statim aliquid inter eos interdicebat: puta vetando vim fieri, donec causa ordinario iudicio plenius disceptaretur.

¶ Materia de qua interdici solet, sunt res tàm diuini quàm humani iuris. *l. 1. in prin. hoc tit.*

¶ Forma verò optimè inielligi potest ex discrimine, quo interdictũ ab edicto disiungitur. Hæc enim differunt tanquam causa & effectus. vt enim ex legibus actiones siue cõdictiones, *l. vnica. §. de cond. ex lege.* ita ex edictis oriũtur interdicta. *l. 1. §. 1. §. de oper. no. nuncia.* Solent autem prætores inituri magistratũ, ne quid dare viderentur cuiusquam odio aut gratiæ, edicta generalia proponere, sine vllis personarum ac rerum circumstantiis: vt inde sciri posset, qua deinceps ratione de rebus futuris, durante officio, ius dicturi essent: vt ostendit Cic. *lib. 3. in Verrem.* vnde & edicta, authore Theophilo, sunt appellata. §. *sed & quod principi. & §. prætorum. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Edicere enim prædicere est, vt apud Cicer. in libello de Amicitia: Alius finis amicitiæ constituendus est, si prius quod Scipio reprehendere solitus sit, edixero. & ad Q. fratrẽ: Comitia edicta sunt ad 11. calend. Febr. ac propriè ad magistratus, aliquid præmonẽtes de iure, refertur. vt apud eũdem lib. 2. de Finib. Cum magistratum inieris, & in concionem ascẽderis, est tibi edicendum, quæ obseruaturus sis in iure dicẽdo. At interdicta, sicuti actiones, ex edictis, flagrante iam contentione, litigatoribus à prætore reddebantur: non vt inter omnes, sed inter litigantes ius facerent, donec plenius in petitorio iudicio res tota examinaretur. & hoc est quod voluit Vlpian. *in d. l. 1. in fin.* cum ait: Interdicta omnia licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia esse. hoc est: quamuis videantur generaliter de re & possessionbus loqui, vi tamen, id est, potestate & effectu, ad certas personas pertinere. Quod enim prætor inter litigantes interdicit, non continuò inter omnes ius facit, vt nec res inter alios actæ iudicatæ ũe. *l. sæpe. 63. §. de re iud. tot. t. C. res inter alios acta.* Hodie tamen postquam interdicta in Pãdectas sunt relata, ea certũ ius, sicuti aliæ leges, inter omnes faciũt: quãquam illud adhuc verum sit, possessorium iudicium inter alios constitutũ, aliis nec obesse, neque prodesse. Inter litigatores autem olim interdictum valebat, neque prætoris iussum detrectare fas erat. *l. fi. J. ne quid in loco publico.* Verùm vsu sæpe venire necesse fuit, vt interdicto rixa nõ sopiretur, altero litigatorum asseuerãte se nihil cõtra interdictũ fecisse aut facere; quod alter negaret. exempli causa. Prætor ita interdicit: Vti possideris, nec vi, nec clã, nec precariò alter ab altero, ita possideatis. Hoc interdictũ non semper finiebat controuersiã, cum fortè alter intenderet, aduersariũ nõ possidere, aut certè

certè vi possidere: alter cõtrarium tueretur. Hoc ergo casu prætor cum interdicti formula litigatores ad iudicẽ pedaneum ablegabat, corã quo causa summatim & extraordinariè, id est, citra scrupulosam iudicij solennitatẽ, iuxta formã interdicti examinabatur. *Theoph. in prin. Instit. eod.* Itaque prout casus ferebat, aut statim cũ interdicto formulam iudicij petentibus litigatoribus, ad pedaneum iudicem referendam prætor dabat: aut si videbantur acquieturi, neque quid vltrà postularent, interdicebat duntaxat, & iudicium, ni paritum esset, in futurum pollicebatur. Qua ratione factum est, vt quædam interdicta ita concepta sint, vt iudicium in futurum pollicentur: *l. 1. de vi & vi arma. l. 1. ne vi fiat vi. & cum simil.* quædam autem præsens, vt postea videbimus. Sed ne quis temerè falsóue causam suam interdicto congruere apud prætorem testaretur, eoque litem calumniosè excitare auderet: olim vsitatum erat, vt sponsiones depositis pecuniis litigatores facerent, ni interdicto causã cõgrueret, aut nihil contra illud esset factum. Quæ pecunia postea victori cedebat, vt intelligi licet ex oratione Cic. pro A. Cæcin. & Quint. *lib. 7. cap. 6.* Postea sublatis per constitutiones impetrationibus & formulis, agi cœptum est ex causa interdictorum extraordinariis, hoc est, minus solennibus actionibus, tanquam si interdictum redditum esset: §. *fin. Instit. eod. vid. Cuiac. lib. obs. 5. cap. 17. l. 2. & 4. C. vnde vi. l. vlt. C. de lib. exh. l. vlt. C. eod.* perinde atque ex perpetuis edictis; perpetuis actiones cõpetere cœperunt, postquam desitum est ea quotannis à prætoribus proponi. Nam & interdicta in edictum perpetuum à Iuliano fuisse relata, indicio sunt Consultorum responsa, in his titulis congesta: quæ ex commentariis ad edictum perpetuum conscriptis hausta esse, ipsa inscriptio docet. Ex his vtcunque apparet, antiqua interdictorum ratio cuiusmo di fuerit; quantumque ab edictis distet. Edicta enim generalia sunt: at interdicta, velut actiones, personis & rebus præsentibus accommodata. Et vt vno verbo complectar, edicta formam & vim legum, interdicta actionum habent.

¶ Finis interdictorum est, vt possessionum iura defendantur. *Quint. prælleg. loco.* Nam etsi quædam rei persecutionem, hoc est, proprietatis causam continent; *l. 2. §. quædam. h. tit.* tamen id magis fit per consequentiam, ex qualitate rei qua de agitur, quæ iudicium petitorium post se non admittit, quam ex natura aut forma interdicti. Omnia enim interdicta de vsu & iure possessionum, loqui, postea deprehendetur. Deinde pertinent interdicta ad ordinationem iudiciorum, quibus res vendicantur. Nam hæc rectè institui nequeunt, nisi prius expeditum fuerit, vter litigatorum petitor, vter possessor sit: ad quam cognitionem aditum hæ possessorij iudicij actiones patefaciunt.

l. inter litigantes. 62. vbi Dd. de iudiciis.

QVORVM BONORUM. Titul. II. C. 8. 2.

1 *Dispositio titulorum sequentium.*
2 *Continuatio huius tituli.*
3 *Verba interdicti.*
4 *Cur dicatur restitutorium.*
5 *Ratio interdicti.*
6 *Differentia inter hoc interdictum & petitionem hæreditatis.*
7 *Cui, aduersus quem ex hoc edicto detur actio.*
8 *Cuiusmodi detur actio, & quid in eam veniat.*

Diximus, † interdicta aut de rebus diuinis, aut de humanis proponi. De diuinis, vt de locis sacris vel religiosis: de rebus hominum interdicta redduntur, aut de iis quæ sunt nullius in bonis, puta de homine exhibendo, aut quæ sunt alicuius. Hæc porrò sunt vel publica, vel singulorum. Quæ singulorum sunt, aut vniuersitatem rerum complectuntur, aut res singulas. 1

¶ Cum autem vniuersalia particularibus amplitudine præstent, prius de his interdictis quæ ad vniuersitatem rerum pertinent, videamus. Quo in genere primum est interdictum, Quorum bonorum. quod licet etiam ad res particulares competant, *l. hoc amplius. 29. de furt. Bar. in l. 1. §. hoc interdict. h. t.* sicuti petitio hæreditatis: *l. licet minimam. 10. de pet. hæred.* tamen sua natura vniuersale est. Huius autem interdicti verba hęc sunt: 2

¶ QVORVM BONORVM EX EDICTO MEO ILLI POSSESSIO DATA EST, QVOD DE HIS BONIS PRO HAERERE AVT PRO POSSESSORE POSSIDES, POSSIDERESVE SI NIHIL VSVCAPTVM ESSET; QVOD QVIDEM DOLO MALO FECISTI, VTI DESINERES POSSIDERE, ID ILLI RESTITVAS. *l. 1. in prin. h. t.* 3

¶ Hoc interdictũ adipiscẽdæ possessionis est, *d. l. 1. in fin.* & restitutorium abusiuè dicitur; quia prætor iubet possessionem restitui, quã bonorũ possessor nunquam habuit. §. *adipiscendæ. versic. ideo. Inst. eo.* Quo in significatu nonnunquã verbũ Reddẽdi accipit: *l. verbum reddẽdi 94. de verb. sig. l. cũ quidã. 24. de leg. a. 2.* vt cum dicimus, reddita nobis literas, quas antea nunquã habuimus. 4

¶ Fuit aũt necessariũ interdictũ hoc ad possessionẽ consequendã. Nã etsi per decretũ prætoris bonorũ possessor, ius & dominiũ hæreditatis taquã hæres adipiscatur: *t. 1. de bonor. poss. l. fin. C. qui admit. ad bon. poss. vide tamen. l. cum miles. ex quib. caus. ma. gl. lat. in fin. art. 25. lib. 1.* tamen possessionem corporalem, si fortè eam alius teneat, quæ facti *l. possessio. 49. de acquir. poss.* est, non habet ex decreto prætoris, sed à possessore ea est pe- 5

tenda : *l.3.§.1.de bonor.poss.l.cum hæredes.23.de acquir. hæred.* qui ad traditionem faciendam interdicto fuit compellendus. A

6 ¶ Quanquam autem petitio etiam hæreditatis hoc casu competat : tamen vtilius est agere ex hoc interdicto, quàm ordinaria hæreditatis petitione. In hoc enim non tam exactæ probationes, vt in ordinarijs iudicijs, requiruntur. *Bar. hîc, & in l.1.C.eod.* Deniq; non potest hîc obijci exceptio dominij: *l.fin.C.eod.* nec à sentẽtia possessionis appellatur. *Bart.in l.1.C.eod.per l.vnic.C.* B *si de moment.pos.c.querelam.de electi.*

7 ¶ Datur actio ex hoc interdicto, directa quidem bonorum possessori, cui specialiter prætor prouidit, vt decretam à se possessionem tueretur: vtilis autem ex interpretatione, cuilibet hæredi, *d. l.1.C.eod.* etiam suo; nam nec in hunc continuari defuncti possessionẽ, verius est: *Bart. Bald. Alb. & Dd. in l.cum miles. ex quib. caus. ma. & in d.l.cum hæredes.33.de acquiren.poss. & in l.suis.* C *11.contra gloss. ibi. de lib.& posth. vide latè Tiraq.in tract. le mort. 3.decl.præfa. numer. 5.& 6.* aduersus eum qui pro hærede eius cuius de hæreditate agitur, vel pro possessore possidet. Nam contra titulo iusto possidentes, cum ne quidem petitio hæreditatis detur; multò minus interdictum competere dicendum est: quod in pari causa & titulo possessor obtinere debeat. *c. in pari.de reg. iur.in 6.§.commodum c.Instit.de interdic.* Qua de re alibi plura traduntur. *Barto.& Doctor.in d.l.licet.* D *de pet.hæredit. & in l. 1. h.tit.in l.fin.C.de edic.diui Adria.tollend.& ∫.l.1.C.eod.* Datur itaq; contra possessores rerum hæreditariarum, non etiam in debitores defuncti; quibuscum personalibus actionibus est agendum, cum nullum in rebus debitis neq; dũ traditis, defunctus ius habuerit: vnde exemplo defuncti cui succedit, personalibus condictionibus hæres exigere eiusmodi debet. *l.2.h.tit.* quanquam petitio hæreditatis, quæ non possessionem facti, sed ius hæreditariũ persequitur, quod certè etiam apud debitorem est, E meritò aduersus hunc detur. *l. etiam. 15. §. fin. de pet.hæred.*

¶ Est autem hoc iudicium vniuersale, sicut & ipsa bonorum possessio siue hæreditas. *l. hæreditas. 63. de reg. iur.* Quo iudicio petitur possessio restitui, hoc est, tradi omnium rerum hæreditariarum, maximè corporalium, *vide Ferra.in for. lib.quo pet.hæredit.ex testa.in prin.nu. 2.* etiam feudalium, vt plerisq; placet: *Dec.consil. 424.quæri-* F *tur.c.1.§.inter.vbi Dd.si de feud.def.Alex. & Ias.in d.l.fin.C.de edict. diui Adrian. tollend.* nec modò earum quæ possidentur, sed etiã quæ dolo culpáue possessoris absunt. verbi gratia: quia passus est vsucapi, vel fraudulẽter alienauit, vt verba interdicti ostendunt: POSSIDERES VE SI NIHIL VSVCAPTVM ESSET, QVOD QVIDEM DOLO MALO FECISTI, VT DESINERES POSSIDERE. Nam eiusmodi fraudatores pro possessoribus habentur: *cap.pro possessore.de reg. iur. in 6.* quia pro possessore dolus est. G *l.qui dolo.17. de reg. iur.* Affine autem huic interdicto est remedium possessoriũ, à Iustiniano introductũ: *l.fin.C.de edict.diui Adria.tollend.* quãquam in quibusdam differat. *vide Ferr. præalleg. loc. Roffred. in libr. de remedio. l. fin. C.de edict.diui Adria.toll.* Hæc autem remedia hæredi necessaria sunt, alio (vt dixi) in possessione existente. Nam si nullus hæreditatem possideat, non opus est hæredi aliqua actione: cũ eam vacantẽ & iacentẽ ipse pro arbitrio & authoritate sua occupare possit: B *Bal.in l.fin.nu.3.vbi etiã Bar.Cyn.Fab. Dec.Ias.C.de edict.diui Adria.toll.Ferra.in for.lib. quo pet.hæred.ex testam.ad verb.iniustè.num. 1. & 4. Innoc.Imol.Anto. de Butr.in c. cum in officijs. de testa.Bartol.in l.2.C.quand. & quib.quart.pars.libr.10. Bald.consil.452.quia libr.4. Socin. cons. 74.quæritur. lib.2.vide latè Tiraqu.in trac. le mort saisit le vif. in 8.declarat.præfat.numer.1.* quemadmodum & iure Saxon. intrare ad viduam defuncti possidentem, atq; ita rei seruandæ causa cũ illa possidere non C prohibetur. *art.22.& 25.libr.1.vbi gloss. per l.si diu. quib.ex caus.in poss.ext.*

QVOD LEGATORVM.
Titulus III.
C.8.3.

1 *Continuatio.*
2 *Cuiusmodi sit hoc interdictum, & quid contineat.* D
3 *Ratio interdicti.*
4 *Regulam, dolo facis, qui petis quod restituere debes, hîs locum nõ habere.*
5 *Primum caput interdicti.*
6 *Cui, aduersus quem hæc actio detur.*
7 *Ad quid.*
8 *Secundum caput.*

HVic † affine est interdictum, Quod legatorum, Vt enim superius ad totam hæreditatem spectat, ita hoc ad partem, quæ ex hæreditate debetur: nempe ad legata, quæ nonnunquam vniuersitatem bonorum comprehendunt. *l.qui quartam.15.l.non amplius. 29. de lega.1.* 1 Est † autem adipiscendæ possessionis interdictum, & continet hanc causam, vt quod quisque legatorum nomine non ex voluntate hæredis, sed propria authoritate occupârit, id restituat. 2 Etenim ‡ æquissimum pretori visum est, vnumquemq; non sibi ipsi ius dicere, occupatis legatis, sed hæc ab hærede petere. *l. 1.in prin. h.tit.vide Camm.lib.1.ti.13. vbi excipit legatum vindicationis, quod compositores omiserunt. distinctionib. qui per legatorum, & l.generibus iam sublatis.* Nam etsi lex ciuile quoddam dominium à morte testatoris transfert in legatarium, *l.à Titio. 66. de furt.* vnde & rei vendicationem habet, *l.1.& 2. C. communia.de leg.* quæ domino tantùm datur: *l.in rem.24.de rei vend.* tamen illud traditione ex iure

iure naturæ confirmari; résque ab alio possessa nõ occupari, sed legitimè peti debet. *l.si ex stipulatione. 5. ∫.de acquir. poss. l.1.§.& parui.∫. quod vi aut clam.l.miles.6.§.qui indicat.sup. de re iud.l.dotis actione. 9. C. sol. matr.* Periculosum enim est, & pessimi exempli, quemque sibi ius dicere. *l.vnic. C.ne quis in sua causa.* A

4 ¶Rediguntur igitur ad hæredem per hoc interdictum ea quæ legatorum nomine possidentur: sic tamen, vt legatariis sit integrum, hoc nomine hæredes denuò conuenire: *dict. l. 1.in prin.* B neque dolo potest videri facere hæres, qui petit id quod restituere debet. nam ea regula in petitoriis duntaxat locũ habet, *l.dolo.8.∫. de doli mali except.* non in iudiciis possessoriis, vt sunt interdicta: in quibus spoliatus ante omnia est restituendus. *cap.1.6.7.& tot.tit.de restit.spoliat.* Deinde vsuuenire potest, vt necesse nõ sit, integram restitutionem ab hærede fieri, neque integra legata solui debeant: vel propter Falcidiam, quam ex iis retinere hæres potest: *l.1.§.si quis.hoc t. vide* C *l.1.C.eod.l.pen.C.ad l.Falc.l.pater filiam: 14. §. 1.l. quod de bonis. 15.§.1.l.filio. 93. ad l. Falc. Nouell. 1. Cuiac.lib.8. cap. 2.* vel quia hæreditas ære alieno grauata est, Creditorum enim potior est, quàm legatorum causa. *l.fin.§.licentia. C. de iure deliberandi.* Duo autum sunt huius interdicti capita: quorum primo quod huc pertinet, ita cauetur.

5 ¶QVOD LEGATORVM NOMINE, NON EX VOLVNTATE EIVS AD QVEM EA RES PERTINET, (VIDELICET HAEREDIS AVT D BONORVM POSSESSORIS,) QVIS OCCVPAVIT, AVT DOLO DESIIT POSSIDERE, ID ILLI RESTITVAS. *d.l.1.in prin. & §. quod ait prætor.1.& 2.*

6 ¶Ex hoc capite actio datur hęredi, bonorúmue possessori, horumque hæredibus: *l. 1.in prin. vers.hoc interdictum.* aduersus legatarios, aut eorum hæredes; *d. l.1.§.legato.* non autem in donatarios causa mortis: *d. l. 1. §. si quis mortis.* nam hi ex voluntate defuncti possident, vt hæredi me- E ritò præferantur: neque interest hæredis restitutionem ad his fieri, cum Falcidiam ipso iure saluam habeat: *in prin.Instit.de donat.l.1.de don.caus. mort.* propterea quòd non ex sua, sed testatoris volũtate possessio translata sit: etiamsi de legatis quæ scienter ab hærede soluuntur, nihil detrahi possit, *l.error.C.ad l.Fal.*

7 ¶Datur autẽ hæc actio in hoc, vt vel res propria authoritate occupatas, conuentus restituat: F vel in id quod interest, cõdemnetur: *l. 2.§.ex hoc interdicto.hoc t.* quod obtinet, cum legatarius res legatas ante hæreditatem ab hærede possessam inuadit. mitius enim cum eo agendum fuit, qui rem iuris interpretatione *l.à Titio.de furt. l. 1. & 2.C. commun.de legat.* suam, à nemine possessam occupasset. Quòd si iam ab hærede possessam violenter subtrahat, aut vi extorqueat, iure legati cadit: *l.non est dubium.5.C.de legat.* exemplo aliorum violẽtorum creditorum. *l.extat. 13.quod met.caus.l.si quis.7.vnde vi.*

8 ¶Secundo capite prætor legatariis aduersus A hæredes consulit, qui cautionem facere detrectant. Nam hæc quæstio præcedenti coniungi permiscerique solet: NISI, inquit, SATIS DATVM SIT LEGATORVM NOMINE, IN POSSESSIONEM MITTAM *l.1.§.pen & fin.l.2.§.1.h.t.* Qua de re plura alibi diximus. *∫. ad tit. vt leg. nomine caueatur.*

NE VIS FIAT EI QVI in possessionem missus erit. Tit. IV.

1 *Continuatio.*
2 *Summa edicti.*
3 *Verba.*
4 *Duo interdicta hinc dari.*
5 *Ad quid.*
6 *An pœnale hoc sit iudicium, vt in hæredes transeat.*

AD † vniuersalia interdicta pertinet & illud, quod redditur ex generali edicto, ne vis fiat ei qui in possessionem missus est: quo† prætor omnes omnium possessiones à se decretas tuetur: promisso interdicto, siue iudicio, aut actione, si edicto non paritum esse dicatur. 1 2

¶Verba eius ita habent: SI QVIS DOLO MALO FECERIT, QVO MINVS QVIS PERMISSV MEO, EIVS'VE CVIVS DE EA RE IVRISDICTIO FVIT IN POSSESSIONE BONORVM SIT: IN EVM IN FACTVM IVDICIVM, QVANTI EA RES FVIT OB QVAM IN POSSESSIONEM MISSVS ERIT, DABO. *l.1.in prin.h.t.* 3

¶Hinc interdictum redditur partim prohibitorium, partim restitutorium. *l.3.§.pen. h.t.* Nã in edicto disertè vis fieri prohibebatur, vt ex inscriptione huius tituli intelligi licet: interdictorum enim inscriptiones, à primis cuiusq; interdicti verbis desumi, palàm est: planè vt probabile sit, non integrum hic edictum in Pandectas à compositoribus esse relatum: sed eam tantùm partem, quæ potissimùm ad interdictũ & actionis speciem pertineret. Ergo & prohibitorium interdictum fuit, ex forma edicti, & etiam restitutorium: quia eiusmodi iudicium prætor pollicetur. iubet enim possessionem restitui: aut nisi factum erit, damnari reum, quanti ea possessio est. *l.1.§.hæc verba.l.2.l.fin.h.t.* 4

¶Hanc actionem, excepta legatorum missione, intra annum competere, & nõ postea, sciendum est; cũ sit pœnalis. Non † enim datur in quãtũ ea missio est, quæ custodiã potius quàm vtilitatẽ misso creditori adfert: sed quãti ea res est, ob quã in possessionem quis mittitur. *l.1.in prin. & §. hæc verb.* Quæ cùm possessione longè sit G impensior, meritò hæc actio pœnalis dicitur: neque enim damnum quod quis ob impeditam 5 6

facto alterius, ereptamque possessionem habet, A sed omne illud continet, cuius gratia possessio decreta fuit. Quare cum supra id quod interest, supráque vtilitatem interuersæ possessionis dãnetur reus, meritò pœnalis censetur actio: eáque ratione nec in hæredes, similésque personas dabitur, nisi in id quod ad eos peruenit: quamuis hæredibus aliísque successoribus nõ denegetur: *l.1.in fin.h.t.* quia à parte agentis, id quod interest, & rei persecutionem continet. Quòd si porrò malit possidere creditor, quàm hoc interdicto suum interesse persequi: melius erit prætorem extra ordinem iure suæ potestatis & nobilis officij decretum exequi, & manu etiam militari creditorem in possessionem mittere. *l.3.h.t. qui restituere.68.de rei vendica.*

DE TABVLIS EXHIbendis. Tit. V. C. 8. 7.

1 *Continuatio.*
2 *Verba interdicti.*
3 *Ad quas tabulas pertineat.*
4 *Conciliatio antinomiæ.*
5 *Cui detur hæc actio.*
6 *Aduersus quẽ, & quando, ea cessante, officio prætoris tabulæ exhibeantur.*
7 *Ad quid detur.* *(transeat.* D
8 *Quandiu duret, & an in hæredes*

1 AD †causam etiam vniuersitatis, nempe hæreditatis, refertur interdictum de tabulis testamenti exhibendis. Nam iis non visis, nihil de hæreditate agi potest. *l.de his.6. de transact. l.1.*
2 *quemad.testam.aperia.* Prætor ait: † QVAS TA„ BVLAS LVCIVS TITIVS AD CAVSAM „ TESTAMENTI SVI PERTINENTES RELI„ QVISSE DICETVR, SI HAE PENES TE „ SVNT, AVT DOLO MALO TVO FACTVM „ EST, VT DESINERENT ESSE, ITA EAS „ ILLI EXHIBEAS. ITEM SI LIBELLVS, „ ALIVD'VE QVID RELICTVM ESSE DICE„ TVR, DECRETO COMPREHENDAM, *l.1.in prin. & §.hoc interdictum.h.t.*
3 ¶Hoc interdictum tabulas duntaxat testamenti, hoc est, cuiuslibet vltimæ voluntatis: *l.1. §.hoc interdictum. h.t. Paul.lib.4.tit.7.* non etiam reliquarum actionum instrumenta concernit, F quorum copia actione ad exhibendum petenda est: *t.t. §. ad exhibendum.* nec ad viuentis testamentum pertinet, sed defuncti, *l.1.§.fin.l.3.§.1. h.t.* Neque tamen solùm in perfecto testamẽto, sed etiam in falso aut imperfecto locum habet.
4 Non † enim de iure scripturæ, sed de ea exhibenda quæritur, vt postmodum de valore eius cognoscatur. *d.l.1.§.siue.* Quòd si & falsum sit, & imperfectum testamentum, idque euidenter ap- G pareat, vel apparere in continenti possit: sanè causa nõ erit, quare interdictum hoc detur, cum agentis interesse nequeat talem scripturam exhiberi: atq; ita accipiendum arbitror Aphricani responsum. *l.si quis legatum.5.ad leg.Corn.de falsis.*

¶Ex hoc interdido datur actio omnibus, quibus aliquid in testamento, vel libello, siue codicillo adscriptũ est, quorúmque interest exhiberi, *l.3.§.interdictum.versi.solùm hoc t.* (nam horum cẽsentur esse tabulæ, *l.2.quemad.testam.aper.* dũmodò iurent, quòd sua interesse credant. *l. eius quod.C.quemadmodum testam.aper.*

¶Datur autem aduersus possessorem vel tabularum detentorem, *l.3.§.1.h.t.* qui negat se tabulas possidere, vel exhibere ob certam probabilémue causam oportere. *l.1.§.1.h.tit.* Nã si quis confiteatur se possidere, nec vllam iustam causam prætendat, quare exhibere non debeat, in hunc prætor interdictum non reddit. Quorsum enim in re aperta & euidenti, cui vlteriore cognitione non sit opus? sed ipse statim ex officio cogere eum debet ad exhibendum. *d.l.1.§.1.l.2. §.fin.§.quemad.testa.aperia.* C

¶Qui ergo negat se habere tabulas, aut exhibere oportere, rectè conuenitur hoc interdicto in id vt eas exhibeat, id est, apprehendendarum copiam apud magistratum faciat. *l.3.§.hoc interdictum. h.t.* Quod nisi factum erit, condemnabitur quanti actoris interest. *d.l.3 § fin.*

¶Interdictum hoc & post annum, & hæredi cæteríque successoribus datur: *dict.l.3.in fin.* non competit autem in hæredes, nisi detineant, aut in dolo malo sint. Nam hoc interdictum rem persequitur, & in vnumquemque possessorem suo nomine cõpetit, vel quia possidet, vel quia dolo fecit, quo minus possideat: vt non opus sit hîc quærere, an in hæredẽ hæc actio detur: idque exemplo actionis ad exhibendum, *l.de eod. 12.§. fin. ad exhibendum supr.* cui hoc interdictum valde est affine, ab eáque tantummodò obiectis & materia differt.

NE QVID IN LOCO sacro fiat. Tit. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Edictum.*
3 *Quid appellatione sacrorum veniat.*
4 *Alterum edictum restitutorum.*
5 *Actionem hanc esse popularem.*

ET † hæc de interdictis quæ vniuersitatem rerum continent. Porrò singularia interdicta pertinent aut ad res public. aut ad priuatas. Publicæ † res vel diuini iuris vel humani censentur. *l.1.de rer. diuis.* De diuinis rebus generale propositum est interdictum, hoc modo: IN LOCO SACRO FACERE, (non ad ornamentum videlicet, sed detrimentum, *Bart.hîc in l.1.*) INVE EVM IMMITTERE QVID, VETO. *l.1.hoc tit.*

¶Appella-

3 ¶Appellatione sacrorũ etiam sancta loca ve- A niunt, quæ violari aut habitari sine permissu Principis non possunt. *l.2.& 3.h.t.* Porrò de religiosis locis alibi, *in tit.de mortuo infer. & de relig. & sumpt.funer.* est expositum. Et hoc quidem in-
4 terdictum prohibitorium, est. Sed † & restitutorium de locis sacris extitisse, author est Vlpian. „ *in l.2.§.locorũ. ff.ne quid in loco publ.* IN LOCO, in„ quit, SACRO NON SOLVM FACERE VETA„ MVR, SED ET FACTVM RESTITVERE IV„ BEMVR, PROPTER RELIGIONEM. B
5 ¶Ex hoc interdicto cuilibet de populo datur actio: *l.si quis in hoc 10.C.de episc. & cler.* quia publicè interest, publica loca sarta tectáq; seruari. *l.2.§.1.ne quid in loco publico.*

DE LOCIS ET ITIneribus publicis. Tit. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Summa huius interdicti.*

1 DE † publicis rebus quæ sunt humani iuris, primò edictum generale propositum est,
2 de locis & itineribus publicis: quo † vetat prætor quid fieri, ad impediendum loci publici vsum: & quolibet postulante, se ad tuendam rempublicam interdicturum pollicetur. *l.1.& tot. h.tit.* D Interdicit autem iis fere modis, qui sequuntur.

NE QVID IN LOCO publico vel itinere fiat. Tit. VIII.

1 *Quæ sint loca publica.*
2 *Verba interdicti primi.* E
3 *Verbum faciendi quomodo accipiatur.*
4 *Quare in factis cesset interdictum.*
5 *Cui, aduersus quẽ, ad quid detur actio.*
6 *Cur specialiter de viis publicis interdicatur.*
7 *Interdictum de viis prohibitorium.*
8 *Restitutorium.*
9 *De non impediendo viæ vsu.* F

1 DE † publicis locis omnibus, id est, iis quæ vtililatibus publicis & singulorum seruiunt, nullius tamen priuati in bonis existunt, sed proprietate ad vniuersitatem pertinent, *l.2. §.1.& 2.hoc titul.* prætor initiò generaliter inter-
2 dicit: NE † QVID IN LOCO PVBLICO „ FACIAS, IN'VE EVM IMMITTAS, QVA „ EX RE QVID ILLI DAMNI DETVR, „ PRAETERQVAM QVOD LEGE SENATVS- G „ CONSVLTO, EDICTO, DECRETOVE PRINCIPVM TIBI CONCESSVM EST „ DE EO QVOD FACTVM ERIT, INTER„ DICTVM NON DABO. *l.2.in prin.h.t.* „

¶Verbum faciendi latè patet, & quoquo mo-
3 do factum comprehendit. *dict.l.2.§.cum quidam. & §.si quis.* Ergo si nihil fiat ad loci detrimentum, sed persona tantùm vsu publicæ rei prohibeatur, puta piscari, cessabit hæc actio, & iniuriarum erit agendum. *d.l.2.§.si quis.*

¶De eo quod factum erit, prætor negat se 4
iudicium daturum, ne videlicet ruinis vibs facilè deformetur: & quia prohibitorium est, non restitutorium interdictum, *d.l.2.§.si quis nemine.* Nam de restituendo specialiter postea interdicit. Quod ita verum est, nisi facilè tolli id quod factum est, possit. *dict. l. 2.§.cum quidam.cum §. sequen.*

¶Rectè autem additur, Qua ex re quid dam- 5
ni detur. Nam si nihil noceatur, cessat interdictum: quia nemo publico vti prohibendus est. *d.l.2.§.1.* Hoc interdictum populare est. Datur enim ex eo cuilibet de populo actio, *d.l.2.§.hoc interdictum perpetuum.* 21. (nam omnium & singulorum, loca publica defendi, interest, *d.l.2.§. 1.*) & quidem actio perpetua, *d. l. 2.§.hoc interdictum.21.* contra naturam actionum popularium. *l.fin.de popul.actio.* Non enim facilè debuit præscribi, quæ publicam vtilitatẽ, eámque pecuniariam continet: nam publica non præscribuntur. *l.2.ff.de via publ.l.competit.C.de præsc.30.ann.§.res fisci.Inst.de vsucap.* Datur autem aduersus quemuis in publico quid molientem, in hoc vt caueat non fieri. *d.l.2.§.si quis nemine.h.t.* Ac ita quidem in genere de locis publicis interdicitur.

¶Quia verò vias publicas (quas libera Re- 6
publica, prætorias vel consulares: post eam ab Augustis occupatam, basilicas & regias appellarunt) nullo modo impeditas esse, multò maximè propter hominum & rerum commeatum Reipubl. interest: de his specialiter prætor interdixit. Et in primis quidem prohibendo ad E
hunc modum: In † VIA PVBLICA ITINE- 7
RE'VE PVBLICO FACERE, IMMITTERE „ QVID, QVO EA VIA, ID'VE ITER DETERIVS „ SIT, FIAT, VETO. *d.l.2.§.ait prætor, in via, &c.* „ Secundò restituendo: QVOD † IN VIA, inquit, 8
PVBLICA ITINERE'VE PVBLICO FACTVM, „ IMMISSVM HABES, QVO EA VIA, ID'VE „ ITER DETERIVS SIT, FIAT, RESTITVAS. „ *d.l.2.§.prætor ait.22.* Restituere est, in pristinum „ statum reducere. *d.l.2.§.restituas.27.* Tertiò † sin- 9
gulariter de non impediendo viæ vsu: QVO MI- „ NVS, inquit, ILLI VIA PVBLICA ITINE- „ RE'VE PVBLICO IRE AGERE LICEAT, „ VIM FIERI VETO. *d.l.2.§.fin.* „

DE LOCO PVBLICO fruendo. Tit. IX.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*

3 *Duo singularia in hoc interdicto.*

1 VT † superioribus interdictis possessiones & vsum locorum prætor tuetur: ita hoc interdicto detentionem siue fruitionem publicæ rei quæ alicui est concessa:

2 QVO † MINVS, inquit, LOCO PVBLICO, QVEM IS CVI LOCANDI IVS FVERIT, FRVENDVM ALICVI LOCAVIT; EI QVI CONDVXERIT, SOCIOVE EIVS E LEGE LOCATIONIS FRVI LICEAT, VIM FIERI VETO. *l.1.h.t.*

3 ¶Hæc actio publicæ vtilitatis gratia ad conseruanda vectigalia, conductoribus publicorum locorum aduersus inquietatores concessa est: *d. l.1. §. 1.* qua suam quasi possessionem tueantur, cũ nullam iure ciuili habeant. *l. si merces. 28. §. 1. l. cum in plures. 62. §. messem. locati. l. 2. C. de præscrip. 30. annor.* Sed & socio publicani datur quod & ipsum singulare est: nam aliàs ex contractu socij non potest socius nisi cessa actione vti. *l. 3. in prin. cum ibi not. ff. pro socio. l. loci. §. si fundus. si seruitus vendicetur.*

DE VIA PVBLICA, & si quid in ea factum esse dicatur. Tit. X.

SEd quia parum est, vsum viarum liberum esse nisi etiam purgentur eæ, & reficiantur, vt vsibus pateant: *l. 3. §. vtilitas. ff. de itinere actúque priuato.* huic quoque rei prouisum est. Vrbanis quidem viis, edicto ædilium Curulium: penes quos harum cura est, qui vetant aliquid immittere, facere, proiicere in viam publicam, quod prætereuntibus aut impedimento aut noxæ esse possit: iubentque vnumquemque iuxta propriã domum viam publicam reficere & purgare. *l. vnica. h. t.* Huc pertinet quod Paulus *lib. 1. tit. 14.* ait: Qui viam publicam exarauerit, ad munitionem eius solus compellitur.

DE VIA PVBLICA, ET itinere publico reficiendo. Tit. XI.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Cui, contra quem detur hæc actio.*
4 *Quare non vtendo via non amittatur.*
5 *Intellectus l. final.*

1 POrrò † viis rusticis purgandis, quarum curam sustinere magistratus vrbicus nequit, prætor in subsidium hoc interdicto consulit:

2 ¶QVO MINVS, inquit, ILLI VIAM PVBLICAM, ITERVE PVBLICVM APERIRE, REFICERE LICEAT, DVM NE EA VIA IDVE ITER DETERIVS FIAT, VIM FIERI VETO. *l.1. in princ. hoc tit. vide Paul. lib. 1. tit. 14.*

3 ¶Si quis specie refectionis viam faciat deteriorem, hoc est, immutet, impunè vim à quouis patietur. *d. l. 1. §. pen.* Hoc interdictum omnibus, & in omnes, ac perpetuò datur. *dict. l. 1. §. final.* 4 Nam † quamuis reliquæ seruitutes negligentia præscribantur: tamen populus non vtendo viam publicam amittere nequit. *l. 2. hoc t.* Etenim publica vt nec alienari, ita nec præscribi possunt, exemplo rerum fiscalium, *§. res fisci. Inst. de vsuc.* vel potius regalium, quæ nunquam præscribuntur. *l. comperit. C. de præscr. 30. annor.* Quanquam & illud dici potest, commeatum per viã publicam meræ esse facultatis: quæ autem sunt eiusmodi, in præscriptionem non cadunt. *gloss. fin. in l. solent. in fin. de off. procons. Bart. in l. cum de in rem verso. de vsur. l. si certis. 28. C. de pact. Bart. in l. pignori. de vsufruct. tex. in l. suus quoque. §. fin. de hær. instit. & l. fin. C. de cond. in. vide Fran. Bald. in tract. præscrip. in 4. parte, 5. part. princ. num. 12. cum sequen. Tiraq. de retract. conuentio. §. 1. gloss. 2. num. 21. 22. cum seqq.*

5 ¶Sanè, si quis reficiendo, viam publicam, hoc est, lutum viæ, in agrum vicini reiecerit: actio viæ reiectæ quanti eius interest, cuius fundo iniuria irrogata dicitur, competit. *l. fin. h. tit.* Instauratio enim sine cuiusque iniuria aut damno facienda est.

DE FLVMINIBVS, NE quid in flumine ripáue eius fiat, quò peius nauigetur. Tit. XII.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum prohibitorium.*
3 *Interdictum restitutorium.*

1 FLumina † cùm publica sint, *§. flumina. Instit. de rerum diuisio.* de iis quoque interdicta proposita hîc enumerantur. Ac primùm generalia, quorum alterum est prohibitorium:
2 NE † QVID IN FLVMINE PVBLICO RIPAVE EIVS FACIAS: NE QVID IN FLVMINE PVBLICO, NEVE IN RIPA EIVS IMMITTAS, QVO STATIO ITERVE NAVIGII DETERIVS SIT, FIAT. *l. 1. in prin. hoc tit.* Alterum † restitutorium:
3 QVOD IN FLVMINE PVBLICO, RIPAVE EIVS FIAT, SIVE QVID IN ID FLVMEN RIPAMVE EIVS FACTVM VEL IMMISSVM HABEAS, QVO STATIO ITERVE NAVIGIO DETERIOR SIT, FIAT, RESTITVAS. *dict. l. 1. §. deinde ait prætor.* Flumen publicum nostri ita definiunt: vt sit illud quod in publico oritur, & perpetuò fluit: *gloss. in dict. l. 1. §. fluminum. verb. publicum Bart. in l. quo minus. nu. 2. & 22. hoc t. & in l. nemo. verb. flumina. de rer. diuis. Bald. in Rubr. num. 5. & l. item. num. 2. & 5. eod. tit. & c. 1. §. si quis de mans. de cont. inuest. Bart. in trac. Tyberiad. ver. flumen. in princ.* sed verius videtur, cum etiam priuata eiusmodi esse possint, maximè priuilegio vel consuetudine acquisita; *Cæpoll. de aquæduct. nu. 28.* ea habenda publica, quæ sunt de regalibus: *c. 1. verb. flumina quæ sunt regal. Iacob. in tract. feud. verb. flumina. nu. 1. & 2.* vt plerunque nauigabilia, & quæ nauigabile aliud faciũt, *l. 1. cum seqq. hoc tit.* ac ad Principem iure superioritatis pertinent: *Bart. in l. quo minus. num. 4. hoc t. Iac. præalleg. loc. dixi in §. flumina. Instit. de rer. diuis.* vsu verò singulorum patent commodis & vsui. *d. §. flumina. l. 2. 4. de rer. diuis. ff. vt in flumin.* nõ etiam commercio, *d. §. flumina. vbi Fab. & Dd. §. vlt. Inst. de emp. l. sed Cels. 6. l. si in emptione. 34. §. omnium. l. littora. de con. emp. gl. in l. 2. de re. diuis.* hoc est, iuri emendi, acquirendi, alienandi, *Vlp. tit. 19. &c.*

NE QVID IN FLVMINE publico fiat, quò aliter aqua fluat, atque vti priore æstate fluxit. Tit. XIII.

1 *Continuatio, & ratio interdicti.*
2 *Interdictum prohibitorium.*
3 *Eius explicatio.*
4 *Interdictum restitutorium.*

1 POrrò † quia de flumine non nauigabili, aqua duci potest: *l. quo minus. ff. tit. 1. l. 1. §. quod autem. hoc titul. l. 3. in prin. & §. final. ff. de aqua quotidia. & æstiua.* eapropter ne deriuationibus, cõstructione molarum, aliísque eiuscemodi operibus flumina exarescant, aut cursus eorum mutetur, aut depressior vel artior fiat aqua, in detrimentum vel publicum vel accolentium: de ea quoque re dupliciter prætor interdicit: primùm prohibendo:
2 IN † FLVMINE, inquit, PVBLICO, INVE RIPA EIVS FACERE, AVT IN ID FLVMEN RIPVMVE EIVS IMMITTERE, QVO ALITER AQVA FLVAT QVAM PRIORE AESTATE FLVXIT, VETO. *l. 1. in prin. h. t.*

3 ¶Hoc interdictum etiam ad deriuationes inconcessas, vt quæ fiunt ex flumine nauigabili, pertinet: itaque nihil refert, quod ad hoc interdictum attinet, nauigari flumen possit an non. *d. l. 1. §. 1.* Idcirco aiunt, prætorem æstatem comprehendisse: quia semper certior est propter hybernas eluuiones, naturalis fluminum cursus æstate quàm hyeme. *d. l. 1. §. is autem.*

4 ¶Secundò interdicit restituendo: QVOD, inquit, IN FLVMINE PVBLICO, RIPAVE EIVS FACTVM, SIVE QVID IN FLVMEN RIPAMVE EIVS IMMISSVM HABES: SI OB ID ALITER AQVA FLVIT, ATQVE PRIORE AESTATE FLVXIT, RESTITVAS. *d. l. vnica. §. pen.* Hæc interdicta, vt & superiora, popularia atque perpetua sunt, *d. l. vnica. §. hoc interdictum.* & in hæredes competunt. *d. l. 1. §. pen.*

VT IN FLVMINE PVblico nauigare liceat. Tit. XIV.

1 *Continuatio.*
2 *Interdicta duo.*
3 *Eorum explicatio.*

1 VT † suprà prohibuit vim fieri prætor, quo minus quis via publica vtatur: ita hîc vetat vsum nauigationis fluminísue publici impediri:

2 QVO † MINVS, inquit, ILLI IN FLVMINE PVBLICO NAVEM RATEM AGERE: QVOVE MINVS PER RIPAM ONERARE, EXONERARE LICEAT: VIM FIERI VETO. ITEM VT PER LACVM, FOSSAM, STAGNVM PVBLICVM NAVIGARE LICEAT, INTERDICAM. *l. vnica. in prin. h. t.* Item ne cui vis fiat, quo minus pecus ad flumen publicum ripámue fluminis publici appellat. *d. l. vnica. in fin.*

3 ¶Quæ locum habent in fluminibus & ripis publicis: nam secus est in priuatis. *d. l. vnica. §. 1.* Priuata enim Flumina nihil differunt à cæteris bonis. *l. 1. §. 1. ff. de flum.* Illud etiam sciendum: si quis stagnum vel lacum publicum conduxit: si piscari prohibeatur, eum vtile interdictũ ob vectigalis fauorem habere: *d. l. vnica. §. pen.* sicuti & conductores locorum publicorum. *tot. titul. ff. de loco publ. fruen.* Quanquam & iniuriarum actio iis detur, qui piscari prohibentur. *l. 2. §. si quis. ff. ne quid in loco publ. l. iniuriarum. 13. §. fin. de iniuriis.*

DE RIPA MVNIENda. Tit. XV.

1 *Continuatio, & ratio.*
2 *Interdictum.*

1 QVemadmodum † de via publica reficienda interdictum propositum est: sic etiam de ripa fluminis munienda prætor interdicit. Ripas enim fluminum publicorum refici & muniri, vtilissimum est, ne damnũ agris excursu aquarum detur.

2 ¶QVO MINVS, inquit, ILLI IN FLVMINE PVBLICO, RIPAVE EIVS OPVS FACERE, RIPAE AGRIVE QVI CIRCA RIPAM

" EST, TVENDI CAVSA, LICEAT: DVM
" NE OB ID NAVIGATIO DETERIOR FIAT:
" SI TIBI DAMNI INFECTI IN ANNOS
" DECEM VIRI BONI ARBITRATV VEL CAV
" TVM VEL SATISDATVM EST, AVT PER IL
" LVM NON STAT, QVOMINVS VIRI BONI
" ARBITRATV CAVEATVR VEL SATISDE-
" TVR: VIM FIERI VETO. *l. vnica in prin. hoc tit.*

DE VI, ET DE VI ARmata. Tit. XVI.

C.8.4.5.

1 *Continuatio.*
2 *Dispositio sequentium titulorum.*
3 *Quare primò de vi interdicatur.*
4 *Duplex fuisse interdictum olim, & vim duplicem.*
5 *Interdictum de vi priuata.*
6 *Interdictum de vi publica.*
7 *Quare vnam tantùm interdictam in Pand. relatum.*
8 *Interdicti verba.*
9 *Eorum explicatio.*
10 *Quamdiu duret hæc actio.*
11 *Cui, & aduersus quem detur.*
12 *An in singularem successorem.*
13 *Ad quid detur: & de aliis remediis recuperandæ possessionis.*

1 ET † hæc quidem tuendis Rebuspub. interdicta prodita sunt: nunc de iis quæ ad res
2 singulorum pertinent agamus. Cuiusmodi † interdicta omnia aut rei familiaris tuendæ causa,
aut iuris conseruandi, aut officij gratia propo-
3 nūtur. *l.2.§.1.ff.de interdict.* Rei † familiaris tuendæ causa interdicit prætor primo loco de vi: quia non modò priuatim, sed etiam publicè interest, vim coërceri. Cui argumento est, quòd huius criminis rei etiam publico l. Iuliæ iudicio de vi publica aut priuata conueniantur. *l. 1. §.1. h.t.tot.tit.ff. & C.ad leg.Iul de vi publ.& vi priuat.*
4 Sciendum † autem est, olim duplex ea de re extitisse interdictum, vt & duplex iudicium criminale. *d. t.ff. ad l.Iul.de vi publ.& tit. ad l.Iul. de vi priuat.* Nam & ipsa vis bifariam inseritur, & duplex est: quemadmodum inscriptio huius tituli ostendit, De vi & vi armata. Altera simpliciter vis, nullo addito; aut vis priuata, siue quotidiana dicitur. *Cic. pro Cæcin.* Hæc fit sine armis: & quia leuior est, de ea prætor cum exceptione vitiosæ possessionis olim interdicebat, ad hunc ferè modum:

5 ¶ VNDE TV, VEL FAMILIA TVA, VEL
" PROCVRATOR TVVS ILLVM VIDEIF-
" CIT, CVM NEC VI, NEC CLAM, NEC
" PRECARIO A TE POSSIDEBAT, EO RE-
A STITVAS. *Cic. pro Cæcin. & Paul. lib. 5. Sententia. tit.6.§.vi aut clàm.* Cuius interdicti vestigia non obscura etiamnum in responsis Iurisconsult. deprehendere licet. *l.1.§.vi possidere.§.qui à me vi.§. eum qui.l.sed si vi armata.14.l. cum fundum. 18.h.t.* Itaque qui vitiosè olim possidebat abs aduersario, ab eodem etiam vim impunè patiebatur. *Paul.lib.5.tit.6.*

¶ Altera vis atrox, siue publica, siue armata 6
nominatur: quoniam fit adhibitis armis. *§.sed ex constitutionib.Inst.de interdict. §. item lex Iulia.Inst.de publ.iudiciis.* Ideo autem publica est, quia
B qui armis violenter grassatur, & ciues Romanos pulsat, aut bona eorum inuadit, ius ciuium publicum & pacem violare communem, accendereque seditionis faces videtur. Deinde & contra publicas cōstitutiones facit, qui armis ad alium vsum abutitur, quàm qui concessus est. *Nouell. constitu.de armis. l. 1. ad leg. Iuliam de vi pub.tot.tit. C.vt armo.vsus.lib.11.* Meritò igitur hoc crimen publicum est: quia ad Rempubl. pertinet. *l.3.h.t.*
C *l.3.l.lege Iulia.l.qui dolo. §.fin. ad leg. Iuliam de vi pub.* Et proinde prætor propter atrocitatem facinoris, vt ait Vlpian. *d.l.1.§.interdictum.* in hoc sine exceptione vitiosæ possessionis interdicebat, iubebátque ante omnia spoliatum restitui. *Cic.in dict.oratio. pro Cæcin. l.1.in prin.h.t.l.si quis ad se.C.ad leg.Iul.de vi publ.*

¶ Postea cum priuatæ etiam violentiæ in tanta morum depraua tione, quę in dies sub Augustis creuit, inualescerent: placuit tandem qua- 7
D cunque violētia spoliatum ante omnia restitui; nullo ad id habito respectu, fuerit ne eius possessio iusta, an non. *l.si quis emptionis.§.in hac.C. de præscript.30.anno.cum similib.tot.tit. ex. de restit. spoliat.* Quare factum est, vt abolito priore interdicto, quod exceptionem vitiosæ possessionis complectebatur, vnum tantùm sine exceptione interdictum in Pandectas sit relatum, cuius etiā solius in Institut. *§.recuperandæ.Inst.de interdictis.* fit mentio. Verba † huius hæc sunt: VNDE TV 8
E ILLVM VI DEIECISTI, AVT FAMILIA
" TVA DEIECIT; DE EO, QVODQVE ILLE
" TVNC IBI HABVIT, TANTVMMODO IN-
" TRA ANNVM: POST ANNVM DE EO
" QVOD AD EVM QVI VI DEIECIT, PER-
" VENERIT, IVDICIVM DABO. *l.1.in prin. hoc tit.Cic.pro Cæcinn.*

Vnde.) de loco solo cohærente accipe. *d.l.1.§. hoc interdictum.* Nam † ad res mobiles, puta nauē 9
F ex qua quis deiicitur, hoc interdictum non pertinet. *l.3.§. pen. h.t. Anchor.cons.248.ad prædicta. nu.3.* cum in his sufficiant actio & condictio furti: *d.l.1.§.illud.* nisi cum, fundo restituto, nihilo tamen minus illæ absunt: *l.1.§.si fundus.Bar.in l. qui possessionem.nu.4.h. t.* sed solummodò ad immobiles, & vtiliter etiam ad iura incorporalia, *Bart.in l.1.§.vnde vi.h.tit.* quæ pro immobilibus habentur, *gl. in l. fin. C.in quib. cau. in integ. rest. non est.l.aiì prætor.§.1. de iur.dot. gl.in c.2. in verb. iura. de rebus Eccles. non alie. lib. 6. per l. final. C. de long. temp. præscr.* vt est iurisdictio, *c.querelam. de electio.*

de electio.Bart.in l.fin.5.quorum bonorum. Papin.in for.lib.in caus.spol.poss.§.num.11. seruitus, &c. extenditur. *num.11.* Deiecisti.) aut etiam prohibuisti accedere. *d. l.§.si quis tamen. & §. quod seruus. l.3.§.1.in fin.hoc tit.l. peregrè.§.fin 5. de acquir. possess.* Aut familia tua.) Sed etiam deiecisse is videtur, qui mandauit, vel iussit, vt aliquis deiiceretur: *d. l. 1. §. deiecisse.* dummodo factum fuerit subsecutum. Facti enim atrocitas requiritur, *l.1.§.interdictum.hoc tit.l.metum.9. C.de his quæ vi.* nec verba sufficiunt: *l. si quis vxorem. §. neque. de fur. Anchor.consil.148.num.2.* quanquam denegatio iuris aut restitutionis, aut sequestratio, vim spoliationis habent, quia facti magis sunt. *l.si quis conductionis.C.de loca.l.colonus. l. vim facit. hoc tit.c.Pisanus.de rest spo.Innoc.in c. querelam. de elect. Dyn. in c. qui ad agendum. de reg.iur. in 6. Anch.d.consil.148.ad prædicta.num.2.3.4.*

10 ¶ Quod autem additur, de eo quod ad spoliatorem non peruenit, scilicet qui non possidet (nam in possessorem videtur etiam olim perpe tua fuisse actio, *Cuiac.lib.obs.5.cap.20.l. si mulier. 21.in prin.quod me.caus.*) annalem tantùm esse actionem, quia pœnam scilicet continet; *l. in honorariis 34.de oblig. & act.l.vlt.de eden. in prin.Instit.de per.& temp.act.* neq; iure Pontificio, neque vsu nostro obtinet, cùm perpetuò de vi indistinctè agi possit. *c.redintegranda.3.q.1.*

11 ¶ Ex hoc interdicto actio competit cuicum- 11
que qui deiectus est, & qualicunque possessori, D
siue animo, siue corpore, siue naturaliter, siue ciuiliter, possedit. *d.l.1.§.deiicitur.§.interdictum. & §. si quis tamen.* Sed & ei qui suo nomine (nam secus si alieno, *Panorm.in c.2.c.contingit.de dol.& cont.& in c.1.de sequestr.*) detinet, vt vsufructuario, datur, *l.3.§.vnde vi.h.t.* & horum omnium successoribus. *d. l. 1. §. interdictum.vers.hoc interdicto.* Interdicitur autem aduersus eum qui deiecit; siue possideat, siue non. *l.si vi me.15.d.l.1. §.quod autem. h. tit.* siue iustam possessionis causam habeat, puta quia antea deiectus, vel do- E
minus est: siue non habeat. *l. 3.§.cum igitur. l. qui possess.17.h.t.§. recuperandæ. Instit. de interdictis.* In hæredes duntaxat, in factum, quatenus ad eos peruenit. *l. 1.§.vlt.cum ll seqq.h.tit. l. in honorariis.de obl.& act.l.2.C. vnde vi. quanquam gloss. magno.l. vnic.C. ex delict. defunct. existimet aliam esse in factum actionem, perperam omnino. vt l. præ-*
12 *tor.§.nonnulli.de no.op.nunci.* In † singularem autem successorem, puta emptorem, donatorem, F
legatarium, & c. non transit iure ciuili: quia personale est interdictum, & soli vim facienti, vt verba indicant, intentatur. Iuris verò Pontificij remedia in hanc rem prodita, quemcunq; possessorem persequuntur. *c.sæpe.de restit.spoliat.d.c. redintegranda.*

13 ¶ In id autem competit, vt possessio restituatur cum omni causa, quam habuisset spoliatus, si deiectus non esset. *d l.1.§. eum qui.§. non solùm. h.t.l.qui restituere.de rei vend.* Vnde & earum rerum quæ amissæ sunt, æstimatio debetur: *d.l.1.* G
§.quod autem.l.penul. h.t. quam actor iureiurando suo facere potest: *l.si quando.C.vnde vi.* etiāsi paulò aliter iure Saxonum obseruetur. *lib.3. art. 47.* Sed & volente actore, aut si reddi possessio nequit, condemnatio tota in æstimationem concipitur. *l. in interdicto.6. l.si vi me deiecerit.15. l.1.§.quod autem.vers.fin.h.tit.vt in l.vinum. si cert. pet.* Etsi autem de vi in hoc iudicio quæritur: tamen quia rei persecutorium est, existimationem non lædit *l.neque.13.h.t.* ipso iure, quamuis
B de facto grauet: vnde contra patronum, *l.1.§. antepen.h.t.l.2.l.licet.7.de obseq à lib. præstan.* aut dominum feudi, *Bald.in c.1.§ fin. num.15.de prob. feud.alien.per Feder. Feudistæ in c.1.§.si verò. de mil. vas.qui cont.est, Panor. & Fel.in c. cæterùm. de iud.* nō datur. Minus tamen hodie hoc interdictum frequentatur, cùm alia locupletiora remedia postmodum sint inuenta: *Spec. in tit.de rest.spol. Ias.in l.si quando.C.vnde vi.* vt primò, imploratio officij iudicis, vt fiat restitutio: *l. Aquilius.27.de*
C *donat.c.cum ad sedem.15.de rest.spol.c.quia.11.de iud. c.bonæ.de appell.gloss.in l. & non tantùm. de petit. hær. Spec.de rest.spol. §. 1. Coras.in l. naturaliter. §. nihil commune.num. 40. de acquir. poss. Ripa. in c. sæpe.num.9.de rest.spol.* quæ non modò intra annum possessoribus conceditur, vt interdictum vnde vi, sed etiam nudis detentoribus, *gl.in d.l. Aquilius. Cast.in l.rem quæ nobis.de acquir. poss.* vt colonis, commodatariis, *Panor.in c.cum contingat.nu.18.19.20.de dol.& cont.& c.1.num.13. de sequestr.&c.&* quidem perpetuò, *l sicut. vbi gloss. ad verb.prosecutione.& Bart.num.1.C.de præscript. 30. ann.* nec exceptione proprietatis aut reconuentionis *Bal.in l.incerti.nu.17.C.de interd.* elidi potest. *c.in literis.5. de rest. spol. c. porrò. de diuor.c. ad decimas.de rest.spol.in 6.Oldr.consil.199.* secundò, remedium canonis: quod in singularem successorem datur: *c.sæpe.de restit.spol.* tertiò, amplissimum remedium canonis Redintegranda; *c.redintegranda 3.q.1.* quod indistinctè omnibus vim passis; *Bart.& Dd præcipuè Socin.in l.rem quæ nobis.de acq.poss.* de re etiam mobili, & quouis modo ablata, *d.c.redintegranda. vbi Arch.* sine vlla temporis præfinitione, *d.c.redintegranda. Pap.in for.lib.turba poss.in prin.nu. 9.* aduersus quemlibet etiam bonæ fidei possessorem datur: *c.cum Ecclesiæ.3.q.2.Innoc.in c.querelam.de elect. Cano.in c.cum ad sedem.& c.sæpe. de rest.spol. Bart. in l.rem quæ nobis.de acq.poss.* quartò, quatuor conditiones nouis Impp. constitutionibus introductæ. *ext.si quis in tātam.C.vnde vi.ex l extac.de eo quod met.caus.& l.creditores.de vi priua.ex l.fin. C.vnde vi.ex l.si coloni.14.C.de agric.& cens lib.11.* Affinis huic interdicto est etiam cōdictio incerti, & interdictum restitutorium de clandestina possessione: *l. 1.§.restituas. ff.tit.1.l.vlt. C.de act.empt.l.si pignore.de pig.act.l.communi.7.§.Iulianus. com. diuid.* quæ apud Cuiac. virum doctiss. videre licet explicata. *in l.4.ver.quando.interdict.de vsucap. Cuiac.obser.lib.5.cap. 17. & 20.*

VTI POSSIDETIS.
Titul. XVII.
C. 8. 6.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Quare de rebus mobilibus propositum sit interdictum Vtrobi.*
4 *Quid sit quod nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduersario possidere oporteat.*
5 *Cui, aduersus quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*
6 *Affinia & contraria.*

1 POst † iudícium possessorium recuperandæ, in quo publica etiam vertitur causa; sequitur interdictum retinendæ possessionis, quod omnino rem familiarem, id est, ius quod est in bonis & acquisitæ iam possessionis, tuetur.
2 Ait prætor: „Vti † eas ædes quibus de agitur, nec vi, nec clàm, nec precario alter ab altero possideris; quo minus ita possideatis, vim fieri veto. de cloacis hoc interdictum non dabo; neque pluris quàm quanti ea res erit, intra annum, quo primùm experiundi potestas fuerit, agere permittam. *l.1.in prin.h.t.* Loquitur prætor de ædibus, hoc est, de rebus soli.
3 Nam † ad res mobiles pertinet interdictum Vtrubi: quod necessarium hîc fuit, etiamsi non interdicto superiore: cum deficiant actiones ordinariæ, quarum suprà *tit.1.num.9.* facta est mentio, & quæ pro vi ablatiua dantur. non enim hîc de ablata, sed de turbata tantùm possessione agitur: quo nomine nec condictio furti, nec vi bonorum raptorum, nec actio ad exhibendum intentari potest, vt cùm vi res sunt ablatæ. Est tamen hoc interdictum, Vti possidetis, etiam in retinenda rerum incorporalium (quæ immobilibus annumerantur, *l.iubemus.14.C.de sacrosan. Eccles. vide s̄.de rer.diuis.*) possessione non inutile. *l.fin.h.t.c.licet.de probat.l.sicut.8.§.Aristo.si serui. vend.* Nec vi, nec clàm, nec precariò, id est, sine aliquo vllo vitio.
4 Nam † his tribus modis vitiosè seu mala fide possidetur. *l.Pomponius.§.1. de acq poss. & sup.tit.1.Cuiac.ad l.4.§.vltim.de vsucap.* Itaque si quis vi ab aduersario possideat, in hoc interdicto succumbit; quia iuris interpretatione possidere non videtur: *l.non videtur.22. s̄. de acquir. poss.* & eius aduersarius, qui ciuilem adhuc possessionem habet, id est, iure ciuili pro possessore habetur, *l.si quis vi.17.de acquiren. possess.* meritò in hoc iudicio obtinet. *l.1.§.fin.l.2.l.3.h.tit.* Vnde quamuis Iustin. requirat ad victoriam, vt litis contestatæ tempore possideatur: *§.quorum. Instit.de interd.* tamen quoniam pinguiora iuris

A Pontificij remedia his possessoriis iudiciis permiscentur, eò iam vsu obtinuit, vt sufficiat probare antiquiorem possessionem: ex eo enim præsumitur alterius violenta, nisi contrarium probetur, *c.licet.extra, de proba.Bald.in l.penul.C. si à non comp.iud.Fran.Bald.in rep.l.Celsus.in prin. & num.48.de vsucap. Alex. consil.6.circa processum.vol.3.& consil.103.super.nu.1.vol.7. Matth.de Aff.decis.Neap.327.fuit bene.num.2.Item Goden. 17.mat.feud.consil.13.quidam.num.7.& 8. Corn. consil.35.circa num.17.vol.1.& consil.18. visa.nu.3. eod.lib.* B De cloacis prætor hoc interdictum non dat: quia de iis specialiter edixit: s̄. *tit.de cloacis.* neque pluris quàm ea res est, hoc est, quantum interest turbationem & vim factam non esse. Additur, intra annum: quod scilicet tempus determinatum est, quando ad interesse agitur pro turbata antea possessione. Visum est enim hoc sufficere, cum neque vis magna sit sicuti ablatiua: *de hac & quinq; speciebus violentiæ vide glo.in l.1.verb.persecutione. vbi Dd. C. de his quæ vi met. &c.* C & respectu rei ad quem nihil peruenit (non enim de re amota ereptáue agitur) pœnalis sit actio; quæ meritò anni spacio finitur. *Inst. de perp. & temp.act.per tot.l.in honorariis.34.de actio.* Cæterùm de turbatione continua & durante, semper potest agi, quia perpetuò præsens est turbatio: *Bart.hîc.in princ.nu.11.* vt & de illo quod ad turbatorem peruenit. *Bart.in l.1.in prin.num.10.* D *& h.t.per l.pen.s̄.de interdict. l.si mulier.21.§.1. verb.nullo tempore ratum habet.quod met.caus. Cuiac.obser.lib.5.cap.20.*

¶Ex hoc edicto datur actio ei qui suo nomine possidet, non qui alieno: *l.3.§.creditores. & §. cum inquilinus.h.tit.* qui enim alterius vice detinet, verè possessor non est. *l.1.§. antepen. de acq. poss.l.2.C.de præscr.30. anno.* Nec interest, ciuiliter quis an naturaliter possideat, an iustam habeat possidendi causam, vt qui antiquiorem possessionem allegat. *c.licet.9. de probat.* E Iuris enim interpretatione is pro possessore est, *l.si quis.17. de acquir.poss.* non ille qui iniustè occupauit: *c.ad decimas. vbi Gemin. num.13. de restitut. spol.in 6.* quem adeò interdictum non adiuuat, vt etiam disertè excipiat, in verbis, non vi, non clàm, neque precariò. Nam in eo vehementer falluntur Dd. quòd hoc remediū ei qui deiectus est possessione, neutiquam dari arbitrentur, sed solummodò superius illud de vi. F Atqui cum illud etiam ei qui in possessione turbatur, competat: *l.vim facit.11.s̄.tit.1.* cur non ediuersò etiam hoc detur per vim deiecto? quod ipsa exceptio interdicti ostendit, dum docet eum hîc succumbere, qui vi ab alio possidet: *l.1.& l.3.h.t.§.quorum.Instit.de interd.* atqui non possidet vi, qui turbat tantùm alium, sed qui deiicit. *l.1.§.vi possidere.s̄.tit.1.l.clàm possidere.6.§.final.de acqu. poss.l.si id quod.§.final.eod.tit.* Si vi à me possides, inquit Paulus, *l.3 in prin.h.t.* superior sum in hoc inter- G dicto: quod de eo qui vi expulsus est, interpretatur Iustinianus. *in §.quorum.Inst. de interd.* Quare vt 5

re vt rem vno verbo expediam, vi deiecto superius datur interdictum, cum cedit aduersario possessionem, & se eam amisisse fatetur: hoc verò, cum illam animo retinet, & se prò possessore gerit. Etsi enim naturaliter amittit possessionem is qui deiectus reuerti timet, *l.3.§.si quis.cū §.seq.l.sed si nolit.7.l si id quod.25.§.fin. de acquir. poss.* quoniam & corpore amisit: tamen ciuiliter, hoc est, ciuili interpretatione, & quo ad ius agēdi, nisi velit, non amittit; *vid.Cuiac.contrà tenentem in l.4.verb.vacuam.de vsuc.* quia spem certam habet, se à magistratu in possessionem, qua iniustè deiectus est, restitutum iri. *d.l.si quis.17.de acqu.poss.idq; etiam sensisse videtur* Innoc. *in c. veniens.de præscr.c. ad decimas. vbi Geminia. num.13. de restitut.spol.in 6.* Huic igitur certè dandum est hoc interdictum, *fac.l.vnic. in verb. transferendæ possessionis.*C. *eod.tit.* cùm antiquiori possessori, qui etiam multo tempore non possedit, hanc actionem competere, eúmque in hoc iudicio obtinere, apud Dd. in confesso sit; *c.licet.ex. de probat.Bart.in l.3.nu.4.h.tit.Ferra.in for.lib.tur.possess. verb.ad cessandum.num.5.& 4.h.tit. vide quæ s̄. de eadem re sunt allegata.* Inter fructuarios quoque hoc interdictum redditur, *l.final.h.t.* quamuis hi detineant verius quàm possideant: *glo.& Dd.in l.naturaliter.12.in princ. de acquir.possess.* possident tamen naturaliter, *l.3.h.t.l.si plures. 9. §.deiectum. cum ll.seqq sup.tit.1.l.Attilius. de donat.l.naturaliter.de acq.poss.* & suo iure. Ex quo sequitur, etiam detentoribus, nedum possessoribus hoc interdictum vtile esse; dum tamen suo iure teneant, non etiam si alieno: vt colonus & similes: *l.3.§. creditores.h.t.l.1.§.deiicitur.de vi & vi arm.Fab.in §.retinendæ.num.7. Instit.de interdict.* Seruitutum reliquarum nomine, vt quæ per se possidentur, *vide Cuiac.ad l.4.verb.si viam.de vsucap.* non hoc interdictum, sed alia dantur. *vide infr.de itin.ac. pri.de aqu. quo. de riu. de fonte, de cloac.l.quoties.de ser.l.vlt.quem.ser.amit. l.2. §.vlt. de superficiebus.* Causa autem προκαταρκτικὴ, quare hæc actio possessori detur, est vis seu turbatio: nec interest quomodo ea fiat, vi, an clàm, an alio quouis modo: *l.3.in prin.& §.1.h.t.* necesse est tamen turbationem fieri in ea possessione, quam suam esse actor allegat, *l.3.§. item videamus. hoc tit.l.fin. quod vi aut clàm.* Nam si aliud possideat actor, in alio fiat turbatio, cessabit hoc interdictum. *d.l.3. §.Labeo.& §. item videamus.* Ex separatis enim nihil rectè infertur. *l.Papinianus. 20. de minorib.* Datur autem hæc actio aduersus quouis modo turbantem, & impedientem quo minus quis vti possessione possit: *d.l.1.§.huius.l.3. §.cum inquilinus.h.t.* vt si quis fructus agri colligat, colonos pastorésve expellat, damnum det, depopuletur fructus, vel decerpat, *l.3.§.item.h.t. Ferra.in for.lib. turb. poss.ff.ad verb. ac præsentialiter turbat.* &c. dum tamen re ipsa turbet, non tantùm verbis. *Fab.in §.retinendæ.num.11. Instit. de interd.* Nam facti atrocitas requiritur: *l.1.§. interdictum. s̄.tit.1.Anchor.consil.248.ad prædi:num.2.* vbi autem facto opus est, verba non sufficiunt. *l.Iulia-*

A *nus.§.offerri.de act.emp.l.peculium.1.§.fin.de pecul. l.1.§.tulisse.de S.C.Syllan.* Quare si quis minitetur se turbaturū, iniuriarū potius quàm hac actione tenetur: *c.querelam.24. de elect. l. qui pendentem.§.fin.de act.empt.l.iniuriarum.§.vlt. de iniur.* nisi sit is qui facilè minas exequi possit, vt formidine eius possessor minus rectè colere, aut idoneos colonos pastorésue inuenire possit. *Bart.in l.1.§. hoc interdictum.num.3. hoc tit. Fab.in §. retinendæ. num.17. Inst. de interdict.* Eo tamen ipso quòd B quis se huic interdicto opponit, quasi ius habēs in possessione litigiosa, turbare videtur, & tenet eum hæc actio. *Fab.in d.§.retinendæ.nu.24.Spec. de act.§.super. vers.1.per l.3.§. illud. quod vi aut clam l.is qui se obtulit. 26. cum ll. seqq. de rei vend.* Quinetiam non modò contra turbātem, sed etiam aduersus eum cuius iussu mandatóue turbatio facta est, vtiliter hoc interdicto experimur, *l.is qui.11.§.si tutoris.vbi gl.& Bar.l.aut qui aliter.§.hæc verb.quod vi aut clàm. Ferrar. in for.lib.* C *turb.poss.ver animo.n.2.* & quidē ad interesse, cautionémq; præstandam, pro turbatione præterita: *l.1.in prin.vbi* Bart.*h.tit.* pro præsente verò in id agitur, vt aduersarius à turbatione desistat, & cautionem *de hac cautione vide* Bart. *& Dd. in l.vnic.verb.satisdationis.*C.*eo.&* Bar. *in l.si duo.§.final.nu.1.h.t.c.fin.in verb. sufficienti cautione. de restit.spol.l.harum.7.l.egi.12.si ser. vend.* de non amplius in posterum turbando, vnà cum interesse D præstet. *l.vnic.C.eod.Bart.in l.1.nu.10.h.t.l.3.§.in hoc interdicto.vbi gl.de itin.act.priuat.l.pen.de aqu. quotid.Dd.*Bart.*in l.vnic.num.7.C.eod.Fer.in for. lib.pro turb.poss.* itaque quatuor hac actione peti censent: 1. vt cesset aduersarius à turbatione. 2. vt ne in futurum turbet. 3. vt hoc nomine satisdet. 4. vt illata damna & perceptos fructus restituat. Ex quo intelligi potest, hoc interdictū reuera rei persecutorium esse, nō personale. Quia porrò duplex est, ita vt vterq; litigator, tam *l.3. in prin.vers.hoc interdictum.h.t.l.2.in prin.vbi gloss.* E *s̄.de interdict.§.tertia.Instit. eod.* actoris quàm rei personam sustineat (in materia scilicet litis, & probatione, omnibúsq; quæ ad definitionē rei, & merita causæ spectant: *Ias.in l. duo iudices.de re iudica.* etiamsi quo ad ordinationem iudicij, pro actore sit is qui prior prouocat, *l.qui prior.29.l. in tribus.13.de iudic.vbi glo.Bar.& Dd*) eapropter in hoc iudicio vtriq; litigatori probatio incumbit. Probari autem duo necesse est. *vide Ferra.in for.lib.turba.poss.* possessionem, videlicet à parte F producentis (quæ quomodo demonstranda sit, suprà ad tit.de acquir.posses. est expositum) turbationem verò ex parte aduersarij. quod tamen postremum non vsquequaque necessarium est: eo enim ipso quòd se reus opponit, tanquam ius habens (secus enim, si se opponat inficiando turbationem) turbare videtur, *Spec.de act.seu petit. §.super.num 6 per l.is qui se obtulit.de rei vendicat.l.fin.si vsusfruct.peta.* vt paulò antè est dictū. Possedisse autem litis contestatæ tempore, actorem, G in hoc edicto ex constit. Iustinian. (nam olim ad tēpus, redditi interdicti id referebatur)

probandum est, §. *sed interdicto. vers. quorum Instit. de interdict.* hodie tamen, quando ex locupletioribus remediis recuperandæ agatur, id nõ est necesse: cùm qui antiquiorem possessionem edocet, victoria potiatur, velut iustiorem habẽs possessionis causam, *c. licet. de probat. Bart. in l. 1. §. quod ait prætor. num. 14. & 18. h. tit. Ferrar. in for. lib. turba. poss. ad verb. hodie tenet. num. 2. 3. 4. Ias. in l. non hoc. 4. C. vnde legit. Dec. consil. 57. vide quæ s. allegaui.* Qua ratione etiam qui dominium probat, aut præscriptionem, aut iustiorem alioqui proprietatis titulum, in hoc iudicio obtinet. *Ias. in l. naturaliter. §. nihil. nu. 37. de acq. poss. Dd. in l. si de vi de iud. & in l. 1. C. vti poss. id. Ferra. in d. for. lib. ll. turba. poss. verb. ad cessandum. nu. 2. & 4. Bart. in l. 3. nu. 4. h. t.* Quòd si neuter petitorij causam, aut antiquiorem possessionem ostenderit, erit iudicis sequi aut probationes firmiores, *c. 3. c. licet. de probat.* (quod iure ciuili ex variis circumstantiis colligitur: *l. 3. §. 1. l. ob carmen. 21. §. fin. de testi. c. in nostra. 32. vbi gl. ex. de testib.* iure Saxonũ, *D. Reinhart. differ. iudic. 54.* & moribus nostris, ex testium pluralitate. *pro quo facit glo. in d. c. in nostra.* quæ præualet diguitati: *l. etiam. 8. in fin. de pact.* aut si omnia paria sunt, pro præsente possessore iudicare, §. *commodum. Instit. de interdict.* vel etiam possessionem contentiosam inter litigantes diuidere, *Bart. in l. 3 num. 4. h. t. Ferrar. in for. lib. pro turb. poss. ad verb. ad cessandum. num. 4. D. Reinhart. differ. iudic. 52. per art. 21. lib. 3.*

6 ¶ Affinia remedia huic interdicto, sunt interdictum vtrubi, quod vi aut clàm, de itinere, actúque priuato, *vide Ferrar. præall. loco. ad verb. ac præsentialiter.* de quibus suo loco exponemus. item actio iniuriarum, *l. iniuriarum. 13. §. fin. de iniur. l. qui pendentem. 26. in fin. de act. empt. Bart. in l. item apud Lab. §. si quis. de iniur.* legis Aquiliæ, *Ferrar. præalleg. loco.* ad exhibendum, *vide Cuiac. Obs. lib. 5. cap. 22. 23.* confessoria & negatoria vtilis. *Bart. in l. 1. §. huius. nu. 3. h. t. Spec. de pet. seu act. §. super. in prin.* Sed & in continenti expelli potest qui alienam possessionem turbat, *l. 3. §. cum igitur. s. tit. 1. l. quemadmodum. §. 1. vbi Bald. num. 3. & 4. ad l. Aquil.* & moribus nostris (quãuis non iure ciuili, *l. quamuis. 4. ad l. Aquil. Bart. in l. hoc amplius. §. de his. num. 3. de dam. infect.*) etiam pignorari. *Landtr. lib. 2. art. 47. & 48. Fachs. differ. 69. Reinhart. differ. pœna. 17.* In continenti autem interpretamur, quamdiu durat turbatio. quare si ea est continua, semper turbari turbator, ac ei de facto resisti poterit. *Bart. post glo. in l. 1. §. interdictum. nu. 3. h. t. Bart. nu. 1. 2. 3. Bald. num. 26. & 31. in l. 1. C. vnde vi. Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. nu. 4. de itin. act. priua. c. cum Vintomensis. vbi Panorm. nu. 14. de elect. c. olim. 1. vbi Panor. num. 4. & 10. de restit. spol. c. ex parte. de verb. signific. c. dilecto. de sentent. excom. lib. 6.* quod maximè procedit in magistratibus, & dominis terrarum, qui non facilè timent expelli: eóque nec possessionem iurisdictionis aut territorij ab alio occupatã facilè amittere & abdicare intelliguntur. vnde ex lõgo etiam interuallo turbatorem turbare ac eiicere possunt. *Bald. in l. fin. nu. 1. C. de his qui à non dom. manu. Bart. in l. 1. §. cum igitur. nu. 1. s. vnde vi. vide etiam Chass. in consuet. Burg. tit. de iustit. §. 5. verb. s'il n'a grace. num. 82.* Quin & criminaliter turbationis nomine rectè, vt quibusdam *vide Bart. in l. iniuriarum. §. si quis. de iniu. & in l. fin. de priua. delict. Boss. in pract. crimin. tit. de plur. violent. num. 48.* placet, agitur, etiamsi non desint qui contradicant. *Alex. in d. l. iniuriarum.* Cõtraria, & exceptiones quæ huic opponi actioni possunt, sunt multiplices: vt exceptio præscriptionis annalis ex hoc interdicto, & aliàs exceptio 30. annorũ: *l. 3. cum l. seq. C. de præscrip. 30. ann.* item, quòd agens vi, clàm, precariò possideat, quæ exceptio non dilatoria est, neq; priuilegiata, sed peremptoria, eóq; post litem demum contestatam est proponenda: *Bart. in l. fin. §. fin. nu 4. h. t.* item notorij iuris, puta dominij exceptio: *c. 2. de rest. spol. in 6.* quæ cum opponi possit in possessorio recuperandæ, *d. c. 2. Dec. consil. 449. num. 20. latè. Ias. in l. naturaliter. §. nihil. num. 44. de acqu. poss.* certè nihil causæ est, quare & huic retinẽdæ nõ rectè obliciatur: *Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. numer. 44. de acquirenda possessione. vbi hanc dicit esse communem. glo. Bart. Cast. in l. si de eod. §. fin. de acquirend. poss. §. Angelus in §. quadrupli. numer. 50. Instit. de actio.* etiamsi sint qui perperam dissentiant. *vide Dyn. & apostillas eiusdem in c. qui ad agendum. 71. de reg. iur. in 6. Arela. de her. not. 1.*

DE SVPERFICIEBVS.
Titulus XVIII.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit superficies.*
3 *Summa interdicti.*
4 *Verba interdicti.*

1 AFfine est huic interdictum de superficiebus. Nam quæcunq; in superiore seruantur, etiam in isto locum habent, *l. 1. h. t.* Superficies autem † hîc significat id quod solo inædificatum est, vt apud Cic. pro Domo sua, 2 Itaque 3 si quis in alieno solo conducto ædificârit, vt eius ædificij nomine actionem in rem vtilem habet ad adipiscendam possessionem, si modò perpetuò aut in longum tempus facta sit locatio, *s. tot. tit. si ag. vectig. vel emphyt.* & id appareat actum, *vide quæ dixi s. ad tit. si ager vectigal. vel emph. & ad tit. locat. & condit. gloss. & Dd. in l. 3. de seruit. Cæpol. in tract. ser. verb præd. c. 14. num. 4.* ita quoque in retinenda possessione, interdicto hoc quasi dominus defenditur. 4 Vti † ex lege, inquit prætor, locationis siue conductionis, " superficie qua de agitur, nec vi, nec clàm, nec " precario alter ab alterò fruimini: quo minus " fruamini, vim fieri veto. si qua alia actio de " superficie postulabitur, causa cognita dabo. *l. 1.* "

DE ITINERE ACTVque priuato.
Tit. XIX.

1 *Continuatio.*
2 *Primum interdictum.*
3 *Secundum.*
4 *Quomodo hoc à superiore distet.*

1 EXemplo † rerum corporalium, etiam de iuribus quæ sunt incorporalia, puta seruitutibus, interdicitur: nam & hæ quasi possidentur. *l. seruus. 43. §. incorporales. de acquir. rer. dom. l. naturaliter. 12. de acquir. posses.* 2 De † seruitute igitur itineris actúsque priuati dupliciter prætor interdicit, primùm de vsu eius, Quo itinere actúque priuato, quo de agitur, vel via, hoc " anno, nec vi, nec clàm, nec precario ab illo vsus " es, quo minus ita vtaris, vim fieri veto. *l. 1. in " prin. h. tit.* Deinde de itineris refectione ita ait: " Quo † itinere actúque hoc anno non vi, non " clàm, non precario ab alio vsus es, quo minus " iter actúmque vt tibi ius est reficias, vim fieri " veto. *l. 3. §. ait prætor. h. t.* 4 In † hoc interdicto probatio iuris exigitur: *d. l. 3. §. hoc autem.* in priore nequaquam, sed pro iure sufficit vsus. *d. l. 1. §. 1.* A tantùm ad irrigandos sitientes agros ducitur: *vide Paul. lib. 5. tit. 6.* De illa non impedienda interdicit ad hunc modum prætor: *in l. 1. in princ. h. tit.* Vti † hoc anno aquam, qua de agitur, non 4 " vi, non clam, non precario ab illo duxisti; quo " minus ita ducas, vim fieri veto. De æstiua in " hanc sententiam: *in d. l. 1. §. deinde ait prætor.* " Vti priore æstate aquam, qua de agitur, nec vi, " nec clam, nec precario ab illo duxisti; quo " minus ita ducas, vim fieri veto. De aqua, quæ " ex castellis ducitur: Quo ex castello, inquit " prætor, *in d. l. 1. §. ait prætor, quo ex Castello illi.* " Illi aquam ducere ab eo cui eius rei ius fuit, " permissum est; quo minus ita vti permissum " est ducat, vim fieri veto. Quandoque de opere " faciendo interdictum erit, damni infecti caueri " iubebo. Quo in interdicto rectè addit prætor, " permissum est. Nam etsi ex fonte & flumine publico non nauigabili licet aquam ducere: *l. 3. h. tit. l. Imperator. de seru. rust. prædior.* tamen ex castellis, nisi permissu Principis non licet, ne per priuatorum deriuationes diminuatur aqua publica. *l. 1. §. permittitur. h. tit. l. 4. & tot. tit. C. de aquæduct. lib. 11.*

DE AQVA QVOTIdiana & æstiua.
Tit. XX.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde ducantur aquæ.*
3 *Quotuplex sit aqua.*
4 *Tria interdicta de aquarum ductibus.*

1 EOdem † modo & de aquis priuatis, scilicet quæ aut ortu, *l. aquam. l. præses. C. de seruitut. l. ex meo. l. via. §. si lacus. de ser. rust. præd. l. si quis diutur. si ser. vend. Ias. in l. quo minus. num. 37. de flumi. Bart. in tract. Tyb. de insul. verb. prorupit. per l. sed si riuus. fin. reg. l. 1. §. 1. de fluminibus. Roffre. in for. lib. eo. Cæpoll. tract. de ser. tit. de pri flum. num. 1. & de aquæduct. nu. 28.* aut consuetudine, *l. 1. §. denique. §. vlt. cum l. seq. de aq. plu. l. 2. §. ductus. h. t. l. 2. C. de seruit.* aut priuilegio *l. 2. ne quid in loc. pu. l pen. & vlt. de flu. Cæpoll præall. lo. l. 1. §. permittit. hoc tit. & C. de aquæduct. lib. 11.* in dominio & iure priuatorum sunt, interdicta proponuntur: ac 2 primò de earum ductibus. Aquæ autem † ducuntur aut ex capite, id est, fonte: aut ex flumine: aut ex castellis, id est, receptaculis aquarum 3 publicis. *l. 1. §. hæc interdicta. h. t.* Quæ † ex capite aut flumine ducitur aqua; aut est quotidiana, quæ quotidie duci potest; aut æstiua, quæ æstate

DE RIVIS.
Tit. XXI.

1 *Continuatio.*
2 *Verbum reficiendi quatenus pateat.*
3 *Interdictum.*

1 POstquam † de aquæductibus non impediendis dictum est, consequenter de iisdem reficiendis interdicitur. *l. 1. in prin. h. tit.* nam sine refectione vsus seruitutis diu cõseruari nequit. *l. 3. §. vtilitas. s. de itinere actúque priuato. l. 1. §. 1. h. t.* 2 Verbum † reficiendi latè patet, & omnem omnino instaurationem complectitur. *d. l. 1. §. deinde.* Prætor † ait: *l. 1. in prin. h. tit.* 3 Riuos, *quid sint riui, specus. &c. vide hîc in tot. tit. & apud Cæpoll. in tract. de ser. tit. de Riuis. cum sequent.* Specus, " septa reficere, purgare, aquæ ducendæ causa, " quo minus liceat illi: dum ne aliter aquam ducat, quam vti priore æstate, non vi, non clam, " non precario à te duxit; vim fieri veto. "

DE FONTE.
Tit. XXII.

1 *Continuatio.*
2 *Primum interdictum.*
3 *Secundum.*

VT de ductibus aquæ, ita & de vsu fontis siue haustu prætor interdicit dupliciter:

primùm de vsu non impediendo. *l. vnica. in prin.h.t.* ad hunc modum: Vti † de eo fonte, quo
2 » de agitur, hoc anno aquam, nec vi, nec clam, nec
» precario ab illo vsus es, quo minus ita vtaris,
» vim fieri veto. de lacu, puteo, piscina item in-
» terdicam. Secundò de † refectione prætor ait:
» *d.l. vnica §. deinde ait prætor.* quo minus fontem,
» quo de agitur, purges, reficias, vt aquam coer-
» cere, vtique ea possis: dum ne aliter vtaris, atque
» vti hoc anno non vi, non clam, non precario
» ab illo vsus es, vim fieri veto.

DE CLOACIS.
Tit. XXIII.

1 *Continuatio: & quid sit cloaca.*
2 *Interdictum de purgandis cloacis: & eius explicatio.*
3 *Interdictum restitutorium.*

1 COnsimiliter † de cloacis, id est, locis concauis, per quæ colluuies fluit, vt sunt tubi, fistulæ, canales, *l.1.§.cloacis.h. t.* duplex interdictum editur: alterum prohibitorium, alterum
2 restitutoriũ. De † non impedienda cloacarum
» purgatione, prætor ait: *in l.1.in prin.h. tit.* Quo
» minus illi cloacam, quæ ex ædibus eius in tuas
» pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat;
» vim fieri veto. damni infecti, & operis vitio fit, factũ caueri iubebo. Qua in parte, quia cloacarũ purgatio ad publicã vtilitatem pertinet, ne sordium immundicie & fœtore aër corrumpatur; sine exceptione prætor permittit cloacam purgari, siue quis iustè siue iniustè eam habeat. *d.l.1.§. quia autem, h.tit.* Eandémq; ob causam prohibet clocam facienti vim fieri, etiamsi in publico exitum habeat. *l.1. §. idem Labeo. l.2. h.t. vide Cæpoll. in tract. vrb. ser. cap. de cloa. num. 7.* Quod tamen sine damno vicinarum ædium faciendum est: *d.l.1.§. pen.* cóq; iure Sax. ædificans cloacam, ad superficiem vsq; terræ eam munire, *Reinh. in vltim. part. diff. 32. per art. 51. lib. 2.* & à vicini ædificio trium pedum spacio eam arcere cogitur. *idem præall. g. loc. diff. 34.* Quanquam de eiusmodi cloacis hoc interdictum non agit, sed de fistulis & canalibus, per quos sordes culinariæ, & consimiles eluuntur & emittuntur in publicum. In
3 restitutorio ait præror: Quod † in cloa-
» ca publica factum, siue ea immissum habes,
» quo vsus eius deterior sit, fiat; restituas. Item: ne quid fiat immittatúrue, interdicam.
» *d.l.1.§. fin.*

QVOD VI, AVT clàm. Titulus
XXIIII.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Cui, aduersus quem hæc actio detur.*
4 *Quis vi, quis clàm fecisse videatur.*
5 *Ad quid competat.*
6 *Quamdiu duret, & an transeat in hæredes.*

1 SEd † quia de singulis possessionum causis & controuersiis interdici peculiariter, propter
2 infinitam litium varietatem nequit: generale †
interdictum proposuit prætor, quo quicquid vi aut clàm factum est, iubet restitui, tuetúrque possessiones. Quod vi, inquit, aut clàm factum
« est, qua de re, id cum experiundi potestas est,
« restituas. *l.1.in prin.hoc tit.* Competit † hoc inter-
3 dictum non modò dominis, sed omnibus quorum interest: *l. competit. 16. l. quanquam. 12. h.t.* aduersus eum qui vi aut clàm quid fecit, aut iussit. *l.5.§. hæc verba. cum § seq. l. si ego. 6. l. denique. 13. §. fin. h. tit.*

4 ¶Vim facit, qui per vim, aut contra denunciationem facit. *d.l.1.§. quid sit. l. vim facit. 19. hoc tit.* Clàm facere videtur, qui celauit aduersarium opus, neque ei denunciauit, si modò timuit eius controuersiam, aut timere debuit; ne melioris conditionis sint stulti quàm periti. *l.3. §. fin. cum ll. seqq. quomodo & quando quid dicatur clàm fieri, vide apud Ias. in l. clàm possidere in princ. num. 6. de acquir. posses. Bart. in l.2. num. 1. C. de his qui ex pub. rat. lib. 10. vbi gloss. ad ver. occultè. Bart. in l.1. C. de præd. decur. lib. 10. Ias. in §. item si quis. num. 45. Instit. de actio. Bal. l. in l.2. num. 1. C. de repud. hær. & l. cum ipso. num. 1. 3. 4. C. de contra. emp. Bart. in l. pupillus. §. item ipse. numero quarto. de authoritate tutorum. Dec. in l. quo tutela. §. clàm. num. 2. & 5. & ibi Cagn. de reg. iur.*

5 ¶In hoc autem competit, vt si possideat reus quod factum est, suis sumptibus restituat: id est, reponat in antiquum statum, destructo opere, quod vi clámve fecit si non possideat, restitui
F curet à possessore, refuso etiam eo quod interest, & fructibus restitutis. *d.l. is qui. §. quod ait prætor. d.l. semper. 15. §. in hoc interdicto. & §. fin. dict. l. competit. 16. §. fin.* Hæred bus hæc actio datur.
6 In † hæredes verò duntaxat, quatenus ad eos peruenit. *d.l. semper. §. hoc interdictum.* Et est annalis; exemplo reliquarum, quæ ex iurisdictione prætoris proficiscuntur.
G *d.l. semper. §. hoc interdict.*

DE

DE REMISSIONIBVS.
Tit. XXV.

1 *Continuatio.*
2 *Quando remissa dicatur nunciatio.*
3 *Verba interdicti.*

1 QVod † dictum est vim facere eum qui contra nunciationem facit, distinctionem recipit. Nam si quis nunciet ibi, vbi ius non ha-
2 bet, nunciatio nequaquam tenet. Sin † iure nunciet, tamdiu tenet renunciatio, quoad remissa est voluntate nunciantis: aut in ea causa est, vt remitti debeat: puta cautione de demoliendo nouo opere, si iniustè ædificatum apparuerit, præstita aut oblata. *l. 5. §. si is cui. de oper.*
3 *nou. nunc.* Qua de † re prætor quoque interdixit,
» ad hunc modum: Quod ius sit illi prohibere
» ne se inuito fiat, in eo nunciatio teneat. cæ-
» terum nunciationem missam facio: *l. vnic. in prin. h. tit. vide Cuiac. lib. obser. 1. cap. 16. Duaren. ad tit. de ope. no. nunciat.* hoc est, alioqui, si non habeat ius nunciandi, missam facio, & non admitto nunciationem.

DE PRECARIO.
Titulus XXVI.
C. 8. 9.

1 *Continuatio.*
2 *Precarium quid sit.*
3 *Quomodo distet à donatione.*
4 *Quomodo à commodato.*
5 *Interdictum.*
6 *Cui, aduersus quem, ad quid ex hoc interdicto detur actio.*

1 TRibus † modis vitiosè & mala fide possidetur, vi, clàm, precariò: *l. Pomponius. §. 1. de ac. posses. Cuiac. in l. 4. §. vlt. de vsucap. & obser. lib. 5. ca. 20.* de duobus prioribus, & quemadmodum aduersus ea possessiones defendantur, hactenus est dictum: sequitur vt de tertio, nempe precario, & interdictis hoc nomine competentibus agamus.

2 ¶Precarium dicitur, quod precibus vtendum petenti conceditur, *Paul. lib. 5. tit. 6. Cuiac. observ. lib. 4. cap. 7.* tamdiu quoad is qui concessit, patitur. Quod genus liberalitatis ex iure gentium, sicuti & cæteri contractus, *l. ex hoc iure. 5. de iusti.*
3 *& iur.* descendit: *l.1.h. tit.* Quanquam † à donatione distat: nam donatio dominium transfert, & semel traditione perfecta, repeti reuocaríque nequit. *l. 1. §. de donat. l. si repetendi. C. de condictione ob causam. tot. tit. C. de reuoc. donat.* At precarium non dominium, sed vsum transfert; & sic datur, vt qui dedit, repetere semper possit: magis itaque affine est commodato *vt l.1.h.t.* quanquam commodatũ ciuiliter obliget, & ad certum vsum, certúmq; tempus; vel expressum vel tacitum detur. *l. in commodato. §. sicut. ff. commodati.* Precarium † autem neq; ad certum vsum, ne- 4
que ad certum tempus præstatur: vnde & quotiesquunque libitum erit, repeti potest: *vide limitationes apud Cæpol. trac. de ser. vrb. cap. 79. nu. 6. cum seq.* & habitatio precario concedi non dicitur, quia ad certum semper vsum datur. *l. & habet. 15. §. hospites. h. tit.* Deinde in commodatum dolus & culpa ac custodia venit: *l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commodati.* idq; ex vsitatis ciuilium contractuum regulis: quia commodatarij solius gratia contrahitur. *l. contractus. 24. cum ibi not. de reg. iur. & d. §. nunc videndum.* Qui precario verò accipit, tantùm de dolo & lata culpa tenetur: quia cum iuris Ciuilis regulis hic Cõtractus nõ sit alligatus, benignius cum eo agendum prætor putauit, cui is qui dedit, benignè facere voluit. *l. quæsitum. 7. §. eum quoque. h. tit.*

¶Prætor ait: Quod precario ab illo habes, aut 5
dolo malo fecisti vt desineres habere, qua de re
« agitur, id illi restituas. *l.2.h.tit.* Hæc actio, † quę 6
est ex bono & æquo, *d.l. 2.* datur in perpetuum *d.l. quæsitum. §. interdictum. Cuiac. lib. 5. obs. cap. 20.* ei qui precario concessit, siue domino, siue non
D domino, *d.l. quæsitum. in prin. l. certè. §. fin. h.t.* eiúsque hæredibus; *l. cum precario. 22. h. tit.* aduersus eum qui precarium habet, id est precario detinet, *l.4. l. vlt. §. si pupillo. h.t.* eiúsque hæredes: quia actio est rei persecutoria, *d.l. quæsitum. §. vlt. l.2. C. eod.* in id vt res restituatur, aut si res restitui nequit, fiat condemnatio in tantum, quanti actoris interest rem restitui cum omni causa, post interdictum editum; id est, vt hodie interpretamur, post litem contestatam. *d. l. quæsitum. §. ex*
E *hoc interdicto. & §. pen.* Datur hoc nomine & incerti condictio, hoc est, præscriptis verbis. *l. 2. l. duo. §. fin. l. interdictum. l & habet. §. cum quis. h.t. l. eum qui. §. is qui. de fur. Cuiac. lib. observ. 4. cap. 7.* Distant autem ab hoc precario, precariæ Pontificiæ, *c.1. & tot. tit. ex. de preca.* quam τῆς χρήσεως δόσιν Iustin. *Nouell. 7. & 120.* appellare videtur: cũ videlicet is qui prædia sua Ecclesiæ concedit, recta mercede precarium eius vsum sibi ad vitam restipulatur; quod quidem singulis lustris
F solet redintegrari; quia vltra quinquennium extendi ex decretis conciliorum non debet. *Cuiac. lib. 4. cap. 7. observ.*

DE ARBORIBVS cædendis. Titul.
XXVII.

1 *Interdictum de vrbanis arboribus.*
G 2 *Alterum de rusticis.*

1 SEd † & de arboribus interdicit prætor, de his quidem, quæ in vrbano sunt prædio: Quæ „ arbor, inquit, ex ædibus tuis (id est, vrbano præ„ dio, horto, vel area) in ædes illius impendet, si „ per te stat, quo minus eam adimas; tunc quo „ minus illi eam arborem adimere (à stirpe sci„ licet, *l.1.§.1.h.tit.*) sibique habere liceat, vim fieri „ veto. *d.l.1.in prin.*

2 ¶De iis quæ in agro sunt, hoc modo interdi„ cit: Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius im„ pendet, si per te stat, quo minus pedes quinde„ cim à terra eam altius coerceas; tunc quo minus „ illi ita coercere, lignáque sibi habere liceat, „ vim fieri veto. *d.l.1.§.pen.* Eodem pertinet actio arborum furtim cæsarum, quæ est eiusdem potestatis, non ordinis: *ʃ.arbor.fur.cæsa. Cuiac. obser. lib.5.cap.17.* & remedia Sax. iuris, in eandem quidem rem, aliam tamé pœnam concepta. *Landtr. lib.2.art.28.vbi gl. vide Bart. hîc in l.1.*

DE GLANDE LEGENda. Tit. XXVIII.

1 *Quid glandis nomine veniat.*
2 *Interdictum.*
3 *De iure Sax.*

1 HVic † simile est interdictum de glande legenda. Glandis autem nomine omnes fructus continentur. *l. vnic. h.t. l.qui venenum. 236. §.glandis. de verb. signif.* Glandem, inquit prætor, Quæ † ex illius agro in tuum cadat, quo „ minus illi tertio quoque die (ab eo scilicet tem„ pore, quo cecidit, legere, auferre liceat; vim fie„ ri veto. *l.vnica. h. tit.* Etsi enim in alienum fundum inuito dómino ingredi regulariter non licet; *l. diuus. de ser. rust. prædio. §. feræ. Instit. de rer. diuis. l. iniuriarum. §. final. de iniur.* tamen quærendæ suæ rei causa licet. *l. thesaurus. 15. ad exhibend.* E Quia verò fructus in terram prolapsi facilè putrescunt, ideo visum est sufficere, si domino ad colligendas res suas triduum concederetur: post illud verò, velut pro derelicto habitos, vicino 3 vt cedant æquum esse. Hoc interdictum † iure Saxonum non obtinet, qui fructus in alienum fundum pendentes aut cadentes, possessori eius fundi indistinctè concedunt. *Saxo. lib. 2. art. 52. Fach. diff. vlt. par. 1.* F

DE HOMINE LIBERO exhibendo. Tit. XXIX.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum, & eius explicatio.*
3 *Cui, aduersus quem, ad quid detur hæc actio.*
4 *De criminalibus iudiciis quæ contra eosdem competunt.*

OFficij † causa propositum est interdictum 1 de libero homine exhibendo: nam communis humanitatis officium, & causa libertatis publicè exigunt, vt ne quis alium iniustè detineri inuitum patiatur. Ait prætor: † Quem li- 2 berum hominem dolo malo retines, exhibeas, „ *l.1.in prin.h.tit. vide Paul. lib.5.tit.6.* Dolum ma„ lum requirit prætor: nam si quis suo iure retineat, cessat interdictum, *l.3.§.si tamen. & §.si eum. l.si filius. h.t.* vt & cum volentem retinet. *d.l.3.§.si quis volentem.*

¶ Hoc interdictum omnibus agere volenti- 3 bus communis fauore libertatis competit. *d.l.3. §.hoc interdictum.* Et quidem perpetuò. *d.l.3.* quia libertati nunquam præscribitur. *l.fin. cum ibi not. Cod. in quibus causis præscript. long. temp. cesset.* Datur autem aduersus detinentem dolo malo, in id vt hominem exhibeat, id est, in publicum producat. *d.l.3.§.ait prætor.* Quod † ni fiat, quan- 4 ti ea res erit, reus condemnabitur: *d.l.3.§.si tamen reus.* & quidem sæpius, donec hominem liberarit. *l.3.§.si tamen.* Potest tamen & criminaliter conueniri ex l. Fab. de plagiariis, & aliis iudiciis, qui hominem inuitum detinet, aut priuatis carceribus includit, *l.vnic.C.de priuat.carc.l.3. in princ.h.t.l.pennlt.§.fin.ad l.Fab. de plag. Paulus lib.5.tit.6.*

DE LIBERIS EXHIbendis, item ducendis. Tit. XXX. C. 8. 8.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum de exhibendis liberis.*
3 *Interdictum de ducendis.*
4 *Quomodo hæc distent inter se.*
5 *Cui, contra quem, ad quid hæc detur actio.*

IVris † sui tuendi causa interdictum datur de 1 liberis exhibendis vel ducendis: nam permissum est parentibus, patriæ iure potestatis, liberos vendicare. De † exhibendis liberis interdi- 2 ctum ita habet: *l.1.in princ. h.tit. vide Paulum lib. 5.tit.6.* Qui quæúe in potestate Lucij Titij est, „ si is eáue apud te est, dolóue malo tuo actum „ est, quo minus apud te esset: ita eum eámue ex„ hibeas. De † ducendis prætor ait: *in l.3.in prin.h. „ tit.* Si Lucius Titius in potestate Lucij Titij est, „ quo minus eum Lucio Titio ducere liceat, vim „ fieri veto.

¶Huius

4 ¶ Huius præparatorium est superius interdictum. *l.5.§.1.h.tit.* Nam vt duci homo possit, antè exhibendus est: quemadmodum & res, antequam vendicari possit. *tot. tit. ʃ. ad exhibend.*

5 ¶ Datur ex vtroque interdicto actio, ei qui habet in potestate, *l.1.§.1.h.tit. l.2. C.eod.* aduersus eum qui interdicto defendit: *d. l.3.§.hoc autem.* non autem aduersus ipsum filium. *l.fin. l.3.§.hoc autem hoc titul. l.1.§.1. de rei vend.* nam his inter patrem & filium in potestate constitutum esse non potest. *l.lis nulla.4. ʃ. de iud.* Qua in actione solùm quæritur, an in potestate filius sit: aliam enim causam, quo minus pater filium ducere possit, non admittit prætor. *l.1.§.in hoc interdictũ. 2.h.tit.* Huius actionis exemplo, datur & marito ius agendi, de exhibenda & deducenda vxore, etiam aduersus socerum. *l.2. hoc tit. l fin. C.eodem. Paul. lib.5.tit.6.*

VTRVBI. Tit. XXXI.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Idẽ hîc seruari, quod in interdicto Vti possidetis.*

1 SEd † quia de interdictis quæ iuris sui, quod quis in hominibus habet, tuendi gratia competunt, dici cœptum est: reliqua quæ eodem pertinent, iam absoluamus. Quæ licet propriè de iure duntaxat in homines competente loquantur, vnde meritò in hunc postremum ordinem sunt relata: tamen sciendum est, ex interpretatione prudentum ad reliquas quoque res mobiles ea omnia pertinere: *l.1.§.1.h.tit.* cuiusmodi in primis est, quod prætor ad tuendam rei mobilis possessionem proponit.

2 ¶ Vtrubi seu vtrobi, *Cuiac. obs. lib.5.c.22.* inquit „ hic homo (seruus videlicet, aut seruitutem bona „ fide seruiẽs (quo de agitur, maiore parte huiusce E „ anni fuit: quo minus is eum ducat, vim fieri veto 3 *l.1.h.tit.* Huius † interdicti vis hodie exequata est interdicto Vti possidetis: nam in vtroque obtinet, non qui maiore parte anni, vt interdictum hoc habet, sed qui litis cõtestatæ tempore (quod ne ipsum quidem nunc necessarium esse, sed sufficere antiquiorem ostendi possessionem, suprà dictum est, *ad tit. vti possidet.*) ab aduersario iustè possedit. Illud interest, quòd hoc de mobilibus, illud de reb. soli loquatur. *§.quorum. Inst. de interdictis. l.1.§.1.h.tit.* F

DE MIGRANDO. Tit. XXXII.

1 *Continuatio*
2 *Interdictum.*
3 *Quãdo, cui, & ad quid detur hinc actio.*

1 INterdictum † quoque, quod inquilinis migrare volentibus datur, ne impedimentum creetur, quo minus res suas importatas asportet & euehant, huc pertinet: id quod prætor in hanc proposuit sententiam. *l.1. in princ. hoc titul.* Si † is homo quo de agitur, non est ex his rebus 2 de quibus inter te & actorem conuenit, vt quæ „ in eam habitationem qua de agitur intro„ ducta, importata, ibi nata, factáue essent, ea „ pignori tibi pro mercede eius habitationis „ essent: siue ex his rebus esset ea merces tibi so„ luta, eóue nomine satisfactum est, aut per te „ E stat quo minus soluatur: ita quo minus ei „ qui eum pignoris nomine induxit, inde „ abducere liceat, vim fieri vero. Ex † quo in- 3 telligi licet, duobus casibus ex hoc interdicto actionem dari: vel cum res de qua agitur, non est expressè aut tacitè pignori obligata: vel cum quidem obligata nomine pensionis fuit; sed ea aut soluta est, aut eo nomine satisfactum, aut per locatorem stat, quo minus satisfiat. Etsi autem de homine inducto edictum loquatur, C tamen idem obtinet in qualibet re importata; quæ aut pignori nexa non est, aut eo nexu liberata. Sæpe autem fit, vt nexu taciti pignoris non teneatur res; puta si fuerit aliena, commodata, deposita, *l.final.h.tit.* &c. si non eo animo, vt ibi perpetuò esset, inducta: *l. debitor. 32. de pigno.* si certæ res expressim sint obligatæ: videtur enim velle interdictum, vt hoc casu cesset tacita hypotheca: atque ita prouisio hominis tollat pro- D uisionem legis: *l.2. C.de pact. conuen.* quod tamen aliis displicet. *vide Iason. in §.item. Seruiana. num. 70. Instit. de actio.* Hoc interdictum colono non datur, *l.1.§.1.hoc tit.* quia illi aliter extra ordinem officio iudicis nobili celeriter subuenitur: tum quòd constet, horum res pignore non teneri iure communi: *vide ʃ. in quib. caus. pign.* tum quia publicè interest, neque agricolas litibus distineri nec eorum res & instrumenta diutius detineri. *Auht. agricultores. C. quæ res pign.* Hoc interdictũ perpetuum est, & datur in successores & succes- E soribus. *l.1.§.fin.h.tit.* non modò de rebus propriis, sed etiam alienis, dummodò importatis. *l. 1.§.illud.2.h.tit.*

DE SALVIANO INTERdicto. Tit. XXXIII. C.8.9.

1 *Continuatio.*
2 *Quomodo distet hoc interdictum à Seruiana.*
3 *Quare dicatur Saluianum: & cui, aduersus quem ex eo actio detur.*

SAluianum † quoque interdictum, quod de 1 pignoribus repetendis, *vide Cuiac. lib. obser. 5. cap. 24. & Paul. lib. 5. Sent. titul. de interdic.* quæ è prædio conducto ablata aut alienata prohibentur, huc meritò refertur: quippe in quo de

homine, in fundum, pignoris nomine (nam sine nominata conuentione inducta in prædium rusticum, non sunt pignori nexa, *l. 4. in quib. caus. pign.*) inducto, locutum prætorem apparet, *ex l. 1. in prin. hoc tit.* Etsi † autem Seruiana actione quoque pignus persequi possumus: §. *item Seruiana. Instit. de actio.* tamen quia petitorij est iudicij, & grauat hoc probandi onere agentem, vt cogatur ostendere, rem in bonis debitoris fuisse *l. & quæ nondum. 15. §. quod dicitur. de pign. l. ante omnia. de prob. Ias. & Dd. in §. item Seruiana. Inst. de acti. Bart. Bald. Salic. in l. cum res. C. si res alie. pigno.* vrsum fuit interdicto ei consulere, *Azo in rubr. C. de precar. nu. 14.* vt pignus suum compendiaria via persequi possit, eo videlicet tantũ probato, quòd pignoris nomine res sint inductę. *l. 3. in pren hoc tit.*

¶ Huius autem interdicti cum nec certus author, nec verba in edictum perpetuum videantur fuisse relata: verisimile est à Saluio Iuliano edicti perpetui compositore & interprete, Saluianum esse appellatum. Datur autem hinc actio ei cui pẽsionis nomine res obligata fuit, aduersus quemlibet possessorem, idque exemplo Seruianæ. *l. 1. in prin. & §. 1. h. tit.* & directa quidem datur locatori rustici prædij aduersus colonum, quia de his nominatim interdictum loquitur: vtilis autem ex interpretatione datur locatori vrbani prædij contra inquilinum. Sed & cuilibet creditori datur non modò aduersus debitorem qui oppignorauit, sed quemlibet etiam possessorem: *Bar in l. 1. h. tit. per l. 1. C. de præcar. & Salic. Cyn. in l. certi C. de loc. & cond.* contra quem tamen probatio amplior facienda est, videlicet rem in bonis fuisse debitoris oppignorantis. *l. cum res. 5. C. si alie. res pign. Ias. in §. item Seruiana. num. 89. Inst. de actio.* Cæterum quando contra debitorem agitur, id probari non est necesse, quia is de vitio nexus excipere nequit: suã enim ipsius allegaret turpitudinem & fraudem, si rem alienam fuisse diceret. *vide Ias. in d. §. item Seruiana. nu. 92. & 93. & §. de pign. act. l. rem alienam. vbi Dd. eod. tit.* Datur autem hoc interdictũ etiam hæredibus, & in hæredes, quia est rei persecutorium: *l. 2. C. de preca. & Sal. interdic.* petitur enim possessio rei oppignoratæ. *Roff. in trac. li. de inter. Sal. nu. 3. & 4. Ias. in d. §. item Seruiana. Azo. in rubr. C. de preca. & Sal. interd. nu. 15.* vnde & interdictum adipiscendę possessionis esse censetur *Azo. præall. loc.*

DIGEST. LIBER. XLIIII.

DE EXCEPTIONIBVS, PRÆSCRIPTIONIBVS & præiudiciis. Titul. I.

C. 8. 36.

1 *Continuatio.*
2 *Excipere quid significet: & quæ hoc nomine veniant.*
3 *Quid sit exceptio.*
4 *Quid præscriptio.*
5 *Quid præiudicium.*
6 *Explicatio. l. fundum.*
7 *Diuisiones, & species exceptionum.*
8 *Causa efficiens & materialis.*
9 *Forma proponendæ exceptionis.*
10 *Quando proponi exceptiones debeant.*
11 *Finis & effectus: & an per obiectionem exceptionis ius videatur contestata.*
12 *Contraria.*

1 DEFENDVNTVR possessiones non modò interdictis, sed obiectis etiam à possessore exceptionibus, quæ cum prætoriæ sint, quod dari à prætore omnes solent: *Cicero lib. 2. de Inuentione. cap. 4.* meritò hîc interiudicia prætoria, de quibus in 6. & 7. Pandectarum parte agi diximus, collocantur. Excipere inter alia significat excludere, vel eximere aliquid de numero: *l. 1. vbi Dec. de reg. iur. l. 4. §. fin. de pen. lega.* hinc defensiones reorum, quæ excludunt intentionem agentis, & à regula ac ratione qua nititur actio, excipiunt casum de quo agitur, ita vt æquum nõ sit, in eo regulam obtinere, exceptiones sunt appellatæ. Propriè igitur fateamur eas dici exceptiones, quæ non eunt inficias, actionem iure subsistere: sed esse iniquam aduersus eum qui cum agitur demonstrant: de quibus titulum de Exceptio. in Instit. accipiendum esse, exempla quæ ibi proponuntur, coarguunt. Vnde qui simpliciter negat factum quod proponit actor, non dicitur excipere: *Bal. Panor. Felin. & Can. in Rubrica. ext. de exceptionibus. Bal. in l. 1. nu. 6. C. de iur. & facti ignoran. & in l. peremptorias. C. sent. rescin. non poss.* & statutum auferens omnem exceptionem, nunquam tollit hanc negationem, aut implorationem officij iudicis, aut aliam eiusmodi iustam defensionem. *Fel. præall. loco. Bart. in l. planè in fin. de petitio. hæred. & in l. 1. §. & parui. nu. 3. §. quod vi aut clam. latè Lanfran. in ca. quoniam. ad verb. except. in princ. de probationibus.* Vsu tamen obtinuit, vt defensiones omnis generis, exceptionum nomine ἐν πλάτει comprehendantur, etiamsi ius actionis funditus tollãt: vt si quis neget factũ, aut se soluisse dicat: quas propriè exceptiones intentionis vulgò appellant. *Azo. in Rubr. C. eod. Panor in tit. extrà. eod. vide Ias. in l. qui se debere. num. 6. de cond. caus. da. Socin. hic in l. 1. & 2. Ias. in l. ait. 2. nu. 15. de iureiur.*

Exceptio

¶ Exceptio dicta est, quasi quædam exclusio, quę interponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationémue (id est, libelli conclusionem) deductũ est. *l. 2. h. tit.* vel authore Paulo, *l. antepen. h. tit.* est conditio (conditionaliter enim olim in formula concipiebatur) quæ modò eximit reum à damnatione, modo minuit damnationem. Theophilus in Instit. eod. tit. ita definit: Exceptio est quædam iudicialis allegatio, reo competẽs, aduersus actionem, quæ iure quidem ciuili efficax sit, sed natura iniquas vires habeat. Exceptio itaque actorem excludit, replicatio reum, quæ est contraria exceptioni, & quasi exceptionis exceptio. *d. l. antepenult.* Sed contra replicationem dari solet duplicatio, & contra duplicationem triplicatio, & contra triplicationem rursus quadruplicatio: & deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus aut actor obiicit. *l. 2. in fin. h. tit. t. t. Inst. de replicatio. l. 3. C. de except.*

3 ¶ Præscriptio, quam Rhetores translationem nominant, *Cic. lib. 1. ad Herenn. cap. 5. & de Inuen. lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 4.* propriè est, qua modus, tempus, locus, aliæq; circumstantiæ actionis determinantur, & quasi circumscribuntur: vt cum reus ostendit coram alio iudice, aut ab alio actore, aut cum alio, aut non hoc loco vel tempore esse agendum. *l. fin. l. pen. C. de except. cap. 2. c. dilecti. extrà. eodem. Quintil. lib. 7. cap. 6. & lib. 3. cap. 8.* Promiscuè tamen pro exceptionibus præscriptiones vsurpantur: *l. qui agnatu. 11. l. Paulus. 23. hoc tit. l. 2. C. de precib. Imp. offeren. l. contra. C. de inoff. testam. l. ita demum. C. de procuratorib. cum similib.* vnde & exceptio possessionis, qua se aduersus dominũ possessor tuetur, præscriptio longi temporis appellatur. *tot. tit. C. de præscript. long. temp.* Illud tamen sciendum est, quas I. C. præscriptiones propriè appellant, eas exceptiones declinatorias & dilatorias ab interpretibus vocari. *in l. fin. C. eod. in l. fin §. de dilatio. Specul. in tit. de exceptio.*

4 ¶ Præiudicium interdum detrimentum significat: *l. 4. §. pen. ff. de censib.* interim iudicis interlocutionem, quæ sententiam antecedit: vt annotauit Duaren. *lib. Disputationum. 2. cap. 2.* Sed crebrius in iure accipitur pro certo actionum genere quæ præiudiciales appellantur: §. *præiudiciales. Inst. de actio. vbi dixi. l. actionis verbum. 36. ff. de oblig. & act. l. 1. §. 1. de rei vend. l. Imperatores. 14. de priuil. creditor.* cum videlicet antè quid petitur iudicari, quàm ad principale negocium perueniatur quod ramen ipsum ex hoc iudicio veniat declarandum. Quo in sensu etiam Cicero accipit in Orat. pro C. Planco: vt si patronus intendens petere à liberto operas prius postulet declarari esse libertũ: aut filius petiturus alimenta à patre, petat initio diiudicari, an sit filius: *l. 1. §. per hanc. de rei vend. l. 3. de lib. ag.* vel si de libertate agatur, vtrum quis seruus an liber sit. *d. §. præiudiciales. Inst. de act. l. ea. C. de lib. caus. l. 10. 13. 14. 15. 17. 20. 22. C. de probat.* Harum ad actionum similitudinem exceptiones etiam quędam præiudiciales siue præiudicia dicuntur, quibus nimirum reus ita excludit agentem, vt dicat præiudicium, per nouum aliquod iudicium, quod aduersarius moliatur, principaliori actioni fieri non oportere. *l. 1. §. famil. herc. iscun.* verbi gratia: Fundum † Titianum possides, de cuius proprietate inter me & te controuersia est: & dico præterea, seruitutem illi fundo deberi ab alio tuo prædio non controuerso. huic secundo iudicio seruitutis, rectè opponitur præiudicialis exceptio, quòd præiudicium prædio, id est principali iudicio, vendicationique rei non fiat. Fieret autem præiudicium, si hæc confessoria actio de seruitute admitteretur, Nam cum ea non detur, nisi domino fundi. *l. 2. in pr. in. §. si seruitus vẽdi.* ego dominus fundi controuerti eo ipso declararer, si mihi potestas fieret hanc actionem proponendi. At hoc iniquum esset: priusquam probatio dominij in principali vendicationis iudicio à me sit facta: quæ meritò exigitur, cum tu possideas. *l. 2. C. de probatio. l. fi. C. de rei vendicatio. §. retinendæ. vers. commodum. Inst. de interdictis.* & hæc est species illa intricata, & à Castrense rectà explicata quam proponit Africanus. *in l. fundum. 16. l. fundi. 18. h. tit.* quò nihil pertinere adiunctũ Pauli responsum, quod non de præiudicio, sed de rei iudicatæ exceptione loquitur, rectè Cuiacius animaduertit. *obser. li 5. c. 37.*

5 ¶ Exceptiones aliæ sunt dilatoriæ, quę actionem differunt in aliud tempus: aliæ sunt peremptoriæ, quæ eam perimunt & extinguunt: vt rei iudicatæ, solutionis, præscriptionis, pacti, &c. *l. 2. §. fin. l. 3. hoc ti.* Dilatoriarum aliæ vocantur declinatoriæ, quæ iudicium & forum in quo agitur, declinant: *l. fin. C. eod.* aliæ propriè dilatoriæ, quæ ex alia causa litem differunt, vt exceptio procuratoria: item de cautione & Guaranda, vt loquuntur, quæ apud Saxones in vsu est, præstanda: de quibus omnibus latius Speculator. *in tit. de exceptio. Lanfran. in c. quontam. in verb. recusationes. & exceptiones. extrà, de probatio. Chili. in paxi: cap. 43. cum seq.* Hæ autem omnes ante litem contestatam proponendæ sunt: postea enim non admittuntur, *l. ita demum. C. de procuratoribus. Doctores. in l. fin. C. eod.* Sed peremptoriæ post litem demum contestatam opponuntur, *l. si quidem. 9. C. eod.* quibusdam exceptis: quæ ideo priuilegiatæ dicuntur, quòd litis contestationem impediant. *ca. 1. de litis contest. in 6. vbi Philipp. Fran. amplius. 40. excep. priuileg. numerat.* Ex quarum scilicet obiectu apparet, aut actionem non competere, aut sublatam esse solutione, transactione, re iudicata, præscriptione & similibus modis. *Ias. numer. 15. & 16. post Castren. in l. nam postea. 8. de iureiurand. Bald. in l. 4. circa fin. C. de pact. Alexand. in l. vir bonus. & l. cum quærebatur. iudica. sol.* Impediunt autem litis contestationem, cum & ingressu litis opponuntur, non ad merita causæ, sed ad impediendum litis ingressum: *Iason. post Bart. in d. l. nam postea. num. 16. & 17. de iureiur. Bart. in l. cum quærebatur iud. sol.* & in continenti etiam probari possunt:

Bart in l.fin.num.3. ff.pro suo.Bald.& Dd.in l.edi-
cto.C.de edict.diui Adrian.tollend.vid.Gemin.Phi-
lip.Franc.nu.8.& alios in c.1.de lit.contestat.in 6.
Item aliæ sunt temporales, quæ durant ad tem-
pus præstitutum aut à lege,l.si intra.8.& in l.in
contractibus.14.C.de non numera.pec.tot.t.C.de do-
te cauta non num. aut ab homine:l.3.§.temporales.
h tit. cuiusmodi omnes sunt dilatoriæ. d.l.3. a-
liæ perpetuæ, quales sunt omnes peremptoriæ:
§.appellantur. Instit.eod. neque enim vllo tempo-
re præscribuntur.l.purè.§.vltim.ff.de dol.mali &
met.except.l.si pactum.C.eod. Postremò pleræque
exceptiones in rem competunt; nonnullæ sunt
personales, nec transeunt de persona in perso-
nam: vt exceptio pacti personalis,& ne quis,ni-
si quatenus facere potest,conueniatur.l.exceptio-
nes.7.h.tit.

¶ Exceptiones ex æquitate naturali profici-
8 scuntur:Inst.de excep.in prin.l.1.ff.de doli mali &
metus exceptio.l.1.ff.de vacatione & excusatio.mu-
nerum.Azo in Rubr.C.eod.in fin. vnde & iuris gē-
tium esse dicuntur.Doctores hîc in Rubr.& in tit.
extr.eod. nam etsi prætor plerasque induxit,vn-
de & hic tractatus inter prætoria iudicia est col-
locatus: tamen ex æquitate naturali, aut iure
gentium eas desumpsit,atque in foro valere vo-
luit.Materia circa quam exceptiones versantur,
sunt actiones & iudicia.Materia ex qua existunt,
est ius cuiusque proprium.nam ex iure tertij nul
la cuiquam oritur exceptio.l.loci.§.competit.si ser.
ven.l.si quis.8.§.1.C.de præscr.30.anno.Bar.Castr.&
alij in l.1.de re iud.& in d.§.competit.

¶ Quod ad formam attinet, sciendum est,ex-
9 ceptiones olim à prætore dari solere, perinde
atque actiones: qui aut purum præscribebat iu-
dicium, non admissa rei exceptione,vt,Si paret
promisisse condemnato: aut sub conditione, vt
cum exceptionem admissam formulæ infere-
bat: Si paret promisisse Titium Seio decē,con-
demnato, extrà quàm si quid dolo malo, metū-
ue gestum sit.l.sicut.8.§.quid si.quib.mod.pign.l.
creditor.12.qui pot.in pign l.1.§.Labeo.de flum.l.1.
§.sunt qui.ff.ne quid in flum.pub.l.si vitem.quod vi
aut clam.vid.Duar.in tit.de pact.Cuiac.lib.obser 5.
cap.34.& 37. Conditionaliter enim per parti-
culam,si,nisi,extrà quàm, &c. exceptione adii-
ciebantur:l.1.famil.her iscund.l.2.§.1.vers.si in ea.
l.apud Celsum.4.§.item.8.vers.ita esse excipien-
dum,si inter me,&c.& §.Labeo.14.§.si à Titio.28.
§.metus.29.inf.de dol.exceptio.l.si à te.9.in fin.h t.
Cuiac.obseru.lib.5.cap.34. vnde & Paulus in d.l.
antepenul. conditiones appellat. Sed hodie ex-
ceptiones formam nullam habent, imò quibus-
cunque verbis, scripto, vel absque scripto, viua
voce Bart.in l.scire §.oportet.nu.5. per illum text.
de excus.tutor. proponi possunt, adeò vt sufficiat
vel nuda facti narratione ius exceptionis pate-
fieri. Doctores.hîc,præsertim Socin.in l.1.per l.itaque.
48.de procurator.& l.qui pendentem.62.ff.de acti.
empt. Est tamen aliquo modo patefaciendum,
alioqui iudex factum exceptionis non supplet,
si vel ignorātia,vel inscitia,vel aliam ob causam

A litigator exceptiones omittat:vt latiùs alibi tra-
dūt Doctores, præsertim Castrens.Castr.nu.4.in
l.vnica.C.vt quæ desunt aduoca.iudex supple.glo.in
l.si vnus.28.§.pactus.ad verb.in pactu.ff.de pac.

¶ Quanquam autem pluribus vti exceptio- 10
nibus, & vna omissa vel non probata ad aliam
redire nemo prohibetur: l.nemo.8.l.is qui dicit.
5.hoc tit.tamen non vno omnes tempore propo-
ni debent. Nam dilatoriæ pleræque ante litem
contestatam, vt dixi, sunt proponendæ & pro-
B bandæ: vt declinatoria fori,l.fin.C.eod. procu-
ratoria, & similes:l.licet.l.ita demū.C.de procurato-
ribus. nisi reus ignorarit eas sibi competere.l.
fin.C.si à non competent.iudice. Cæteroqui post li-
tem contestatam, aut etiam post statutum,vt fie-
ri solet,à iudice terminum,non recipiuntur,cap.
pastoralis.de except. præterquam si recens fuerint
ortæ.glo.in c.exceptionem,extrà,eo.per c.insinuan-
te.de offic.delegat.Ias.in l.naturaliter.12.§.nihil com
mune.num.137.de acquir.poss.l.eleganter.§.si quis.
C num.4.de cond.ind.Quod de dilatoriis iudicij in-
telligēdum est, non de dilatoriis actionis & cau
sæ de qua agitur, vt est exceptio pacti de non pe
tendo intra certum tempus, &c. Nam hæc prō-
ponitur lite demum contestata,sicuti & reliquæ
peremptoriæ,l.exceptionem.vbi Doctores.C.de pro-
batio.vide Mynsing.obser.Cam.24.cent.1.proban-
da autem est, probata agentis intentione: l.si-
quidem.C.de exceptio,c.auditis.de præscript.ca.de te-
stib.extr.de testib.ca.cùm venerabilis.extr.de except.
D exceptis illis priuilegiatis, videlicet rei iudica-
tæ, transactionis,iurisiurandi, & præscriptionis,
& similibus: quando videlicet ante litem conte-
statam instar dilatoriarum proponuntur ad im-
pediendum litis ingressum:nam tum in conti-
nenti probari debent: Bart.d.l.fin.numer.3.ff.pro
suo.Phil.Franc.numer.8.in c.1.vbi Doctores.de litis
contest.in 6. Postquam autem conclusum est in
causa,exceptiones non audiuntur,c.cum dilectus.
9.de fide instru.vt nec post sententiam quæ trāsi-
E uit in rem iudicatā, neq; appellatione est suspē-
sa:l.2.C.sententiam resc.non poss.l.sub specie.C.de re
iudic.dēptis iis quę sententiam non impugnant,
sed tēperant modū executionis.l.Nesennius.41.
§.fin.ff.de re iudic.l.ex diuerso.18.§.fin ff.solu.matr.

¶ Finis est,vt inflexibilis actionū rigor ab ex- 11
ceptionum ἐπιεικείᾳ temperetur, & quem ini-
quum esset ex æquitate naturali condemnari, is
vt obiecto quasi exceptionum clypeo,tela ciui-
F lium actionum aspera præduraq; euitare possit:
velut latiùs tradit Theoph.Instit.eodem. Exce-
ptionum dilatoriarum effectus est, vt aut diffe-
rant aut transferant iudicium:peremptoriarum,
vt intentionem excludant aut minuant, l.exce-
ptiones.22.cum l.seq.h.tit. Illarum obiectione li-
tem non contestari, certum est.Glos.& Doctores
in l.1.C.de litis contest c.exhibita.de iudiciis.De his
dubitari solet,ac Baldus quidem inquit, in d.l.1.
C.de lit.contest.communem esse Legistarum opi-
nionem,peremptoriæ obiectu litem contestari.
G Quod Canonistæ negant per cap.2.de lit.contest.
lib.6.in cap.1. vbi latissimè Socin.de lit.contest. nisi
vlterius

vlterius reus progrediatur intentionem negan-
do,vel disertis verbis contestando litem: c.prout
de dolo & contumac.cap.cum causam de appell.c.cum
venerabilis.de except. id quod propemodum v-
bique obseruatur. vide Chilia.in prac.c.6.num.2.
Illud etiam admonendi sumus, eum qui exci-
pit, non fateri agentis intentionem esse veram.
l.non vtique.9.h.tit.c.exceptionem.de reg.iur.in 6.
c.cum venerabilis.ext.eod. Quare vsu obtinuit, vt
etiamsi reus exceptiones obiiciat, cogatur ni-
hilominus aut affirmatiuè aut negatiuè respon-
dere,atque ita litem contestari.

12 ¶ Contraria exceptioni est replicatio: quæ li-
cet sit quædam exceptio; tamen eam oppugnat
& excludit:l.2.h.tit.quemadmodum replicatio-
nem rursus duplicatio,& hanc triplicatio,& istā
quadruplicatio: atque ita consequenter.d.l.2.in
fin. An etiam contraria est exceptioni præscri-
ptio? vt sicuti actiones, ita & exceptiones, sal-
tem spacio 30. annorum tollantur? Suprà dixi-
mus eas esse perpetuas: quod ita interpretantur,
vt nullo tempore, ne quidem 30. aut 100. annis
præscribantur, gloss.in l.3.verb.persecutione.C.de
præscr.30.ann.& in l.si pactum C.de except.Bald.in
trac.præscrip.4.part.4.partis prin.quæst.37. Nam
præscriptiones, præsertim longissimi temporis
in odium negligentium, neque ius suum perse-
quentium, sunt inductæ,l.1.§.fin.C.de annal.ex-
cept.Bart.in l.sicut.num.2.& in l.cum notissimi.in
prin.C.de præsc.30.ann. at negligentia sicuti non
potest imputari, non valenti agere,d.l.1.C.de
ann.excep.in fin.ita nec valenti excipere. Excipi
autem nequit, quoad proponatur ex aduersò a-
ctio,quam exceptio excludat.Relinquitur ergo
quamdiu non agatur, nullam exceptioni curre-
re præscriptionem l.purè.§.fin.ff.de except.dol.ti-
bi vide. Quod in meris exceptionibus verum
est secus in illis quæ non modò per modum ex-
cipiendi, sed etiam per formam agendi,vel per
implorationem officij iudicis proponi possunt.
Hic enim quia imputari negligentia potest, eo
exceptioni præscribitur 30.annis,perēquè atque
actionibus.l.3.4.cum seq.l.8.C.de præsc.30.ann.in
prin.Inst.de perp.& temp.actio.& officio iudicis,
gl.in l.sicut.ad verb.persecutione.vbi Dd.C.de præ-
scri.30.ann.Bart.in l.prætor.§.fin.nu.1.de oper.nou.
nunc.Castr.& Dd.in l.2.C.de rescin.vend.Bald.in
tract.præs.4.part.4.partis pri.quæst.30.vt est com-
muniter traditum:Cyn.Bald.& Salic.in l.licet C.
de except.Bald.in l.sicut.nu.12.& 13.C.de præsc.30.
ann.per l.quæsitum.§.fin.de pecul. velut in exce-
ptione non numeratæ pecuniæ. Cyn.Bald.Salic.
& Dd.in l.si ex cautione.C.de non nu.pec.Felin.in
c.si cautio.de fid.instr. quam tamen Canonistæ
ad mille etiam annos ex æquitate proponi pos-
se, non rectè,contraque omnia præscriptionum
iura contendunt. Dyn.in cap.locupletari.in fin.de
reg.iur.in 6.Bald.in l.si ex cautione.num.12. Fab.in
l.in contractibus.num.8.C.de non nu.per.Panorm.
Imol.& Can.in c.fin.de sol.& in c.si cautio. vbi latè
Fel.num.60.61.62.de fid.instr.Ias.in l.ciuitas.num.
7.& 8.si cert.pet. Obstat etiam exceptioni sta-
A tutum, compromissum, pactum quo exceptio-
nes excluduntur:qua ratione vtrum tantùm fri-
uolis, Bart.in l.1.§.1.num.3.quod vi aut clam.Spe-
cul.de renunc.per tot.& de oblig.& solu.§.1.vbi Bal.
Cyn.in l.ita pudor.C.de adult.Hipp.sing.96.renun-
cians.Ant.Cors.sing.verb.except.1.num.1. an aliis
etiam, præsertim postea natis, aditus præcluda-
tur, à Dd. est discendum. Ias.in l.sed etsi quis.§.
quæsitum.num.6.& 7.ff.si quis caut.& in l.penult.
B num.17.18.C.de pac.& in l.1.num.6.de cond.indeb.
Man.sing.1.num.1.Alex.consil.1.num.8.volu.6.&
consil.208.num.6.vol.6.

DE EXCEPTIONE REI iudicatæ. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio quare detur hæc actio.*
3 *Quando obstet rei iudicata exceptio.*

C POst † generalem de exceptionibus titulū 1
quædam nunc speciatim de præcipuis ex-
ceptionum speciebus (nec enim omnes exe-
qui, huius est loci aut instituti) consequenter
proponuntur. Est autem inter præcipua exce-
ptio rei iudicatæ, cum obiicitur actori: Actum
ne agas,quæ etiam litis ingressum impedit.d.c. 2
1.de lit.contest.in 6. Quod † probabili ratione
placuit, ne aliter modus litium multiplicatus
D summam atque inexplicabilem faciat difficul-
tatem, maximè si diuersa pronuncientur.parere
ergo exceptionem rei iudicatæ frequens est: l.
singulis.6.h.tit.l.3.& 4.C.de re iudicata.nam cum
actionem etiam res iudicata pariat, Paul.lib.1.t.
19.& lib.5.tit.5.l.si actor.C.de reb.creditis.multo
magis exceptionem producere dicendum est.
l.1.§.nam cui damus.de superficieb. Ac Cicero in
Orat.pro L.Flacco ostendit, olim præsides de
rebus iudicatis denegare actiones consueuisse.
& pro A. Cluentio inquit, extremæ impuden-
E tiæ esse, iudicata labefactare conari. Amplius in
Oratione de Lege agraria ad populum dicta,
rerum iudicatarum infirmationes,ait ciuitatum
afflictarum perditis iam rebus extremos exitio-
rum solere esse exitus.

¶ Sed illud Iulianus rectè respondit exceptio-
nem rei iudicatæ tum demum obstare, quoties 3
eadem res siue quæstio inter easdem personas
reuocatur.l.3.h.tit.nec enim sententia inter a-
F lios dicta, aliis debet nocere:l.sæpe.de re iudicat.
l.1.h.tit.neque de vna re dicta,ad alias res,quę in
superius iudicium deductæ non sunt, trahi.l.si
cum testamento.21.in prin.l.si in iudicio.23.l.& an
eadem.14.h.tit. Separatorum enim separata est 3
causa & ratio.l.eum.18.de negociis gest.l.si mari-
tus.C.de donatio.inter vir.& vxor.l.de seruo.de ca-
lumniatoribus.Eadem autem quæstio est,cum vel
res eadem iterum petitur, quamuis aucta aut
diminuta, aut pro parte tantùm petatur,l.si quis
G cum totum.7.cum l.seq.d.l.& an eadem.14.in prin.
& §.1.h.tit. vel eadem est causa petendi.l.si ma-

ter. 11.§. eandem.d.l.& an eadem. h.t. Eędem personæ dicuntur non modò principales, sed etiam quæ in earum locum succedunt, l.4.l.si à te hereditatem.9.§.fin.d.l.si mater.in prin.& §. Iulianus. & §.fin.h.tit. quæque ab his mandatum habent. d.l.si mater.§.hoc iur.

DE DIVERSIS TEMporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum. Tit. III. C.7.33.vsq; 40.

1 *Cuiusmodi sint temporales præscriptiones.*
2 *De accessionibus temporum.*
3 *Quanto tempore actionibus præscribatur.*

1 PRæscriptiones † quoque temporales variæ & diuersæ sunt, quæ excludunt agentem, C quia debito tempore non egit: vt cum dicitur annalem actionem (cuiusmodi pleræque prętoriæ sunt) intra annum vtilem, qui ex diebus vtilibus, quibus agi potuit, constat, *l.si cum exceptione.§.post annum.de eo quod met.caus.§.rursus. Inst. de actio.l.vltim.C.de temp.in integ.rest.l.si non conuicij. C.de iniur. l.interdum. l. auxilium. de minor. tunc.l. iure mariti. C.de adulter.l.si maritus.ff.eod.l.1.de his quæ in fraud. cred.* non esse intentatam: *l. 1. h.tit.* item cum vendicanti rem præscriptio triennalis obiicitur, D aut decennij, vel vicennij, *l.3. h.tit. §.1. Inst. de vsuc.* aut etiam triginta vel quadraginta annorum. *tot.t. C.de præscr.30.anno.* qua in parte sciendum est, accessionum tempora in possessoribus considerari. Nam continuatur defuncti tempus quod possedit, cum tempore hæredis, *l.cum hæres.11.h.ti.*& eius qui ab hęrede emit: *l.pen.§.fin.h.tit.* item emptoris & venditoris, e-
2 tiam tertij, quartíue. *l.5.6. 14.15. h.tit.* Sed † de accessionibus possessionum nihil in perpetuum E neque generaliter definire possumus: *vide Cuiac. in l. id tempus.14. l.serui. 16. de vsucap.* consistunt enim in sola æquitate. Planè tribuuntur iis, qui in locum aliorum succedunt, siue ex contractu, siue ex vltima voluntate. *l.de accessionib.14. h.tit.*

3 ¶ Eiusmodi quoque temporalis præscriptio fisco obstat: nam à bonis vacantibus (licet iure Sax contravideatur. *art. 28. & 29.lib.1.*) quadriennij curriculo excluditur. *l.intra.10.h.tit.l.1.& tot.t.C.de quad.præscr.* F à commissis quinquennio, *l.2. C.de vectig.* in reliquis præscriptione vicennij: *l.in omnibus.13. h.tit.l.1. §.præscriptio. de iur. fis.* quòd posterioribus constitutionib. non est sublatum, sed confirmatum: *l.omnes 4. C. de præscr. 30.ann.* eoque tempore & aliis omnibus publicis & criminalibus iudiciis præscribitur: *l. querelam. C.ad leg.Cor.de fal.l.2.de requir.rer.* ciuiles verò actiones triginta annorum præscriptione eliduntur, *l.sicut. l.omnes.4. C.de præscri.30.ann.in princ. Inst.de perpet.& tempor.actio.* G nisi breuioribus spaciis specialiter sint circumscriptæ: vt actio doli,

A *l.fin. C.de dolo malo.* iniuriarum, *l.si non conuicij.C. de iniurijs. cum similibus.* adulterij. *vide]. de adulter.* Reliquæ omnes quæ hanc tempora effugiũt, tàm publicæ & ecclesiasticæ, quàm priuatæ, 40. annorum decursu præscribuntur, *d.l.4.C.de præscr.30.ann.vide ext.de præscr.* Quod quidem tempus continuum est. *l.nunquam. §. in vsucap.]. de vsucap.* curritque non modò contra sciẽtem, sed etiam aduersus ignorantem, & absentem: *l. fin. C. de long.temp.præscr.l.sicut.3. C. de præsc.30. ann.* B quamuis ignorantibus ius suum, restitutio in integrum ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa, &c. *in l.1. ex quib.caus.maior. &c.* detur. *tot. tit C.quib.non obiici.longi temp.præscr. Bart. in l.1. §. siquis autem.]. de itiner. actúque priuato. Panor. in c. vigilanti. de præscr.* latè *Bald. in tractatu præscrip.4.part.4.partis princ.quæst.29.vide]. ad tit. de vsucap.in fin.*

C

DE DOLI MALI ET metus exceptione. Titul. IIII.

1 *Dispositio huius tituli: & quàm latè pateat hæc exceptio.*
2 *Quare detur.*
3 *Quomodo dolo quid factum dicatur.*
4 *Quando huic exceptioni locus sit.*
5 *Quibus obiici possit, vel non.*
D 6 *Quamdiu.*
7 *De metus exceptione.*

LAtissimè † patet exceptio doli, vnde & generalis dicitur: *l.apud Cels.4. §.fin.h.tit.* quippe quæ ex omnibus in factum exceptionibus oriatur, quia dolo facit, quicunque id quod qualibet exceptione excludi potest, petit. *l. 2. §. & generaliter. l qui æquitate. 12 h.tit.* Quo autem di- 1
E lucidius intelligi posset hæc exceptio, ordinem l. C. *in l.1. h.tit.* secuti, prius de causa videamus, quare proposita sit: deinde quemadmodum dolo fiat: tum quando & quibus casibus obstet: deinde aduersus quas personas locũ habeat: nouissimè intra quæ tempora hæc exceptio competat.

¶ Ideo autẽ eam proposuit prætor, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem prodesset: *l.1.§.1.d.l.4.§.Labeo.13.h.tit.* quod foret planè iniquissimum. *l.2.* 2
F *de eo per quem factum erit.* Quare ne replicatione quidem doli hæc exceptio elidetur, ne ex eo quod perfidè gestum est, actor quippiam consequatur. *d. l. 4.§.Marcellus.h. tit.* aut alij dolus noceat quàm illi qui eum admisit. *l. si procurator.11.h.tit.* An dolo quid commissum sit, ex qualitate facti intelligitur. *d.l.1.in fi.l.dolus.C de resc. vendit.* Sed † & his dolo facit, qui petit quod qualibet exceptione excludi potest *d.l.2.§.& generaliter.* vel quod scit non oportere solui, *d. l.2.* 3
G *§.circa.* aut si soluatur, esse restituendum. *l. dolo facit.8.h.tit.*

¶Huic

4 ¶ Huic autem exceptioni locus est, cum fraus A actoris coarguitur. Ex eadem enim proponitur causa, ex qua actio doli. *d.l. 2. in princ.* videlicet cum machinatio fraudulenta in negocio latet: cuiusmodi multas species I. C. *in l.2.& seq.h. tit.* proponit.

5 ¶ Obstat hæc exceptio ei qui decepit, non aliis: *d. l.si procurator.11.* nec enim sufficit dolo factum esse, sed oportet actoris malitiam coargui *d.l.2.§.1.* aut eius procuratoris. *d.l.4. §. quæsitum.* Nam sicuti actio doli, ita & exceptio, quam ex B eadem causa dari diximus, in personam directa est. *l.item.17. de dol.mal.* Aduersus parentes, aliásque personas quibus reuerentia debetur, neque doli exceptio, nec alia quæ existimationẽ apud bonos suggillet, cõpetere potest: in factum itaque erit excipiendum. *d.l.4.§.aduersus.& §.fin.*

6 ¶ Non autem sicut de dolo actio, quæ famam violat, certo spacio finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuò competit: C cum actor quidem in sua potestate habeat, quando vtatur iure suo: is autem cum quo agitur, non habeat quando conueniatur. *l.purè.5. §.fin.h.tit.l.si pactum. C.de except.* Itaque ea ratione cessante, cũ in modum actionis quæstio doli proponi potest, perinde vt actio terminatur. *l. si quis libertatem.de petit.hæredita.l.quæsitum.§.fin.de peculio.*

7 ¶ In metus exceptione eadem omninò obtinent. Itaque Cassius eam omisit, contentus doli exceptione, quæ generalis est. Sed vtilius vi- D sum est, etiam de metu opponere exceptionem, nam distat quadantenus à doli exceptione: quia est in rem scripta, sicuti ipsa actio: vt non inspiciamus, an is qui agit, metus causa fecerit, sed an omnino metus causa factum sit. Et quamuis de dolo authoris exceptio doli non obiiciatur: tamen hoc iure vtimur, vt de metu non tantùm ab authore, verùm à quocunque adhibito, obiicui exceptio possit. *d.l.4.§.fin.*

E

QVARVM RERVM Actio non datur. Tit. v.

1 *De exceptione iurisiurandi.*
2 *De his quæ onerandæ libertatis causa promittuntur.*
3 *De dolo qui causam dat contractui.*

F

1 SSiendum † autẽ est, exceptione quandoque nõ esse opus, vt iis in rebus quarum rerum actio à prætore, qui actiones olim concedebat, & à quo erant impetrandæ, non datur. Quod vsu euenit, cum quis aduersarium suum delato iureiurando, iudicem de causa facit. *l. 1. in prin.h. tit.* Iurisiurandum enim vicem rei iudicatæ obtinet. *d. l.1. l. 2. de iureiur.* Itaque post rem iureiurando decisam, non dat actionem prætor, *l. ait prætor. 7. de iureiurand.* ne de periurio quæratur. G *l. fin. de in litem.iuran.l.nam postea.9.§.1. de iureiur.l.nam sufficit.de dolo malo. §.cauè.Inst de ......*

A Quare † & hodie hæc exceptio litis contesta- 2 tionem impedit. *d.cap.1.de litis contest. in 6.* Item in iis, quæ onerandæ libertatis causa patronus à liberto stipulatur. Quia visum est aduersarium libertati, ac violentiæ plenum, perpetuo vexationis metu libertum patrono subiici, propter quem metum quiduis sustineat patrono exigente. *d.l.1. §.quæ onerandæ.* Quo tamen casu exceptione opus est: quia stipulatio, quantumuis dolo malo metúue sit inita, ipso iure valet. *l.5.C.de*
B *inutil. stipul.* Sed † quando res incidit in contra- 3 ctum bonæ fidei, tum etiam non opposita exceptione denegat actionem prætor: vt si societatem onerandæ libertatis causa patronus cum liberto inierit. *l.Labeo. de bon. lib.* Nam cum videatur metu inita, *d.l.1. §. quæ onerandæ.* cui dolus inest, *l.si cum exceptione. 14. §. eum. de eo quod metus causa.* ipso iure ad nihilum recidit, nec ex ea actionem dat prætor: *d.l. 1. §.si libertatis.* cum neutiquam sit consentaneum, actionem bonæ C fidei, cui dolus maximè aduersarius est, dari ex eo quod fraudulenter inuenitur gestum, *in l. & eleganter.in prin. de dol.mal.vbi vide quæ dixi. l. 3.]. pro soc.l.in causæ.17. in pri.de minor.* idque præsertim in societate obtinere æquum est: quæ cum ius fraternitatis complectatur, & planè libera esse debeat, meritò nullius momenti esse censetur, si ad eam libertus, causa libertatis consequendæ quasi adigatur. *l.Labeo.36.de oper.lib. vide l.1.de bon.lib.*

D

DE LITIGIOSIS. Tit. VI. C.8.37.

1 *Cuiusmodi sit hæc exceptio.*
2 *Quæ res dicatur litigiosa.*
3 *De pœnis alienantium res litigiosas.*

E EST † & exceptio de litigiosis rebus propo- 1 sita: nam si quis sciens rem emat litigiosam, huic petenti possessionem vel nondum acquisitam, vel amissam, obstat exceptio litigiosæ rei, *l.1. h.tit.* quam emere non debuit. *tot.tit. C.de litigiosis.* Litigiosa † autem res dicitur, non de 2 qua controuertitur extra iudicium, per denunciationem fortè. *l.1.h.tit l.1.C. eod.* sed de qua lis mota est. quod fieri in his realibus (nam in personalibus litis contestatio requiritur, *l.2. vbi glo. & Dd. C.de litigio.*) intelligitur aduersario cita-
F to, & proposita petitione, *auth.litigiosa. vbi Doctores. C. eod. vide glo.in c.1.verb.litigantib. vt lit. pendent.lib.6. cle. 2. eod.tit.* atque hoc quidem in emente rem litigiosam obtinet. Quòd † si verò ipse litigator illiusmodi rem dedicet sacris, 3 quia non modò aduersarium afficit iniuria, cuius duriores reddit partes, sed etiam contumeliosus est in Deum, quem falsa religionis specie colit: meritò dupli pœnam patitur. *l.fin. hoc titu.* Sed eiusmodi pœnæ hodie latiùs vagantur, &
G ad omnem rerum litigiosarum nundinationem extensæ sunt. *l.fin. cum Auth.*

DE OBLIGATIONIBVS & actionibus. Tit. VII.

C. 4. 10.

1 *Quomodo ſtipulationes dicatur prætoriæ.*
2 *Quare inter iudicia prætoria referantur.*
3 *Quare hîc de obligationibus & actionib.*
4 *Quid ſit obligatio.* (*agatur.*
5 *Quotuplex.*
6 *Quæ propriè dicatur obligatio.*
7 *Cauſa efficiens: qui modo obligationem trahere poſſint, aut non.*
8 *Materia, forma, finis & effectus obligatio*
9 *Quomodo extinguatur obligatio.* (*num.*
10 *Quid ſit actio, & quàm latè id nomen pa teat.*
11 *Partes & ſpecies actionum: & quomodo rectè proponantur.*
12 *Cauſa & effectus.*

1 POſt † expoſita poſſeſſionum iura, ad ſtipulationes progrediamur, quæ etiam ad iudicia prætoria, tàm petitoria quàm poſſeſſoria pertinent, vnde pleræque prætoriæ ac iudiciales appellantur. *tot. tit.* ꝫ *de præ ſtip.* Nam cùm multis rerum humanarum actionibus, tum præcipuè iudiciis prætor ſponſiones adhibuit: vt ex Cicerone, Quintiliano, & noſtris etiam legibus intelligi licet. Itaque quamuis etiam iure ciuili, ſtipulationes valent. §. *de conſtituta. Inſtit. de actio.* tamen in iudiciis verſantur magis ex authoritate & iuriſdictione prætoris, qui harum vinculis forenſes altercationes corroborat, & litigantium tum conſulit ſecuritati, tum temeritatem coercet: quam vlla iuris ciuilis introductione. Quòd
2 † ſi quis autem fortè quærat, quamobrem non ad contractuum genera hic tractatus ſit relatus, ſicuti factum in Inſtitutionibus videmus: nihil tam facilè expedire queamus. Nam contractus de quibus ſuprà dictum eſt, ex iure gentium oriuntur, & præcipuè conſenſu conſtant: cumque non à prætore, ſed iure ciuili vim habeant, meritò ad iudicia ciuilia rerumque tractatum referuntur. At ſtipulationes à iuriſdictione prætoris vſum & vim præcipuam mutuantur, & ex ſubtili quadam iuris ratione verbis obligationem gignunt, formulisque iudiciorum à prætore interponi atque adhiberi ſolent: vt non immeritò iudiciis prætoriis, quorũ hoc loco tractatio eſt inſtituta annumerentur. Sed † quia hæc materia
3 latè patet, multaque habet cum reliquis obligationibus communia, vt nihil prætermittatur: primùm in genere de obligationibus & actionibus videamus: vt quæ deinceps de verborũ obligationibus dicturi ſumus, facilius intelligantur.

¶ Obligatio ab obligando vinciendòq; dicta
4 eſt. nam in eo vis eius, & (vt loquitur Paulus) ſubſtantia conſiſtit. *l.3. h. tit.* Etenim eſt iuris vin-

A culum, quo quis neceſſitate adſtringitur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ ciuitatis iura. *in prin. Inſtit. eod.*

¶ Obligatio autem eſt aut naturalis aut ciui- 5
lis: naturalis, quæ ex naturali ratione cauſam habet, *l.1. §. ſi id quod. h. tit.* & (vt alibi dicitur) ſolo æquitatis vinculo nititur. *l. Stichum. 95. §. naturalis de ſolutio.* Ea rurſum duplex eſt, ſicut ipſum ius ciuile. Alia enim cum reliquo iure naturali exiſtit ex quadam naturæ affectione: vt eſt obligatio naturalis ad antidora. *l. ſed etſi. 25. §. conſu-*
B *luit. de petit. hæred.* quæ neque ad certum quid obligat, nec impedit ſoluti indebiti repetitionem: *glo. mag. & Dd. in l.5. de iuſtit. & iur. & in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignor.* quamuis Zaſius refragetur. *ſing. reſponſ. lib.1. cap.3. num. 21. & 22.* Alia eſt obligatio iuris gentium, orta ex conuentione & iure humano, quod conuentiones ſeruari præcipit. *l.1. in prin. de pact.* Is natura debet, inquit I. C. quem iure gentium dare oportet *l. cum amplius. 84. §.1. de reg. iur.* De hac naturali
C obligatione potiſſimum agunt I. C. cum aiunt aliquem naturaliter obligari. *l. frater. 38. l. ſi quod 64. de cond. ind. l.1. vbi dixi.* ꝫ *de nouat. l. Stichum. §. naturalis. de ſolut. vide de hac Gouea. lib.2. ca.26. & in l.1. §. id quod natura. ad l. Falcid.* Porrò ciuilis obligatio eſt, quæ oritur ex iure ciuili. *vide gl. & Dd. in l. 5. de iuſt. & iur.* quam rurſus diuidimus in ciuilem propriè ſic dictam, quæ lege introducitur: & prætoriam, quæ ex edicto aliquo præ-
D toris deſcendit. *l. obligamur. 52. §. lege. h. tit. l.1. § fin. de conſtit. pecu.*

¶ Propriè autem obligatio dicitur, quæ vtram- 6
que, & ciuilem & naturalem continet. Hæc enim demum efficax eſt, & vinculum illud iuris habet, cuius in definitione fit mentio. *glo. & Dd. in prin. Inſtit. de oblig. & in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. de pactis. in l. frater à fratre. 28. de condictio. indebiti. l.1. de nouatio.*

¶ Obligatio contrahitur aut conſenſu: *d. l. ob-* 7
E *bligamur. 52. h. tit.* tam vero, qui cùm facto, tum verbo, tum etiam nutu declarari poteſt. *d. l. obligamur. in fin. vbi Doctor.* quàm præſumpto, cuius vſus eſt in quaſi contractibus. *l. ſi quis. 5. §. 1 h. tit. tot. tit. Inſt de oblig. quæ ex quaſi contractu.* aut re, aut verbis, aut ſcriptura, prout quique contractus horum aliquid ad perfectionem ſui præcipuè requirunt: *l.1. h. tit. §. fin. Inſt. de oblig. & quib. mod. re cont. vbi dixi.* quanquam in omnibus conſenſus etiam deſideretur *l. 1. §.1. de pactis.* Item
F cõtrahitur obligatio lege, cum videlicet ſecundum aut contra leges quid facimus, vnde teneamur. *d. l. obligamur. §. lege. h. tit.* item facto & neceſſitate. *d. l. obligamur. circa fin.* denique ex variis cauſarum figuris. *l.1. in prin. h. tit.* Cum autem cõſenſus requirantur in omni obligatione, ſicut diximus, aut principaliter, aut συνεργῶς nec enim inuitus quiſpiam obligatur. *l. nec emere. C. de iure deliberandi. l. ſicut. C. de actio. l. cum poſtulaſſem. de damno infec. l. Imperator. de contra. empt. cum ſi-*
G *mil.* ſequitur voluntatem eius requiri qui conſentire poteſt: puta puberis & mente compotis, tà

tis, tàm patrisfamil. *l. obligari. 43. h. tit.* quàm filijfamiliâs. *l. filiusfamil. 39. h. tit.* nam furioſi & impuberes non obligantur, *l.1. in fin. h. tit.* ne naturaliter quidem, quin ſolutum repetere poſſint: *l. pupillus. 59. h. t.* niſi in iis, in quibus re ipſa citra voluntatẽ naſcitur obligatio, & quatenus facti ſunt locupletiores. *l. ſi à furioſo. 24. l. furioſus. 46. h. tit.* Sed & impuberem, qui intelligat quid agatur, naturaliter obligari, quod ad conſenſum attinet, conſentaneum eſt. *l.1. de nouat. vide quæ dixi Inſtit. de inutil. ſtip. & quib. mod. toll. obl.* Seruus etſi
B conſentire poteſt: tamen quia iure ciuili pro mortuo habetur, *l. quod attinet. de reg. iur.* naturaliter tantùm, non etiam ciuiliter obligatur; *l. ſerui. 14. l. obligari. 43. h. tit.* niſi in delictis, quorum nemo impunitatem ſperare debet. *d. l. ſerui.* Mutus & ſurdus conſenſu & factis, verbo verò obligari non poſſunt. *l. 1. in fin. l. in quibuſcunque. 47. h. tit.* Cæterùm & cauſam ex qua obligatio conſtet, exprimi ſemper oportere, receptum eſt: a-
C lioqui non conſtabit obligatio, *l. cum de indebito. de probat. Dd. l.2. §. circa. de dol. mal. except. Bartol. l. qui ſine. nu.2. de condi. ſine cauſ. Iaſ. l. quo minus. num. 166. de flumin.* niſi (vt quidam volunt) inter mercatores. nec enim cauſa donationis præſumitur, *l. Campanus. de oper. lib. l. ſi cum aurum. de ſolut. l. cum de indebito. de prob.* niſi exprimatur. *vt communiter contra Bart. concludunt Ang. & Dd. l.2. § circa. de dol. except. l. à Titio. de verb. oblig. Iaſ. Alex. Bald.*
D *Ang. Caſtr. & alij. l. iuriſgentium. § ſed cum nulla. ff. de pac. latè Tiraq. de retract. conuen. in fine. nu.105.*

8 ¶ Materia ex qua exiſtunt obligationes, ſunt facta: materia circa quam, res licitæ & poſſibiles. Neque enim vlla eſt rerum turpium obligatio, *l. generaliter. 26.* ꝫ *tit. 1.* vt nec impoſſibilium. *l.1. § ſi id quod. cum ſequ. l. non ſolùm. 31. h. titul. l. impoſſibilium. 145. de reg. iur.* Forma obligationum varia eſt, pro voluntate contrahentium: aliàs enim verbis, aliàs conuentione & pactis, alias ſcri-
E ptura, alias aliter formatur obligatio. *l. contrahitur. 4. de pignoribus. l. contractus. 16. C. de fide inſtru. cum ſimilib.* Rectè autem contrahitur obligatio, aut proprio nomine, aut alieno: *d. l.1. § ſed aut proprio.* dum tamen initium & ſubſtantia obligationis in perſona propria contrahentis conſiſtat. *l. quæcunque. 11. h. tit.* Ad formam etiam pertinet, quòd obligationes, præcipuè dandi, neque induci poſſunt tempore, nec finiri: *l. obligatio-*
F *num. 44. §.1. h. t.* qui tamen contra pactum tempus agit, exceptionis æquitate repellitur. *d. l. obligationum.* Quare quod ad effectum attinet, obligationes diem recipiunt, *§. omnis. Inſt. de verb. oblig. l. eum qui. vbi Dd.* ꝫ *tit. 1.* vt & conditionem, *l. is cui. 42. h. titul.* non tamen poteſtatiuam: *l. ſub hac. 8. h. tit. d. l. obligationum.* item modum, acceſſionem, *d. l. obligationum. §. modus. & §. acceſſio.* &c. Cauſa finalis eſt, vt ex obligatione aliquid detur aut fiat. Effectus, non vt nobis aliquid obligatio ipſo iure acquirat, ſed ad dandum faciendumve aliquem obliget, *l.3. hoc tit. l. traditionib.*
G *C. de pactis.* actionémque ad id exigendum producat. *l. licet. 42. §. ea obligatio. de procuratoribus.*

A ¶ Aduerſantur obligationi diſſenſus, *l. in venditionibus. 9. de contrah. empt.* error, *l. in omnibus.* 9
55. h. tit. ſimulatio. *l. contractus. 54. hoc tit.* Et hæc quidem impediunt ortum obligationis. Ortam autem iam & natam rurſus extingunt & diſſoluunt mutuus conſenſus, *l. ab emptione. de pactis.* ſolutio, & quicquid ſolutionis vim habet, *tot. tit. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* interitus rei ante moram debitæ: *l. is qui. 45. h. tit.* item tempus, ſaltem per exceptionem, *d. l. obligari. §. placuit.* vel
B per præſcriptionem. *l. ſicut. 3. l. omnes. 4. C. de præſcr. 30. annor.* Nam quod dicitur, tempus non eſſe modum inducendæ aut tollendæ obligationis, de cauſa ſolius temporis accipiẽdum eſt, non etiam quando cum tempore cõſenſus partium, aut legis diſpoſitio, aut alia efficax cauſa concurrit. *l. obligationum. 44. § placet. vbi dixi. hoc tit. vide Salic. in l. ſicut. C. de præſc. 30. ann.*

¶ Quod ad actiones attinet, ſciendum eſt hoc 10
C nomine propriè cenſeri actiones perſonales, *l. actio. 28. hoc tit.* etiamſi ἐνίοτε etiam reales & extraordinariæ comprehẽdantur; *l. actionis verbo. 37. h. tit.* nec modò ciuiles, ſed etiam criminales. *l.1. & 2.* ꝫ *de crimine ſtellio. l. penul.* ſ. *ſi ex noxali cauſa agatur. tot. tit. C. quando ciuilis actio præiud. crim. l. Caius.* ꝫ *de crim. expila. hæred.* Quo ſenſu hoc in titulo accipi, vel ex eo liquet, quod de quibuſlibet formis actionum generatim hîc diſ-
D ſeratur. Actio autem nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur: *l. nihil aliud. 51. hoc tit. in prin. Inſtit. eod.* Genus eſt ius perſequendi, id eſt, facultas agendi vel conueniendi. *l. 1. de eo quod certo loco. l. ſi pupilli. 6. §. videamus. de negoc. geſt. l. purè. § fid.* ſ. *de doli mali except.* Differentia eſt in verbis, perſequendi in iudicio. Nam hoc ſecernuntur actiones à poſtulationibus extraiudicialibus, & extraordinaria citráque ſolennitatem iudicij facta officij iudicis imploratione.

E ¶ Actionis partes ſunt tres, proœmium, narratio, concluſio: vel (vt volunt Doctores) pro- 11
poſitio maior, propoſitio minor, & concluſio. *Bartol. in l. ſi prius. de operis noui nuncia.* ꝫ *Iaſon. in §. omnium. num. 115. Inſtit. de actio.* Maior eſt ipſa facti narratio, quæ apertè & breuiter eſt inſtituenda, vt voluit Iaſ. prælleg. loco: vel potius aliqua iuris regula maior eſt. Deinde narratio ſpecialis facti de quo agitur, minoris locum ob-
F tinet, quod ſic deduci debet, vt ex eo appareat medium concludendi. *Bartol. in l. certi condictio. numer. 2. ſi certum petat. & in l.2. C. de petit. hæred. glo. magna. in l.1. de edẽdo. & l.2. §. circa. de doli except.* quam Cauſam, appellant Iuriſconſulti, *l. & an eadem. 14.* ꝫ *de excep. rei iud.* Quòd ſi hæc cauſa concludendi fuerit inepta, libellus erit ipſo iure nullus. *Bart. in l. edita. num.1. C. de eden. per d. l. 2. § circa. Iaſ. præall. loc. nu. 116. & 117.* Vltima pars eſt concluſio, quam conſtat omnino eſſe neceſſariam, *l. fin. C. de fideicommiſſ. liber.* *Bart. in d. l. edita.* (iudex enim non interponit officium, niſi
G quatenus petitum eſt, *l. 4. §. hoc autem. de damno infect.*) cuiúſque forma totam actionẽ ampliat,

D

restringit& moderatur.Bart.*in l. Aurelius.§.Sticho.de liberatio.legata. Innoc.in c.super literis.de rescript. Ias.post Ang.in d.§.omniũ.n.*127.Præcipuæ actionũ diuisiones sumũtur primũ à materia circa quã:aut enim sunt in rẽ, aut in personã directæ.*l.actionũ.25.h.t.* §.1. *Inst.eo.vbi dixi.*Secũdo, à causa efficiẽte: nã aliæ ciuiles,aliæ prætoriæ dicuntur.*d.l.actionũ.l.in honorariis.35.h tit.§.sed istæ. Instit.eodẽ.*Tertiò,à fine quædã enim pœnã persequũtur,quædã rẽ familiarem,nonnullæ vtrũque. §.*sequens.Instit.eod.d.l.in honorariis.l. pe.h.tit.* Quartò,à forma, & modo petitionis:aliæ enim in simplũ,alię in duplũ,aliæ in triplũ,alię in quadruplũ, nec vlterius cõcipiuntur.*§. omnes autem Inst.eo.*Quintò,à sui qualitate & natura:pleręque n.sunt bonę fidei,quędam stricti iuris.*§.actionũ. Instit.eod.*Sextò,ab effectu:nam aliæ solidũ,aliæ minus consequuntur. §.*sunt præterea. Inst.eod.* Et has sex actionũ diuisiones Imperator in Inst.ordine exponit.Possunt autẽ& aliæ tradi.Sũt enim quædã ciuiles,quædam criminales:earumque aliæ ordinariæ,aliæ extraordinariæ;aliæ directæ, aliæ contrariæ: & alio sensu, quædam directæ, quædã vtiles, *de his Gouea.li.1.ca.40.l.si mensor.si mens.fal.mod.l.antepen.de neg.gest.* quædam in factum:*de his.l.1.C.de reuo.his quæ in fraud.l.cum mota. C.de transf. Gouea.lib.2.ca.27.*pleręque perpetuæ, nonnullæ temporales, quædam in hęredes trãsitoriæ,quædam nõ:nonnullæ vniuersales,pleręque particuliares: quædam præparatoriæ, aliæ principales,alię natiuę,aliæ datiuę,vt volũt Dd. *Dd.in l.iuris gentium.7.§.quinimo.de pact.Ias. in §. rursus.num.78.& in §.item.nu.106.Instit.de act.vide Monta.in tract.fi.regund.c.38.numer.7. vide quæ dixi ad titul.de pact.*

¶ Obligationes cum sint iuris gentium,*l.5.de iust.& iur.*agendi modum etiam ex eo iure nasci,*Pan.in c.dilecti.de iud.Bar.in l.rerũ.n.2.3.& 4. sup.rer.amota.*dubiũ nõ est.Quia tamen actiones Ro.de quibus agimus, formã à iure ciuili accipiunt,quæ (vt loquuntur)dat esse rei,*l.Iulianus. 9.§.si quis rẽ ad exhib.*merito iuris ciuilis esse perhibentur.*l.2. §.deinde ex his.de origine iuris.*Materia ex qua,sunt facta &obligationes:materia circa quã,personæ & res.*d.§.1.Inst.eo.* Forma actionũ olim in impetratione & cõpositione,certisq; verborũ formulis consistebat, vnde & formulæ ipsæ actiones vocantur:*Vlp.t.25.Paul.li.3.t.3.tot. t.C.de for.& imp.subla.* quæ omnia postea antiquata sunt,*l.1.& 2.C.de formul.& impe. sub.*sufficitque hodie, congruentem & aptam negocio proponere actionem,etiam nullo certo nomine expresso.*c.dilecti.de iudiciis.vide quæ dixi sup.de edend.*Finis est,vt quis ius suum legitimæ consequatur:quod quidẽ ad salutẽ Reip. hominũque societatem inter ipsos retinendam omnino est necessarium.Effectus actionis multiplex est: nã ad eam cogitur pars aduersa respondere:*Auth. offeratur,C.de litis contestat.*iudex secundum eam, si probari potest,pronunciare,alioqui litem facturus suam: *l. fi.C.de fidecommiss.libert. Bald.& Dd.in l.prolatam.C.de sententiis.vide glo.& Dd.in l.argentarius.10.de eden.*item ea proposita interrumpit præscriptionem. *l.fin.C.de præscr.30. annor.l.moræ.vbi Dd. C.de rei vend.*Denique,vt vno verbo concludam, verissimum est quod dicitur: Neminem persequendo deteriorem causam suam facere,sed meliorem.*l.nemo.88. de reg.iur.*

DIGSTORVM PARS VII.
LIBER XLV.
DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.
Titulus I.

1 *Continuatio,& dispositio huius tractatus.*
2 *Vnde dicta sit stipulatio.*
3 *Quid sit:& definitionis explicatio.*
4 *Qui impersonaliter promittit,an obligeiur.*
5 *Partes stipulationis.*
6 *Diuisio 1. de prætoriis & iudicialib.stipulat.*
7 *Diuisio 2. de stipulationibus dandi & faciendi diuiduis & indiuiduis.*
8 *Diuisio 3.de stipul.certi & incerti.*
9 *Diuisio 4. de stipul.puris & conditionalib.*
10 *Causa efficiens.*
11 *Materia:& quæ stipulari possimus, aut non.*
12 *Forma contrahendæ stipulationis.*
13 *Finis.*
14 *Effectus:& de condictione certi,& actione ex stipulatu.*
15 *Contraria stipulationi.*

DICTVRI † de stipulationibus, materia varia,multiplici & obscura, eũdem retineamus in explicando ordinẽ,quem in aliis multò ad intellectũ faciliorib. docẽdi gratia secuti sumus: vt videlicet primo loco in genere exponamus, quid sit,& quomodo rectè cõtrahatur stipulatio, & à quibus,tum quemadmodum confirmetur, vltimò quibus modis soluatur.Iis enim expositis,faciliùs deinceps percipi poterunt, quæ de speciebus stipulationum prætoriarum subiiciũtur. Vt igitur quid sit,& qua forma rectè cõtrahatur stipulatio, intelligi possit,totam hanc materiam

materiam pro more nostro per methodũ breuiter ducamus.

2 ¶ Varro lib.4.de lingua Latina stipulationem à stipe, id est, pecunia quam stipulari solemus, deducere videtur. Sed quoniam præter pecuniã numeratam aliæ etiam res in stipulationem veniunt, nec solent contractus à rebus circa quas versantur, quæ multiplices plerunque & variæ sunt, sed à sua forma, causis & effectu denominari:vt mutuum,cõmodatum, permutatio, &c. ideo maluit Iustinianus *in prin.Instit. eo. tit.*à stipulo hoc nomẽ deriuare. Stipulum enim veteribus firmum significabat, fortassis à stipite, cui firmiter quid alligatur,sicuti robur ab arborum robore.A stipulo igitur,id est,ab eo quod firmũ est, dictam esse stipulationem consentaneũ est: sicuti & Theophil.in Inst.interpretatur,& Paul. lib.5.receptarum sententiarum,tit. 7.de obligationibus. Quia hæc vna obligatio, citra rationẽ iuris gẽtium,iure ciuili ex solis verbis firma est: *§.de constituta. Instit. de actio.* vnde & verborum obligatio appellata,quòd magis verborũ solennitate, quàm æquitate conuentionis constituatur.Et hic quidem contractus iam perfectus stipulatio dicitur. *l.5.§.stipulatio.hoc tit.* Quare ad totum contractum nomen stipulationis pertinet:etiamsi obtinuit, vt stipulari dicatur is qui interrogat, sibique vult promitti; promittere, qui spondet & pollicetur. *tot. tit. Instit. de verb. oblig.& de duob.reis.*

3 ¶ Stipulatio est verborum conceptio,quibus is qui interrogatur, daturũ facturúmue se quod interrogatus est,respondet.*l.5.§.stipulatio.hoc tit. vide Paul.lib.2.tit.3.* Verborum conceptio loco generis ponitur. Alij enim contractus tantùm sunt conuentiones: *l.1. §.1.l.iuris gentium. 7. in prin.de pactis:* quia in iis sufficit cõsensum interuenire sine verbis.*l.si stipuler.35.§.vlt.hoc tit.* Sed stipulatio verborum conceptio dicitur,id est,certa & formata verborũ complexio, quæ interrogatione & responsione constat,vt hæc verba sequentia indicant: Is qui interrogatur, respõdet, &c. in quibus est differentia,qua stipulatio à reliquis conuentionibus & pollicitationib. distinguitur. Ideo autem verborum cõceptio dicitur, quia à verbis vim omnem mutuatur: neq; contrahi potest, nisi vtroque loquente, & altero alterum intelligente.*l.1.§.fin.h.tit.*Neq; tamẽ qualiacunque verba sufficiunt,*§.præterea.Inst.de inutilib.stipulatio.* sed idonea requiruntur, quæ interrogationi responsionem congruè copulent. *l.1.§.verbis.l.obligamur.52.§.verbis. ff.1.1.d. §. præterea.*Additur in definitione, Datutũ facturúmve.Vt enim aliorum omnium cõtractuum finis est,vt quid detur aut fiat: ita & stipulatio aut in dando aut in faciendo consistit: *l.2.in prin.h.tit.* sic tamen vt verbo dandi negatiua, videlicet nõ dari; faciendi, non facere contineatur. *l.continuus.37.§.penul.hoc tit.* Addita autem est per emphasin particula Se.Nam si quis alium daturum facturúmve promittat, inutilis est stipulatio. *l. stipulatio ista.38.§.1.h.t.§.si quis alium. Inst. de inutil.stipul.* Hinc † controuersum videmus,an qui indefinitè promisit,& impersonaliter,puta,Dabitur:obligatus intelligatur?Et quamuis in dubiis interpretatio facienda est, vt actus valeat,*l. quoties.80.h.t.l.quoties.13. cum similib.de reb.dubiis.* & videatur hæc responsio ad interrogationem cõmodè applicari posse,quasi ita sit responsum. A me dabitur: tamen quia stipulationes ex verbis metimur, verius est, in primis videndũ esse, quid sit actũ.*l.semper.35.de reg.iur.* Id si non appareat,magis est vt contra stipulatorẽ fiat interpretatio:*l.quidquid. 99. d.l. stipulatio.§. in stipulationib.h.tit.*& nõ valeat stipulatio,in qua promittentis persona nõ inuenitur expresè obligata, cum nec constitutum hoc modo rectè contrahatur. *Auth.si quando.C.de constitut.pecunia.*

¶ Stipulatio duas habet partes: interrogationem eius qui sibi acquirere vult, & congruam responsionem illius qui spondet ac promittit.*l. obligamur.52.§.verbis.ff.tit.1.l.1.§ fin.h.tit.*

¶ Diuisio autem stipulationum multiplex est. Nam primò diuiduntur à causa efficiente. Aliæ enim stipulationes sunt iudiciales, quas exigit iudex pedaneus, qui de causa cognoscit: aliæ prætoriæ, quæ prætoris authoritate constituuntur: aliæ conuentionales, quæ ex conuentione rerum,id est,partiũ fiunt: aliæ cõmunes, quæ neque ex mero prætoris,nec ex mero iudicis officio proficiscuntur, sed modò à prætore, modò à iudice decerni solent.*l.5.hoc tit.*Porrò prætorię subdiuiduntur in iudiciales,cautionales & communes:de quibus postea suo loco dicetur.*ad tit. ff.de prætoriis stipulatio. & Instit.de diuis. stipulat.* Deinde † diuiduntur stipulationes à materia. Aliæ enim consistunt in dando, aliæ in faciẽdo. *l.2.in prin.h.tit.* & quoniam facta pleraque sunt indiuidua, fit vt quædam stipulationes partium præstationem recipiant, quædam non recipiant. *l.2.§.1.l.4. l.stipulationes.72. h.tit.* Hinc aliæ diuiduæ,aliæ indiuiduæ sunt appellatę.Quia verò res non solùm corpore,sed etiam intellectu diuiduntur,*l.Mæuius.66.§.duorum. de legat.2.* bifariam diuidui verbum accipiendum est. Alia enim obligatio præstationem partium, numero & re ipsa recipit,vt stipulatio earum rerum,quæ numero,pondere & mensura constant,puta pecuniæ. Pecunia enim vel integra vel per partes solui natura potest. Sed iure, inuitus creditor particularem solutionem, quæ magnam sæpe idcommoditatem adfert, *l.planè.ff.famil. hercisc.* admittere non cogitur, nisi in casibus exceptis, *l.obsignatione.C. de solutio. l. tutor.§. Lucius. de vsuris. l. cum hæres.§. penult. de statulib. vide Dd. in l.2.h.tit.* Alia autem diuidua dicitur, non quòd reuera præstationem partium recipiat, sed quia diuiditur ratione:vt obligatio speciei, puta Stichi. Nam etsi Stichus diuidi nequit sine eius corruptione, vnde apud Dialecticos indiuiduum vocatur, etiamsi iurisconsulti speciei nomen vsurpent: tamen intellectu partes recipit, ac solui per partes potest, puta pro dimidia. *l.si stipulatus.9.de soluto.* &c. Plures enim possunt

eſſe vnius Stichi domini,& in eo partes habere.
l.5.ſ.de ſtipul. ſeruor. Sunt etiam ſtipulationes,
quæ partis quidem præſtationem recipiunt, ſed
niſi res tota debita ſoluatur, non ſatisfit obliga-
tioni:vt eſt obligatio generis,cum hominẽ ge-
neraliter ſtipulor,aut lancem. Etſi enim partes
intellectu recipit hæc obligatio: tamen niſi to-
tus homo,puta Stichus,ſoluatur, nulla ex parte
tollitur obligatio:alioquin in diuerſis homini-
bus (omnes enim ſpecies ſolui poſſunt) rectè
partes ſoluerentur. quod non eſt admittẽdum:
quia ſtipulator aliud conſequeretur quàm ſti-
pulatus eſt,nempe partes diuerſorum hominum
pro vno certo homine, aut alio indiuiduo,
quod in ſtipulationem erat deductum *l. in exe-*
cutione.85.§. pro parte. hoc tit. Aliud autem pro
alio inuito creditore ſolui iniurium eſt.*l.2.§.1.ſ.*
de rebus creditis. Eadem eſt cauſa obligationis
alternatiuæ, quæ illi comparatur: *Dd. in l. ſi*
vnus.28.§.ſed ſi ſtipulatus.de pactis. vt ſi promiſe-
ris hominem,aut decem. Nam ſi hîc per partes
admittatur ſolutio: partim in decem, partim in
homine,inuitus creditor, contrà quàm ſtipula-
tum eſt,accipere cogetur. Quare in his obliga-
tionibus parte ſoluta nõ liberatur partim debi-
tor, ſicuti in ſuperiorib.ſpeciebus, cum ſpecies
debetur. nam tunc præſtatione partis pro parte
tollitur obligatio: quia nihil aliud ſolui poſtea
poteſt, quàm reliqua pars debitæ ſpeciei: quod
non eſt in iſtis generis & alternatiuis obliga-
tionibus. Pendet ergo ab euentu hîc ſolutio,do
nec altera pars ſoluatur: vnde & ſtatim quod ſo
lutum eſt,repeti poteſt,& alia ſpecies dari. *d.l.2.*
§.1.h.tit.l.ſi non ſortem. 29.§.ſi decem. de condi. in-
debiti.d.l.ſi ſtipulatus.9.§.ſi decem. de ſtipulatio. Indi
uiduæ ſtipulationes ſunt earum rerum,quæ na-
tura diuiſionem non admittunt:cuiuſmodi ſunt
ſeruitutes *l.viæ.17.de ſeruitutib.*& facta. *d.l.ſtipu-*
lationes.72. h.tit. Id autem ſciendum eſt, natu-
ram harum ſtipulationũ etiam in perſonis hæ-
redum non immutari.*l.2.§.incertam.ff. de præto-*
riis ſtipulatio. Quare ſi defunctus non potuit per
partes ſoluere, ne hęredes quidem poterunt.
Ideóque in indiuiduis in ſolidum ſinguli tenẽ-
tur.*d.l.2.§.2.hoc tit. l. eæ quæ in parte. 153.de re iud.*
Nam ſi pro partibus hæreditariis obligarentur,
vt ſemper aliàs,*l.2.C.de hæredita. actio.l.eæ quæ.6.*
C.famil. herciſc. ad nihilum recideret obligatio,
propter impoſſibilitatem ſolutionis: quia nec
peti, nec ſolui per partes indiuidua poſſunt. Et
hæc ſufficiant ad qualemcunque interpretatio-
nem Pauli,*in l.2.& 4.h.tit.vbi vide Molin. Cuia.*
& alios. nam plura de difficili & intricata mate-
ria dicere, noſtrum hoc inſtitutum non patitur.

8 A natura † rerum quæ in ſtipulationes ducun-
tur,ſumitur & alia diuiſio. Nam quoniam res
quæ in dando conſiſtunt, certò deprehendi &
deſignari poſſunt,vt quæ,quales,quantæque ſint
appareat:quæ verò in facto verſantur,haudqua-
quam circumſcribi & certò notari, certáq; quã-
titate æſtimari *l.vltim. de prætor. ſtipul.l.ſi quis.§.*
vlt.de re iud. poſſunt; fit, vt ſtipulationes dandi
A appellentur, certi, ſtipulationes verò facti, ple-
runque incerti,*l. ſtipulationum.74. cum l. ſequ. hoc*
tit.in prin. Inſt. eod. Poſſunt † etiam à forma ſti- 9
pulationes diuidi: aliæ enim dicuntur puræ, a-
liæ in diem,aliæ conditionales. Puræ autem in-
telliguntur omnes, niſi dies aut conditio ſit ad-
iecta.*§.omnis Inſt.eod.* Item à loci circumſtantia
aliæ dicuntur iudiciales,aliæ extraiudiciales.*In-*
ſtit.de diuiſ. ſtipul.glo. & Dd.in l. ſi homo mortuus.
hoc tit.Iaſ.poſt alios.in c. ſi deceſſerit. circa finem. qui
B *ſatiſd.cogan.*

¶ Cauſa efficiens ſtipulationum ſunt verba 10
contrahentium idoneè ſignificantia volunta-
tem,*l.1.§.ſi quis.hoc tit.* ſine qua nec cæteræ con-
uentiones, *l.1.§.1.de pactis. l. in venditionib. 9. de*
contrah. emptio.l.nec emere.19. C.de iure deliberan-
di.cum ſimilib. nec ſtipulatio conſiſtit. *§. ſi alia:*
Inſt.de inutil.ſtipulat. l.iuris gentium. 7. §. quod ferè.
de pact. Verbis autem contrahi poſſe firmam ob
C ligationem, ius ciuile ſtatuit. Vnde & ſtipulatio
iuris ciuilis dicitur. *§. de conſtitut. Inſtitut.de actio.*
Ideo autem ſtatuit,vt etiam citra vllum rei,quæ
ſemper contrahentibus non eſt præſtò, inter-
uentum,ſit aliqua certa & fixa ratio contrahen-
dæ ex promiſſione validæ obligationis, cuius
pœnitere non liceat. Quod omnino in Repub.
& commerciis eſt neceſſarium, ne temerè elu-
dere contractus,& fruſtrari promiſſa ſit ſolitum.
Nam fundamentum iuſtitiæ, authore Cicero-
ne,eſt fides: dicta ex eo, quia fiat quod dictum
D eſt. Quare hoc abſurdum eſt quod aiunt Do-
ctores, ſtipulationem neceſſitatis cauſa eſſe in-
uentam,*Doctores hîc in l.1.Bald.& Cano.in c.1.ex-*
trà,de pactis.l.ſtipulatio.§.ſtipulatio. hoc tit. in princ.
Inſtit. eod. vbi vide quæ dixi. etiamſi non deſint
qui contradicant.*vide Caium.lib.2. Inſtit. titul. de*
oblig. Gouean.lib.1.cap.34. An ergo nulla appa-
rente ſtipulationis cauſa alia,donationis præſu-
matur,variè noſtri diſputant. Communius con-
E tra Bart. concluditur, non præſumi: *l.2.§.circa.*
de dol.except. l.ſi ita ſtipulatus. de fideiuſſ. l. cum de
indebito. §.fin.de prob.c.ſi cautio.de fid.inſtrum. niſi
cum de animo donandi, aut certa ſcientia, vnde
is præſumitur,conſtet. *l.hoc iure.de dona. l. Cam-*
panus.de oper.lib. ita reſpondet Alex.conſ.19.in his.
num.4. & 5. vol.4. cæteroqui ignorantiam po-
tius quàm ſcientiam,*l.verius.de proba.* eóque fa-
tuam magis cauſam quàm donationem præſu-
mi.*l.generaliter.vbi* Bald.*C.de non num.pec.*Iaſ.*l.3.*
F *de pact.* atque ita ſtipulationem ſine cauſa fa-
ctam ad nihilum redire,*d.l.2.§.circa. de do. excep.*
latè Alex.d.conſ.19.nu.3.4.5.vol.4. vt & reliquos
cõtractus obligatorios. quamuis in liberatoriis
contrà ſeruetur,*dixi ſ.de pact.nu.5.*

¶ Materia circa quam,ſunt omnes res,quæ in 11
dando faciendóve conſiſtunt,& dari fierive poſ-
ſunt.*d.l.2.l.ſcire debemus.29.h.t.§.fin.Inſt.eo.* Nam
quæ dari fierive nequeũt,fruſtra & inutiliter ſti-
pulamur, cum impoſſibilium nulla ſit obliga-
tio:*l.impoſſibilium.145. de reg.iur.* ſiue natura da-
G ri nequeant, vt res quæ nec ſunt,neque eunt in
rerum natura,*Inſtit.de inutilib. ſtipulatio. in princ.*
(fructus

(fructus enim qui ſperãtur futuri, rectè ſtipula-
mur: *l.interdum. 73.hoc tit.*) ſiue lege, vt res ſacræ
& extra commercium poſitę.*l.inter.83.§.ſacram.*
& liber homo.118. hoc tit. item turpes & illicitæ,vt
promiſſio faciendæ cædis, *l. generaliter. 26.l.Ti-*
tia.133.h.tit.&c. Sed & ſi extra commercium ſo-
lius ſtipulatoris res ſint, ſtipulatio nullius erit
momenti.*l.multum.34.h.tit.* Illud etiam tenen-
dum eſt,circa omnes ferè contractus ſtipulatio-
nem verſari,adhiberíque omnibus iuris gentiũ
conuẽtionibus ſolere.quo caſu naturam earum
ſequitur;*l. 4.de vſuris.l.damni. 43.de damn. infect.*
quod latè in vtramque partem diſputat hîc Ia-
ſon.*in Rubr.num. 11.cum ſeq.*

12 ¶ Forma ſtipulationis in eo eſt,vt perficia-
tur vtroque loquente & præſente. Ideo neque
inter abſentes contrahitur,*d.l.1.in prin.hoc tit.§.*
item,Inſt.de inutil. ſtipulat. neque ſolo nutu:*d.l.1.*
§.ſi quis ita. ſed neceſſe eſt vt ſtipulator ſibi(nam
alteri nequit.*l ſtipulatio,38.§.alteri.h.tit. §.ſi quis*
alium. & §.alteri. Inſt. de inutil. ſtipul.)ſtipuletur
dari vel fieri, alter verò idipſum promittat.nam
ex his duabus partibus conſtat verborum obli-
gatio.*l.obligamur.§.verbis.ſ tit 1.* Promiſſio enim
ſine ſtipulatione tantùm nudum eſt pactum vel
pollicitatio: *l. nuda.5. Cod. de contrah. & commi-*
ſtipul.tot. tit.ff. de pollicitatio. contrà ſtipulatio ſi-
ne promiſſione, nullius rei. quia vbi nulla eſt
promiſſio,nulla eſt obligatio.*d.l.1.§.qui præſens.*
hoc tit. Interrogatio etiam præcedat promiſſio-
nem neceſſe eſt,alioqui mutato ordine vitiabi-
tur obligatio.*l.1.Cod.de vſuris.Gloſſ. in l.iuris gen-*
tium. §.ſed cum nulla. ad verb. igitur. de pactis. Iaſ.
poſt alios,in l.1.in prin.nu.19 hoc tit. Promiſſio au-
tem verbis futuri temporis facienda eſt: *Inſtit.*
eod.in prin.vbi Doctores. Azo in Rubr.C.eod.nu.2.
& certis quidem atque idoneis, quæ volunta-
tem ſignificent, & ad interrogata congruant:*d.*
l.1.§.ſi quis.& §.fin.l.quæ extrinſecus. 65. hoc tit. ac
ſolennibus olim,hoc eſt iiſdem: vt,Dabis,dabo:
Spondes,ſpondeo: hodie quibuſcunque, id eſt,
æquipollẽtibus,*d.l.1.§. ſi quis ita.hoc tit.§.in hac.*
Inſt.eod.l.omnes.10.C.de contr.& com.ſtip. etiam ſi
diuerſis linguis contrahentes vtantur,dummo-
dò res intelligatur. *d.l.1.§.vlt.hoc tit.§.vtrum au-*
tem.Inſt eod. In cõtinenti tamen reſponſio ſtipu-
lationem ſequi debet: *d.l. 1.§. qui præſens.l.conti-*
nuus.137.in prin.hoc.tit.l.duos.6.§. vltim. de duobus
reis. nam quæ ſunt ſubſtantialia actus, & ad for-
mam pertinent,ea vt partes rerum,non poſſunt
interuallis temporum & locorũ ab actu diuidi.
l.heredes.§.vlt.de teſtamentis. Planè quis non mi-
nus valet quod ſcriptura, quàm quod lingua
nuncupatur, ideo non tantùm viua voce, ſed e-
tiam ſcripta oratione inter præſentes ſtipulatio
rectè concipitur.*l.non figura.37. de obligat. l.iuriſ-*
gentium.7.§.quod ferè. de pact. Et hæc quidem o-
mnia ſapienter excogitata ſunt: vt videlicet ap-
pareret ex præſentia partium,item verbis ſeriis
ac idoneis, & ordine interrogationis ac reſpon-
ſionis cõtinuato, contrahentes ſeriò & re deli-
berata ad faciendã obligationem acceſſiſſe,pre-
A ciſa omni in poſterum calumniandi anſa,quaſi
minus ex animo fuerit contractum. Stipulatio
contrahitur aut purè;ac tum ſtatim debetur,li-
cet præſens obligationis dies arbitrio ſoluentis
cedat;*§.omnis.Inſt.de verb.oblig.* aut in diem cer-
tum, vt ad calendas Auguſti, &c.*l.eum 41.hoc tit.*
vel incertum cùm tempore,vt, Cum moriar: *§.*
poſt mortem. Inſtit. de inutil. ſtipulatio. tum re, vt,
Fructus quando naſcentur, dabo: *d. l. interdum.*
B *73.hoc tit.* tum loco, vt, Romę dabo. Tacitè enim
ineſt tempus indefinitum, quo Romam perue-
niri poteſt:*d.l.interdum. d. l. continuus.* §. 1. aut ad
diem, vt certo tempore duret obligatio, qua in
ſpecie,tẽpore elapſo,non quidem ipſo iure tol-
litur obligatio,ſed æquitate exceptionis:*§.at ſi*
ita.Inſt.eod.l.obligationum.44.§.placet. ſ. tit.1. aut
ſub conditione, nõ quidem præteriti temporis,
ſed futuri;*§.conditiones.Inſt.eod.* & qualicunque
quidem,quæ tamen in caſu ſit poſita, *§. ſub con-*
C *ditione.cum ſeq.Inſtit.eod.l.quoties.59.l.ſi ita.63.hoc*
tit. non etiam poteſtatiua.*l.centeſimus.46.§ vlt.l.*
ſi quis ſtipulatus.112.hoc tit.ſub hac.7.ſ.tit.1.

¶ Finis ſtipulationis eſt, vt verborum vincu- 13
lo & nexu promiſſor obligetur, etiam nulla re
interueniente. Propter hanc enim neceſſitatem
inuentæ ſunt iure ciuili ſtipulationes: vt quia v-
tile erat in Repub. contractum aliquem exiſte-
re, qui ſine aliis adminiculis promittentem o-
bligaret,quòd res contrahentibus præ manibus
D ſemper non ſint, certa quædam verborum for-
ma conſtitueretur,ex qua iure ciuili efficax exi-
ſteret obligatio, & cui promiſſor ſatisfacere te-
neretur. Nam eiuſmodi contractus nullus iure
gentium eſt introductus,vt prouiſione iuris Ci-
uilis hac in parte planè fuerit opus: itaque fir-
mandarum obligationum cauſa inuentas eſſe
ſtipulationes Paulus ait.*lib.5.tit.7.ſac. l. ſtipula-*
tionum.5.§.conuentionales.hoc tit.

¶ Effectus ſtipulationis eſt,quòd ad exigen- 14
E dum duplicem producit actionem,nempe con-
dictionem certi,& actionẽ ex ſtipulatu.*in princ.*
Inſt.eod. Certi condictio datur cùm ex aliis con-
tractibus omnibus qui certum continent:*l.certi*
condictio. 9.ſ. ſi certum petatur. tum ex ſtipulatio-
ne,quoties apparet,quid,quale,quantumque ſit,
quod promiſſum eſt.*l.ſtipulationum.74.l.vbi au-*
tem 57.hoc.tit. Eſt autem actio perſonalis,manat
enim ex contractu: ac propterea & in hæredes
tranſit,& perpetua eſt. *d.l.2.§.1.l.in executione.85.*
F *§.1.hoc tit §. ex conditionali. Inſt eod.* Sed actio ex
ſtipulatu oritur,quando incertum in ſtipulatio-
nem eſt deductum. Incertum autem appella-
mus,nõ quod genere ſuo toto ita incertum eſt,
vt definiri nequeat (nam eius generis ſtipula-
tiones nullius rei ſunt,*l.ita ſtipulatus. 115.hoc tit.*
l.triticum.93.vbi Iaſ.latè.hoc tit.) ſed quod ſpecie
tantùm incertum eſt: & quamuis quid, quale,
quantúmue ſit, ſtatim non appareat, declarari
tamen poteſt: vt cum quis vini boni Rhenani
G amphoras 100. ſtipuletur bono enim & melius
& deterius inueniri poteſt:*d. l. vbi autẽ.* aut fru-
ctum certi fund.(nam incertus eſt fructuũ pro-

uentus, *d. l. vbi autem. §. fundi.*) aut aliquid quod in faciendo cõsistat. *d. l. vbi. d. l. quoties. d. l. stipulatio ista.* Hæc enim omnia incerta specie sunt. quia non statim atque petuntur, apparet quid, quale, & quantum eorum quidque sit, sed tamen declarari possunt. Itaque in his, aut præstet promissor conuenta, necessum est; aut condemnationem in id quod actoris interest, patiatur, ad quod in incertis deueniri solet: *l. stipulationes. 72. hoc tit. l. si quis ab alio. 13. §. fin. ff. de re iudicata.* nisi eius quod interest loco, pœna conuentione sit cõprehensa; tum enim illa peti debet. *§. alteri. & §. fi. Inst. de inutil. stipulatio. l. fin. ff. rem ratam haberi.* Differt autem hæc actio à superiore, non alia re, quam materia petitionis, & condemnationis forma. Nam hac incertum, illa certum petitur: in hac plurimum in id quod interest, fit condemnatio: in illa, ipsa res præstanda est. *d. l. vbi. §. fin.* Quomodo autem hæc actio, quæ incertum petit & indiuidua est, transeat in hæredes, pulcherrima distinctione explicat alibi Paulus. *in d. l. in executione. 85. hoc tit.*

15 ¶ Aduersantur stipulationi vitia, aut in causa efficiente, vt error, dissensus, &c. *§. si de alia. Inst. de inut. stip. vbi per tot. tit. vide.* aut in materia, vt si promissum sit scelus vel aliqua turpitudo: *d. l. generaliter. l. 4. C. de inutil. stipul.* aut in forma stipulandi. *l. 1. hoc tit. cum simil.* Quæ singula ipso iure stipulationem vitiant. Sunt alia, quæ quidem aduersantur, & tamen non annihilant ipso iure contractum, sed ope tantùm exceptionis: vt dolus, *l. si quis cum aliter. 36. hoc tit. l. 5. C. de inutil. stipul.* item falsa siue iniusta stipulationis causa *l. 2. §. circa. de doli excep.* &c.

DE DVOBVS REIS constituendis. Tit. II. C. 8. 40.

1 *Continuatio.*
2 *Rei vnde dicti, & qui sint.*
3 *Causa efficiens huius obligationis.*
4 *Materia.*
5 *Forma: & quomodo duo rei cõstituãtur.*
6 *Finis.*
7 *Effectus: & quomodo in solidum petant vel conueniantur.*
8 *An vnius pactum vel factũ alteri noceat, explicatæ antimoniæ.*
9 *An vnus, inuito altero, nouare delegareue possit.*

1 STipulantur † porrò aut liberi, aut serui. *tot. tit. Instit. de stipul. seruor.* Liberorum autem non modò vnus, sed duo pluréſve & suscipere, & sibi quærere verborum obligationem possunt: quorum hi rei stipulãdi, illi rei promittendi dicuntur. *l. 1. hoc tit.* Rei † enim, autore Cicerone, *lib. 2. de Orat. c. forus. §. reus. de verb. signif.* à re dicti sunt omnes, quorum res agitur: vt & apud Vergilium, *Constituam ante aras voti reus,* — id est, promissor: *l. fideiussoris. 24. cum l. seq. de pactis.* Duo igitur rei stipulandi appellantur, duo vel plures qui eandem rem stipulantur: rei promittendi, qui eiusdem debiti se reos vna promissione constituunt, quos & consponsores Cicero ad Atticum vocat. Nomine enim duorum tres etiam pluréſve debent intelligi. *Inst. eod. in princ. & §. duo.*

¶ Constituuntur autem duo pluréſve rei, non 3
tantùm verbis in stipulationibus, sed & consensu ac rebus ipsis in cæteris iuris gentiũ conuentionibus: veluti in emptione, deposito, locatione, commodato, testamento, &c. *l. eandem. 9. hoc tit.* etiamsi nomina stipulationis & promissionis propriè ad hunc contractum verborum pertineant. *§. si scriptum. Instit. de inutil. stipul.*

¶ Earum autem rerum constitui rei possunt, 4
quæ in obligationem cadunt, quarũmque contrahentibus est commercium. *d. l. multum. §. tit. 1.*

¶ Porrò rei stipulãdi ita constituuntur, si post 5
omnium interrogationem promissor respondeat, Spondeo: vel cùm duobus separatim stipulantibus, promissor respondet, Vtrique vestrũm spondeo. Nam si prius Titio spoponderit, deinde alio interrogante promittat, alia atque alia erit obligatio, nec credentur duo rei stipulandi. *in prin. Inst. eod.* Duo pluréſve rei promittendi ita fiunt: Mæui decem aureos dare spondes, & Sei eosdem 10. aureos dare spondes? si respondeant singuli separatim, Spondeo: *§. 1. Instit. eod.* aut simul respondeant Spondemus. *l. 4. h. tit.* Ex ipsa enim verborum forma quæ attenditur, apparet, eandem summam, & quidem solidam ab vnoquoq; esse promissam. Diuersum est, si coniunctim ab illis stipulatus sis aureos 10. aut scriptum inueniatur, illos aureos 10. spopondisse: tum enim quia particula copulatiua in viriles obligationem diuidit. *l. 2. §. si quis ita. sup. de eo quod certo loco. l. si mihi. 110. sup. tit. 1.* intelligitur quisque viriles partes promisisse: nec erunt rei promittendi, cum separatim suam vnusquisque obligationem sustineat. *l. reos. 11. §. 1. hoc tit.* Quare rei promittendi dici non poterũt qui separatim debent; cum eiusmodi sit vis duorum reorum, vt in solidum singuli ad eandem rem obligentur. *l. 3. §. fin. hoc tit.* Quin & ex interuallo rectè duo rei constituuntur, ac frustra timetur nouatio, cùm hoc agatur, vt duo rei constituantur, neque vlla nouatio fiat: *d. l. 3. in princ.* ac modicum quidem interuallum nihil impedire constat: *l. duos. 6. §. 1. hoc tit. l. 1. §. 1. l. continuus. 137. in prin. §. tit. 1.* Sed si ex duobus reis qui promissuri sunt, hodie alter, alter postera die respondeat, nõ esse duos reos apparet, ac ne obligatum quidem eum qui postridie respondet: *l. si ex duobus. 12. hoc tit.* cum post stipulationem ad alia negocia sit decessum, priusquam promissio fieret. Secus autem fuerit, si postero die repetita stipulatione, alter ex promissoribus, qui pridie non promiserat, continuò respõdeat. hoc enim modo perfecta vtriusq; obligatione, rei cõstituuntur.

tur. *d. l. 3. in prin. d. l. eandem. 9. §. fin. glo. & Doctores. d. l. si ex duob.* Item rei promittendi sic fieri possunt, vt vnus purè, alter in diem vel sub conditione obligetur. *§. fin. Inst. eod. l. ex duob. 7. h. tit.* Nec enim dispar obligationis qualitas impedit, quo minus vterque eandem summam repromisisse videatur. Secus est, si sit in quantitate inæqualitas, aut si vnus dolum duntaxat, alter culpam, aut hic 10. ille 20. promittat. *d. l. eandem. §. 1. l. si id quod. 15. h. tit.* Inæqualitas enim quantitatum, facit inæquales & proinde dispares obligationes, cum tot sint diuersæ stipulationes, quot res diuersæ: *l. scire. 29. h. tit.* & alioqui hoc proprium sit huius contractus, vt singuli ad eandem rem æqualiter teneri debeant. *d. l. 3. §. fin.* Sanè quamuis rectè dicitur, inter artifices ingens esse discrimen ingenij & doctrinæ: *l. inter artifices. 31. ff. de solutio. l. si non sortem. §. libertus. vbi Doctores. de condict. indeb.* tamen duo artifices eiusdem peritiæ, earudem operarum rei vtiliter fieri possunt: *l. nemo est. 5. hoc tit.* quia similes sunt operæ in genere, & quadam iuris interpretatione eædẽ in specie, præsertim in istis opificiis mechanicis, in quibus similia facere posse mediocres artifices videmus. *d. l. nemo. 5. l. veteres. C. de contrah. & committen. stipul.*

6 ¶ Finis huius obligationis est, vt plurib. quæratur obligatio facultásque conueniendi; *§. ex huiusmodi. Inst. eod.* & vt vterque qui promittit, in solidum obligetur: *l. 3. §. fi. h. tit.* qua in re cautio inest, vt vno facultatibus deficiente, alij conueniri possint, sicut fideiussores. *§. fin. Inst. de replicatio. l. reos. 11. hoc tit.*

7 ¶ Effectus ergo huius stipulationis hic est, qꝰ ipso iure singulis qui stipulati sunt, solidam obligationem acquirat, & qui promiserunt, singulos integrè solidéque obliget. Quapropter etiamsi vnus obligationi eximatur, alter nihilominus in solidum conueniri potest. *l. duos. 6. l. fin. hoc ti.* Nam & ab initio ab vnoquoque vel solidum petitur, vel pars virilis, prout creditori est visum: *l. 3. §. fin. l. reos. 11. hoc titul.* qui tamen solidum exactus est, regressum habet aduersus correum, vt latiùs alibi traditur. *in l. 2. C. de duobus rei.* Sed hæc nouissimo iure aliquantum immutata sunt. nam correi beneficium habent diuisionis, *Auth. hoc ita. C. de duobus reis.* exemplo fideiussorum: *Auth. præsente. C. de fideiussorib.* imò ne constituuntur quidem aliter rei debendi, quàm si id expressè actum sit. *d. Auth. hoc ita.* Sanè solutione aut nouatione vnius tota tollitur obligatio. *l. 2. & 3. h. tit.* Etsi enim plures sunt obligationes, respectu petitionum & personarum: *d. l. eandem. §. vltim. hoc tit.* tamen quia vnam eandémque omnes rem continent, eius rei solutione simul extinguuntur, cum eadem res sæpius solui non possit. *§. sic itaque. Inst. t. de act. l. & an eadem. 14. §. penu. 1. ff. de except. rei iud. l. 3. §. ex plurib. de acquir. poss.* Sed cui ex pluribus reis stipulandi solutio facienda sit, quæstionis est. Et quamuis verum sit, ante litem contestatam locum esse gratificationi: tamẽ postquam ex duobus reis stipulandi vnus iudicialiter petiit, alteri frustra offeretur pecunia: *l. ex duobus. 16. hoc tit.* tùm quia melior est occupantis conditio, tum quòd res desiit esse integra per litis contestationem: quemadmodum cum is qui duobus locis dare promisit, in altero conuenitur. *l. 3. in princ. de eo quod certo loco.* Quod autem vnus hoc modo exegit, an alteri communicare cogatur, dubitari potest. Et verius est, non cogi, nisi sint socij, vel ita conuentum sit, vel natura obligationis & rei hoc ferat. *l. reos. 11. vbi late Bart. numer. 9. h. tit. per l. in lege Falc. 62. ad leg. Falcid. & l. qui hominem. §. 1. de solutio.* Nam cùm diuersæ sint obligationes. *l. reus. 13. h. tit.* consequens est, factum vnius alteri neque prodesse, nec nocere.

¶ Quin & correi inuicem fideiubere videntur. 8
d. l. reos. 11. Itaque vt pactum pactóne fideiussoris non prodest aut nocet reo vel confideiussori: *l. fideiussoris. 24. de pac.* ita si quid correus aut stipulandi aut promittendi faciat vel agat, puta paciscatur, exigat, &c. nihil ea res ad reliquos pertinebit: *l. si vnus. 27. in prin. de pact. l. si duo. 34. de recept. arbit. l. si duo. 10. hoc tit.* quare & mora vnius alteri non nocebit: *l. mora. 32. §. pen. de vsur.* iniquum enim esset, quamuis in coniunctis obligationibus, vnius dolum alteri nocere: vt latius alibi traditur. *in l. certum. §. de eo quod cert. loco.* Et hæc quidem vera sunt in personalibus: secus autem est in iis quæ ad ipsam obligationem pertinent, quorumque potestas ex lege obligationis ad singulos correos pertinet. In his enim verum est quod dicitur, *in l. penult. h. tit.* alterius factum alteri nocere: cuiusmodi sunt solutio, & quæ loco solutionis cedunt, vt iusiurãdum, *l. iusiurandum. 26. cum l. sequ. de iureiurand.* delegatio, nouatio, acceptilatio; *l. 2. hoc tit.* item præscriptionis interruptio, & consimilia. *l. fin. C. eod.* Sed hæc obscuriora videri cuiquam possunt, nisi exemplis fusiùs declarentur. Ponamus ergo Seium & Mæuium correos esse stipulandi, & ex his Seium debitori pactum fecisse de non petẽdo: hoc certè pacto sublata non est obligatio, sed facultas agendi paciscẽti præcluditur. Quare non magis id nocebit socio, quam cum alter correus obligationi eximitur, vel cum agere aut non vult, aut non potest. *l. ex duob. 18. d. l. ex duobus. 16. l. si ex duobus. 12. §. 1. l. fin. hoc tit.* Idémque obtinet in duobus reis debendi, vt alterius pactũ alteri neque prosit, neque noceat: cũ vtriusque voluntate constitutã obligationem alterutrius conuentio altero inuito mutare nequeat, *d. l. si vnus. 27. de pact.* Sed si socij sint obligationis, eatenus alteri nocebit proderitque pactum, quatenus res ad paciscentem pertinet. nam etsi socius, ius socij paciscendo imminuere aut alienare non potest: *l. nemo. 69. §. pro socio.* tamen sibi præiudicare, & suo iuri renunciare potest. *l. pen. C. de pact.* Etsi igitur socio nihil de suo iure pacto socij detrahatur: tamen obstabit illi solidum petenti exceptio in ea parte, quæ ad paciscentem erat peruentura, Socios autem hic accipimus, quorũ obligatio ita cõmunis est, vt partem inde

quisque suam ferre debeat: non sunt socij, cum ad vnum tota obligationis vtilitas refertur, vel ex natura rei, vel quia ita est conuentum. vt si Titius & Mæuius stipulati sint cẽtum reddi, quæ solus Mæuius numerauit, non erunt socij: quia ad solum Mæuium summa obligationis redire debet. sin vtereque pecuniam dedit, aut id actum est, vt iure societatis vel conuentionis singulis pars quæreretur, socios eos esse dicemus. Item si Caius & Sempronius centum acceperint mutuò, quæ ad solum Caium peruenerint: non erunt socij, quamuis vt correi promiserint: *l.5.C. si certum petatur.* sed Sempronius pro Caio intercessisse videbitur: *l.reos.11.h.tit.* correi enim eatenus intelliguntur fideiubere, quatenus non ad eos, sed ad correum res peruenit. hactenus enim intercedunt & obligãt se pro re aliena tãquam fideiussores. *l.vir vxori. 17.§.fin. ff. ad S.C. Velle.* Sed si in vtriusque rem redacta est pecunia, socij sunt: quia ex mutuo quod singuli acceperunt, reddere tenentur. *l.si in rem. 12. C.si cert. pet.* Atque ita socios obligationis hîc accipiendos esse, multa prudentum responsa conuincunt. *l.Vranius.75.ff.de fideiussor. l. 1. ff. rem ratam haberi.l.4 §.penult.sup.de liberat. legat.* vide latius D.Conna.lib.6.cap.5. Quare vt ad rem reuertamur, si Titius & Mæuius correi stipulandi, socij sint eiusdem obligationis, Mæuiusq; pactum fecerit de non petendo, nihil id quidem per se nocet Titio: sed si Titius solidum petat, obstabit ei exceptio, quatenus res ad Mæuium pertinet, qui pactũ de non petendo fecit. Nam hactenus nomine Mæuij agere videtur: & dolo facit, qui petit partẽ quam Mæuio restituturus est, cui propter pactum nihil debetur. Quare si tota vtilitas ad Mæuium pertineat, in totum: si pro parte, pro ea parte obstabit exceptio. Diuersum erit, si non sint socij: tunc enim Titio, ad quem obligationis vtilitas peruenire debet, non erit impedimento Mæuij cõuentio, quo minus quod sibi debetur exigere possit. Eâdem tatione si ex duobus reis debendi Caius pactum fecerit de non petẽdo à se, hoc quidem non proderit correo Sempronio, si socij non sint: sed si socij existant, & ab vtroque pecunia præstãda sit, iã quia Sempronius solidum exactus, à Caio dimidium repetiturus est, *d.l.si in rem.12 C.si cert.pet.a.l.2.C. de duob.reis.* obstabit pro ea parte exceptio. Pacta enim omnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse pacisentis interest. *l.& hæredi.22.§.fin. de pactis.* Atq; ex his vtcunq; intelligi potest quod tradit Paulus, *in d. l. si vnus. de pact.* pactum correi alteri non nocere: quódque alibi dicitur, *l.si duo.34. de recep. arb.* si eiusmodi pacti inuitu correus, qui cum creditore cõpromiserat, ab arbitrio absolutus sit, vetitúmq; sub pœna ab eo peti: si à socio obligationis petatur, pœnam committi: quia ab ipso peti videtur per latus socij; qui si soluere cõpellatur, regressum habiturus est aduersus eum, à quo ex cõpromisso non peti potest. *l.liberationem.3.§.pen. de liberat. leg.* Diuersum erit, si nulla intercedat societas: quia tunc mea non interest, à correo debendi peti: qui etiamsi exigatur, nihil à me poterit repetere. Idem obtinet in duobus reis credendi: vt si vnus compromiserit, vetitusque sit agere, altero petente, committatur pœna, si socij sint: non committatur, si socij non sint, vt hæc tradit Paulus. *in d.l.si duo.34. de recept. arbit.* Neque verò is sibi parum constare videri debet, quòd idem ait, *in d.l.si vnus.* vnius correi socij pactum alteri non nocere. Nam hoc verum est, quatenus res ad socium pertinet, qui non est pactus. Illi enim ius suum auferri non potest: quare nec in proposita specie nocet suum petenti pactum. vnde & ei quod debetur ex obligatione, soluendum est: sed ei qui compromisit, dummodò ratam habeat socij petitionem, damnosa est hæc petitio: quia certum est, contra compromissum fieri, cum pro parte quæ ad ipsum peruẽtura est ex societate, eius nomine agatur. Sufficit autem pro parte contra cõpromissum peti, vt pœna solidè debeatur. *l.2.§.fin.ff.de verb.oblig.* Nec enim in ea quæritur, an & quatenus interfit eius cui pœna debetur, sed an contra placita sit factum, vt pœna committatur. *l cum pœna.43.de recept.arbit.l. stipulatio.38.§. alteri. sup.de verb. obl. l.fin.ff.de præt.stipul.*

¶ An verò nouare correus possit, non iniuriâ dubites, propterea quòd hoc Venuleius *in l.si rem.31. §. fin. ff.de noua.* affirmare, Paulus *in d. l. si vnus.* negare videatur. Verius videtur quod cõmuniter receptum est, vt socij nouare non possint: *d.l.si vnus.* iam enim antè diximus, socium ius suum auferre socio non posse. Atqui acceptilatione auferre potest. *d. l. nemo.69. pro socio.* Rectè: quia id in ipsa stipulatione actum est, vt alteri altero inuito solui possit. Integrum enim vnicuique promissum est: quare & integrum vni solui potest. At acceptilatio nihil aliud est, quàm ficta solutio, quæ iure ciuili pro vera habetur, & obligationem tollit. *§.item. Instit.quib. mod.toll.obl.tot.tit.ff.de acceptil.* Sed nouatio non extinguit obligationẽ, verùm solummodò mutat. Quare cum per eam non liberetur debitor, vt nec per delegationem, neque obligationi satisfiat: æquius est, correo ius suum aduersus debitorẽ adhuc obligatũ, durare, præsertim cum in stipulatione permissum non inueniatur correo, vt mutare obligationem, sed solùm vt solutionem acceptare possit. Contrà est, si nouatio fiat ab eo qui socius non est, neq; vllam contractus vtilitatem cum alio participat: sed eam ipse totam cõsequitur, vt qui pecuniam mutuam solus dedit. Sanè hîc nulla causa est, quare nouare is nõ possit, & alteri cui nihil effectu debetur, quíque tantùm fideiussor est, potestatẽ agẽdi per nouationem auferre. *d.l.si rem.31.§ si duo. ff.de nouatio.* Reliqua correorum facta, quæ obligationem aut extinguunt, vt solutio, acceptilatio, iusiurandum: aut extinguendam præscriptione retinẽt, vt interruptio quam facit creditor, debitor admittit: quin correis noceant atq; prosint, & in his vera sit Põponij *in l.pen.* regula, minus

minus habet dubitationis. Quare cum pro insti A tuto nostro satis diu hîc hæsisse videamur, ad reliqua transeamus. *vide Cuiac.ind.l.si vnus.& alibi passim, de pact.*

DE STIPVLATIONE seruorum. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio dubitandi & decidendi.*
3 *Quibus seruus stipulando acquirat.*

1 NOn †modò liberæ personæ, sed etiam ser
2 ui stipulari possunt. Etsi † enim in iis quæ ad ius ciuile pertinent, nulla eorum habetur ratio, *l.quod attinet.33.de reg.iur.* neque personam sustinere aliquam videntur: §. *seruus. Instit. de cap. diminut.* tamen quia respectu domini, caput habent, rectè stipulari possunt. Nam dominus cui acquiritur, quadam iuris interpretatione, per manum serui, tanquam instrumentum, contrahere fingitur. Itaque nihil interest, sibi, an domino, an sine adiectione seruus stipuletur. *l. 1. in prin. hoc tit.* Quòd si plurium seruus sit communis, pro dominicis portionibus singulis quæritur: nisi iussu vnius, aut nominatim alicui stipulatus sit. §. *fin. Inst. eod. l.1. §. si seruus.& §. communis. l.5. cum sim. l.h.tit.* Sanè † si factum stipuletur seruus, quod suam personam respiciat: vt sibi licere agere, ire, &c. persona tantum stipulantis continebitur. §. *pen. Instit. eod.* quia personalia facta ad alios transire non possunt. *l. vnica. §. ne autem. C. de cæduc. toll.* Porrò cum hæreditas personam defuncti sustineat, *l. hæreditas.34. de acquir. rer. do.* hæreditarius etiam seruus stipulari poterit: *in princ. Instit. eod.* exceptis iis rebus quæ sine vera persona esse nequeunt, vt est vsusfructus. *l. vsusfructus.26.h.tit.*

DIGESTORVM LIBER XLVI.

DE FIDEIVSSORIBVS ET MANdatorib. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Fideiussor quis, vnde dictus: quis expromissor, & mandator.*
3 *Causa efficiens: qui fideiubere possint, vel non.*
4 *Materia: & an naturali, ciuili, criminali obligationi fideiussor accedere possit: & multarum antinomiarum conciliatio.*
5 *Forma: quomodo fideiussio contrahatur, & an in duriorem causam accipi possit.*
6 *Finis & effectus: & quomodo fideiussores conueniantur.*

1 STIPVLATIONES † facimus C aut nostro nomine, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fideiussor dicitur: & plerũque ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur: dum curamus, vt quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur. *l.1.§. sed aut proprio. ff. de oblig.& actio.*

2 ¶ Fideiussor larga significatione omnis is dicitur, qui alterius obligationem suscipit, & fide sua esse iubet: vnde & fideiussor dictus. *l. quamuis.8.§. si mulier.2.ff.ad S.C. Velleia.* siue sit fideiussor, siue mandator, siue constituens, siue expromissor, *d. l.quamuis. §. si conuenerit.* hoc est, qui principalem se debitorem constituit pro alterius obligatione. *l.& eleganter. §. seruus. ff. de dolo malo.l. 4. ff. de condict. causa data.* Propriè autem fideiussor accipitur pro eo, qui per stipulationẽ se pro principali debitore obligat: *l.1.C. de cõstit. pecun.* quem sponsorem aut appromissorem Cicero & veteres I.C. appellant. *l.5.§. satisfacceptio. de verb. oblig. l. in omnib. 43. ff. de. solutio.* Quo sensu & hîc accipi, inscriptio tituli docet, quæ fideiussorem discernit à mandatore. Mandator autem præcedit obligationem, & is dicitur cuius mandatu contrahitur, vel qui mandat alicui credi aut cum aliquo contrahi, atque ita fide sua esse iubet, vel se soluturum constituit. *l.si verò. 12. §. si post creditam. ff. mandati. gloss.1. & Doctores in Auth. de fideiussor. in prin.* Fideiussor autem plerumque sequitur obligationem, quanquã & præcedere potest: §. *fideiussor. Inst. de fideiuss.* nec mãdatu eius principalis obligatio constituitur, sed alterius rogatu accedit ad principalem obligationem, eãque fide sua munit, vnde & mandati actionem habet. *l.hæredem.14. l.si mandauero.22. l. si fideiussor.29. l.rogatus.33. l.si quis.46. l.si is qui.50. cum sim. ff. mandati.*

3 ¶ Causa efficiens fideiussionis, est voluntas personæ idoneæ fideiubentis, disertis verbis explicata. Dico Idoneæ personæ. Nam etsi regulariter omnes fideiubere possunt, qui obligari, *Azo in prin. C. eo.* tam patres quàm filiifamilias: *l.3. §. sed si filius. de peculio. l. filiusfamiliàs.8. C. eod.* tamen quia fideiussionis cõtractus damno duntaxat est spondenti, sicuti dicitur, Spondæ, præstò noxa est: ideo quædam personæ excipiũtur, quarum vtilitati adempta intercedendi pote-

state leges cōsulunt: vt sūt mulieres *t. t. ff. ad S. C. Velleia.* milites, *l. milites. 31. C. de locato & conduct.* seruus extra rem peculiarem fideiubens. *l. seruus. 20. h. t.* Pupilli tamen & minores authoritate tutorum ac curatorum rectè fideiubent, quamuis in integrum restitui possint. *l. si Titius. 49. h. tit. l. ait prætor. 7. § non solùm. de minor.* eóque pro idoneis fideiussoribus non habeantur *l. de die. § 1. ff. qui satisd. cog.* Etsi autem fideiussio videatur quædam esse donatio ac dilapidatio, *l. in persona. 30. § 1. vbi Ias. de pact.* quæ ne cum authoritate quidem tutorum his permissa est, *l. fin. § fin. C. si maior factus alien. ratam habu. l. ab agnato. 12. l. fin. ff. de curat. furios.* (quia donare est perdere, *l. filiusfamiliàs. 7. in prin. ff. de donatio. l. contra. 29. § fin. ff. de pact. Bal. & Doctores in l. 1. C. si aduersus don.*) tamen aliud receptum est, vt & in reliquis contractibus, quos infantiā egressi rectè tutore authore ineunt. *tot. tit. ff. & C. de authorita. tutor.* Et certè fideiussio nō est donatio, cùm si quid præstet fideiussor, actione mandati repetere possit, vt suprà dictum est. Sine horum porrò authoritate minores ex communi sententia (nam contrà disputari posset, *ex l. puberes. 120. de verb. oblig. & quæ dixi. Instit. de aut. tutor.*) fideiubendo non obligantur: *l. si curatorem. 3. C. de in integr. restitut.* nisi minor quando curatorem non habet, *l. puberes. 120. ff. de verb. oblig. quam ita intelligunt Dd. sed Cuiac. ibi contrà. dixi sup. de aut. tutor.* aut dolo decepit aduersarium tanquam maior vel curatorem non habens: *tot. tit. C. si minor se maiorem dixerit.* quòd si dolus cesset, imputandum ei est qui cum eo contrahit, cuius conditionem ignorat. *l. qui cum alio. 20. vbi glo. 1. Deci. & alij, de reg. iur.* Porrò clerici & monachi an fideiubere possint, alibi latiùs disputatur. *in Auth. de sanctiss. Episcop. & ab Hostiens. in Rub. ext. eod. nu. 3.*

4 ¶Materia circa quam, & cui fideiussor accedere potest, sunt omnes omnino obligationes, *l. 1. h. t.* ex quibuscūque ortæ contractibus, *§ 1. Instit. eod.* non modò principales, sed etiam accessoriæ: *l. plures. 18. § vlt. h. t.* nec tantùm vtroq; iure, tam ciuili quàm naturali firmæ, sed etiam alterutro. nam pro naturali tantùm obligatione rectè fideiubetur. *l. quod enim. 18. l. fideiussor. 17. § fideiussor. l. Marcellus. 26. hoc t.* Eóque si debitor naturaliter obligatus maneat, dicendum est, & fideiussorem obligatum manere: *l. vbicunque. 61. h. tit.* vt si minor, *vide Dd. in l. Marcellus. h. tit.* aut mulier, *vide l. si mulier. 16. § 1. ad Velleian. l. si verò. 12. § hoc amplius. mand. Tiraqu. in leg. con. verb. penult. glo. 2. nu. 14.* aut alius principalis debitor restitutione in integrum à ciuili obligatione liberetur. *t. t. C. de fideiussor. minor.* Ideo autem huic obligationi accedere potest fideiussor, nec intelligitur in duriorem causam quàm principalis obligari: quia & ipse debitor naturà debet, ac si soluat, repetere nequit: nam de eiusmodi obligatione naturali loquimur. *d. l. quod enim, d. l. fideiussor. § fideiussor.* Itaque fideiussio, quæ quędam est solutio, aut certè solutionis securitas, eodem modo ex obligatione naturali cōstabit, quo so-

A lutio. Ecōtrariò rectè ciuili obligationi accedit fideiussor, *dict. § 1. Instit. eod.* quæ tamen eandem vim habeat: videlicet vt aut actionem producere, aut soluti impedire repetitionem possit. *vt in l. 4. § si ex conuentione. ff. de re iudic. l. Græcè. 9. § & post litem. hoc tit. l. penult. C. de non numer. pec.* Nam quæ obligationes nullo iure tantam vim habent, vt condictionem indebiti impediant, iis haudquaquam rectè accedere fideiussores dicendum est: vt cum quis præscriptione temporis B ab obligatione liberatur. *l. si quis postquam. 38. h. tit.* Solutum enim ex hac causa repeti potest. *l. indebiti. 15. § 1. de condict. indeb. l. si quis. 8. C. de præscrip. 30. annor. optim. tex. cum gloss. in l. final. § fin. ff. rem ratam haberi.* De quo casu loqui Paulum, *in l. si posteaquam. 38. hoc tit.* manifestum est. Requirit enim fideiussio, cum sit accessoria, *l. hi qui. 35. h. t.* principalem obligationem cui adhæreat. *l. qui contra. 12. hoc t. l. 1. § debitum l. eum qui Ephesi. 5. ff. de const. pec.* nam accessorium sine principali non consistit: *l. 4. C. depos. l. cum principalis.* C *139. de reg. iur.* & iniquissimum esset ad solutionem eius rei cogere fideiussorem, quam principalis debitor adeò non debeat, vt etiamsi soluerit, repetere nihilominus possit. Quare nec tunc tenebit fideiussio, cum pro non obligato, *vt in d. l. qui contra.* aut turpi, improbatóque legibus contractu interceditur: *l. cum lex. 47. h. tit.* vt quando pro eo fideiussum est, qui cum libertus non esset, operas promisit: *l. si quis pro eod. 57. h. t.* quas ab ingenuis exigi quoquo pacto, legibus D est vetitum, *l. penult. ff. si a parente quis fuerit manumiss. l. pen. ff. de obseq. præstand. Ias. in l. si non sortem. § libertus. de cond. indeb.* idque tuendæ libertatis causa: *l. Titio. 71. § Titio. 2. de conditio. & demonst.* quæ cum iuris sit naturalis, consequens est, promissionem in eius fraudem factam, ex iure naturæ nullam vim obtinere: aut cum quis pro se ipso fideiubet: *l. hæres. 22. h. tit.* aut pro eodem eidem. *d. l. si quis pro eod. 57. § 1. hoc tit.* Sed an in criminalibus causis fideiussio locum habeat, quæ- E stionis est. Et verius videtur locum habere: *d. l. si quis. 57. § fin. hoc tit. l. 1. l. diutius. 3. ff. de custodia reor. Auth. hodie. C. eod. ca. si clericus. 15. § fin. de sent. excom. lib. 6. vid. etiam c. cum homo, cum gloss. 23. quæst. 5.* hactenus tamen, vt fideiussores se ad pœnam pecuniariam obligent, *l. si quis. 4. de custod. reor.* non etiam ad corporalem. *Dd. in l. si à reo. 71. § fin. h. t.* Nam cum nemo sit dominus membrorū suorum, *l. liber. 13. ad leg. Aquil. cap. si non licet. 23. quæst. 5.* non potest se vllo quis contractu ad pœ- F nam corporalem, *Bart. in dict. l. si quis. circa princ. Bald. in l. 1. C. ne fideiussores dotium dentur. & in l. quoties. de noxal. actio. Cyn. in l. ad commentariensem. C. de cust. reor. Panor. Imol. & communiter Canonist. in Rubr. de fideiuss.* aut carceres, *Bart. in l. aliàs. 15. nu. 10. & Dd. ff. solut. matrim. & in l. ob æs. vbi Bald. al. C. de act. & obl. Hypp sing 164:* obligare (nam & hi pœnam continet, *l. 3. de cust. reor. l. 2. C. eod. t.*) sicuti nec ad torturam. *Doctores con-* G *tra gl. in l. interdum. 56. § qui furē. ff. de furtis. Hypp. in pract. § expedita. num. 55. Paris de Put. in tract.*

Syndic.

Syndic. in verb. tot. iura. Quare non valet fideiussio de sistēdo aliquem sub pœna corporali. *Bar. in l. 4. de cust. reor. Ang. in tract. mal. fic. ad verb. pro quib. fideiuss. in princ.* Et qui simpliciter pro sonte fideiussit, etiamsi is aufugiat, pœna tamen solùmodò pecuniaria multacti debet *d. l. si quis. de custo. reor.* ad arbitrium iudicis: nisi certam ipse (vt fieri solet) promiserit, aut subire pro reo iudicium sit paratus, *l. sancimus. C. eo. l. 4. vbi Bar. C. de cust. reor.* aut nisi dolo malo non exhibeat, aut eius dolo malo fiat, quo minus reus exhi- B beatur: tūc enim extra ordinem tenetur. *l. si Bersatorem. 13. vbi Dd. C. eod. d. l. si quis. vbi Bar. & Dd. glo. in ca. cum homo 23. qu. 5. Panorm. in d. Rub. de fideiussor.* Iure porrò Sax. Vuerigeldio tātùm mulctari posse videtur. *Land. lib. 1. art. 65. D. Reinhart. diff. 21.*

5 ¶Forma fideiussionis in stipulatione consistit: *l. blanditus. 12. C. eo.* quæ semper interuenisse præsumitur, si scriptum sit fideiussum esse. *§ fin. Inst. eod.* Sicuti autem reus principalis, nisi de se C promittat, non obligatur: *l. stipulatio. 38. § 1. ff. de verb. obligat.* ita fideiussores non aliter tenentur, quàm si quid daturos vel facturos se promittant, *l. sicut. 66. h. t.* & quidem eidem creditori cui debitor debet. *dict. l. fideiussor. 17. in princ. l. si mihi. 24. h. tit.* atque id ipsum quod in principali obligatione comprehēsum est. Nam ad aliud durius causa, re, tempore, loco obligari non possunt: *d. l. Græcè. § illud. cum §§ seq. vide Bart. dist. in dict. l. hi qui. h. t.* etsi in causam leuiorem possint, *§ fideius-* D *sores. Inst. eo. dict. l. hi qui accessionis. 34. d. l. Græcè. § illud.* puta in partem pecuniæ, aut sub conditione, &c. *l. fideiussores. 10. hoc tit.* Etenim cùm leuius obligantur, subest certè obligatio cui accedant: cùm durius, non item, saltem in eo quod plus est in fideiussione, quàm in principali. Deinde & illud absurdum esset, maius accedere minori, & in accessoria obligatione plus esse quàm in principali. *d. l. hi qui accessionis. l. vnica. vbi Doctores. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer. l. Titius. 43. in fin.* E *cum ll. seqq. ff. de actio. empt.* Qua ratione placuit fideiussorem in causa duriorem acceptum, ne ad id quidem obligari, quod principalis debet. Cum enim plus promiserit, diuersum à principali promisisse videtur, & alia est obligatio: ac proinde omnimodò non tenebitur. *l. Græcè. § illud.* Quod verum puto, cum reuera alia est obligatio: vt cum debitor sub conditione, fideiussor purè promittit. *d. § illud.* aut debitor obligatione dandi tenetur, fideiussor factum *gloss. in l. cum* F *filiusfamil. 42. § 1. ad verb. neuter. de verb. obligat.* promittit: hîc enim alia atq; alia obligatio est, argumēto est, quod & stipulatio vitiatur, in qua pura est stipulatio, promissio conditionalis, vel contrà. *l. 1. § si quis. de verb. oblig.* At cum non alia est obligatio, sed maior summa promittitur, hic videtur valere fideiussio, saltem in eam quantitatem cui obnoxius est principalis debitor. In maiore enim summa inest minor, *l. 1. § si stipulāti. de verb. oblig. l. si vnus. 27. § si cum decens. 5. ff. de* G *pact.* quę & ipsa promissa videtur: *l. 1. § 4. de verb. oblig. dixi in § præterea. Inst. de inutil. stipul.* quare & promissio maioris summæ quàm quæ stipulatione concepta erat, non omnino nulla est, tanquam diuersa, sed obligat in quātitatem stipulatione comprehensam. *dict. l. 1. § si stipulanti.* Quamuis autem hæc ita se habent: tamen potest efficacius quàm debitor ad eandem fideiussor *d. l. quod enim. d. l. fideiussor. d. l. Marcellus. hoc tit. cum aliis sup. allegat.* causam obstringi: puta instrumento quod executionem habeat paratam, *Bart. in d. l. hi qui. nu. 11. h. t. Bal. in l. si pro ea. num. 6. C. mandat.* aut adiectione alicuius pœnæ vel facti: *gloss. sing. in l. sicut. 66. in fin. quam sequuntur Ang. & Imol. h. t. Bart. in l. centum. nu. 6. de eo quod cert. loc. quamuis contrarium sentiat in dict. l. hi qui. nu. 17.* ex quo vsitata hodie inter Germanos nobiles fideiussio, qua nisi principalis debitor ad diem constitutam soluat, ad certum se venturos locum, neque inde dicessuros donec solutio fiat, fideiussores promittunt. *vide de hoc ord. imper. quæ hoc nomine extra imperium fideiussores euocari vetat. ergo à contrario sensu, in imperio permittit. l. cum prætor. 12. de iudic.* Cuiusmodi tamen obligationem pleræque curiæ Principū, maioris vitādi mali causa improbant, nec super iis ius dici, aut executionem fieri permittunt. Nihil etiam impedit, quo minus fideiussio non modò sequi, sed etiam præcedere principalem obligationem possit, *§ fideiussor. Instit. de fideiuss.* atque ita in futurum concipi: *l. non quemadmodum. 35. ff. de iudiciis.* sic tamen vt priùs fideiussor conueniri nequeat, quàm principalis. *l. fideiussor. 57. l. fideiussor. 16. § 1. h. t.* Habet enim eius obligatio tacitam conditionem ex promissione principali, & ad id tempus trahitur, quo illius, nempe principalis dies est ventura. *l. si testamento. § fin. l. si fideiussor. 32. h. t.* Quare quod ad effectū attinet, semper sequitur obligationem principalem. Fideiussor etiam vel purè, vel sub conditione, vel ad tempus, vel ex tēpore dari & accipi potest: *l. Lucius. 38. ff. mand. l. si pro ea. 10. C. eo. tit.* quo casu post lapsum temporis non tenetur, etiamsi principalis vlterius se obligauerit. *l. si cum Hermes. C. loca. Ias. in l. 1. nu. 18. C. de iud.*

¶Finis fideiussionis est, vt creditori caueatur. 6
in prin. Inst. eod. § fin. Inst. de replicatio. Effectus, quòd fideiussor peræquè tenetur atq; principalis debitor, videlicet ad id quod tēpore fideiussionis erat in obligatione, siue sors fuerit, siue vsura, *l. fideiussores. § 1. h. tit. l. initio. 5. C. de pact. inter emp. l. si mandator. 8. C. quod cum eo qui in alie. potest.* non etiam quod ex mora aut delicto debitoris accedere potest: *l. centū. de eo quod certo loco. l. cum quis. 22. de act.* quia fideiussio est stricti iuris. *Dec. cons. 107. nu. 2. cum ibi alleg.* nisi in omnem causam fideiusserit. *l. quæro. 56. ff. locati.* Deinde fideiussores singuli in solidum obligantur & conueniri possunt, si plures sint: nisi creditor petitionē ipse diuidat: *l. reos. 23. l. liberum. 16. C. eod. tit.* singuli enim obligationē principalē fide esse sua iubēt. *l. 3. C. eod. tit.* Ex epist. tamen diui Adriani beneficium diuisionis habēt: *vide Paulum lib. 1. titul. 20.*

& à singulis qui tempore litis cõtestatæ soluendo sunt, viriles exigi debent. §. *si plures. Instit. eod.* Dico, qui soluendo sunt; nam inopis aut obligatione exempti portionem reliqui sustinent. *l. si Titius. 49. l. si plures. 28. h. t. l. 3. C. eod.* Id autem sciendum est, iure nouo (nam apud veteres contrà fuit, *l. 5. C. eod. Paul. lib. 2. titul. 17.*) non aliter quàm in subsidium, hoc est, absente debitore, vel quia ob potentiam facilè conueniri nequit; *Ias. in §. item si quis. nu. 68. Instit. de act. vide ibidem Ang. & Hypp. in Rub. de fideiuß. vbi multas tradit exceptiones, ad d. Auth. præsente. C. eod.* aut excussis principalis debitoris bonis; fideiussorẽ aut eius pignora §. 1. *vbi gl. ad verb. hypothecaris. in Auth. de fideiusso. Auth. hoc ita si debitor. vbi Salic. num. 3. & 4. C. de pign.* posse conueniri: *Auth. præsente. C. eod.* quod ita verum est, si de hoc legis beneficio ante litis contestationem excipiat. *Ang. & Ias. in §. item si quis in fraudem. Instit. de actio. Hypp. in Rub. de fideiuß. Euerar. in loc. legal. loco ab ordine. pag. 2.* Quin & de bonis principalis fideiussorẽ, si ita videatur, satisfacere posse. *Bart. in Auth. si captiui. nu. 3. C. de episc. & cler. per l. si procurator. §. si ignoranter. ff. mandat.* Item si vnus fideiussorum conuentus soluat, reliquos liberari: posse tamen eum petere à creditore cessionem actionum, quibus aduersus fideiussores, qui quidem soluendo sint, agat, vt viriles præstent. *l. si fideiussores. 42. §. idem respondit. l. fideiussorib. 18. l. cum in. 37. hoc tit. vide Bart. in l. Modestinus. nu. 9. & 10. ff. de solut. Euerar. cons. 1. per tot.* Quod ante solutionem, vel in ipsa petendum est, ne sublata per solutionẽ omni obligatione atque actione, nihil superfit postea quod cedi possit. *dict. l. cum in. l. Modestinus. 76. ff. de solutionibus.* Postremò & hoc teneatur, ex fideiussione non dari actionem fideiussori contra principalem, antequam exoluat; nisi aliter conuentum sit, aut debitor dilapidare cœperit, aut ipse fideiussor condemnatus sit, *l. si pro ea. 10. C. mand.* aut diu in obligatione steterit, *l. Lucius. 38. C. mand.* (quod arbitrio iudicis est æstimandum, *Bald. in d. l. si pro ea. num. 12.*) aut in fideiussores parata sit ex instrumento guarentigiato executio. *Bald. præalleg. loc.* Solutione autem facta, aut potestate agendi ex iam dictis causis concessa, fideiussor exigere potest, non modò principale debitum quod soluit, sed quicquid fideiussionis nomine, dãni iniuriæúe passus est: *Bald. in d. l. si pro ea. nu. 15. C. mandat.* idq; contraria mandati actione, à principali debitore eiúsque hæredibus: cessa verò, à consideiussoribus: vt dictum est. Contraria fideiussioni, quibus tollitur, sunt solutio, *d. l. cum is. l. Modestinus. de solut.* item nouatio, *l. 4. C. eod.* prorogatio termini, *vt. de tamen Ias. in l. 1. in fin. C. de iudic. & tit. sequen.* absque nouo fideiussoris consensu facta, sententia definitiua, *Cast. & Ias. nu. 19. de iureiur. Ticaq. in l. beneficio. 89. §. hoc sermone. num. 48. de verb. sign.* obligationis diuturnitas, *vide in l. si pro ea. C. mand. Ferrar. in for. sequen. seu Sax. in fin.* repræsentatio principalis rei semel facta, nisi totius [illegible] fideiussor accersus sit: *Hyp. in Rub. de fideiuß. num. 99. Ias. & Tiraqu. præalleg. loc.* & alia multa, quæ ex præmissis sumi possunt.

DE NOVATIONIBVS & delegationibus. Titulus II. C. 8. 42.

1 *Continuatio.*
2 *Nouatio vnde dicta, quid sit.*
3 *Species nouationum.*
4 *Causa efficiens.*
5 *Materia, & num. 2.*
6 *Forma, quomodo contrahatur.*
7 *Finis & effectus.*
8 *De delegationibus, 2. tituli parte.*
9 *Quomodo contrahantur.*

1 QVandoquidem † executi sumus, quomodo contrahantur confirmentúrque stipulationes: restat, vt qua ratione iterum dissoluãtur, excutiamus. Soluuntur autem nouatione, delegatione, solutione eius quod debetur, & acceptilatione: *Instit. quib. mod. tollit. obligatio:* de quibus ordine est exponendum.

2 ¶Nouatio à nouo seu nouando nomen habet. Est enim prioris debiti in aliam nouam obligationem, vel ciuilem vel naturalem, translatio atque transfusio atque translatio: hoc est, cum ex præcedente causa ita noua constituitur, vt prior obligatio perimatur. *d. l. 1. l. si pupillus. 9. hoc tit.* Nec interest, qualis obligatio præcesserit, vtrum naturalis, an ciuilis, an honoraria, vtrum verbis, an re, ac consensu constituta, modò vt obligatio fuerit. Nam quæ non est, vt conditionalis, tolli non potest, priusquam conditio extiterit. *l. si Stichum. 8. §. 1. h. tit. l. quod in diem. 12. ff. de acceptilat.* Dico autem, Prioris debiti. Nam si aliud debitum in obligationem deducatur, non erit nouatio, sed alia separata obligatio, *l. si non sortem. 26. §. si centum. de cond. indeb.* nisi id actũ sit inter partes. verbi gratia: si pro homine vel equo qui prius debebatur, dentur & promittantur decem: *Sal. in l. fin. num. 3. C. eod. Bart. in l. pen. in fin. de prætor. stipul.* non intelligetur prioris obligationis facta innouatio, sed noua constituta obligatio, nisi de nouatione expressim inter contrahentes conueniat.

3 ¶Nouatio *de hac materia vide etiam Paul. lib. 5. tit. 8.* autem duplex est. Alia voluntaria, quæ fit stipulationibus: alia necessaria, *l. aliam. 29. h. tit. l. non solet. 86. de reg. iur.* quam inducit litis contestatio, *d. l. 29. h. t.* & sententia. *gl. in l. 1. C. de iudicis. per l. Iulianus. 60. de conditione indebiti.* Ideo autem necessaria dicitur, quia volens nolens debitor ad eam compellitur: iudicium enim redditur in inuitum. *l. inter. 83. §. 1. ff. de verb. obl. g.*

4 ¶Causa efficiens nouationis, est aut litis contestatio, aut voluntas personarum contrahentium, verbis declarata: dum tamen adultæ personæ sint, & sui iuris: neq; enim nouare possunt in aliena potestate constituti: vt pupilli, minores, *l. nouare. 20. §. 5. h. t.* prodigi, *l. 3. h. tit.* filiifamiliâs, *l. filiusfamiliâs. 23. hoc t.* & seruus. *l. seruus. 16. l. fin. h. t. §. præterea. Instit. quib. mod. tol. ob. l. in persona. 30. §. 1. de pact. Cuiac. obser. lib. 8. c. 11.*

5 ¶Quod ad materiam attinet, dictum est, omnes obligationes quocunque modo contractas, nouari posse. *l. 2. h. t.*

6 ¶Forma nouationis consistit in verbis. nam extra iudicium per stipulationem conficitur. *l. 1. l. 2. de legat. 2. l. 1. §. 1. h. t. l. 1. C. eod. tit.* Nouatio autem fit aut purè, aut in diem, aut sub conditione: sed non ante conditionis euentum nouatio perfecta esse intelligitur. *l. quoties. 14. l. si rem. 31. h. tit.* Quam etiam in vniuersum tum demum fieri placuit, cũ hoc expressè & disertis verbis agitur, vt prior obligatio nouetur. Qua in parte ius vetus à nouo discrepat. nam iure veteri sufficiebat quomodocũque id agi, siue verbis, siue conuentione, siue nouæ personæ interuentu. *l. 2. h. t. l. 2. C. eo.* Hodie autem ex constitutione Iustiniani non aliter (extra delegationem tamẽ, vt paulò pòst dicetur) fit nouatio, quàm si disertè contrahentes exprimãt se velle primam obligationem aboleri, & fieri nouam. *l. fin. C. de nouationib. §. pen. Instit. quibus mod. tollitur oblig. l. si delegatio. vbi Salic. nu. 3. C. eod. Alex. cons. 173. visis. nu. 4. 5. 6. 7. vol. 7. & consil. 60. viso. num. 2. vol. 6. ne ope quidem exceptionis, vt dicit communem Alex. consil. 72. visis. nu. 1. vol. 2.* Quare prorogato solutionis termino, non intelligitur facta nouatio, nec fideiussores liberantur. *Ias. latè in l. 1. nu. 18. & 19. cum seqq. C. de iud. & in l. lecta. si cer. pet. vide Imol. contra alios, in c. constitutus. de fideiussor.*

7 ¶Finis & effectus nouationis est, vt perempta priore obligatione, vnà cum accessoriis, fideiussione puta & pignoribus, *l. nouatione. 18. hoc tit.* ex secunda is qui nouauit teneatur. Et hæc de nouationibus: iam alteram tituli partem, quæ delegationes complectitur, paucis percurramus.

8 ¶Delegare, est vice sua alium reum creditori, vel cui is iusserit, dare. *l. delegare. 11. h. t.* Nec multum distat delegatio à nouatione, præterquam quòd in delegatione semper insit nouatio, *l. 2. C. eod. §. penult. Instit. quibus modis tollitur obligat.* etiam iure, vt putatur, nouissimo, *Bart. in l. singularia. numer. 19. & ibid. Ias. numer. 38. 39. si cert. peta. Dec. consil. 421. plenè. nu. 16. & 17. ex doctrina Bart. in l. delegare. 11. de nouat. Alexan. cons. 173. visis. nu. 2. vol. 6. & consil. 10. visis. nu. 1. vol. 2. & consil. 60. viso. num. 1. vol. 6.* nisi aliud disertè sit actum: non autẽ ediuersò nouationi semper delegatio, cum inter eosdem sine personæ nouæ interuentu, nouatio rectè constituatur.

9 ¶Delegare autem quis potest, vel voce, vel scripto, vel nutu: *l. delegare. 17. h. tit.* nihil enim aliud est, quàm mandare: *l. si quis. 12. in fin. hoc t.* qui contractus consensu constituitur, vt alibi diximus. *ad tit. mandati. §.* Et hoc quidem verum est, quod ad delegantem attinet: nam is qui delegatur, non modò consentire, sed etiam stipulanti verbis promittere debet: *l. 1. C. eod.* consensus enim eius necessarius est: quia nemo inuitus obligatur. *l. nec emere. C. de iure deliberandi. l. sicut. C. de actionib.* Stipulatione autem opus est: quia hæc conuentio in nullum iuris gentium cõtractum incidit, planè vt verbis ciuilibus sit corroboranda. At nominis venditio, aut cessio, etiam ignorante eo aduersus quem actiones mãdantur, cõtrahi solet: *l. 1. C. eod.* nec enim hîc noua aliqua obligatione implicatur debitor, sed tãtummodò solutionem veteris obligationis, & exactionem creditor alteri mandat: *l. 3. C. eod.* quod inuito etiam debitore fieri posse, certum est. *l. 1. C. eod. in fin. l. nominis. C. de hæred. vel act. vend. l. nomina. §. de hæred. vel act. vend.*

DE SOLVTIONIBVS & liberationibus. Titulus. III. C. 8. 43.

1 *Quid sit solutio.*
2 *Dispositio huius tituli.*
3 *Quis rectè soluat.*
4 *Cui rectè soluatur.*
5 *Forma: & quomodo solutio rectè fiat.*
6 *Finis & effectus.*
7 *Explicatio l. 1. h. t.*
8 *Quæ vim solutionis habeant.*

1 SOlutio † largè accipitur pro qualibet liberatione: *l. solutionis. 54. hoc titul. l. solutionis. 176. l. liberationis. 47. infrà. de verb. significat.* propriè autem pro eius rei quæ debetur exolutione: *vt in tot. hoc t. & Instit. quib. mod. toll. oblig.* de qua † hæc 2 ordine videamus: quis rectè soluat, cui, quid, quomodo, quis sit solutionis effectus, & quæ affinia. Is igitur † qui debet, rectè soluit, si maior 3 sit, suíque iuris. nam qui sub tutoribus curatoribúsque degunt, vt sine horum authoritate contrahere prohibentur, ita nec soluere possunt. *l. quòd si fortè. 13. §. 1. cum ll. seqq. hoc t. l. quoties. 10. §. sicut. de administr. tut. l. si procurator. 6. §. fin. de condict. indeb. vide quæ dixi Inst. quibus aliten. non lic. §. 3. & tit. quib. mod. ob. sol.* Quinetiam is qui non debet, nomine debitoris, quamuis ignorantis, soluere potest, & continget liberatio. *l. solutionis. 25. l. si pro me. 40. h. t. l. soluendo. 41. de negotiis gestis.* Secus si suo nomine, id est, ad suam obligationem, puta fideiussoriam distrahendam soluat: *l. Cassius. 16. l. quoties. 37. hoc tit.* tunc enim debitor solummodò ope exceptionis adiuuatur. *l. Papinianus. 28. cum ibi notat. §. mandati. Ad. in l. Modestinus. 76. hoc tit.* Soluitur † autem rectè creditori 4 adultæ ætatis, nõ etiam minoribus, sub cura tutelâue constitutis. *dict. l. quòd si fortè. §. 1. l. in pupillo. 47. h. tit.* Et quidem inuito creditori rectè solu-

nitur: *l. quod quis. 49. de actionib. l. quod in diem. 70. h. t. l. acceptam. 19. C. de vſuris. l. obſignatione. 9. C. eod. Dd. in l. qui Romæ. 122. in prin. ſ. de verb. oblig.* item adiecto ſolutioni in obligatione. *l. ſi ſtipulatus fuero. 11. l. cum quis. 28. l. cum decem. 71. hoc tit.* Sed & ſeruo ex peculiari contractu rectè ſoluitur. *l. ſi quis ſeruo. 18. l. ſi ſeruus. 31. l. quod ſeruus. 35. h. t.* Extraneis autem, quibus neque debetur, nec ſolutio permiſſa eſt, non rectè: *l. inuito. 12. C. de ſolutionibus.* niſi volente mandantéque creditore, *l. 4. C. eod. l. ſolutam. 49. hoc t.* aut habente ratum: *l. ratum. 13. d. l. ſolutam. 49. l. cum decem. 71. §. 1. hoc tit.* vt cum procuratori generali, vel ad hoc ſpeciale mandatum habenti ſoluitur. *l. vero. 12. hoc t.* Dico Generali: nam ei qui ad litem tantùm datus eſt, non rectè fit ſolutio, *l. hoc iure. 86. h. tit.* vt nec falſo procuratori, aut ei cuius mandatum eſt reuocatum. *d. l. vero. l. cum quis. 38. §. 1. h. tit.* Quanquam hoc caſu, debitor reuocatum mandatum ignorans, ſi ſoluerit, ex æquitate liberatur, *l. qui hominem. 34. §. ſi Titium. d. l. verò. §. fin.* Id autem ſoluendum eſt quod debetur: non enim cogitur creditor aliud pro alio recipere. *l. 2. §. 1. ſ. ſi cert. petat. l. cum is. C. eod.*

5 ¶Forma ſolutionis eſt, vt eodem omnino modo ſoluatur, quo debetur. nam, verbi gratia, inuito creditori alio loco quàm quo conuentum eſt, non rectè ſoluitur: *l. 1. l. penult. & tot. tit. de eo quod certo loco. §. loco. Inſt. de act.* aut alio tempore, *l. qui Romæ. 122. in princ. vbi Dd. de verb. oblig.* niſi citeriore (tempus enim adiectum debitoris gratia videtur: *l. eum qui calendis. 41. §. 1. de verb. obligat. l. quod in diem. 70. hoc tit. l. quod quis. 49. de act.*) aut in alia moneta: niſi creditoris nihil interſit. *l. Paulus. 99. h. t.* deinde & totum quod debetur eſt ſoluendum, ad hoc vt contingat liberatio: *l. etiam. 27. l. qui ſibi. 33. §. 1. h. tit. d. l. obſignatione. 9. C. eod.* neque enim per partes ſolutionē admittere creditor compellitur, vt verius plerique exiſtimant. *in l. tutor. §. Lucius. de vſuris. & in l. 2. §. 1. de verb. oblig.* Et quidem ita ſoluendum, ne quo modo res auferri poſſint, ſiue in ſpecie debeatur, *d. l. qui ſibi. in prin. l. ſi rem meam. 20. h. t.* ſiue in genere. *d. l. etiam. d. l. qui ſibi. §. 1.*

6 ¶Finis & effectus eſt, vt tollatur obligatio, quæ ſolutione ipſo iure perimitur. *Inſt. quib. modis tollitur oblig. in prin.* Sed quoties quis ex pluribus cauſis debet: & ſoluit aliquid, quod non omnibus, ſed aliquib. tantum debitis ſufficiat: hîc quæri ſolet, in quam rem ſolutum, & quę extin-
7 cta obligatio videatur. Et † quidem, vt inquit Vlpianus, *in l. 1. h. t.* in arbitrio ſoluentis eſt dicere, quod potius debitum voluerit ſolutum: & quod dixerit, id ſolutum erit. Poſſumus enim certam legem dicere ei quod ſoluimus. Quoties verò non dicimus in quid ſolutum ſit, id eſt, quódnam ex debitis ſolutum eſſe velimus: in arbitrio eſt accipientis, cui potius debito acceptum ferat: dummodò in id conſtituat ſolutum, quod ipſe deberet, eſſet ſoluturus, quoque debito ſe primò exoneraturus eſſet: id eſt, in id debitum quod non eſt in controuerſia, aut

A in illud in quod pro alio quis fideiuſſerat, *l. 4. l. cum ex plurib. 97. h. t.* aut cuius dies nondum venerat: *in d. l. 1.* quæ quidem lectio ſi mendoſa non eſt, hanc interpretationem neceſſariò habet, vt tum ſolutio cedat debito in diem, cum nullum præſenti die debetur: alioqui planum eſt, certa & præſentia grauiora eſſe futuris: & in illa potius quàm hæc, ſolutionem conuertendam. *l. cum ex plurib. 103. h. t.* Neque verò Vlp. hîc certos gradus facit obligationum, ad quos ſolutio ſit referen- B da: ſed promiſcuè exempla recēſet, omiſſo grauiſſimo etiam debito, quod videlicet vſuris pœnîſque implicatū eſt, & ante omnia ſolui debet. Quare hæc exempla ſuo quęq; loco rectè diſtributa valere debent, vt ita in vnumquodque ſolutio imputetur, cum nullum grauius maioriſq; momenti debitum præcedit. ac fortaſſe pro, Aut in illud, &c. Vlp. ſcripſerat, Haud in illud, vt Ruſſardus annotauit: *in dict. l. 1.* & Contius *lib. Diſp. 1. cap. 7.* ait, Gręcos ita legere paſſim: Non in id debitum quod eſt in controuerſia: aut in illud, &c. C vt particula Non, tranſpoſita videatur inſcitè, etiam in Florent. quæ lectio cōtextui ſanè quàm optimè congruit, & omnem difficultatem tollit. Permittitur autem creditori, in id quod velit ſolutum cōuertere: dummodò ſic conſtituat, vt in re ſua conſtitueret ipſe: *d. l. cum ex pluribus. 97.* ſed conſtituere in re præſenti, hoc eſt, ſtatim atque ſolutum eſt, debet. *l. 1. 2. 3. 4. cum multis ſeq. h tit.* Quòd ſi non conſtituat, ſiquidem ſummæ ſint omni ex parte æquales, decedit de omnibus D pro rata: *l. illud. 8. h. t.* ſin autem aliqua durior vel grauior exiſtat, primò in eam accepto feretur. *l. 3. cum multis ſeq. h. t.*

¶Sunt porrò quædam vi & effectu ſolutioni 8
paria: vt primò oblatio rei debitæ, depoſitio & conſignatio, quæ ipſo iure liberat. *l. obſignatione. 9. C. eod. l. acceptam. C. de vſuris.* Secundò, confuſio obligationum: vt cum debitor creditori, aut cōtrà creditor debitori ſuccedit. *l. Stichum. 95. §. aditio. h. t. l. 1. §. ſi debitor. ad l. Falcidiam. l. ſi Stichum.* E *39. §. 1. l. Vranius. 72. de fideiuſſoribus.* Tertiò ſatiſfactio, cùm alio modo ſatiſfit volenti creditori, quàm de quo conuentum eſt: puta pignoribus, nouatione, delegatione. *l. ſatiſfactio. 52. h. t. l. ſi rem alienam. §. omnis. de pignor. act.* Interitus etiam ſpeciei liberat debitorem, perinde atque ſolutio: *l. verborum. 107. h. tit. l. ſi ex legati cauſa. 23. ſ. de verb. oblig.* dum tamen ante moram debitoris intereat: *l. quod te. ſ. ſi certum petatur.* quin & iuſiurandum loco ſolutionis cedit, *l. iuſiurandum. 27. de* F *iureiuran.* & pactum de non petendo: quod tamen naturalem tantùm obligationem, quæ cōſenſu conſtat, contrario conſenſu tollit. nam ciuilem ſolummodò elidit æquitate exceptionis. *d. l. Stichum. §. naturalis. h. tit. §. præterea. Inſtit. quib. mod. tollitur obligat.* Affinis eſt etiam ceſſio. *l. non ſolùm. 33. §. 3. de vſuc.* Nam quæ res debita ſolui, eadem non deſtita cedi dicitur, *d. l. non ſolùm. vbi Cuiac. §. vlt. vbi vide quæ ſcripſi. Inſtit. de vſufruct.* G *l. Modeſtinus. 71. h. tit. l. 1. 2. C. de act. cum ſimil.* Sed ex his omnib. nihil tam ſolutioni cōſimile eſt, quàm

quàm acceptilatio: de qua reſtat, vt pauca exponamus.

DE ACCEPTILATIOnibus. Tit. IIII.

C. 8. 44.

1 *Quid ſit acceptilatio, & vnde dicta.*
2 *Cauſa efficiens: & an ſit iuris ciuilis acceptilatio.*
3 *Qui acceptum rogare & facere poſſint.*
4 *Materia: quæ obligationes per accept. tollantur.*
5 *Forma: quomodo contrahatur, an cōditionem recipiat: & de Aquiliana ſtipulatione.*
6 *Finis & effectus.*

1 ACceptilatio † eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio. *l. 1. hoc titul.* nam debitor per acceptilationem, quaſi ciuilem ſolutionem liberatur: & creditor dicitur abſolui ac liberari obligationis nexu, quia deſinit ei actio competere. *gl. in l. 1. §. non autem. de exercitoria actione. & in l. quoties. 10. §. ſicut. de adminiſtr. tut.* Acceptilatio, inquit Iuſtin. *§. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* eſt imaginaria ſolutio: id eſt, quæ ſpeciem ſolutionis iure ciuili refert: tollit enim obligationem: cui Theophilus *in d. §. 1.* differentiæ gratia addit, Solennibus verbis conſtans: qua nota ab aliis imaginariis ſolutionibus diſcriminatur. Etſi autem nouatio quoq; ſolennib. verbis conſtat, & priorem obligationem tollit: tamen propriè imaginaria ſolutio non eſt, quippe quę debitorem nō liberet, neque abſoluat, ſed alio nouo nexu retineat deuinctū. Acceptilatio autem dicta eſt, ab acceptum ferendo: acceptum enim ferre nihil aliud eſt, quàm fateri ſe ab aliquo accepiſſe. *l. ſi ex plurib. 89. de ſolutionibus. l. ſeruus. 6. de manumiſſ. l. tali. 48. §. 1. de iure dotium. l. cum & ſortis. 35. de pignor. action.* Vnde rectè acceptilatio dicta eſt ea verborum conceptio, qua creditor tanquā ſolutione facta acceptum ſe habere dicit, & debitorem liberat.

2 ¶Cauſa efficiens, eſt voluntas benigna creditoris, acceptum ferentis: quam lex fauens liberationibus *l. Arrianus. 41. de action.* approbat, & hanc liberandi formam valere iubet: vnde & iuris ciuilis actus, quod ad formam attinet, dicitur: *l. actus. 78. de reg. iuris.* quamuis quatenus conſenſum conuentionemq; cōtinet, & iis qui iuris nō ſunt ciuilis participes permittitur, rectè ad ius gētium referatur. *l. an inutilis. 8. §. fin. hoc t. §. 2. vbi dixi. Inſt. quib. mod. toll. ob. vide Cuiac. lib. 5. c. 36. &*
3 *in tit. de verb. obl. & de tranſact.* Sciēdum † tamen eſt, eum dūtaxat acceptum rogare poſſe, qui debet: & acceptū facere, cui debetur. Itaque procurator, tutor, curator, ſeruus, filius, pater, &c. non rectè alieno nomine acceptum faciunt aut ro-

A gant, niſi nouata priore, & in perſonam rogātis transfuſa obligatione, *l. 5. l. an inutilis. 8. § ſeruus. cum §. ſeq. l. ſpecies. 11. l. & per iuſiurandum. 13. §. tutor. l. pen. h. t.* Acceptilatio enim verbis fit per ſtipulationem: nemo autem alteri ſtipulari poteſt. *l. ſtipulatio. 38. §. alteri. ſ. de verb. oblig.*

¶Materia quæ in acceptilationem cadit, eſt 4
verborum obligatio: acceptum enim ferri non poteſt, niſi quod verbis contractum eſt. nam acceptilatio verborum obligationem tollit, quia B & ipſa verbis perficitur: quod autem verbis non eſt contractum, tolli hoc modo nequit. *d. l. 8. §. acceptum. l. niſi. 94. h. t. §. item per acceptilat. Inſtit. quib. mod. tollitur obligatio.* Vnūquodque enim eo modo eſt tollendum, quo eſt colligatum. *l. nihil. 36. de regulis iuris. l. ab emptione. vbi Dd. de pact.* Quia tamen ratione conuētionis, iuris gentium cenſetur (vt paulò antè diximus) acceptilatio: ideo ſi aliæ quàm verborum obligatione accepto ferantur, vim pacti habebit ea conuentio, C niſi appareat cōſenſum non eſſe. *d. l. an inutilis. 8. l. fin. h. tit. l. cum emptor. 5. de reſcind. vendit. l. ſi vnus. 27. §. ſi acceptilatio. 7. de pactis.* Planè quoniam libertorum operæ per ſtipulationem promittuntur, *l. 3. cum legibus ſeqq. l. cum patronus. 22. cum ll. ſeqq. de ope. libert.* nihil cauſæ eſt, quo minus per acceptilationē ea obligatio tolli poſſit, etiamſi iuſiurandum, vt fit nonnunquam, *l. vt iuriſiurandi. 7. de operis libert.* fuerit adiectum. *l. & per iuſiurandum. 13. h. tit.* Hoc enim naturam eius obliga- D tionis cui adiicitur, induit. *l. vlt. C. de non num. pec. l. 7. §. vlt. de pact. l. final. qui ſatiſd. cogan. Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. num. 4. de iuriſd.*

¶Formam acceptilationis hanc tradit Impe- 5
rator *in d. §. item per acceptilationem.* ex Vlpiano, *in dict. l. an inutilis. §. fin.* vt debitor interroget ad hunc modum: Quod ego promiſi tibi, habéſne acceptum? & creditor reſpondeat, Habeo. Quin & Græcis aut alterius linguæ verbis fieri poteſt, ſicuti alia quæuis ſtipulatio, vt hoc modo: ἔχεις E λαβὼν δηνάρια τόσα· ἔχω λαβών. Ex his apparet, & verbis tantummodò fieri acceptilationem: & ideo per hanc eas duntaxat diſſolui obligationes, quæ verbis conſtant. Quare ſi quid ex alia cauſa debeatur, in ſtipulationem id prius deduci, atque ita demum per acceptilationē tolli debet; quem ad vſum compoſita eſt ab Aquilio iuriſconſulto (vnde & Aquiliana dicta) ſtipulatio, per quam contingit vt omnium rerum obliga- F tio in ſtipulationem deducatur, & ea tollatur per acceptilationem. *l. & ex vno. 18. h. t. d. §. item.* Acceptilatio autem nec in diem, nec ſub conditione fieri poteſt: *l. 4. & 5. h. tit. l. actus. 78. de reg. iur.* quia exemplo ſolutionis naturalis (quā realem vocant) eſt inducta. *l. in diem. 5. h. t.* Vt igitur vera ſolutio non ſit, niſi numerata in præſens pecunia: *l. 3. de pignorati. actione. l. acceptam. 9. vbi Dd. C. de vſuris.* ita nec ficta, cuiuſmodi eſt acceptilatio, quicquam operatur, ſi in præſens nihil efficiat, ſed per adiectionem diei aut con- G ditionis ſuſpendatur: *l. actus. 78. de regul. iur.* fictio enim imitari rei veritatem debet. *l. filio. 23.*

de liber. & posth. l. adoptio. 16. de adoptio. Bart. in l. si is qui nu. 22. de vsucap.

¶ Finis & effectus est, vt quasi solutione facta omnis tollatur per acceptilationem obligatio atque actio. *d. l. in diem. §. item l. 4. C. de transactio. cum similib.*

DE PRÆTORIIS STIPULATIONIBUS. Tit. V.

1 *Continuatio.*
2 *Species prætoriarum stipulationum.*
3 *De iudicialibus.*
4 *De cautionalibus.*
5 *De communibus.*
6 *Quomodo hæ distent ab iis quæ in l. 5. de verb. obl. explicantur.*
7 *Causa efficiens & materia*
8 *Forma.*
9 *Finis & effectus.*

1 POstquam † in genere dictum est de stipulationibus, quomodo contrahantur & dissoluãtur: exequamur nunc quasdam earum species, quæ prætoris authoritate sunt introductæ. *de his vide Paul. li. 5. ti 9. Cuiac. obser. lib. 4. c. 39. Gouea. li. 1. ca. 35. & quæ dixi Inst. de diuis. stip.*

2 ¶ Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species: iudiciales, cautionales, & communes. Iudiciales † eas dicimus, quæ propter iudicium, vt quod in illud deductum est, firmum ratúmque sit, interponuntur: puta rem in iudicio ratam haberi, iudicatum solui, & ex operis noui nunciatione. Hę porro distant ab iis iudicialibus stipulationibus, quarum alibi fit mentio. *in l. 5. de verb. obl.* Quas ideo iudiciales appellant, non quòd ad iudicium pertineant, sed quia inductæ legibus aut constitutionibus, mero iudicis officio exiguntur: vt cautio de dolo malo, & consimiles, de quibus Theoph. *Instit. de diuis. stipulat.* At hæ iudiciales dictæ sunt, non à iudice, sed à iudicio, quod à prætore ad firmanda iudicia sint inductæ, multumque ab illis discrepant: quia ex iurisdictione prætoris descendunt, & satisdationes opus habent (vt postea dicemus) quæ in illis non obtinent.

¶ Cautionales etsi omnes dici possunt prætoriæ aliquo respectu: *l. 1. §. 1. in fin. h. tit.* tamen propriè illæ dicuntur, quæ in hoc proditæ sunt, non vt iudicium, sed rem de qua agitur, constituant cautiorem: Hæ instar actionis habẽt: *d. l. 1. §. cautionales.* hoc est, ab officio magistratus nobili implorãtur, quasi per actionem: quod enim illio officio expediendum est, id non minus peti potest, quàm quod iure actionis debetur. *l. 4. §. hoc autem. de damno. infect. l. quod si. 25. §. fin. de minorib. vide Iaf. in l. 1. nu. 8. de iurisd.* Denique, inquit, *l. 1. hic in l. 1. §. cautionales.* vt fit nouatio, intercedunt: hoc est, vt quod alioqui præstandum ex aliqua obligatione erat, in nouam obligationẽ, nempe stipulationem, deducatur, & in tuto locetur, datis fideiussoribus: vt de legato stipulatio; *l. si Stichum. 8. §. 1. de nouat. tot. t. vt legat. nom. caue.* de tutela, quæ est rem pupilli saluam fore; *tot. tit. J. tit. 1.* rem ratam habeat; *J. tot. tit. rem rat. hab.* & damni infecti: de qua stipulatione alibi est dictum.

¶ Communes sunt stipulationes, quæ fiunt iudicio sistendi causa. *d. l. 1. §. communes.* nam cum neque planè iudiciales sint (nõ enim in hoc fiũt præcipuè, vt iudiciũ sit firmius, & res quæ petitur in tutiore lococollocetur, sed ne frustra dies agendi præstituatur (nec omnimodò cautionales (nam aliquatenus ad firmitatem iudicij pertinent; (cóque mistam quandam habeãt naturã visum fuit, communes appellare. Alia † sanè ratione communem vocat Pomponius, *in l. 5. de verb. oblig.* eam quæ est Rem pupilli saluam fore) nam ea hîc ad cautionales pertinet stipulationémq; duplæ: & de rato propterea videlicet, quod hæ interdum à prętore, interdum à iudice dato exigantur. *d. l. 5. tot. tit. Inst. de prætor. stipulat.* Ac ne temerè hæ species confundantur; illud in vniuersum tenendum est: à Pomponio *in d. l. 5.* generalem tradi stipulationum diuisionem: hîc autem agi de certa stipulationum specie, nempe de prætoria; quæ rursum subaiuidiitur in eas quas modò dixi formas.

¶ Causa efficiens harum stipulationũ est prætor, qui eas introduxit, & cuius iussu interponi solent. Materia circa quam, intelligi potest ex exemplis suprà propositis.

¶ Forma est, vt his stipulationibus quid fieri cõueniat; *l. 6. h. t.* eóque nomine fideiussores dẽtur. Generaliter enim in omnibus prætoriis stipulationibus satisdatur: *l. 3. h. tit.* personæq; desiderantur interuenientium: *l. prætoriæ. 7. h. tit.* adeò vt neq; pignoribus quis, neque pecuniæ, vel auri argentiue depositione in vicem satisdationis fungatur: *d. l. prætoriæ. 7.* quod hodie non admodum obtinet; nisi quando bona per se sunt pignori ipso iure tacitè obligata, vt in cautione Rem pupilli saluam fore, & similibus. *vide §. qui satisd. cogan. & tit. in quib. caus. pig. tacit. contr. & quæ dixi Inst. de diuis. stipul.* Sunt tamen quædam in quibus repromissio sufficit, quas Vlpianus enumerat. *in l. 5. §. stipul. h. tit.* Quia verò hæ stipulationes incertum continent, quanti nimirum ea res erit: ideo ad euitandas probationum eius quod interest, difficultates, solet in his primò conuenire, vt quid fiat: & si factum non sit, certa pœna inferi; vt pœnæ nomine stipulatio committatur. *l. in omnib. 6. l. fin. h. t.* Illud etiam sciendum est, sæpius interponi prætorias stipulationes, cum sine culpa stipulatoris cautum esse desiit. *l. 4. h. t.*

Finis est, vt res de qua agitur cautior sit, interposita verborum obligatione: idcóque hæ omnes stipulationes natura sua cautionales sunt. *l. 1. §. 1. in fin. h. t.* Effectus est, vt nisi quod cõuenit sit factum, agatur est stipulatione aduersus debitorem

rẽ principalem, ciúsque fideiussores, *l. 4. §. 1. t. 1.* in id quanti ea res est: hoc est, quanti interest factum esse: aut ad pœnam, si qua sit verbis comprehensa. *d. l. 6. d. l. fin. h. tit.*

REM PVPILLI VEL adolescentis saluam fore. Tit. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Qui rem pup. sal. fore permittere cogantur.*
3 *Cui promissio fiat.*
4 *De actione huius stipulationis, cui, quando, aduersus quẽ, ad quid detur.*

1 CVm † pleræque stipulationum prætoriarum species, alio loco, prout erat commodum, sint tractatæ, vt, de legato, *ad tit. vt legat. nom. §.* operis noui nunciatione, *ad tit. de oper. no. nunc. §.* damno infecto, *ad tit. de dam. infect. §.* &c. nunc reliquas hîc expediamus, de quibus nihil hactenus fuit dictum: cuiusmodi sunt, rem pupilli saluam fore, iudicatum solui, rem

2 ratam haberi. Rẽ † pupilli vel adolescentis saluam fore, tutores, & curatores, antequam administrationem suscipiant, satisdare debent: exceptis testamentariis, & datiuis qui ex inquisitione sunt. Heis tamẽ à collega poterit offerri, vtrũ satisfaccipere velint, an satisdate. *l. datiuus. 7. h. t.*

3 Cauetur † autem hac stipulatione ipsi pupillo: *l. 4. in prin. h. tit.* qui si præsens est, & fari potest, etiamsi eius ætatis erit, vt nõ intelligat quid agatur: tamen propter vtilitatem receptum est, rectè eũ stipulari & agere. *l. seruum. 6. h. t.* Quòd si aliter erit, seruus pupilli; aut eo deficiẽte, seruus seu notarius publicus, eius nomine ad acquirendam pupillo actionem stipulabitur: *l. 2. l. seruum 6. h. t.* aut sanè dare aliquem prætor de-

4 bebit cui caueatur, *l. 3. h. t.* Ex † cuius stipulatione non quidem ipso iure pupillo acquiritur: nemo enim alteri stipulari potest, *l. stipulatio ista. 38. §. alteri. §. de verb. oblig.* sed ex æquitate vtilis actio datur. *l. 4. h. t.* Hac autem stipulatione continetur id quod ex tutela fieri oportet. *l. cum rẽ. 11. l. cum pupillus. 9. l. si post eaquam. 10. h. t.* Itaque datur eodem modo quo tutelæ actio: & ex ea tum demum ãgi potest, cum & tutelæ; *l. 1. h. t.* finita videlicet tutela: *l. 4. §. hãc stipulationem. h. t.* etiamsi in curatoribus & protutoribus stipulationis dies cedat, & agi possit, simulatque quid saluum esse desiit. *d. l. 4. §. pen. & fin.* Agitur autem ex hac stipulatione aduersus tutores, protutores, curatores, qui tamen gesserunt, eorúmque fideiussores: *d. l. 4. §. 1.* & quidem aduersus singulos in solidum, si pupillus agat; ne ex vna tutela plures causæ variæque quęstiones apud diuersos fortè iud. ces, diuisa actione constituantur. *l. fin. in fin. h. t. l. 2. de exercit. actio. cum similib.*

IVDICATVM SOLVI. Titulus VII.

1 *Tres clausulæ huius stipulationis.*
2 *De re iudicata, clausula.*
3 *De re defendenda.*
4 *Dolum malum abesse.*
5 *Explicatio l. nouissima.*

1 OLim † conuentus actione reali; aut in personam, sed alieno nomine; satisdare iudicatum solui cogebatur: *in prin. Inst. de satisdationibus.* quæ quidem stipulatio tres clausulas in vnum collectas habet; nempe de re iudicata, de re defendenda, & de dolo malo. *l. iudicatum. 6. h. tit.* Prima † est de re iudicata, vt in tantum

2 committatur stipulatio, præstétúrque quantum iudex deberi pronunciauerit, *l. iudicati. 9. hoc tit.* ex causa tamen principali: nam si quid rei iudicatæ accesserit ex contumacia aut delicto rei, ad id iniquum esset fideiussores teneri. *l. vlt. C. de fideiussor. l. xentum. de eo quod certo loco.* Secunda † est de re, hoc est, de causa defendenda: vt ni-

3 si boni viri arbitratu lis agatur, & defendatur reus, quanti hoc nomine interest, exigere actor à reo & fideiussoribus possit. *gloss. & Dd. in l. cum quærebatur. 13 & in l. iudicatum. 9. h. tit.* Res autem defensa non videtur, si non in solidum defendatur, *l. ex clausula. 17. h. tit.* aut non loco idoneo, *l. 5. §. fin. h. t.* aut quando certum esse incipit, neminem posse existere, qui reum defendat, *d. l. 2. ob rem.* Nouissima † clausula iudicatum sol-

4 ui stipulationis est, dolum malum abesse, abfuturúmque esse. Quare † & ad principium stipu-

5 lationis refertur, & in futurum tempus permanet. *l. nouissima. 19. h. t.* In hac ergo stipulatione, quia plures causæ sunt vna quantitate conclusæ; si committatur stipulatio ex vno casu statim, (id est, ante sententiam, vt fieri potest in duabus posterioribus clausulis: *d. l. cum quærebatur. d. l. 2. nouissima.* etiamsi prioris dies non nisi post rem iudicatam cedat, *l. 1. hoc tit.*) amplius committi ex alio non potest. *l. 5. §. in hac. hoc tit.* si videlicet idem, puta id quod in vniuersum interest, & ex eadem causa ab eodem petatur: aliàs enim secus est. *l. fin. hoc tit.*

REM RATAM HABERI, & de ratihabitione. Tit. VIII.

1 *Qui satisdare debeant rẽ ratã haberi.*
2 *Quando committatur hæc stipulatio & quæ actio hinc detur.*
3 *De iure Sax.*

1 REm † ratam haberi petunt à ſe mutuò pro-
curatores actoris & rei, aut cum non ſatis
idoneè de mandato conſtat, §. *ſin autem. Inſtit.*
de ſatiſdation. aut cum alioqui mandatum ex-
hibere non coguntur: vt coniunctę perſonæ.
l. maritus. 21. C. *de procurator.* nam qui alieno no-
mine agit, quacunq; (vt inquit Vlpianus) actio-
ne, id ratum habiturum eum, ad quē ea res per-
tinebit, cauere debet: *l. non ſolùm* 39. §. 1. *de procu-*
rator. rei tamen defenſor, ſi iudicatum ſolui ſa-
tiſdederit, non alio ſatiſdationis onere grauan-
dus eſt; niſi in certis caſibus. *d. l. non ſolùm.* §. *ſi ſta-*
tus. & §. *eſt caſus.*
2 ¶ Ex hac ſtipulatione agitur aduerſus pro-
miſſorem, eiuſq; fideiuſſores, & ſucceſſores; niſi
aliud ſit actum; *l. ſi ſine.* 21. § *ſi procuratores.* & §. *ſi*
in ſtipulatione. h. t. in id quanti intereſt dominum
rem ratam habuiſſe: *l. in ſtipul.* 19. *h. tit.* quæ qui-
dem ſtipulatio cōmittitur ſtatim atque domi-
A nus de re geſta certior factus, ratā eam non ha-
bet. Hoc autem accipiendum eſt. ἁπλῶς, &
cum quodam ſpacio temporis; quod magis in-
tellectu percipi, quàm elocutione exprimi po-
teſt: eiuſmodi enim relinquendum eſt, quod ad
deliberandum de præſenti negocio ſufficiat; ni-
ſi fortè certum tempus in ſtipulatione ſit adie-
ctum. Quòd ſi dominus primò ratum non ha-
beat, poſtea immutata voluntate ratificet; etſi
ſummo iure commiſſa eſt ſtipulatio; tamen ex-
B ceptione doli promiſſor ſe tueri poterit. *l. quo*
enim. 12. §. 1. *h. tit.*
¶ Huius ſatiſdationis apud Saxo. qui in iudi- 3
ciis vnam tantùm de expenſis cautionem ab a-
ctore exigere ſolent, nullam à reo; *Chil. in pract.*
cap. 47. non magnus eſt vſus; niſi quādo coniun-
cta perſona ſine mandato agit: tunc enim iuxta
leges, *d. l. non ſolùm. d. l. maritus.* rem ratam domi-
nū habiturū, cauere debet. *Chil. præal. loco. cap.* 11.

DIGSTORVM LIBER XLVII.

DE PRIVATIS DELICTIS. Tit. I.

1 *Continuatio, & num. 3.*
2 *Diuiſio criminalium iudiciorum.*
3 *Quæ priuata, quæ publica iudicia.*
4 *Regulæ communes de iudiciis criminalibus rectè pernoſcendis.*

1 EXPEDITIS † iudiciis tam
ciuilibus quàm prętoriis; ad ea
tandē, quæ crimen continent,
pœnámque perſequuntur, ve-
2 niamus. Hæc † autem crimina-
lia iudicia, aut ſunt priuata pu-
blica: vt etiam Platoni Ciceroníque *Plat. lib 6.*
de legib. Cic. lib. 3. de Natur. deor. & alibi. placuiſſe
3 video. Priuata † ſunt, in quibus iniuria priuato
illata, cognitione iudicis, etiam pedanei, datí-
que, vindicatur: *l. locatio.* 6. §. *quod illicitè. de public.*
l. vlt. h. tit. l. 1. de teſtib. l. vnic. C. quand. ciuil ac præ-
iud. crim. l. fin. de furt. publica, quæ ex legibus pu-
blicorum iudiciorum veniunt, *l. 1. j̄. de pub. iudi-*
ciis. & ſcelus in Rempublicam commiſſum, co-
ram ſuperiore magiſtratu, penes quē ſit impe-
rium, perſequuntur. Sed de priuatis, quæ magis
cohærent, & vicina ſunt ſuperioribus iudiciis
ciuilibus, prius eſt exponendum: quæ ſunt aut
ordinaria, aut extraordinaria. *l. fin. h. t. tot. tit. de*
extraord. crim. vide Cuiac. *obſ. lib. 8. cap.* 33. Ordina-
ria ſunt, in quibus certa pœna pręſtituta eſt, cer-
táq; & ciuilis petendi & iudicandi forma ſerua-
tur: *l. fin. h. tit.* eóque non niſi illis quibus iniuria
facta eſt, concedi horum actio ſolet. *l. 1. in fin. de*
iniur. Extraordinaria verò ſunt, quibus nulla cer-
ta pœna præſtituta eſt; & in quibus ad certam
pœnam ſolenni modo, certáque petitione non
agitur; ſed petitur pro arbitrio iudicis, proque
qualitate cōmiſſi, examinatio fieri, & pœna im-
poni. Cum autem illud arbitrium varium ſit; &
huiuſmodi examinatio ac pœna, pro varietate
C delicti commutetur, etiam ad torturam & mor-
tem (vt paulò pòſt dicemus) extendi poſſit: fit
vt hæc iudicia magis ad publica accedāt: & ſint
cum plurimùm popularia, ita vt quilibet de po-
pulo hæc intentare poſſit; *t. t. de pop. act. de ſepul.*
viol. de ex. crim. &c. & vt actor, velut in publicis,
ſe in crimen ad pœnæ ſimilitudinem ſubſcribe
re debeat. *l. vlt. h. t.* Etſi autem alia delicta priua-
ta, ordinarijs iudicijs ſint incluſa, alia arbitrio
iudicis extra ordinem punienda relinquantur:
D *tot. tit. de ext. crim.* tamen ſciendum eſt, etiam de
ordinariis extra ordinem agi poſſe: *l. fin. h. tit. l.*
vlt. de fur. l. vlt. de iniur. quia ſæpe circumſtantiæ
aggrauant delictum, vt pœna grauiore quàm ſit
ordinaria, videatur puniendum.
¶ Porrò in ingreſſu horum iudiciorum, hæc 4
velut communia ἀξιώματα prænoſſe oportet,
antequam ad ſingulorum expoſitionem deſcen
damus. Primò, pœnalibus actionibus hæredes
non teneri, nec cæteros ſucceſſores; *l. 1. in princ.*
E *h. tit.* niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata: *l. v-*
nica. C. ex delictis defunctor. l. pœnalia. 124. *l omnis.*
181. *de regulis iuris.* ſed noxam ſemper caput ſe-
qui, ſuumque tenere authorem, *d. l. 1. in fin. h. tit.*
l. ſancimus. C. de pœnis. & cum eodē extinguitur *tot.*
tit. C. ſi reus vel accuſ. l. vlt. ad l. Iul maieſta. hære-
dibus tamen actiones plerorumque priuatorum
iudiciorum dari, *vide Iaſ. in l. pen. §. fin. ne quis eum*
qui in ius voca. glo. in l. 2. §. emancipatus. de coll. bon.
vt furti, &c. *d. l. 1. §. hæredes.* maximè cum crimina
liter

liter intentantur. Bar. *in l. final. nu.* 8. *h. t.* Deinde,
nunquam plura delicta concurrentia facere, vt
vllius impunitas detur. quin potius vnum præ-
grauare alterum: *l. 2. h. t. vide j̄. tit. de pœn.* maius
tamen delictum plerunque ad ſe trahere quod
minus eſt. *Salic. in l. adulter.* 5. *num.* 3. & 4. *C. de a-*
1 *dulter.* Item duobus (vt dixi) modis agi priuatis
etiam ordinariis iudiciis: aut ordinariæ ad mul-
ctam certam pecuniariam legibus præſtitutam
apud ordinarium iudicem; aut extra ordinem
ad vindictam, & incertam, neque iure definitam
pœnam, ſed ab arbitrio eius cuius ea de re notio
eſt, vt præfecti, vrbis, pendentem, *l. fin. h. t. l. fin. j̄.*
tit. 1. l. fin. de iniur. Eiuſmodi autem pœnam, aut
actor ſibi petit applicari, & ciuile priuatum, or-
dinarium ac pecuniarium iudicium inſtitutum
eſſe intelligitur: *d. l. locatio.* 9. §. *quod illicitè. de pub.*
d. l. fin. j̄. tit. 1. aut arbitrio iudicis puniri reum, pœ
námue pecuniariam velut mulctam applicari
non ſibi, ſed fiſco poſtulat: & vtrouis hoc modo
extra ordinem criminaliter agri videtur. *d. l. vlt.*
de iniur. & de fur. ita eſt communis diſtinctio gloſſ. in
l. 3. verb. centum. de ſepul. viol. Bart. in l. fin. num. 3. &
4. *hoc tit. Cano. in rub. ex. de iud. Imol. in Rub. j̄. de*
pub. iud. Iaſ. in rub. C. de iud. num. 2. *Maran. in Spec.*
aur. par. 4. *diſt.* 1. §. *in ſumma. vbi gloſſ. & Ang. In-*
ſtit. de iniur. Nam & fiſci cauſa publica eſt, & pœ-
na arbitraria non modo corporalis eſſe, ſed etiā
ad mortem extendi ſi ſubſit delictum ea pœna
dignum, poteſt. *hanc dicit communem eſſe concluſio-*
nem Maran. in Spec. aur. parte 4. diſtin. & in diſp. 3.
per totum. & eſt originalis ſententia. gloſſ. in §. *in ſum-*
ma. Inſti. de iniuriis. Bar. *in l. final. vbi pub. educa. deb.*
Bald. in c. 1. §. iniuria. de pact. iur. firm. Iaſ. in l. etſi
num. C. ſi con. ius vtil. pub. Per autem multum in-
tereſt, vtrum criminaliter agatur, an ciuiliter: vt
alibi eſt annotatum. *Maran. in Spec. aur. part.* 4.
diſt. 1. num. 33. cum mult. ſequent. Illud etiam hîc tra-
dendum eſt; ex omni delicto, vtrouis modo, &
criminaliter agi poſſe ad pœnam, & ciuiliter ad
id quod intereſt, & damnum datum: *l. locatio.* 9. §.
quod illicitè. de publica. l. 3. C. ad leg. Aquil l. fin. h. t.
l. qui nomine. vbi Bart. l. qui hodie. §. 1. *de falſ. l. ne-*
quicquam. vbi gloſſ. ff. pro ſoc. Maran. præalleg. loc
num. 3. *Boſſ. in pract. crim. tit. de furt. num.* 37. nec v-
nam actionem altera conſumi, niſi quando vtra-
que in vindictam intenta eſt: *l. 1. vbi Bart. & Dd.*
C. quan. ciuil. act. Bart. *in l. 2. §. 1. vi bon rap. & in l.*
prætor. §. ſi dicatur. de iniur. Maran. præalleg. loc. num.
5. imò vtramque vno libello poſſe ſimul propo-
ni, non quidem æquè principaliter, ſed ſubalter-
natim: ſcilicet vt principaliter intentetur crimi-
nale iudicium, & ſecundariò damna atque im-
penſæ, vnà cum ſumptibus litis, iudicis officio
reſtitui petantur: Bar. & d. *in l. interdum. de pub. iud.*
& *in l. 2. §. 1. vi bon. rap. Maran. præalleg. loc. nu.* 20.
aut ediuerſò. Illud vltimò tenendum, non haberi
ne quidem iure Sax. cauſam pro verè criminali,
niſi ex qua pœna corpori venit infligenda. *vide*
quæ dexi. j̄. ad tit. de quæſt. & de pœn. Faſch. diff. 13.
per art. 53. lib. 1.

DE FVRTIS.
Titulus II.
C. 6. 2.

1 *Continuatio.*
2 *Furtum vnde dictum.*
3 *Quid ſit.*
4 *Nec voluntate ſola, neque conata furtum fieri.*
B 5 *Quarum rerum furtum fiat.*
6 *Cuiuſmodi voluntas doloſa attendatur in furto.*
7 *Furtum lege naturæ prohiberi.*
8 *Species furtorum.*
9 *Cauſa efficiens.* 10 *Materia.*
11 *Forma: qui furtum quomodo faciant: & qui pœna furti ex qua cauſa teneatur.*
12 *Finis & effectus.*
C 13 *De actionibus ciuilibus.*
14 *De actione dupli & quadrupli.*
15 *De actione criminali, & iudicio capitali.*

INter † priuata delicta frequentiſſimum eſt 1
furtum: cui coercendo, nullæ hodie cruces
nulla tormenta ſufficiunt: tanta eſt in pleriſque
aliena habendi rapiendíque libido. Furtum, † La- 2
D beo ſecutus Varronem ait, dictum à furuo, id eſt,
nigro, quòd clàm & obſcurè ac plerunque no-
ctu fiat, vt apud Homerum: κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀ-
μείνω. Nam & Græci κλέπτην furem, ἀπὸ τοῦ καλύ-
πτειν, hoc eſt, à tegendo & occultando dixerunt.
Sabinus autem Iuriſconſultus, *l. 1. h. t.* & Gellius,
lib. 1. cap. 18. à Græco vocabulo, quo fures φῶρες
appellantur, dictum malunt. nam & Græci παρὰ
τὸ φέρειν, à ferendo φῶρας dixerunt: *l. 1. h. t.* idque
probabilius eſt, & rei congruentius, vt furem, ac
E furtum à ferendo appellatum dicamus, quia ali-
ter fieri nequit furtum, quàm auferendo & con-
trectando. Sola enim cogitatio furem non facit:
l. 1. §. 1. h. tit. ſed fur is eſt, qui dolo malo rem cō-
trectat alienam. *Paul. lib. 2. tit.* 31.
¶ Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lu- 3
cri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus
eius, poſſeſſioníſue: quod lege naturali prohi-
bitum eſt admittere *l. 1. in fin. h. t.* §. 1. *Inſtit. de ob-*
lig. quæ ex delicto. Eſt cōtrectatio.) qui enim alie-
F nam rem attrectat, cùm ſe id inuito domino fa-
cere iudicare deberet, furti tenetur. *Gell. lib.* 11.
c. 18. Itaque † neque ſolus animus ſufficit, *d. l. 1. §.* 4
1. neque conatus furandi ſine contrectatione: vt
ſi quis intrârit in domum alienam furti faciendi
gratia, neque dum quippiam contrectarit: *l. vul-*
garis. 21. §. *qui furti. hoc tit.* hic enim pœna furti
nō tenetur, ſed mitiore arbitraria. *l. ſaccularij. de*
ext. crim. Fel. in tract. quand. crim. punia. Hipp. con-
ſil. 43. *num.* 41. *Chaſ. in conſuet. Burgund. tit. des in-*
G *ſtices.* §. 5. *verb. s'il n'a grace. num.* 113. Non etiam
econtarriò plena ablatio amotióque neceſſaria

est,sed sufficit attrectari rem tantum, modò animo lucrandi defraudandíque ea dominum: vt fit in re deposita, commodata, oppignorataque. *l.si pignore.54.h.t.§. furtum autem. Instit. de oblig. quæ*
8 *ex delicto*.Rei.) videlicet alienæ, mobilis † & corporalis. nam propriæ regulariter furtum nõ fit, *l.qui iniuriæ.53.§.fin.h. tit.* nisi cum alio sit communis, *l.si socius.45. h.t. l.rei communis. 45. l.meritò.51.ff.pro socio.* aut alius in ea ius habeat; vt si sit oppignorata; *§.aliquando.Inst.de oblig. quæ ex delicto.l.in actione.19. §.fin.h.t.* aut alterius vsusfructus sit, vel possessio. *l.creditoris.15.§.1.l.cum æs. 20.l.qui iniuriæ.53.§.fin.h.tit. optimus textus. in l.2. §.in hac actione.ff.vi bon.raptor.* Addo, mobilis.) nam immobilia auferri aut occultari ad defraudandum dominum non possunt: *l.verum.25.h.t.* licet veteres aliter existimarint. *l.quare. 35. ff.de vsucap.§.quod autem.Instit.de vsucap.* Subiungo, corporalis.) nam incorporalia nec tangi, nec cõtrectari possunt: *l.seruus. §. incorporales. ff. de acquir.reoum domin.* etiamsi qui possessionis interuertendæ gratia, quæ incorporalis est, rem contrectat, furtum facere videatur, in re tamen corporali atque mobili. *l.1.§.Scæuola.si quis testa.lib.*
6 *l.verum.25.h.t.* Fraudulosa.) id est, † eo animo facta, vt dominus inuitus re sua fraudetur. *l.pen.in fin.ff.de condict.causa data,&c.* nam sine eiusmodi fraudulenta voluntate furtum non committitur: vt si quis voluntate domini surripiat, *l. qui vas.48.§.qui ex voluntate.h.tit,* aut probabiliter putet dominum permissurum. *§.placuit.Inst. de oblig. quæ ex delicto.* nam sine affectu furandi furtum nõ fit. *d.§.placuit. vbi paßim tot tit.de hac materia vide quæ scripsi.* In hoc autem verbo differentia latet, qua furtum distinguitur à rapina, quę & ipsa lucri gratia fieri solet; nec tamen occultè ac fraudulenter, sicuti furtum; sed aperta inuasione per vim & arma. *tot. tit. ff.vi bono.raptor.& tit.ad l.Iuliam de vi publica. & ad l.Iuliam de vi priuat.* Additur, lucri faciendi gratia.) nam qui alio animo occultat, aut fraudem committit, non facit furtum; vt qui libidinis causa alienam ancillam celat, *l.verum.39. h.tit.* aut qui tabulas instrumentàque amouet, non lucrandi (nã sic furtum committeretur, *l. qui tabulas.27.h.t.l. Paulus.16 in prin.ff.de falsis*) sed occultandæ veritatis causa. Hic enim potius in falsi crimen se induit. *d.l.Paulus.in fin.* Itaque voluntas maleficia distinguit. *d.l.qui iniuriæ. 53.h.t.* Nihil autem interest, siue ipsam quis rem lucrari velit, siue vsum rei) mobilis scilicet) & possessionem: *d.l.creditoris.d.l.verum.d.l. cum æs. cum simil. h.tit. d.l.1.si quis test.lib.* quod enim ius est in tota re, idem est in parte aut vsu rei. *l.quæ de tota. 75. ff.de rei vendic.*
7 Postremo † loco adiicitur: quod lege naturali prohibitum est admittere.) quod accipiendum est de lege in natura humana & ratione posita, quæ docet, abstinendum esse alienis, ostenditque distinctionem dominiorũ huic corruptæ naturæ planè esse consentaneam. *l.1. cum ibi nota.ff.de acq.rer.dom.vbi in fin dixi.*

Furtorum † duo sunt genera: manifestum, & A nec manifestum. Fur manifestus est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant: id est, in, aut cum ipso furto deprehensum, *l.3.h.t.* aut indicatum, *l.7.in fin.h.t.l.siue.10. quem text. Bald.in definitione furis manifesti dicit singularem. de condict.furt.* antequã quò destinauit, perferret, *l.4.h.tit.* Nec manifestum furtum quid sit, inde apparet: nam quod manifestum non est, hoc scilicet nec manifestum est. *l.8.h.t.* Cõceptum & oblatum furtum, species potius actionum sunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, *§.furtorum. Instit.de* B *oblig.quæ ex delicto. vbi dixi.* Dicitur & aliud furtum nocturnum, aliud diurnum: *l. 4.ad l. Aquil. l.2.de fur.Bal.Cuiac.lib.obser.11.cap.27.* itẽ quoddam simplex, aliud improbum, aliud improbius, *Ias.in l.seruum.num.12. C. de ser.fug. per l.improbum.C.ex quibus caus.infa.gl.in l.si te.vbi Bald. eo.tit.* aliud famosum. *l. capitalium. 28. §. famosos. vbi gl.de pœn.§.de furto.in Auth. vt nulli iud.Bal. & Dd.in Auth.sed nouo iure.C.de ser.fugit.* aliud C domesticum: scilicet quod à personis domesticis, puta vxore, filio, ministro committitur. quæ si leuiora sunt, non puniuntur, aut saltem leuiter: *l.respiciendum.11.§.1.de pœn.l.si quis.52. de furt.* sin grauiora & crebriora, vindicantur arbitrio iudicis, non tamen pœna ordnaria, sed leuiore: *Bald.& Alex.in l.apud antiquos. C.de furt.Cæpoll. consil.crim.vlt.Salic. in l.eos.C.de fur.* quanquam non desint qui arbitrentur, eo grauius in hoc genus fures animaduerti oportere, quo maior talibus personis domesticis fides habetur: *Boss.* D *in pract.crim. cap.de furt. num.25. & 28.Chass. in cons.Burgund.tit.des iustices. §.5.verb. s'il n'a grace. num.33.& 37.Tiraq.de pœn.caus.58.* quod admitti potest in iis, quorum fidei specialiter eæ res non sunt commissæ, *l.tres tutores.de administ.tut. vbi gl.& Bart.ver.contrectare.Bald.c.1.§.ne vitia. num.10.de pace iur.fir.* & qui verè furtum delinquunt. In parentibus, liberis, viro & vxore, qui se inuicem spoliant, recipi non potest: quòd hi ob rerum communionem, & personarum vnio- E nem, furtum facere non intelligantur, nec furti teneantur; quamuis à magistratu extra ordinem, mitius tamen, coerceri possint. *dixi tit.rer. amota.* Sed & propinquis intra quartum gradum, pœnam existimarim mitigandam: mercenariis & ministris nostri tẽporis, liberis vtique hominibus, nõ item: nisi furtum, vt dictum est, sit paruum, aut in iis, quæ fidei eorum credita F fuêre, commissum.

§ Causa efficiens furti, est fraudulosa volun- 9
tas & contrectatio. Causa προηγουμένη potest esse opportunitas temporis, loci, rerum, spes lucri & occultationis.

§ Materia cuius furtum fit, sunt (sicuti dixi) 10
res alienæ, *l.si is qui 59.h.t.* corporeæ & mobiles: vt serui, animalia, pecunia, tabulæ, *l.qui tabulas. 27 l si quid fur.22.§.fin.l itaque.12. cum simil. h. tit. &c.* (nam immobilium furtũ fieri nequit, *l.quare.38.de vsucap.§ 4.Inst.eo.* nec interest cuius sint G quantitatis aut precij quod ad delictum attinet. *§ gallinarum.Inst.de rer.diuis.* Itaque & pro re minima ciuiliter furti agi potest, *gloss.Faber. Angelus & Dd.in d.§.gallinarum.* nõ etiam criminaliter; sicuti moribus vsurpatur: nisi furtum duos Hungaricos & dimidium excedat. nam actiones quæ infamiam aut grauiorem pœnam irrogãt, non debent ex paruis summis dari, scilicet quæ minores sint duobus aureis veterum; *l. idem.11. de dolo malo.* quos pluris quàm nostros valuisse constat. *Ant. August.emend.lib.2.c.9. Bald.in §. pen.Inst.de Attil.tut.* Pro alienis autem rebus in B hac materia habentur, quæ communes sunt; videlicet respectu portionis quæ socij est: *d.l.si socius.45.h.tit.* item proprię, respectu iuris quod alius in ea habet. *l si is qui rem pig. 66. d. l. si is qui. 59.d.l.creditoris.15.§.fin.d.l.cum æs. 20.h.t.* Alienæ autem dici non possunt, quæ nullius sunt in bonis: vnde rerum hæreditariarum, iuris subtilitate, furtum non fit; *l.hæreditariæ.68.h.t.* vt nec derelictarum *l.falsus.43.§. qui alienum.h.t.* nec iure Sax. *Fach.diff. 59 per art.37.lib.2. & Fab.in §.fin.* C *Inst.de rer.diuis.* inuentarum: quanquã iure communi ad se excusandum, repertor libello publicè proposito, inuentionem indicare debeat: quo casu, domino non comparente, sibi retinere potest, si pauper est: sin diues, pauperibus res inuentas distribuat oportet, *d.l.falsus.43.§. qui alienum. h.t. Fab.& Ang.in §.fin.Inst.de rer.diuis.vbi dixi.* Cæterũm si, vt fieri solet, res perdita proclametur publicè; & vt reddatur domino, magistratui, aut Ecclesię significetur: non etiã à pœna, saltem D leniore quàm sit ordinaria, ne quidem moribus Saxon. immunis, qui cõtra eiusmodi denunciationem sciens aliena celauit. Rerum tamen ciuitatis furtũ fieri dicitur, quia sunt in alicuius bonis, nempe vniuersorum: *l.ob pecuniam. 81. h. tit.* quanquam hoc crimen etiam in peculatum incidit, *l.4.§.fin.ad leg.Iuliam peculatus.* vt cum res sacræ ac religiosæ interuertuntur. *l. & 4.ff. ad l. Iuliam peculatus.* Liberorum etiam hominum, E vt filiorum, qui sunt in aliena potestate, furtum fieri dicitur. *§.interdum. Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur.*

11 ¶Forma furti, est ipsa rei cõtrectatio, sine qua furtum non committitur. *d.l.1.l. si quis vxori. 53. §.neq; verb. l. inficiando. 67.l.falsus.43.§ si quis nihil.h.t.* Contrectationem autem accipimus, aut veram, vt cum res aufertur, aut ad alium vsum quàm in quẽ commodata est, transfertur, *§.furtum.Inst.de oblig.quæ ex delict. vbi vide quæ de contrectatione dixi.* aut abducitur; *d.l.si quis vxori.§.si* F *quis asinum. l. alienum.6.C. eod.* aut fictam, quam effectu considerato ius pro vera habet; quomodo tenetur falsus procurator, qui se præsente alij numerare iubet; *d.l.falsus.43.§. 1. 2.* item receptator rerum furtiuarum; *l.eos.14.C.eod.§.conceptum. in fin. Instit. de oblig. quæ ex delicto.* & qui in officio fraudulenter versatur: *l.1.§.fin.l. 2. de tut.& rat. distr. l. tutor. 33. de fur. l. si mandauero. 22.§.si mandauerim.ff.mand.l.si tibi dederim. de donat.in l etiam.8.& in l.si seruum.16. Cod. eod. vide* G *infr.ad l.1.l. pecula.* quem tamen, velut & nuncium *d.l.si mandauero. Imol. in d. l. si tibi dederim.* A *vide Ias.& Zas.in l.eius.§. quas actiones.si cert peta.Chass. in cons. Burgund. tit. des iustices. §.5. ordinat.Imp.cap.170.l.si is cui.vbi Baldum.1.C.de fur.* qui pecuniam creditam consumpsit, non teneri pœna statutaria furti, videlicet capitali, receptiuus est & ita seruari memini; fustigatione in eiusmodi casu decreta, non pœna capitali. *Ias.in l.eius qui.§. quas actiones. si cert. pet. quem sequutur ibi Zas. & dicit esse communem.vide Chass. in cons.* B *Burgund. tit.des iustices. §.5. & ord. Imp. cap. 170.* item is qui opem & cõsilium ad furtum faciendum præstitit. *l.is qui opem.34.h.tit.§.interdum.2. vbi dixi.Instit.eod.* Nonnunquam & ille qui tantùm consuluit, aut mandauit; *vide latè Alexan. consil.125.visa.num.28.29.vol. 4.* dummodò aliàs furtum non erat futurum: vt communiter volunt Dd. *in d. §. interdum.2. in l. sæpe.53.vbi Bart. de verb.signif.textus in l. qui seruo 36. h.tit. Decius in l.cons. 43. de regulis iuris.* aut qui duntaxat o- C pem præstitit sine consilio, *l.si pignore. 54.§.pen. h.t.* scilicet precedente: ipso enim facto, qui opitulatur furanti, non potest προαίρεσιν non habere fraudulentam. Sed opem ferre, vel cõsilium dare, tunc nocet, authore Vlpiano, *l.si quis vxori. 52.§.neque verbo.hoc tit.* quando contrectatio est secuta, id est, furtum consummatum. Quia tamen res mali exempli est; memini etiam non subsecuto furto, carcere aliquandiu fuisse punitos, qui cõsilium furandi dedissent, aut operam D ad id sceleris essent polliciti. Illud verò sciendũ est, qui consilium & opem præstant, mitius puniri quàm ipsos fures, vt rectè contra Bartolum *in d.l.is qui opem.* existimat Angelus: *in d.§. interdum.* quod & vsu obseruatur, nisi in ipso furandi actu auxilium fuerit prestitum: tunc enim auxiliator cum principali eadem pœna plectitur: vt latè confirmat, & optimè discutit Angelus in practica criminali: *ad verb.dicto maleficio semper astitit.vide Fasch.differt.58.* id quod & ius Saxon. E sequitur. *Landt.lib.2.artic.13. Reinhar. diff. crim. 10.Fachs.differ. 58.* & meritò: qui enim auxilium in ipso actu præstat, socius est, ac planè simul furtum facit. Plures autẽ qui simul delinquunt & furantur, omnes simul ad eandem pœnam, & quidem in solidum obligantur; *l.vulgaris. 21.§.1. h.t.l.ita vulneratus. 51.ad l. Aquil.gl.in l.si duo.22. depos. & in c. prudentiam. 21. ad verb. teneatur. de off.& po.iud.deleg.vide Dd.in l.si familia. 9.de iurisdict.l. tres tutores. 56.de administrat.tutor.* etiam F vbi ex statuto, quinque solidorũ furtum capite punitur, nec tamen ad singulos quinque solidi ex furto peruenerunt. *Andr. de Iser.in c.1 §. si quis quinq.nu.39.& 40.de pace tenen.*

¶Finis furti est lucrum: adeò quidem, vt sine 12
intentione lucrandi furtum non fiat, sicuti paulò antè est ostensum. Effectus furti, in actionibus & pœnis quæ inde existunt, vertitur: de quibus deinceps est dicendum. Planè odio furum inductũ esse vult Iustinian. vt pluribus tenean- G tur actionib. *§.sic.itaq;.versic.planè.Inst.de actio.*

¶Itaque conueniri possunt nõ modò rei per- 13
secutoriis actionibus, puta ad exhibendum, rei

vendicatione,condictione,furtiua, &c. de quibus suo loco diximus:sed etiam pœnalibus;quæ quidem olim pro diuersis furtorum generibus, erant diuersæ. Ac concepti & oblati furti pœnam tripli fuisse, author est Gellius. *lib. 11. cap.*
14 *vlt.* Quæ † furtorum genera, vel potius actiones,cum in vsu esse desierint; supersunt duæ tantùm furti actiones,sicuti & species:nempe furti nec manifesti,& furti manifesti: quarum illa in duplum, hæc in quadruplum datur; *d.§.conceptum.in fin.§.dupli.Instit.de actionibus.l. quid ergo. 13.§.fin. de his qui notantur infa.* veræ videlicet æstimationis ipsius rei. *l.in furti. 50. h. tit.* Nec in hoc quadruplo aut duplo, simplũ,id est,rei persecutio continetur. *§.fin.Instit.de oblig.quæ ex delicto,in princ.Instit.de vi bonor.raptor.* Furti autem nec manifesti actionem ex l. XII. Tabularum descendere, contra Baronem contenderim. *l. si pignore.54. h.t.l.4. ad l. Aquil. §.sunt autem. Instit.de noxal.act.& argumento contrario sensu sumpto, Instit. de perpetuis & temporalib. actionibus.in prin.* nam quamuis Gellius *prælleg.cap.vlt,lib.11.* & Theoph.*Instit.de perpet.& temp. action.* dicant pœnam capitalem lege XII. Tabularum in fures constitutam,à qua deinceps recessum sit: tamen constat,eos solùm loqui de furti manifesti pœna, quam ostendit Gellius capitalem fuisse, morte naturali vel ciuili irrogata.Itaque pretores postea mitigata legis acerbitate, pœnã quadrupli in eiusmodi fures constituerunt: *in prin. Instit. de perpet. & temp.action.* sed dupli pœnam furtis non manifestis, lege XII.irrogatam esse, verba ipsa Gellij ostendunt:Aliis deinde,inquit, furtis omnibus, quæ nec manifesta appellãtur, pœnam imposuerunt dupli. quo loco non de prætoribus Gellius agit,vt vult Baro;cum de iis verbum ibi extet nullum; sed de decemuiris legum XII. latoribus, quorum antea fecerat mentionem:idque consentaneum est,ex legibus Solonis acceptum fuisse: qui abrogatis Draconis institutis, quæ propter acerbitatem sanguine scripta perhibebantur, eiusmodi pœnam in fures statuit.Cæterùm cur dicemus duriorem vindictã placuisse in manifestis furtis, quàm in occultis? An quia propter exemplum grauiora delicta cẽsentur, quæ apertè fiunt, quàm quæ secretò? *l.2.§.qui re deposita.ff. vi bonor.raptor.l.3. vbi gloss. & Dd.C.de summa Trinit.* Adde quòd qui palam furatur, maiorem præ se fert impudentiam:nec caret violentiæ inferendæ suspicione, qui in aggrediendo palàm facinore, vim aliorũ non extimescit:quod nõ est in iis qui clàm quid surripiunt:quorum astum & dolos etiam ad virtutem acuendam conferre Lacedæmonij, vnde multa disciplinæ exẽpla Romani mutuati sunt, arbitrabantur. Atque his quidem actionibus ciuiliter furtum vindicatur; quæ dantur iis quorum interest furtum factum non esse; *l. is cuius. 11. l. eum qui. 14. l. interdum. 49. l. qui iniuriæ.53.§ qui alienas.l.is cuius interest. 85. h. tit. vide quæ dixi Instit.de oblig.quæ ex delict.circa finem.* paucis personis exceptis,vt domesticis; *l. serui, 17. l. si quis vxori.52.h.t.l.1.& 2.ff.rerum amota.l. respiciendum. 11.§.furta.ff.de pœnis.* aduersus ipsum furem etiam impuberem,*l.impuberem.23.h.t.* non verò in eius hæredem:quia pœnales actiones sunt.*l.1.vbi dixi.ff.de priua.delic.§.fin.Instit:de oblig.quæ ex delict.*

¶ Sed meminisse oportet, rectè etiam furti criminaliter agi; iure quidẽ ciuili extra ordinẽ, ad pœnam arbitrariam: *in l.fin.h.t.* quod tamen iudicium non fuisse publicũ,I.C.*in d.l.fin.* ostendit. Hodie verò reditum est ad ius illud antiquissimũ Draconis,legísque XII. & publicum quasi iudicium(verè enim publicũ necdum esse,nonnulli contẽdunt,*Ias.in l.cum seruus.num. 4. de condict.ob caus.Boss.in pract. crim. tit. de fur.num. 59.*) furti constitutum; quod certam pœnã, eàmque capitalem continet, ex constitutione Friderici: qui furtum quinque solidorũ,seu(vt interpretamur)Hungaricorum, quorũ singuli sesqui Ioachimicum valent, aut(quod in idem recidit. *d.§.si quis quinq; solidos.de pace ten.*) rei tantundẽ iuxta communem æstimationem,non secũdum affectionem & interesse singulare valẽtis, *l.pretia.ad l.Falc.l.si seruum. 33.ad l.Aquil. gl. in l.non est.6.C.de resc.vend.* laqueo & cruce; minora autẽ furta,forcipe ac fustigationibus puniri voluit.*d.§.si quis quinq; solidos.&c.de pace tenenda.* Quod ius etsi quidam obtinere contendunt tantùm in eo casu de quo cõstitutio loquitur, scilicet cum furtum in crimen fractæ pacis incidit:*Pan.in c. tua nos.§.fin.num.8.de hom. dicens hanc esse communem. Aluar.in d. §.si quis quinq; solidos.vide ordin. Imp.cap.160.Zas.in §.ex maleficiis.num.3. Instit.de actio.* tamen eo iure his in terris vtimur;*Landtr. lib.2.artic.13.Fachs.differ.58. Reinh.diff.crim. 10.* nisi quod minora furta, quæ tamen duos & dimidiatum Hungaricũ superant,sola fustigatione & exilio perpetuo plectãtur:inferiora autem in criminale iudicium non cadunt, sed ciuiliter tantùm pœna pecuniaria, aut si nihil in ære fur habet,carceribus vel relegatione temporali vindicantur.Ex benigna tamen interpretatione, in nostris curiis receptum est; vt ea constitutio intelligatur,& valere tantùm debeat,in vno furto atroci & magno, non de rebus esculentis necessitatis causa,sed pecuniariis,lucrãdi animo fraudulenter cõmisso; de quo propriè dicta constitutio loquitur: nõ etiam in furtis pluribus modicis;etiamsi simul putata & iuncta,eiusmodi æstimationẽ quantitatémque æquare, vel etiam superare possent.Atque adeò quidẽ hæc seueritas inualuit, vt iam non sit locus remissioni; sed etiam de furtis alibi commissis, fur vbicunque apprehensus in facto,vel cum re furtiuã,puniatur;& furta alio loco commissa, in taxationem imputentur: etiamsi nostri ea in re litigent, & distinguant. *vide Bart. in l. fin. de fur.l. omnes. de iust.& iur.l.1.C. de sum Trinit. Rol. Cur. consi.crimin. tomo 1. consil. 75.sclaus.num. 57. per not. Dyn. Alb & aliorum in l.si cui.§.fin.de accus.& ibi Bernar.de Plot.consil.135.nu.3 & 11.& 46.l.si abducta. 10.C.eod.Gand in tract.de furt.pun.num.5 Lanfr.de Oria.in cap.quoniã.verb.confessiones.num.11.de probat.* Atque hæc quidem pœna etsi grauis est: qui enim in pecunia tantùm delinquit, punitur in corpore,vitámq; pro ære reddere cogitur, contra ius gentium: *Theophilus in tit.Inst. de iure naturali.gentium & ciuili.* §.1.tamen omnibus ferè populis placuit, & necessaria visa est, quia frequẽtia furtorum testatur, istis nouissimis ac deterrimis temporibus leui animaduersione hæc delicta coerceri non posse.Quid quòd in coercendo, non tam res quæ violantur,quàm qualitas delicti est attendenda; an videlicet & quatenus Rempub. ac salutem communem lædat:ad cuius conseruationem, omnes leges sunt referẽdæ, sicuti inquit Cic. Salus populi, suprema lex esto.Porro fures non minus societatem humanam violant,quàm homicidæ & adulteri. Vnde & inter capitalia delicta in Decalogo furtum refertur, & apud veteres Romanos ac Græcos pœna capitis luebatur: vt & iure nostro, cum circumstantiæ furtum aggrauant.*§.pen.Inst.de pub. iud. l.capitalium.28.§.grassatores.7.de pœn.* Nec enim modò concordi & tuto conuictũ, ac casta maris & fœminæ coniunctione;sed etiam distinctione dominiorum,tuitionéque rerũ ac iustorum commerciorum,ad societatem vitę tenendam opus est. quam cum violent fures non mirum est, si exemplo sicariorum & adulterorum, extremo supplicio afficiãtur:præsertim vbi multis in hac effera postremæ mundi ætatis barbarie grassantibus, seueriore animaduersione est opus:*l.aut facta.16. §.final.de pœn.* id quod nunc commune quoddam ius gentium est effectum. 15

DE TIGNO IVNCTO. Titulus III.

1 *Continuatio.*
2 *Tigna quid.*
3 *Sententia l.12. de tigno iniuncto: & ratio.*
4 *De S.C.huc pertinentibus.*
5 *An hoc casu detur rei vendicatio.*

1 ET hęc † quidẽ in genere de furto dicta sunt: nunc species quasdam sigillatim enarremus. Ac in primis sciendum est,tigna aliena quandoque surripi, & ad eludendam actionem ædibus
2 iungi. Tigna † autem à tegẽdo dicta sunt,eiusq; appellatione continetur omnis necessaria materia,ex qua ædificium vineæq; constant.*l.1.§.1. h.tit.l.tigno.162.l.pali.168.de verb.signif.* porrò †
3 tigna furtiua ædibus vel vineis iuncta,lex XII. Tabularum neque soluere permittit,neq; vẽdicare: quod prouidenter lex efficit, ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur,deformetúrque ruinis aspectus publicus,contrà quàm ex vsu est ciuitatum; *l.2. & 3.C.de ædific.priua.l.fin.l.2.§.si quid à nemine, ne quid in loc. pub. vide aliam rationem à me traditam in §.cum in suo.24. Instit. de rer. diuis.* vel vinearum turbetur cultura;sed in eum, qui coniunctus est fraudulenter iunxisse, in duplum dat actionem.*l.6.h.tit.l.gemma.6.ad exhibend.l.adeò.7.§.cum in suo. de acquir. rerum dom. §.cum in suo.Instit.de rer.diuisio.* Qua pœna † ob 4
eandem rationem tenetur ex S. C. & is qui rem legatam ædibus eo consilio iunxit, vt nè præstare eam cogatur: *l.senatus.43. in prin.de leg.1.* item qui domum ea causa vẽdidit, vt destruatur. *l.senatus.52. de cont.emp.l.fin.de dam.infect.* Sanè † si quis non pœnam, sed rei æstimationem velit consequi, hactenus poterit ad exhibendum & rei vendicatione agere; non vt res restituatur, sed vt aduersarius, qui sciens tignum alienum ædibus iniunxit, in æstimationem condemnetur; quasi dolo malo fecerit, quo minus possideat:*d.l.1. in fine.l.in rem.24. §.pen.vbi glo.& Dd. de rei vendicatione. l. qui res.98. § final. in fin. de solut.* nec enim hoc, vlla in parte legi XII. quæ duntaxat tolli tignum vetat,aduersatur. Atque hoc modo res vendicari potest: etsi proponat tigni furtiui nomine in duplum actum. Extrinsecus enim est rei vendicatio & cum actione dupli concurrit, nec alia aliam actione consumit, *l.2.h.tit.*(quippe cum ex diuersis factis oriantur, altera ex delicto,altera ex dominio:) sed solum perceptione & solutione. Nam si quis duplum ex hac actione sit consecutus, in quo simplum inest;cùm bona fides non patiatur bis idem exigi,non poterit postmodum rem vendicare. *§.cum in suo.24. in fin. Instit. de rerum diuis. vbi vide quæ dixi.*

SI QVIS TESTAMENTO liber esse iussus fuerit, post mortem Domini, ante aditam hæreditatem surripuisse aut corrupisse dicetur. Tit. IIII.

1 *Ratio edicti.*
2 *Edictum.*
3 *Cui hinc actio, aduersus quos detur.*

HOc † edicto prætor coërcet proteruitatem calliditatémque eorum, qui propter defectum ciuilis actionis, hæreditates depopulantur. Nam si quis testamento liber esse iussus,ante aditam hæreditatem,dolo malo quid auertisset, agi cum eo nulla ciuili actione poterat. Facit enim hæreditati furtum, hoc est, dominæ.*l.5.in prin.hoc t.* Dominus autem dominàue non possunt habere furti actionem cum seruo,etiam post libertatem,nisi postea quoque eam rem contrectauerit: *l.seruus. 17. ff. de furtis. l.1. C.de noxal.act.l.vlt.C.an seruus ex suo facto.* vt interim taceamus rerum hæreditariarum furtũ non fieri,nec eo nomine furti actionem hæredi esse;*l.in eo quod.33. de acq.rer. dom.* quia à nemine 1

possidetur: quod autem nõ possidetur, eius furtum fieri nequit: furto enim tantùm possessio aufertur, non dominium. *d.l.1.§.Scæuola.9. h.t.l. hæreditariæ.68.cum ll.seqq.5.de furt.* Itaque ne expilatæ quidem hæreditatis nomine conueniri potest à domino, quia nec furti tenetur. *l.pen.5. de crim.expil.hær.* Proinde cùm natura sit æquũ, eum non esse impunitum, qui hac spe hæreditatem dissipauit, prætor eiusmodi edictum in illum proposuit: SI † DOLO MALO EIVS QVI LIBER ESSE IVSSVS ERIT, POST MORTEM DOMINI, ANTE ADITAM HAEREDITATEM, IN BONIS QVAE EIVS FVERVNT QVI EVM LIBERVM ESSE IVSSERIT, FACTVM ESSE DICETVR, QVO MINVS EX IIS BONIS AD HAEREDEM ALIQVID PERVENIRET: IN EVM INTRA ANNVM VTILEM SVPLI IVDICIVM DABO. *l.1.in prin.h.t.* Hæc actio certum habet finem, vt dolo fecerit, & post mortem, & ante aditam hæreditatem. *d.l.1.§.1.vers.habet.* Item † hæredi cęterisque successoribus cõpetit: *d.l.1.§.pen.* aduersus vnum plurésve, & quidem solidè in singulos, qui statu liberi cum essent, dolo malo hæreditatem diminuerunt. *d.§.pen.*

FVRTI ADVERSVS nautas, caupones, stabularios. Tit. V.

IN eos qui naues, cauponas, stabula exercent, si quid à quoque eorum, quósue ibi habebuat, furtum factum esse dicetur, iudicium datur: siue furtum ope consilio exercitoris factũ sit, siue eorum cuiusuis qui in naui nauigandi causa esset, &c. Nauigandi autem causa accipere debemus eos, qui adhibentur vt nauis nauiget, hoc est, nautas: eorum enim factum præstat exercitor, quia eius est bonos seruos ad tale ministerium eligere: *l.3.in prin.de publica.* vectorum autem culpam non præstat, vt nec caupo viatorum: neque enim repellere potest ingredientes, & probabiliter eorum ingenia atque mores ignorat: sed inhabitantium atque ministrorum facta præstat, quos ipse elegit. Itaque de his in duplum conuenitur: *l.vnic.h.tit.* qua de actione suprà diximus. *ad tit.nau.caup.stab.*

SI FAMILIA FVRTVM fecisse dicetur. Tit. VI.

1 *Vtilitas edicti.*
2 *Quemadmodum tollatur hac actio.*

VTilissimum id edictum prætor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum: videlicet ne cum plures furtum admittunt, euertant domini patrimonium, si omnes dedere noxæ, aut pro singulis æstimationem litis offerre cogatur: quẽadmodum aliàs quot sunt personæ iniuriam inferentium, tot nascuntur obligationes & actiones, singulíque in solidum tenentur. *l.9. de iurisdict. l.si plures. de iniur.* Sed quia furto non iniuria præcipuè, sed potius damnum, cuius æstimatio in duplum aut quadruplum fit (non enim fit contumeliæ, sed lucri faciendi gratia) infertur: ideo æquius visum est, quemadmodum in l.Aquilia, *l.illud.ad l.Aquil.* ita & in furto pro vno familiæ facto, vna tantùm actione dominum teneri. Datur ergo illi arbitrium hoc edicto, vt si quidem velit dedere noxios seruos, possit omnes dedere, qui participauerunt furtum. Sin autem maluerit æstimationem offerre, tantum pro omnibus offerat, quantum si vnus liber furtum fecisset, & retineat familiam: *l.1.in prin.h.tit.* id est, pœnæ nomine duplum; & condictionis simplum præstet. *l.2.hoc tit.* Et sanè † per præstationem simpli tollitur obligatio, tanquam solutione, *§.1. Instit. quib.mod.toll. oblig.* vt iam amplius pœnæ locus esse non debeat, cum non superfit quod dupletur. Idémque est in Aquilia, quæ damnum persequitur, etiãsi per accidens pœnalis sit; sed non semper, neque sua natura. At actio edicti de albo corrupto tota est pœnalis, in certam pœnam legis, non simplicis alicuius damni aut debiti, quod dupletur, concepta: quemadmodum & actio iniuriarum in solam vindictam intenta: vt hîc solutione simpli non æquè possit tolli obligatio; & proinde nec alterius pœna alterum subleuare, vt in hoc edicto. Ex quo tamen hæc facultas domino tribuitur toties, quoties ignorante eo furtum factum est. Cæterùm si sciente eo, & non prohibente, facultas ei non erit data. nam & suo & singulorum nomine, iudicio noxali conuenietur; nec vna æstimatione, quam liber homo sufferret, poterit defungi. *d.l.1.§.1.*

ARBORVM FVRTIM cæsarum. Titulus VII.

1 *An cum l.Aquilia hæc actio cõcurrat.*
2 *Quid arborum nomine contineatur.*
3 *Quid sit furtim cædere, cingere, deglabrare.*
4 *Cuiusmodi sit actio, cui, aduersus quos detur.*
5 *Quæ actiones cum hac concurrant.*
6 *De iure Sax.*

SI † furtim arbores cæsæ sint; & ex l. Aquilia, & ex l. XII. Tabul. dandam actionem Labeo putat. Sed Trebatius ita vtramque dandam ait, vt iudex in posteriorem deducat id, quod ex prima

exprima consecutus sit, & reliquo reum condemnet. *l.1.h.ti.* Est igitur actio arborum furtim cæsarum antiquissima, vtpote quæ ex l.XII.Tabularum descendat. *l.pen.h.tit.* Arborum † nomine etiam vites continentur: item ædere, arundines, salicta, & stirpes. *l.3. h.tit.* Furtim † cædit arbores qui clàm cædit: *l.7. & 9. h.tit.* ignorante videlicet domino, celandique eius causa. *d.l.7.h. tit.* Cædere autem est, non solùm succidere, sed etiam ferire cædendi causa. *l.5. h.tit.* In eodem delicto sunt, qui cinguunt arborem vel subsecant. *d.l.7.§.1.& 2.* Cingere arborem, est deglabrare, hoc est, amputatis ramis, aut abstracto cortice, glabram facere. Subsecare, est aliquo modo subsecuisse. *d.l.5.h.tit.*

¶ Huius actionis eadem causa est, quæ & legis Aquiliæ: *d.l.5. h.tit.* nisi quòd in duplum detur, *l.7. in fin.h.tit.* facienda æstimatione, quanti domini interfit non lædi. *l.8. in princ.h.tit.* Hæc actio datur dominis etiam vtilibus, non autem vsufructuariis aut colonis. *l.5.in fin.h.tit.* Et quãuis pœnalis sit, perpetua tamen est, in successóresque transit. *d.l.7. in fin.* Datur autem adiersus eos qui cædunt, siue vnum, siue plures, in solidum in singulos: *l.6. l.9.h.tit.* item aduersus mãdantem. *d.l.7.§.2.* in hæredem autem non datur, quia pœnalis est. *d.l.7. in fin.* Sed † & aliæ actiones aduersus hos competunt. nam & furti tenẽtur, si lucri faciendi causa contrectauerint: *d.l.9. hoc tit.* & interdum ex locato, si colonus cedat: *d. l.9.* item condictione, & ad exhibendum: *d.l.9.* ac criminaliter etiam extra ordinem tanquam latrones puniuntur: maximè si vites cæciderint. *l.2.hoc tit.*

¶ Iure Saxon. mulcta pecuniaria in eos qui arbores, aut etiam stirpes *l.3. hoc tit.* cædunt aut depopulantur, constituta est: nempe solidorum 30. in singulas arbores aut stirpes: *Zob.lib.2. art. 28. sub lit.S. arg.eorum quæ tradit Bar. l.nunquam. numer.11. de priua. delic. l.prætor.§.si mihi plures. de iniur. l.3. de term.mot.* quòd si etiam auferant animo lucrandi: furtum fit, & pœna furti locum habet. *Saxo. lib.2. art.28. arg.l.facienda.§.furtim. hoc titul.* In quo tamen quidam distinguunt: vt si noctu id committatur, pœna furti, scilicet laquei obtineat, vbi æstimatio quinque Hungaricos excedit: sin interdiu, aliqua mitior, puta relegatio & fustigatio sit irroganda. *Reinhar.diff.pœn.1. & 24. per art. 28. lib.2.* Cæterùm qui non lucri, sed damni faciendi causa, alterius hortos, syluas, stirpes, &c. violat, euellit, l. Aquilia & iniuriarum ciũiliter, *l.furtim.h.tit. arg. eorum quæ tradit. Bart.l.fin.de ex.crim.l. qui nomine. de fals. Bonifac. de insultu.nu.36. per l.licitatio.ad locatio.§.quod illicitè.de publica.* atque adeò pro ratione delicti criminaliter arbitraria tenetur.

VI BONORVM RAPTORVM, & de turba. Titul. VIII. C.6.33.

1 *Quomodo differat vis à furto.*
2 *Edictum.*
3 *Cui hinc actio detur.*
4 *Aduersus quem.*
5 *Cuiusmodi, & ad quid.*
6 *Quare singulare iudicium in raptorem detur.*
7 *Cur actio furti manifesti, neque tamẽ manifesti cum hac concurrat.*
8 *De aliis actionib. quæ cũ hac cõcurrũt.*
9 *De damno dato in turba, edictũ & actio.*

SEcundò † oritur priuatum criminale iudiciũ ex rapina & dãno in turba dato: quod genus delicti non multũ à furto abest: *l.illud.ad l. Aqui. Inst.de vi bon.rapt.* præterquã q̃ hoc clandestinè fiat, illud verò vi & palam committatur, atque ideo atrocius delictũ sit & furtũ improbius, q̃ in l.Iuliã de vi incurrit. *l.2.§.vtilis.h.t.l.1.de effr.l. site.C.ex quib.cau.inf.Inst.h.t.in fi.vbi vid.quæ dixi.*

¶ De vi bonorum raptorum prætor ita edixit: SI CVI DOLO MALO HOMINIBVS COACTIS DAMNI QVID FACTVM ESSE DICETVR, SIVE CVIVS BONA RAPTA ESSE DICENTVR, IN EVM QVI ID FECISSE DICETVR IVDICIVM DABO: ITEM SI SERVVS FECISSE DICETVR, IN DOMINVM IVDICIVM NOXALE DABO. *l.1.in prin.hoc tit.*

¶ Ait prætor, Si cui: videlicet non modò domino, sed omni ei, ex cuius bonis res rapta esse dicetur: nam vi bonorum raptorum actione agit, qui furti agere potest, nẽpe is cuius interest. *l.2.§.& generaliter.18. hoc titul.* Quare bonæ fidei possessor fructuarius, commodatarius, creditor, conductor, &c. quatenus eorum interest, rem nõ esse raptam, hanc actionem rectè intentant. *l.2 §.in hac actione.17.h.tit.*

¶ Additur in edicto, dolo malo.) In eum igitur solùm datur hęc actio, qui dolo malo rapuit aut rapi curauit: *d. l.2. §.si quis.8.* dolus autem inesse semper præsumitur. *d.l.2. §.doli.4. l.si cum exceptione. 14. §.eum.de eo quod metus caus.* Est enim vis de genere illicitorum, quæ semper præsumuntur dolo malo fieri: *l. si non conuicij. C. de iniuriis.l.1. C.ad l.Iuliam.de sicar.* nisi ferror, aut alia violentiæ causa ista probẽtur. §.1. *Instit.eod. d.l.2. §. hac actione.13.* Hæc actio etsi successoribus datur, quia etiam rei persecutionem continet: *in princ.Instit. eod.* tamen in eos non datur: nam respectu rei pœnalis est. quare sufficere aduersus eos condictionem prætor putauit. *d.l.2.§. final.*

¶ Additur in edicto, hominibus coactis.) videlicet ad hoc vt damnum daretur. Sed & vnum coactum esse, aut solum quem damnum dedisse, sufficit. *d.l.2. §.homines.3. cum seqq.* Adiectum est, damni.) etiam minimi, vel vna tantùm recepta, *d.l.2.§.vel cuius.7. in prin.Instit. eod. vbi dixi.& §.gallinarum.Instit.de rer. diuis. & sup. quod*

met. caus. Iudicium dabo, inquit prætor: videlicet intra annum vtilem in quadruplum, in quo tamen rei persecutio inest: *in prin. Instit. eod.* §. *sequens: Inst. de act. in vers. vt autem bonorum* post annum verò in simplum. Quadruplatur autem verum rei pretium, non etiam quod interest. *d. l.* 2. §. *si quis.* 8. *&* §. *in hac.* 9. *l.* 1. C. *eodem. in princ. Instit. eod.*

6 ¶Singulare autem hoc iudicium in vi rapientem proditum est, quòd aliud sit vi rapere quàm furari: *d. l.* 2. §. *si quis in re deposita.* 20. imò fur improbior est, vt inquit Iustinianus, qui rapit. *in prin. Inst. eod.* Itaque prætor omnino in triplum punit raptorem, nulla adhibita, sicuti in furto, distinctione, deprehensúne sit in delicto, an non sit, res magni momenti sit, nécne, &c. vt dictum est. *vt in furti actione distinguunt, in d.* §. *gallinarum. Instit. de re. diuis. & doli, l. si quis.* 4. §. *vlt. cum l. seq. sup. de dol. mal.* In eo quoque grauius est hoc iudicium, quòd hac actione quæ ignominiam irrogat, *l.* 7. *de his qui not. infa.* res rectè

7 petatur. Præterea † rerum raptarum nomine furti nec manifesti agi potest, neque altera actio alteram consumit, nisi quatenus amplius est in actione vi bonorum raptorum. *l.* 1. *h. tit.* An furti manifesti rectè agatur, dubitari potest. Etsi enim manifestus fur est qui rapit, quia palàm & manifestè furatur: *l. si vendidero:* 80. §. *cum raptor:* 2. ℣. *de furtis. d. l.* 2. §. *si in re deposita.* 20. cóque pœna furti manifesti, nempe quadrupli, dignus videri debeat: tamen prætor singulare iudicium in hunc cõstituit; quòd aliud esse furtum, aliam rapinam arbitraretur: quo iudicio non quadrupli, vt in furto manifesto, sed tripli pœnam irrogat, meritò vt vlterius cõueniri raptor nequeat: & proinde cõtra hunc furti manifesti actio non videatur esse danda: quod admittendum est, si illa iam sit actum: §. 1. *vbi dixi. Inst. eod. Cuiac. lib.* 8. *obser. cap.* 24. alioqui verius videtur vtrumque concurrere, & alterutra agi posse: *dict. l. si vẽdidero.* §. 2. etsi vnius electione, altera, vt quæ idem contineat, consumetur. *vide quæ dixi d.* §. 1. *Instit.*

8 *eod. Dd. in l.* 1. *hoc tit.* Sed † sciendum est, & aliis actionibus raptores conueniri posse, tàm ciuilibus, vt lege Aquilia, condictione furti, rei vendicatione, aliísque condictionibus: *dict. l.* 2. §. *pen. l. si quis in tantam.* C. *vnde vi. l. si constiterit.* 4. C. *finium regund. l. extat. quod metus caus.* quàm criminalibus. *tot. tit. ff. &* C. *ad l. Iuliam de vi priuat. & ad l. Iuliam de vi publica. l. vnica. C. de raptorib. virginum. l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleric.* Iure porrò Sax. hæc violentia mitissimè, videlicet simplici rei ablatæ restitutione punitur. *Fachs. diff.* 61. *per art.* 47. *lib.* 3.

9 ¶De damno quod in turba datũ est, ita prætor ait, &c. CVIVS DOLO MALO IN TVRBA DAMNVM QVOD FACTVM ESSE DICETVR, IN EVM IN ANNO, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT, IN DVPLVM: POST ANNVM, IN SIMPLVM, IVDICIVM DABO. *l. prætor.* 4. *in prin. hoc tit. Paul. lib.* 5. *tit.* 3. Loquitur hoc edictum de damno dato & de amisso, non etiam de rapto, vt superiùs. *dict. l.* 4. §. *loquitur.* 5. Turba, à tumultu dicta, est multitudinis hominum, cum minimùm decem, perturbatio: rixa verò duorum. *dict. l.* 4. §. 1. Hoc edicto tenetur non solùm qui damnum in turba dedit, sed etiam is qui dolo malo fecit, vt in turba damni quid daretur: item is qui dolo malo turbam concitauit, vnde damnum datum est. *dict. l. prætor.* §. 1. *&* 2. *cum seq.* Hæc actio in duplum intra annum est, & ad verum rei præcium refertur: æstimatione ad illud tẽpus relata, quo damnum factum est. *d. l.* 4. §. 6.

DE INCENDIO, RVINA, naufragio, rate, naue expugnata. Tit. IX.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio edicti huius.*
3 *Edictum.*
4 *Eius explicatio.*
5 *De aliis actionibus quæ in illis competunt.*
6 *De pœna incendij.*

EAdem † actione tenentur, qui licet aliis par vim nihil auferant, tamen ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata, quid capiũt recipiúntque dolo malo. Cum † enim in hisce casibus res per tumultum incustoditæ, multorũ iniuriis sint obnoxiæ, publicè interfuit, seueritatem adhiberi, ne quid in eiusmodi tumultibus rapiatur.

¶Ait prætor: IN EVM QVI EX INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, RATE, NAVE EXPVGNATA, QVID RAPVISSE, RECEPISSE DOLO MALO, DAMNI'VE QVID IN HIS REBVS DEDISSE DICETVR; IN QVADRVPLVM IN ANNO, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT: POST ANNVM, IN SIMPLVM IVDICIVM DABO: ITEM IN SERVVM ET IN FAMILIAM IVDICIVM DABO. *l. 1. in prin. hoc tit. l. in eum.* 18. *cum Authen. seq. C. de furt. Paul. lib.* 5. *tit.* 3. Ex incendio) id est, propter incendium, aut occasione incendij vel naufragij, *dict. l.* 1. §. *ex incendio. cum* §§. *& ll. sequen. vide decis. Neap.* 57. Quid rapuisse.) Non † solùm autem qui rapuit, sed etiam qui abstulit, vel amouit, vel damnum dedit, vel recepit, hac actione tenetur. *l.* 3. §. *notandum.* 3. *hoc tit.* Meritò autem doli mali mentionem prætor fecit: nam si dolus absit, cessat delictum: vt si vicini domum orto incendio defendendarum mearum ædium causa dissipem. *dict. l.* 3. §. *quod aiunt.* 6. In quadruplum dat actionem hanc prætor, sicuti in superiore edicto, nempe vt & rei persecutionem contineat. *gloss. & Dd. in d. l. in eum.* Hæ † actiones hæredibus dantur: aut in hæredes eatenus, quatenus ad eos peruenit. *l.* 4. §. *final. hoc tit.* Sanè grauiores

grauiores etiam pœnæ in eiusmodi raptores Senatusconsultis & constitutionibus decretæ sunt. *l.* 3. §. *fin. l.* 4. *l. ne quid.* 7. *hoc tit. d. Authen. nauigia.*

6 C. *de furtis.* Quod † si quis author etiam incendij aut naufragij dolo malo fuerit, capitali pœna tenetur, ac plerunque iisdem ignibus, quos in damnum aliorum excitauit, concrematur. *l.* 3. §. *fin l. qui ædes.* 9. *l final. hoc titul. l. capitalium.* 38. §. *incendiarij.* ʃ. *de pœn. vide distinctionem,* ʃ. *de sicar.* Dico, dolo malo: nam qui culpa & negligentia causam incendio dedit, venia indiget hactenus, vt vitæ corporísque parcatur: *l. penultim. hoc titul.* nam damnum meritò vicicinis resarcit. *d. l. quiæde. Exod.* 22. 6. data in duplum, ex hoc edicto actione, *l. pen. hoc titul. l. si quis. ad l. Cornel. de sicar.* quæ incendiaria appellatur. *l. iurisgent: um.* 7. ℣. *de pac. Paul. lib.* 5. *titul.* 3. Quin & relegationem hoc casu imponi memini, præsertim apparente culpa aliqua latiore. Sed qui extra omnem omnino sit culpam, nulla pœna dignus est. *l. si vendita.* 11. ℣. *de peric. & cõmodo rei venditæ.* quod demonstrãdum erit. cæteroquin incẽdium præsumitur negligentia habitantium exortum. *l.* 3. *de offic. præfect. vig. d. l. si vendita. vbi Dd. de quo tamen vide distinctionẽ Henn. Goden. in cons. de incend. Salic. in l. quæ fortuitis.* C. *de pig. act. Alex. in l. si quis ex arg.* § *prætor ait. de eden. Cano. in c.* 1. *de commod.*

DE INIVRIIS, ET FAMOSIS libellis. Titul. X. C. 9. 35.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dicta iniuria, & quid sit.*
3 *Diuisio.*
4 *Causa efficiens, qui iniuriam faciant: an etiam impubes, furiosus, dormiẽs, ebrius, iratus.*
5 *Tot iniuriæ, quot personæ, conuicia, loca.*
6 *Materia: & qui iniuriam patiantur.*
7 *Forma: quot modis fiat iniuria.*
8 *Conuicium: & quæ sint verba iniuriosa.*
9 *Finis: & sine animo non fieri iniuriam.*
10 *Effectus, & pœna iniuriarum.*
11 *Edictum prætoris de iniuriis.*
12 *Cui, aduersus quos hinc actio detur.*
13 *An ea trasmittatur, & quomodo pereat.*
14 *Ciuiliter & criminaliter agi posse, & de ciuili iudicio.*
15 *De lege Cornelia de iniuriis: & an sit annua.*
15 *De criminali iudicio: an in eo procurator admittatur.*
17 *De iure Saxonum super iniuriis.*
18 *Quomodo intelligatur ciuiliter vel criminaliter actum.*
19 *De secunda parte huius tituli, nempe de famosis libellis.*

EX iniuriis † quoque per contumeliam illatis, pœnale iudicium constituitur. Iniuria † dicta est ex eo quod non iure fit. itaque vari- 2
riè id vocabulum accipitur: in l. Aquilia, pro dãno dato, culpa siue dolo: *l.* 5. §. 1. *ad l. Aquil.* in iudiciis, pro iniustitia: vt si quis dicat, sententiam per iniuriam esse datam, quia iure vacet: quam Græci ἀδικίας καὶ ἀδικίαν appellant. *l.* 1. *de appellat.* Hoc † autem in tractatu accipimus iniuriam pro 3
contumelia: quæ à contemnendo dicta est: *l.* 1. *h. tit. in princ. Instit. eod.* vel quòd contemptim fiat, vel quòd contemptum & dedecus ei qui iniuriam patitur, accersat: siue pro eo, quod ad alterius fit infamiam. *l. item.* 15. §. *ait prætor, ne quid.* 20. *hoc tit. vide Paul. lib.* 5. *t.* 4. Iniuria porrò alia realis est, quæ re fit: alia verbalis, quæ verbis, *l.* 1. §. 1. *hoc titul.* vel scriptura (nam & hæc verbalis dicitur: *Rom. consil.* 378. *quoad.*) alia personalis, quę infertur personæ per verbera, cruciatum, *Bartol in l. non solùm.* §. *si mandato. nu.* 7. *hoc tit.* &c. item alia leuis, alia atrox. quod genus ex facto, loco, persona, aliísque circumstantiis æstimatur. §. *atrox. Instit. eod. l. vulneris.* 8. *hoc tit. l. aut facta.* 16. §. *qualitas.* ʃ. *de pœn.*

¶Causa efficiens, sunt homines mentis compotes, doli capaces, & contumeliæ animo quid 4
facientes: à quo tota hæc res penditur & æstimatur. *l.* 1. *hoc tit. l. qui iniuriæ.* 53. *de furt. l. si non conuicij.* C. *de iniur.* Quare animantes reliquæ, quoniam affectu iniuriæ faciendæ carent, contumeliam inferre non videntur. *l.* 1. ℣. *si quadrup. pauperi. fecisse dicat. cum ibi notatis.* Eadémque ratione nec furiosus, neque impubes non doli capax, iniuriarum tenentur. *l.* 3. §. 1. *hoc tit.* Eadem est ratio in dormiente, quia furioso æquiparatur: *cap.* 3. §. *item quæritur. de baptismo.* nec peccare videtur, cùm dolo careat. *c. testamentum. vbi gloss. ad verb. rea. distinct.* 6. *Clementina* 1. *de homicidiis. Bartol. in l. pen.* ʃ. *ad l. Pompei. de parric. per l. fluminum.* 24. §. *vitium. de damno inf. clo. cap. fin. vbi Dd. de his qui filios occider.* In eo qui per ebrietatem iniuriam facit, magis dubites: etsi enim dolus abesse potest, *l. omne.* 6. §. *per vinum. de re milit. l. vnica.* C. *si quis Imperat. maledix.* tamen culpa non abest: *l. respiciendum.* 11. §. *penult.* ʃ. *de pœnis.* quæ cum casum præcedit, excusare non solet. *l. si seruus.* 27. §. *si fornicarius. &* § *si ex plaustro. ad l. Aquil.* Verius putarim in atrocibus & realibus eum teneri: cùm illius pœnitentia non excuset iniuriam aut tollat *Cyn. in l. si non conuicij. num.* 22. C *eod.* realem: *Lanfran. in c. quoniam. verb. confessiones. numer.* 1. *de probat.* puta verbera, vulnera illata, quibus pœnitentia neutiquam medetur: mitigata tamen pro qualitate circumstãtiarum pœna: *d. l. omne.* §. *per vinum ca. mebriauerunt. cap sanè.* 16. *quæst.* 1. *Salicetus in l.* 1. C *de sicariis. Bart. & Dd. in d. l. respiciendum. & in l. diuus. de offic. præsidu.* in leuioribus verò, vt iniuria verbali, omnimodò excusari, si discussa vino-

lentia sobrium pœniteat. *l.vnica. C.si quis Imperat.maledix. Roma. latißimè in l. 1.de verb.obligat. Angelus in pract.criminali, ad verb.scienter.nu.17.* pro quo optimè facit, quòd eum qui per iracundiam (quæ multò minus hac in materia excusat quàm vinolentia, *Decius & Dd.in l. quicquid.48. de regulis iuris.*) iniuriosa verba dixit, excusari propter animi commotionem plerique volunt, dūmodò postea se dato animo pœniteat atq; reuocet. *l.vnic.vbi Salicet.* C.*si quis Imperat.maled. Angelus in l.si non conuicij.5.C.de iniuriis. Felin.in c.sicut ex literis.nu.2.& 3.de iureiur. Ang.in prac. criminali, ad verb.iniuriosa.num.10.Chil.in pract.c.58. nu.* 4. Non solùm autem is iniuriarum tenetur, qui re ipsa facit iniuriā, sed qui persuasit, iussit, mandauit, curauit vt iniuria fieret. *l. non solùm.11.*
5 *in prin.& §.1.vbi elegantiss.Bart.h.t.* Quo† casu & mandās suo nomine tenetur, puta pater: & filius qui executus est, suo item nomine. nec enim iussum patris hîc excusat, *gloß. in l. non solùm. 11. ad verb.idémque ait.h.tit.Bart.in l.sed si vnius.§.seruus. num.5.hoc tit.* vt in leuioribus: *l. qui iussu.12.de his qui notan.infam.* quia quælibet iniuria alteri personæ illata, graue crimen est. *Bart. in d.l.non solùm.nu.7:* Et cum plures iniuriam faciunt, singuli tenentur. tot enim sunt iniuriæ, quot sunt personæ. *l.si plures.34. hoc tit.l.si familiæ 9.de iurisdict. omn. iud.* quia in delictis quisque obligatur ex suo dolo in solidum. & pluralitas circumstantiarum plures efficit iniurias: vt si pluribus locis iniuria repetatur, aut vno loco plura conuicia, non ad vnum finem tendentia, alicui ingerantur. *Bart.in d.l.item.§.ait.gloß.*Bart. *& communiter, Dd. in l. 2. §. de priuat. delict.* Sed & magistratus eorúmque satellites iniuriam facere videntur, quando præter & supra officium aliquem concutiunt, *l.nec magistratib.32.h.tit.glo.in l.2. §.fin.si quis cautio. Hipp.in l.1.§.præterea.numer.7. de sicar. Fachs.diff.67.* aut etiam contumeliosis verbis onerant. *l.item apud Labeonem.§.quod adiicitur.h.tit. Chil.in prac.cap.2.num.36.*

6 ¶Porrò qui faciunt iniuriam, hos constat & pati posse. *l.3.in prin.h. tit.* Sed & quid facere nequeunt, nonnunquam tamen patiuntur: vt impubes, furiosus. *dict.l.3.§. 1.* Item aut per semetipsum alicui fit iniuria, aut per alias personas. Per semetipsum pati quis dicitur, cum directo ei iniuria infertur, siue coràm præsenti, siue absenti. *l.item is.§.conuicium.hoc tit. Salic. in l.vnic. C.si quis Imp. mal.* per alias personas, cum in alium quam qui passus est, iniuria per consequentiam redundat: vt cum liberi nostri, vel administri, item vxor, *Alex.consil.189.num.10.vol 6.* nurúsue, contumelia afficiuntur. spectat enim ad nos iniuria, quæ iis fit qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sunt. *d.l.1.& 2.* Imò per filij corpus, pater penè magis periclitatur quàm filius. *§.fin. Inst. de nox. act. l.isti. 8. in fin. de eo quod met.caus.* Sed & iniuria vni ex familia facta, toti familiæ fieri intelligitur: *l. 1. 2. & 3.de lib. caus.* vnde nec ad testimonium aut dicendam sententiam, in tali casu, propinqui admittuntur. *Felin.in ca.lite-ras.num.4.de præsum.Bart.in l.lex Cornelia. num.1. h.t.Bald.in l.vnic.C.de rap.virg. Alex.cons.2.nu.8. vol.7.& cons.24.nu.22.vol.2.Dec.cons.163.num.5.* Neque tamen omnes huius nomine iniuriæ agere possunt, *Bar.in d.l.lex Cornelia.h. tit.* vt nec vxor nomine mariti, *§.patitur.Instit.de iniur.* nisi quādoque criminaliter. *Bart.in l.fin.de priuat.delict.* Nec enim pro aliena iniuria quisquam hanc actionem, vtpote priuatam, rectè intentat. nisi is qui habet iniuriatam personam in potestate, vel in maritali affectione, vt pater & maritus. *l.1. in fin. hoc tit.* Quin & magistratui fit iniuria: eámque persequi potest, si eius satelliti iussum munus obeunti, vis & iniuria facta sit. *Alex.in l. quamuis. de in ius vocan. Panor.in c. eum sit general.de for.compet.Guid. Pap. quæst.557.Cass.in consue. Burgun.t.des iustices.§.7.verb.de simple.nu.40.Iacobin.in tract.de Royd.nu.12.* Ex iniuria verò subdito facta vel vasallo, an domino superiori nascatur actio, plus quæstionis est: distingui tamē solet, vt ratione iniuriæ subdito vel vasallo factæ, dominus agere nequeat, nisi in ipsum quoq; refundet: vt si in carcerem is coniectus, *Bald. in c. 1.§. denique. numer. 2. & 3. quæ fuit prim. caus.* aut alia iniuria reali ita affectus sit, vt dominus eius operis vti commodè non possit, aut iurisdictio illius per huiusmodi iniuriam sit interturbata. *vide Inn. Panorm. Imol.in c.dilectus.55. ex.de appell.*

¶Omnis porrò iniuria aut in corpus infertur, 7
aut ad dignitatem, aut infamiam pertinet. *l.1.§. omnem.h. tit.* Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis. Re, quoties manus inferuntur, *l. sed est.9.hoc tit.* aut alio quo facto iniuria fit: vt si quis contumeliæ & vexationis causa, alterius familiam corrumpat, *l.inter.de adult.vide Paul. lib. 1.tit.12.* alicui litem moueat: *l. iniuriarum.13.§.1. h.tit.§.illud.penul.in Auth.de his qui ingred. ad appellat.* aut arrestando *Boer. in sing. incip. sequestratio.* impediat quo minus in suo publicóue ire, agere, piscari, aucupari possit: *dict l.iniuriarum.13. §.fin.hoc t.* verbera non modò inferat, sed adducta manu, fuste, gladio minetur, *Bart.in l. item apud.§.1.num.1.hoc tit. Ang.in tract.mal.f.verb.adnumerauit.* domum introeat, *l. si iniuriæ. 20. l. 5. hoc tit.* literas resignet, signet, celet; *Bartol.de cap. sing.78.per totum.* Verbis, quando fit conuicium. *dict. l.1.§.1.* Conuicium †quasi conuocium dici- 8
tur, cum in vnum plures voces conferuntur: *d. l.item. 15. §. 1.* eæque iniuriosæ; id est. ad alicuius contumeliam & contemptum pertinentes: *d.l. sed est.9.hoc t.* vt cum quis appellatur scurra, nebulo, spurius: *l. si non conuicij. vbi Dd. C. de iniuriis.l.7.in fin.de obseq.præstand.Fab. Angel. & alij scribentes in §.1.Inst. t.eod.* aut si cui dicatur, Mentiris, calumniaris, &c. *Bart.num.3. & Dd.in d.l.item. §. ait prætor* etiamsi additum sit, salua reuerentia. *Dd. in l.si quis extraneus.21. de acq hæredit.* nisi quis eiusmodi dicat lacessitus, ad existimationem suam tuendam. *Angel. in pract. crim.ad verb.verba iniuriosa.num.9.Ias.latè in l.fin. num. 3. §. quod quisque iuris.* Huiusmodi autem multa conuiciorum genera apud Dd. alibi videri licet, *ind.l.§.*

in dict.l.si non conuicij.in dict.l.item apud.15.in l.3.de liber.& posthum.in l.turpia.57. de legat. 1. Bar. consil.108. Cornæus. consil.172.vol. 3.Socinus consil. 118. vol.1.Boerius latè in consil.1.Angel.præall.loco. quo in genere notandum est, subsannare vel exagitare aliquem, non modò nominatum, sed tantùm etiam indicatum, *Bart. in l. item apud. §. cui non sine.num.1. de iniur.* pro verbali etiam iniuria haberi. *Lucas de Penna in l.errati.C.de castrensi pecul lib.12.Boerius in dict.consil.1.* Item nihil interesse, siue in genere, siue in specie iniuria dicatur: *Bald.num.2.Cast.nu.4.Ias.num.5.& 6.in l. 3.de lib. & posthum.Bart.in l.item.§.apud.h. tit.* quanquam atrocior ea sit, quę fit certa delicti specie expressa. *Socin.consi.118.visa.num.1.vol.1.* Denique quicquid dicitur in contumeliam alterius, quod vel infamia facti apud bonos eum grauet, & reddat contemptibiliorem, etiamsi per se nō sit criminosum: puta si quis appelletur claudus, cæcus, mendicus, *Bart. Alex.& Dd.in l.eum qui.h.tit.& in l. 3. de lib. & posthum. & in l. turpia. delegat. 1.* &c. iniuria est. *Bart.in dict.l.item.§.apud.Cyn.in l.si non conuicij.nume.2.C.eod.Castr.in dict.l.3.de lib.& posthum.* etiamsi quod obiicitur verum sit. Nec enim sufficit veritas criminis, sed necesse est alia ex causa obiici quàm contumeliæ gratia, vt est communior & verior opinio. *Host.de iniur.num. 6.per l.2.C.de offic.rec.prouin.Felin.in cap.dilecti.de except.Panor.& Felin. in ca.cum te.de iureiu.Rom. latè, consil.96.super. Oldra. consil.53.consuluit.Boß. in pract.crim.tit.de iniur. num.3.* Qua in parte præsumptio est contra iniuriantem: *l. si non conuicij. C.eod.* nisi probet se alio animo, puta castigandi, *Bart. consil. 104. visis.* conseruandi iuris publici, *l.quod reipub. 33. hoc tit.* vel sui causa, aut per iocum dixisse. *l.item.15.§.si quis astrologus.hoc tit.Oldra.consil.53.num.3.6.7.Boß.de iniur. num.3.* quælibet enim causa, etiam fatua & iniusta, excusa à dolo & contumelia. *l.igitur.de lib. caus. glo. in l.vnic.in fin. vbi latè Ias. si quis ius dicent. non obtemp.* Sed & scripto fit iniuria, cū famosis libellis aut literis alicuius nomen proscinditur: quò pertinet secunda pars huius tituli, de famosis libellis. *l.5.§.fin.cum l.sequ.l.item.15.§.si quis libello.23.hoc t. l.vnic.C.de fam.lib.*

9 ¶Finis iniuriarū est, vt contumelia alicui fiat: nam sine hoc animo iniuria non committitur, vt paulò antè dixi. *d.l.3.§ 1.hoc tit.l.qui seruum.34. de actio. l.1. §.si omnes. 2. de ventre inspic.* Quid enim si magistratus ex officio quid faciat nocenti ignominiosum? *l. quod reipub. 33. hoc tit.* Quid si quis publico iure vtatur? certè iuris executionē non habere iniuriam, dicendum est, *d. l. iniuriarū.13.§.1. h.tit.* Si sceleratum aliquem infamet vel accuset, cuius delictum petefieri reipublicæ interfit. *l. eum qui. 18 vbi Dd.h.t.latè Boerius in d. cons. 1.* Si domesticum aut propinquum, emendandi causa acerbius increpet: *tot.tit. C.de emend. propin. l. ea quæ. 13.l.verbum.17.C.ex quib.caus infam.* si ad reprobandos testes crimen obiiciat? certè iniuriæ causa fecisse non videbitur. *l.fin.vbi Bald & alij. quod quisque iuris.* Quod [illegible] tudine seruari testatur Boerius: *d.cons.1.* licet Salicetus *in d.l.si non conuicij.* contrà sensisse videatur. Tutius tamen est, hoc casu protestationem addi, non fieri contumeliæ gratia eam criminationem. *Oldra.cons.53.consuluit.nu.9.* 10

¶Pœna autem iniuriarum ex lege XII. Tabularum, propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os verò fractū nummariæ pœnæ: quæ quidem tum temporis in magna veterum paupertate, satis videbantur graues & acerbæ. *§.pœna autem.Instit.de iniuriis.* Qua de re plura Gellius. *lib.20.ca.1.* Sed ea pœna in desuetudinem abiit, cœperúntque prætores permittere vt iniuriam passi eam æstimarent, iuberéq; in iudicij formula, vt iudex aut tanti reum condemnaret, quanti iniuriam passus æstimasset, aut minoris, prout ei esset visum. *d.§.pœna autem.*

¶Qua de re eiusmodi prætoris edictū extat: 11

« QVI AGIT INIVRIARVM, CERTVM DICAT QVID INIVRIAE FACTVM SIT. *l. prætor.7.in princ.hoc tit.* QVI ADVERSVS BONOS MORES CONVICIVM CVI FECISSE, CVIVS'VE OPERA FACTVM ESSE DICETVR, QVO ADVERSVS BONOS MORES CONVICTVM FIERET, IN EVM IVDICIVM DABO. *dict.l.item.15.§.ait prætor.2.* NE QVID INFAMANDI CAVSA FIAT. SI QVIS ADVERSVS EA FECERIT, PROVT QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM. *d.l.item. §.ait.20.* QVI SERVVM ALIENVM ADVERSVS BONOS MORES VERBERAVISSE, DE'VE EO IN IVSSV DOMINI QVAESTIONEM HABVISSE DICETVR, IN EVM IVDICIVM DABO. ITEM SI QVID ALIVD FACTVM ESSE DICETVR, CAVSA COGNITA, IVDICIVM DABO: SI SERVVS INIVRIAM FECERIT, NOXALE IVDICIVM DABO. *dict.l.item.§.prætor.26.* SI EI QVI IN ALTERIVS POTESTATE ERIT, INIVRIA FACTV ESSE DICETVR: ET NEQVE IS CVIVS IN POTESTATE EST, PRAESENS ERIT, NEQVE PROCVRATOR QVISQVAM EXISTAT QVI EO NOMINE AGAT: CAVSA COGNITA, IPSI QVI INIVRIAM ACCEPISSE DICETVR, IVDICIVM DABO. *l.sed si vnius.17.§.ait.8.hoc tit.* 12

¶Ex hoc edicto apparet, non modò ei qui iniuriam passus est, dari actionem, sed omnibus qui per eius latus patiuntur: vt parentibus, marito, &c. Itaque ex vna iniuria interdum tribus actio datur, neque vnius actio per aliam consumitur. *dict. l.1. §.fin.* Datur autem aduersus eum qui iniuriam fecit, vel qui curauit, mandauítque vt fieret, *§. non solùm. Instit.eod.l.non solùm.11.§ si mandatum.hoc tit.* & quidem aduersus singulos in solidum, tot enim sunt iniuriæ, quot personę, *l.si plures.34 hoc. titul.* Non tamen in hæredes, vt nec hæredibus competit. *§.1.Inst.de perp.& temp. act.* nisi à defuncto lis fuerit contestata, *l iniuriarum 13 hoc tit. l.si eum. §.1.si quis caut.* aut criminaliter suo nomine agere intendāt. *Bart. in l.final.* [illegible]

tùm actio tendit: *l. 2. §. emancipatus. de collat. bo-*
13 *no.* neque † in bonis est, antequam lis contestetur. *l. iniuriarum. 28. h. t.* Quare nec transmittitur ad hæredes, lite non contestata: etiamsi cedi alteri possit: *Bart. in l. iniuriarum. 28. hoc titul.* quod enim non est in bonis, in hæredes transire nequit: cum nemo alteri plus iuris relinquere possit quàm ipse habeat. *l. traditio. de acquir. rer. dominio.* & cum sit odiosa, propter vindictam quam solam persequitur, aliis etiam modis facilè perit atque extinguitur, puta nudo pacto, *l. si tibi. 17. §. quædam de pactis.* dissimulatione: *§. fin. Instit. eod.* item spacio anni continui, *l. si non conuicij. 5. C. eod.* (quanquam alij de vtili anno, præsertim in prætoria actione, hoc accipi volunt, *Gouean. lib. 1. ca. 10.*) nisi scripto quod perpetuò durat, iniuria sit comprehensa, *Zas. in l. cum lex. de legib. vbi dicit ita iudicatum fuisse. Secus tamen seruatur iure Sax. Chil. in pract. ca. 59.* aut lis contestata: *Specul. de action §. 1. num. 38. Ias. in §. pœnales. num. 110. Instit. de actio.* item remissione, vel expressa, *Boß. in pract. crimin. de iniur. num. 23.* vel tacita: quæ colligitur ex familiari salutatione, colloquio, conuictu, manus iunctione: *§. fin. vbi Ang. Instit. de iniur. Bal. in l. in ipsius. 5. num. 2. C. famil. herciscun. Felin. in cap. repellantur. num. 7. de accusat. Host. ad t. de iniur. Ant. de But. & Panorm. in c. olim. ex. eod. Boß. in pract. crim. cap. de iniur. num. 15.* nisi scilicet antea ad animum sit reuocata. *Felin. in d. ca. repellantur. Panorm. d. ca. olim.* quod mihi neutiquam probatur. Etsi enim iniuria ad animum initio reuocetur, tamen hæc reconciliationis signa, animum mitigatum mutatúmque esse declarant. Eiusmodi autem remissio magis ciuilem actionem tollere videtur, quàm criminalem: *Boß. in dict. pract. crim. ca. de iniur. numer. 17. per doctrinam Bart. in l. 1. §. usque adeò. de iniur. Barbat. consil. 66. volum. 1.* certè actioni ad id quod interest, reparationémque dãni dati, nequaquam præscribit: *Panor. cap. 1. cum sequen. de iniur. Ias. in l. 1. num. 16. de pact. Henn. God. cons. 3. de iniur. num. 22.* cuius petitio perpetua est, velut rei persecutoria. *vide §. uti possid. & ad l. Aquil. l. in honorariis. 33. dd actionib.*

14 ¶Sciendum autem est, aut ciuiliter, aut criminaliter iniuriarum agi posse: *§. in summa. Instit. eod. vide Boß. optimè declarantem in pract. crim. tit. de iniur.* ciuiliter agi, quoties actor sibi æstimationem iniuriæ petit: *Panorm. cap. 1. in fin. eod. de iniur.* criminaliter, cùm fisco. *Panorm. ibid.* altera tamen actione alteram consumi, quia vtraque ad vindictam tendit: *l. quod senatusconsulto. 8. l. prætor. 7. §. 1. hoc titul.* secus enim fuerit; si Aquilia ad damnum & interesse agatur: quæ adeò non tollitur electione, vt cum iniuriarum actione cumulari possit. *Specul. eod. tit. de iniur. §. 1. in fin. Dd. in l. dominum. C. de iniur. vide Mynsing. observ. 25. cent. 1.* ac siquidem ciuiliter ex edicto agatur, licebit actori iniuriam suam iureiurando æstimare: *dict. §. in summa. vide Angel. Bart. in l. iniuriarum. 2. hoc tit. Panorm. in cap. cum se de senten. & re iudic. glo. in §. pœna. ad verb. asti-*

A *mauerit. Instit. eod. vbi etiam Angel. num. 2. Instit. eodem.* moderatione tamen à iudice adhibenda, quemadmodum & cum ex l. Corneliâ agitur. *l. constitutionib. 27. hoc tit. Bartol. in l. iniuriarum. hoc titul. Angel. in d. §. pœna.* Quæ † lex iniuriam
15 manu factam eodem modo quo prætor, vindicat, puta, cum quis se pulsatum, verberatum, aut domum suam vi introitam dicit. *l. lex Cornelia. 5. hoc titul. §. sed & lex. Instit. eod. de hac actione vide Paul. lib. 5. tit. 4. Cuiac. in l. sequitur. 4. §. vltim. verb. libertatem. de vsucap.* Quanquam in eo
B actionem legis Corneliæ grauiorem prætoria quidam esse volunt, quòd perpetuò duret, *Baldus in fin. Angel. & Dd. l. si non conuicij. C. eodem.* sicuti reliquæ ciuiles: *Mart, Fab. Baro, & alij, d. §. sed & lex. Chil. in prac. cap. 59.* Quod alij negant, *Azo. in Rubr. C. eod. num. 17. glo. ex sententia Ioan. in d. §. sed & lex.* quia Imperator *in d. l. si non conuicij.* generaliter omnes iniuriarum actiones anno includit: quorum sententia etiam apud
C nos hodie seruatur, vt videlicet post annum & quidem continuum. non vtilem, *Salic. in l. si non conuicij. C. eod. Boß. in pract. crim. tit. de iniur. num. 23. Cæpoll. consil. 70. num. 23. Henning. God. consil. 1. de iniur. num.* 18. nulla iniuriæ, etiam realis, puta verberum, incarcerationis, iniustæ torturæ, &c. querela, quamuis scripto comprehensa, *Chil. ca. 59. cum seq. in prac.* tanquam præscriptione & dissimulatione sopita, audiatur: *Schuff. consil. 10. cent. 1. Fachs. differ. 67. & ipse Chil. in d. ca. 59. Reinhard. iudic. diff. 16. per artic. 31. lib. 3.* nisi quando pupillis & minoribus competit. *Henning. consil. 1. de iniur. num. 12.* Constitutio tamen prouincialis iniuriarum realium actionem perinde ac famosi libelli dat. *constit. 46. part. 1.* Sed reuertamur ad æstimationem, quam ab actore factam moderabitur, & temperabit iudex ex bono & æquo, pro ratione circumstantiarium: puta personarum, temporum, locorum, quæ augent minuúntque iniuriam. *l. prætor. 7. §. final. hoc tit. §. atrox. Instit. eod.* Vtrum autem omnino necesse sit eam æstimationem in libello exprimi & taxari, an verò arbitrio iudicis relinqui possit, etsi variè disputatur. *Cyn. in d. l. si non conuicij. num. 12. Bart. in l. iniuriarum æstimatio. hoc tit. Socin. consil. 146. viso. in prin. volum. 1.* tamen tutius est, certam quantitatem in ciuilibus taxari. *Ias. post Angel. in §. 1. numer. 51. Instit. de actio.* Quòd † 16
si criminaliter agatur, non opus est certam pœnam peti, sed potest ea arbitrio iudicis relinqui. nam talis absque conclusione libellus in criminalibus rectè procedit. *vide Ias. num. 20. & Dd. in l. ẽ. C. de eden. in §. 1. Instit. de act. & j. de accus. & §. de priuat. delic.* Et hoc casu pœna extraordinaria reo imponetur, *Aluar. & Bald. in c. 1. §. iniuria. vbi glo. de pact. iura. fir. gloß. & Ang. in §. in summa. Instit. eod.* pro modo delicti, & personarum: & plerunque humiliores quidem fustibus subiiciuntur, cæteri exilio temporali vel interdictione alicuius certæ rei coercentur. *l. fin. hoc tit.* Non tamẽ hoc publicum, sed priuatum iudicium est: *l. iniuriarum. 7. C. eod.* quia ad vindictam priuatam

pertinet. Itaque & procurator admittitur, non A modò cum ciuiliter agitur, *l. non solùm. 11. §. 1 hoc tit.* sed nonnunquam etiam quando criminaliter. *l. fin. vbi Bald. & Salic. admittunt, cum non pœna corporis afflictiua, sed mitior venit imponenda. C. eod. §. in summa. Instit. eod. Chilian. in pract. cap. 58.* Quare Chilianus *præall. loc.* hoc pro cautela tradit, vti cõuentus iniuriarum per procuratorem agat, vt hac ratione condemnato procuratore infamiam effugiat, quæ alioqui ex vtrolibet iniuriarum iudicio sequitur. *l. 1. & 2. de his qui notantur infamia. l. infamem. vbi Dd. de pub. iud. l. iniuriarum. 10. C. ex quib. caus. infam.* Quæ cautela parum tuta est: quia lex disertè iubet, sentẽtiam ferri in principalem, non autem in procuratorem. *in dict. l. fin. C. eod.* Communiter tamen hæc cautela à Dd. & tradita, & in foro recepta est. *Cyn. in d. l. si non conuicij. in fin. Bart. & Dd. in l. furti. 6. §. 1. §. de his qui not. an. infam. glo. in l. nihil. 20. vbi Bald. num. 5. 6. C. de procur. Socin. in fall. reg. 179. fall. 1.* quanquam potest & aliis modis infamia euitari: *vide quæ dixi §. ad tit. de his qui not. infam. in fin.* vt cum iudex maiorem iusto iniuriæ pœnam præstituit. *l. quid ergo. 13. §. pœna de his qui not. infam.* quod tum omnino est necesse, cùm aliàs vilis & infamis, & qui iam antea ignominiosus est (quod genus plerunque contumelio sum esse solet) venit condemnandus. *Cyn in d. l. si non conuicij. in fin. C. eod.*

17 ¶Porrò iure Saxonum (quod tamen nupera const. 42. parte 4. abrogatum est) æstimatio iniuriarum ad infamiam & triginta grossos redigitur, in iniuria viro qualicunque, etiam nobili, ab homine plebeio facta: ad 15. verò, in iniuria facta mulieri. idque vt vtrolibet modo agatur, siue ciuiliter, siue criminaliter: nisi enormis grauitas, iniuriæ præsertim realis, maiorem vindictam exigat. *§. pœna. Inst. eo. Fachsius latè in d. differ. 67. Chilian. dict. c. 58. & 59. Reinh. diff. iud. 4. &*
18 *32.* Illud † tamen interest, quòd vbi ciuiliter agitur, parti pecunia debetur: cum criminaliter, E fisco. Quare si quando quis sibi petit applicari illam pœnam pecuniariam, ciuiliter agere: cum verò fisco aut ærario publico, *l. arbiter. 42. de recep. arb.* criminalem actionem intentasse videtur: *Chil. d. c. 58. & Marant. latè in Speculo suo aureo, parte 4. num. 10. cum seq.* vt & tum, vt quidam volùt, quoties sibi actor de iniuria satisfieri petit, aut palidoniam & reuocationem vrget: *Maran. in Spec. aur. part. 4. dict. 1. num. 20. Paru de Put. in tract. synd. ad verb. compositio* quod meritò im- F probatur, *d. constit. 42. par. 4.* vbi palinodia quasi ciuilis separatur à pœna criminali, sic vt vtraque debeatur. quod aliter esset, si vtraque criminalis foret: quia nemo duabus pœnis affligendus. Etenim quòd palinodiam sibi petat actor, potius ciuiliter egisse videtur. *Mynsing. observ. 98. cent. 2. Blarer. l. diffamari. in prin. C. de img. ma. num. 5. 6.* Illud etiam notandum est, cùm iure Saxonum vtrunque iudicium sit pecuniarium (etiam quando de reali agitur iniuria, puta verberum, G vulneri, incarcerationis: nam & his iniuris certæ mulctæ pecuniæ cumplurimùm hoc iure sunt præstitutæ, *Land. lib. 2. art. 16. Reinhar. diff. pœn. 5. Chilian. in pract. ca. 138.*) indistinctè procuratores admitti, vt Lipsenses & alij Scabini pronunciant. In quibusdam tamen curis ea iuris Saxonici taxatio non consideratur, & ex ordinationibus Principis, arbitraria constituta est (& rectè quidem) iniuriarum actio, cui reus deponendo (vt fit) mulctam Saxonicam, se subducere nequeat. Hoc etiam iure, cum totum corpus
B vniuersitatis, collegij, senatus, iniuriam facit vel patitur, non pro vno corpore (vt aliàs, *l. proponebatur. 72. de iud. l. 1. vbi dixi. §. quod cuiusque vniuers.*) habetur, sed tot intelliguntur factæ iniuriæ, quot sunt personæ. *pro hoc doctrina Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. numer. 7. de pœn.* Ac punitur quæuis iniuria arbitrariè, *ex constitutione prouinc. 42. part. 4.* sic vt cogatur iniurians & ad palinodiam, & ad pœnam mulctámue arbitrariam. Existimo tamen, si tenuis aliquis ma-
C lit sibi mulcta Saxon. satisfieri, præsertim iniuriarum realium nomine, sicut vidi pronunciatum, *secundum art. 16. lib. 2. artic. 45. lib. 3. Chil. in pract. cap. 138. & vlt.* ei hanc esse adiudicandam, ne quod in fauorem eius inductum, retorqueatur in odium: *l. quod fauore. C. de legib. l. nulla. eod.* & vt sententia congruat petitioni. *l. vt fundus. 18. com. diuidun. l. vltim. C. de fideicom. lib. ca. licet. de simo.* An autem sequatur damnatum infamia? equidem cum ea dispensatum esse, eiúsque gra-
D tiam fieri, *per dict. constit. 42. par. 4.* videri potest, cum & pœnã ciuilem restituendi honoris, nempe palinodiam, & præterea criminalem imponat. *arg. l. quid ergo. 13. §. pœna grauior. de his qui not. inf. l. 3. vbi Bald. C. eod.* Et hoc aliquando memini, quoad iniurias præsertim reales, iniustæ incarcerationis, &c. quoad nobiles, quæstores, & alios honoratiores huius condemnatos: quibus putabatur decori futurum, si in sententia conseruaretur expressim illis existimatio. Aliàs vt fiat, cautionis est, vbi probabilis id causa suadet: hoc aut simili modo: *Dervuegen ist beclagter, jedo eh ohne verlez ũg seiner ehren, den clegern einen vuiderruff. zuthun &c.* Et hoc humanius, ne propter leuissimas iniurias, iracundia fortè prolatas, multi societatibus, ordine, collegiisque suis vt infames eiciantur: & alia grauiora, quod sepe fit in conuiuiis: consequãtur. Nec valere debet hîc lex talionis. Homicidia quod fecit expectet. *l. 3. C. de episc. audien.* Non enim vt per cædẽ vita aufertur quæ vitæ priuatione iure punitur: *Gen. 9. 6. Exod. 21. 12. & 23.* sic etiam existimatio, per iniuriam, Perditi enim hominis profligariq; maledictis, nullius gloria dignitásque violatur. *Cic. norat. dearusp. respon.* Superat igitur legem talionis, pro iniuria dicta, quæ famam nõ abstulit, ignominiam irrogare perpetuã. Fateor quidem id conari forsan & velle iniuriantem: sed cum effectus destituat conantem, nec vice versa sequi talis effectus debet. Quid? quòd sæpè datur iniuriarum actio, vbi non existimatio violata est, sed corpus, aut alia res eiusmodi, velut in

realibus: *vt in l. iniuriarum.13. §. vltim. de iniur.* vt, ex regula talionis hic nihil inferri rectè possit. Quare nisi leuitas iuiuriantis, maledicentiæque crebritas, aut similis circumstantia suadeat aliud, non alienum fuerit, humanis certè, Christianos inter hoc sequi; licet id neget Zas. nec iudicib. permittat: *in l. acta. §. de amplianda. de re iudic.* quem ex ipsa iudiciorum obseruantia refutat Blarer. *in repet. l. diffamari. in prin. num. 5. 6. C. de inge. manu.* nec illud alienum in foro nostro, cum grauior statuto Saxon. pœna irrogatur: *ex l. in seruorum. 10. in fin. de pœn.* Et quidem hæc de iniuriis.

19 ¶ Altera pars tituli famosos libellos arguit, de quibus lex in hãc sententiam lata fuit: SI QVIS LIBERVM AD INFAMIAM ALICVIVS PERTINENTEM SCRIPSERIT, COMPOSVERIT, AEDIDERIT, DOLOVE MALO FECERIT, QVO QVID EORVM FIERET: ETIAMSI ALTERIVS NOMINE AEDIDERIT, VEL SINE NOMINE; VTI DE EA RE AGERE LICEAT. ET SI CONDEMNATVS SIT, INTESTABILIS EX LEGE ESSE IVBETVR. Ex quo apparet, famosum libellum esse, non modo si dissimulato vel ficto authoris nomine ædatur, verumetiam si expresso: id quod particula Etiamsi, subinnuit. Quid ergo, dices, interest inter famosum libellum, & iniuriam scripto comprehensam? Famosus libellus ad ad infamiã pertinet; hoc est, impingit delictum aliquod notabile: iniuria fit contumeliæ causa, etiam absque infamiæ nota; vt si quis luscus, spurius, claudus, alióue contumelioso nomine, ludibrij causa appelletur & traducatur. Quamobrem & grauior est famosi libelli pœna; quam simplicis iniuriæ. Qua etiam ex S.C. tenetur, qui epigrammata, aliúdue quid, etiam sine scriptura in notam aliquorum produxerit: item qui emendum vendendumue curauerit. *d. l. lex Cornelia. 5. §. final cum l. seq.* Constitutiones porrò Imperatorum, eiusmodi delictum capitali supplicio vindicant: eandémque pœnam etiam iis irrogant, qui famosum libellum repererũt, nec statim corruperunt, ue emaneret. *l. vnic. C. de famosis lib.* Quod tamen hodie ita restringimus ac interpretamur, si in libello famoso capitale aliquod, aut aliud graue scelus, ad creandum alicui periculum, obiectum sit: tunc enim pœna talionis locum habet, eadémque animaduersione coercetur author libelli, qua dignum est illud crimen, quod in libello obiicitur; siue falsò, siue etiam verè obiiciatur: aliàs verò mitius & extraordinaria iniuriarum pœna iustiusmodi petulantia vindicatur. *Ioan. de Platea. Inst. de iniuriis. Bonifacius in pract. crim. tit. de fam. lib. Chil. d. cap. 59.* Atque ita etiam constitutum est in ordinationibus Imperij, quæ à Carolo V. sunt factæ. *c. 110.* Ex quo inferri posse videtur, huic etiam actioni iure Sax. per anni silentium præscribi, sicuti cuilibet iniuriæ, scripto comprehensæ, moribus nostris præscribi diximus: *Chil. in pract. c. 59. cum c. seqq.* etiamsi iure communi aliter plerísque sentiãt: quòd scriptura scilicet seu pictura perpetuò duret, eoque semper incontinenti iniuria fieri intelligatur. *Zasius in l. cum lex. ff. de legib.* Sed consuetudo non absurdè iniuriam ab animo potius & voluntate æstimat, quàm à scriptura vel libello. *l. 1. g. tit.* Etsi enim hic duret, tamen potest animus & voluntas contumeliæ, à qua hæc res penditur, non durare; *l. 1. h tit. l. qui iniuriæ. 53. de furt. l. si non conuicij. 5. C. iniur. l. vnic. C. si quis imper. male.* cum mutabilis ac ambulatoria sit hominis voluntas, *l. cum hic status. 33. §. pœnitentiam. de donat. int. vir. & vx. l. 4. de adimen. leg.* vt concludenter inferri nequeat, iniuriam semper fieri & permanere, quoad scriptura extet. Et profectò hanc cõsuetudinis interpretationem, ad imputandas istiusmodi altercationes parum Christianas, etiam extra forum Saxonicum, & in terris Imperij, vbi ius commune seruatur, attendere & sequi non fuerit alienum.

DE EXTRAORDINAriis criminibus. Tit. XI.

ET hæc quidem de ordinariis priuatorum delictorum iudiciis dicta sint. Iã videamus de iis quę extra ordinem proponuntur, vnde nullæ certæ pœnæ existũt: nam eæ in his arbitrio iudicis committuntur. *l. hodie. 13. de pœn. l. 1. C. de recep. l. fin. C. de mod. mult.* Extra ordinẽ punitur solicitatores alieuarũ nuptiarũ, & pudicitiæ alterius, etiamsi effectu potiri non potuerint, si tamẽ efficere voluerunt: *l. 1. in prin. in verb. propter volũtatẽ. h. t.* nam pœnitentiæ ignocendum est. *l. qui falsam. 19 ad leg. Corn. de falsis.* Item qui fimo corrupto aliquem perfundit; aut ad iniuriam publicam lacus fistuláue aquarum contaminat. *d. l. 1. §. 1.* qui puerum puellámue de stupro interpellat: atquè hic quidem perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in insulam deportatur: *d. l. 1. in fin.* qui cœtus illicitos habent. *l. 2 hoc tit.* quæ data opera partum abigit: *l. 4. hoc ti.* hæc in temporale exilium datur, si fœtus necdum 40. dierũ sit *d. l. 4. vbi glo.* quod si maior fuerit, cũ viuere præsumatur, legi Corneliæ de sicariis potius quàm legi Pompeiæ de parricipiis locus erit. *l. 1. ad l. Pomp. de parr. l. pen. C. de sicar. l. si mulierem §. eo. tit. Cicero pro Cluentio. l. si quis. 38. §. abortionis. l. Cicero. 39. de pœn. c. 2. de homic. Ord. imp. cap. 133. & ita vsu seruatur.* item qui annonam flagellant: falsisue mensuris in vendendo vtuntur; *l. annonam. 6. hoc tit. l. penul. §. de fal.* qui iure Sax. propter solum fum, exilio plectuntur quòd si porrò falsas mẽsuras etiam fecerint, fustigantur. *Chilia. in pract. tit. von der pœn falscher. mass, &c. per art. 13. Landt. lib. 2.* Denique omnis generis delicta, quæ nulla certa lege vindicantur, extra ordinem coerceri solent: *d. l. annonam. l. pen. & l. fin. hoc t.* videlicet pro modo delicti, ætatis, aliarumq; circumstantiarum, ex arbitrio iudicis: *d. l pen. l. aut facta. 16. §. de pœn.* qui tamen modum excedere non debet,

l. hodie. 13. de pœn. nec ad pœnam capitalem, nisi ex grauissima causa peruenire: *d. l. 1. de furib. baln. l. 1. §. expilatores. de effrac. d. l. hodie. d. l. pen.* sed plerunque temporali relegatione, aut fustigatione, aut etiam mulcta erit contentus. *l. 1. 4. 6. 7. hoc titul.*

DE SEPVLCHRO VIOlato. Tit. XII.

C. 9. 19.

1 *Continuatio.*
2 *Edictum.*
3 *Pœna violantiũ sepulchra multiplex.*

1 IAm † in specie de quibusdam delictis extraordinariis, quæ edicto aliquo aut constitutione sunt comprehensa, dicamus. Ac primò de violatione rerum religiosarum, puta sepulchrorum, qua de re prætor ita ait: *l. 3. hoc titul.*
2 CVIVS † DOLO MALO SEPVLCHRVM VIOLATVM ESSE DICETVR, IN EVM IN FACTVM IVDICIVM DABO: VT EI AD QVEM PERTINEAT, QVANTI OB EAM REM AEQVVM ESSE VIDEBITVR, CONDEMNETVR. SI NEMO ERIT AD QVEM EA RES PERTINEAT, SIVE AGERE NOLET; QVICVNQVE AGERE VOLET, EI CENTVM AVREORVM ACTIONEM DABO. SI PLVRES AGERE VOLENT, CVIVS IVSTISSIMA CAVSA ESSE VIDEBITVR, EI AGENDI POTETATEM FACIAM. SI QVIS IN SEPVLCHRO DOLO MALO HABITAVERIT, AEDIFICIVMVE ALIVD QVAM QVOD SEPVLCHRI CAVSA FACTVM SIT, HABVERIT: IN EVM, SI QVIS EO NOMINE AGERE VOLET, DVCENTORVM AVREORVM IVDICIVM DABO. Ex hoc edicto iudicium infamiam irrogat: *l. prima. hoc titul.* quia dolum punit, *l. tertia. hoc titul.* cuius propria pœna est dedecus: *vide supra de dol. & de his qui notan. infam. §. vltim. Instit. de sus. tut.* pœnam pecuniariam inter fiscum & actorem diuidit. *l. lege. 25. §. vltim. de S. C. Sylla. atque ita potest accipi. l. 3. §. diuus. 5. hoc tit. dum iubet pœnam in fiscum referri.* Huc † etiam edictum Adriani pertinet: quo pœna 40. aureorum in eos statuitur, qui in ciuitate sepulchrum faciunt: eadémque pœna tenetur magistratus, qui fieri passus est. *l. 3. §. diuus. 5. hoc tit. vide Paul. lib. 1. tit. 21.* Illud etiam sciendum, eos qui cadauera spoliant, vel corpora ossáque extrahunt, seuerius, & interdum capite puniri. *l. 3. §. aduersus. 7. l. fin. hoc titul. l. 4. C. eod.* quod ad illos quoque porrigi potest, qui furcis affixos vel suspensos aut denudant, aut prorsus tollunt: item qui tempore mortis semimortuos & laborantes aut necant, aut deserunt sibi commissos, vt inedia, vel simili casu, citiore morbo perire cogantur.

DE CONCVSSIONE.

Tit. XIII.

CIcero *lib. 4. Tusc.* ait, terrorem esse metum concutientem. Quare concutere dicitur, qui percellit ac perturbat aliquem iniecto terrore. Hinc concussionis crimen appellatum, cum quis iudicij, magistratus, alicuiúsve potestatis quam habet metu, aut alio terrore, pecuniam alicui extorquet. *l. 1. & 2. hoc titu. c. militare. 23. quæst. 1.* Sed & qui ad aliud quid, puta ad contrahendas nuptias, *l. 1. C. si qua. præd. pot.* ad emendum, vendendum, cedendum, *l. principalib. vbi Dd. si cert. pet. l. penult. C. de his quæ vi met. caus. tot. tit. C. de contr. iud. &c.* iure aut terrore potestatis inuitum cogit, concutere videtur: vt & tum, cum vltra constitutum salarium imperiosè aliquid exigit. *Ias. in §. quadrupli. nu. 3. Instit. de act. c. quoniam. dist. 8. c. militare. 23. q. 1. Spec. de execut. §. 1. num. 5. & de recusat. §. fin. nu. 18.* Hoc porrò concussionis crimen extra ordinem punitur: *d. l. 1. l. quod euitandi. C. de condi ob turp. caus.* quanquam etiam pœna quadrupli, *l. 1. C. ad l. Iul. repet. l. fin. ff. eod. c. quoniam. dist. in. 18.* Senatusconsultis, *l. 1. ad S. C. Turp.* iudicio calumniatorum, *l. 1. de calum.* atque adeò interdum lege Cornelia de falsis *l. 1. §. 1. ad l. Corn. de fal.* coerceatur.

DE ABIGEIS.

Tit. XIIII.

1 *Qui sint abigei.*
2 *Quomodo puniantur.*

1 ABigei † propriè habentur, qui pecora (nam in hominibus plagium publico iudicio dignum committitur, *vide infra. de plag.*) ex pascuis vel armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, ac abigendi studium quasi exercent, oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes. Cæterùm si quis oues aberrantes, vel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur potius: *l. 1. §. 1. h. ti.* nisi sæpius abegerit, & hanc quasi artem exerceat. *l. fin. hoc tit. vide Paul. lib. 5. tit. 18.* Oues pro numero abactarum, aut abigeum, aut furem faciunt. Quidam decem oues gregem esse putauerunt: porcos etiam quinque vel quatuor abactos, equum vnum vel bouem ab armento abactum, abigeatus crimen facere. *d. l. fin.* Is quoq; qui à stabulo domitum pecus abducit, non à sylua, vel grege, plenius & grauius coercetur. *d. l. fi.*

2 ¶ Abigeatus crimen publici iudicij non est, quia furtum magis est. Sed tamen quoniam ferro plerunque abigei vtuntur, si deprehendantur, grauiùs furto, eorum admissum punitur: *l. 2. h. t.* Cùm durissimè, ad gladium damnari, *l. 1. in prin. hoc tit.* aut bestiis obici solent, *d. l. 1. §. quanquam. 2.* Puniuntur autem durissimè, non vbique, sed vbi frequentius hoc edictum est: *d. l. 1. in prin.* item cùm gladio abigunt, *d. l. 1. §. 2. tan-*

quam grassatores. Cæteroquin humiliores in opus temporarium damnantur: honestiore loco nati, aut relegandi sunt, aut ordine mouendi. Sed & hoc notandum, qui pecuniam vel capram abegit, non tàm grauiter quàm qui maiora animalia abigunt, plecti oportere. *d.d.l.1.§.1.& 2.* Receptatores porro abigeorum decem annis extra terram Italicam relegari voluit Adrianus. *l.fin.in fin.hoc tit.*

DE PRÆVARICATIONE. Tit. XV.

1 *Qui sint præuaricatores.*
2 *De publico iudicio in præuaricatores.*
3 *De priuato.*

1 PRæuaricatorem † à varicando dictum esse, verius est. *l.præuaricatores.212.de verb.significat.* Varicari autem in transuersum ire significat, à varicibus ciurum, teste Nonio: quibus qui laborant, rectà incedere nequeunt. Præuaricator, inquit Vlpian. *l.1.h.tit.l.2.§.fin. de hu qui not.inf.* est quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait. nam is qui præuaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimò ex altera, cui se aduersarium simulauit. de qua etymologia etsi probabiliter disputari potest: *Cic. in partit.Orat.* tamen verius est, à varicãdo præuaricatorẽ dictũ. *Alc. in d.l.priuari atores.* Nam & Labeoni syllabæ ratio aduersatur, quæ in Varicando Præuaricatoréque producitur, cum Varius primam corripiat. Alibi idem Vlpian. *in d.l. præuaricatores.* Præuaricatores, inquit, eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. Præuaricationis iudicium aliud publicum, aliud mo-
2 ribus inductum est *l.3.h tit.* Publicum † est, cum quæritur de præuaricatione eius qui publico iudicio accusauit: isque propriè præuaricator dici potest. *d.l.1.h.tit. Cic.præall.loc.* Id autem ideo publicum est, cùm quia agitur de corruptela publici iudicij, tùm quod ex hoc extra ordinẽ eadem pœna publica afficiatur præuaricator, qua teneretur, si ipse in legem cõmisisset, qua reus propter præuaricationem absolutus est. *l.penul. h.tit.* Quare & infamiam hoc iudicium irrogat, *l.4.h.tit.l.4.in fin.de his qui not. infa.* exemplo pu-
3 blicorum iudiciorũ. *l.infamem.7.de pub.iud.* Ad † exemplũ huius, moribus & ex interpretatione introductum est aliud priuatum præuaricationis iudicium, in eum qui non quidem accusando, sed dum partes aduocati sustinet, & accusatori assistit, præuaricatus est: qui extra ordinem punitur: *l.1.in fin.l.3.hoc tit.l.1.* C. *de aduo. diuer. iud.* vt & is qui in iudicio non publico prodidisse causam arguitur. *l.1.in fin. vbi glos.l.2. hoc tit. l. 1.§.præuaricatorem.iuncta l.3.inf.ad S.C.Turp.* Hodie autem generaliter iis qui præuaricati sunt, pœna iniungitur extraordinaria: *l.2.hoc tit.* iure G vel ò Sax. mulcta.

DE RECEPTATORIbus. Tit. XVI. C. 9. 39.

1 *Qui sint receptatores, & quomodo puniantur.*
2 *An cognati receptatores puniantur.*
3 *Quando pœna cesset.*

B PEssimum † genus est receptatorum, sine 1
quibus nemo diu latére potest: & præcipitur, vt perinde puniantur atque latrones, *l.1. hoc tit.l.1. C. de hu qui latr.* dummodò opem iis tulerint: alioqui si tantum sciant & receptent, mitius puniendi videntur. *l.2.C.eod.gl.hic in l.1.* Receptator autem est qui maleficum receptat in suo vel alieno, præstãs ei causam se occultãdi. *d.l.1.§.quod autem. de ser.corr.* In pari hærẽt culpa, qui cùm apprehendere latrones possunt, pecunia vel suriptarum rerum parte accepta, dimiserunt: *l.1.in fin.hoc tit.* quoniam cum publicè interfit delicta puniri, magistratui eos tradere oportuit. *d.l.1.& 2.C.eod.* Sed † apud quos affinis 2
vel cognatus latro seruatus est, hos neque absoluendos, neque seuerè admodũ puniendos constat. Non enim par est horũ delictum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt. *l. 2.hoc tit.* Si enim suum sanguinem quomodocũque redimere licet, *l.1.ff.de his qui mor.sibi consci.* certè & suorum: *Iaf. & Dd.in l.3.de instit.& iur.* cum parentes magis solicti sint de liberis quàm de seipsis. *l.instit. 8.sup. de eo quod met.caus.* Quare agnoscendum aliquo modo est iis, qui consilium pro tuendis suis capiunt. *l.nec in ea. 22.ff.ad l.Iul.de adulter.l.milites.de re milit.* Itaque nec in totum excusantur, nec seuerè puniuntur, sed mulcta iis pecuniaria pro modo delicti & facultatum imponitur. *Bonf. in pract. crimin.tit.de recept. l.12.h.t.l 2.§.si eum.de lib. hom.ex l.1.Cod.de recept.arbit.* quæ pœna etiam iure Sax. in vniuer-
E sum videtur obtinere, *lib.3 art.23.* nisi in grauioribus delictis, cumq; etiam opem receptatores præstant. *lib.3. art.72. vide omnino Fachf. diff.58. per art.25.lib.2.Reinh.diff.pœn.10.& 44.* Porrò † 3
receptatorum pœna nò tenetur qui ignarus est maleficij: *l.2.C.de his qui latro. l.quo naufragiũ.§. non tantùm. de incend. ruin. naufrag. l.si quis seruum.C.ad l.Flau. de plagiar. l. quicunque.§. quòd si seruus. C.de ser.fug.* sed & in priuatis delictis, puta vulneribus illatis, iniuriis, &c. ea cessat: vt memini aliquando iudicatum.

DE FVRIBVS BALNEAriis. Tit. XVII.

FVres nocturni, quia diurnis atrociores sunt, nec proditoribus dissimiles. *Senec. vltim. declam.Cuiac.obs.11.cap.27.* extra ordinem audiendi sunt, & causa cognita puniendi: dummodò sciamus in pœna eorum operis publici temporarij modum non egrediendum. *vid.lib.2.iur. Sax.art.13.* Idem est & in balneariis furibus. *l.1.*

hoc tit.

hoc.t.Paul.lib.5.tit.3. Etsi autem & alij fures extra ordinem accusari possunt: *l.fin.de fur.* tamen quoniam in iis pœnam ordinariam iudex excedere non solet, hos autem fures grauius castigari publicè interest, eo visum fuit de istis spec.alem titulum proponere. Ideo autem diutius puniuntur, nocturni quidem, quòd tenebræ ad furtum faciendum opportunæ, atrocius reddant delictũ: *l.fin.inf.tit.1.l.itaque.5. ad l. Aquil. Paul. lib.5.tit.19.& 20.* balnearij autem, quia propter communem balneorum vsum, & quoniam nu-
B dis ibi atque aliud agentibus hominibus facilius quid surripi potest, grauioribus sanctionibus vestimenta lauantium ab iniuriis defendi publicè omnium maximè refert. *l.3.in fin.ff. de off.præf.vigil.* Nam in vniuersum, quò occultius & impunitius committi flagitia possunt, eò deprehensa acerbius, maioréque iurisdictionis seueritate sunt castiganda. *l.presbyteri.8.C. de episcop.& cler.Paul.lib.5.tit.3.19.20.*

DE EFFRACTORIBVS & expilatoribus. Titul. XVIII.

1 *De pœna effractorum.*
2 *De pœna expilatorum.*
3 *De pœna sacculariorum.*

1 DE his † qui carcere effracto euaserunt, su-
D mendum supplicium diui fratres rescripserunt. *l.1.h.t. l.in eos. 13.ff.de custod.reor.vbi vide.l.milites. 13.§. eius. de re milit.* Quod etsi Dd. passim sequuntur, *Bart. Angel. Alb.in l. pen.ff. de custod. reor. Boss de effr. carc* siquidem incarceratio debitè facta sit: *Bart.in l.vii eius. C. de probat.Boss. de carc. num.5.* tamen tantummodò verum esse arbitror, cum carcer summi Principis effingitur (qua in specie hoc rescriptum intelligo) atque ita crimẽ læsæ maiestatis, ob violatam Principis custodiam committitur: *l.4.§.fi. ad l.Iuliam maiest.* in aliis inferiorum carceribus non itẽ. *per ea quæ tradit Iaf. in §.pœnales.nu. 102. & 107.Inst.de actio.* Quod si porrò per negligentiam custodum, contra quos præsumitur, *l.fin. hoc t.gloss.Bal.in l.cum ita.§.species.de legat.2.Alexan. cons. 156.vol.2.Boss.de carcer. num.7.* euaserint, mitius puniendi sunt: *d.l.1.* vt & reliqui effractores, puta qui furti gratia parietem aut o
F stia effringũt. Nam hi siquidem viliores sint, in opus damnari, honestiores ordine moueri, aut relegari solent. *d.l.1.& 2.* Eáque pœna arbitraria etiam hodie plurimum vtimur, quãuis vim ædibus illatam supplicio videatur ius Sax. vt & statuta multarum ciuitatum, vindicare. *Vueith. art.38. vbi glo.& Land. lib.3.art.67.* quod tamen nisi in atrocissimis, irrogari non solet, sed tantùm pena ciuilis pecuniaria, puta vuerigeldiũ, &c. Nocturni effractores grauius puniuntur: fustibus enim cæsi damnantur in metallum. *d.l.2.* G Itẽ si non modò furti gratia effractura facta sit,

A sed etiam furtum subsecutum; quo casu, concurrente vtroque delicto, pœnam capitalem constituto Imperij irrogat. *Ord. Imper. 159.& 160.* Eodem † modo animaduertitur in expilato- 2
res, qui sunt fures improbiores. *d.l.1.l.si te expilasse.C. ex quib. caus. infam.* Expilatores, inquit Alc. *in 2. Verrin.* sunt, qui ne pilum quidem in corpore spoliatorum relinquunt. vnde apparet eos propriè dici, qui per vim vestimentis, aut pecunia hominem exuunt: qui λωποδύται à vestium ereptione. Demosthenei appellantur. Sed
B hoc crimen, præsertim si noctu committatur in magnis vrbibus, vt Antuerpiæ, quæ patria mihi est dulcissima, irremissibiliter capitale est, quẽadmodum & cum in via ac itinere fit: nihil enim, propter violentiam, distat à grassatione. Saccularios † etiam impostores, quos Græci 3
ψηφολόγους aut ψηφοκλέπτας, Germani *Spitzbubẽ* appellant, qui veritas in sacculo artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt: item
C directarios, qui in aliena cœnacula se dirigunt, & insinuant furandi animo, eadem extraordinaria pœna manet. *d.l 1. l.sacularij.de ext. crim. vbi vide annot. Russardi.*

EXPILATÆ HÆREDITATIS. Tit. XIX. C. 9. 32.

1 *Continuatio: & quare furti actio in re hæreditaria cesset.*
2 *Quibus, contra quos detur.*
3 *De pœna expilatorũ: et ad quid detur.*

D CVm † hæreditas expilatur, palàm est, an- 1
te aditam hæreditatem vel ab hærede possessam, furti agi non posse: *l. hæreditaria. 70. de furt.* 5. quia nullius in bonis res hæreditariæ tunc temporis fuerint, *l.si homo.35. de vsucap.l.si.is.65.§.1.l.hæreditariæ.70.de fur. l.cum hæredes.23. de acquir.poss.* Itaque quamuis hoc nomine ciuiliter rei vendicatione, *l.aduersus.4. C. eod.* aut petitione hæreditatis agi potest: *l.3.hoc tit.* tamen quia his actionibus possessio tantùm
E reuocatur, non etiam coercetur crimen: visum fuit, cessante furti actione, extraordinario iudicio fraudem expilatæ hæreditatis vindicare, *l.* 2
2.hoc t.l.fin.C.eod. Hæc † actio datur iis quorum interest, *l.4.hoc tit.* aduersus eos qui surripuerũt,
F etiam vitricum, *l.2.C.eod.* aut nouercam *l.3.Cod. eod.* cum tamen de hæreditate patris non agitur. Nam in vniuersum vxor defuncti, de cuius hæreditate agitur, quamuis officio iudicis hoc nomine puniri possit, *Bart.in l.1. num. 4.rer. amot.* tamen expilatæ hæreditatis crimine non accusatur: quia nec furti cum illa agi potest, *l.penultim. hoc tit.d.l.4.C.eod.* sed tantùm condictione furtiua. *glo.Bart.& Dd.in l.3.in prin. ff.rer. amo. vbi dixi* Quare nec liberis defuncti, de cuius hæreditate expilata agitur, inter se vtilis erit hæc actio, si fortè frater, fratrẽ aut sororẽ quid

surripuisse ex parentum hæreditate, intendat. Nam neque furti tenentur: *l. serui. 17. de furt.* nec in cohæredem (cohæredes autem sunt fratres & sorores, in parentum successione) facilè hoc iudicium datur: *l. 3. C. famil. hercisc.* cùm quia in rebus communibus pro suo iure versari videtur, *l. merito. 51. ff. pro soc.* tum quòd abundè per iudicium familiæ hercíscundæ, & exacta per sacramentum eius qui suspectus est, rerum hæreditariarum declaratione, *l. fin. §. licentia. vbi glos. ad verb. illius.* C. *de iure delib. l. 2. C. quan. & quibus. lib.* 10. aut contra eum præstito in litem iuramento, *l. item. 20. §. restituere. 16. de petit. hæredit.* damnum hac fraude datum resarciatur, & purgetur dolus. *d. l. 3.* vt huic subsidiariæ actioni locus esse non debeat. *l. fin. C. eod. l. 2. h. tit.* Placuit tamen interpretibus, *in d. l. 3. fac. l. 1. C. eod.* si apertè cohæres in dolo hæreat & expilârit, eum hoc quoque iudicio teneri, perinde atque furti tenetur. *Dd. in d. l. meritò. pro soc. l. tres fratres. de pac.* Pœna † autem expilatorum hæreditatis
3 extraordinaria est, *l. 1. hoc tit. d. l. 1. ff. de effrac. vide Alb. in tract. stat. 4. parte. quæst. 91. Castr. consil. 31.* hoc est, arbitraria.

STELLIONATVS. Tit. XX. C. 9. 34.

1 *Quid sit stellionatus, vnde dictus.*
2 *Quibus hoc crimen obijciatur.*
3 *Quæ actio & pœna ex hoc crimine descendat.*

1 PLinius lib. 30. cap. 3. scribit, † stellionem animal esse lacertæ simile, quo nullum fraudulentius homini inuideat: indéque stellionum nomen in maledicum translatum. Stellionatus † autem crimen obiicitur iis qui dolo
2 quid fecerint, scilicet si in aliud accusationis genus res non cadat. Quod enim in priuatis iudiciis, est de dolo actio: hoc in criminibus, stellionatus persecutio. Vbicunque igitur titulus criminis deficit, ibi stellionatum obiiciemus. Maximè autem in his locum habet, si quis rem fortè alij obligatam aut datam, dissimulata priore obligatione alij distraxerit, obligârit, in solutũ dederit. *l. 3. hoc tit. l. 1. 2. 4. C. eod.* Sed & si quis merces supposuerit, suppresserit, vel obligatas auerterit, vel corruperit: æquè stellionatus tenetur: item si quis imposturam fecerit vel collusionem, in necem, hoc est, fraudem & damnũ alterius. *d. l. 3.*

3 ¶ Actio stellionatus, neque publicis (quia ex nulla pub. iudiciorum lege oritur) neque priuatis (quando pœnam priuato debitam nullã pe[t]at) iudiciis continetur: *l. 1. h. tit. l. 3. C. eod.* ideóque nec animaduersionẽ legitimam habet, cum legitimum crimen non sit. Solent autem ex hoc crimine extra ordinem plecti. Neque tamẽ debet pœna in plebeiis opus metalli egredi: in iis autem qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio aut ab ordine remotio retinenda est. *d. l. 3. §. pœna.* Stellionatus iudicium famosum non est, sed coercitionem extraordinariam habet. *l. 2. hoc tit.* videlicet nisi ex eo crimine descendat, quòd etiam in priuato iudicio infamiã condemnato importet. *l. infamem. 7. infr. de publ. iud.* verbi gratia, si quis ex aperto dolo condemnetur: tunc enim, quia & priuatum doli iudicium existimationem notat, dicendum est, & crimen stellionatus damnato labem aspergere. *l. quid ergo. 13. §. fin. de his qui not. infam.* secus si dolus in contractu sit, de quo iure ciuili non actione doli, sed ea que ex contractu descendit, quæreretur: quæ cum existimationem non lædat, *l. cessat. 31. de act.* consentaneum est, nec stellionatus iudicium extraordinarium hoc casu opprobrio esse. *l. tutor. 16. §. 1. de pign. act. d. l. 1. 2. & 4. Cod. eodem.*

DE TERMINO MOTO. Tit. XXI.

TErminorum auulsorum non hodie mulcta pecuniaria est, sicuti ex lege agraria C. Iulij Cæsaris, qui necdum constituta monarchia mitius agendum putauit: *l. 3. hoc tit.* sed pro conditione admittentium, extraordinaria pœna eiusmodi admissum vindicatur: puta relegatione, verberibus, *l. 1. & 2. hoc titul. Panorm. in c. ex literis. n. m. 13. de probat. &c.* Iure Saxon. qui ignorans amouet, 30. solidis mulctatur: qui sciens, grauius, pro qualitate delicti. *Landt. lib. 2. art. 28. Fachs. diff. 65. & Reinhar. diff. penal. 2. vide etiam Deut. 16. & 27.*

DE COLLEGIIS ET corporibus. Tit. XXII.

COllegæ (inquit Varro) sunt, qui vnà lecti sunt, ad idem videlicet munus, eandémque potestatem, quasi coelecti. *l. collegarum. 173. de verbor. signif.* Hinc collegia dicta, conuentus & concilia opificum, aut aliorum eandem artem exercentium: in quibus qui dant nomina, eliguntur: dum tamen ne pauciores tribus sit. *l. Neratius. 85. de verbor. signif. Cic. in Orat. pro domo sua.* eiusmodi nonnulla à rege Numa fuerunt instituta. *Plin. lib. 35. cap. 12. & Plutar. in eius vita.* Sed cum multa improba, præsertim intempestiuis & sumptuosis comessationibus, aduersus leges & ordinum concordiam, ac disciplinam publicam, prætextu talium conuentionum improbi machinarentur: *Liuius lib. 39. Suet. in Aug. cap. 32.* Primum Senatusconsulto huiusmodi conuentus collegiáque prohibita sunt: nisi quæ specialiter propter aut religionem, vt Iudæorum, aut vsum reipub. essent approbata, vt publicanorum, pistorum, nauiculariorum, *l. 3. h. tit. &c.* Postea eam rem & Imperatores curæ habuerunt: *l. 1. & 3. hoc tit. l. 1. quod cuius. vniuers. l. conuenticula. 15. C. de episc. & cler. Sueton. in C. Iulio Cæs. cap. 42. vide Cuiac. lib. 7. cap. 30.* extátque

extátque ea de re Traiani rescriptum in epistolis Plinianis. Etsi autem qui collegium illicitũ vsurpat, contra constitutiones & Senatusconsulta facit, cóque reus Maiestatis & legis Iuliæ de vi publica, atque ex his legibus puniendus videatur: *l. 2. hoc tit. iun. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. & l. qui cœtu. ad l. Iul. de vi publ.* tamen apparet olim collegium illicitum solere dissolui, & pœnam mitiorem fuisse, ac planè extraordinariam: *l. 1. in prin. hoc tit. d. l. conuenticula.* vnde & hic titulus inter extraordinaria iudicia est collocatus.

DE POPVLARIBVS actionib. Tit. XXIII.

SCiendum etiam est, plerorúmque criminum, præsertim extraordinariorum accusationes, quia ius publicum populi tuentur, *l. 1. hoc tit. vide Gouea. l. 1. in fin. de iurisdict.* esse populares, & cuilibet de populo competere, qui tamen integræ sit existimationis. *l. 4. hoc titul.* Quòd si plures concurrant, prætor eligit maximè idoneum: *l. 2. hoc tit.* ac potissimè eum cuius interest: *l. 3. hoc tit.* Mulieribus & pupillis populares actiones non dantur, nisi cum ad eos pertinent. *l. mulieri. 6. hoc tit.* Omnes populares actiones neque in hæredes dantur, neque supra annum extenduntur. *l. fin. hoc tit.* quod de ciuilibus & extraordinariis iudiciis accipiendum est: de quibus in hoc libro est actum, & ad quæ hic titulus refertur. nam publica iudicia quamuis etiam popularia sint, tamen plerunque viginti annis durant. *l. querelam. C. de fals.*

DIGSTORVM LIBER XLVIII.

DE PVBLICIS IVDICIIS. Tit. I.

1 *Quæ sint publica iudicia.*
2 *Causa efficiens.*
3 *Materia.*
4 *Forma exercendorum pub. iudiciorũ.*
5 *Finis.*
6 *Effectus.*

1 TRANSGREDIAMVR † ad iudicia publica, quæ ita appellata sunt, authore Iustiniano, quòd cuiuis ex populo executio eorum plerũq; detur: *Inst. de pub. iud. in princ.* vel potius quia in iis de crimine publico, quod omnes tãgit, quæritur. *l. 4. C. de hæret.* Non omnia autem iudicia, *l. 1. h. t. l. stellionatus. ff. de crim. stell. Cuiac. obseru. lib. 8. c. 35.* in quibus crimen vertitur & accusatur, publica sunt, sed ea tantùm, quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt: vt Iulia maiestatis, de adulteriis, Cornelia de sicariis, *l. 1. hoc tit. vide quæ dixi Inst. eod.* &c. hoc est, quæ publica esse certa aliqua lex voluit ac decreuit. Publicorum iudiciorum quædam capitalia sunt, quædã non capitalia. Capitalia sunt, ex quibus pœna, mors aut exiliũ est, hoc est, aquæ & ignis interdictio. Cuius in locum hodie deportatio successit: *l. 3. ff. ad l. Iul. pecul.* per hanc enim eximitur caput de ciuitate, quod instar mortis est, & certè ciuilis mors appellatur. *l. 1. §. fin. de bon. possess. contra tab. l. 4. ff. qui satisd. cogan.* Cætera exilia, non exilia propriè, sed relegationes dicuntur, cum ciuitas retinetur: quemadmodum & Ouidius in Pontum remotus, disputat, se non exulem, sed tantùm relegatum esse. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio & relegatio pœna est. *l. 2. hoc tit. §. 1. Inst. eod.*

2 ¶ Causa efficiens publicorum iudiciorum, est certa aliqua lex, *l. 1. hoc tit.* vt & Cic. *in 7. Verr.* pluribus locis testatur: quæ modum & formam inquirendi puniendíque alicuius delicti præscribit. Hæc iudicia olim in prouinciis exercebant præsides & Procoss. in vrbe quæstores rerum capitalium, qui ad hoc specialiter, cum esset opus, populi electione constituebantur: *l. 2. §. & quia. ff. de orig. iur.* sed posterioribus temporibus, translato in Augustos populi iure, & ab his magistratu rerum criminaliũ perpetuo creato, præfectura vrbana omnia sibi crimina in vrbe commissa vendicauit *l. 1. ff. de off. præf. vrb.*

3 ¶ Materia circa quam versantur, sunt grauiora delicta: quæ cum publicam & singulorum turbẽt tranquillitatem, vindicari publicis iudiciis propter exemplum publicè interest. *l. congruit. 13. de off. præs.*

4 ¶ Ordo exercendorum olim publicorum iudiciorum, cuius Cic. *pro Ros. Ame. pro Mil. & aliis locis.* & alij *Ascon. pro Milo. & in Verr. Liuius lib. 1. in historia Horatij.* meminerunt, in vsu esse desiit: durante tamen legum pœna, cum extra ordinem & solennitatem antiqui iuris, crimina probantur. *l. ordo. 8. hoc tit. l. lex. §. vlt. ad l. Iul. repetund. l. vltim. ad l. Fab. de plagia. Cuiac. ad Paul. lib. 5. tit. 12.* quare de eo ordine superuacuum est plura verba facere. Illud sanè ad formam adhuc pertinet, quòd procurator in istis iudiciis neutra ex parte admittatur, *l. penul. §. 1. hoc tit. l. antepenult. C. de accusat.* nisi ad probandas absentium excusationes: *l. inter. 10. hoc t.* quòd accusatio & totus processus vsitato solẽníque more sit conficiendus, vt paulò pòst ostendemus: *ad titul. de accusat.* quòd præses vel alius qui cognoscit, clariss. viros & peritiss. causarum adhibere: *l. custodias. 12. hoc tit.* neque pendente vno iudicio, aliud; *l. interdum. 4. vbi glos. & Dd. h. t.* non compensationes relationesque criminum: *l. is qui reus. 5. hoc tit.* neque probationes non luce clariores *l. fin. C. de probat.* admittere debeat. Adde

his, quòd iure nostro Sax. hæc iudicia ante meridiem & sub dio sint peragenda. *g'uf.vlt.art.61. lib.3.& text.art.69.eod.lib.*

5 ¶Finis est, cùm vt absoluatur innocētia, tum vt delicta sontium puniantur: quibus duabus rebus, præmio scilicet atque pœna, quasi anchoris ciuitatem retineri Solon arbitrabatur: vtque sublatis malis ac perniciosis hominibus, & seruetur disciplina publica, & alij exemplo commonefacti, consimilibus flagitiis abstineant. *d.l. congruit.* 13. vnde & Gellio, *lib. 6.cap.14.* τιμωρίαν, νουθεσίαν, καὶ παράδειγμα, & Iustiniano ad totius ciuitatis salutem hęc iudicia comparata dicuntur. §. 1. *Instit. de pub.iud.* Pulchrè in hanc sententiam Cic. *Philip.* 8. In corpore, inquit, si quid est eiusmodi, quod reliquo corpori noceat, vri ac secari patimur, vt membrorū aliquid potius quam totū corpus intereat: sic in reipub. corpore, vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputemus.

6 ¶Effectus horum iudiciorum est, quòd & accusatorem temerè aut dolo malo pericula alteri creantem puniant: *vide ff.tit.* 1. & reos conuictos non modò legitima ipsius iudicij pœna, verumetiam per consequentiam existimationis, interdum etiam bonorum iactura plectant. *l. infamem.7.hoc tit. vide ff.tit.de bon.damnat.* & interea dum agitantur, omnes alias ab eodem reo accusationes actionésque excludant. *l.qui de crimine.9.C.de accusat.l.2.§.fin de custod.reor.*

DE ACCVSATIONIBUS & inscriptionibus.

Tit. II. C.9.2.

1 *Dispositio sequentium titulorum.*
2 *Continuatio huius.*
3 *Sine accusatione an procedat iudicium, & de denunciatoribus.*
4 *Quid significet accusare.*
5 *Quid sit accusatio.*
6 *Causa efficiens.*
7 *Apud quem accusatio instituenda.*
8 *De remissionibus.*
9 *Qui accusare possint.*
10 *Qui accusari.*
11 *Materia.*
12 *Forma proponendæ accusationis, faciendæ inscriptionis, & formandorum libellorum.*
13 *Quomodo contra absentem procedatur.*
14 *Finis accusationum.*
15 *Effectus.*
16 *Quomodo extinguantur.*

1 POstquam † in genere naturam & vim publicorum iudiciorum vtcunque delineauimus; nunc sigillatim singulas eorum partes persequamur: & primo quidem quomodo constituantur: tum quot sint horum genera: postremò quomodo peragantur & ad executionem perueniant exponamus.

2 ¶In constitutione publici iudicij, necesse est ante omnia de accusatore & accusatione quæri: *author ad Herenn. lib.1.cap.5.* Quia † sine ac- 3
cusatore iudicium criminale non procedit, *l. quamuis.19. C. de adult.l.vlt.ff.de priuat. delic.l.rescripto. 6.§.si quis. de mune. l.pen. C.de his qui accus. l.si.cui.hoc tit.c.1.vt Eccles.ben.sine.dim.c.1.de accus.* vt nec ciuile sine actore: *l.inter.62. de iud. Dd.in Rub. ff. & extr.de iud.c.forus.5. de verb.signif.* nisi cum ex publica fama, quæ loco accusatoris est, *c.cum oporteat.19.extr.eod. Panorm. in c.qualiter.17. eod.* magistratus in delicti authorem inquirit: *l. 2.§.si publico.ff.de adult.l.3.§.præterea.de sus.tut.l.penult. C.de probat.l.nullum. C.de test.l.1.C.de custo. reo. l. ea quidem.7. C.de accusat. c.qualiter. 1. & 2. extr.eod. vbi Cano.* quod olim per denunciationes fiebat. Ne enim deficientibus accusatoribus delicta manerent impunita, quæ coerceri publicè interest, constituti olim erant stationarij seu irenarchæ. quibus publicè mandabatur, vt si quid grauius accidisset, id denunciarent magistratibus: *l. ea quidem.7.C.eod.l.1.§.quies.de off. præf.vrb.l.diuus.ff.tit.1.l.1.C.de furios. & sta.lib.12. Duar disput.lib.1.cap.38.* qui postea ex officio, sicuti fieri debet, nocentem conquirebant. *d.l.1.§. quies.l.4.ad l.Iul.pec.l.3 de off. præf.§.vlt.in Auth. de cella.l.1.C.de cust. reo.l.si quis.C.de episc.aud.* Denunciatorum autem in eo melior erat conditio, quòd exēplo accusatorum inscribere se non cogebantur. *c.super.17.ext.eod.*

4 ¶Accusare etsi generaliter significat aliquem ad causam dicendam vrgere. *c. forus §. accusator. de verb.signif. Alc.in l.qui accusare.C.de eden.* vnde accusationis nomine etiam ciuilis *d.l.qui accusare.l.ex iudiciorum. in fin.hoc tit.* actio & persecutio *l. viro.39.sup.sol.matr.* venit, sicuti cōtrà actio pro accusatione ponitur: *l.1.de crim.stell.tot. tit.C.quan.ciu.ac.præ.cri.* tamen obtinuit, vt propriè, accusare & accusatio, ad criminationes & delationes delictorum referantur. *vt hoc tit. &*
C.eod. Accusare † autem est, Azone *in Rub. Cod.* 5
de his qui accus.non pos. authore, aliquem reum criminis per libellum deferre, ad vindictam & pœnam: *l.cum rationib.16.l.1.l. non ignorat.9.l.si quis. 20.C.de his qui accus.non pos.l.libellorum.3.in verb. reum deferre.hoc tit.l.fin.de priu. del.l. 2.§.si public. de adult.* vel secundum Duar. *præal. loc.* Accusatio est maleficij alicuius apud iudicem delatio, ad vindictam publicam solenniter facta. Prima differentia sumpta est à materia, in verb.maleficij delatio.) nam in ciuilibus de pecunia agitur: in accusationibus, pœna publicæ vindictæ fisco debita petitur. *Ias.post alios in Rub.C.de iudic. glos.in l.3. de sepul. viola. Chil.in prac. cap.58.* Secunda à fine, ad vindictam publicam.) in pecuniariis enim, & iudiciis priuatis, ius nostrum petimus. *in prin.Instit.de act. in verb.quod sibi debetur.* Tertia à forma, solenniter facta.) hoc est, oblato

oblato libello, & facta inscriptione: *l.3.hoc tit.l.3. Cod. de his qui accusat. non poss.* qua nota accusatio ab extraiudiciariis delationibus ostenditur differre.

6 ¶Constituitur autem accusatio ex aliqua lege publica, vt diximus: *l.1.ff.tit.1.l.3.ff.de præuar.* ita tamen, vt coram idoneo & competente iudice instituenda sit, ab iis quibus accusandi ius est, contra reos quos accusare licet. De his igitur omnibus videamus, quandoquidem sine iusta harum personarum, vt ita dicam, legitimatione, accusatio ritè formari non potest.

7 ¶Quòd igitur ad eos pertinet qui de crimine cognoscunt, sciendum est, in prouinciis ad præsides & procoss. penes quos merum erat imperium, cognitionem executionémque criminum pertinuisse: *l.antepen.& l.pen. sup.tit.1.l.leuia.6.l.si cui.7.hoc tit.* & ad eum præcipuè, in cuius territorio crimen contractum esset. In ea enim prouincia agebatur causa, in qua erat delictum. *d.l.si cui.§.penult.l.fin. hoc tit.l. non dubium. 11.vbi gl.ff.de cust.& exh.reor.* nam & certius, quasi in re præsenti cognosci poterat, & consentaneum videbatur ibi extare exemplum pœnæ, vbi exemplum culpæ extitisset: vnde remitti eò rei solent. *l.solent.7.ff.de cust. & exh.reor. Auth.*
8 *qua in prouincia. C. vbi de crim.* Sed † hodie vix remissionibus vtimur, maximè cum non vni iā Principi, vt in Imperio Romano, omnes ditiones pareant, nec par in parem eiusmodi remissionis habeat imperium: *l.4.de recep.arb. Bart.in l.1.§.1.quod cuiusque vniuers.* quare plerūque sontes eo loci coerceri videmus, vbi inueniuntur, *l.1.C.vbi de crim.* etiam de delictis alibi commissis; *vide Bart.Bald.& Dd.in l.1.C.de sum.Trin.& in l.omnes. de iust. & iur.* maximè cum plerique sint vagabundi, nec certis locis commorentur. *vide l.1.vbi glo.& Dd.C.vbi de crim.Lanfran.in c. quoniam.verb.confessiones.num.11.de probat.Gand. de furt.punien. num.4. & tit.vbi delict. pun.* Quod obtinet, vbi reus apprehensus est. nam si lateat, aut in fuga sit, iure Sax. eo loci vbi delictum est, iudicium in fugitiuum constituitur: *vide Chil.in prac.ca.von der Acht.item ordin.Imper.eod.tit.* qui nisi veniat se defensurus, tertio in termino, reseruata iusti impedimēti excusatione, (*biß auff ehehafft*) pro conuicto condemnatur. In ipsa autem vrbe nulli permissum erat magistratui ordinario, ne Cos. quidem, de capite ciuis Roman. statuere, ex lege Valerij Publicolæ: quare quæstores à populo olim in singula delicta, cū opus esset, creabantur, qui capitalibus rebus præessent. Hi quæstores parricidij (id enim generale cædis nomen est) appellabantur, quorum lex etiam XII. Tab. meminit. *l.2.§ & quia. de orig. iur.* Sed has quæstiones Lucius Cornelius Sylla postea ab equitibus, qui cognitionibus præfici solebant, ad Senatum transtulit, pœnásque in pluribus delictis, & iudicia certa ac perpetua constituit: vt de falso, de cæde: idque eo fine & consilio, vt eádem forma institueretur semper quæstio, & certa pœna lege comprehensa locum perpetuò obtineret. *d. l. 2. §. & quia. Tac. Annal. lib. 3.* Quæ etiam quæstiones propterea Corneliæ dictæ sunt. Sed progressu temporis præfectura vrbis ab Augusto primùm constituta, omnia sibi crimina vindicauit. *d.l.1. de off. præf. vrb.* quanquam & latrunculatorū alibi meminerunt leges: *l. solemus. 61.§. 1.de iud.* quos verisimile est inquirendis per vias publicas & itinera latronibus ac grassatoribus, Reipub. foris operam nauasse, & ius eos coercendi habuisse: cuiusmodi Magistratus etiamnum in Belgico durare passim videmus.

9 ¶Porrò qui accusare possint, intelligemus, si scierimus qui non possint. Itaque prohibentur accusare alij propter sexum, vt mulier: *l.qui accusare.8 hoc tit.* nec enim publicorum munerum ac iudiciorum est particeps, *l.2.de reg.iur.* neque priuatas aliorum causas agere potest, *l.alienam. 18.C.de procurat.* nedum publicas: nisi suam, suorúmque iniuriam persequatur, *l.de crimine. Cod. qui accus.l.1.& 2.hoc tit.§.1.Instit. de susp. tut.* aut quæstio sit de atrocissimo crimine, quod quàm ocyssimè vindicari Reipub. intersit. *l.in quæstionibus.ad l.Iuliam.maiest.l.fin. ad l.Iul. de anno.l.2. hoc tit.l.13.hoc t.* alij propter ætatem, vt pupillus: *d.l.qui accusare.* extrà quàm si paternam iniuriā authore tutore vindicet. *l.2.hoc tit. l.2. C.qui accus. non poss.* adultos autem, quamuis 25. annis minores, accusare posse verius est. *Azo.in Rub. C.qui accus.num.4.per l.clarum. C.de auth.præst.& l.si maritus. §. lex Iulia arg. à contrario sensu. infrà de adult.* alij propter sacramentum, vt qui stipēdia merent. *d.l. qui accusare.hoc tit.l. non prohibentur.8.l.si crimen. C.qui accus.non.* nam nec procuratores priuatarum rerū esse possunt. *l.militem, 7 C.de procur.* multo minus Reipub. alij propter Magistratum potestatémve: quippe cùm hi impunè in ius durante Magistratu vocari nequeant, *l.32.de iniur. l.2.ff. de in ius vocand.* certè nec alios interea vocare atque accusare debent. *d.l.qui accus.hoc.tit.l.si maritus.15. ad l.Iul.de adult.* alij propter delictum proprium: vt infames, *d.l. qui accusare.* & iudicio publico damnati. *l. 4 hoc tit.* alij propter turpem quæstum: vt qui duo iudicia aduersus duos rescripta habent. *l. cum rationib. 16.C.qui accus. non pos. l. qui accusare.8.hoc tit. vide Cuiac. lib. 6 cap.12. obseru.* sufficit enim ex duobus vno tempore eos præmia accusatorum consequi, nisi iniuriarum suarum causa agant. *l. cum rationibus.16. C. qui accusa. l.inter.6. §.vlt.de adult. l.11.hoc tit.* Item qui nummos ob accusandum vel non accusandum acceperunt. *d.l.qui accus.l.eadem.§.1. & 2.ad l.Iul. rep.* Quidā propter suam conditionem, vt serui, *l.vix certis. 53.de iud. Azo.num.4.C.qui ac.* nisi in casibus exceptis: *l. nullo.ff.de fal.l.1.C. de prec. Imp. off.* filij contra parentes: liberti contra patronos. *d. l. qui accusare.* plerique ob suspicionem calumniæ; vt illi qui falsum testimonium subornati dixerunt. *l.2.ff. 9. hoc tit.* nonnulli propter paupertatem: vt sunt qui minus quàm 50. aureos in bonis habent. *l. nonnulli. 10. hoc tit.* Hi tamen

omnes, si suam iniuriam exequantur, moriémve propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur. *l.hi tamen. 11.h.tit.* Sed & propter consanguinitatem, de enormi delicto consanguineum accusare prohibemur, *l.si magnum. 13.l.propter.14.l.si sororem.18.C.qui accus.* quòd minus ex bona fide accusatio processura videatur: vt in amicis & coniunctis probat Cic. *in Diuinat. in Verrem.* Is etiam qui reus factus est, purgare se debet, nec ante accusare potest, quàm fuerit excusatus: *l.is qui.5.§.tit.1.l.1.l.neganda.C.* B *qui accus.* nam nec procurator pro alio antea esse potest. *l. reum. 6. C. de proc.* Plures autem simul vnum accusare posse, si simul concurrant, & omnium interfit, rectè cōtra communem disputat Duar. *Disp.lib.1.cap.39. per l.si accusatorib. C. de accus.l.3. de sepul.viol.* quanquam si ab vno accusatus iam sit, ab alio accusari de eodem crimine nequeat: *l. qui de crimine. C.eod.l.si tamen. 11.§.vlt.h.tit.* quia de vno delicto plus quàm semel quæri non potest: *l.si cui.7.§.1.hoc tit.* nisi pri C ma accusatio deserta sit, aut aliquo casu impedita. *d.l 11. in fin.l.3.vers.quòd si.hoc tit.* Sed de diuersis delictis rectè vno tempore alicuius nomē defertur: *l.qui de crimine.C.eod.* vt, Milo postulatus est ab Appiis de vi & de ambitu, de sodalitiis à P. Nerato. *Ascon. in ora.pro Milo.* Sed ne in diuersa reus distringatur, tātùm de vno, post de aliis respondere cogitur. *l.2.§.vltim.ff.de cust.reo. Sax. Land.lib.3.art.12. Reinhar.diff iud.33* vt in ac cusatione Milonis, primum iudicium fuit de vi: D eo expedito, de aliis cognitio futura erat, vt ostendit Ascon. Quòd si autem non conueniat inter plures, quinam accusare debeat, erit iudicis, magis idoneum eligere: *l.si plures.16.hoc tit. l. 3.de lib.ho. exh. l.si verò.§.hæc autem. de his qui deiece. l.si plures. de pop.act. l.2.§.fin. de adult.* qua de re etiam eleganter disputat Cic. in Diuinatione in Verrem. Vocatur enim hæc quæstio, diuinatio: quòd disceptetur de iudicio futuro, ac diuinetur etiamnum quis accusare debeat. *Ascon.* E *in Diui. Cic. in Ver.*

10 ¶ Iam qui accusari possint, videamus: & constat, omnes posse, tàm mares quàm fœminas, tàm impuberes, quàm puberes, *l.pupillum.111.de reg. iur.* tàm liberos quàm seruos, *l. hos accusare. 22.§.omnib. hoc tit.* paucis exceptis. Excipiuntur autem absentes, contra quos offerri tantùm libellus potest: *l.absentem. C.eod.l.2.C.de exhib.re.* mortui, *l. antepen.hoc tit.l.fin.ff. ad l.Iul.maiest. per l.defuncto. 6.§.tit.1.* legati, & magistratus, *d.l.12.* F *hoc tit.* (nam cuius famæ, eius magis vitæ parcendum est: *l.si adulterium.38.§.pen.de adult.*) & seruti, in iis quorum pœna tantùm ciuitatem aut bona adimit: *d.l.hos accusare. §.omnib.hoc tit.* hæc enim in seruum non cadit. Nec qui accusatus est aliqua lege, de eodem crimine, alis legibus reus fieri potest: *d.l.senatus.14.hoc tit.l.qui de crimine.C.eodem.* dico De eodem: nam diuersorum nomine potest: *d.l.libellorum.§. sed si aliud. hoc tit. Azo. in Rub.C.eo.num.4. vide distinctionem Bald.* G *in l.1. num.2. & 3. C. si reus vel accus. mor. fue.* Sed

A & plures de vno admisso simul rectè accusantur: *l.1.C.si reus vel accus.mor fue.l. vim passam.38. §. penult. ff. de adulter.* de diuersis autem ab vno nō rectè, nisi suam iniuriam persequatur. *d.l.12. §.lege. hoc titul.l. cum rationibus. C.qui accusa.* Sed etsi quis semel crimine ac iudicio absolutus sit, non debet præses pati, eundem iterum de eodem accusari: *d.l.si cui.7.§.1.* nisi præuaricatione prioris iudicij approbata. *Paul. lib. 1.tit. 6.l.3 de præuari.l.4.§.vlt.de adulter.*

¶ Materia ei ea quam accusationes versantur, 11 sunt delicta: non quidem omnia, sed quæ publica & speciali aliqua lege vindicantur: vt & antea sæpe dictum est.

¶ Forma exercendarum accusationum vete- 12 ribus vsitata, *Ascon. pro Mil. Cic. in Ver. ad Heren. lib.1.c.5.* cum sit abolita. *l.ordo.§.tit.1.* alienū à nostro instituto sit, de ea verba plura facere. Id sciendum est, qui accersitur alicuius publici criminis, eum cum plurimùm ex vinculis causam dicere oportere, nisi personæ & rei qualitas leuiorem cautionem, puta prædes, aut promissionem cui relinquatur reus, impetret. *l.1.ff.tit.1.l.1. Cod.de cust. reo.l.2. C.de exh.re.* Sed ne innocentia cuiusquam temerè vim calumniæ patiatur, vtiliter prouisum est, ne id antè fiat, neu cuiusquam nomen inter reos referatur, priusquam qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculū inscriptionis, quo si in probatione deficiat, eidem pœnam quam reo intentat, obligatur, arripiat: custodiæ similitudinem (habita tamen dignitatis æstimatione: nam & satisdationes de exercenda lite admittuntur, *l.3. Cod.de his qui accus.non poss.*) patiatur, nec impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij. *l.penultim. & l.fin.C.eod.l.2.Cod. de exh. re. vide Cuiac.obs.lib.1.cap.20.* qua tamen formidine denunciatores, *d.l.ea quidem. Cod.eod.* & qui de leuibus accusant, *l. leuia.hoc tit. Azo. C.eod. nu.7.* liberantur: etiamsi nec horum calūnia remanere debeat impunita. *l.1. C.de decur.lib.10. l. diuus.de cust.re. vide ff. ad S.C.Turpil. in fin.* Libellorum autem inscriptionis conceptio talis est. Cos. & dies: Apud illum prætorem (ad hoc constitutum electúmq; in vrbe) vel Procos. (in prouincia) Lucius Titius professus est, se Mæuiam lege Iulia de adulteriis ream deferre: quòd dicat eam cum C. Seio ex ciuitate illa, domo illius, mense illo, Cossilis, adulterium commisisse. Vtique enim & locus designandus est, in quo adulterium cōmissum est: & persona cum qua admissum dicitur, & annus atque mensis: *vide omnino Iasin §.ex maleficiis.num.56. Instit.de actio.* neque tamen diem neque horam inuitus comprehendet. *vide omnino l.ff in l.2. §.si quis Ephesi. de eo quod certo loc.* Si quis tamen diem qui mensem demonstret, expresserit, non alia mensis nominatione opus fuerit: cum paria sint, aliquid certis verbis, vel certa designatione ac circumscriptione exprimi: *l.2. de lib. & posthum.l.geris. l.pro hærede. de acquir. hæred.l.si rem. de rei vendic.*

Si reus

Si reus item petat diem cōsignari, vt negatiuam A loco & tempore *Bar. in l. 11 qui reus.nu.16. de pub. iud. per l.2.§. 1. de eo quod cert.lo. & in l. libellorum. nu.13. de accusat. Boss. in prac. crim. de inquisit. num. 91.92. Ias. in l.2.§.si quis Ephesi. de eo quod cert.loc.* coarctatam, puta se tum temporis à loco delicti abfuisse, probare possit: æquum erit huiusmodi precibus locum dari. *l.optimam. C.de contr.stipul. Dd. in l.actor. C.de probat.* Solent etiam libelli accusatorij non tantùm in pœnā, sed etiam in torturam dirigi, hoc modo: Si reus factum inficias B eat, volo hanc actionem super his atq; his indiciis propositam esse: & ex illis quæstionem, ad eruēdam veritatem, reo decerni postulo. Quòd si libelli inscriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen, etiam illo non opponente, *Ias. post Bart. in l.3.nu.18. C. de eden. & in §.ex maleficiis.num.68. Instit.de act.* vnà cum libellis abolietur, & ex integro repetēdi reum potestas fiet. Neque enim potest vitiū libelli criminalis, puta omissio temporis, loci, &c. in probationum C articulis postea suppleri. *Ias. in d.§. ex maleficiis. nu 63.* Item subscribere debebit is qui dat libellum, se professum esse, vel alius pro eo, si literas nesciat. *l.3.hoc t.* quæ subscriptio ideo necessaria est, vt similitudo supplicij etiam certum accusatorem obstringat. Etsi autem hodie inscriptiones subscriptionésque obsoleuerūt, non tamen similitudo supplicij in calumniantibus cessat. *glos. in l.2. ad ver. peruiuli. C.de fid. instr. per l.1. C.de ad. diuer. iud. l.3.§. idem diuus. de testib.* Et ideo etiamnum custodia accusatori circundari solet, D donec de prosequenda lite, & resarcienda iniuria idoneè satisfdet. *l.3. C. de his qui accus. l.2. C. de exhib. reis. Angel. in tract. mal. ver. ad querelam Titij. Hip. in prac. crim §. diligenter. nu. 207. ord. Imp. cap.12.* Apud nos verò Sax. solummodò cautio pecuniaria de sumptibus litis & iniuria, perinde atque in ciuilibus, est interponēda: *Chil. cap.47. in prax. art.8. lib.2.* nec enim nomine accusationis & appositæ custodiæ actor vltra pecuniariā æstimationem tenetur. *Land. lib.1.art.68.* Institutā autem accusatione, relatóque inter reos nomine, eodem modo causa agitur per litis contestationem, exceptiones, probationes, &c. quo in ciuilibus agitari solet. *l.2. C. de exh. reis. l. qui accusare. C. de eden. l. adulterium. C. de adult. l. si maritus.15.§. præscriptiones. ff. de adul. Azo in Rub. C. eo. num.9.* Illud interest, quòd in criminalibus apta libelli cōclusione nō sit opus, imò ne conclusione quidem. *Bart. in l.2.§.si publico. nu.13. ff. de adult. & in l. libellorum. h. t. Ferr. in for. inquisitionu. ad ver. super.* puta ad certam pœnam. nam ea iure comprehensa est, (quod tantum præstat in criminali iudicio, quantum petitio agentis in ciuili, *Bald. in l.2. nu.2. C. de probat.*) ita vt suppleri à iudice possit: qui propter eandem rationem aliter potest condemnare quàm sit petitum. *Ias. latè in l. vnum. num.24. & 25. si cert. pet. Bart. in l. quod ergo. §. pœna. §. de his qui not. infa.* Item quod probationes requirantur euidentiores, *l fin. C. de* G *probat.* adeò vt in his præsumptiones non suffi-

ciant ad condemnandum, *l. absentem. de pœn. c. literas.14. de præsump. Cast. & Dd. in l fin. C. de probat. vid. ff. de accus.* sed tantùm ad absoluendum: *glo. in cle. vnic. ad verb. non volens. de homicid. Salic. in l. ea quidem. q.5. C. de accus. Hipp. cons.61. post reditum. num.31.* nisi, vt Dd. tradunt, in delictis quæ tantùm per coniecturas & præsumptiones probari possunt *l. non omnes. 6. §. à Barbaris. de re mil. c. afferte. c. literas. 12. de præsumpt. Bald. in l. quicunque. per illum vex. de seru. fugit. l. si qui.33. C. de adul. c. ex literis. c. tertio lot. de pro. Bart. in l.2. §. fin. & l. capite 25. de adult. Dd. in l. fin. C. de probat. vbi dixi. Euerat. in præam. loc. legal. in prin. Chilian. in prac. cap.2. num.9. Schurff. consil.38. centur.1.* quod alibi excussimus. *vide ff. de adulter. & l. fin. C. de probat.* Item quod reo defensio permittenda sit, etiamsi appareat iustam non subesse: *Hipp. in prac. §. quoniam. num. 31. & 32.* non modò in termino probationis, sed etiam post conclusionem in causa, atque adeò post ipsam quoque sententiam. *Hipp. in l. vnius. §. cognitum. nu.36. & 37. de quæst. & in præct. crim. §. occurrunt. num.3. & in §. sequens. num. 8. & 9. Gaudin. de homicid. num.5.6.* Imò neminem etiam nocentissimum damnari posse volunt, nisi termino defensionis ante omnia concesso atque assignato. *Angel. in tract. malef. ad verb. qui iudex inquisitus. numer. 1. Hipp. præall. loc. passim.* Quin etiamsi reus defensionem prætermittat, potest iudex sumere personam rei, & eius defensionem prosequi: *l.si non defendatur. de pœn. l.1. in fin. de quæst. Bart. in l. libellorum.5.§.si accusator. num.4. h. tit.* sicuti contrà, desistente aut impedito accusatore, ex officio accusationem pertexere inchoatam. *Bar. ibi. nu. 5. & 7. Bald. in l. vlt. C. si accusat. c.1. de collus.* Item quòd celeriter examinatio fit conficienda, *l. properandum. C. de iud. tot. tit. C. vt intra cert. temp. quæst. crim.* ne reus diuturna custodia affligatur. *l.1. & tot. tit. C. de custod. reor.* Sanè leuia crimina audire & discutere de plano procos. oportet. *l. leuia. 6. h. tit.* Itaque multo magis in his sufficiet E qualis qualis petitio, nec nocebit inepta conclusio: nam quod de necessitate non requiritur, si ineptè interueniat, non vitiat actum. *Ias. in d. l. vinum. num.33. per l.1. in prin. C. de rei vx. act. cum alijs ibi alleg.*

¶ Et hæc quidem ita se habent, cum vtraque 13 pars præsentiam sui in iudicio facit. Sed quia plerunque sontes fuga sibi consulunt, priusquā in vincula coniciantur, videamus quomodo contra absentes accusatio procedat. Et quamuis rescriptum est, *l. absentem. 6. C. eod.* absentem capitali crimine accusari non posse, multò verò minus damnari, etiamsi contumaciter absit, *l. 5. inf. de pœn.* sed tantùm bona eius annotari, & post annum publicari: *d.l. absentem. l.1. & 2. C. de req. re.* tamen vsu apud nos inualuit, vt ter per interualla dierum 14. citetur reus: post quæ si non compareat, nec absentiæ excusationes alleget, pro conuicto habetur, & banno Imperij proscribitur, vt impunè postmodum interfici F possit. *Chilian. in tit. von der Acht.* Econtrariò si

contumaciter desistat, & frustretur accusator, statuit ei terminum iudex accusationis prosequendæ: post quem reus ab obseruatione iudicij, vt in ciuilibus, absoluitur, *l. 4. C. eod. l. sæpe. 7. C. de his qui accus. non poss.* vide *gl. & Bal. in l. vnic. in fine. C. vt nem. inuit. ag. & in l. diffamari. C. de ingenu. manumis.* ita tamen, vt ab alio accusari possit: *l. accusator. §. tit. 1.* eámque rẽ accusatores moribus impunè ferunt plerunque, quamuis iure ciuili aliter atque aliter temeritatẽ & contumaciam eorum punitam fuisse constet: *l. 4. C. eo. l. qui crimen. C. de iis qui accusa. d. l. 5. §. pen. de pœn. l. 1. C. vt intra cert. temp. Angel. in tract. mal. ad verba, & ad querelam. nu. 65. cum sequen. Hip. in pract. §. quoniam. num. 47.* Sed pœnam extraordinariam etiamnum durare apud Sax. præsertim calumniantibus accusatoribus, verius videtur. *Zobel. in glos. noua. Landt. lib. 2. art. 8.*

14 ¶ Finis accusationum idem est qui publicorũ iudiciorum, vt videlicet delicta puniatur: quod Reip. ad communem salutem & tranquillitatẽ interest. *Cic. in 1. in Ver. Cic. Off. lib. 3.* de accusatione: Sin, inquit, erit, cur faciendum sit sæpius, Reipub. tribuat hoc muneris, cuius inimicos vlcisci non est reprehendendum: modus tamen adsit. duri enim hominis, vel potius vix hominis esse videtur, periculũ capitis inferre multis.

15 ¶ Effectus accusationis est, vt ea impleta, pœnæ à legibus ordinatæ per sententiam reus subdatur: *l. 5. §. tit.* Imon impleta, aut derelicta, reus quidem absoluatur, accusator verò pœnas talionis, al·ásve de quibus paulò antè diximus, & verò postea dicemus, ad S. C. *Turpil.* incurrat.

16 Non † impletur autem accusatio, vel quia impeditur *l. libellorum. §. accusator. h. tit.* aut deficit in probatione accusator, vel quia soluitur cessátq; iudicium, aut per mortem actoris, *l. 2. §. fin. h. tit.* (nisi iudex ex officio, velut supernotorio procedere, & iudicium prosequi velit, *Bald. in l fin. C. si accusat. vel reus. per l. 2. C. de abolit. Bart. in l. libellorum. §. si accusator. nu. 5. & 7. de accusat. c. 1. C. collus.*) vel rei: *vide l. 1. & 2. C. si accus. vel reus mort. fuerit. l. defuncto. §. tit. 1. l. ex iudiciorum. 20. hoc tit.* aut per contumaciam eorundem (vt supra dictum est) aut quia indulgentia principali abolentur: *tot. tit. C. de abolit. & de general. abol. vid. l. 3. C. de episcop. audien.* aut quia vel instantia biennio, *l. properandum. C. de iud. l. 2. C. vt intra cert. temp. l. vbi. C. de fals.* (olim anno, *l. reus. de numer. l. 1. & 2. C. Théod. vt intra cert. temp. Cuiac. obser. lib. 1. cap. 8.*) vel lis ipsa præscriptione 20. annorum eliditur: quo tempore omnia criminalia iudicia, quæ breuioribus spaciis conclusi non sunt, circumscribuntur. *l. querela. vbi Dd. C. de falsis.*

DE CVSTODIA ET exhibitione reorum. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Quando quis custodiæ vel vinculis mancipandus.*
3 *Mulieres non tradi custodiæ.*
4 *Pœna captiuorum fugientium.*
5 *Pœna custodum fugiente captiuo.*
6 *Pœna fideiussorum.*

POst † accusationem institutam, ordinarium est, vt reus in vincula aut custodiam coniciatur, ne elabi possit: *l. fin. C. de accus.* præsertim si confessus fuerit. *l. 7. hoc tit.* nam † tũc pro conuicto habetur: *l. 1. de confess.* antè verò quàm quis conuincatur, non temerè vinciendus est in custodia, sed asseruandus: *l. 2. C. de exhib. re. vide Paul. lib. 5. tit. 31.* nisi de grauissimo aliquo crimine agatur, *l. 3. d. carceri. 9. hoc tit. Landt. lib. 2. art. 9.* aut crimen notorium sit vel confessum, *l. 3 l. si confessus. 5. h. t. Bart. in l. 1. h. t. Bald. in l. 2. C. eod. vi. de Land. lib. 2. art. 9.* Sanè † mulieres ne custodiæ tradantur, Iustin. propter sexus pudorem, iniuriæ custodum ac captiuorum obnoxium, rectè sanciuit. *Auth. hodie. C. eod.*

¶ Porrò custodiæ traditi si effugiant, quamuis alioqui innocentes ex eo crimine inueniantur, propter quod impacti sunt, puniuntur *l. in eos. 13. h. t.* tanquam (vt vult Accurs.) conuicti, *gl. & Alber. Ang. in d. l. eos. per §. prohibemus. in nouel. de collat. text. in l. 1. §. de effract. Bos. in prac. cri. tit. de carc. nu. 5. & de effract. carc. per tot.* eadémq; pœna qua delictum principaliter erat vindicandum. quod dicere durum est: nec seruari vidi, ad torturam tamen iudiciũ facere aliquod eiusmodi fuga potest, *vide Ias. post alios, in l. admonendi. de iureiur. num. 169. vbi dicit esse communem.* & delictum commissum aggrauare, *Alex. consi. 35. vol. 1. Capol. cons. 16. B ss. de effract. carc. nu. 1.* effractióque extra ordinem puniri. *tot. t. §. de effract.* Quòd † si dolo aut culpa cõmentariensium & custodũ effugerint, pro modo culpæ in eos statuetur. *l. milites. 12. l. fi. h. t.* & ex constitutionibus eadem pœna, qua is qui aufugit puniri debebat, afficiuntur: *l. pen. C. e.* quod & ipsum plenũ acerbitatis est: quare satius est pro admissi qualitate officio iudicis eos puniri: *l. 9 h. tit. vide bonã distinct. Ias. in l. 1. §. prætor. num. 12. §. ne quis eum qui in ius vocab.* præsertim cum magistratui, qui temerè reos soluunt, & abire patiuntur, mulctã tantummodò dici videamus *l. ne quis. 10. h. t.* Olim cùm militibus permitti custodias & curã carcerum vsitatũ esset, minus graue fuit eorũ negligentiam capite puniri: *Paul. lib. 5. tit. 31.* quando omnia ferè delicta militaria, etiam leuia, hoc modo puniantur: vt & hodie in militaribus arcium custodibus, quorum fraude vel negligentia præsidia & arces amittuntur. *Ias. in l. actionib. nu. 24. de in lit. iuran. vide §. de re milit.* Sed cum rustici & pagani plerũque nunc carceribus præficiãtur, arbitrarer pœna pecuniaria, sicuti in magistratibus seruatur, negligentiã eorũ puniendam. Quòd si dolus accessisse videntur extra ordinem tanquam effractores puniendi. Neque enim

enim grauiùs puniri debent conscij aut opem conferentes, quam ipsi effractores, quos extra ordinem tantum puniri oportere supra ostensum est. *ad tit. de effract. & Ne quis eum qui in ius voca. vi lex.* At qui non reos, sed iam cõuictos: damnatósque emittunt, & vindictę publicæ suffurãtur: meritò, cùm maiestatis rei sint, grauiùs puniuntur: *l. 3. §. fin. l. 4. vbi Bart. §. tit. 1. Ias. in l. 3. §. quod præt. num. 12. ne quis eum, &c.* quod alibi diximus toties verum esse, quoties summi Principis, vel populi non recognoscentis superiorem, carceribus & pœnæ damnatus eximitur, non etiã quãdo manibus magistratus inferioris eripitur. *Ias. in d. l. 3. §. quod præt. num. 12. ne quis eum qui in ius voc. & in §. pœnales. nu. 102. 107. Inst. de acti. Guid. Pap. quæst. 597. Soc. de cita. art. 34. nu 32.* Sed sæpenumerò fit, vt aut ex criminis qualitate, aut propter amplissimos facultates dignitatésq; eius qui accusatur, fideiussoribus reus committatur, *vide Landt. lib. 2. art. 9. Chil. in prac. c. 46. nu 3. latè Boss. in pract. crim. tit. de carc. fideiuss.* aut sibi, hoc est, nudæ suæ promissioni. *d. l. 1 hoc ti. d. Auth. hodie. cum clericis. §. 1. C. de episc. & cler.* Fideiussoribus quidẽ relinqui etiam in causis capitalibus amplissimos viros, vsitatum est: *l. 1. h. t.* quod beneficij etiam ad decuriones, item Doctores, ac liberalium artium professores, plerique trahunt. *Io. de Plat. & alij in l. medicos. C. de prof. & med. lib. 10. Alb. de Rosa in Rub. de mun. nu. 14. & tit. de decur.* Reliqui, in causa vnde pœna corporalis venit infligenda, vel pecuniaria in corporalem cõuerti potest, non fideiussoribus, sed custodiæ cõmittuntur: *gl. & Bart. in l. 1. h. tit. Bald. in l. 2. C. eo. Fel. in c. fi. nu. 10. de accu.* quia ad eiusmodi pœnam fideiussores se obligare nequeunt. *Bald. & Dd. in l. 2. de pub. iud. & in l. si constante. nu. 20. solut. matr. Boss. de car. fideiuss num. 7.* In leuioribus autem delictis, vel iudiciis ad ciuilem pœnam intentatis, fideiussoribus relinqui rei solent, qui pro iis iudicio sisti, aut etiam iudicatum solui promittũt. *vide Præall. Dd.* Quòd si fideiussores inueniri nequeant, tunc suæ promissioni iuratæ committuntur. *§. necessarium. vers. si verò iurauerit. in Auth. vt null. ind. Boss. præall loc. num. 72. Par. de Put. in trac. synd. verb. fideiuss. nu. 1. per l. 1. C. vt om. iud. Auth. generaliter. C. de episc. & cler.* Iure Sax. rerum soli possessores tantum bona sua pignori pro vadimonio obligare solent; *Landt. lib. 1. art. 3. & 34. vbi gl. num. 4. & lib. 2. art. 5 & 3. vbi gl. nu. 3.* etiãsi id genus cautionis in criminalibus iure ciuili non sufficiat. *Ias. nu. 3. in l. sciendum. 11. qui satisd. cog.* Reus porrò ita cautioni custodiæve implicatus si elabatur, præter perfidiæ crimen quòd incurrit, etiam delictũ confiteri videtur. *gl. in d. l. in eos.*

6 ¶ Fideiussores autem eorum, non quidem corporaliter plectuntur, nec enim ad talem pœnam obligare se possunt: *Bart. & Dd. in l. 1. 3. & 4. hoc. t. per l. si à reo. 71. §. fin. de fideiuss.* sed mulctantur pecunia pro arbitrio iudicis, nisi vel ex promissione, vel ex consuetudine certa summa ostendatur, *l. si quis. 4. hoc tit.* sicut iure Sax. Vuerigeldio, vt vocant, mulctantur. *Land. lib. 1. art. 65.* Si tamen dolo fideiussor faciat, quo minus reus exhibeatur, etiam extra ordinẽ rectè coercetur. *d. l. 4 l. si Barsatorem. 13. C. de fid. glo. in d. art. 64.* Econtrà autẽ & iudices puniri vsitatum est, *Hip. in prac. crim. §. attingam nu. 19.* qui aut iniustè aliquem custodiæ tradunt, aut cognita innocentia captiuum diutiùs detinent. *Bald. in l. sed cùm. de in ius voc. Chil. in pract. c. 2. num. 36.* Nec modò ad interesse, & iniuriarum nomine tenentur, *Bald. in l. quemadmodum. 29. §. magistratus. ad l. Aquil.* sed iure Sax. pro singulis diebus quibus custodia iniusta durauit, ad 30. solidos captiuo obligantur: quã pœna etiam is, ad cuius petitionem iniusta incarceratio decreta est, obstringi, *Fachs. diff. 67. glo. Land. lib. 2. art. 34.* velut & ad alimenta captiuo præbenda, *l. iubemus. 10. C. de Episc. aud. fac. l. quoniam. verb. sumptus competentes. C. de testib. l. 4. in fin. verb. tuis sumptibus. de æden. & de hac materia, vtrum captiuus à se, an ab aduersario, an de publico alendus sit, vide apud Par. de Put. distinguendum in pauperem captiuum, & sibi sufficere valentem, in tract. synd. verb. car. cap. 4. & verb. expensæ. c. 1. per tot. Fel. in c. 1. de lit. contest. & c. ex rescripto. in fin. de iureiur. glos. l. vlt. C. de erog. mil. vbi Odofr. & Dd. Ang. in l. minimè. de appell. Bart. in l. sanctum. num. 3. cum apostill. de rer. diuis. & idem ac Ias. & Dd. in l. si victum. de re iud. & in l. 2. d. iudices. C. de Episc. aud. per l. lege. de Senatusc. Syllan. l. diuus. de bon. dam. l. Circensium. C. de decur. lib. 10. d. quemadmodum. §. magistratus. ad l. Aquil. c. ne religiosi. de regular. c. ex parte. de accus. §. si vnus. vt cum de appell. §. si verò. de incest. nupt. Boer. decis. 303. num. 1. Ang. cons. 245. quia num. 4. & 5.* existimatur.

AD LEGEM IVLIAM maiestatis. Tit. IIII. C. 9. 8.

1 *Dispositio sequentium titulorum.*
2 *Continuatio.*
3 *Quid sit maiestas.*
4 *Quis maiestatem lædere videatur.*
5 *Qui, quos de hoc crimine accusare possint.*
6 *Quæ in hoc iudicio obseruanda.*
7 *Pœna huius delicti, & de l. 12. Tabul. ac Iulia huc pertinente.*

SEd † iudicia publica variè constituuntur, ex variis generibus delictorum. Delinquitur autem vel in Rempub. vel in eius membra: puta aut in personas singulorum, aut in res. Quod † in Rempub. aut Principem qui Reipub. caput est, committitur, crimen læsæ maiestatis appellatur. Maiestas † enim, authore Cic. *in Part. Orat.* est magnitudo quædã populi Rom. in eius potestate ac iure retinendo: vertiũtq; in imperio, atque omni pop. Rom. dignitate. Maiestatẽ igitur minuere, vt idem. *lib. 2. de Inuent. cap. 3.*

ait, est de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare: à quo non abhorret definitio Vlp. *l.1.h.t. vide etiam Paul. lib.5.*
4 *tit.29.* Maiestatis † crimen est illud, quod aduersus pop. Rom. vel aduersus securitatē eius (nostri saluum conductum vocant, *gl. & Dd. hic, qui aiunt violantem teneri pœna læsæ maiestatis. idem Gul. de Lud. sing. 87. num.1. Petr. Rauen. in alph. verb. saluus conductus. Boer. dec.179. num.2. qui dicit arbitrariè puniri. Guid. Pap. dec.56. nu.2.*) committitur: quod quibus modis, & quā variè fiat, explicat Cic. *in Part.* & I.C. hic passim, *l.1.2.3.§.1.2. 4.5.6.7. in fin.10.11.h.t.* ac nostri Dd. *in l. quisquis C. eod. & extrà. qui sint rebel.* quos consulere potestis. Quia verò ius populi Romani in Imperatorē, quo nihil in terris habetur sanctius, *l.vlt. C. de legib.* translatum est: *l.t. de constit. Prin.* ideo in hunc solum, eiúsque securitatē, crimen læsæ maiestatis committitur, non contra inferiores. *vide an. ad decis. Guid Pap.418.* ℣. *Fab. & Ias. in §. pœnal. num.107. Instit. de actio. Ias. in l. qui iurisdictioni. de iurisdict. in prin.*
5 ¶ Porrò quia hoc crimen denudari publicè interest, ideo ius accusandi hàc habent, qui aliàs non admittuntur: vt famosi, milites, mulieres, serui: *l.7. & 8. h.t.* & accusantur nō modò superstites, verumetiam defuncti, etiamū aliàs reatus mortalitate extinguatur, *l.fi. h.t.* idq; ideò, quoniam & bona publicātur, §. *interdum. Inst. de hæred. quæ ab intest. §.2. Inst. de publ. iud. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* & memoria rei post mortē eius dānatur, ne vel cōmemoratio tā perniciosi sceleris superfit: *l. pe. in fi. C. eo. §. publica. Inst. de publ. iud.* quod tamē non de quouis maiestatis temeratore accipiendū est, sed qui perduellionis reus perhibetur, hoc est, qui hostilia aduersus Rempubl. aut Principē agitasse conuincitur. *d. l. fin. h.t. vide Hotoman. in Commen. iur. verb. perduelles.*
6 ¶ In cognitione autem hoc vertitur, vt non modò reus suspectus torqueatur, non admissa vlla dignitatis aut priuilegij exceptione, *l. 4. C. eod.* verùm etiam ipse accusator. *l.3. C. eod.* Hoc tamen crimen à iudicibus non in occasione iniuriæ faciendæ ob principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate rei: nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & antè quid fecerit, & an suæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè est trahēdum. *l. famosi. 7. h.t. l. vnic. C. si quis Imper. mal.*
7 ¶ Porrò hoc genus sceleris, quod quidem ad perduelles attinet, lex 12. capite puniri voluit: nec in aliis locum habere iussit, quàm qui hostilia in Remp. essent machinati. Postea lex Iulia imminui maiestatem pop. Rom. & aliis multis, præter perduellionem, *l.3 h.t.* modis statuit: quam legem sui nomi imperij muniendi causa, Augustus tulisse ex actis porrò Cæsaris iam demonstrat, Antonius primum protulisse videtur, *Tac. lib.1. Cic. Phil.1. Paul. lib.5. Sent. c.29.* Iuliāque Iulio nominasse. Ex hac lege, apparet, aqua & igni condemnatis interdictum fuisse. *Paul. lib.5.*

A *tit.29. vbi Cuiac. Cic. Phil.1.* nam & Modest. *l.3.§. fin. h.t.* ait, in militibus pœnam exacerbari: non igitur in reliquis videtur fuisse capitalis. Sed ea pœna hodie, & quidem indistinctè, in capitale translata est, *d.l. quisquis. §. public.* memoria fōntis insuper damnata, bonisque publicatis: olim quidem non extantibus liberis, *l. eorum. 9. hoc. tit.* hodie ex constitutionibus *d.l. quisquis.* indistinctè: quin & filij infamia notantur, & factione testamenti carent: *d.l. quisquis. §. filij.* quod crudele videri potest: sed antiquum esse, & omnium ciuitatum cōmune, inquit Cic. *in epist. ad Brut.* vt charitas liberorum amiciores parentes Reipub. redderet. Porrò quia tantùm summi Principis maiestatem violari diximus, ideo si securitas inferiorum infringatur, non capitali, sed arbitrariæ pœnæ locus erit. *Ias. in d.l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. vid. ann. ad decis. Guid. Pap. 418. Ias. in l.3. §. prætor. nu.12. ne quis eum qui in ius voc. & in §. pœnales. nu. 107. Inst. de act.* Ad maiestatis crimen referri possunt delicta immediatè in Deum, altissimam maiestatem. *l. vlt. C. de fer. in prin.* commissa: vt sunt blasphemiæ, capitaliter, *§. vlt. in Authen. vt non lux. cont. nat. vide ord. imp.* vel præcisione linguæ, *Boer. decis.301. num.11. Didac. Couar. c. quamuis. §.7. nu.11. de pact. in 6.* aliáve pœna arbitraria, *Bonifac. de pœn. blasphem. num.2. Luc. de Penna. l. omnes. C. de delato. lib.10.* pro grauitate frequentiáve. *Ias. l.3. §. iurari. num.11.13. de iureiur. §. item si quis. num.61. Instit. de act.* del. cti, aliáve circunstantiis, *Bonifac. præall. loc.* puniendæ: *De hu pœnis variis, vide Boer. decis.103. Ludo. Carre. in pract. mihi fol.233. Couarr. d. c. quamuis. §. 7. num.11. de pact. in 6.* item periuria, *l.2. cum ibi nota. C. de reb. cred.* magiæ, & incantationes noxiæ, *vide tot. tit. C. de malef. & math. 60. Ilan. de sortileg. quæst. 6.7.* prædictiones & consultationes diuinantium. *c.2. vbi Panor. num.4. de sortileg.*

AD LEGEM IVLIAM de adulteriis coercendis. Titulus V.

C. 9. 9.

1 *Continuatio: & de atrocitate huius criminis.*
2 *Adulterium non modò maritum, sed etiam totam eius ac delinquentium familiam maculare.*
3 *Differentia inter stuprum & adulterium: & vnde hoc sit dictum.*
4 *Quid sit adulterium.*
5 *Adulterium ab actu, non voluntate intelligi.*
6 *In qua muliere committatur.*
7 *An in solutam, meretricem sponsam committatur. §. 6.*
8 *De polygamia & eius pœna.*
9 *Maritum*

9 *Maritum præ reliquis accusare.*
10 *Intellectus l. si constante.*
11 *Pater, agnati, extranei, quando accusare possint.*
12 *Ab vxore accusari virum non posse.*
13 *Qui accusari possint.*
14 *Adulterium sine dolo non committi, & opē ferentes pro adulteris haberi.*
15 *Forma accusandi olim.*
16 *Pœna lenocinij: & quomodo ius antiquum sit mutatum.*
17 *De iure mariti.*
18 *Intra quod tempus accusandum.*
19 *De pœna adulterij, & l. Iulia.*
20 *Quomodo ciuiliter & priuatim de adulterio cognoscatur.*
21 *De stupro, eiúsque pœna.*
22 *Aliud stuprum esse, aliud raptum: & de pœnis aliarum libidinum.2.*

1 PErsonæ † præcipuè læduntur per intolerabilem adulterij iniuriam, quæ crimini læsæ maiestatis (de quo modò dictum est) comparatur, *Mar. Mantua. sing.117. num.2.* & qua grauior nulla inferri potest. *l. codicillus 91. §. matr. vbi Dd. Bald. & alij. de legat. 2. vid. Mar. Mant. sing.*
2 *117. & 368.* Etiā † enim adulterij nomine non detur, vt quidā volunt, iniuriarū actio: quia non contumeliæ inferendæ, sed libidinis explendæ causa committi videtur: *Bart. in l. verum. de furt. Ang. in tract. malef. ad ver. che hai adulterato. nu. 60. Rom. consil.184. Alex. cons.113. vol.2.* tamen reuera grauissima iniuria per adulterium inferitur marito: *l. codicillis. 91. §. matr. vbi Bald. de legat. 2. cap.1. vbi Bald. & Dd. ex quib. caus. feud. amitt. Bar. in l interdum. §.1. de publica.* vt verius arbitror, illi hoc nomine iniuriarū quoque actionem competere iustissimam: quippe cum id flagitium nō modò ipsum, sed totam eius familiam conspurcet: *l. quamuis. 30. C. de adult. Bald. l. vnic. num.5. C. de rap. virg. & cons 427. quædam. nu.7. & 8. vol.5. Rom. cons.451. nu.10.* nec tantùm huius, sed etiam adulteri adulteræque gentē dedecoret atque euertat: *Philo in lib. de decem præcept.* atque adeò ipsam etiam terram quasi piaculo quodam atq; anathemate polluat, *Leu.19. Iob.31. vide Ecclesiast. cap.23.* Quare cùm hoc scelus admodum graue sit, *Iob.31. Hoc enim nefas & iniquitas maxima. c. si quid. vbi glo. 33.q. 2.c. criminis. 25. dist. Genes.25. peccatum grande. vide omnino Ecclesiast. c. 23. circa finem.* ac ipsa natura *l. probrum. 42. de verb. signif.* detestabile, *c. 1.81. dist. c. quod in omnibus. 23.q.7. c. vt clericorum. extr. de vit. & hon. cler. Authen. de nup. in princ.* in primisque societati humanæ exitiosum: *Iob.31. Lactan. li. de Ira Dei. cap.22.* de hoc primo loco agamus.
3 ¶ Lex Iulia stuprum & adulteriū promiscuè & καταχρηστικώτερον appellat: *l. inter. 6. §.1. h.t.* hoc

A est, indifferenter his verbis vtitur, *l. inter. 101. de verb. sign.* Sed propriè adulterium in nupta committitur: stuprum verò in virginem viduámve, quod Græci φθορὰν appellant. *d.l.6. §.1 l. stuprum. 35. h.t.* Etsi autē lex indiscriminatim his verbis vsa est, fortè quia vtrunq; delictum non supplicio capitali, sed mitius puniebat, vt postea dicemus, sic vt distinctione non fuerit opus: tamen constat, postea aliam in adulteris, aliam in stupratoribus placuisse pœnam: §. *item. l. Iulia. Inst.*
B *de pub. iud.* quapropter separatim de vtroque erit dicendum. Adulterium, authore Festo, dictum est, quasi ad alterum, quàm qui iure habetur, accessus & agglutinatio. Papin. verò ait dictum, propter partum ex alio conceptum, quasi alterius partum. *d.l.6. §.1. h.t.*
¶ Est igitur adulterium, violatio thori alieni, 4
c. non mœchaberis. 32.q.5. §.6. Hostien. in ti. de adul. in prin. & nonnunquam etiam proprij: vnde significanter Germanis *ehebruch*; nostris, etiam sa
C crilegium nuptiarum: ac huius rei, nuptiarum sacrilegi *l. quamuis. 30. C. de adulter.* nominantur. Rem enim inter homines sacratiss. coniugium, *Hebr.13.* non tantùm polluūt, sed honore quoq; ac decore omni spoliant. Potest etiam definiri, illicitus coitus cum alterius coniuge, tàm viro quàm fœmina, aut (si ὀνόματι sumas) qualiscūq; contra leges sui vel alieni cōiugij, patratus. Sed nostri ad nuptam potissimùm fœminā hoc crimen referūt: quod ea re Iuriscons. *Azo. in Rub.*
D *C eod.* verecundè definit alienæ matrisfam. esse corruptionem. *l. fugitiuus. 225. de verb. signif.* Dico, † illicitum esse coitum, item matrisfam. cor 5
ruptionem. Nam ab actu, non à voluntate adulteriū intelligitur: *d.l. fugitiuus. l. quod aiit. 23. l. capite 25. h.t.* maximè apud nos Saxo. quorum moribus non affectus & conatus, sed tantum effectus delicti punitur. *Reinhar. diff. pœn. 6 per c.36. Lehenrecht.* Dico, cum vxore vel matrisfam. alienam non in viduam aut virginem propriè adul-
E terium non cadit: *d l.6. §.1. d. l. stuprum. h.t.* quod & Rabini Iudæorū in interpretatione De calogi, & Theologi scholastici, vt Liranus, Magister Sententiarum, & alij tradunt. Perinde autem est, quomodocūque sit vxor, siue iusta, hoc est, solēni Romanorum ritu, cum parentum consensu, stipulationibus ac manuum cōuentione, in matremfam. empta atq. capta: siue iniusta, hoc est, minus solenniter per simplicem in domum deductionē vsūmque, vel absque pairis volūtate,
F *l. Paulus. 11. de stat. hom.* cōiuncta: *l. si vxor. 13. §. plane h.t.* neque enim qualecūque matrimoniū violare permittitur. Sed † & in ea vxore potest ma- 6
ritus adulteriū vindicare, quæ pudicitiā vulgauit: *d.l. si vxor. §.1.* nec enim impudica vita vxoris, iniuriā maritali thoro factā lenit, sed exasperat magis atque aggrauat: quod & Tiberio placuisse, author est Suet. quāuis si vidua esset, impunè in eam stuprū cōmitteretur, pudore nimirum prostrato. Nā stuprū in meretricibus & vi-
G libus personis, siquidē non fit violentum, haud quaquā iure nostro punitur. *d.l. si vxor. §.1. vide*

ſ.de concubin. Atque ita accipiendæ ſunt Cæſarũ conſtitutiones, l ſi ea. 22. l.quæ adulterium. 29.C. de adult. quæ de ſtupro, id eſt, carnali copula cũ perſona ſoluta loquuntur: vt non modò verba, ſed etiã facti ſpecies oſtendunt. Plerique tamen eas conſtitutiones ad maritatas quoque extendunt: vt ſi pudorem vulgauerint, ipſæ quidem pœna adulterij teneantur; *Spec. ad tit.de iniur. in prin.* cum his conſuetudinẽ habentes, non item, ſed puniantur leuius, etiam maritati: quia violaſſe thorum alienum non videntur, vbi nullus eſt thori pudor vel reſpectus, ſed promiſcua & vulgaris cõniuente marito turpitudo; *Io.de Plat. in §.item lex Iulia.de adult. Inſtit.de pub.iud. vide Dd.Bald.Cyn. Salic. in l.ſi ea. & l.quæ adulterium.* C.*eod.* qui cum penè lenociniũ, perferẽdo eiuſmodi turpitudinem, committat: non videtur ei velut volenti atq; ſcienti fieri iniuria: & proinde vbi minor eſt iniuria, pœna quoq; minor eſſe debet. *Ang.in tract.malef.in verb.ſcienter & do-*
7 *loſè.nu.12.l.vnic.* C. *de fal.mo.* Deniq; † diuus Alexander Seuerus reſcripſit, etiam in ſponſa *l.propter.7.C.eod.vide omnino Cuiac.obſer.lib.6.cap.16.* adulterium committi: quia neq; matrimonium qualecunque, nec ſpẽ matrimonij violare permittitur, *d.l.ſi vxor.* §. 1.*verſ.diuus.l. propter.6 ſ. eod.* & ſponſa pro vxore habetur: *l.ſi ſponſa.de iur. dot.l.Iulianus.de iur.dot.* vt mirũ non ſit, iniuriam ſponſæ factam, in ſponſum, veluti maritum redundare: *l. item apud.15. §.ſponſum. de iniur. latè Tiraq. in leg.connubia.l.15.num.4.* quod & legibus Moſi diuinis probatum extat. *Deut.22.* etiamſi hoc caſu pœna mitior hodie decernatur: *Sal.in l.eum.18.C.de adult. Ang.in tract.mal.verſ.che hai adulterato.nu.16.& 65. & Alex.conſ.165.viſi 5.vol. 7.Rom. ſing.537.* quia reuera vxor non eſt, neque thorus violatur. Qua ratione, quę deſerta à viro, in militiam fortè profecto, alteri nubit, aut ſui copiam facit, etſi ſtricto iure adulterium committit, vt & is qui ei iũgitur, *l. vxor.7.cum Auth. ſeq.C.de repud.* tamẽ & hoc caſu pœna ſolet mitigari. *l.miles.11 §.pen. h.tit.vbi gl.ad verb.nuptijs.* Sed & ea adulterij tenetur, quæ vt licentius peccaret, repudiũ viro miſit: *l.pen.C.eod.* fraus enim legi facta non excuſat. *l.non dubium.C.de leg.*

8 ¶Ille quoque illáve ſimili pœna obſtringitur, vt quidam volunt, qui quæue binas nuptias aut bina ſponſalia *gl.& Dd.in d.l.eum qui. Alex in l. 1.de his qui not.infam. Ang. in tract.malef.verſ.che hai adulterato. nu.15.* vno tempore habet conſtituta: lex tamen magis pro ſtupro quàm adulterio, hanc polygamiã videtur habere: *d.l.eum qui. 18.C.de adult.* Quare & ſtupri pœna, hoc eſt, fuſtigatione illam puniri, plerique arbitrantur: *l.eum qui duas.18.vbi Bald.& Salic.C.eo. Ang.in tract. mal.verſ.che hai adulterato.num 65. Alexan.conſi. 165. viſis. vol.7.* quod & Sax. curiæ ſequuntur. Aliis hîc tamen magis placet adulterij pœna capitalis, nempe gladij: *Rom.ſing.537. Mar.Man. ſing.4. vid.Chilia.in pract.c.de pœn. vide Tiraqu.de leg. connub.7.lege.num.17.* quæ & ordinationibus Imperij, in vtrouis ſexu, hoc in delicti genere decreta eſt. *Ord.Imp.c.121.* Ego verò diſtinguendum cenſeo: vt ſi quis alterius vxorem priori coniugi ſuperinducat (quod tamẽ vix fieri poſſe, niſi in deſertrice, videtur) eum velut alieni thori temeratorem de adulterio teneri. Sin verò ſecundam vxorem ducat ſolutam, vt plerunque fit, hunc tantùm ſtupri crimine & pœna obligari, *d.l.eum qui duas. vbi gl.ad ver. inferetur, idem videtur ſenſiſſe.* ſiquidem perſona honeſta ſit: ſin autem vilis & inhoneſta, ne hac quidem, ſed leuiore animaduerſione coercendum eſſe. *l. ſi ea. 22. l.quæ adulterium. 29. C.eod.* Nã in ſolutis, propriè & quo ad pœnam legis, non committitur (vt dictum eſt) adulterium, ſed tantùm ſtuprum: *vide gl.art.51.lib.1.* niſi viles ſint, vt ancillæ, etiã liberæ (vt ſunt hoc tempore) meretrices, corruptæ, infames, &c. quo caſu etiam pœna ſtupri remitti debet. *d.l.ſi ea.22.l. quæ adulterium.29.*C. *eod.Io.Fab.in §.item lex.Inſt.de publ.iud. latè. Boſſ. in pract.crim.t. de coit. dam.num.25. per doctrinam Bart.in l.ſi vxor. in fin. de adulter. Socin. conſi.148. & latè.nu.28.lib.1.* Ac nomen quoque ipſum indicat, quæſtionem adulterij ad eã iniuriam pertinere, qua alterius familiæ ſtirpes adulterinæ inſeruntur, *d.l.inter.6.§.lex Iulia.h.tit.* Et conſtat, hac de cauſa pœnam adulteriis præcipuè præſtitutam, ne videlicet per hæc confunderentur 9
familiæ, redderetúrque incerta conſtuprati lecti ſoboles, ac innocentes mariti ſæpe inimiciſſimorum filios pro ſuis alere atque agnoſcere cogerentur: *Philo præall.loco. Eccleſiaſt.cap.23.* quæ ratio cũ ceſſet in innuptis, mirum non eſt ſi nec in iis adulterium, quod ad pœnam legis attinet, committatur. Non enim agentis perſonam, ſed patientis, ſeménque adulterinum concipientis, ac confundentis cum maritali, intuemur. Quare econtrariò ſoluti iuuenes cum cõiugatis mulieribus rem habentes, lege Iulia tenentur: vt paſſim vſu apud Sax. etiam ſeruari videmus: quanquam ferè mitius puniantur, puta relegatione vel fuſtigatione. Mulieres enim maritatæ indiſtinctè adulterium committunt, & cum his cõmittitur, nullo in diſcrimine poſito, quinam cum iis illicitam conſuetudinẽ habeant: ſemper enim thorum mariti violant, eiq; ſobolem reddunt incertam. Quare & nuptæ, ſi priore viro ſuperſtite alteri nubant, proculdubiò adulterium indiſtinctè committunt: *d.l. vxor.7.C.de repu.* etiamſi in viris diſtingui diximus, vtrũ cum maritata, an cum ſoluta rem habeant, vel alteras nuptias contrahãt. Eadem ratione in ſeruis mulieribus non committitur à maritatis adulterium: *l.inter.6. h.t.l.ſerui.23.l.etſi.25.C.eod.* quia finguntur non in matrimonio, ſed cõtubernio tantùm eſſe virorum, nec ſobolẽ etiam ex marito iuſtã procreãt. *gl.in d.l.ſerui. per l.cũ ancillis. C.de inceſt. nup.* His ita præcognitis, videamus q̃ à quib. accuſari poſſint: tũ q̃s ſit accuſationis ordo atq. forma: poſtremò de effectu & pœna huius iudicij.

¶Ante reliquos omnes præcipuum ius accu- 9
ſandæ vxoris maritus habet, etiam ante patrem mulieris. Nam & propẽſiore iure, & maiore dolore

lore executurum eum accuſationem credendum eſt, *l.2.§.fin.h.t.* niſi pater maritum vt infamem arguat, aut doceat colludere magis cum vxore quàm accuſare: quo caſu ius accuſandi non modò erit patri præ marito, *l.3.h.tit.* ſed etiam reliquis cõſanguineis ad quos iniuria per-
10 tinet. *l.quamuis.30.C.eod.* Quid † enim ſi maritus negligat, neque cõtaminatione indignetur: an cogentur agnati eius pati, vt familia alienis falſiſque hæredibus inquinetur? *l. 2.§.1.& §.fi.l. 3.l.ſi maritus. 15. §.ſi negauerit. vbi Bartol. hoc titul.* Nec obſtat quod Vlp. *l.ſi conſtante.26.h.tit.* vult, conſtante matrimonio ad accuſationem mulieris extraneum nõ admitti: propterea quòd probatam à marito vxorem, & quieſcens matrimonium, non debeat alius inquietare: non enim prohibet conſtante matrimonio inſtitui accuſationem, ſed vult ordinem legibus præſcriptũ ſeruari: *l.2.§.1.h.t.* vt videlicet primò accuſetur lenocinij maritus, qui vxorem adulteram contra bonos mores retinet: ac deinde eo lenocinij damnato, ad adulteram mulierem perueniatur. Sed cùm hic ordo hodie ſublatus ſit, nec teneatur maritus lenocinij, quamuis impudicam retineat: *Auth.ſed nouo iure. vbi Salic.& alij.C.eod.* nihil cauſæ eſt, quamobrem omiſſo marito, nõ poſſit mulier poſtulari. *Azo in Rub.C.eod.nu.8. per §.quia verò.in Auth. vt lic.mat.fac.l.quamuis. 30.in ver. ne temerè liceat fœdare connubia.* C. *eod.*

11 Secundùm † maritũ itaque ceſſantẽ aut nolentem agere, admittitur mulieris pater, *l.ſi.maritus.1.& 2.h.tit.* ac deinceps reliqui cognati; & ſi plures concurrant, lege expreſſum eſt, vt is cuius ea de re notio erit, de iuſto accuſatore conſtituat. Sed ceſſantibus agnatis, iiſque ad quos iniuria pertinet, an extraneis permittenda erit accuſatio? Et qui in iure mariti accuſare nequeant, extra controuerſiã eſt: *l.4.§.1.& 2.h.t.l. iure mariti.6.C.eod.l.5.§.fin.ſ.tit.1.* ſed Cõſtantini conſtitutione etiam aliàs prorſus excluſi videntur: *d.l.quamuis.30.* C.*eod.* quod mihi neutiquam probabile videtur. Nam ipſe etiam Iuſtin. *Inſt. de pub.iud.* iudicium adulterij inter publica numerat, quorum executio ad quemlibet de populo pertineat, *in prin.Inſt.de pub.iud.* Magis igitur eſt conſentaneum, non voluiſſe Conſtant. omnino excludere extraneos, ſed ſolùm ab ea accuſatione quo ſit iure mariti, quam propinquioribus duntaxat concedit. At his omnibus ceſſantibus, cur extranei, iure extranei, accuſare crimen publicum prohibeantur, nulla cauſa eſt. *gloſſ.in l.4. ad verb.qui accuſare hoc tit & in d. l.quamuis.vbi* Bald.Salic.*& Azo in Rub.* C. *eod, num.6.* Lan.*in c.1.extr.eod.* Imol.*in c.in literis. extr.*
12 *de præſumpt.* Publico † autem iudicio, vt ſuprà dictum eſt, neminem accuſare poſſunt mulieres, niſi ſuam ſuorumq; iniuriam perſequantur: at de adulterio ne ſic quidem agere poſſunt, ſi fidem maritalem ſibi à coniuge violatam conquerantur. *l.1.* C.*eod.* Adulter enim maritus non ſuum ipſum thorum inquinat, ſed illius, cuius cum vxore conſuetudinem habet. Huic enim ex adultera coniunctione ſperandi ſunt liberi adulterini, non vxori ipſius mœchi. Quare cum ad ipſam nec præcipua iniuria, neq; ratio legis Iuliæ pertineat: mirum non eſt, ſi iure Ciuili ad accuſandum maritum, cui reuerentiam *l. vnic. §.cum autem. C.de rei vxo. ac.l.alia. 15.§.vlt. ſolut. matr.* debet & obſequium, *l. ſicut. 48. de ope. lib. gloſ. & Dd in l.5. C.de cond. inſert.* non admittatur: quamuis iniuriarum, propter violatum matrimonium, aut ad ſeparationem thori rectè agat: *l.conſenſu. 8.C.de repud.c.tua.extr. de procurat. Dd.in c.1.de adult.* etiamſi ne id quidem apud veteres Rom. fuerit ſolutum. *Plutarq. in vita Romuli. Plau.in mercat. Gell.lib.10. cap.23. Eurip. in Medea.* De iure Ciuili nunc loquor. nam canones contrà ſtatuere, & fœminas ad accuſandam mariti turpitudinem admittere videntur: *vide gloſſ.in d.l.1.not. in c.ſi quis vxorem. 32.q.1. & in c. apud not. & c.fin. 32.q.5. Ang.in tract.malef.ver. che hai adulterato. & Boſſ. in tract. malef. de coit. damnat. Panor.in c.tua.de procur. & in c.1. & 2. vt lit. non conteſt.* quos ordinationes Imperij ſequuntur. *Peinlich Halsgerichts ord.c.120.* Et hæc de accuſatoribus, iam de reis videamus.

¶Accuſari de adulterio poſſunt omnes, qua- 13
cunque dignitate præditi, *l.ſi adulterium.38.§.vlt. h.t.* etiam ſerui: *l.5.ſ. de accuſ.* dum tamen habuerint conſcientiam thori maritalis, id eſt, ſciuerint eam qui cum ſcortantur, alterius eſſe vxorem. *l.vxo.7.in fin. C. de repud.* Nam adulterium † ſine dolo malo non committitur: *l.pen.l.miles. 11.§.pen. h.tit.* vt ſi mulier decepta opprimatur 14
ab alio quem putat maritũ eſſe, aut credẽs mortuum maritũ cum alio cõtrahat: *Ang.in tract. malef. ad ver.che hai adulterato. num.46.* quare & per culpam aliquam commiſſum adulterium, pœna vacare oportere videtur. Nam quod dicitur, delictum culpa perpetratum mitius puniri, puniri tamen: verum eſt in his delictis, quæ principaliter tendunt in alterius iniuriam, non in illis quæ non iniuriæ, ſed explendæ libidinis cauſa fiunt. Bart.*in l. ſi adulterium.38.in prin.num. 14. hoc tit. & in l.in lege. de ſicar. Maran. in Spec. aur. parte 4.diſtin.1. num. 61.* Videntur tamen de ſimplici ſtupro, aut fornicatione ſaltem teneri, ſi extra velamentum coniugij, rei illicitæ, hoc eſt, nõ coniugio, id veneri inconceſſæ etiã per culpam opera ſit data. *Ang.præall.lo. vide* Bart.*omnino in l.ſi adulterium cum inceſtu. nu.8. & 9.h.tit.* Non modò autem hi qui mœchantur accuſari poſſunt, ſed etiã qui quauis ratione ex eo crimine quæſtum captant: puta lenocinium faciẽdo, domum ad ſtupra præbendo, *l.qui domum.8.l.mariti. 29.§. qui quæſtum. h.t.* &c. item qui illicitas & prohibitas nuptias contrahunt, *l.qui pupillam.7. h.t.C.ſi hi qui.C.eo.* quíque ſuper adulterio trãſigunt. Nam cum trãſactio nullo dato non procedat, *l.transactio.38.C.de tranſact.* non poteſt nõ in lenocinio hærere, qui accepta per tranſactionem pecunia accuſationem huius flagitij remittit. *l.transigere. 18.C.de tranſact.l.mariti.§.qui quæſtum.l.2.l.qui domum.l.miles.10.hoc tit.*

15 ¶Quod ad formã huius iudicij attinet, scien- A
dum est, olim constante matrimonio accusatio-
nem mulierum cessasse, nisi maritus antea leno
cinij conuictus esset, qui compertam adulteram
in matrimonio retinuisset. d.l.constante.h.t.vide
16 Paul.lib.2.ti.26.l.2.C.eo. Sic †enim marito amo-
to per pœnam lenocinij, quæ olim erat eadem
cum pœna adulterij, l.2.l. qui donum.8.h.tit.l.2.l.
castitati.6.C.eod.l.inter timorem.7.§.fin.cum ll.seqq.
de eo quod met. caus. nempe relegatio aut depor-
tatio, l.auxilium.38.de minor.l.mariti.29.h.tit.(ho- B
die est in mangonibus & lenonibus vltimũ sup
plicium, §.præconisamus.vbi gl.in Auth.de lenon.
Dam.haud.in prac.crim.cap.de leno.in reliquis ar-
bitraria & extraordinaria, l.1.§.qui puero.de extr.
crim.Bart.in Auth.de leno.Iacob.de Beluis.in pract.
crim. C.de leno.ord. Imp. c. 133.) rectè procedebat
accusatio, & non aliter: l.2.§.1.l.qui domum. 8.l.is
cuius.14.h.tit. Cæteroquin obiici poterat agenti,
cur marito, cuius potissimùm iniuria hic verti-
tur, præreptum iret actionem? quamobrẽ quie- C
tum & pacatum alterius matrimonium inquie-
taret? quare in mores alterius coniugis inquire-
ret, quos maritus necdum de lenocinio conui-
ctus, nõ aspernaretur? Sed hæc ratio in accusan-
do à coniuge viro cessat. nam cũ adeo non præ-
cipua sit vxoris causa, vt nullo modo accusare
possit? intelligi licet, mœchum ab extraneo, etiã
durante matrimonio, postulari posse: l.vlt.pas-
sam.39.§.1.hoc tit. non tamen à marito adulteræ,
l.miles. 11.§. volenti. l.si dum.14.l. crimen.11.C.eod. D
quia suam ipsius allegaret turpitudinem, nec se
satis à lenocinij crimine tueri posset, qui dam-
nari vellet maculã atque labem ea muliere con
tractam, quam ipse adeò nõ damnaret, vt etiam
in coniugio & lare suo retinere non vereretur.
Sed si maritus diuortium vltrò faciat, tum ei &
patri mulieris currunt à die diuortij 60.dies vti-
les, intra quos nemo præter maritum, & eo ces-
sante, patrem mulieris, rectè accusat. l.2. §.fin.l.
17 3.4.l.pater.30.l.is cuius.14.§.pen.h.tit. Et †maritus E
agit quidẽ intra hos dies iure mariti: quod eius-
modi est, vt accusator inscribere se nõ cogatur,
abolere possit accusationem pro suo arbitrio, &
quamuis ex nudis suspicionibus egerit, de ca-
lumnia non teneatur, l. iure mariti. 6. l. quamuis.
30.vbi Dd.C.eo. nisi ea planè sit euidens & aper-
ta. d.l. is cuius.14. §.fin.d.l.pater. Sanè pater sine
periculo calumniæ agere nequit. l.pater.30. h.t.
quamuis aliàs iusto eius dolori, & paternæ pie-
tati ignoscatur, si necem filiæ vindicare studens F
in probatione defecerit.l.fin.sup.de publ.iud. Post
autem elapsos hosce 60. dies, admittuntur e-
tiam extranei, & inter hos quoque maritus & pa
ter: sed iure extranei, ita vt accusare vsitato in-
scriptionis more cogantur: d.l. is cuius.§.penult.
ídque intra quatuor menses vtiles. l.4.§. 1. h.tit.
18 Itaque † apparet, vtroque tempore, & 60. die-
rum & quatuor mensium coniuncto, mulierem
intra sex duntaxat menses à tempore diuortij
accusari posse. Idémque tempus in vidua serua- G
tur, à die admissi criminis computandum. l.ma-
riti. 29.§. sex mensium.hoc tit. Nam in hac pudo-
ris causa nulla dilatio admittenda est. Paul. lib.
2.tit.26.l.in crimine.41. hoc tit. Sed quod dixi, ex
die diuortij sex menses accusationibus præsti-
tui, id ita verum est, nisi quinquennium ex die
commissi criminis præterierit, ne videlicet cri-
men quinquennio sopitum excitetur: nam
quinquennium obseruari voluit Legislator, si
reo reæve stuprum, aut lenocinium, aut adulte-
rium obiiciatur, d.l.mariti.§.præterea. cum §.seqq.
l.1.§.accusationem. inf.ad Turp. quod & hodie cir-
cumscripta sex mensium, de quibus dictum est,
præscriptione indistinctè obseruatur. Etenim
diuturnitas temporis à commisso delicto efflu-
xi, quamuis non legitimi, pœnam minuit, gloss.
& Dd. l.si diutino. 25.de pœn.in l. querelam. C. de
fal. nedum istud quod legibus est accusationi
præfinitum. Omnis igitur quæstio ex lege Iu-
lia, puta adulterij, stupri, lenocinij, quinquen-
nio præscribitur: d.l.mariti.§. hoc quinquennium.
l.adulter. 5.C. eod. vbi Salic. nisi præuaricatio, aut
aliud impedimentum accusationem eluserit,
vel vis publica in stupro facta arguatur. d.l.ma-
riti.§.fin. d.l.quinquennium. d.l.4.glos. in d.l. adul-
ter. nam de vi publica diutius quæri potest. arg.
d.l. querelam. Sed quod ad 60. dies attinet, vix
eorum etiam hodie habetur ratio: nam quia
placuit, maritum sine crimine lenocinij, vxorẽ
adulteram retinere posse, non modò si quadam
credulitate dissimulet, l.2.l.mariti.hoc tit. sed & si
deprehendat in adulterio, quippe cum & dam-
natam impunè recipere possit: Auth.sed hodie.
C.eod. ideo etiam constante matrimonio, accu-
satio hodie rectè instituetur: Azo.& Host.nu.
5. in Rubr. de adult. præscriptione tamen quin-
quennij, de qua dixi, aliísque exceptionibus reo
saluis, tàm dilatoriis, l. si maritus.§. præscriptiones.
& §.pen.l.vlt.l. qui vxor.l. denunciasse.l. vim pas-
sam.§.duos.l.nihil.§.vlt.h.tit. quàm peremptoriis.
l.2.§.1.l. 4.l.adulter.19.l.si vxor.3.§.iudex.& §.pe.
l.vim passam.39.h.tit.l.quoniam.26.C.eod. In reli-
quis autem eadem seruatur iudicij forma, quæ
vsitatè in publicis iudiciis vsurpari solet: præ-
terquam quòd non solùm extranei, sed etiam
domestici ad testimoniũ in hoc crimine admit-
tantur, l.consensu §. si ex plagis. C. de rep. d. l.vim
passam.§.vlt.h.tit.l.3.l.in adulterij.32. C.eod. (quia
secretò committi solet) & nonnunquam ex præ-
sumptionibus ad condemnationem peruenia-
tur: l. si adulter. 34. Cod. eodem. §. his quoque. in
Auth. vt lic.mat. Auth.si quis ei.C. eod. quod ve-
rum est in iis præsumptionibus, quas lex pro
idonea probatione habet, & super quibus sen-
tentiam profert: Cast. in d.l.final. C. de prob. &
consil.179.vol.1.Hip.latè in Rub.de prob.num.236.
& in pract. crim.§.quoniam. num.29 §.penultim.in
Auth. vt null. iud. alioqui, quantumuis ex vr-
gentissimis suspicionibus, non est ad condem-
nationem perueniendum: d.l. absentem. de pœn.
c. literas. 14.de præsumpt. quanquam sint qui pu-
tent, Dd. in d. l fin. & d.l.si qui. Euer.in princ.lo.
leg. Chili.in pract. cap.2.num.7. vide omnino Boer.
decis.

decis.164. qui latissimè tractat. & tandem concludit A
arbitrio iudicis relinquendum. in adulterio, & fur-
to, ac consimilibus quæ clandestinè fiunt, mo-
menta vrgentissimarum suspicionum ad dam-
nandum reum valere, etiamsi eas lex pro liqui-
da probatione haberi oportere non certò defi-
niat. Quod verum non esse, alibi in d.l.fin. C.de
prob. fusiùs ostendi, probauíq; ne illam quidem
præsumptionem sufficere, quæ à Canonibus tra
ditur: c.literis.12.de præsumpt. solus cum sola, nu-
dus cum nuda, &c. nam potest quidẽ ea præsum- B
ptio probationem facere in causa ciuili, quando
agitur ad separationem thori: c. tuæ.de procu. qua
de facti specie Pontifex in d.c.literis.12. loquitur:
at in iudicio criminali, vbi luce clariores requi-
ri probationes palàm est, d.l.fin.d.l.absentem.d.c.
literas. nequaquam pro idoneo pleróque docu-
mento recipi debet. Nam quæ in ciuilibus ad
probationem sufficiunt, ea in criminalibus ple-
nam non faciunt fidem. Dec. consil.175.in causa.
num.6. Atque ita peritissimi quique criminaliũ
rerum censuerunt: Ang in l.2.de fur. & in tract. C
mal.ad ver.fama publica. num.22. Imol. in l. fin. de
hær.Instit.Gand. in trac. mal. de præsump. num.23.
Iacob.de Bel. in pract.t.de leno. in fin. Can. in c.2. de
præsumpt.Mathesil.sing. 118. nu.4. pro quibus le-
ges nostræ faciunt, quæ in hoc crimine longè
apertiorem probationem requirere videntur:
l.quod ait.23.in ver.in ipsa turpitudine deprehendat.
ἐν ἔργῳ. l. capite. 25. in ver adulterum in vxore sua
deprehensum.vbi gloss.ad ver.accusaturo.h.t. & ipsa
etiam lex Iudaica, quæ tantùm deprehensos D
in ipso adulterio punit. Leuit. 11. in verb.si depre-
hensa fuerit in stupro. Quare & Ioan. 8. Iudæi sen-
tentiam à Christo Domino nostro & media-
tore, in adulteram proferri cupientes, eiusmo-
di argumentum afferunt: κατειλήφθη ἐπ' αὐτο-
φώρῳ μοιχευομένη: hoc est, In ipso facto seu opere
adulterij est deprehensa: vt inficias ire non pos
sit, Id enim Græcis αὐτόφωρον significare cõstat.
Quò etiam illud pertinet, quòd probatio quæ
valuit aduersus adulterum, fidem contra adul- E
teram non faciat. l.etsi crimine.12.C.eod. l. denun-
ciasse.17.§.fin.h.tit. Ex quibus omnibus intelligi
licet, ex suspicionibus & præsumptionibus ni-
hil in hoc crimine statuendum esse. si quis ta-
men quorundam errorem secutus, ex indiciis
condemnare audeat: is saltem hac in parte suæ
conscientiæ & religioni consulet, vt non pœ-
nam ordinariam & legitimam, sed leuiorem a-
liquam reo arbitretur irrogandam. l.penult.vbi
Dd.C.de prob.vid.latissimè Tiraqu.in tract de pœn.
caus.27.per tot. Cast.in d.l. fin. Imol. & Panorm.& F
alij in cap.quia non est ver.simile.ext.de præsumpt.&
in d.c.2. Ang.præall.loc.latè Hip. in repet. Rub. de
prob.nu.24.& in pract.crim. §. quoniam. num. 29.
cumseqq & in §. postquam. num. 50. & in l. repeti.
num.24.de quæst.
19 ¶Iam de effectu & fine accusationis, nempe
de pœna adulterij videamus. In quo ante om-
nia sciendum est, vnicam tantùm pœnam pro G
adulterio vel stupro, licet iterato sæpius, debe-
ri: nec eam multiplicari, etiamsi multiplicatum
sit delictum.gl.& Bart.in l.nunquam.de priu.del.
l.vulgaris.l.inficiando.§.infans.de furt.latè Ang.in
tract. mal.ver. che hai adulterato. num. 61. Boss. de
dam.coit.num.35. Lege porrò Iulia, quæ ab Au-
gusto lata est, Suet.in vita Aug.c.34.l.1.h.tit. pœ-
nam adulterio non capitalem fuisse præstitu-
tam, sed relegationem l. si quis viduam. de quæst.
l.6.de diuort.Pac.lib.4.Cuiac.lib. obser. 6. c. 11. &
ad Paul.lib.5.t.23. tantùm, aut deportationem
quandoque, vt in militibus l. 4. §.adulterij. de re
mil.l.miles h.t. cum simil. apertissimum est. l. Clo-
dius. 13. de his quib. vt ind. l. qui cum vno.4.§. qui
adult.de re mil.l.2.§.miles.de his qui not.infa.l.si quis
viduam. 5. de quæst. Plin. lib. 6. epistol.Tacit.lib.
1.ad fin. Sed temporibus Diocletiani ac Constã-
tini, aut certè paulò pòst, l. 4. C.Theod.quor.ap.
Cuiac.lib.6.c.11. pœna sanguinis & gladij irro-
gari cœpit: l.transigere.18.Cod. de transactio.l.quã-
uis.30.C.eod. & quidem vtrique personæ, tã fœ-
minæ quàm mari: gloss.Bal.& Dd.in d.l.quamuis.
30.ad ver.gladic.C.eod.gl. & Can. in c.tuæ.de proc.
& legi diuinæ consentaneum est. Deuteronom.
22.Leuitic. 22.Ezech.18. Itaque quod inquit Iu-
stinian.§.item l.Iulia. Instit.de pub.iud. legem Iu-
liam temeratores alienarum nuptiarum gla-
dio punire: accipiendum est, pro suo ipsius mo-
re, non de lege Iulia, prout fuit lata, sed sicuti
tunc temporis habebatur, vt passim facit in Inst.
de pub.iud.vbi dixi. nempe interpolata constitu-
tionibus Imperatorum sequentium. Hæc pœna
in Ducum Saxon.ditionibus, ac toto imperio
etiamnum in maribus durat, quod ad iuris ri-
gorem attinet. Saxon. lib. 2. art.13. ord.Imp.cap.
120.nam sæpe in pecuniariam conuerti solet: &
alioquin, inquit Bart. eam pœnam variari secũ-
dum cõditionem personarum, Bart.in d.l si quis
viduam.de quæstio. aliásque circumstantias proba
biles. Ang.in tract.malef.ad ver. che hai adultera-
to.num.45.vid.Rom.sing.674. At fœminis etiam
nouella constitutione remissa est, statuente, vt
virgis cæsæ in monasterium abdantur, nisi ma-
ritus intra biennium recipere velit: Auth.sed ho
die.C.eod. qua fustigationis pœna, etiam lege di-
uina quãdoq; stupra coerceri constat. Leuit.19.
[redacted]. Si tamen non cum
maritatis, sed solutis rem habuerint, solet pœna
mitigari, detracta videlicet fustigatione. Sed et-
si cum maritatis adulterium commiserit: tamen
si maritus velit vxorem quamlibet pollutam
recipere, vide Ang.præall.lo. num.49. seu redu-
cere, l.si vxor.13.§.vlt.l.capite. 25. l.mariti.29.§.2.
h.t.Cuiac.lib.6.cap.15. in honorem coniugij, fu-
stigatio cessat, & solummodò maritus cum con
iuge aliò migrare in perpetuum cogitur. Atq;
ita sæpe pronunciatum est. Eodémque modo
econtrariò, quamuis maritus adulter capite pu-
niatur, siquidem cum maritatis se polluit fusti-

getur verò, si cum solutis personis honestis (nam hoc casu adulterium propriè non committit, sed tantùm stuprum: vt suprà dictum est, & paulò pòst dicetur:) tamen si vxor ei velit ignoscere; ignoscunt enim compluries; pro suo tamen arbitratu, magistratus, & remissa grauiore pœna, exilium siue fustigatione decernunt. At solutæ mulieres cum maritis rem habentes, quia adulterium stuprúmue non committunt, ideo tantùm de illicito coitu puniuntur, non criminaliter, sed vel carcere, vel exilio temporali, vel etiam tãtùm imposito gestamine muliebri, quod perpetuò prodeuntes gestare in sui opprobrij indicium atque argumentum, coguntur: *vide glo. art. 31. lib. 1. Sax.* eamque pœnam etiam maritatis decerni, ait quodam loco Romanus: *Rom. sing. 674. incip. nos scimus. vid. Boer decis. 297.* vbi quatuor alia pœnarum genera recenset, quibus in adulteras animaduerti potest. Qua in parte mirari licet, quare à Iustiniano pœna huius criminis in mulieribus sit mitigata: cum & in hoc sexu eò seuerior esse debuerit, quò hoc delictum in illo turpius est, *l. 1. §. consequens. de susp. tut. l. 2. C. de his qui ven. ætat. c. 1. in prin. de stat. reg. lib. 6. vide latè Tiraq. in ll. connub. lege 9. nu. 132. 133. cum sequen.* atque frequentius, *l. aut facta. 16. §. fin. de pœn. Dd. in l. auxilium. de minor.* mageq; perniciosum priuatum & publicé, propter eam quæ consequitur, liberorum incertitudinem, & confusionem familiarum. At constat etiam, hanc legem diuinam & moralem esse, Non mœchaberis; æquè vt est illa, Non occides. Vt igitur ratione imbecillioris sexus, huius pœna fœminis non mitigatur: ita videri poterat, eâdem analogia in libidinibus idem tenendam esse: eóque magis, quò mage huc sex cũ pudor decet atque castitas, quoque seueriore disciplina ob procliuitatẽ *vid. Tiraq. præall. loc.* in id genus turpitudinis, opus habet, id quod omnium ferè gentium consensu receptum putatumque super fuit. Vnde & grauiores plerunq; pœnæ adulterij huic sexui præstitutæ. Et diu laborauit Ecclesia noui testamẽti princeps, vt persuaderet, nõ minus hoc in genere mares delinquere, nec minorem commereri animaduersionem, quàm fœminas: vt ex Augustino, Hieronymo, alijsque illorum temporũ scriptoribus intelligi licet. Sed quoniam (vt dixi) pœna hæc ferè arbitraria facta est, eò facilius vsu mutauit Iustiniani temperatio. Hanc autem præcipuam huius iudicij pœnam sequi etiam solet priuatio dotis, & donationis propter nuptias. Vt enim qui illicitè diuertit, & matrimonium dissoluit, hoc infortunio mulctatur: *l. consensu. 8. l. fin. C. de repud.* ita & qui vagis pollutionibus illud inquinat atque euertit. Mulier ergo adulterij damnata, dotem amittit, marito assignandam: *d. l. consensu 8. § fin. l. fin. C. de repud. §. quia verò plurimas. in Auth. vt lic. matr. & auiæ. §. antepen in Auth. vt nul. iud. Boer. decis. 297.* reseruatio liberis *d. l. consensu. §. fin.* iure proprietatis in quota parte. Idémq; in bonis paraphernalibus seruari quidam volunt: *Ias. in Rub. C. de iud. num. 3. & in l. fideicommissum. C. de fideicomm. Hipp. in l. 1. §. item. nu. 4. de sicar. Rom. sing. 315.* Alexan. *consil. 111. vol. 2. Chass. in consue. Burg. Rub. 4. § 6. ver. & sera tenue num. 17.* latè Boss. *de coit. damn. num. 54. Angel. in tract. malef. ver. che hai adulterato. num. 27. gloss. in c. plerunque. de donat. int. vir. Fel. c. pastoralis. num. 5. de iud.* quod alij negant: *Panor. in c. plerunque. de donat. int. vir. & in c. pastoralis. de iud. Boer. decis. 338. Hip. in l. pater. num. 10. de quæstio.* rectiúsque volunt, præter tertiam *§. quia verò plurimas. in Auth. vt lic. mat. & auiæ,* aut quartam *l. fin. C. de repud.* marito decidendam, fructus horum, alimentis damnatæ mulieris; *gloss. in l. consensu. verb. sibi habere. C. de repud. Ang. in tract. malef. verb. che hai adulterato nu. 29.* proprietatem verò, liberis *d. §. quia verò plurimas in Auth. vt lic. matr. & auiæ.* aut proximis hæredibus, *§. si quando. in Auth. vt nul. iud.* aut monasterio cui inclusa est, destinari. E diuersò maritus adulterij damnatus, amittit donationem propter nuptias, mulieri vna cum dote, salua tamen liberis proprietate, *l. consensu. 8. §. vlt. C. de repud.* obuenientem: *d. l. consensu. d. l. fin. d. §. si quando. d. §. quia verò legem.* aut si donatio nulla facta est, neque pacta dotalia intercesserunt, mulieri quarta pars substantiæ mariti, peræquè atque illo mortuo, *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* defertur: *§. si quando. in Auth. vt null. iud. §. quia verò in Auth. vt lic. matr. & auiæ. l. fin. C. de repud.* reliquis bonis ad liberos, aut proximos hæredes redeuntibus; ita tamen, vt inde marito damnato, quoad viuat aliměta sint præstanda, *d. §. quia verò plurimas. d. §. si quando. glo. in d. l. si consensu. verb. sibi habere.* Et hæc quidem obtinent, cum criminaliter de adulterio actum est: quanquam Iustinianus mirè variet, & Protheum quempiam hîc agat. *in Auth. vt null. iud. & vt lic. matr. & auiæ.* Canonibus certè aliæ pœnæ placent, *vide Host. h. t. num. 7. Rom. sing 664. Boer. decis. 297.*

¶ Sed sciendum est, non modò criminaliter, verùm ciuiliter etiam de hoc crimine agi posse: puta actione iniuriarum, aut ad separationem thori. *c. tuæ. de proc.* quo iudicio nihil est hodie visitatius. Sed & priuatim olim adulteria puniebantur, more maiorum; *Liu. lib. 9. Dec. 4 Suet. in Tib. cap. 35. Taci. lib. 13. Valer. lib 9. c. 3.* Dio. *Hal. li. 2. c. sicut. 7. q. 1.* vnde illud manet, quòd pater deprehensam filiam cum adultero potest occidere: *l. nihil. l. quod ait. h. tit.* item maritus, post ternã denunciationem, adulterum, si in domo sua reperiat, *Auth. si quis. C. eo.* aut alioqui vilis sit. *l. marito. 24. h. t. l. Gracchus. C. eo.* Sanè in Italia visitatũ etiam nunc videmus, vt deprehensos adulterũ & vxorem maritus simul iugulare impunè possit. 20

¶ Nunc de stupro agamus. Stuprum, inquit Põtifex, *c. lex illa 36. q. 1.* propriè est virginum illicita defloratio. Sed in hac lege latiùs patet stupri appellatio: nã etiam in vidua committitur, quæ quidem integræ vitæ sit, & extra licitũ cõcubinatũ, ac scortationem. *de stupro, quando committatur, vide Angel. tract. malefi. ver. che hai adulterato.* 21

Cæteroquin iure Ciuili meretricia consuetudo non punitur. *l. si vxor. 13 §. planè. h. t. l. quæ adulterium. 29. C. eod. l. 1. C. de concub. vbi dixi. latè Hip. in l. 1. nu. 4. & 5. de sicar.* Item & in puero ac puella necdum viripotente stuprum committitur; *glo. l. inter. 6. §. 1. l. stuprum. 34. h. tit.* quod tum capitale est: *l. cum vir. 31. C. eod.* in mulierib. adultis commissum, aut publicatione partis dimidiæ bonorũ, in honestioribus: aut si humiliores personæ sint, coercitione corporis cũ relegatione, *§. item l. Iulia. Instit. de pub. iud.* castigatur. Sed antiquissima patrum disciplina seuerius animaduertebatur. *Genes. cap. 38.* [redacted] Lex diuina porrò per Moysen lata, qua omnis illicitus coitus damnatur, *Deut. 23. vid. 1. Cor. 5.* pręcipit vt corrupta virgo dotetur, & in matrimonio habeatur. *Deut. 23.* [redacted] & quoniam vsu venire potest, vt ei legi copulatiuè locus esse nequeat: vt cum quis plures stuprauit, quas vno tempore ducere non licet, aut cõiugatus, propinquus, &c. idcirco adhibita ἐπιεικεία hanc copulationem dotis & nuptiarum in alternatiuã resoluit, iubétq; aut duci violatam, aut pro eius conditione dotari: *c. 1. vbi Dd. extr. eod.* quod ad eam quantitatem redigi solet, quam dedisset in dotem verisimiliter corruptæ pater: idémq; obtinere videtur, viduis honestis vitio oblato: *argu. l. 6. l. stuprum. h. t. vbi dicitur, stuprum in viduam committi.* quanquam solutis priùs ab alio vitiatis, eadem dotatio non debeatur. *Panor. in c. 1. num. 5. de adulter.* Sed hæc pœna canonica est, quæ ciuili non derogat, vt nec hæc illi. Cæterùm si is qui ducere nequit, puta maritatus, stupret: hunc non pœna adulterij; quod cum soluta nõ committitur, sed alia corporalis, puta fustigatio coercet: dummodo honesta persona sit quæ stuprum passa est. nam in vilibus & corruptis stuprum non committitur, *d. l. si ea. 22. l. quæ adulterium. 29. C. eod.* & proinde nec stupri pœna locum habet. *Ioan. de Plat. in §. item lex Iulia. de adult. Instit. de pub. iudic. Bart. in l. si vxor. in fin. h. t. latè Boss. in pract. cri. tit. de coit. damn. num. 25. Socin. consil. 148.* Idque obseruatur in stupris non violentis: etiamsi lex Moysi, in quibusdam casibus durius animaduertat: nam vult filiam in domo patris stuprum passam, lapidib. obrui; *Deut. 22.* vt & illam, quæ corrupta alteri ignoranti nupsit: aut quæ alteri desponsata stuprum passa est, neque inclamauit opem. *ibid.* Porrò stupra violenta, quæ per vim, precium, promissa, lenocinium, alijsq; illicitis artibus committuntur, *l. 1. §. fin. de var. & extr. crim. l. si quis. §. qui multum de pœn. Ang. præall. loc. num. 55 & 56. Boss. de coit. num. 66.* lege Iulia de vi publica puniuntur, *l. 3. ff. tit. 1. l. mariti. 29. §. fin. hoc tit.* cuius pœna est deportatio, quę successit in locum eius, qua aqua & igni reo interdicebatur: *l. qui dolo. 10. in fin. vbi gloss. ff. tit. 1. §. item lex Iulia de vi. Instit. de pub. iud. l. si quis viduam. 5. de quæst.* At Dd. *in §. item l. Iulia de adulteriis. Instit. de pub. iudic. Ias. in §. omnes autem. nu. 24. Inst. de act.* volunt, eiusmodi stuprum capitale esse, propterea quòd Iustin. raptũ puniri vult gladio. *§. sin autem per vim. Instit. de pub. iud.*

¶ Sed sciendum est, aliud stuprum esse, aliud raptum. *d. cap. lex illa.* Raptus enim est, cum mulier de domo patris, aut aliunde, per vim & adhibitis armis, ad alium locum abducitur, vt corrumpatur, aut in vxoris locum habeatur. *d. c. lex illa. Host. in Rub. de pœn. rap. corp. num. 1.* Vnde & ipsi Dd. fatentur, quæ in raptu statuuntur, non habere locum in stupro, quamuis violento. *Hip. sing. 65. allegans ita tenere Ra. Cuma. cons. 95. Christop. Alber. in 3. parte statu. quæst. 30. Gand. in tract. malef. titu. de mul. quæst. numer. 19. & 20.* Vera tamen hîc videtur eorum opinio, quia disertè stuprum violentum excipit Iustin. *in dic. §. item lex Iulia. de adulter. in verb. sine vi.* & Paulus *l. 1. §. qui puero. de ex. crim.* inquit, perfecto stupro etiam in puella, in qua, præsertim iuniore, violẽtum committi intelligitur: *Ang. præalleg. loc. num. 56. Boss. de coit. num. 67.* capite stupratorem puniri. Quod inter nostros licet controuersum, *vide latè Carer. opiniones recensentem in pract. crimin. cap. de stupro.* & ordinationes imperij, *pein. Reichsordnung cap. 119.* & iura Saxonum *lib. 2. art. 13. lib. 3. art. 46.* sequuntur: & meritò; cum etiam lege diuina idem inueniatur sancitum. *Deut. 22. Exod. 22.* Non rarò tamen pleræque curiæ pœnam fustigationis, quæ deportationi successit, decernunt. Eadem pœna persequitur & illos, qui (turpe dictu) contra naturam nefandas libidines exercent: *d. l. cum vir nubit. 31. C. eod. Nouell. vt non lux. con. nat. c. mulier. 15 quæst. 1.* qui incestu ius sanguinis polluunt, *l. si adulter. 38. vbi gloss. Bart. Ang. & alij. h. tit. idem Ang. in §. si aduersus. Instit. de nupt.* qui, mas iuxtà & fœmina, pœna *de hac pœna vid. Paul. Grill. in tract. de pœn. damn. coit. qu. 3. Boer. decis. 318. Boss. de coit. dam. nu. 71. Chil. in pract. ord. Imp. cap. 117.* adulterij tenentur, *d. l. si adulter. l. 5. de quæst. vid. Ang. in tract. malef. verb. che hai adulterato. num. 66.* quæ hoc casu in mulieribus non est apud Saxones capitalis, vt nec in adulterio. Vnde fortè nec in maritis erit, qui cum solutis incestum committunt: nisi nefario coitu, contra ius gentium; & naturam, cum ascendentibus, vel descendentibus, vel sorore commisceantur. *Damh. in pract. cap. 94. Boer. decis. 318.* cum his enim propriè incestus committitur, *gloss. in Auth. incestas. C. de incest. nupt.* non cum illis qui vlteriore gradu ex latere aut per affinitatem coniunguntur, vt apertè Paulus *in l. vltim. de rit. nupt.* ostendit: quare in his pœna debet mitigari. *Ioan. de Anan. consi. 392. Boss. de coit. damn. numer. 73. Anchor. consi. 392. Sig. Ho. consi. 25. Boer. decis. 318. numer. 5. ord. Imper. cap. 117. Mich. Mil. con. matr. 18. num. 7. vol. 1.* Et his quidem modis, qui stupra inferunt, coercentur: qua verò ratione ij quibus infertur, & qui patiuntur, castigari debeant, vna regula explicari nequit. *vid. Ang. in tract. malefic. verb. che hai adulterato. num. 53.* Apparet tamen iure ciuili stuprum non violentum (vis enim illata excusat, *l. vnic. Cod. de raptor. l. vim passam. 39. hoc tit.*) publicatione dimidiæ partis bonorum, & in monasterium detrusione, punitum in patien-

te fœmina fuisse: *l. eum qui duas. vbi Salic. num. 2. & in l. si mulier. pen. nu. 234. C. h. t.* quæ pœnæ iure Cano. *Salic. in d. l. eum qui duas. num. 3. Cano. in d. c. 1. ext. eod.* & moribus nostris exoleuerũt, quibus vt simplices fornicationes (de quarum castigatione suprà *num.* 18. diximus) stupra in iis qui patiuntur solent coerceri: nisi cum alteruter sexus in suum ipsius sexum contra naturam nefandas libidines exercet: tunc enim in vtroque, tam agente quàm spõte patiente, idem supplicium capitis hærere debet. *l. cum vir. 31. l. fœdissimam. 20. C. eod. vide de aliis casibus Ang. præal. loc.*

AD LEGEM IVLIAM de vi publica. Tit. VI. C. 9. 12.

1 *Vis publica quomodo committatur.*
2 *Quid armorum appellatione veniat.*
3 *Qui hac lege teneantur.*
4 *Pœna.*

1 INiuria † etiam non mediocris inferri solet per vim, tam publicam, quàm priuatam. Nam quicquid per vim fit, in alterutram hanc vis speciem incidat, necesse est. *l. hoc iure. 152. de reg. iur.* Vis publica armis committitur, priuata sine armis. *§. recuperandæ. in fin. Instit. de interd.* nam cum ad vim arma parare iniussu Principis legibus publicis sit interdictum, *l. 1. h. t. Nouell.* 85. *de armis. l. 1. C. vt arm. vs. lib.* 11. qui vim armis illicitè facit, publica iura, pacémque omnium communẽ violat: ac proinde publicam vim meritò fecisse creditur, quoniam vniuersam Rempubl. vt rectè inquit Cic. *de Arusp. resp.* oppugnare videtur.

2 ¶ Armorum autem appellatione ἐν πλάτει, nõ solùm scuta & gladios, sed fustes, lapides, & quicquid nocere potest accipimus. *l. armatos. 9. h. tit. d. §. recuperandæ. Paul. lib. 5. tit. 3.*

3 ¶ Hac lege tenetur, qui arma præter necessarium vsum cogit: *l. 1. & 2. h. t.* qui turbæ seditionisue faciendæ causa consilium init, eóue nomine homines in armis habet: aut cũ telo in publico est, dum tamen pubes sit: *l. 3. h. t.* qui villas, naues, domos oppugnant, effringunt, expugnãt, (id quod capitale est. *l. penul. h. t. Paul. lib. 5. tit. 3.*) Itaq; fortè non satis erit ad pœnam huius legis oppugnatio, nisi sequatur effractio, *l. 3. & l. pen. h. t.* quasi delicto necdum consummato. *Bart. in l. 1. §. fin. h. t.* tamẽ indistinctè vult pœnam huius legis obtinere quomodocũque alicui in domo sua prælium (sic enim ipse loquitur) detur: id quod statuta multarum ciuitatũ sequuntur, qui ex incendio quid armati rapiunt, *d. l. 3. 4.* aut incendium faciunt: *l. 5. h. t.* qui hominem concludit, obsidet, diripit, rapit, cõstuprat: *d. l. 3. 5. 6. h. t.* qui in magistratu existens, ciuem Romanũ torquet, verberat, necat. *l. 7. h. tit.* Etsi enim de stupro cæde & incendio, etiam lege Cornelia teneantur: tamen nihil prohibet quenquam pluribus legibus teneri: & atrocius crimen est, quando publica authoritate aut armis committitur. Item qui Romam euocatũ vincit, impedit quominus se sistat: *l. 8. h. t.* qui dolo perficit; ne iudicia exerceantur: qui conuocatis hominibus vim armis facit, vt quis verberetur, *l. 10. h. t.* (quo tamen casu, vnus multorum actus pro vna violẽtia habetur: *Bart. in l. 2. num. 10. de priua. delict.* qui noua vectigalia iniussu Principis exercent & extorquent, *l. fin. h. tit.* aut quod perinde est, vetera cumulant & adaugent. *l. 2. vbi Salic. C. no. vec. imp. non poss.*

¶ Damna[illegible]blica olim aqua & igni interdicebatur: *l. 10. § fin. h. t.* cuius in pœnæ locum hodie successit deportatio. *l. 3. ad l. Iul. pecul.* Quibusdam tamen, vt seruis, incendiariis, effi[illegible], capitale supplicium irrogatur: *l. 4. in fin. l. pen. h. t. l. seruos. 8. C. eod.* vt & libero, quando ex tumultu & violentia cædes alicuius insecuta est. *l. quoniam. 6. vbi Bart. C. eod.* Bona etiam damnatis adimi solere, indicat Cicero in quadam ad Brutum epistola: Atq; ille, inquit, si armis positis de vi dãnatus esset, quo in iudicio certè defensionem non haberet, eandem calamitatem subirent liberi, bonis publicatis, ídq; & leges veteres cautum habent *l. si quis. 7. in fin. vbi gl. fin. & Bal. nu. 11. C. eo.* Sed Iustin. bona damnatis adimi vetuit, *Auth. bona damnatorum. C. de bon. dam.* quem nostri Sax. sequuntur: qui loco deportationis, fustigationem & relegationem decernunt; *vide J. de inter. & relegat.* nonnunquam etiam hoc casu manus amputationem; quæ tamen pœna grauis est, & velut capitalis. *Bald. in Auth. sed nouo. in prin. C. de seru. fug. §. ad hoc. in Auth. de collat. Bart. in l. 2. num. 12. de publ. iud.* 4

AD LEGEM IVLIAM de vi priuata. Titulus VII.

1 *Quid sit vis priuata.*
2 *Qui in hanc l. committant.*
3 *Pœna.*

DE † vi publica tenetur, qui sine armis vim fecit, puta conuocatis hominib. aliquem verberauit, pulsauit, *l. 2. h. t.* &c. quid, † veluti pignus, *l. 1. & 5. C. eod.* abstulit; *l. 3. h. t.* (quod iure tamen Sax. impunè quandoque fieri, & iuris sui tuendi, ostendíque aduersarij causa permitti, suprà ostendimus, *Land. lib. 2. ar. 47. & 48. dixi sup. ad tit. si quad. paup. nu. 5.*) quo minus quis in ius produceretur, obstitit: *l. 4. h. t.* alienum agrũ, rémue occupauit, *l. 5. h. t.* quamuis sibi debitam. *l. 5. l. pen. l. fin. h. tit. vide l. extat. de eo quod met. caus. gl. Bart. & Dd. in l. si creditores. C. de pign.* Ex S.C. etiam 1 2

etiam Volusiano qui improbè coeunt in alienã litem, vt quicquid ex cõdemnatione redactum fuerit, inter eos communicetur; lege Iulia de vi priuata tenentur: *l. 6. h. t.* vt & illi qui ex naufragio dolo malo quid rapiunt; quanquam etiam extra ordinem constitutionibus puniantur. *l. 1. in fin. h. t.*

3 ¶ Damnati de vi priuata pars tertia bonorum ex l. Iulia publicatur: ac cautum est; ne Senator sit, aut decurio, aut vllum honorem capiat, néue in eum ordinem sedeat, néue iudex sit: & videlicet omni honore quasi infamis ex Senatusconsul. carebit. *l. 1. h. t.* Nam hoc iudiciũ existimationem lædit, *l. fi. h. t.* vt reliqua publica omnia. *l. infamem. sup. de pub. iud. l. 1. vbi gl. de his qui not. infam.* Illud porrò tenendum vltimo loco. de vi etiam ciuiliter agi posse: *l. si quis. 7. C. eod. l. vnic. C. quand. act. ciu. præiud. crim.* & quando in statutis & legibus vis fit mentio, & pœna additur, in dubio hoc de vi priuata, non publica accipiendum interpretandúmque esse. *Dec. in l. hoc iure. 152. num. 2. de reg. iur. per l. si præses. de pœn. Boss. in pract. crim. cap. de vi publ. & priu. num. 5. & tit. de plurib. viol. num. 75.*

AD LEGEM CORNELIAM de sicariis & veneficiis. Tit. VIII. C. 9. 16.

1 *Continuatio: & de grauitate huius delicti, ac lege Sempronia.*
2 *Summa legis Corneliæ.*
3 *Sicarij qui, & vnde dicti.*
4 *Veneficium quid.*
5 *Homicidiũ vnde dictũ, & quotuplex.*
6 *De homicidio doloso, nec in eo discrimen personarum fieri.*
7 *An in fœtu necdũ nato homicidiũ fiat.*
8 *Non esse discrimen, quo teli genere cædes fiat.*
9 *In vulneratione considerari teli genus.*
10 *Animũ occidẽdi in homicidio præsumi.*
11 *Explicata l. 1. §. diuus.*
12 *Paria esse, occidere, & causam mortis præbere.*
13 *Mandantem puniri vt mandatorium.*
14 *An quæ infantes exponunt, hac lege teneantur.*
15 *Castrantẽ etiã volentẽ, aut qui seipsum vel aliũ volẽtẽ occidit, hac pœna teneri.*
16 *An voluntas & vulneraito sine cæde tanquam homicidiũ debeat puniri.*
17 *Ordinaria pœna legis Corneliæ.*
18 *Quomodo mitigetur.*
19 *Quid si in rixa homo sit cæsus.*
20 *Qui possint impunè occidi.*
21 *De homicidio ex ira vel dolore.*
22 *Probandum esse animum defensionis, et quid seruandum, si in ea probatione reus deficiat.*
23 *De casuali homicidio per culpam commisso.*
24 *Quid si per ebrietatem.*
25 *A furioso & infante. & qui sint infantes: item ab impubere.*
26 *A minore.* 27 *De casuali.*
28 *De veneficiis.*
29 *An mathematici pœna veneficij teneantur.*
30 *Pœna veneficiorum.*
31 *De incendiariis.*

POstquam in genere de violentiis dictum est, quæ lege Iulia de vi generatim coercẽtur: nunc exequamur singulares vis species, quæ propter atrocitatem generi exẽptæ sunt, & specialibus legibus ac pœnis coercentur: *vide Paul. lib. 5. tit. 23.* quo in numero sunt cædes, veneficia; incendia, quæ delicta, lege Cornelia vindicãtur. Ac profectò si quis rem recta putet via, nullam vim grauiorẽ detestabiliorémq; reperiet, quàm eam quæ sanguinem humanum effundit, cædibúsque ac luctu grassatur, & Rempubl. ciuibus orbat. *vid. Hipp. ad Rub. hanc nu. 2. & 3. h. t. Dam. in pract. c. 67.* Imò & terram ipsam sanguine pollui, nec mundari nisi homicidæ effuso rursum sanguine, lex diuina *Num. 35.* testatur; vnde & hoc nomine precium pro pœna sumi prohibet, ne tota regio vnius ob scelus & furias anathemate puniatur. *Num. 28.* Ad coercendas autem cædes seu gladio seu veneficio factas, primùm Sempronius Gracchus legem tulit, cuius meminit Cic. pòst Lucius Cornelius Sylla dictator, de cuius lege hoc in titulo agitur: qui etsi non valde magnus neque copiosus est, tamen eius in explicatione, paulò diutius immorari consilium est, propter frequentiam delicti huius in hoc furioso mundi exitu in dies inualescentis, proptérq; grauissimas deliberationes ac disputationes, quæ indidẽ oriuntur: ad quarũ rectam diiudicationẽ, saltẽ aditũ aliquẽ patefacere conemur. Quam meam voluntatem spero vobis, qui ad Rempubl. spem erudimini, probari posse. 1

¶ Lex igitur Cornelia de tribus delictis agit: de cæde, veneficio, & incendio. Martianus; *l. 1. h. t. Paul. lib. 5. tit. 23.* Lege Cornelia, inquit, de sicariis & veneficiis tenetur, qui hominem occiderit, (videlicet aut gladio, aut veneficio) cuiúsque dolo malo incendium factum erit, &c. De singulis ergo ordine erit dispiciendum. 2

¶ Sicarij dicti sunt à sica: quod genus gladij breuioris *§. item l. Cornelia. in fin. Inst. de pub. iudi.* est, quasi seca à secãdo dictum: hinc abusiuè, qui quocunque telo interficiunt, sicarij appellãtur. 3

¶ Veneficium est, venenum facere, parare, distrahere, præbere in alicuius necem. Venenum autem appellatio, etiamsi aliàs generalis est, *l. qui venenum. 236. de verb. signif.* vt apud Hom.

Φάρμακα πολλὰ ἐπὶ ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

tamen in materia delictorum, pro noxio medicamento accipitur. Veneficos eos etiam esse vult Iust. *d. §. item lex.* qui magicis artibus homines interficiunt: quíq; mala medicamenta vendunt.

5 ¶ Homicidiũ ab homine dictũ est. vt Græcis ἀνδροκτασία. Homo, etsi de viro propriè accipitur, *l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ver. mulier aut homo perierit. de pœn.* tamen ad vtrunq; sexũ, *l. hominis. de ver. sig.* atq; adeò ad infantes etiam, maximè hac in lege pertinet. *l. pen. C. eo.* Hoc ita definit Bald. vt sit quælibet examinatio violẽter facta, qua anima à corpore separatur. *Bald. in l. qua actione. 7. §. 1. ad leg. Aqui. per l. item Mela. 11. §. Cel sus. e. t.* Illud Canonist. diuidit in spirituale & corporale. *Host. in Rub. de hom. n. 2.* nos priore specie, quę ad Ecclesię iudicium pertinet, omissa, de altera secundũ materiam subiectã agamus. Homicidiũ igitur corporale, aut est voluntariũ, aut casuale: illud consultò, hoc casu aliquo inopinato citra dolum malum admittitur. *tot. t. ext. de hom. vol. & cas.* Illud rursus aut planè voluntarium est ac dolosum, aut coactum: vt cùm quis sui defendendi gratia aggressorem interficere cõpellitur: de quibus omnibus sigillatim videamus.

6 ¶ Ergo qui consultò & dolo malo hominem iugulat, dubiũ nõ est, quin lege Cornelia teneatur, *l. pe. h. t.* nullo in discrimine posito, cuius cõditionis hominẽ occiderit, seruũ an liberũ. *l. 1. §. 1. h. t. l. inde. §. si dolo. ad l. Aquil.* &c. Omnes enim ad imaginẽ Dei creati sunt, *l. si quis. 17. C. de pœn.* qui omnibus communẽ naturam dedit, *l. hos accusare. 12. §. vlt. ſ. de accus.* consimilẽ animam eandémq; vitam infudit: quam sine iusta causa eripi ab homine qui nõ dedit, parricidiale facinus est: præsertim cùm natura cognationẽ quandam inter nos constituerit. *l. 3. de iust. & iur.* Nam & Decalogus in genere atque indiscriminatim præcipit, Non occides, videlicet, quenquam. Et Exod. 21. addita est interpretatio, vt etiam si quis seruum suum occidat, criminis reus sit.

7 ¶ Qua ratione etiam qui infantes interficiũt, pœna capitali tenentur: *vbi Salic. l. pen. C. eo. Cuiac. obs. lib. 6. cap.* 21. quod tamen in nondum natis distinctionem recipit. nam si fœtus abigatur antequam verisimiliter animatus fuerit, id est, antequam verisimiliter animatus fuerit, id est, ante quadragesimum à conceptione diem, mitiori pœnæ locus est: *l. si mulierem. 8. h. tit.* quia homicidium ferè non committitur in eo qui anima caret, cum nondum homo sit: *Host. in Rub. de homic. text. in c. quod verò. cum cap. sequ. 32. quæst. 2.* sin autem post quadragesimum diem abigatur, cædes facta videbitur, *d. cap. quod verò. l. si quis. 38. §. qui abortionis. in verb. mulier aut homo (scilicet animatus) perierit de pœn.* ſ. & lex Cornelia attendetur, *gloss. in l. diuus. de ext. cri. d. l. si quis. 38. §. qui abortionis. de pœn.* aut etiam lex Pompeia de parricidiis *l. 1. in fin. ſ. de parr. tit. 1.* si matres ipsæ abigant: quod & olim vsurpatum fuisse Cic. *pro A. Cluentio. l. Cicero. inf. de pœn. dixi 8. de ex. crim. Const. Imper. cap. 13.* indicat: quanquam vsu lex Cornelia, velut mitior, potiùs quàm Pompeia hoc casu locum habet. Congruunt hæc cum lege diuina, *Exod. 21. vers. 22. 23. de qua Theodor. in Exod. quæst. 48.* Quid est illud ἐξεκοπησόμενον? ferunt, cum corpus in vtero perfectè formatum fuerit, tunc fœtum animari. Etenim creator prius formauit corpus Adæ, tum illi animam inflauit. Statuit ergo Legislator, quòd si mulier grauida abortiuum fecerit in rixa; si effigiatus infans egrediatur, id est, formatus organico corpore: factum illud homicidium vocandum, authorémque sceleris pœnam luere homicidij debere: si verò partus egrediatur informis, homicidium non censendum; quia nondum animatum erat quod abortiuum est ædirum; reum tamen de damno teneri. Eodem pertinet super Exod. quæstio 80. tomo 4. operum Augustini, fol. 107. Quòd non formatum puerperium noluit ad homicidium pertinere, profectò nec hominem deputauit, quod tale in vtero geritur. Hîc de anima quæstio solet agitari: Vtrum quod formatum non est, nec animatum quidem possit intelligi: & ideo nõ sit homicidium, quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habeat. Sequitur enim & dicit: Si autem formatum fuerat, dabit animam pro anima: vbi quid aliud intelligatur, nisi & ipse moriatur? Et mox: Ideo lex noluit ad homicidium pertinere, quia nondum dici potest anima viua in eo corpore, quod sensu caret, si talis est in carne nondum formata, & ideo nondum sensibus prædita. Idem lib. quæst. vetteris & noui Testamenti, quæst. 23. Quod quidem Moses manifestè tradidit; dicens: Si quis percusserit mulierem in vtero habentem, & abortiuerit, si formatum fuerit, det animam pro anima: sin autem informatum fuerit, mulctetur pecunia: vt probaret, non esse animam ante formam. Hæc ille. Cæterùm animæ infusæ non ex traduce, vt quidam somniant, sed factoris ab ore, quomodo loquitur Prudentius, ex nihilo creatæ, reliquorum spirituum instar. *Genes. 2. 7. de quo August. quæst. vet. & noui Testa. quæst. 23. tomo 1. fol. 58. Psal. 33. 15. de quo Hier. tomo 8. fol. 47. Esa. 57. 16. Zach. 12. 1. Iob. 10. 12. de quo H. B. dec. 4. ser. 10. Sap. 15. 11. Eccles. 12. 7. Ioan. 5. 17. August. de definit. orthod. fidei. cap. 14. & 18. tom. 3 operum. August. fol. 138. & cap. 21. lib. 10. de Genes. ad literam. & passim. Hier. li. 2. contra Rufin., ad Pamm. & Mar., om. 2. pag. 213. Thomas Aquin. sup. lib. 2. Sent. Lombar. Nazian. Car. de virg. & eiusdẽ frater Cæsar. Dial. 2. Hil. lib. 10. de Trin. Prosper. lib. 2. Prouid. Ambro. cap. 7. ad Rom. tom. 5. fol. 206. Petrus Lombar. lib. 2. distin. 17. 18. & ibi Bona. quæst. 3. gloss. c. quod verò. 32. quæst. 2. Ludo. Vives lib. 2. de anima. Cyrillus lib. 2. tom. fol. 245. in Dialog. de Trinit.* Huius igitur animæ viuentis præcipuum indicium, est motus: ac constat, animam pro vita poni

ta poni in scripturis, & illo ipso loco superiùs ad Hebræos. *Exod. 21. vers. 23.* animam pro anima, quæ inde etiam ἐνέργεια definitur Aristoteli lib. de anima, quasi motus continuus in subiecto, *Syrac. 9. Dan. 11.* seu vt Cicero vertit. *Tuscul. 1.* continua agitatio, motio. Quam constitutio prouincialis 4. *parte 4.* abactionem fœtus viuentis, pro homicidio habet, *da die frucht gebirt*, si mortuus inde fuerit: non si abigatur recentior, *sonoch. vnder der helffete nac der empfenhnuß.* An verò qui se ipsum interficere voluit, hac quoque pœna tenearur: Sanè lex militem qui sibi manus sine iusta causa intulit, capite vult puniri *l. si quis. 27. §. fin. de pœn.* Sed hodie, quia conatus homicidij, pro effectu nunquam punitur, morte non insecuta, vt pòst dicemus, ideo hoc casu leuior pœna solet imponi. nã si quis seipsum planè interficiat, de pœna quæri non potest, cum crimen mortalitate sit extinctum, & sibiipsi homicida necem intulerit: cadauera tamen eiusmodi desperatorum, non communi more sepeliri, sed in furcam tolli, aut sub ea sepeliri solent: vt hoc saltem modo, quãdo aliter nequit, quid meriti sint, ostendatur: si tamen id in reatu, non alia ex causa fecerint. *secundum dist. l. 1. l. vltim. de his qui sibi mort. l. 1. C. eod. l. omne. §. qui se vulnerauerit. de re mil. ord. Imp. c. 135. Sax. lib. 2. art. 31. Schneid. §. iuris præcepto. Instit. de iust. & iure.*

¶ Non autem interest, quo teli genere, aut quomodo cædes facta sit, gladiónę an fuste. Teli enim appellatio latè patet: *d. §. item l. Cornelia* etsi in vulneribus illatis genus armorum inspiciatur, vt videlicet inde colligatur, occidendi ne animo percussum sit, an non. Nam † qui gladio aut alio instrumento ad faciendam cædem idoneo verberat, is indubitatè animo occidendi videtur id admisisse. *l. 1. §. diuus. h. tit.* Sed si claui percusserit, aut cucuma, hoc est, ligone ferramentis præmunito: quamuis ferro percusserit, tamẽ quia hæc instrumenta ad alios vsus quàm ad cædem & vulnera sunt facta aptáque, non videbitur animo occidendi percussisse, *d. l. 1. §. diuus.* Idémque erit si quis baculo percusserit, *l. omne. 6. §. si quis. de re milit. l. 1. C. de emen. ser. glo. in c. significasti. de homi. Spec. in tit. de accus. vers. sed pone. Bart. nu. 7. §. diuus. Bald. in l. eum mandati. C. mand.* aut calce, *l. 5. C. eod.* aut cultello domestico: *gloss. ad verb. minores. in Auth. de arm. Bart. in l. 1. & l. fin. ſ. ad l. Iul. de vi pub. Cle. 1. §. quia. de sta. mon.* quod vix est vt admitti possit, si punctim cultello vis inferatur. Grauius enim ac periculosius his cultellis ac pugionibus vulnera punctim infliguntur, quàm gladio aut fica. Sed cum cædes insecuta non est, haud displicet, vt mitiorem in partem propendeamus: *l. sæpe. 53. in fin. de verb. sign. Gand. in prac. cri. ti. de hom. n. 11. Hipp. cons. 105. circa. num. 21.* de quo casu loquitur Martianus. *in d. §. diuus.* Cæde † autem insecuta, semper & indistinctè præsumitur animus occidendi: nisi aliud ex circumstantiis colligi probabiliter possit. *l. 1. C. vt de vi. l. 1. C. eo.* omnia enim delicta cum sint illicita & prohibita legibus præsumuntur dolo malo fieri: *l. si non conuicij. C. de iniur.* vt reliqua omnia quæ aduersus leges fiunt. *c. qui contra. de reg. iur. in 6.* Itaque † quod Mart. *in d. §. diuus.* ait, qui claui aut cucuma homicidium admisit, eius pœnam leniẽdam, quòd casu magis quàm voluntate id videatur, perpetrasse: non eam interpretationem habet, quasi ex solo teli genere animus dolo vacans debeat præsumi: sed repetit his verbis l. C. casum homicidij casualis, quem initio posuerat: & huic opponit vulnerationi, animo occidendi factæ, tantúmq; illud innuit in summa: vulnus gladio illatum, præsumi animo occidendi factum; quod autem ligone, vel cucuma, nequaquam. Quare etiamsi mors insequatur, adminiculum hoc esse ad leniẽdam pœnam, si alia quoque concurrant, quæ quasi testantur voluntatem interfiendi defuisse: vt si in rixa subita, non consilio, sed casu potius talibus armis vulnus sit factum. *vt Exod. 21.* Sed † vt ad propositum reuertamur, illud etiam non interest, vtrũ quis occidat, an causam mortis præbeat: *l. nihil. 15. h. t.* quod iuxta sententiam legis Corneliæ est accipiendum: scilicet quando causa mortis, dolo malo, & animo occidendi est præbita. Vnde cædem esse interpretabimur, si magistratus operam dederit, quo quis falsum iudicium, quasi de communi crimine alicuius cõscius; profiteretur in hoc, vt innocens condemnetur: aut pecuniam accepit, vt publica lege, hoc est, publico iudicio quis reus fieret: aut aliud quid contra hominis necem fecerit, quod legibus permissum non sit. *l. 4. in prin. h. t.* quíue falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur: *d. l. 1. §. 1. l. 3. §. item. h. t.* item, qui per alium cædem fieri curauit aut mandauit. *l. non ideo. C. de accusat. Paul. lib. 5. tit. 25. l. aut qui aliter. 5. §. fin. quod vi aut clàm. vbi Bart. & in l. non solùm. 11. §. si mandato. de iniur. l. hæc verba. ſ. de adul. c. pro humani. 1. de hom. in 6. Pan. & alij in c. mulierem. de sent. excom. Dec. in l. is damnum. 129. nu. 3. de reg. iur. vid. Ang. & alios in prac. cri.* Quare † verum non videtur quòd quidam *Dec. & Cag. in d. l. is damnum. Fel. in d. c. mulierem. vide Mynſ. obſer. 40. cent. 1.* tradunt, eum qui accusat aliquem fecisse homicidium, & probat mandasse: nõ videri probasse quæ in libello deducta sunt, ac proinde succumbere: quòd diuersa sint, facere, ac mandare. Nam mandatum hîc æquipollet facto, nec diuersa hæc sunt, sed eadem: cum non minus ex mandato quàm ex facto pœna capitalis sequatur: *Bart. & alij in l. si per alium. ſ. ne quis eum qui in ius voc. vide omnino. Ang. in tract. mal. ad verb. Sempronium mandatorem.* vt sæpe obseruatum memini.

¶ Sed an qui liberos exponunt, ac omniũ rerum inopia quasi perire sinunt, eadem lege tenẽtur? Et quidem in ciuilibus necare videtur, qui alimenta denegat. *l. 4. de lib. ag. c. fin. 87. dist.* Sed cùm non animo occidendi, imò potius conciliãdæ à prętereuntibus misericordiæ gratia pleriq; infantes exponant, quam ipsi misericordiam nõ habẽt: *d. l. 4.* verius est, eos extraordinem puniri

l.2.vbi gloss.& Dd.C.de inf.exp.l.nec filium.9.C.de patr.pot.l.1.§.pœna.vbi glo.de lib.ag.Dd.in Rub.de inf.exp.Olden. in Rub.C.de inf.exp.nisi dolo malo in locum solitarium infantes,præsertim sanguinolentos,id est,recens natos abiiciant, vbi inedia consumantur. tunc enim meritò lege Cornelia de sicariis,præsertim euentu secuto, tenentur; Bart.in l.necare.in fin.de lib.agn. Azo in Rub. C.de inf.exp. quia mortis causam præbent. l.nihil.15.h.t.cum ibi alleg. Mitius tamen,hoc est, relegatione,vel euentu secuto, fustigatione exterminari tales memini.

15 ¶ Eadem lege Cornelia tenetur, qui author seditionis fuit,& qui naufragium suppressit,hoc est, homines, iumenta, aliáq; naufragio perdita occultarit,in vinculis aut ergastulo habuerit;d.l.3.§.item qui author. qui hominem circumcidit, l.circumcidere.h.t.castrauit, quíq; se castrandum præbuit.l.4.5.6.11. h.t. nam cum nemo suorum membrorum sit dominus, l.liber.13.ad l.Aquil. in se quisq; homicidiũ cõmittere prohibetur, l.omne.6.§. qui se vulnerauit. de re milit. l.fin.§.si quis autem.ff.de bon.eor. Bald. in l.1. C. de bon. eor. Cyn.in l.1.C.qui testa.Ias.nu.5.in l.1. C. de ser fugit. & in alium olim inuitum, Paulus lib.5.tit.23. hodie etiam volentem. Hip.in l.1.nu. 2. h.t. cum ibi alleg.est autem instar homicidij, virilitatẽ ac sexum quodammodo homini adimere. item qui hominis necãdi,aut furti faciendi, aut inuadendæ possessionis causa,cum telo ambularit, familiam armarit: d.l.1.in princ. d.l.3.§.item is. l.is qui cum telo.7.C.eod. quia & lex Cornelia (sicut & Mosaica, Exod.21.)& constitutiones, vide Tiraquell.in tract. de pœn.cau.55. voluntatem in hoc maleficiorum genere, non exitum spectari voluerunt.l.diuus.14.h.t. Sed hoc ius vt nimis durum,hodie generali consuetudine abolitum esse testatur Spec.tit. de accusatore.§.1.num.7. Bald. & Cyn.in d.l.is qui cum telo.

16 ¶ Vnde & illud rectè quæritur,an,qui animo occidendi,hominem vulnerauerit,lege Cornelia pro sicario sit damnandus?& sanè damnandũ Adrianus rescripsit: d.l.1.§.diuus. quod hanc habet rationem,quia res est ad actum consummationi proximum deducta. Nam qui vulnerauit, quãtum in se fuit,interfecit: vnde delictum pro completo haberi debet, l. eum qui duas. 18.C.de adult.l.1.vbi Bald.nu.3.& Sal.C.de sep.vio. Bar.in l.si quis leg.tum. nu. 2.de fals. Bald.in l. si quis non. C. de episc.& cler.nu.9.Salic.post alios.in d. l.is qui cũ telo.num.2.& 6. præsertim in atrocioribus, d.l.si quis non dicam.l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest. l.1.l.vtrum.ff.tit.1.l.vnic. C.de rapt. virg. Etsi autem Salic.in d. l.is qui cum telo.num.6.eò inclinet, vt arbitretur quando lex aliquem conatum punit sicuti effectũ,tũc posse iudicem ex potestate sibi à lege concessa,mitigare pœnam,sed ad id non compelli: tamen in hac specie semper in ea fui sententia,secundum quam & iudicatum scio; vt existimẽ,non esse boni viri prouidiq; iudicis, eum qui tantùm vulnerauerit,pro homicida damnare.Nam etsi nõ inficior,in atrocissimis delictis,

A pura parricidij,maiestatis,&c. conatum pro effectu puniri l.1.in fin.de parri. l.vnic.C.de rap.virg. posse:tamen ea cum sint propter enormitatem delictorũ singularia, non sunt trahenda ad consequentias, l.ius singulare de legib. præsertim in pœnalibus: c.in pœnis. de reg.iur.in 6.l.cui quidam.19.vbi Dd.de lib. & posthum. videmus enim regulariter,in delictis mitius puniri conatum delinquendi,quàm delictum perfectum: l.1.de ext. cri.l.vulgaris.21.§.qui furti.de furt.l.si fugitiui. C.de B seru.fug.& delicta de assumpto actu, subsecutóq; euentu intelligi oportere, ait I. C. l. fugitiuus. 225.de verb.signif. Ac verè mihi dixisse videtur Spec. præalleg.loco. istiusmodi legibus generali consuetudine esse derogatum. & Cyn. in d.l.is qui cum telo. cum ait: licet lex puniat propositũ in homicida;tamen iudicem debere considerare euentum, qui delicta aggrauat, c.periculosè.de pœn.distinct.1.estq; cum primis attẽdendus, l.aut facta 16.§.euentus.de pœn.l.si quis legatum. 6. vers. C cæterùm.de fal.gl. & Bart.in l. fin.de ver. diuis.gl.in l.1.ad ver.voluerit.quam not. Cast.& Alex.de leg. 2. & in l.si constiterit. ad verb. voluisse.sup. fin.reg. Et ita iudicari, non modò quando statutum loquitur de homicidio, sed etiam generaliter ex benigna interpretatione,plerique tradunt.Spec. præall.loc.Bald.in l. huic scripturæ. §. si seruus. ad l. Aquil.in l.data a num.55.C.de his qui accus. Bonif.de mal. tit. de ins.percuss.num. 15. Iacob. de Bel. in pract.tit.de inuas. num.5. Fel.in tract quand.conat. D puni.Boer.decis.323.nu.6.par.2. Matth.de Affl.decis. Neap.21.nu.11.Alex.consil.15.viso.num.5.vol.1. Hip.cons.105.circa.num.1. Pro quo & illud facit quod communiter traditum est,eum qui lethaliter vulnerauit, mitius puniri,si ab altero postea vulneratus occidatur. l.item Mela §.Celsus. ad l.Aquil.l.huic.2.si seruus eo. Tiraq.de pœn.caus. 61. Quibus consonant criminales Imperij constitutiones cap.117.cum volunt conatum homicidij arbitrio iudicis puniri,non secuto euentu. E Pœna autem quæ committitur arbitrio,semper mitior esse debet, quàm quæ legibus præscribitur:ideo non est ad pœnam mortis facilè extẽdenda: l.1.de fur.Bald. l.1.§. effractores. de effrac. l. hodie.13.de pœn.latè Boer.decis.254.num. 13. Alex. cons.5.in casu.num.13.vol.1. & cons.283. vol.2. Nec ab hac æquitate abhorret aut lex diuina, Exod. 21.vers.18.19.Leuit.24. Num 35.Deut.19. aut ius Sax.quamuis aliàs durum & terribile.Nam cum ciuiliter de homicidio agitur;sicuti agi potest,l. F 3.C.ad l.Aquil.cædẽ vno Vuerigeldio,hoc est, 24. aureis (quos schokos vocant) hîc vsitatis; at vulnera qualiacunque, non secuta morte,dimidia tantùm eius parte mulctat. Land.lib.2.ar.38. vbi gl.Fach.dif.62.Quare & cũ criminaliter agitur,mitius ex hoc iure conatũ homicidij quam euentum puniendum esse, consentaneum est; argumento à ciuilibus ad criminalia ducto. glo. & Dd.in l.omnem.22.de iud. cap.fin. de for.comp. Imò quod amplius est, non desunt qui existi- G ment,id quod à Spec. suprà traditum esse diximus,etiam Sax. moribus obtinere; iúsque illud puniendi

puniendi ex æquo, tentatum, atque delictum consummatum esse abolitum; & tantùm puniri euentum.Reinhar. diff.pœn.6. per art.39. Lehenr. Concludendum igitur videtur; etiam hoc iure, eum qui animo occidendi vulnerauit, nequaquam cædis, sed tantùm vulneris Reinhar. diff. pœn.31. per Landt.lib.1. art.16. reum esse; & huius non illius pœna teneri. Itaque suprà posita Salic. decisio, existimantis non compelli iudicem,sed posse pro arbitrio mitius punire conatum quàm effectum,cum lex vtrumque eodem modo coercet: valeat in atrocissimis delictis: Bald.in c.1.§.denique.num.2.quæ fuit pri.caus.benef. & ibi Alu.num.3. maiestatis, parricidij, raptus (quanquam hoc ipsum controuerti potest,& dicere durum est: Hip.in l.is qui cum telo.C. de sicar. & cons.105. Fel.latè in tract.quand.cona. Chass.in consu. Burg de iust.§.5. verb.s'il n'a grace.num.23. nisi quando lex expressè conatum punit: vt in raptu, literis hostilibus (beuheden. vnd feindsbrieff schreiben appellant, &c.) vide ord.Imp.c.128. 129.aut etiam in pœnis Ecclesiasticis:c.1.de hom. in 6.) in reliquis dicamus eum oportere omnino pœnam,non secuto euentu,mitigare.

17 ¶ Quam ergo pro eiusmodi vulneribus mulctam imponet, & quatenus mitigabit? Constat, ordinariam pœnam legis Corneliæ olim fuisse deportationem, cum ademptione bonorum: l. 3.§.fin hoc tit. sed hodie,inquit I. C. solent capite puniri: l.3.§.fin.l.pen.h.t.l.pe.Cod.eod.§.item lex Cornelia. Instit. de pub. iud. id quod præceptis diuinis consentaneum est, Gen.9. Num.35. Deut. 10. Exod.21.12. moriendo morietur & vers.14. tolles eum vt moriatur. Hæc † igitur si mitiganda est,
18 vt certè est, non debet ad supplicium perueniri. Ac Salic. in Rubr.Cod.de cri.sacr. ex sententia Bald.in c.1. §.iniuria.num.13. de pace iura fir. quidem dicit, in Capitolio ita iudicatum fuisse, in minore, cui ratione ætatis mitigari pœnæ solent,l. ferè. de reg. iur.l. auxilium. de minorib. vt ei manus amputaetur: id quod & ius Sax. sequi videtur. glo. Vueych.art.83. in fin. Sed cum hæc pœna sit peregrina, & sæpe acerbior ipso supplicio: (multi enim ex ea diem cum cruciatu obeunt)cumq; regulariter,vbi mitigatur pœna capitalis, non sit infligẽnda aliqua corporis afflictiua: Hip.in l.1.num.61.C.de sicar.per l.si adulterium.38. §.Impp.de adult. l. si quis in graui. § si tamen.de S.C.Sylla.l.4.C.de adult.l.lex Iulia.§.fin. ad l.Iul.repet.magis placet & obtinuit,vt relegatio siue exilium perpetuum, aut damnatio ad remos, deportatióue decernatur. Bart. in l.lege. de vi publ. Nam & hæc magis accedit ad pœnam antiquam, videlicet deportationem; & honestioribus ex ipsa hac lege irrogari solet.d.l.1. in fin.hoc tit. & videmus ipsos Impp.in moderatione legis Corneliæ semper huc deuenire, ac pœnam capitalem conuertere in exilium.d.l.1.§.fi. l.3.§.1.& 4.l.8.h.t.l.4.C.de adult.atque ita in specie non multum diuersa, decisum fuisse, testatur Boer.decis.254.& ego iudicatum memini.

19 ¶ Si in rixa percussus homo perierit, ictus v-

A niuscuiusque in hoc collectorum spectari oportet: quòd si non potest indicari certus percussor,tenentur omnes, glo & Bart.in l. fin. hoc tit. nisi homicidam ex numero suo designent.l.fin. vbi glo.hoc titul. vide l. Mosaic.Exod.23. quod & apud nos seruatur: scilicet vt ciuiliter teneantur omnes,aut etiam ut criminali in iudicio torqueri possint, non etiam vt eapropter condemnari. Etsi enim præsumantur homicidij rei B non tamen ex huiusmodi præsumptione pœna capitali damnari debent, sed aliqua duntaxat leuiore. Felin.in c.significasti.2.de homicid. Gand. in tract.de homicid.numer.12. cum seqq. Dec.in l.fauorabiliores.167.num.6. de reg.iur. Alex.consil. 15. viso.volum.1. & consil.46. volum.4.& consil. 14. volum.3. & hanc dicit esse communem Boss.in pract. crim. de homicid.num.26. & 27. vide iure Saxon. Reinhar.diff.pœna.20. vide latè Tiraq. quanquam remissiuè loquentem, in tract.de pœn.caus.63. qui videtur concludere,nullum teneri.pro quo gl.in l.item. 11. C ad verb plures cum apostill.ad l.Aquil.

¶ Sciendum autem est, homicidij pœnis exi- 20
mi, si quis eos occidat quos interficere fas est: vt transfugam. l.3. §.fin.hoc t. vilem adulterum, l.marito.24. l.si adulterium.38. §.Imperatores. de adult.l.4.Cod.eod.tit.l. qui occidit.ad l.Aquil.Hipp. in l.1.num.3. hoc tit.vide glo.Land lib 1.art.50. & iure Imperij ac Saxonum lib.1. art.50.lib. 3. art. D 45.bannitum, &c.item furem nocturnum,Sax. lib.2. artic.13. Exod.22. gloss.Landtr.lib.1.artic.50. quem tamen indistinctè iure ciuili interficere non licet:l.furem.9. hoc t.l.itaque.5. ad l. Aquil, cap.3. de homicid.cuius iuris distinctionem sequi tutius est.Et hęc de prima homicidij specie sufficiant.

¶ Quod ad eam cædem attinet,quæ non do- 21
lo fit: sed quodammodò coactè, ex iusto dolore, vel metu præsentis violentiæ:sciendum est, si quis vxorem in adulterio deprehensam, aut E adulterum occidat, plerunque mitius puniri: quia difficillimum est, iustum dolorem temperare:l.1. §.fin.hoc tit.l.4.Cod.de adult.d.l.si adulterium.§.fin. ff. de adult. ex metu autem illatæ violentiæ homicidium factum, sæpe omnimodò excusari: vt si quis sibi stuprum inferentem interficiat: d. l.1. §.fin. vel furem nocturnum,cui parcere,sine periculo suo rerúmque suarum glo. in l.si ex plagis.53.§.1.ad verb.vellet.ad l.Aqu. vide in l.3. de iust. & iur. non potuit:l.furem.9. hoc tit.aut latronem.l.4. C.eod.& aggressorem:l. 2. F C.eod.aliùmue quemlibet, qui dubium vitæ periculum intentat:l.2. & 3.C.eod.l.vnic.Cod. quan. lic. vnicuique. Ias.latè post alios in l.3. de iust. & iur. vim enim vi repellere, etiam iure naturæ licet: d.l.3.l.1.§. in bestiis.si quad.paup. vt & Cicero pro Milone eleganter explicat: cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ:l.1.C.vnde vi.Quod † ex 22
qualitate personarum, rerum, aliísque tẽporum & locorum circumstantiis est æstimandũ, & referẽdum non ad facultatem fugæ, sed defensio- G nis:gl.& Dd.præsertim Salo.in d.l.3. de iust. & iur, Bald.& Sal.in l.solam.C.de test.Bart.cons.110.dixi.

Institut.de pub.iud. §.*item lex Corn.de sicariis*, probandumque ab eo qui allegat, *l.1.C.eod.* duobus saltem testibus: *c licet.23.de test.Bartol.in l.sed si.ad leg.Aquil.Ias.in l.3.num. 60.de iust.& iur.* vt verbi gratia, quòd primùm sit inuasus. *Ias.num.9.& Dd. in l.3.de iustit.& iur.Hipp.in d.l.1.numer.38.* quod si probare nequeat, puta quia solum se remotis arbitris ab interfecto aggressum asseueret, videtur tormentis subiiciendus. *Bald. in l.1. numer.31.C.de confess.Lanfr.in ca. quoniam. ad ver. confessiones.num.12.de probat.* Nam neque absolui potest, cum fateatur homicidiũ: nec damnari capitaliter, cum qualitatem & dolum malum, qui in lege Cornelia solus attenditur, *l. in lege. hoc titul.* neget. *Panorm in c.audatis.numer.32.quem sequitur Felin.& alij. de præscript. Ias in l.3.numer. 13.de iustit. & iur.* §. *Bartol.in l. Aurelius.*§.*idem. de lib.legat. Hipp.sing. 185. Angel.in tract.malefic. ad ver. comparent. de no. qui sibi & partem negant.vide Bald.& Salic.in l.1.C.de confess.& l.1. C. vnde vi. Lanfr. præall.loc. caut. Tho. Ferr.5.* Si tamen ex circumstantiis innocentię suspicio extaret, videtur pro arbitrio iudicis posse absolui. *Boer.latè, decis. 164.* Nam cum quædam indicia sunt, pro reo, quædam contrà, in mitiorem absolutionis partem est declinandum, nec perueniendum ad torturam. *idem Boer. decis.165.ord. Imper.cap.143.* Iure tamen Sax. etiam qui probat se animo defendendi occidisse, vno vuerigeldio agnatos defuncti placare tenetur. *gloss. art. 50.libr.1.* Si quis ex pugnatoribus mediatorem intercedentem interfecerit, non desunt, *gloss. Angel.& Dd.in l.2.C.eod. Ias.in l.1.* §. *prætor.numer. 4.ne quis eum.Hippo.in l. de minore. numer.18. de quæstio.* qui & hoc excusent, & ad defensionis casum pertinere arbitrentur: quod mihi periculosum videtur: nisi scilicet quis ita ab intercessore in defensione impediatur, vt absque suo periculo illi parcere non potuerit. *Hipp.in l.2.in fin.C.eod.*

23 ¶ Casuale seu inuoluntarium homicidiũ, aut culpa fit, aut citra culpam. Culpa quamuis lata, in lege Cornelia pro dolo non habetur: quare putator, etiamsi non proclamet in deiectione rami, & hominem interficiat, non tenetur hac lege; sed Aquilia *l.in l.Corn.7.hoc tit.* ciuiliter, ad cessationis operarum & medicationis sumptum resarciendum: *Exod.21.19.* criminaliter verò ob culpam latam in metallum damnatur: *Paul.lib.5. titul.23.* moribus ex lege diuina verò, relegatur: *Exod.21.13.Iosue.20.3.Numer.15. & 35.22. Deuter. 19.5.* item is qui noctu infantem per somnum comprimit: *cap.consuluisti.12.q.5.Panorm.& Dd. in cap.fin.de his qui fil.occid. Clem.1.de homicid.* qui canem infestantem saxo petens, prætereuntem interficit casu, & non sponte: *Ias. in l.1.numer. 23. & 24. de legibus. & in l. actionibus. numer. 28. de in lit.iurand.& in l.2. num.41.si quis in ius vocat.* qui petulantem equum, cum vitium eius ignoraret, cohibere non potuit, quo minus puerum opprimeret: *Panorm in cap.significasti.& c.dilecti. de homicid.* & si qui casus euenire vsu consueuerunt similes. *vide Bart.in l.diuus. h.tit.*

¶ In ebrio metitò dubites. etsi enim dolus ab est, *l.omne delictum.* §. *per vinum.de re milit.l.vnic. C.si quis Imper. maled.* tamen per culpam adest; vnde quia opera datur rei illicitæ, casus subsequens excusare non videtur: *Panor in ca.continebatur.in princ. de homicid.vide latè Tiraqu in tract. de pœn. caus. 6. per totum.* itaque Pittacus duplici pœna ebrium afficiendum putabat, quòd delictum delicto cumulasset. *Arist.in Pol.* Sed plerunque ita seruatur, & est communis opinio, vt magna ebrietas, quæ mentem aufert, pœnam mitiget; parua non item. *l.omne delictum.* §. *per vinum.vbi Bart.de re milit.c.inebriauerunt.15. qu.1. Sal. in l.1. C.eod. Bart.in l.respiciendũ.*§.*delinquunt. & in l.aut facta. de pœn. Ang. in tract.malef.verb. scienter. Hipp.in l.1.numer.36.de quæst.* Sanè Carolus v. Imperator in suis hæreditariis prouinciis constituit, vt ne ebrietas in cædibus, quæ sæpe à vinolentis committuntur, excusationem adferat: & vidi ita obseruari: quanquam & pœnam leniri ex hac causa memini; idq; mihi humanius atque æquius videtur: nam vbi homicidium non dolo, sed lata culpa commissum est, non debet pœna capitalis decerni, sed aliqua mitior. *ita est communis conclusio, quam multis confirmat Hipp.in l.in lege.7.hoc t.Ias.in l.1.de legibus. & in l.in actionib.de in lit.iur.Boss.in pract.crim.tit. de homic.numer.67.*

¶ De furioso & infante minus dubitandum est, cum alterum innocentia consilij, alterum fati infelicitas excuset. *l.infans.12.hoc tit. l.diuus. de off.præsid.* Sed furor cum non præsumatur, *c. fin.de success.ab intest.l.filium. de acquiren.hær.* probandus erit ex dictis factisque insanis, *l.quidam. 27. de cond. inst. Dd.in l.si cum dotem.23.*§.*sin autem.*§.*sol.mat.* inordinato memoriæ statu, *Alex. cons.54. ad quæsitum. in fin. volum. 1.* & ex insania præcedente: *Alex.præall.cons.Rab.& alij in cle.1. de hom.* adhibitis etiam medicis. *Dd.in l.1.de bon. poss. fur. inf.&c.* nam recordor, post perpetratum delictum quosdam furorem simulasse ad qualemcunque prætextum. *vide glo. in d. l.congruit.in fin.Cor.cons.22.visis.numer.3.& 4.volum.1.* Infantem autem accipimus, septem annis minorem: *l.si infanti.18.C.de iur.del.c. 1.de desp.impub.libr.6.* hæc enim ætas quicquid videt, ignorat. *l.1.C.de fal.mon.* Puto tamẽ hoc benigna interpretatione ad eos qui necdum sunt doli capaces, & pubertati proximi posse extendi, *d.l.1.* hoc est, illos qui decimum annum nondum egressi sunt. *Ias.in Auth.sacramenta puberum.num. 14. cum seqq.C.si aduer. vend. Panorm, cum addit. in c.1.de del.puer.* Nec enim aliter puniendi videntur, quàm si existant capaces doli: *Gand.de pœn. num.30.* qui solus in suppliciis, maximéque in lege Cornelia, *l. in lege 7. hoc titu.* consideratur: ac ne tunc etiam quando capaces sunt, vltimo supplicio, quamuis capitaliter deliquerint: sed mitius, puta exilio aut fustigatione, *d. l. vnic.C. de fal.mon. Hipp.in l.de minore. de quæst. l.1.*§.*impubes. vbi Dd.l.excipiuntur. de S. C.Syll. Bald.in l.*

etsi seuerior. C. ex quibus caus. inf.irrogat Dec.in l. ferè.de reg.iur. C.ex libr.2.art. 65. sunt coercendi: nam in suppliciis nunquam habetur impubes pro doli capace. *Ias.in d.Auth sacramenta.nume. 15.c.si ad vend.* Neque † verò hoc quis non æquissimum fatebitur, qui consideret, etiam puberibus minoribus ratione ætatis pœnas mitigari. *d.l.ferè.vbi Dec.Dd.in l.auxilium.38.*§.*in delictis.de min.l.si adulterium.* §. *fratres. de adult gloss. in l.impunitas. C.de pœn. Ang. in tract mal.ad verb. scienter. num. 12.* Nam quoties in delicto minor est dolus, toties pœna quoque minor esse debet. *Angel.in tract.malef. ver. scienter. num.12 per l. si adulterium. 38.*§. *1.3.de adulter.* Sed in minore quamuis pubere non est tantus dolus, quantus in maiore. *Bald. in d.l.etsi seuerior.text.in l.impuberem.de fal. Angel.in pract.verb.scienter.numer.12.* quare mitius cum minoribus erit agendum. *Gand. præall. loc.de pœn.reo. Hipp. in prac.*§. *quoniam.nume.96.Boer.decis. 254.* Idque videmus etiam in ordinationibus Imperij cautum esse: *cap. 178.* vbi pœna in minores non ordinaria statuitur, sed committitur arbitrio iudicis; quæ ad mortem facilè extendi non debet, vt diximus. *l. 1.de fur baln.l.1.*§. *effractores. de effract.l.hodie.de pœn.Boer.decis. 254.numer.13.Alex.cons.5.in casu. numer.13.vol.1.* Porrò † vbi nulla omnino culpa potest homicidæ imputari, adeò non tenetur lege Cornelia, vt etiam ab Aquilia & ciuili actione sit liber. §.*1.Instit.de l.Aquil.* Iure tamen Sax. pro homicidio casuali, etiam ab impubere doli capace commisso, agnatis occisi vuerigeldium, magistratui mulcta sexaginta solidorum minorum (vulgò Schilling vocant) debetur. *Fachs.diff 64.per art.65.vol.2.*

28 ¶ Pœna quoque legis Corneliæ tenentur, qui veneficia in perniciem humanæ salutis exercent. Plus enim est hominem extinguere veneno, quàm gladio: *l.1.C.de mal.& math.* quia minus præcaueri & vitari potest. Qui igitur malum venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur. *l.3.in prin. hoc tiul.* Sed aduertendum est, id solùm notari in lege, quod hominis necandi causa venditur habeturque. Lex enim Cornelia dolum duntaxat notat: *d.l.in lege. 7.hoc t.* quare ea quæ non malo animo, sed malo exemplo, medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ accepit decessit, relegari Senatusc. iussa est. *d.l.3.*§. *1.* Alio autem S. C. effectum est, vt pigmentarij, si cui temerè cicutam, salamandram, aconiton, aut lustramenti causa cantharides dederint, pœna huius legis teneantur: *d. l.3.*§. *alio.* item vt qui mala sacrificia tenuerint, habuerint, hac lege damnentur. *l.ex S.C.13.hoc t.* Ex constitutionibus etiam amplius intelligi licet, veneficij quæstionem ad omnes magos, aruspices, sacerdotes veritorum sacrificiorum, eiusdemodique artium doctores ac discipulos, quique libris magicis vtuntur, esse extensam. *l. 2.3.4.5.6.7.8. C.de malefi. Paul.lib.5.cap. 23.*

29 ¶ Illud magis mirandum, artes mathematicas inter hæc veneficia referri: *l. 2.7.C.eodem.tit. de malef.& math.* cum liberales sint, & multos egregios ac præstantes artifices habeant, atque assertores. Sed cum appareat, constitutiones dolum tãtùm malum & perniciem humani generis vindicare. *d.l.in lege.7.hoc tit.l.4.in fin.C.de malef.* existimo eas accipiendas de iis, qui prætextu artis, magiam aut alias diuinationũ præstigias, quæ causas non habent Physicas, ad exitium hominum iniuriamq; exercent. *vide Paul. lib.5 tit.21.& 23.* Eadem lex extenditur & ad testes, qui necandi hominis causa falsum testimonium dixerunt; *l.1.hoc tit. Paul.libr.5.t.23.* ad magistratum qui in caput hominis pecuniam accepit. *Paul. d.tit.23.* ad medicos qui dolo vel imperitia mortis causam malè curando præbent *l illicitas.*§.*sicuti.de off.præsid. Paul.d. titul.23.* & alios similia in necem perniciemque humanam perpetrantes.

¶ Vt veneficiorum olim eadẽ pœna fuit quæ cædium, ex lege Cornelia: ita nunc postquam homicidia gladio puniri cœptum est, veneficia quoque eodem supplicio vindicantur. *l. capitalium.*§.*venenarij. de pœn.l.5.C.eodem.* Sed & concremari veneficos Constantinus *l.3 hoc titul.* voluit, quo genere supplicij Sax. & aliæ passim nationes in hos animaduertunt: *Sax.libr.2.art. 14.* potissimùm eos, qui sortilegijs & magicis artibus veneficia exercent. nam qui citra eas artes, potionibus & venenis clàm interficiunt, velut grassatores puniri solent; mares rota, fœminæ aqua. *Girlam. de sortil.part.11.numer.2.3.4.ord. Imper.cap.130. Reinhard. differ.pœna. 18.per artic. 14.lib.2.*

¶ Tertiò agit lex Cornelia de incendiariis, qui dolo malo incendium excitant. Dico, dolo malo: nam si culpa admittatur, cessante publico iudicio, ciuiliter in duplum erit agendum. *l. diuus. de extr. crim. vide supr.de incend.ruina, naufragio, vbi dixi.* At qui per fraudem incendia faciunt: gladio olim feriebantur. *l.si quis.hoc tit.qui ædes. 9. l. fin.* §. *de incendio, ruina, naufragio.l.data. C. qui accusar.* Hodie *vide sententiam in Vueych. fol.144.ordin. Imper. cap. 125.* secundum pœnam talionis, incendio absumuntur qui incendia excitarunt. *l. capitalium. 28. de pœn. l. qui ædes. 9 de incend.ruina, naufragio. ordin. Imper. ca.125. Landtrecht. libr.2.art. 13.* quanquam iuris ciuilis interpretes, hac in re variè distinguant: vtrum incendium factum sit in ciuitate, an extra: vtrum magnum, an paruum: vtrum homines perierint, an non: vtrum à vili persona factum, an à digniore. *Bartol.in l.1.in prin. nume.5.de officio præfect.vigil. Bald.& Salic.in l.data.11.in princ.C.qui accusar. non possunt. Angel. latèin tract.malef.ad verb. incendiario.numer.2.*

AD LEGEM POMpeiam de parricidijs.

Tit. IX.

1 *Continuatio: & de atrocitate huius ſceleris.*
2 *In quibus perſonis lege Pompeia parricidium committatur.*
3 *Quādo pœna maiorū, quādo legis Corneliæ in parricidio locū habeat.*
4 *De ratione huius pœnæ.*
5 *Matrem & auiam parricidiū cōmittere.*
6 *An pater occidens filium, lege Pompeia teneatur.*
7 *Conatum hîc puniri pro effectu.*
8 *Nō indicantē ſcelus hoc, teneri, etſi aliàs nemo prodere maleficiū cogatur.*
9 *Ad quē vſque gradū lex extendatur.*
10 *Furorem excuſari.*
11 *Perpetuam eſſe accuſationem.*
12 *Quid ſi pendente accuſatione reus decedat.*

1 SEd † præ omnibus ſceleſtiſſima eſt, maximéque nefaria cædes parentum: quo vno maleficio, vt inquit Cicero, *pro Roſc. Amerin.* ſcelera omnia complexa eſſe videntur. Etenim ſi, id quod præclarè à ſapientibus dicitur, vultu ſæpe læditur pietas: quod ſuppliciū ſatis acre reperietur in eū, qui mortē obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, iura diuina atque humana cogebant? Portentū atq; monſtrū certiſſimum eſt, eſſe aliquē humana ſpecie & figura, qui tātum immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimā lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce priuârit: cū etiam feras inter ſeſe, partus atq; educatio, & natura ipſa cōciliet.

2 ¶ Lege igitur Pompeia, quam Pompeius ille Magnus Coſſ. tulit, de parricidiis cauetur; vt ſi quis patrem, matrem, auum: auiam, fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculū, amitā, materteram, conſobrinū, conſobrinā, virū, vxorē, generū, nurū, ſocerū, ſocrū, vitricū, priuignum, priuignam, patronum, patronā occiderit: *vide §. alia. 5 & ibi glo. ac Dd. Inſt. de pub. iud.* cuiúsue dolo malo id factū erit: vt pœna ea teneatur, quæ eſt legis Corneliæ de ſicariis: *l. 1. & l. penult. h. t.* quamuis qui parentes occiderint, more maiorū culeo, hoc eſt, corio *Auth. ad Heren.* inſuantur. *Cic. pro Roſc. Amer. & ad Heren. lib. 1. cap. 5.*
3 Quod † lege Pompeia confirmatum, aut certè non antiquatum fuiſſe probabile eſt: vt videlicet parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde culeo inſuatur, cum cane & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, & in mare profundū culeus iactetur: *§. alia. Inſt. de pub. iud. l. pen. hoc titul.* quanquam alij eam pœnæ acerbitatem ad Conſtantinum authorem referant, qui certè ad infanticidia idem porrexiſſe videtur. *l. vnic. C. de his qui par. occ. vide Cuiac. ad Paul. lib. 5. titul. 24. & quæ dixi in d. §. alia. Inſtit. de publ. iudic. & Cod. ad d l. vnic.* Exceptis autem iis perſonis, quæ parentum liberorumque *d. l. vnic. d. §. alia. vbi glo. & Dd. Inſtitut. de publ. iudic.* appellatione continentur, ſi quis alias perſonas ſanguine affinitatéue coniunctas necauerit, pœnam legis Corneliæ de ſicariis ſuſtinebit. *d. l. pen. d. §. alia.* Atque ita accipiendum eſt quod inquit Marcellus, *in d. l. 1.* parricidas pœna legis Corneliæ teneri.

4 ¶ Hanc pœnam primò violatoribus deorum impoſitam, ac deinde ad ſicarios parētum, quibus ſecundùm Deum proximus honos debetur, eſſe tranſlatam, tradit Hopperus. *in d. §. alia.* Sed Cicero *pro Roſc. Amer.* rationem huius ſupplicij copioſiùs exponit; ad quam alluſiſſe Impp. *in d. l. vnic. & §. alia.* videntur. Quanto, inquit, maiores noſtri ſapientius? qui cum intelligerent nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitarunt: vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ij magnitudine pœnæ maleficio ſummouerētur. Inſui voluerūt in culeum viuos, atque ita in flumen deiici. O' ſingularem ſapientiam, iudices. nónne videntur hunc hominem ex rerū natura ſuſtuliſſe, & eripuiſſe: cui repentè cœlum, ſolem, aquam, terrámque ademerunt? vt qui eum necaſſet vnde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris corpus obiicere; ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vterentur: (quod tamen Adrianus, vbi mare aut flumen in propinquo non eſt, poſtea conceſſit: *d. l. penultim.*) non ſic nudos in flumen deiicere; ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera quæ violata ſunt, expiari putantur, & reliqua quæ ſequuntur.

5 ¶ Si mater quoque, inquit Marcellus, *in d. l. 1.* filium filiámue occiderit, huius legis pœna afficitur; vt & auus qui nepotem interfecit: quod ex verbis, an ſententia l. Pompeiæ veniat, incertum eſt: certè Conſtant. conſtitutione *d. l. vnic.* habetur expreſſum. Hodie tamen, aut gladio feriri, aut in profluentem ſubmergi; aut, vbi deſunt flumina, viuæ etiam apud Sax. defodi: quæ verò necdum æditum, ſed in vtero fœtum, viuētem tamen, perimunt; gladio ex lege Cornelia feriri, vt iam ſæpe dictū eſt, *vide ſup. de ext. crim. & de ſicar.* ſolent.

6 ¶ Illud probabile eſt, hac lege patres nō fuiſſe comprehenſos, quorum eſſent in poteſtate liberi: propterea quòd his, iure patriæ poteſtatis, liberos interficere, olim erat permiſſum. *l. in ſuis. 11. de lib. & poſth.* Si tamen inauditos interfeciſſent, l. Corn. de ſicariis, quòd hominem occidiſſent, puniri ſolitos apparet. *l. 2. ſ. de ſicar. l. diuus. 5. hoc titul.* Sed hodie, de parricidio, perinde vt matres tenentur. *d. l. vnic. d. §. alia.* Patria enim poteſtas in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere: *d. l. 5.* niſi filius aliquam ingratitudinis cauſam in patrem commiſiſſet, ob quam exhæredari poſſit. hoc enim caſu pœnam mitigari volunt: idque generaliter obtinere in aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus etiam; ſcilicet vt mitigetur pœna ei qui ingratum

gratum & enormiter iniurioſum propinquum occiderit, opinatur Bartol. *in l. diuus. 5. per illum text. hoc tit. fac. l. nec in ea. 22. de adulter.* Quod & ad eum poteſt extendi, qui filium aut propinquum extrema meritum & ſceleribus capitalibus coopertum mactat, vt domeſtico potius exemplo quàm publico, & manu parentis potius quam carnificis pœnas luat. Quo in genere memini patri fuiſſe parcitum, nec vltra relegationem proceſſum.

7 ¶ Præterea inquit Martian. Qui † emerit venenum vt patri daret, quamuis nō potuerit dare, hac lege tenetur. *l. 1. in fin.* Conatus enim qui ad aliquem actum peruenit, in tam atrociſſimo delicto, meritò pro delicto perfecto accipitur. *vide Boſſ. in prac. cri. tit. de homicid. numer. 13.* Sicut lex diuina, eum qui percuſſit patrem aut matrem, vult moriendo mori, hoc eſt, omnino, & ſine diſtinctione ac miſericordia interfici: non addito, vtrū percuſſus ſit inde mortuus an non; *Exod. 21. 15.* ſicut paulò antè, *verſic. 12.* in ſimplici alterius cæde hoc additur: Qui percuſſerit virum vt mortuus ſit: & paulò pòſt: *verſ. 18. 19.* Si non fuerit mortuus, &c. Atque hîc vera poteſt eſſe Salic. regula, quam antè tradidimus, vt iudex hoc caſu pœnam legis mitigare poſſit, ſed ad eam moderationem cogi non debeat. Certè ex hoc capite memini, mulierem, quę in gratiam adulteri, marito pharmacum animo occidendi dederat, capitis damnari, quamuis maritus veneno non eſſet extinctus. *idem Boſſ. præall. loc. num. 13. ord. Imp. c. 130.* Nam & in coniugibus parricidium committi, Marcellus in dicta l. oſtendit. Ego tamē malim hoc caſu pœnam temperare, ſicuti in lege Cornelia: quoniam hoc verè non eſt parricidium, & ſolummodò pœna legis Corneliæ coercetur. *d. l. 1. in fin. l. penul. h. tit. l. fin. C. de ſicar.* quanquam & pœnam parricidij, videlicet ſubmerſionem in profluētem, mulieribus quæ maritos veneno interfeciſſent, apud Saxones decretam eſſe ſæpius, notum eſt. quod verum eſt, morte ſubſecuta. nam euentu non conſecuto, videtur pœna mitiganda, vt in lege Cornelia; maximè iure Saxonico, quod nullum delictum niſi euentu ſubſecuto, capitaliter punire, paulò antè oſtēdimus. *Reinh. diff pœn. 6. per 39. cap. Lehenrecht.*

8 ¶ Sed & conſcij criminis, qui tantum ſcelus tacitum habuerunt, tenentur: *l. vtrum. 6. cum l. ſeq. hoc tit.* quanquam mitius, puta relegatione coerceantur; *l. 2. hoc tit.* niſi in ipſo actu opem præſtiterint. *vide glo. in d. l. vtrum. hoc tit. & quæ dixi ad tit. de furt.* Etſi enim aliàs nemo obligatus eſt ad prodendum maleficum: *Iaſ. in l. 1. §. ſi tibi. de cond. ob turp. cauſ.* tamen tam atrox delictum celare, nec indicio proferre foràs, parricidij inſtar eſt. *fac. l. lege 9. ſ. titul. 1.* Qui pecuniam etiam ad eiuſmodi ſcelus committendum ſubminiſtrant, puta vt detur latronibus qui patrem aggrediantur, vel vt venena veneficiaque comparentur, hac pœna velut auxiliarij tenentur. *l. ſciente. 7. hoc tit.* quia qui pecuniam ad delictum ſuppeditat, opem eò conferre videtur. *Bar. in d. l. ſciente.*

9 ¶ Sciendum eſt etiam, l. Pompeia de conſobrino comprehenſum eſſe: ſed non eos etiam pariter expreſſis verbis contineri, qui pari propioréue gradu ſunt. Sed & nouercæ & ſponſæ perſonæ omiſſæ ſunt, ſententia tamen legis hos omnes complectitur: *l. 3. hoc t.* cùm matris loco, nouerca, *§. ſocrum. Inſtitut. de nupt.* ſponſa, nurus *l. 4. hoc t. l. Labeo. 6. de gra. aff. l. 5. de teſt.* atque ita filiæ *§. affinitatis. Inſtitu. de nupt. l. quia. 17 ſup. ſolut. matrimon.* loco habeatur. *gloſſ & Dd. §. alia. 5. Inſtit. de pub. iudic.* Sed cum hoc tantùm ſit ex interpretatione, non reuera: exiſtimem & in his non ordinariam, ſed legis tantùm Corneliæ pœnam obtinere; vt & in iis qui collaterales occidunt; cum parentum liberorúmque vice non ſint.

10 ¶ Sanè ſi per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit: quia ſufficit furore ipſo eum puniri. *l. penult. §. fin. hoc titul. l. diuus. 14. de off. præſ.*

11 ¶ Eorum qui parricidij pœna teneri poſſunt, ſemper ſine præſcriptionis metu accuſatio permittitur. *l. fin. hoc titul.*

12 ¶ Parricidij poſtulatus, ſi interim deceſſerit antequā damnetur; ſiquidem ſibi mortem conſciuit, ſucceſſorem fiſcum habere debebit, perinde atque damnatus; quia pro confeſſo eſt: *l. 2. & 3. ſ. de bon. eor. qui ant. ſent. mor. ſibi conſ.* ſin minus, eum quem voluit, ſi modò teſtamentum fecerit; ſi verò inteſtatus deceſſerit, eos hæredes habebit, qui lege vocantur. *l. parricidij. 8. hoc titul.* Cæterùm ſi quis non occiderit, ſed tantùm impias manus & verbera parentibus intulerit, qua pœna hunc teneri dicemus? Vlpian. ait, pro modo delicti puniendum. *l. 1. de obſeq. à lib. præſtand.* hoc eſt, arbitrariè. *l. 3. & 4. C. de patr. poteſt.* Hodie plerunq; carcere vel relegatione; quam ſuccedere pœnæ legis huius, vbi ea mitiganda eſt, alibi oſtenditur: *l. 2. l. 5. hoc tit.* vel (quod tamē durius eſt, nec niſi in atrociſſimis ſequendum) etiam illius manus qua percuſſio facta eſt, amputatione, hæc iniuria vindicari ſolet.

AD L. CORNELIAM de falſis, & de S.C. Liboniano. Tit. x.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit falſum, qui falſarij.*
3 *Qui teneantur lege Cornelia, cū multis ſeq.*
4 *Conijcere quid: & explicata lex 1.*
5 *Aduocatio quid.*
6 *De S. C. Liboniano.*
7 *An in inſtrumentis falſum cōmittatur.*
8 *Quomodo nomen mutans, vel ſe nobilem aſſerens puniatur.*

9 *Quomodo qui falsis mensuris vtitur.*
10 *Criminaliter & ciuiliter de falso agi.*
11 *Accusatio partus suppositi cuiusmodi.*
12 *De pœna falsi.*

1 ATque † his quidem modis vindicantur atroces publicæque iniuriæ, quæ personis inferuntur: iam videamus quemadmodum ex iniuriis quæ circa res fiunt, iudicia publica constituantur: ac in primis de l. Cornelia, quam etiã testamentariam vocant, §. *item lex. Institut. de public. iud.* quæ falsi vel quasi falsi *l. 1. §. fin. hoc titul.* crimen persequitur.

2 ¶ Falsum definiunt esse imitationem veritatis. *Azo. in Rub. C. eod. text. in nouell. const. 72. de instrum. caut. in princ.* dolosam. *l. nec exemplum. 20. C. eod. Bart. in d. l. quid sit falsum. 23. hoc titul.* Non enim quicquid verum non est, falsum est, vt apud dialecticos: sed id putetur, quod animo corrumpendæ veritatis in alterius fraudem dolo malo fit. *d. l. nec exemplum.* factum enim falsitatis, non dictum lex coercet. *d. l. quid sit falsum.* Sed quia & hæc definitio ad quemuis dolum extendi potest; *Bartol. in d. l. quid sit.* ideo ne laquei struantur ad faciendam iniuriam, statuamus neminem incidere crimen falsi, nisi quem lex Cornelia & S. C. Libonianum, quod in supplementum l. Corneliæ latum est, aliæq; constitutiones ac responsa I. C. quæ eam legem interpretantur, de eo tenent. Lex autem Cornelia à L. Cornelio Sylla dictatore lata est. *l. 2. §. deinde Cornelius Sylla, de orig. iur. Cic. in Verr. 3. Sueton. in August.*

3 ¶ Pœna ergò legis Corneliæ, authore Martiano, *l. 1. hoc titul.* irrogatur ei, qui falsas testationes faciendas, testimoniáue falsa coniecerit, hoc est, apud iudicem exposuerit, iudicioque obtruserit, coniicere enim est rem breuiter iudici exponere: *Asco. 3. in Verr. Cic. libr. 2. ad Her.*
4 *Gel. libr. 17. cap. 5. & libr. 5 cap. 10.*) qui † falsa testimonia dixerit, dolo tamen malo. *l. eos. 27. hoc titul. l. qui falso. 16. de test.* vt in exemplo Modesti *d. l. eos.* cum inter se plures testimonia præbent, & alius alium mutuis operis falsorum testimo-
5 niorum iuuat. *l. lege. 9. hoc tit.* Item † qui ob aduocationem testimoniáue (aduocationẽ enim hic pro eo cœtu hominum accipimus, qui ad dicẽdum in iudicio testimonium, & vt causæ adsit dictis opitulaturus, aduocatur) instruenda, hoc est, subornanda erudiendaq; quid quomodo dicere debeant, pecuniam acceperit, pactúsue fuerit, societatẽ coierit, ad obligationem innocentum: ex §. C. Liboniano, quod temporibus Hadriani, L. Nonio & M. Annio Libone Coss. fictũ
6 iuuamant, coercetur. *l. falsi. 20. hoc titul.* Sed † etsi quis ob renunciandum remittendúmue testimonium, dicendum vel non dicendum, pecuniam acceperit. pœna huius l. Corneliæ afficitur: & qui iudicem corruperit, corrumpendúmue curarit: quanquam is remissius puniri solet. *l. qui duobus. 21. in fin. hoc tit. vide omnino distinctionem Bartol. in l. si quis vxori. §. si fugitiuum. numer. 2.*

A *de furt.* Quin & iudex qui constitutiones Principis scienter neglexit, hac l. tenetur. *d. l. 1.* Addo autem scienter: nam dolum malum lex Cornelia taxat. *d. l. 1. in princ. in ver. dolo malo. l. impuberem. 22. in princip. hoc tit.* quare qui per imperitiam perperam iudicat, mitius coercetur. *l. fin. §. de var. cognit.* Qui in rationibus, tabulis, cereisue, vel alia qua re, etiam fine consignatione (nam de hac non dubitatur, cùm lege Cornelia ea sit comprehensa, *l. lege. 9. l. Paulus. 16. hoc titu.*)
B scripturã interleuerint, rem sicut verè erat perscripta, amouerint, mutarint, corruperint, &c. perinde ex his causis, atque falsarij, ex interpretatione l. Corneliæ puniuntur. Sic & D. Seuerus l. Cornelia de falsis damnauit præfectum Aegypti, quòd instrumentis suis, cum præesset prouinciæ, falsum fecisset *d. l. 1. vers. sic &.*

¶ Sed an simpliciter, qui instrumentum surripit aut amouet, teneatur quasi falsarius, quæ- 7
C stionis est. Sanè, cum qui vel in aliqua parte immutat veritatem instrumenti, teneatur: multo magis qui totum instrumentum aufert, ita vt nihil de re constare possit: plectendum esse, consentaneum est. Et hoc quidem in testamentis, *l. 2. hoc tit. l. eum. 14. C. eod.* (quo nomine etiam codicillos complectimur. *Paul. libr. 4. titul. 7. vide §. de tab. exhiben.*) de quibus l. Cornelia testamentaria loquitur, *l. 3. §. si quis. de tab. exhiben. l. 1. vbi gloss. de publ. iud.* dubium non habet: in reliquis,
D negat Paulus, *l. Paulus. 16. hoc titul.* instrumentorum surreptorum crimen publici esse iudicij: quia lex, quæ sola iudicium facit publicum, *l. 1. §. de pub. iud.* de his nihil expressit: extra ordinem tamen pœna falsi plectuntur: *d. l. Paul. in fin.* quòd non modò falsi signatione, *d. l. Paul. §. 1. l. damus. 23. l. si quis. 21. C. eod. titu.* alieni chirographi imitatione, *d. l. quid sit. 23. hoc titul.* scripti immutatione, resignatione, falsum committatur: *l. si à debitore. 28. hoc titul.* sed etiam cum ce-
E latur, subiicitur, surripitur instrumentum, eo animo vt verum non appareat. *d. l. 16. hoc titul.* Ex causa enim finali & proposito maleficia sunt distinguenda. *l. qui iniuriæ 35. de furt.* Itaque qui tabulas alienas surripit lucri sui causa, potius in furtum quam in falsi crimen incidit. *l. qui tabulas. 27. l. quidam. 32. l. Sempronia. 72. l. fullo. 82. §. fin. de furt.* Furtum autem non ad publica iudicia, sed priuata pertinet. At cum non lucrandi, verùm occultandæ veritatis animo tabulæ surripiuntur: hic quando definitio furti non congruit, quæ est contrectatio animo lucrandi facta: *l. 1. de furt.* certè nec definitum conuenire potest. quare in tali specie falsum etiam in priuatis tabulis committi verius est: *Bar. in d. l. Paulus per illum text. in fin. gloss. in l. si quis affirmauerit. de dolo malo. & in l. iũ qui. 14. vbi Bald. Cyn. Salic. C. de fal. Salic in l. si de poss. sione. C. de proba. Ang. & Imol. in l. 1. de publ. iud. Ias. in §. pœnales, numer. 33. Instit. de actio. Boer. decis. 272.* maximè cum ex cõ-
G stit. in quauis hodie scriptura, tam publica quàm priuata, falsum fieri possit. *l. penult. vbi Bald. l. si qui. 21. vers. publicis priuatisue. C. eod.* Sed & qui

viui testamentum aperit, *d. l. 1. §. si qui aperuerit. hoc tit. l. si quis. 38. §. qui viui. ff. de pœn.* aut prodit aduersario, resignátue deposita apud se instrumenta, in hoc crimen se induit. *d. l. 1. §. si qui. d. l. si quis. §. instrumenta.* S. C. etiam Libonianum statuit l. Cornelia teneri qui sibi legatum fideicommissúmue asseribunt, tàm in testamentis militum, quàm paganorum. *d. l. 1. §. ad testamenta. l. 4. 5. 11. 12. 15. 17. 18. 22. §. 1. hoc titul.* Qui testamentum amouerit, celauerit, rapuerit, deleuerit,
B interleuerit, subiecerit, resignauerit, recitauerit, mutauerit dolo malo, cuiúsue dolo malo id factum erit, legis Corneliæ pœna damnatur: *d. l. 7. l. si quis. 26. hoc tit.* item qui nummos aureos radunt, tinguunt, *l. quicunque. 8. hoc titul.* inue aurum vitij qui d addunt: *l. lege. 9. hoc tit.* qui adulterinos argenteos conflant, *d. l. l. ge. 9.* nisi ante perfectionem pœnitentia ducta intermittant. *l. qui falsum. 19. hoc t.* Sed & ille simili pœna afficitur, qui cum prohibere tale quid posset, non prohibuit, *d. lege.* Eadem lege Cornelia exprimitur, ne quis nummos stanneos plumbeósue emere, vendere dolo malo velit. *d. l. lege.*

8 ¶ Falsi nominis vel cognominis asseueratio pœna falsi coercetur. *l. falsi. 13. hoc tit.* dùm tamen dolo malo fiat. *l. vnic. C. de mut. nom.* Hinc traduntur qui se nobilem, aut militem profitetur dolo malo, (hoc est iuxta analogiam & rationem criminis falsi, ad decipiendum, fraudandũ, concutiendum alterum, *Paul. libr. 5. titul. 15.*) in eandem legem incidere, pœna tamen mitigata: *l. eos qui. 27. §. fin. hoc tit. Bartol. in l. reddatur. 1. notab. cum apostil. vbi marginal. C. de prof. & med. libr. 10. & in l. 1. C. de dig. lib. 12. Bald. in l. data. C. qui accus. non poss. Ias. in l. Barbarius. numer. 20. de offic. præt. Guid. Pap. decis. 89. cum ad. Chass. in cons. Burg titu. des enfans de plur. lic. §. 4. nu. 10.* quam arbitrariam esse hoc casu I. C. *d. l. eos qui. in verb. pro admissi qualitate.* ostendit. Huc referantur, qui falsum
E partum supponunt; *l. qui falsum. 19. §. 1. hoc tit* (id quod tàm mulieri, quàm obstetrici capitale est: *l. 2. de Carbo. edic Paul. lib 2. titu. 24.*) qui duobus in solidum eandem rem diuersis contractibus vendit, quanquam leuius puniatur: *l. qui duobus 21. hoc titu.* qui nomine magistratus falsas literas proponit, aut reddit: *l. qui nomine. 25. hoc titul.* (vt ficere hodie validi mendicantes, & prætextu falsarum literarum emungere pecunias solent: *vide de his l. vnic. C. de mendic. val. lib. 11. & sententiam in Vueych. in qua tanquam falsarij fustigatione, & vt fures laqueo plectuntur.*) qui falso testimonio, instrumento, sciens in iudicio vtiturcúi pœna tamen lenitur, si ex eo non obtinuit. *l. antepen. hoc t. l. pen. C. de probat.* qui falsum testimonium dicit; *Paul. lib. 5. tit. 15.* edicta proposita dolo malo corrumpit; *l. pen. h. t.* præsidi falsa interpellatione obrepit; *l. si quis. 29. hoc t.* qui tutor cũ esset, eo dissimulato, vectigalia publica conducit. *l. vnic. C. ne tut. vel cur vectig.* qui signũ adulterinum dolo malo sculpsit, fecit; *l. lege. 30. hoc t.* mẽsuras vini vel frumẽti publice probatas corrupit, vel iis fraudem fecit. *l. pen. hoc tit.*

¶ Sed iure Saxo. inter hos distinctio est, quod 9
ad pœnam attinet. Nam qui corrumpit mensuram, cum fustigatione: *glo. Eand. libr. 1. artic. 13. D. Reinh. diff. pœn. 22.* qui ea vtitur tantùm, sine fustigatione relegatur. *Chil. in prac. tit. de pœn. text. in l. antepen. de extra. crim.* Si quis falsis etiam rescriptis. *l. 4. C. eod. Paul. libr. 1. tit. 12.* aut constitutionibus nullo authore habito vtitur, lege Cornelia aqua & igni interdicitur. *l. fin. hoc tit. l. 4. C.*
B *eod. titul.*

¶ Porrò de crimine falsi tam ciuiliter, actione 10
in factum *l. qui nomine. 25. vbi glo. h. t. gl. ad verb. ciuiliter. in l. vnic. C. quan. ciuil. act.* ad id quod interest. ad duplum, *l. hodie. 32. in fin. hoc tit.* vel ad retractandum falsum; *l. penult. C. de transact. l. diuus. de re iud. tot. titu. C. si ex fals. allegat.* quàm criminaliter ad vindictam agi potest. *l. penul. C. eod.* quanquam & excipiendo, querela falsi moueri
C potest. *l. 2. vbi gl. ad verb. paratus C. de fide instrum. per not. in l. si ex falsis. C. de transact.* Sed de publico falsi iudicio hic tantùm tractatur, de quo est videndum.

¶ Legis igitur Corneliæ accusatio de falso pu- 11
blica est: *l. 1. de publ. iudic.* excepto quòd de partu supposito soli accusant parentes. *l. lege 30. hoc tit.* in qua accusatione & illud putatur (nam non desunt qui dissentiant, *Cuiac. obs. lib. 4. cap. 14.*) singulare, quòd nulla temporis præscriptione tollatur; *d. l. qui falsum. 19. §. 1. hoc tit.* ne videlicet
D spuriis & adulterinis liberis familiæ vllo tẽpore polluantur: cum aliàs falsi querela viginti tãtùm annis duret. *l. querela. 12. C. eod.* In hoc autem iudicio acerrima fit indagatio, vt & à reo probatio quandoque exigatur: *l. penult. C. eod.* quod tamen nusquam vidi seruari, nisi quòd iuramentũ purgationis, oneratis suspicione reis, neq; tamẽ conuictis, imponi soleat. *tot. tit. ex. de purg. cano.*

¶ Pœna autem falsi vel quasi falsi, id est, eius 12
delicti quod ex S. C. aut interpretatione prudentum pro falso habetur, est deportatio, & o-
E mnium bonorum publicatio, in liberis: in seruis, vltimum supplicium. *l. 1. §. fin. l. fin. hoc t. §. item lex Cornelia, de falsis. Inst. de pub. iud. Paul. lib. 4. tit. 7. & libr. 5. tit. 25.* nam deportatio successit in locum pœnæ, qua aqua & igni olim interdicebatur. *d. l. fin.* Hodie apud Sax. pro deportatione vsitata est etiam hoc in delicto fustigatio. *glo. Land. lib. 1. artic. 13. Reinhar. diff. pœn. 22. Chil. præall. loco.* Sed hæc pœna pro qualitate delicti,
F aut intenditur vsque ad supplicium; *d. l. vbi. in fin. C. eod. Deuter. 19.* aut remittitur vsque ad manus amputationem, *Nouell. 42. & 17. c. 1. de prob. feud. alie. per Feder,* vel relegationem, etiam temporalem: *l. qui duob. 21. l. falsis. 13. §. 1. l. antepen. cum similib. hoc titu.* quandoq; vel in totum aufertur, vt impuberibus: *l. impuberem 22 hoc tit.* interdum aliter variatur, vt cùm falso testi eadẽ pœna lege talionis imponitur, quæ si verũ fuisset testimoniũ, reum mãsura fuisset: *Ias. in l. pen in fin. C.*
G *si con. ius. Deut. 19.* facilè vt appareat, non vsquequaq; certã in hoc iudicio præscribi posse pœnã; cum ea ad qualitatẽ factorũ, quę varia in hoc

genere ſunt,& alia aliis grauiora, referri aptè & A æquabiliter debeat. *l.qui duob.21. cum ſimilib. hoc titul.* Nam iudicia etiam publica poſterioribus temporibus,& tranſlato iam imperio,mutatiſq; veterum iudiciorum ſolennibus, cœperunt eſſe extraordinaria:non tantùm quo ad ordinẽ proceſſus, *l.ordo.8.ſup. ne pub.iud.§.vlt.Inſt.de interdict.* verumetiam quoad definitionem pœnæ: idque tutius eſt ac rectius: cum circumſtantiæ delictorum etiam publicorum varient, non ad vnum animaduerſionis genus religionem iudicantis alligant.lex enim abſque perſonarum & B rerum complexu,arithmetica proportione pœnam delicto commenſurat. Cæterùm iudex qui perſonis eam applicat,& pro qualitate perſonarum, ac factorum circumſtantia diſtribuere rectè debet,vt ad analogiam geometricam omnia expẽdat atque exequatur opus eſt.*vide* S. *de iuſt. & iur.numer.11.* Nam exempli cauſa:cum à nobilioribus & dignioribus maximè debeat abeſſe falſitas,ſicut eſt à dignitate alieniſſima : id- C circo putant hoc nomine præſtantiores grauius eſſe plectendos. *l.preſbyteri.* C. *de epiſ. & cler. l. ſi quis decurio. C.de quæſt. Alber.l.quædam.de pœn. Afflic.deciſ.404.Tiraq.cum multis in tract. de pœn. cauſa.31.num.23.*Sed hæc pœna qualiſcunque ſit, heredem non tenet.Quare ſi falſi reus ante ſententiam deceſſerit, ceſſante lege Cornelia,quod ſcelere quæſitum eſt,hæredibus aufertur. *l. cum falſi. 12. h.t.* turpia enim lucra etiam ſucceſſoribus extorquenda eſſe, conſtitutum eſt *l.5.de ca-* D *lumnia.l.Lucius.9.de iur.fiſc.*

AD LEGEM IVLIAM repetundarum. Tit.XI. C.9.27.

1 *Lex Iulia à quo lata, & de quibus pecuniis loquatur.*
2 *De corruptione magiſtratus.*
3 *De muneribus.*
4 *De contractibus.*
5 *De ciuili actione legis Iuliæ.*
6 *De criminali.*

1 LEx † Iulia, quæ à Cæſare Iulio authore ſic dicta eſt, repetundarum ſcilicet pecuniarum, vel de pecuniis repetundis, pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, F curatione, legatione, vel quo alio officio,munere, miniſteriòue *vide* Cuiac.*lib.obſer.7. cap.9.* publico cœpit:vel cum ex cohorte cuius eorum eſt.*l.2.hoc t.Paul.lib.5. tit.28.* Quod hanc habet diſtinctionem. Vetat † lex Iulia,ne quis in ma-

2 giſtratu,aut comitatu eius conſtitutus: vllam omnino pecuniam accipiat, *l ex Iul.7. verſ appa-ret.hoc t.*quo minus quid ex officio faciat *l.4. hoc tit.* aut vt quod gratis facere oportebat,data pecunia faciat, puta ob iudicandum vel non iudi- G candum,*l.3. hoc t.* denunciandum teſtimonium

A vel non denunciandum,*l.eadem.6. hoc t.* legendum militem,iudicem,*l.6.7.hoc t.*dimittendum captiuum.*d.l.7.* honorem alicui vel magiſtratũ decernendum,*l.fin.C.eod.&c.* Extra † has autem 3 cauſas cauetur l. Iulia, vt ab omni etiam ſorde magiſtratus abſtineant, ne plus doni muneriſue in anno accipiant, quàm quod ſit aureorum centum. *l.6. hoc t.* Hinc excipit lex quoſdam,à quibus in infinitum capere licet:*d.l.7. verſ.apparet.* extra tamen officij rationem, vt ſuprà di- B ctum eſt.nam vt præter officium aliquid fiat vel non fiat,in eam rem nullo modo à quopiam accipere fas eſt.Accipere autem licet ab vxore *l.1. hoc tit. Cuiac.obſer.lib 6. c.18.* dignitatis cauſa iuuandę:licet aliàs inter coniuges donationes ſint prohibitæ. *ſup. de donat.int. vir.* item à ſobrinis, propioréue gradu iunctis.*l.1.in fin.hoc.tit.* quod contra hanc legem datum eſt,non poteſt vſucapi.*l.pen.hoc t.*Sed †& eadem lex venditiones om 4 nes & locationes,eius rei cauſa pluris minoríſue C factas,irritas facit.*d.l.pen.*

¶ Duplex autem oritur ex lege Iulia actio; 5 altera ciuilis, altera criminalis: ciuilis datur in quadruplum eius quod illicitè datum eſt,*l.1. & l.fin.C eo.*quod quadruplum fiſco applicari vult Azo : *in Rub. C. eod.* tam aduerſus magiſtratus, quàm eorum comites: *l. in comites.5. hoc tit.*item eos qui ad adipiſcendam dignitatem pecuniam præſidi dederunt.*l fin.C.eod.* ac quod magis mirandum eſt, ab hæredibus quoque pœnam exi- D gi placuit, *l.2.C.eod.*quia in his principalis quæſtio illatæ pecuniæ mouetur. *l.fin.* J. *ad l. Iul. pecul.* Pecuniariæ autem actiones,quamuis ex delicto naſcantur,non raro ad hæredem trãſeunt: *l.5. de calum l.in condictione.9. de condict.fur.l.Lucius.9.de iur.fiſc.l.cum fa'ſi.12.* S.*tit.* 1. quare & eos in quos pecuniã repetendam magiſtratus tranſtuliſſent,conuenire potuiſſe Cicer. *pro* C. *Rab. Poſthumo.*oſtendit.

¶ Criminalis actio ex lege Iulia publicum iu- 6 E dicium conſtituit, de quo hoc in titulo agitur. In hoc damnati extraordinem puniri ſolent, & plerunque vel exilio, vel durius, prout admiſerint. Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint, vel licet non acceperint,calore tamen iracundiæ aut odio inducti interfecerint innocentem, quem punire non debuerunt?capite vtique plecti debent,vel certè in inſulam deportari, vt plerique puniti ſunt.*d.l.7.§. fin.*Hac lege damnatus teſtimonium publicè di- F cere, aut iudex eſſe,poſtulaŕéue prohibetur.*l.6. in prin.hoc tit.*

AD LEGEM IVLIAM de annona. Tit.XII.

1 *Qui hac lege teneantur.*
2 *Pœna.*
3 *Qui accuſare poſſint.*
G 4 *Reſcripta huc pertinentia.*

Lege

1 LEge † Iulia de annona, pœna ſtatuitur ad- A uerſus eum qui contra annonam fecerit, ſocietatémue coierit, quo annona carior fiat. Eadem lege continetur, ne quis nauem nautámue retineat,aut dolo malo faciat quo magis detineantur : & pœna viginti aureorum ſtatuitur.*l.2.hoc tit.*

2 ¶ Sed ſuperiores qui annonam flagellant, extra ordinem puniri ſolent. *l.annona.* S.*de extra. crim.l.ſolet.§.liberalia.de ſeruit.*

3 ¶Hæc accuſatio non modò publica eſt,ſed e- B tiam ſeruis & mulieribus conceditur. *l.1.l.fin.§. fin.hoc t.* nam nihil æquè Reipublicæ intereſt, quàm fraudes in annonæ ratione factas detegi.

4 ¶ Huc pertinet, quod reſcriptum eſt à diuis fratribus minimè æquum eſſe decuriones ciuibus ſuis frumẽtum vilius quàm annona exigit, vendere:item,ius non eſſe ordini cuiuſque ciuitatis,preciũ grani quod inuehitur, ſtatuere:*l.fin. hoc t.* quódque ſub pœna deportationis, cuiuſ- C uis generis monopolia,Principum conſtitutionibus ſint interdicta.*l.vnic.C.de monopol.*

AD LEGEM IVLIAM peculatus, & de ſacrilegis, & de reſiduis. Tit. XIII.

1 *Peculatus quid,& vnde dictus.*
2 *Summa huius legis.*
3 *Pecuniæ nomine quid veniat.*
4 *De pecunia ſacra ſubtracta, & pœna ſacrilegorum.*
5 *De publica : & an omnium ciuitatum pecunia publica ſit.*
6 *Qui præterea hac lege teneantur.*
7 *De accuſatione & pœna ex hac lege.*
8 *De lege Iulia,de reſiduis.*
9 *An hac iudicia tranſeant in hæredes.*

1 FVrtum † publicæ pecuniæ, peculatus dicitur, *l.ſacrilegij. 9.§.1.hoc t.* à pecore : quòd ab eo initium eius fraudis eſſe cœpit, authore Feſto.

2 ¶Lege Iulia peculatus cauetur,ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, publicaue auferat, néue intercipiat, vel in rem ſuam vertat, neu faciat quo quis auferat,intercipiat, in rem ſuam ver- F tat:niſi cui vtique lege licebit: néue quis in aurum, argentum, æs publicum quid indat, néue immiſceat: néue quo quid indatur, immiſceatur,faciat ſciens,dolo malo,quo id peius fiat.*l.1. hoc t. Paul.lib 5.tit.27.*

3 ¶Pecuniæ nomen hîc largè pro omnibus rebus accipitur: *l.2.C.de conſt. pec. l.pecuniæ. 1, 8.de verb.ſignif.* quare etſi alia res ſurripiatur, peculatus committitur.*l.4.§.fin.*

4 ¶Sacram accipe,Deo conſecratam aut donatam.*l.4.in prin. hoc t.* nam res priuatæ in ædem G

A ſacram depoſitæ & ſurreptæ, furti actione, non publico iudicio repetuntur.*l.5.hoc tit.* Religioſa eſt, quæ ex loco religioſo, puta ornamentis ſepulchrorum aufertur:quarum rerum furtum etiam priuata actione de ſepulchro violato coercetur.*tot.tit.* S.*de ſepul.viol.* Sacrilegij,præſertim nocturni, *Paul.lib.5.titul.19.* pœna etſi capitalis eſt,*l.ſacrilegi.9 hoc tit.*tamen plerunque extra ordinem,pro qualitate perſonarum & rerũ, vel clementius,vel ſeuerius ſtatuitur.*l 4. l ſacrilegij. 6.l.ſacrilegi.9.§.1.l. hac lege.10.hoc tit.* Hodie ſacrilegi exemplo furum,in furcas ſuſpenduntur: quod & olim vſitatum fuiſſe indicat Vlp. *in d.l. 9.*Iure Sax. etiam rota,velut graſſatores,concutiuntur.*Lande.lib.2.art.13 Fachſ.diff.60.*

¶ Publica pecunia dicitur, quæ ad rempubl. 5 Roman. vel ad Cæſarem pertinet. *d. l. 6. §. fin.* Dico, Romanã.nam qui alij ciuitati eripit, furtum quidem facit,*l.ob pecuniam.83.de furt.* non C tamen ex l.Iulia peculatus tenetur : ciuitates enim loco priuatorum ſunt. *l. eum qui.16.de verb. ſignif.* ſed ad hanc quoque res conſtitutionibus Principum, crimen peculatus eſt poſtea extenſum.*l.4.§.fin.hoc t.*

¶Qui tabulam æream legis,formamúe agro- 6 rum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutauerit, lege publica peculatus tenetur : vt & is qui quid in tabulis publicis de- D leuerit vel induxerit, *l.qui tabulam.8. hoc tit.* vel minorem iuſto pecuniam retulerit, *l. hac l. 10. hoc titul.* qui perforauerit muros, vel inde aliquid abſtulerit. *l. qui perforauerit. 11.hoc tit.* Sed & Senatus iuſſit lege peculatus in eos agi, qui iniuſſu eius qui rei præerat, tabularũ publicarũ inſpiciendarum poteſtatem fecerit, *l.ſacrilegi.9. §.fin.hoc t.* Is etiam qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuit, lege peculatus dãnatur in quadruplum.*l.pen.hoc tit.*

¶Huius criminis accuſatio quinquennio du- E rat *l.peculatus.7.hoc tit.* eius pœna aquæ & ignis 7 interdictionem, in cuius locum ſucceſſit hodie deportatio, *vide* S.*ad l.Iul.de vi public. & ad l. Corn.de falſ.* continet. *l.3.hoc tit.* Iuſtinian. verò magiſtratus & iudices ex hac l.capite voluit puniri:reliquos, & eorũ adminiſtros, deportatione.*§.penultim.Inſtit.de publ.iudic.l.vnic. C. de crimin.pecul.*

¶ Quia verò hac peculatus lege non tenen- 8 tur, quorum periculo & fidei res publicæ ſacræúe committuntur: *d.l.9.§. Labeo. Bartol.l.4. hoc tit. Fab.§.item lex Iul.de pec.nu.3. Inſtit.de pub.* F *iud.& ibid.Ang.Azo in Sum.* C.*eod.*ideo ad cõpeſcenda magiſtratuum & æditurorum furta, alia lex Iulia de reſiduis lata eſt,qua lege tenetur qui publicam pecuniam delegatam in vſum aliquem,retinuit, neque in eum vſum conſumpſit.*l.2.l.4.§.ſed & qui. l.9.§ fin.hoc tit.* item apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam acceperit, aliáue G ex cauſa pecunia publica reſedit, *d. l. 4. §. lege.*ſed & qui fiſco debet ex officio antè geſto, poſt annum reſiduam eam eſſe pecuniam. l.Iu-

H

lia iussit.*l.sacrilegi.9. in fin. hoc t.* Hac porrò lege damnatus, amplius tertia parte quàm debet, hoc est, in triplum damnatur: *d.l.4. §.sed & qui.* nonnunquam etiam in duplum. *l.excellentia. C. de erog.milit.anno.lib.12.*

9 ¶ Publica iudicia peculatus, & de residuis, & repetundarum, similiter aduersus hæredes exercentur, quatenus pecuniam respiciunt: quia de ablata pecunia agitur. *l.fin.hoc t.* Ex his autem omnibus intelligi potest, etiam eos qui sunt in officio atque administratione, furtum facere, & B hoc nomine furti actione, aliisque similibus teneri *l.si in. 7. l.si seruum. 16. C.de furt.l.1.§. fin.l.2. de tut.& rat.distr.* nec prætextu officij, quasi domini sint, *vide tamen l.tres tut.& ibi Bart. post glo. de administ. tut.* aut domesticum furtum *l. respiciendum.11.§.furta. de pœn.* fecerint, excusari: etiamsi ex hac causa pœnam mitigari plerique velint: *Ias.in l.eius qui.§. quas actiones si cert. peta.c. si verò. vbi Pan.de sent.excom. vide Tiraq. latè de pœn.caus.58.Chass. in consuet. Burgun.tit. des iustices.§.5. num. 6.* quando & hic non grauiore pœna peculatus, sed leuiore de residuis teneatur: nisi admixtum falsum, furtum, aut aliæ circum- C stantiæ pœnam exasperent. *d. l. excellentia. C. de erogat.milit.anno.lib. 12.§. coges. in Auth. de man. princ. Ioan. de Ardizo. in 4.parte feudor. cap. 151. num.15. C. de ser. fugitiui.* Nam lex dereliquatoribus tantùm videtur accipiēda, qui vel absque furto falsó ve reliqua debere possunt. Quòd si D furtum magistratum coarguatur, de peculatu tenentur, & pœnæ capitali obligantur. *§. penult. Inst.de pub.iud.l.vnic.C.de crim.pecul.*

DE LEGE IVLIA AMbitus. Tit. XIIII. C.9.26.

1 *Ambitus quid, & vnde dictus.*
2 *Quis tulerit legem de ambitu.*
3 *Quis hac lege teneatur.*
4 *De pœna legis.*
5 *De vsu legis, & S.C.ac lege Iulia iudiciaria, & constitutionibus huc pertinentibus.*

1 AMbitus † ab ambitione differt: nam prior est criminis appellatio, posterior cupiditatis. vtrumque ab eo dictum apparet, quòd candidati ad honorem adspirantes, circum- 2 ire tribus & ambire, prehensaréque singulos ex populo solent. Legem † autem de ambitu aut latam esse ab Augusto, aut interpolatam renouatámque, ex historiis discimus. *Sueton. in Dione, & alius.vide Paul. lib.5.titul.30.* Sanè ante eius tempora viguisse legem de ambitu, oratio Cic.pro Murena, & actiones Catonis, quas Plutarchus in vita eius enarrat, ostendunt. Quinetiam Cicerone cos. legem de ambitu seuerius fuisse sancitam, additúmque prioribus pœnis exilium decennij, ex Cic. *in orat.pro Plan.* & Dione intelligi licet. G

¶ Hac lege tenebantur, qui in petitione magistratus, aut prouinciæ, sacerdotiíve, turbam suffragiorum causa conduxisse, seruos aduocasse, aliámve quam multitudinem mercede sibi conciliasse, conuicti erant. Cuius † pœna pro- 4 admisso interdum durior est, vt cum propter conductos armatos homines publicámque vim deportatio decernitur. *l.vnum C.eodem* interdum lenior, vt cum ambitus ergò per quinquēnium honoribus reo interdicitur. Sed † hodie in vr- 5 be lex Iulia cessat: quia ad curam Principis, magistratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem. *d. l.vnic.hoc t.* Non tamen hoc nomine accipere pecuniam & nundinari occasione dominationis officia Princeps debet, cæteroqui in legem hanc committit, etiamsi nemo pœnam exigere possit. *Gemi.in c. 1.§.1. numer.5.de homicid.lib.6. cum ibi allega.* Quod vtinam sibi persuadere paterentur, qui ad gubernacula rerum sedent. Nam plerunque vsuuenit, vt vbi venalia sint officia, ibi officiorum etiam iurísque administratio venum exponatur. In municipiis porrò, vbi adhuc creandi magistratus ius penes populum est, si quis magistratum aut sacerdotium contra hanc legem petierit, per S.C. centum aureis & existimatione mulctatur: qua lege damnatus si alium cōuicerit, in integrum restituitur, pecuniam tamē non recipit. Item is quinouum uectigal instituerit, ex S. C. hac pœna plectetur. Et si quis reus vel accusator domum iudicis ingrediatur, aucupandæ videlicet gratiæ causa, per l. Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit: id est, aureos centum fisco inferre iubetur. *l. vnic. hoc tit.* Illud grauius, quod eum qui magistratum repetit, durissima ambitus pœna, nempe deportatione. Arc. & Hono. E Impp. plecti voluerunt. *l.vnic. C.eod.* qua constitutione hodie non vtimur.

DE LEGE FABIA DE plagiariis. Tit. XV. C. 9.20.

1 *Summa legis.*
2 *Verbo venditionis quid contineatur.*
3 *De accusatione ex hac lege.*
4 *De pœna.*

LEgis † Fabiæ de plagiariis, *Cic.pro Rabirio.* & Paulus *lib.5. Sent. cap.7.* meminere: 1 qua cautum est, vt qui sciens liberum hominem inuitum emerit, vendiderit: celauerit, vinctum habuerit, seruum alienum dolo malo abduxerit, celauerit, retinuerit, coerceatur. *l.1.2.3. 4.5.6.hoc tit.l.1.5.6.7.9.10.15. Cod. eodem.* Venditionis † verbo omnes consimiles contractus, 2 quibus

quibus dominium transfertur, comprehendi- A mus: *l.4.hoc tit.* etiamsi plagij crimen dominium non transferat, neque statum mutet. *l. abducti. 11.C.eod.* Hęc lex dolum & scientiam notat, non etiam ignorantiam, *l.2.& 3. hoc tit.* aut voluntatem à consilio celandi alienam. *l. 6. in pron.hoc t.* 3 *l.plagij.14. C.eod.* Est † autem huius criminis accusatio publici iudicij, *l.plagij.13. C.eod.* criminalis: *l.præses.8. C.eod.* vnde nec per procuratorem agi potest. *l.2. C.eod.* & inscriptione accusationis B ac sententia ordinaria expeditur. *l.3. 4. C.eodem.* Damnatis † autem olim pecuniaria pœna irro- 4 gabatur, *l.fin.hoc tit.l.in fuga.6. C.eod.l.lēg.12. vbi glo.§. de manum.* Sed quia per hoc scelus ingenui homines sæpius asportantur, vt grauioris pœnæ genere deterreri cæteri possint, pro delicti modo grauiùs puniri solent. *l.quoniam.7.C.eod.* puta aut in metallum dari. *l.fin.hoc tit.* aut etiam si filios parentibus intercepisse demonstrentur, gladio feriri, si quidem digniores sint: (quæ pœna etiam lege diuina fuit præstituta. *Deuter. 24. Exod.21.16.*) sin autem libertinæ conditionis homines, bestiis subiici. *l.fin.C.eod.* sed hæc pœna ex causa mitiganda est. Quid enim si quis non rapuit seruum, sed fugitiuum & erronem vendat, aut distrahat volentem? certè videtur leuiùs, & pœna tantùm pecuniaria mulctandus. *d. l. 6. C.eod.*

AD SENATVSCONSVLtum Turpillianum, & de abolitionibus criminum. Titul. XVI. C. 9. 42. 43.44.45.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit calumniari.*
3 *De calumnia, quomodo cognoscatur.*
4 *De pœna calumniatorum.*
5 *De præuaricatoribus.*
6 *Desistere & tergiuersari quid.*
7 *Pœna desistentium.*
8 *Quando, & qui in pœnam incidant.*
9 *De nunciatoribus.*
10 *De abolitionibus.*

1 IAm † videamus de progressu, ordine & executione criminalium iudiciorum in quibus, quia sæpenumerò vsuuenire consueuit, vt aut calumnientur accusatores, aut præuaricentur, aut desistant, de his iudicij remoris ante omnia est videndum.

2 ¶ Calumniari, est falsa crimina scienter & dolo malo intendere, *l.1.§.1.h.c tit.l.athletas. §. calumniator.de his qui not. infa.* aut in fraudem alicuius falsum testimonium conficere, aut falsum G iudicium profiteri: *l.ab accusatione.6. §.fin. hoc t.* id est, indicare falsò, & deferre alicuius crimen vel per se, vel per alios, *d.l.1. §. incidit.* aut mandato alterius: *l. nostris. 8. C. de calumnia.* Dico † autem Scienter & dolo malo: nēque enim qui 3 non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. nam eius rei inquisitio, arbitrio iudicis cognoscentis committitur: qui reo sua destinatione absoluto priusquam sententiam publicè ferat de accusatoris consilio incipit quærere, qua mente ductus ad accusationem processerit: & si quidem eius iustum errorem, aut aliam causam quæ à dolo excuset, *l. igitur. de lib. caus.glo.in l.1. in fin.vbi Dd.si quis ius dic.* reperit, absoluit eum. *d.l. 1. §. sed non vtique hos titul.* idémque erit, si iusto dolore potius quàm calumniandi animo ad accusandum videatur progressus: vt sunt parentes liberíque, qui suorum iniuriam persequuntur. *l.in S. C.15.§.eos hoc titul. l.2.& 4.C.de calumn.l.2.C.de abolit.l.fin.§.de pub. iud.* Si verò in euidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat: quorum alterutrum ipsius verbis pronunciationis manifestatur. nam simul in sententia super calumnia cognoscendum est, *l.1.C.eodem.* Ergo si- C quidem ita pronunciauerit: Non probasti; aut, Temerè accusasti: videtur vel iusto errori, vel inconsulto calori pepercisse. Sin autem pronunciauerit, Calumniatus es: condemnauit eum: & quamuis nihil de pœna subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur, *d.l.1.§. sed non vtique.h.t.*

¶ Calumniatoribus pœna lege Remmia irrogatur, *d.l.1. §.1. l.quæsitum.§.de test.* cuius me- 4 minerunt Cic. *pro S.C.Roscio.* & Val. *lib.3. cap.7.* Ea olim fortè pecuniaria fuit: *§. hoc autem. Instit.de pœn. tem. litig.* sed hodie in publicis iudiciis est similitudo supplicij, vt quod aliis calumniosè creare moliti sunt, ipsi luant: *l.fin.C.de calumn.l.3. de præuar.* ad quam pœnam inscriptione se accusatores obligabant. *l. fin. C. de accus.* In priuatis autem & extraordinariis criminibus, in quibus inscriptionis seueritas omittitur, (cuiusmodi nunc ferè omnia esse diximus) extra ordinem pro qualitate admissi puniuntur. *l.3. hoc tit.* Et hæc dicta sint de calumniatoribus.

¶ Præuaricatorem esse eum suprà *ad tit. de præuar.* ostendimus, qui vera crimina abscondit, colluditque cum reo, & translatitio munere accusandi fungitur, eò quòd proprias qui- 5 dem probationes dissimulet, falsas verò accusationes admittat. *l. 1. in princ. & §.1 præuaricatorem.3. hoc tit.l.præuaricatores.212. de verb. signific. d.l.athletas.§.præuar.l.1. §.de præuar.* De id genus hominum pœnis suprà *ad titul. de præuaric.* est dictum.

¶ Desistere siue tergiuersari, est in totum ab accusatione desistere: *l.1. in prin. hoc tit.* differre 6 autem, non est desistere. *l.ab accusatione. 6. l.desistisse 13. hoc tit. l. fin.C. eod.* qui tamen reum intra præfinitum accusationis tempus non peragit, desistitisse videtur, *d.l.6.§.1.* nisi magistratus

occupationibus fuerit impeditus. *l. in S.C. 15. §. penul. hoc t.* Horum delictum S.C. Turp. coercetur. Publicè enim interest, accusationem non intermitti, siue vera sit, vt delicta puniantur: *l. si ita. 52. ad l. Aqui. l. congruit. 3. de off. præs.* siue fal-
7 sa, ne calumniatores impunè euadant. Si quis † igitur ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur, *d. l. 1. §. si quis,* extraordinario iudicio, *d. l. 1. § suspecti.* pœna 5. librarum auri: *l. 3. de præuar.* sed iure Saxon. mitius. *Landt. lib. 1. artic. 69.* Quod accipiendum est de accusatione publici iudicij: *l. 1. C. eod.* nam extraordinaria S. C. quod publicam tantùm causam complectitur, non arguit. *d. l. 1. §. suspecti.* quanquam & hi extraordinariè puniantur, qui extra ordinem desistunt: *l. 3. hoc tit. l. ab accusatione. 6. h. t.* si tamen de publico iudicio, vt ferè fit, extra ordinem cognoscatur, ordinariæ pœnę locus erit. *d. l. in S.C. 15. §.*
8 *1. hoc titul.* Sed † non antè, quod ad pœnam attinet, destitisse accusator videtur, quàm si iam instituta & ordinata sit accusatio, inscriptionib. depositis, & fideiussore de exercenda lite præstito. *l. 1. C. ad S.C. Turp. d. l. 15. § si post.* Nam qui libello dato, duntaxat minatur se crimen intentaturum, S.C. non continetur, etiamsi desistat. *l. 5. hoc tit.* Quæsitum est & illud, an qui ab instituta accusatione præscriptione temporis excludnntur, in S.C. incidant: & quidem Papin. respondit, de calumnia non puniri. *l. quærebatur. 11. hoc t.* quod verum est, cùm obiecta à reo præscriptione actio eliditur. nihil enim est quod imputare queas actori: qui ignorare potuit, qua defensione reus esset vsurus. Sed si nulla exceptione opposita ipse desistere velit, hoc prætextu, quòd actio sit præscripta: verius est incidere eum in S. C. cùm exceptiones non actoribus, sed reis opitulentur: *l. non exceptio. 10. C. de exceptio.* & accusatio, siue iusta, siue iniusta, quoniam publica est, non voluntate actoris, sed cognitione iudicis debeat aboleri: maiore etiam odio dignus videatur, qui non explorato præscriptionis iure, ad tam improbam accusationem processit. *l. 1. §. accusationem. hoc tit.* Parcitur tamen hac in parte mulierum & minoris ætatis infirmo consilio: *d. l. 1. §. accusationem.* quanquam aliàs mulier ab instituta idoneè ordinatáque actione desistens, in S.C. incidat. *l. penultim. C. eod.* Tenetur etiam S. C. qui alium accusatorē submittit atque instruit: quia alium subornando, diffidere causæ, atq; ita per dolum se velle subducere periculo inscriptionis videtur. *d. l. 1. § incidit. 8. d. l. in S.C. 15. in prin.*

9 ¶ Nunciatores etiam, qui absque inscriptione & metu similitudinis supplicij, *dixi sup. de accus. num. 12.* per notoria indicia produnt, hoc est, indicant magistratui delicta quasi certis elogiis & notoriis argumentis deprehensa, iisdem illis argumentis suis in inquisitione assistere cogūtur. *d. l. 6. §. 1. hoc t.* quòd si calumniosè detulisse deprehendentur, impunitā eorum audaciam remanere non oportet. *l. 1. C. de curio. & stat. lib. 12. l. diuus Adrianus. de custo. reo.*

¶ Sed hæc omnia cessant, cùm abolitio à Prin- 10
cipe impetratur. Nam quod magistratu authore fit, nullam meretur pœnam, *l. si quis id quod. §. doli. de iur. omn. iud. l. quanquam. de aqu. plu. arc. vid. Doc. in l. non videntur. 127. §. qui iussu. de reg. iur. Dyn. in c. quod quis mandat. eod. tit.* Est autem abolitio, qua reorum numero reus eximitur, & aboletur accusationis memoria. *l. si interueniente. 12. hoc t.* Ea porrò fit triplici modo: *vide Cuiac. qui duplicem tantùm facit, ad Paul. lib. 5. titul. 17. ex tit. C. de abol.* primò publicè ob diem insignem, gratulationem, rémue prosperè gestam: *l. 8. & 9. hoc t.* quo casu durantibus feriis accusationes omnium criminum, paucis exceptis, *l. antepen. & l. pen. hoc tit.* abolentur, ne quisquam tempore publicæ lætitiæ in sordibus sit, & luctu. Sed feriis finitis, intra 30. dies vtiles repeti accusatio potest. *d. l. 1. l. aut priuatim. 10. l. 12. & 15. §. fin. hoc titul. vide Paul. lib. 5. titul. 17. & ibi Cuiac.* Secundò fit abolitio lege, mortuo scilicet reo, vel accusatore; vel iusta causa, puta morbis impedito. *d. l. 10. & 15. § si propter.* Tertiò priuatim, actore vel reo postulante: *d. l. 10.* cui id causa cognita concedi à præside solet. *d. l. 1. §. abolitio.* In causæ autē cognitione versatur, an reus assentiatur abolitioni, an non calumniosè actio sit instituta. nam neque aduersario inuito, *l. fin. hoc t.* nec calumniantibus hoc est indulgendum. *l. 2. & 3. C. de abolit. vbi dixi.* Impetrata autem abolitione, is qui desistit, accusare amplius nequit, *l. 3. & 4. C. eod.* nisi ex indulgentia Principis. *l. 1. C. eo.*

DE REQVIRENDIS, VEL absentibus damnandis. Tit. XVII. C. 9. 40.

1 *Continuatio.*
2 *De annotatione bonorum.*
3 *Quomodo contra fiscum præscribatur.*
4 *De remissionibus.*
5 *An hæc hodie obtineant.*
6 *De processu Sax. contra absentes.*

IN processu † criminalium iudiciorum illud 1
in primis curæ esse debet, vt absens reus requiratur. neque enim absentem inauditúmque damnari oportet: *l. 1. hoc titul.* cum satius sit nocentem absolui, quam innocentem indicta causa damnare. *l. absentem. 5. de pœn. d. l. 1.* Itaque † 2
si reus ad diem instituendæ accusationis vocatus, præsentiam sui non faciat, annotatur, refertúrque eius nomen in publica acta: vt ita annotatos requiri, & edictis adesse præsides iubeant, *l. 1. hoc tit.* non vtique ad pœnam, sed vt potestas sit sui purgandi. *l. 1. C. eod.* Si itaque intra annum ex quo ea annotatio facta est, *l. 4. C. eod.* se purgarit, aut mortuus fuerit, bona ad suos hæredes transmittit. *l. 1. C. eod. l. 1. in fin. hoc tit.* Sin anno elapso venire cesset, bona fisco irreuocabiliter vindicantur: adeò vt etiam innocentia (cuius defensioni nullo tempore præscribitur, *l. 4. hoc titul.*) postmodum probata, nihil recuperetur: *l. 2. C. eodem.* quin & infamiam quasi conuictus incurrit. *l. fin. C. eod.* Quæ cum ita se habeāt: meritò prouisum est; ne per anni spaciū; dum expectatur reus, bona dilabantur, & eant pessum; vt ea bona annotentur, & in his mobilia, si seruari nequeant, distrahantur, precio eorum in depositum redacto. Fructus quoque inter mouentia haberi responsum est. Curandum erit etiam, ne quid ei qui profugit, medio tempore à debitoribus eius soluatur, ne per hoc fuga eius
3 commeatu instruatur. *l. fin. hoc titul.* Sed † si fiscus bona negligat, cesseteque per viginti annos; postea præscriptione, vel ab ipso reo, vel ab hæredibus eius submouebitur. *l. 2. hoc titul.* quamcunque enim quæstionem apud fiscum (si non alia si propria præscriptio) viginti annorum silentio præscribi, diui fratres volue-
4 runt. *l. 3. hoc tit.* Illud † quoque Iust. §. *si verò in Auth. vt nulli iud.* addidit, vt si in aliqua prouincia reum degere dignoscatur, præses eius loci eum capiat, remittátque ad locum vbi deliquit,
5 & bona annotet. Hodie † videntur hæc aliqua in parte correcta. nam neque remissionibus vtimur, *l. 1. vbi gloss. & Dd. C. vbi de crim. agi.* & Fridericus Imperator voluit absentis & contumacis homicidæ bona, duntaxat mobilia, publicari, ius verò immobilium seruari hæredibus. *c. 1. §. si verò. vbi Aluar. de pac. ten.* quod eo magis dicendum videtur, quia Iust. *Auth. damnatorum. C. de bon. damn.* publicationem bonorum in damnatis sustulit: multò ergo magis in fugiti-
6 uis. Vtcunque † sit, constat iure nostro Saxonum, absentes reos tribus edictis per interualla 4. dierum publicè ad iudicium vocari: qui si in tertio termino præsentiam sui non faciant responsuri, banno imperiali proscribuntur (*biß auff ehehafft*) id est; vt nisi in 4. termino veniant, legitimásque causas impedimēti demonstrent, quamobrem in 3. termino comparére non fuerit solutum; planè banniti declarētur, próque talibus habeantur: atque ita in 4. termino contumacia nō purgata simpliciter & executiuè, vt ita dicam (*biß auff die hulff*) banniantur. Cuius vis ea est, vt in loco illius territorij impunè occidi possint, pœna etiam iis qui his opitulantur imminente: *vide Chil. in pro. de banno.* qua de re plura alibi Dd. In bona autē *in d. c. 1. §. si verò. & in l. 1. C. de hær. inst. cum simul.* fugitiuorum, moribus nostris non sæuitur, nec annotatio semper aut arrestatio locum habet: *de annot. Sax. vide art. 38. lib. 1. latissimè Chassa. in consuet. Burgun. Rubr. 2. de confiscat. in prin.* præsertim cùm iure Sax. bona ex delictis non confiscentur.

DE QVÆSTIONIBUS. Tit. XVIII. C. 9. 41.

1 *Continuatio.*
2 *Tormenta quare inducta: eorúmque genera & gradus.*
3 *Causa efficiens.*
4 *Quæ debeant concurrere vt quæstioni locus sit.*
5 *Qualis causa admittat torturam.*
6 *In defectum probationum ad torturam perueniri.*
7 *De indiciis.*
8 *Pœna iudicis indebitè torquentis.*
9 *Pœna iuris Saxonici.*
10 *Qui torqueri possint, vel non.*
11 *Quomodo in tortura procedendum.*
12 *Finis & effectus torturæ.*

CVm † autē reus non abest, sed vel in custo- 1
diam traditus est, vel alioqui copiā sui facit: tum aut confitetur crimen, aut negat. Si sponte confiteatur, ex sua confessione cōdemnatur. *l. si confessus. 5. de cust. & exhi. reo.* sin eat inficias, testibus est cōuincendus. *l. qui sententiā. 16. C. de pœn.* Sed † quia pleraque crimina clam arbitris & oc- 2
cultè cōmittuntur, vt semper copia testiū haberi non possit: ideo more maiorū introductum esse inquit Cic. *in part. Orat.* vt per tormenta veritas exquiratur: *vide Paul. lib. 5. tit. 14. & 16.* quē morem innuit ab Atheniensibus, & Rhodiis, vt pleraque alia, sumptū esse. Genera tormētorum varia sunt, *vide Hipp. in prac. crim. & de quæst. l. 1. Paul. Grill. in tract. tor. c. 4.* varij item gradus. alia enim dicitur tortura leuissima, quæ pro tortura non habetur: *Hipp. in l. furem. num. 13. de sic. ar. & in l. repeti. num. 5. hoc t. & in prac. crim. §. quoniam. num. 3.* alia leuis, alia grauis, alia grauissima. *Bald. consil. 77. volum. 3. Paul. Grillan. d. c. 4. Boss. in prac. crim. de tortur. num. 16.*

¶ Causa efficiens quæstionum est mos anti- 3
quissimus, omnium ferè bene institutorum populorum communis: vt immeritò pro lege ac iure quodam gentium habeatur. Neque † 4
tamen passim & ex qualibet causa quæstiones decernendæ sunt, sed tria semper velut causæ προκαταρκτικαὶ concurrant, oportet. Primùm, † 5
vt causa & accusatio sit criminalis, eáque atrox & capitalis: *l. 1. l. 8. hoc t.* vt adulterij, *l. patre 6. hoc tit.* homicidij *l. 1. §. si quis. hoc t.* falsi, *d. l. 6. hoc tit. l. cum testamentum. 10. Cod. eod.* & hodie etiam furti: *Bart. in l. fin. hoc tit.* ac cum minimùm tale crimē, propter quod reus relegari in perpetuū possit, *in fin. C. de iniur. & Bar. in l. penultim. §. ad crimen. num. 11. & 12. de pub. iud.* vt non pauci contendunt. Nam relegationis pœna non est modò (vt aiunt) capitalis, sed etiam corporalis: *l. 2. vbi. Bartol. & Dd. in princ. de publ. iud. Bartol. in l. si constante. num. 20. solut. matr.* quia redigit ad paupertatem, & complures affert corpori atque animo molestias, vnde etiam mortem interdum subsequi & causari videmus. *Alex. consil. 116. volum. 2. Boss. in prac. crim. de carcer. fideiuss. num. 7.* quod ego nequaquam verum existimo; quin potius arbitror, pœnam relegationis cōparari pœnæ pe-

cuniariæ. nam cum relegatio est imponenda, procurator perinde vt in ciuili causa admittitur. *Bart. in l. seruum quoque §. publicè. in princip. de procur. l. absentem. vbi gloss. de pœn. app. gloss in d. l. pen. §. ad crimen.* quod Bart. *in d. §. ad crim. num.* 11. & Pand. *in c. veniens. numer.* 8. *de accusat.* licet controuertant, tamen fatentur communius esse, & seruari, nec ab eo in consulendo iudicandóque esse recedendum. Quare si in procuratoris admissione pro ciuili causa & leui habetur ea, ex qua pœna relegationis venit imponenda: multò magis pro tali habenda est, cum de tortura quæritur, quæ magni est præiudicij, & ipsa relegationis pœna grauior: *§. fin. in Athen. vt nulli iud. Hipp. in l. diuus. num.* 2. *hoc tit. in l.* 1. *§. præterea. num.* 8. *de sicar.* verisúsque est, cùm quæstio corpus laceret, & ipsa ferè morte durior sit, *Bald. in l. interpretatus numer.* 6. *C. de transf. & in l.* 1. *circa fin. C. vnde vi. Par. de Put. in tort.* 3. *cap.* 1. certè grauior quàm manus abscissio, *Hipp. in l.* 1. *§. præterea. num.* 8. *de sicar. & in l diuus. num.* 2. *de quæst.* non aliter eam decerni posse, quàm cùm pœna corporalis est infligenda. *Damhou. in prac. cap.* 35. *num.* 4. Nam quod dicitur, relegationis causam esse capitalem: in fauorabilibus, puta pœna vel tormentis prægnantis fœminæ differendis item relegatione non simplici, sed cui insit deportatio, verum esse fateor, *l. exilium, de interd. & relegat. l.* 1 *vbi Bald. & Dd. C. de her. inst.* Cuius in locum hodie successit apud Sax. fustigatio, alibi damnatio in metallum, ad remos, &c. Quibus in causis locum esse torturæ posse, non inficior, quia hæ pœnæ proculdubio corporales & capitales sunt: in simplici verò relegationis causa id non admitto, præsertim cum in hac procurator, velut in ciuili, recipiatur, vt antè dictum: & cùm talis causa capitalis perhibetur, fictè id tantùm, & per similitudinis interpretationem dici, facilè intelligatur. Cum autem nullum simile sit idem, *Bart. in l. quod Nerua. depos.* non debet in quæstionibus acerbissimis eiusmodi interpretatio sumi, præsertim iure Saxon. quo nulla causa pro capitali est, nisi ex qua pœna capitalis debetur. *Fachs. diff.* 13. *Reinhar. diff. in l.* 24. In cæteris ergo, puta pecuniariis, *vide Paul. lib.* 5. *tit.* 15. *&* 16. aut iniuriarum etiam realium, *Brun. de ind. & tor. parte* 2. *quæst.* 3. ratio æqualitatis non admittit corpori cruciatus inferri, vbi tantùm pecuniæ periculum est: *l. edictum.* 8. *l. diuus.* 9. *l. de minor.* 10. *hoc tit.* quanquam & in his seruos olim torqueri fuit vsitatũ: *d. l.* 9. *l.* 15. *C. eod. vide Paul. lib.* 5. *tit.* 15. 16. *l.* 1. *l. vlt. C. eod. l. vlt. §. Iustitia C. de iur. delib.* Quod & ipsum argumento est, cùm relegatio tantùm delicto probato imponenda venit, tum ad torturam peruenirí nõ posse. Nam cùm relegatio nullum cruciatum corpori inferat, iniquissimum & absurdissimum fuerit, probationes criminis quærere ac decernere, quæ ipsa pœna crimini debita sint acerbiores. Sunt qui existiment, totum hoc arbitrio iudicis relinquendum esse; vt ipse arbitretur, vtrum talis causa agatur, quæ torturæ

A viam faciat, an non. *Brun. in tract. de indi. & tor. part.* 2. *quæst.* 3. Sed tantam iudici concedi in re tam ardua licentiã, mihi periculosum videtur. atque hoc quidẽ primum requisitũ, nempe causæ grauitas, esto. Secundò, † recessum est alias 6
deesse probationes, sic vt veritas aliter haberi non queat. *d. l.* 8. *vbi Hipp. Aluar. in c.* 1. *§. publici. num.* 2. *de pac. tenen.* non enim est à tormẽtis incipiendum. *l.* 1. *in prin. l.* 20. *hoc t. l.* 8. *C. eod.* Tertiò, † 7
B vt multis indiciis oneratus, & (vt inquit Vlp.) argumentis penè conuictus sit reus, *l.* 1. *vers. ad tormenta. l.* 18. *§.* 1. *l.* 20. *l. fin. hoc tit. l.* 3. *l.* 8. *C. eod.* Neq; vnum indicium sufficiet. nisi admodum prægnans, *vide omnino Alex. post. Bart in l. vlt. h. t. & in cons.* 77. *in causa. nu.* 12. *vol.* 1. *loan. And. ad Spec. tit. de præsumpt. §. species. vers. violenta. Bart. & Dd. præsertim Io. Ig. in l.* 1. *§. oc. isorum. de senatusc. Sylla. Angel. in trac. mal. verb. quod fama* vt vnus testis, qui delictum se vidisse asserat, omni exceptione
C maior: *Pan. in c.* 1. *de depos.* cum lex vbiuis plurali numero vtatur; ideo cum minimùm duo *Bart. in l. si quis. num.* 2. *C. ad l. Iul. maiest.* certa & probata requiruntur. *l. vbi numerus. de test.* Cuiusmodi autem indiciis opus sit, vna regula explicari nequit: certè grauibus, vigentibus, & penè certis opus esse, leuium non haberi rationem, constat. Quare etiamsi plura indicia per singulares testes probentur, ea non erunt coniungenda: quia vnumquodq; indiciũ, quale quale illud sit, per
D duos cum minimùm testes est probandum. *Hip. in l. vnius. § test s. num.* 2. *& in l. de minore. §. plurimam hoc t. t.* Nec enim indicia ad torturam sufficiunt, nisi faciant semiplenam probationem. *Bart. & Dd. in l. fin. de in lit. iuran. l.* Atqui talem probationem non inducunt indicia, per singulares testes probata, præsertim remota, quæque ad circumstantias tantùm delicti pertinent: *Boss. in prac. crim. de torment. numer.* 30. *cum seq.* nam in propinquis quandoq; aliud seruatur; vt cum testis vnus, de ipso delicto à se viso testatur. *Boss.
E pra. all. g. loc.* in quo iudicis arbitrio & prudentiæ multa relinqui est necesse: *Boss. ibi. Paris de Put. in tract. syn ad verb. tortus. cap* 3. *num.* 27. *l.* 3. *vers. tu magis. Sive. de testib.* præsertim in secretis consiliis & tractatibus, puta furti, adulterij, proditionis, & similibus, quę clàm geri solent, ita vt non nisi ex remotis indiciis suspiciones sumi possint. *Bald. in l. quicunque. circa fin. Cod. de seru. fug. Hipp. in prac. crim. §. principium. num.* 16. Si tamen
F quædã indicia pro reo faciant, quæ elidant contraria, ita vt amplius ea semiplenam probationẽ non impleant; dubium non est, quin ad torturam peruenirí non debeat. *Ias. in l.* 1. *num.* 10. 11. *C. com. de leg. Hipp. in prac. cri. verb. diligenter. num.* 190. *& in l.* 1. *nu.* 59. *de sicar. Boer. decis.* 155. *num.* 9. Sed hac de re consulendi sunt amplius Dd. *Bar. & alij in l. fin. hoc tit. Cyn. in l. fin. C. eod. Hipp. in prac. §. diligenter.* His † autem non concurren- 8
tibus, iudex ad quæstionem procedere non debet, etiamsi ad eam se reus sponte offerat. *Dd.
G contra gloss. in l. interdum.* 5. *§.* 1. *de furt. & in l. pen. C. de cond. ob caus. Hipp. in l.* 1. *num.* 2. *§. de sicar. & in prac.*

in prac. criminal. §. expedita. num. 55. *& sing.* 164
A *nemo debet.* Quòd si procedat, punitur, & quidem capitali pœna ex constitutionibus, *l. decuriones.* 17. *C. eod.* quas tamen non esse extendendas extra casum de quo loquuntur, arbitror: *Ias. in l.* 1. *num.* 34. *§. quod quisque iur.* videlicet cum in iniuriam exitiúmque eius qui patitur, vt enectus tormentis deficiat, quæstio tentatur: aliàs putárim extraordinariæ pœnæ pro qualitate commissi, locum esse. *vide Hipp. in d. §. expedita. num* 86. *B
B art. in l. quæstionis.* 21. *hoc tit. Ias. in l.* 1. *§. quod quisq. iur. Par. de Put. in tract. syn. an si officialis aliq. tor. verb. tortura. cap.* 12. *num.* 1. 2. *& per*
9 *totum.* Saxonum † ius alioqui seuerum, hîc nimis lene est: nam litigatorem iudicémue, qui per iniuriam torqueri aliquem curauit, pœna tantùm pecuniaria non ita magna mulctat. *Vueych. fol.* 129. *Chil. in tit. de inquisit. num.* 38. *D. Reinhar. differ. pœn.* 9. *Fasch. diff* 67. *in fin.* quod obtinere arbitror, cum per imperitiam aut culpam peccatum est: secus si dolo, qui proculdubiò legitimis pœnis est coercendus. Torturam autem factam esse, & quidem indebitè factam, facilè probari potest; nisi doceatur contrarium. Nam factum quidem ipsum torturæ, ex solis indiciis leuibus, puta per incarcerationem, clamorem rei, liuorem corporis, famam, & similes cõiecturas plenè conuincitur. *Bal. in l. falsus. in fin. C. de fur. Cyn. l.* 2. *C. de eo quod met. caus. latè Hip. in l.* 1. *§. diuus Seuerus. num.* 4. 5. 6. *hoc tit.* Ius autem torturæ, videlicet iniustè eã decretam esse, probatur eo ipso quòd non ostendatur diuersum. Stat enim pro reo iuris præsumptio, contra iudicem: nisi ille sufficientia indicia præstò fuisse, liquidò demonstret. *Hipp. in d. §. diuus. num.* 3.

10 ¶ Iam de materia videamus, & in quos tortura decerni possit. Seruos torqueri olim, quibus sine quæstione nihil credebatur, vsitatissimum fuit: *l.* 1. *§. in caus. l.* 33. *h. tit.* neque tamen in dominum, nisi in causa fraudati tributi, & aliis quibusdam, nec pro domino: *l.* 1. *§. diuus A. cum §. si q. & §. Antoninus. §. quidam. §. in causa. l.* 9 *§. pen. l.* 10. *§.* 1. *hoc tit. l.* 1. *C. eo. l. vix. de iud. vide Cuiac. lib* 6. *cap.* 19. eiúsue in parentes aut liberos, *l.* 2. *C. eod.* torquendi sunt. Sed ne tunc etiam admittendi, cum ex domo accusatoris producuntur. *l.* 1. *§. ad quæstionem. hoc t. l.* 2. *C. de test.* Qua ratione nec liberi in parentes, nec liberi in patronos: *Paul. lib.* 1. *tit.* 12. denique nemo torqueri potest in alium, qui ad dicendum testimoniũ cogi non potest. *d. l.* 1. *§. sed nec libertum. & §. Imperator.* Torquendi etiam non sunt innocentes, *l. penul. C. eod.* nec liberi homines, propter testimonium non vacillans: *l.* 15 18. *§. testes. hoc tit.* neque etiam, quamuis nocentes, impuberes, *l.* 10. *l.* 15. *vide contrà Cuiac. lib.* 6. *cap.* 22. prægnantes, *l.* 3. *de pœn. §.* milites, nobiles, *l. nullus. C. ad l. Iul. maiest. l. desertorem. §. vde re militari. l. milites. l. diuo. C. de quæst. l. seueram. C. de dig. lib.* 12. senatores, decuriones, *l.* 8. 11. 16. *C. eod.* horúmque liberi, *d. l.* 16. quamuis dignitate abierint; *l. penul. C. eod.* item doctores, quia priuilegio militari gaudent; & aduocati,

A *Bart. in l.* 1. *C. de ad diuers. iud.* paucis exceptis casibus. Atque ita quidem hæc obtinere & rata esse volunt Dd. vt consuetudo in contrarium non valeat, *d. l. omnes. vbi Bart. & Dd. C. de decur. l.* 10. nec quisquam præter Imperatorem hæc iuris priuilegia imminuere possit. *fac. l. de minore.* 10. *hoc t. tex. optimus in l.* 4. *C. ad l. Iul. maiest. vbi Bal.* Verùm ego aliquando contrarium seruari vidi, sicut idem de Franciæ vsu testatur Tiraq. *d. trac.
B de pœn. caus.* 31. *nu.* 16. & de Neapolitano Afflict. *in c. si voluerit. num.* 14. *de capita. qui cur. vend. Tiraq. præall. loc. nu.* 16. quòd reatus omnem dignitatem excludat. *l.* 1. *C. vbi senat. vel clariss. vid. Ioan. de Plat. in l. medicos. C. de profess. lib.* 10.

¶ Forma est, vt ne à quæstionibus incipiatur, 11
l. 1. *in prin. l. maritus.* 20. *hoc tit. l.* 8. *C. eod.* sed prius indicia reo communicentur, *Bart. in l. vlt. nu.* 8. *hoc tit. per l. vnius. §. cogniturum. hoc t. & in l. custodias. de public. iud. Ias.* 2. *num.* 5. *C. de eden. Paulus
C lib.* 5. *tit.* 16. *vbi addit rationem, Ang. in l si vacantia. C. de bon. vacan. lib.* 10. *Alex. consil.* 65 *habita. numer.* 2. *vol.* 1. & super his lis negatiuè contestetur, *Bar. in l. si quis adult. nu.* 1. *de adulter.* & audiantur rei defensiones, quibus indicia purgari refutaríque posse confidit. *d. l. vnius.* 18. *§.* 1. *hoc tit. Paul. lib.* 5. *tit.* 16. Cum autem ad quæstionem erit vẽtum: ab illo erit inchoanda, qui suspectissimus est, *d. l.* 1. *§.* 1. aut timidissimus: qui facilè verum metu tormentorum dicturus præsumatur: vt
D sunt mulieres, minores: *d. l.* 18. *hoc t.* & c. De se autem quisque interrogandus est, *d. l.* 1. *§. diuus.* non in caput aliorum. *d. l. repeti.* 16. *hoc tit.* De se confessus, inquit Paulus, *lib.* 1. *tit.* 12. *eodem pertinet. d. l. repeti. hoc tit.* in caput aliorũ non torquetur, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperauit. Sed necdum confessus, & ideo in se torquendus, rectè & in socios examinatur. *l.* 1. *§. qui quæstionem.* Itaque videre quotidie licet, fures ac latrones, decreta his quæstione: etsi non principaliter, *d. l. rep. t.* 16. *§.* 1. *vbi
E Hippol. hoc tit. Bald. consil.* 95. *regul. vol.* 1. tamẽ secundariò, & per consequentiam de complicib. sociisque interrogari. Tormẽta autem variis instrumentis atque modis exercentur: *vide Hipp. l.* 1. *n.* 27. *hoc tit. Paul. Grill in trac. quæst. cap.* 4. quæ tamen omnia cum moderamine adhibẽda sunt, *l. de minore.* 10. *§. tormenta. h. tit.* vt persona sit salua: *l.* 7. *hoc t.* quod iudicis arbitrio relinquitur. *d. l.* 7. qui etiam repetere quæstionem, nisi ex nouis indiciis, non debebit. *l.* 18. *h. t.*

F ¶ Finis torturæ est, vt veritas tormentis adhibitis exprimatur, non etiam vt quis hac ratione 12
cecetur, vel puniatur. *l. aut damnum.* 8. *§. hostes. de pœn. §. tit.* 1. *Ias. in l.* 1. *n.* 3. *&* 4. *quod quisque iur. vbi tradit, iudicẽ in pœnam talionis non posse torqueri, qui indebitò alium torsit.* Quod ad effectũ attinet, inquit I. C. non omnino quæstionib. fidem esse adhibẽdam: sed neque semper, *l.* 1. *in prin. h. t.* neq; nunquã. Etenim res est fragilis & periculosa, quia alij tanta sunt duritia, vt cruciamẽta cõtemnãt: alij doloris impatiẽtia, in quouis potius mentiri, quàm pati eiusmodi dolores volunt.

d. l. 1. §. quæst. Sine de habenda quæstione agetur, inquit Quint. *lib. 5. cap.* 4. plurimùm intererit, quis & quem postulet, aut offerat, & in quē ex qua causa: siue iam erit habita, quis ei præfuerit, quis & quomodo sit tortus: an credibilia dixerit, an inter se constantia; perseuerauerit in eo quod cœperat, an aliquid dolore mutauerit; prima parte quæstionis, an cruciatu procedente: quæ vtrinq; tam infinita sunt, quàm ipsa rerum varietas. *Hodie vide D. Reinh. diff. pœn.* 34. *per art.* 18. *lib.* 2. tamen cum constat de delicto, nec alius author inuenitur, si in confessione tormentis extorta reus publicè in iudicio perduret, ex ea confessione condemnatur. Nam etsi confessio in tormentis facta, ad condemnationem non sufficiat, quasi metu extorta: *l.* 1. §. *diuus. hoc t.* tamen ea vis purgatur, quando postea extra locum carceris, eiusmodi confessio liberè renouatur. *Bart. in l.* 1. §. *si quis vltrò. hoc t. per l.* 2. *C. de custo. reor. Paris de Put in trac. synd. verb. tortura. c.* 9. *& verb. tortus. c.* 1. *num.* 29. Ea tamen renouatio non sufficeret, si tortura esset indebitè iniustéque facta, vel confessio non verisimilis. *Hipp. in l.* 1. §. *diuus. num.* 6. *&* 7. *hoc tit.* Sed quid si (vt fit quandoque) retractetur in hac repetitione confessio? Hoc casu volunt rediri ad eculeum posse: quia prior confessio in tormentis facta, est loco semiplenę probationis, & facit indicium sufficiens. *Bald. in l. fin. C. de prob. Hipp. in l. repeti. num.* 12. *hoc t. Chil. in prac. tit.* 2. *de inquisit. num.* 22. *ord. Impp. cap.* 57. Quòd si pluries reus fidibus examinatus confiteatur, postea verò solutus identidem reuocet, necesse erit tandem ad absolutionem peruenire: quia satius est absolui nocentem, quàm innocentem damnari. *l. absentem.* 5. *§. de pœn.* & sanè torturæ sæpius repetitæ non minor cruciatus est re ipsa, quàm cuiustibet pœnæ capitalis. *vide hac de re Hyp. in d. l. repeti. n.* 13. *h. t.* Est aūt ad euitādam hanc fraudē illud vsitatū, vt post confessionē quæstionibus expressam, interiecto vnius vel alterius diei interuallo, *Hipp. in l.* 1. §. *diuus Seuer n.* 5. *&* 6. reus in locum liberum educatur; inibíque confessio eius iterum audiatur ac renouetur, comprehendatúrque à notario scriptis & instrumētō; vt ita geminata, & scripto cōprehensa, *Ias. in l. error. n.* 8. *C. de iur. & fac. ign.* amplius reuocari nō possit. *Bar. in l. cū simus. C. de agr. & cens. Hip. latè in l.* 1. *l. diuus. n.* 5. *&* 6. *& in* §. *quæst. n.* 1. 2. 10. *&* 11. *h. t.*

DE POENIS. Tit. XIX.

1 *Continuatio.*
2 *Quæ sint capitales pœnæ.*
3 *Gradus capitalium pœnarum.*
4 *Pœnæ non capitales.*
5 *Causa efficiens: & qui irrogare pœnam possint.*
6 *Materia.*
7 *Forma.*
8 *De septem circumstantiis quæ in pœnis sunt consideranda.*
9 *Finis, & effectus.*
10 *Contraria.*

POst † confessionem delicti, seu sponte factam, seu extortam tormentis; sequitur, vt pœnæ nocens subdatur; quam crimine denudato differri non oportet. *l. cum reus.* 18. *C. eod. l. si quis forte.* 6. *hoc tit. l.* 1. *& l. fin. C. de cust. reor. Imol. in l. is qui reus. n.* 7. *§. de publ. iud. Paul. lib.* 5. *tit.* 16. Proprium pœnæ, vt constringat authorem, *l. sancimus. C. de pœn.* nec transeat in hæredem. *l. si pœna.* 20. *hoc t.* 1

¶ Pœna autem pro varietate delictorum varia est. Aliæ enim sunt capitales, aliæ non capitales. Capitales lata significatione *Alc. de præsump. in fin. num.* 11. 12. *cum seqq.* generaliter & ἐν πλάτει appellantur, quæ vel vitam, vel libertatem, ciuitatémq; (vt deportatio, *l.* 1. *vbi Dd. C. de hæred. inst. l. qui cum.* 14. §. 1. *de bon. liber.*) adimunt: *l.* 2. *hoc t.* nam & seruitus, & ademptio ciuitatis, *l.* 1. §. *fin. de bon. poss. con. tab.* pro morte ciuili habetur. vnde hodie pœnam capitalem indefinitè in statuto positam, de relegatione accipiendam interpretandámque esse, nonnulli volunt: *Hipp. in prac.* §. *opportunè. num.* 39. *dicens hanc esse communem. Alc. de præsump. in fin. num.* 11. *cum seq.* quia in ambiguis minor pœna est eligenda. *Hipp. in pract.* §. *opportunè. num.* 40. *cum ibi allegat.* 2

Propriè tamen strictéque capitalia pœnarum genera sunt, quæ caput vitāmque adimunt, ea alio nomine supplicia appellantur. *l. vltimum.* 21. *hoc t.* In † his gradus quidam sunt. *vide Paul. lib* 5. *tit.* 17. nam summum supplicium apud veteres fuit crux, seu furca; *l. capitalium.* 28. *hoc titul.* qua authores seditionis excarnificari solebant. *l. si quis.* 38. §. *authores. hoc tit.* Iudæi tamen prius lapidare solebant quàm suspenderent, reliquæ gentes non item. Genes. 40. 19. vt est videre apud Polyb. & alios. quem morem Ro. quoq; in Iudæa tempore Dominicæ passionis retinuerunt. Hanc enim pœnam filius Dei λόγος æterni Patris, induta carne nostra, velut seditionis reus (vt hic prætextus inde vsq; ab initio semper Ecclesiam oppressit) perpessus est, seipsum offerēs hostiam immaculatam Deo; & in se iustā Patris iram, nostris lapsibus debitā deriuās; vt esset par λύτρον pro peccatis nostris; & nos efficeremur iustitia Dei per ipsum. quā quidem sui abiectionē, & mysterium verè à seculis absconditum, nullius creaturæ notio & intelligētia, aut cogitatione cōplecti, aut oratione eloqui satis dignè, & pro merito celebrare potest. Porrò in huius locum pœnæ, quæ inter Christianos reuerentia Dominicæ passionis, authore Constantino. *vide Niceph. lib.* 7. *cap.* 46. *Cassio. lib.* 1. *histor. tripart. cap.* 10. *Sozomen. lib.* 1. *cap.* 8. *Didac. Couar. var. resol. lib.* 4. *cap.* 5. vsurpari desiit; videtur Tribonianus furcam substituisse; *l. aut damnum.* 8. §. 1. *h. t. Cuiac. ad Paul. lib.* 5. *tit.* 17. hodie successisse mēbrorum per totam cōfractio, qua in latrones & grassa-

grassatores viarum, Germani & Galli animaduertunt. Secundum genus est ignis quo abs u mi solent hostes & transfugæ, *l. aut damnum.* 8. §. *hostes. d. l.* 38. §. 1. *h. tit.* insidiatores plebeij; *d. l.* 28. §. *igni. h. tit.* & hodie hærētici, venefici, magi. Tertium, bestiis obiici vel subiici ad lanienam: *l. respiciendum.* 11. §. *fin. h. tit. l. pœna. ad Pomp. de parr.* quod hodie exoleuit. Quartum, gladius: quo solo & non aliis instrumentis; puta fustibus aut securi, animaduerti placuit. *d. l.* 8. §. 1. *h. t.* Vulgata sunt hodie & alia supplicia: vt in proditores illud antiquum Metij, de quo Virgilius 8. Aen.

Haud procul inde, citæ Metiū in diuersa quadrigæ
Distulerant; (at tu dictis Albane maneres)
Raptabátque viri mendacis viscera Tullus
Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.

Quāquam plerūque nūc absque equis, ferro secari; sæpe etiam priùs capite plecti, ac tum demum differri in partes soleant. In fures, strangulatio: in mulieres, in profluentem demersio. Capitalia etiam sunt, *l. vlt. C. eod. l. pen. C. Theodos. de off. rec. pro. Cuiac. lib.* 3. *cap.* 36. quamuis vitam non adimant; damnari ad bestias, hoc est, ad depugnandum cum bestiis; nam serui pœnæ efficiūtur; *d. l.* 8. §. *quicunque. l. capitalium.* 28. §. *fin. l. ad bestias.* 31. *h. tit.* item in metallum, vel opus metalli. *d. l.* 8. §. *est pœna. vide distinctionem. d. l. capitalium.* §. *cætera. h. t. Cuiac. ad Paul. lib.* 5. *tit.* 17. qui in metallum damnantur, grauioribus: qui in opus, leuioribus vinculis coercentur. *d. l.* 8. §. *inter.* hæc pœna libertatem admit, quando perpetua est: *l.* 6. *in fin. hoc tit.* sicut deportatio, quæ successit in locum interdictionis aqua & igni, *l.* 2. §. 1. *h. t.* cui comparatur: *l.* 1. *C. eod.* & bona aufert *l.* 6. *C. eod.* statim à damnatione: *l.* 2. §. 1. *l.* 10. §. 1. *l.* 12. *l.* 29. *h. t.* cum enim serui pœnæ efficiantur, *l. in metallum.* 36. *h. t.* nihil proprij habere possunt. Imò si quid ipsis relinquatur, tanquam incapacib. relictum pro non scripto habetur. *l. quidam.* 17. *h. t. l.* 1. *C. de hær. inst.* quod & in iis qui ad tempus hoc modo damnati sunt, seruatur, quoad ea damnatio durat: *l. fratres.* 33. *h. t. l. pen. C. eod.* quanquam hi non libertatem, sed ciuitatem tantum amittant. *d. l.* 8. §. *in ministerium. d. l.* 28. §. *diuus.* Hodie, tamen Iust. neque libertatem ex pœna, §. *quod autem. in Auth. de nup.* nec bona *Auth. bona C. de bon. dam.* auferri voluit. In capitalium pœnarum numerum potest hodie referri & fustigatio, quæ in locum deportationis apud Sax. successit, cum iure ciuili habita fuerit leuior: *l.* 1. *de off. præfec. vrb.* item amputatio manus, vel pedis. quanquam regulariter nullum membrum præter manum sit amputandum. *l.* 3. *vbi Bald. de ser. fug. Bart. in l.* 2. *nu.* 12. *de pub. iud.* Cæteræ † pœnæ, vt inquit I. C. ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent; *d. l.* 28. hoc est, infamiam irrogant, sine periculo vitæ: vt relegatio, *d. l.* 5. §. 1. *d. l.* 28. exilium, *l.* 6. *in fin. l.* 28. §. 1. *h. t.* (quod genus ne bona quidem aufert *l.* 8. *C. eod.*) incarceratio, compedes, vincula. *l.* 7. *l.* 28. § 1. *hoc tit. l. fustib.* 16. *C. de infa. l. ictus. ff. eod.* aut ad existimationem & damnum, sine cruciatu corporis; vt cum quis furti, 4

iniuriarum damnatur. *d. l.* 8. *in prin.* nonnunquam sine iactura existimationis. damnum complectuntur; vt ademptio dignitatis, aut alicuius actus. *d. l.* 8. *in prin. l.* 19. *h. tit. l.* 9. *C. eod.* Sunt etiam quædam pœnæ legales, & à iure limitatæ atque expressæ: quædam arbitrariæ, hoc est, iudicis arbitrio commissæ. *Ias. in l. qui iurisdict.* 14. *num.* 3. *de de iurisdict.*

¶ Causa efficiens pœnæ, est lex, quæ delictis pro singulorum qualitate iustas pœnas irrogat. 5

Legis autem executor est magistratus (non priuati homines, qui quemlibet nocentem interficere aut punire non possunt, nisi bannitum, *Bald. in l. addictos. C. de episc. aud. vide Dd. in l.* 3. *de iust. & iur. in l.* 1. *C. de hæred. inst.*) qui legem aut consuetudinem sequi, nec durior clementióre ea esse debet, *l. seruos.* 8. *C. ad l. Iul. de vi pub.* §. *oportet. & §. fin. in Auth. de iud.* aut etiam potest: *l.* 1. §. 1. *& fin. ad S. C. Turpill. l. si quæ pœna. de verb. signif. c. de causis. de off. del. c. licet. de pœn. l. si operis. C. eod. latè Tiraq. in tract. de pœn. in prin. nu.* 1. *&* 2. *de consuetudine. tex. in l. si quis reum. de cust. reor. Can. in c. de causis. de off. delega. Tiraqu. præall. loc. nu.* 4. alioqui (nisi ex iusta fiat, præsertim ab ordinario, causa, *l. licet. de pœn. Pan. in c. quoniam.* §. *fin. num.* 34. *vt lit. non contesta.*) meritò petitur, vt sententia ad arbitrium boni viri redigatur. *Imol. post Bart. circa fin. in l. pœn.* §. *ad crimen. de pub. iud. Ang. in trac. mal. verb. præsente Caio & appellante. Tiraq præalleg. loc. nu.* 4. nam alterare pœnā, idem est quod remittere. *l. seruus. in fin. C. de vi pub. l.* 1. *vbi Luc. de Pen. C. de deser. lib.* 12. *Tiraqu. de pœn. in prin. nu.* 8. neque tamen omnes magistratus potestatem animaduertendi habent, sed hi duntaxat, penes quos ius est gladij, & merum imperium: vt præfectus vrbi, præses. *l.* 1. §. 1 *l.* 2. §. 1. *l.* 8. §. *est pœna.* 3. *hoc tit.* &c. Nam, verbi gratia, procurator Cæsaris ita punire nequit, quia eiusmodi potestatem non habet. *l.* 2. *C. eod.* Deinde de decurionum delictis nemo cognoscit præter Principem, aut cui à Principe mandatur. *l.* 27. *in fin. h. tit.* Illud sciendum etiam est, etsi magistratus pœnam imponere possint; tamen eam semel impositam reuocare non posse, solo Principe excepto. *l.* 27. 31. *h. t. l.* 14. *l.* 16. *C. eod.* Ex quibus autem causis pœnæ imponantur, in superioribus titulis est expositum. Id in genere teneatur, neminem absentem, indefensum, aut ex suspicionibus esse damnandum: *l.* 5. *h. t.* sed rem totam diligenter explorandam esse, *l. aut facta.* 16. §. *causa. hoc tit.* & probationes luce clariores adhibendas. *l. fin. C. de probat.*

¶ Materia in qua pœnæ exercentur, sunt homines noxij: nam animalia quæ affectu delinquendi & dolo carent, perraro puniuntur: *tot. tit. si quoad. paup. feciss. dicat. vide c. mulier.* 15. *qu.* 1. neque ij qui nō deliquerunt, vt liberi & hæredes noxiorum. *l. si pœna.* 20. *l. crimen.* 26. *hoc tit. l. sancimus.* 22. *C. eod.* Vnusquisque enim ex suo admisso sorti subiicitur. nec alieni criminis successor constituitur, ut ait Callistratus. *d. l. crimen.* 26. *hoc tit.* Prægnantes etiam mulieres puniri non 6

debent intra quadragesimum à partu diem : *l. prægnantis.3.h.t.l.Imperator.de stat. hom.* quia partus non pœnæ, sed Reipub. nascitur. *l.1.§.si ea.de vent.in poss.mitt.l.vetat.de mort.infer.* Quare etiā in relegatione, & omni pœna, quæ per interpretationem, capitalis, aut corporis afflictiua esse perhibetur, idem seruandum puto: ne ex molestia animi aut corporis, quam mulier ex pœnæ impositione capere potest, partus scilicet aliquo modo affligatur. eáque sentētia. cum sit humanior, meritò in dubijs, & lege inter genera pœnarum non distinguente, *d.l.prægnantis.h.t.* est amplectenda. Sed nec honestiores fustibus subijci solent, *d.l.28.§.non omnes.h.t.* neque decuriones in metallum damnari *l.3.de priuileg.vet.l.moris.9.§.fin.h.t.* Illud etiam tenendum, noxios puniri propter facta, dicta, scripta, consilia. *l.aut facta 16.h.t.* Et plures qui vnum delictum commiserunt omnes teneri in solidum, & ad pœnam integram singulos obligari; non modò capitalem, *vide §. de furt.* sed etiam pecuniariam. *l.si id quod.vbi Ias.& Dd. de iurisd. Bart.in l.prætor.§ si mihi. de iniur. & l. nunquam. de priu. delic.* Quare quæ iure Sax. pro vulneribus, cædibus casualibus vel necessarijs, ac similibus delictis mulctæ pecuniariæ debentur, eæ à singulis, cum plures cædem fecerunt, aut quid commiserunt istiusmodi pœna dignum, erunt præstandæ.

7 ¶ Forma imponendæ pœnæ cuiusmodi esse debeat, ex recitatis paulò antè pœnarum generibus colligi potest. Sanè sic nemo damnandus est, vt verberibus, vel tormentis, vel virgis necetur, *d.l.8.§.hostes.h.tit.* nec ad perpetuos carceres, *d.l.8.§.solent.7.l.35.h.tit.l.6.C.eod.* (quod tamen & prius licuit, *l. capitalium. 28.§.in exulibus. 11.h.tit.* & hodie per canones admittitur, *c.quamuis. de pœn. libr. 6.*) nec vt de saxo præcipitetur, *l.25.hoc t.* neque vt in fronte signetur, *l.17.C.eod.* (quod tamen olim in calumniatores, *l.si quis.17. C.eod.* & hodie variè Saxonibus frequētatum est, *Eachs.diff 66.R inh.diff.pœn.7.per glo.li.2.art.13. Vueych.art.38.*) neq; vt negocietur, *l.9.§.sunt autem.h.t.* neque vt certo corpori collegióue addicatur: quanquam ex Iust. lege mulieres adulteræ in monasterium abdantur: *l. ne quis.19.C.eod.* nec vt duplici quis pœna afficiatur. *c.at si clerici. in fin.de iud.Spec.de expens.§.si ante.3.nu.7.* Relegationi etiam & deportationi addi tempus solet: quòd si non addatur, perpetua; sin indefinitè addatur, decem annorum esse intelligitur, *l. siue.23.cum ibi not.h.tit.* ita sanè damnari quis potest, vt ne de domo sua procedat, *l fin. §.de interd. & releg.* Modus porrò imponendæ pœnæ, ita ab Vlpian. describitur: Debebit procos. pro qualitate personæ, proq; rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus, vel seuerius vel clemen-

8 tius statuere. *l. sacrilegij. 6. ad leg. Iul. pecul.* ac † modus hic potissimum ex septem circumstantijs metiendus est: causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. Nam refert vtrum consultò & proposito delinquatur; quo casu pœna ordinaria imponitur: *l. 5.§.fin. l.11.§. pen.hoc tit.* an impetu & iusto dolore: quem commperare sit difficillimum, *l. si adulterium.38.§. Imperatores.§.de adult.* fit vt interdum in hac specie, prouocatis maximè, *l.quæ omnia. §. 1.de procur. l. 1. §. cum arietes. si quadru. pauper. vide latè Tiraq de pœn.cau.1.num.5 Bal.l.1.C. vnde vi.Pan. c.dilecti.num 18.de excep.c.1.num 2.de iniur.* pœna leniatur: *d l.11.§.de.Bald.& Dd.in l.1.C.vnde vi.* an verò casu; qui criminaliter puniri non solet. *d.l.11.§.penul.l 5.§.fi.hoc titul.* deinde, an id quod commissum dicitur, iustam causam habeat, nec ne. nam, verbi gratia, verbera à parente vel magistro illata, impunita sunt. *d.l.16.§.causæ.h.t.* an tristior euentus consecutus sit, quàm is qui fecit, habuit animo propositum. *l. fugitiuus.225.de verbor.signif.Bald.post Cyn. in l. quoniam. 6. C. ad l.1.l. de vi publ. Dd.in l.vulgaris.§.si quis. de fur.& in l.eum qui.§.cum aliquis.& §.iniuria.de iniur.Dec. in l. totum. 76. numer. 3. de reg. iur.* Persona dupliciter spectatur, eius qui fecit, & illius qui passus est. Aliter enim ex ijsdem facinoribus puniuntur serui, quàm liberi; *l. 10.17.§.persona.* famosi, quàm integræ famæ homines & honesti; *l.28 §.fin.h.t.* adulti, quàm minores, *l. 16.§.persona.h.t.not.in l.7.C.eod.vide Bald.& Dd l.etsi.C.ex quibus cau. infam. l. auxilium. de minor. l. ferè.vbi Dec.de regul. iur. cap. vlt. de sent. excom.Tiraqu.de pœn.cap.7.Carder.in prac.crim.mihi fol. 246 nume. 51.Foller.in prac.crim.parte 4.verb. pœnæ. nume.17. Tho.Gramma. decis.23.Petr. à Pla.libr.1.delic.cap. 32.* præsertim impuberes; *l. infans. de sica.cap.2. de delic.puero.l.vnic.C.de fal.mon. Dd. præalleg.loc.* sæpius deprehensi, quàm semel; *l.28.§.solent hoc tit.* milites in delictis militaribus, quàm pagani. *l.9.§.fi.l.14.hoc tit.l.3.& 5.C.eod.* deinde grauior est pœna eius qui quid in parentem, patronum, magistratum ausus est, quàm in extraneum, *d.l. 17.§.persona.* Locus facit, vt idem vel furtum vel sacrilegium sit, & capite luendum, vel minore supplicio. *d. l. 16. §.locus.* Iniuria quoque loco augetur vt si inferatur in curia, foro, æde sacra, *§.atrox.Instit.de iniur.&c.* & in vniuersum, ijs locis delicta grauiùs puniuntur, vbi propter opportunitatem delinquendi, & crebriùs committi, & plus damni afferre possunt: vt in Africa messium incensores; in Mysia vitium; vbi metalla sunt adulteratores monetæ. *d. l. 6. § fin.* Tempus discernit emansorem à fugitiuo, effractorem vel furem diurnum à nocturno. *d.l.16.§. tempus.* Qualitate etiam factum vel atrocius, vel leuius est: vt furta manifesta à non manifestis discerni solent, rixæ à grassaturis, expilationes à furtis, violentia à petulantia, tumultus modicus à seditione, vulnus paruum à magno, *d.l.16.§. qualitate.* &c. Quantitas discernit furem ab abigeo: nam qui vnum suem surripuit, vt fur coercebitur: qui gregem, vt abigeus. *d. l. 16. §. quantitas.* Hodie etiam furta quæ excedunt quinque solidos, laqueo; minora, leuius; modica, quæ infra tres aureos sunt, nunquam criminaliter apud Saxones puniuntur. Huc etiām referri potest pluralitas criminum.

acrius

acrius enim puniendus est qui sæpius, quàm qui semel tantùm deliquit, *l.seruos. 8.vbi glo.& Bald. C.ad l. Iul. de vi pub.l.capitalium.28.§.grassatores. hoc tit. Authen qui semel.vbi Bald. C. quomodo & quand.iud.Dec.in l.bona.57.num.7.& 8.de reg. iur. Salic.in l.adulter.5.num. 5. & 8 post glo.C.de adult.* Euentus spectatur in iis punitis, quæ à clementissimo, seu vt alij legunt, demētissimo quòque, id est, qui animum delinquendi, puta occidendi non habuit, sunt facta. Euentus enim, tam exitum quàm finem, causam finalem, προαίρεσιν facti significat tam Latinis, *Cic. Quint. &c.* quàm hîc nostris: *l.rem non nouam.12. C. de iudic. c si fortè.11.vbi Dd.de elect.in 6.* ideóq; olim fortuiti casus exilio luebantur: *d.l.16.§.euentus.* & hodie apud Sax. eiusmodi cædes Vuerigeldio, vt vocāt, redimendæ sunt & lex Cornelia, maiorem προαίρεσιν, quàm effectus rationem habet: *dict. §. euetus.l.15.qui cum telo.C.de sicar.* etiamsi hac in parte ea non per omnia nūc seruetur, *ad l.Cor. de sicar.* ac ad exitū potissimùm respectus habeatur.

9 ¶Finis pœnarum est: vt delicta, propter mandatum Dei, qui lucere iustitiam suam in his vult exemplis, & ad publicam tranquillitatem conseruandam, puniantur: emendentur formidine pœnæ, qui virtutis amore à scelere abduci nequeunt, *l si pœna.20.h.t.* alij exemplo deterreantur, *d.l 9.§.pen.l.28.§.famos s.h tit.num.21. Plato in Gorgia.* solatio etiam fit affectis iniuria, pœna nocentium. *d.l.28.§.famosos.* Deuter. 19.19. Reddes illi sicut fratri suo facere cogitauit: & auferes malum de medio tui: vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. Deut. 13.10.21.21. Lapidibus obrutus necabitur: vt omnis Israel audiens timeat, & ne faciat quippiā huius simile, &c. Effectus est, quòd pœna omnem reatum tollit. Lex enim omnis cum obliget aut ad obedientiam aut ad pœnam, eo fit, vt qui persoluit pœnam, pro absoluto debeat haberi. *l. diuus. 7. de iur.patron.Bald. in Auth .sed nouo.numer 4 C.de seru.fugitiu.* quod etiam de pœna inchoata quidam interpretantur: vt si, verbi gratia, damnatus ad mortem laquei, rupto laqueo in terram cadat incolumis, liberari debeat. *Luc.de Penn.in l.1.C.de ser & occul.lib. 12. Dec.in l.fauorabiliores. 123. §.de reg iur. Tiraqu.in tract.de pœn.caus. 64. vide Boss. in prac. crim.de exe.sen numer.25.* illud sanè verum est, ex prioribus delictis, quamuis coercitis, subsequētia tamen aggrauari. *Dec. in l bona.57.de reg.iur. Bart.in l.si cui.§.fin.de accus. Fel.in c.sicut. num.4.de testib.Catalyn.de syndicat.nu. 97.* Olim ex pœna, etiam serui pœnæ efficiebantur damnati, *l. sunt quidam.17. & passim, hoc tit.* & bona amittebant: *infr.de bon.dam.* vnde nec contrahendi, *vide Dd. l. post contractum. de donat.* nec testamenti *dixi sup. de testa.* faciendi potestatem, nec iura nuptiarum *supr.de nup.* aliáque ciuium Rom. communia, *l.1.vbi Dd.C.de hæred.instituen.* retinebāt. Cæterùm Iustin. ex nullo delicto, quamlibet capitali, libertatem amitti voluit: *§. deportatio. in Auth.de nup.Salic.& Dd.in Auth.sed hodie.C.de donat. ante nupt.* & bona hæredibus cedere, nisi certis ex delictis, permisit: *Auth.bona damnatorum. C. de bon. proscr.* quod Sax. mores hodie sequuntur: aliarum nationum non item. *Chass. in Rubr.des iustices & des confiscations.*

¶Contraria, per quę pœna tollitur, sunt: mors damnati, *l.2. & 3. C.si reus vel accus. mort.l.defuncto. de publ. iud. l. ex iudiciorum. de accusat.* abolitio, indulgētia, restitutio & gratia (vt vocāt) seu remissio à summo Principe facta, *§.& C. de sent. pass.& restit.& t.t.de abolit. vide Chass. in consuet. Burg.tit. des iustic. §. 5.verb. s'il n'a grace. vide Tiraq de pœn.num.9. 10. 11.12.* (quanquam eandem potestatem duces & barones quoque vsurpent: *Cyn.in l. seruos in fin.C.de vi publ. Tiraqu. de pœn. nu.11. in proœm.*) item præscriptio 20. annorum, quæ pœnis omnib. temporalibus, non etiā spiritualibus, *Spec.de sent.§.quoniam num.9.* præscribit, & officium *Bal.in l.1.nu. 2. & 3. de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi tamen contrarium concludere videtur.* iudicis atque accusationes excludit *l.querela. 12. C. de fals. Boer. decis. 26. cum hæc quæstio. par.1.uide Spec.de sent.§.quoniam.num.9.* regulariter omnes, nisi cum certæ breuioribus spaciis sunt circumscriptæ, vt iniuriarum, *l. si non conuicij. C. de iniur.* adulterij quæstio, *vide l.adulter.5. C.de adulter.* &c. Quin etsi præscriptio non sit completa, tamen diuturnitas temporis pœnam solet alleuare ac mitigare *gl.& Dd.in l.si diutino. 25.h.t.& in l querela.C.de fals. Tiraq. de pœn.caus. 29.* vt & ira, *l.3. ff.de diuor. l.si non conuicij.C.de iniur. l. vnic. C.si quis Imp.maled.vide Dec & Dd.in l. quicquid. de reg. iur. Tiraq. de pœn. caus.1.* dolor, *l.aut facta.§.causa.de pœn.l.maritus.§. lex Iulia.de adulter.* furor, *l.diuus.de off. præs. l.infans. de sicar.* etiam post commissum superueniens *Bal. Alex. Ias.in l. furiosum. C. qui testam. fac.& l.humanitatis.vbi Are.in.C.de impub.& aliis sub Hipp.in l.1. de sicar.* ebrietas, *l. omne delictum. §. per vinum. de re milit.c.sanè. c. inebriauerunt.15.qu.4.Bald.in ca.à crapula.de vit. & ho.cler. vide latè Tiraqu. de pœn. caus. 6.* ætas, *l.auxilium.de minor.l. 1. §.impubes.de S.C.Claud.l. ferè de reg. iur.* etiam senilis, *l. si quis in graui.§.ignoscitur.de S.C.Syll.l.2.de term.mot.ca. tanta.86.dict.c.tanta.1.quæst.7.gl.& Dd.in l. quid ergo.§.pœna.de his qui not.infam.l.etsi.C eod.Gand. de pœn.Tiraq.de pœn.caus.8.* sexus *l sacrilegij. 6. ad l Iul.pecul c.sicut. de homicid. c. si adulterium. §. stuprum.§.fratres de adulter.cap.indignantur.32 quæst. 6.l. quisquis. §.ad filias.C.ad l.Iul.maiest Bald.in l. quicunque.C.de seru.fug Tiraq.caus. 9.* imperitia, *l. desertorē.§ si plures de re mili.l.qui cū vno. §. vlt.eo. ti Bar.in rub.C.qui adm. ir.Rom.cons 228.251.Bal. & Ias.in l.1.C.de summ.Trin.Tir.de pœn.cau.10.& latè caus.44.* rusticitas, *l.si quis. 8.de iuris.l.2.si quis in ius voc.* ignorātia iuris *gl.in l.plagij.C.ad.l. Flat. de plagiar.vide Ias & Dd.in l.1 de leg.Tira.cau.11.* & facti *l.1.§.diuus.de sicar.l.absentem.§.vlt.de pœn. l.Metrodorū.l.respiciēdū.§.delinquunt.de pœn.l 3.§. sed enim. l. si fortuito. de incend. ruin.Tiraq.caus.13.* culpa etiā lata *l.1.§.1.l.in lege.de sicar.Anch.cons. 283.Ias.in l.1.de leg.Tira.caus.14.42.* dolus minor,

Bald. Salic. in l. etsi. C. ex quib. caus. infam. Alex. consil. 144. post redditum. lib. 2. & consil. 160. visis. lib. 7. per l. 1. C. de falsi. monet. Tiraqu. caus. 15. affectio consanguinitatis, *l. 2. de recep. l. 1. C. de his qui latro. Tiraq. caus. 20.* pœnitentia, *Hip. in l. qui fa. sam. de falsi. Tiraqu. caus. 28.* spontanea confessio, *l. 1. C. ne tut. vel. cur. vecti. Auth. sed nouo. C. de pœn. iud. c. vlt. de fur. l. edicto. de iur. fisc. Tiraq. caus. 30.* suique iudicatio, *l. edicto. de iure fisc. l. 3. de alien. iud. l. in eos. de custod. reor. Tiraq. caus. 30. numer. 2.* dignitas, *l. sacrilegij. ad l. Iul. pecul. l. vlt. de incend. l. annonam. l. vlt. de sepul. viol. l. 1. de abig. Tiraq. caus. 31.* nobilitas, *secundum tamen l. quædam. de pœn. & distinctionem. Tiraqu. caus. 31. num. 18. cum sequen.* paupertas, *l. illicitas. §. vlt. de off. præsid. Tiraq. caus. 32.* necessitas famis, *c. si quis propter. de fur. c. quoniam. desimo. Tiraqu. caus. 33.* iusium domini aut superioris, *l. seruos. vbi Bald. C. ad l. Iul. de vi publ. l. 2. de sepul. viol. l. vnic. C. si rect. prouin. vbi glo. Tiraqu. caus. 34. 35.* metus, *c. sacris. de his quæ vi met. caus. Bald. in §. iniuria. verb. furtum. de pac. iur. fir. Tiraqu. caus. 36.* euentus non insecutus, *l. 1. de extr. crim. Dd. l. si quis non dicam. C. de episc. & cler. vide latè Tiraq. caus. 37. 38 39. 40.* scandalum publicum, *l. qui cædē. de sicar. Tiraq. caus. 46.* consuetudo, *glos. & Dd. in c. cum venerabilis. verb. migrasse. de conjuctu. Tiraq. caus. 42.* multitudo, *c. vlt. de transl. ca. latores. de cler. ext. Tiraq. caus. 43.* merita publica, *l. non omnes. 5. §. vlt. de re milit. l. 2. §. post ea. de orig iur. Tira. caus. 49.* insigne artificium, *l. ad bestias. de pœn. Tiraqu. caus. 50.* vita antè bene acta, *l non omnes. 5. in princ. de re milit. Alex. consil. 121. viso. lib. 7. Tiraq. caus. 51.* officium, *Tiraq. caus. 58. l. tres tutores. vbi gl. ad admin. tut.* restitutio, *Tiraq. causa 60 per l. qui ea. de fur. l. quis sit. §. 1. de ædilit. edict.* mutua compensatio, *l. viro. solut. matr. glos. Bart. & Dd. in l. 1. §. cum arietes. si quadrup. paup. Tiraqu. caus. 62.* & si quæ sunt causæ similes: *vide de his Tiraqu. in dict. elegantiß. tract. de pœn.* quibus deficientibus, constat iudicem pœnam lege, consuetudine, vel statuto definitam tollere, alterare, aut mitigare non posse. *l. 1. §. 1. ad S. C. Turpil. l. seruos. 8. C. ad l. Iul. de vi pub. c. de causis. de off. deleg. c. licet de pœn. l. si quis reum. de cust. reor. l. saccularij. de ext. crim. l. non poterit. 65. de furt. l. ord. 16. ad municip. Tiraq. latè de pœn. in prin.*

DE BONIS DAMNATORUM. Tit. XX. C. 9. 49.

1 *Continuatio.*
2 *Qui quorum bona, quando, ex qua causa confiscent.*
3 *Forma publicationis.* (*l. pen.*
4 *De iure pannicularioru, & explicatio*
5 *Liberis damnatorum quid debeatur.*
6 *Quid hodie circa publicationem seruetur.*

1 ADnectitur † grauioribus pœnis publicatio bonorum; vt omnes animi & corporis cruciatus, Cicer. *in Cat.* teste, etiam egestas ac mendicitas consequatur. Bona † autem publicantur, id est, rediguntur in fiscum publicum, à magistratu summæ potestatis, *l. vnic. C. ne sine iuß in Princ.* cum aut vita adimitur, aut libertas, aut ciuitas: *l. 3. §. de interd. & rel.* vt in deportatione. *l. 1. in prin. h. t.* nam qui ciuitatem non amittunt, vt relegati, bona retinent. *l. 1. §. relegatorum. §. ad tempus. §. de interd. & releg.* Non tamen statim vt quis in carcerem ductus est, spoliari debet: sed post condemnationem: *l. 2. h. tit.* nam antè reus etiam alienare potest. *l. post contractum. de don.* Etsi † autem in publicatione diligens omnium bonorum facienda est inquisitio & annotatio: tamen in eam pannicularia non veniunt. Pannicularia † autem à pãniculis dicta sunt, hoc est, sordidis & vilibus pannis, quibus plerunque rei induebantur, & quod opus erat pecuniæ in quotidianum vsum gestabant: vnde & pannosi appellatio. Vlp. *l. diuus. 6. hoc tit.* Pannicularia, inquit, sunt ea quæ in custodiam acceptus secum attulit spolia, quib. indutus quis est, cum ad supplicium ducitur: vt & ipsa appellatio ostendit. Itaque pãnicularis causa, quemadmodum intelligi debeat, ex ipso nomine apparet. Non enim bona damnatorum pãnicularia significare, probè quis dixerit: neque si zonam (quacircumferri maioris summæ pecuniæ solent: *Gell. lib. 17. cap. 12.* vnde prouerbium, Zonam perdidit (circa se reus habuerit, protinus aliquis ex magistratu aut apparitoribus sibi vẽdicare, sed in fiscum redigere debebit: sed vestem qua is fuerit indutus, aut nummulos in ventralem, siue, vt alij legunt, ventralem aut lateralem, *vide Russar. hic ad l. diuus. 6.* (sacculi genus id est) quos victus sui causa in promptu habuerit, aut leues annulos, id est, qui rem non excedunt aureorum quinq; ex quo æstimatio furtorum quinq; aureos excedẽtium, de qua suprà dictum est, sumpta videri potest. Hæc itaq; pannicularia sunt, & retineri possunt. Sed si quis gemmam magni precij in digito, aut chirographũ magnæ summæ in sinu habuerit, nullo iure istud in pannicularia ratione tenebitur: sed in fiscum referendum est. Pannicularia autem nec spiculatores, neque optiones, id est, optati & allecti ad custodiam captiuorum agendam. *Budæ. in l. fin. de iur. immun. vide Cuiac. lib. 6. c. 33.* & commentariense, hoc est, præfecti carceris, qui nomina captiuorum in commentarios referunt, *l. 4. de custod. reor.* vendicare debent: sed ad ea seruanda sunt, quæ iure præsidum sunt erogãda: vt est, chartiaticum quibusdam officialibus subscribere, id est, donatiuum aliquod, seu χαριστήριον officialibus in charta, nomine gestæ bene rei, aut pro honorario chartarum seu scriptionum, *vide Cuiac. lib. 4. cap. 18. & lib. 6. cap. 23.* subscribendo petito ab his in libellis salario definire atque assignare: aut ad aliam officij necessitatem erogare. Plerique tamen præsidum etiam inde corrasas pecunias ad fiscum transmiserunt: quod perquam nimiæ diligentiæ, est: cum sufficiat, si quis non in vsus proprios

proprios verterit, sed ad vtilitatem officij paeti. A tur de seruire. *l. penult. h. tit.* Et hæc obtinet, si liberos damnatus non habeat. Nam † iis dimidia bonorum pars cedere debet: *l. 1. l. fin. hoc tit. l. fin. C. eod.* vt & parenti peculium: *l. 3. C. eod.* & patrono id quod habiturus esset, si libertus in quem est animaduersum, sua morte decessisset. *l. fin. §. 1. hoc tit.*

6 ¶ Sed nouissimo iure bona non publicantur, si existant agnati ad tertium vsque gradum: excepto læsæ maiestatis crimine. *d. Auth. bona dãnatorum. l. si quis. C. ad l. Iul. maiest. vide ord. Imp.* quod & olim in antiqua Rep. obtinuisse videtur: *Cic. de Inuent. lib. 2. cap. 11. & ad Heren.* hodiéque apud Sax. plerunque seruatur, ac cõtrà apud Gallos, *qui confisque le corps confisque les biens: vide Chaß. Boer. & alios in consf. Burgun. & Gall. tit. de confiscat.* quod accipiendum est de bonis damnatorum propriis, non alienis, quæ domino reddenda sunt: *l. interdum. §. qui furem. vbi Bart. de furt. §. oportet. in Auth. vt iud. sine suff. §. illud. in Auth. vt bon. l. si ab eod. de calum. Bald. in l. 3. C. de cond. ob tur. caus. vide Land. lib. 2. art. 3. & art. 25. & 26. vbi glo. vide latè Chaß. in consuet. Burg. de confisc. §. 2.* item de allodialibus, non feudalibus: *Bart. & Dd. in l. si finita. §. si de vectigal. vbi Dd. de dam. inf. Iacob. in tract feud. verb. dictique vas n. 61. 63. Curt. in eo. tract. 5. parte. quest. vlt. nu. 15. Zas. parte* 10. nisi ob Feloniã: aut quando in vniuersitate velut pars territorij publicantur: *Ias. in l. seruis. §. Labeo. nu. 9. de leg. 1. Land. art. 38. lib. 1. tot. t. in quib. caus. feud. amit. & quæ fuit princip. caus. bene. amit. cum simil. vbi dixi.* neque in iis quæ ante damnationem alteri quæsita, *vide Dd. in l. post contractum. de donat. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. de li. & post. fac. l. vltim. de pact. cum simil.* vel post eam reo acquisita sunt: *l. si mandauero. 22. §. in cuius. mãdat.* quibus deportati atque alij pœnæ serui ad vitam vtuntur, *l. 1. C. de hære. instit. vbi Dd.* morientes, quia hæredem habere nequeunt, fiscum locupletant: *l. 2. C. de bon. proscr.* relegati verò, & E qui libertatem ac bona retinent, integrè perfruuntur, sic vt & ad hæredem ea transmittant, quem habere possunt. *ad l. si mandauero. Cuiac. obs. lib. 6. cap. 23.* id quod voluit Paulus, *l. vlt. §. vlt. h. t.* cuius responsum, vt alia nonnulla, ad hunc titulum desideratur, *l. 8. 9. 10. 11. h. t. & ex Basilico h. t. apparet. vide Cuiac. obser. lib. 6. c. 23.*

DE BONIS EORVM F qui ante sententiam vel mortem sibi consciuerunt, vel accusatorem corruperunt. Titul. XXI. C. 9. 50.

1 *Summa tituli.*
2 *Explicatio l. 2.*
3 *Explicatio l. fin.*

1 PRo † confessis & illi habẽtur, eorũmque bona perinde ac damnatorum publicãtur, qui ante sententiam, post accusationem tamen instituram, vel cum in scelere sunt deprehensi: *l. in fraudem. 45. §. 2. & 3. de iur. fisc. l. vlt. & tot. h. tit. l. 1. & 2. C. eod.* aut sibi ipsi mortem consciuerunt: (videntur enim conscientiæ metu id fecisse: *d. l. vlt. §. 1.*) si tamen eo crimine innexi fuerint, vt conuicti bonis carerent: *d. l. vlt. §. idem rescripsit.* aut corrupto aduersario obierint diem. *l. 1. & 2. h. t.* Qui enim paciscitur, de delicto confiteri videtur: *l. 5. de his qui not. inf.* nedum ille qui corrupit aduersarium, vt eius præuaricatione absoluatur, confessus videri debet. Quare † eos qui à latronibus inter conscios nominati corruptis accusatoribus diem obierint: (cum conscij leuiùs puniri soleant quàm latrones, qui nec ipsi capitali supplicio afficiuntur, nisi sint famosi: *l. capitalium. 28. §. grassatores. ff. de pœn.*) vt confessos de crimine, non relinquere (iustam scilicet, & præ- C sumptiuè) defensionem hæredibus, rationis est. *l. 2. h. tit. vide Cuiac. lib. 6. cap. 24. qui negatiuè legit, rationis non est.* nam hæredes suscipicere causam posse, postea dicetur. Cæterùm in capitalibus, vbi vita in discrimen vocatur, licet sanguinem suum, paciscendo, & qualitercũque redimere. *l. 1. h. t. l. transigere. C. de transl.* Quanquam † autem qui 3 post accusationem mortem sibi cõscisciscit, & qui super iudicio non capitali paciscitur, videatur crimen fateri: tamen ea præsumptio contraria D probatione potest tolli. *l. continuus. 137. §. cum ita. de verb. oblig.* Quare si hæredes velint causam suscipere, audiendi sunt: *l. fin. §. fin. hoc t. l. eius. de iu. fis. vide Cuiac. li. 6. c. 24.* qui si probẽt, ex alia causa mortem cõscitam, puta tædio vitæ, impatientia, *d. l. fin. §. idem.* &c. aut defunctum innocẽtem fuisse, neque conscientiæ metu depectũ esse, bona non erunt publicanda: *l. 2. C. qui test. fac.* sicuti D. Pius Taurino rescripsit: si parati sint hæredes defensionẽ suscipere, bona non esse publicanda, nisi de crimine fuerit probatum. *d. l. fin. §. fin. h. t.* Probatũ autem de crimine hoc casu intelligitur cum hæredes præsumptionẽ iuris ex morte cõscita captam (quod enim illicitè fit, malo animo præsumitur factum. *l. 1. C. vnde vi. l. si non conuicij. C. de iniur.*) contrariis documentis refellere non possunt. *dict. l. fin. §. 1. iunc. §. fin. in verb. innocentem defunctum ostendi.* Attamen incarceratum non sibi manum intulisse, sed aliunde & culpa custodum mortem oblatam esse, præsumptio est. *glo. in l. omnia. 32. §. species. verb. nec dolo. de legat. 2. i. pen. C. de cust. reor. Ang. in tract. malef. verb. carcerari iußit. Par. de Put. in tract. synd. verb. an potestas.* quæ & ipsa præsumptio hæredes in probando alleuat: donec magistratus & custodes sese purgent: qua purgatione facta luere non debẽt, si quid atrocius in se captiuus statuerit. *Bald. in i. quemadmodum. 29. §. magistratus. nu 4. ad l. Aquil.* Atque hæc quidem isto iure rationem habent. Nouo, quia Iustin. bonorum publicationem in G damnatis sustulit: *Auth. bona. C. de bon. dam.* videtur multò magis eam in bonis istorum, qui non

desperatione aliqua,& diabolorum homicidarũ instinctu vim intulerunt, cessare oportere. *ord. Imp.c.135.Schneid.§.iuris præcepta.nu.6.Inst.de iur. na.* Atque ita apud nos Sax. memini iudicatum. *ex art.31.lib.2.Schneid.præall.lo.vbi dixi.*

DE INTERDICTIS, ET relegatis, & deportatis. Tit. XXII.

1 *Continuatio: & relegatos ciuitatem re-*
2 *Diuisio exiliorum.* *(tinere.*
3 *Forma relegandi.*
4 *Forma deportandi.*

1 SEd † publicatio bonorum cessat interdictis & relegatis: *l.1.hoc tit.* quia ciuitatem Rom. & per consequens ius testandi retinet. *l. 4. l. relegatorum.7.§.fine. hoc tit.* Interdicti & relegati ab exulibus distant. Exilium enim propriè aquæ & ignis interdictionem significat: *Cic. ad Heren.li. 2.Tac.lib.1.Cuiac.lib.6.ca.25.* cuius in locum hodie successit deportatio. quãquam ὁ φυλάττων omnes relegati, exules dicantur. Quo † sensu, exi-
2 lium triplex esse vult Marc. *l.5.h.t.* aut enim est certorum locorum interdictio, quæ & lata fuga appellatur: vt cum alicui patria interdicitur. is enim extra patriam vbiuis gentiũ, excepta vrbe Roma, quæ & ipsa communis patria est, commorari potest. *l.relegatorum.7.§. constituitur. hoc t.* aut omnibus locis præter vnum interdicitur. aut est insulę vinculum, id est, relegatio in insulam. Relegare autem in eam insulã magistratus potest, quæ sub se est, & non in aliam, sicuti interdicere ea prouincia quam regit, potest, alia non
3 potest. *d.l.7. §. sunt & §. interdicere.* Relegatio † autem aut fit ad tempus, quo casu bona adimi nequeũt: *d.l.7. hæc est.* aut in perpetuum, & tunc pars bonorum expressim (nam tacitè non sequitur relegationem, velut deportationem, publicatio) adimi potest. *l.4.h.tit.l.deportatorũ.C.de pœ.*
4 *vide omnino Cuiac.d.cap.25.* Aliud † autem est in insulam deportare, quàm relegare. *l. eius. 8. de testa.* nam deportatio ius ciuitatis & bona adimit: *l.deportatorum.8.C.de pœn.l.6.h.t.* ideóque ne præsidibus quidem prouinciarum licet inconsulto Principe pœnã hanc irrogare. *d.l.6.* Quod autem de relegatis seu interdictis diximus, id multò magis in leuioribus pœnis obtinet, vt nimirum cesset publicatio. *d.l.7.§. penul.l. 2.§.2.de bo.dam.Cyn.in fin.Ias.num.4.in l.1.C.de hær.instit.* verbi gratia: Si aliquibus ordine, aut aliquo honore aut negociatione interdicatur: nam muneribus non interdicitur, ne pœna immunitatem tribuat. *dict.l.penult.* Multum igitur interest inter exilium seu deportationem, & relegationem: vt etiam exponitur Basil. l.b. 60. cap.54. Illa ciuitatem adimit, *l.quidam. 17.de pœn.l.3.l.6. hoc tit.l.1.C. de hæred.instit.l.qui cum.14.§.1. de bon.*

A *liber.§.cum autem. Instit. quib.mod.ius patr.pot est.* & bona: *l.deportatorum.8.C.de pœn.l.tutelas.de cap. dim.l. de bonis. 6. C.de bon. dam. l. bona.39.de iure fisci.l.ea.98.vbi Dec.Cag. & Dd. de reg.iur.* eóque supplicium capitale est, *l. 9. in princ. si quis caut.* quod morti comparatur. *d.l.9.l.4. qui satisda. cogan.l.1.§.pen.de bon.poss.cont. tab.* Relegatio verò neque bona, *l.deportatorum.8.C.de pœn.l.si sine. 33. §.fin.de adm. tuto.* neque ciuitatis vllũ ius auferit: *l.3 & 7.h.t.* quia caput ciuitati non eximit. *l. qui*
B *cum.14.§.1. de bo.libert.* Quare & Ouidius se non exulem, sed relegatum esse defendit: Nempe relegatus, non exul dicor, &c. sed tantùm infamiam irrogat, *l. capitalium. 28. in prin. vers. cætera.§. de pœn.* quamdiu ea decreta est: *l.4.C.ex quibus caus. infam.* idque operatur, vt nisi quis relegationi pareat, alibi deprehensus deportari possit. *l.4.de pœn.* Porrò deportationis in locum hodie apud Sax. successit fustigatio cum relegatione perpetua: quæ tamen non adimit bona, vt
C nec aliæ pœnæ capitales, vt suprà est expositum. *ad tit.de bon.damnat.* Vtrum autem banniti nostri temporis adæquentur deportatis an relegatis, vide apud gloss. & Dd. *§. relegati. Instit. quib.mod.ius pa.po.sol Alex. & Dd.l. 1. C. de hær. inst.l.ex facto.17.§.ex facto.ad Trebell. & remissiuè Cag.d.l.ea.89.num.11.*

DE SENTENTIAM passis & restitutis. Titul. XXIII. C.9.51.

1 *Continuatio.*
2 *Quid insit restitutioni.*
3 *Quid liberationi & indulgentiæ.*

1 SEd † pœnæ sæpenumerò aut viuis aut de-
2 functis remittuntur. Viuis † quidem, cum damnari in integrum aut à lege, *l. de ambitu. Cuiac. lib.7. capit.* aut à summo Principe (nec enim inferiores eiusmodi potestatem habent, *l.4.de pœn. l.1.§.fin. de quæst. Bart in l.3.de quæst. Bald.in l.seruos.C.de vi public.*) restituuntur: quo casu bona, famam, honores recuperant: *l. 1.hoc tit.l.1.l.antepenul.C.eod.* aut † indulgentia Principis liberantur à pœna: qua indulgentia re-
3 missio pœnæ, *vide l.antepenul.C. eod. Cass.in consuet. Burgund. Rubr. 1. de instit. §. 5. versic. s'il n'a grace. numer. 7.* non autem restitutio bonorum & existimationis intelligitur facta: *l. frustra. l si pater. l. generalis. l. tutor. l. cum patrem. l. si ademptis.l.final.insulam. C. eod.* nisi Princeps aliter determinárit. *l si debitor.C.eod.l.2. & 4.hoc tit.* Qua in re illud quæri solet, an ad bona alij tertio quæsita, & ad fructus interea perpetuos, restitutus debeat videri? Communis distinctio est, vt
G restitutio gratiæ ad neutrum horum trahatur: *gloss. Bart. & Dd.præsertim Ias.numer.7. in l.Gallus.§.*

lus. §. & quid si tantùm de lib. & posthum. restitutio autem iustitiæ & pristini status, in integrum restituat tam quo ad fructus, *vide §. de minor. & l.videamus.§.in Fauiana.de vsur.c.gravn. de restit. spol. Roma. consil. 454. Chass. in consuet. Burgund. Rubr. de feud. §. 2. in prin. num.20.* quàm quo ad bona in tertium à fisco alienata. *Ias.in d.l.Gallus. §. & quid si tantùm.num.73.per l.1.§. final. de quæst. l. quòd si minor. §. Scæuola. de minoribus.* Quæ tamen tertius pro iure dominij consumpsit, im-
B minuit, bona fide donauit; ea exigi fuerit iniquum: cum ne à bonæ quidem fidei possessoribus debeantur: *vide §. de pet. hæred.* maximèq; id obtinere debet in iurisdictionib. & Baroniis tertio concessis: ne videlicet restitutione facta, cõcessiones, iudicia, inuestituræ eorum qui illiusmodi territoriis præfuerunt, cum multorum incommodo annihilẽtur. *vide l.Barbarius. vbi Dd. præsertim Ias.nu.60.cum seqq.de off.præt.*

DE CADAVERIBVS punitorum. Tit. XXIIII.

IN mortuis ex pœna, id humanitatis causa inductum est, vt cadauera cognatis non denegentur. Atque hoc Verri in probris obiicit Cicero, *in Verr.* quòd sepulturam punitorum denegare aut diuendere sit solitus. Hodie tamen cadauera punitorum non aliter sepeliuntur, quàm si fuerit petitum ac permissum à Principe: qui nonnunquam non permittit: maximè D maiestatis causã damnatorum: sicuti etiam nunc suspensorum cadauera non sepeliri, sed ad exẽplum in furca relinqui cernimus: *glo. Landt.lib.1. art.53.l capitaliũ.28.§.famosis.de pœn. Par. de Put. in trac.syn.verb.mortuus.ca. 1.num.3. & verb.furcarum erectio.nu. 1. contra legem Mosi Deut. 21.in fine. vide omnino Couar.var.resol.lib.2.c.1.nu.11.* & antiquissimum id esse comparet, *ex Genes. c.40.19.* etiamsi pòst in lege vetuerit Dominus post Solis occasum manere in cruce *Deut.21.23.* suspensos: & quamlibet nocentib. non denegari sepulturæ ius, humanũ & sanctum esse dicit lex Græca. 9.C.de hæret. quam restituit Cuiac. obser. 12. cap.30. In reliquis igitur, nõ modò cognatis, sed etiam quibuscunq; petentibus ad sepulturã corpora danda sunt *l.vlt.h.t. vide Bald.in ca. 1.§.iniuriæ.de pace iur. fir. Chass.in consu. Burg. Rubr.2.§.1. verb.il confisque.numer.8. qui dicunt iudicem peccare*
B *mortaliter si deneget.* in quibus sæuiri, & executio post mortem fieri, *Bald.in l.sororem.10.in fin.C.de his quib.vt indig. Gundiss. tract. de hæret. quæst.21. nu.4.Dec.in l.pupillum. 111. §. in hæredes. num.2.de reg.iur.Ias.Bald.Ang. & Dd.in l.2.C.qui test. fac. Hippol.in l. vlt. de quæst. Boss. in pract.cri.de exec. sent.nu.18.fac.l.1.§.quoties. vbi Imol.de Iniur. & in l.defuncto. vbi etiam Ang.sup.de pub. iud.* arrestatio, *tot.t.in Auth.vt defunc.seu.corp. & §. meminimus. in Auth. vt cum de appell. cog. l. si quis sepulchrum.§. hoc edictum. de relig.* exhumatio, nisi ob
C atrox scelus, permitti non debet. *l. vlt. vbi Bart. & Dd. de sepul.vio.Innoc.in c.certificari. 9. de sepul. l.ossa.vbi Bald.de relig. & in l.principaliter.C.de lib. caus.* Ad anatomen tamen cadauera punitorum, medicis concedi solent: *Bart. quamuis non decidit, in l.vlt.h.t.Chass.in cons.Burg.Rubr.2.§.1. verb. il confisque.num.8. Aran.in cap. 2.in fin.de fer.Dec. nu.17.Curt.num.38.Valas.num.17.Sapia.nu.11.in l. imperium.de iuris.omn.iud Iul.Clar.lib.5.§. vlt. qu. vlt. Anto.Gomez.resolut.li.3.c.14. & vltim.* ex sola scilicet Principis, non etiam inferioris authoritate. Cæterùm qui priuata hæc temeritate violant, arbitrariè puniuntur, pro qualitate delicti. Nam, verbi gratia, qui suspenso cadaueri digitos abscindit ad vsum furti, incantationis, &c. hic proculdubiò grauiùs coercendus erit, quàm qui corpus eiusmodi ad salutarem medicinam vel anatomen subtrahit, &c.

DIGESTORVM LIBER XLIX.

DE APPELLATIONIBVS ET RELATIONIBUS. Tit. I. C.7.62.

1 *Continuatio.*
2 *Appellare quid significet.*
3 *Quid sit appellatio.*
4 *Quid referre & relatio.*
5 *Species appellationum,*
6 *Causa efficiens: vnde introducta ap-*
7 *Qui appellare possint.* *(pellatio.*
8 *Materia: à quibus sententiis & actibus tam iudicialibus quàm extra-*
9 *Forma: quomodo instituendæ appella-* *iudicialibus possit appellari.*
10 *Finis & effectus.* *(tiones.*
11 *De pœna temerè appellantium.*
12 *De relationibus.*

1 ABSOLVTIS † iudiciis omnibus, E tã pecuniariis quàm criminalibus: consequens est, vt de appellationibus dispiciamus: quę vltimo loco in iurisdictione omni interponi solet, vt aut iniquitatem, aut imperitiam iudicantium corrigant. *l.1.h.tit.*

¶ Appellare varia significat. Appellari enim debitor dicitur, qui de solutione interpellatur: *l. fideiussor.16.§.fin.d. fideiussor.* & puella, cuius attentatur pudicitia. *item.15.§.si quis virgines.17.de*

UNIVERSITÀ

iniur, Sed in iure propriè appellare eũ dicimus, cui auxiliũ à superiore, aduersus alterius magistratus iniuriã implorat.*l.1. circa fin. ex quib. caus. maior.* Quare appellare simpliciter ij dicuntur, qui ab inferioris iudicis sententia, tanquam iniusta, ad superiorem pronocant, obtinendi iuris
3 sui gratia, Est †igitur appellatio, ab inferiore iudice ad superiorem gradatim facta pronocatio; vt is causam antea quidem cognitam, sed, vt appellans intẽdit, iniustè definitam, denuò cõgnoscat, & sententiam prius latã in melius reformet.

4 ¶ Referre inter alia significat idem quod denuò agere, vel iterare, aut renouare aliquid: quo significatu Terent. in Hecyr, referre comædiam, & Cic. lib. 3. de Orat. referre mysteria dixit. Hinc referre rem iudicatam, est retractandam cognitioni alterius subiicere; quo modo Cic. vsurpat in Orat. pro domo sua, nec multum in hac significatione abest à verbo appellandi: Crebriùs tamen referre pro eo accipitur, quod est in deliberationem proponere: vt Cic. sæpissimè, referre ad Senatum dicit, pro eo quod est proponere Senatui rem deliberandã consultandamq; hinc relatio in iure propriè est remissio causę ad superiorem: cum videlicet supèr re dubia superior, puta Princeps consulitur, & quid seruari in iudicando velit, interrogatur. *l. 1. §. 1. tot. t. C. de relat. c. intimasti. ext. eod.* Quare idem in inscriptione huius tituli significat relatio. quod in eodem tit. Cod. consultatio, hæc enim synonyma sunt, & promiscuè vsurpantur. *l. 1. in verb. consultationis. & verb. relatio. C. de relat.* Appellatio species imperij magis est, quàm iurisdictionis. *Ias. num. 24. Vall. num. 243. in l. 3. de iurisdict.* quæ vel iusta, vel iniusta. *l. 13. 21. 24. h. t.*

5 ¶ Species appellationum Bart. *hic in l. 1.* tres posuit: interiudicialem, videlicet interpositam ab interlocutoria: iudicialem à definitiua: & extra iudicialem. Alij Bald. *Auth. de S. Georg. & Cano. in Rubr. ext. eod.* quatuor malunt: anteiudicialem, quæ fit ante litis contestationem: *c. significante. 34. c. Rodolphus. 35. extr. de script.* intraiudicialem, quæ post litem contestatam ante sententiam: *c. 1. de dilat.* iudicialem, à sententia definitiua, postiudicialem, quæ post rem iudicatã, ab executione. *l. ab executore. 4. h. t. l. ab executione. C. quor. app. non rec. c. quod ad consultationem. de iud. c. nouit. ext. eod.* Sed hæ temporibus tantùm differũt. Quare satius est duas tantùm tradi species videlicet iudicialem & extraiudicialem: quarum illa à sententia, hæc ab actib. & decrẽtis extraiudicialib. interponitur *l. 1. §. solent. ĵ. quand. app.*

6 ¶ Appellationis vsum in repub. Rom. fuisse antiquissimum, argumento est historia Horatij apud Liuium lib. 1. Hic enim ob interfectam sororem perduellionis à duumuiris damnatus, ad populum pronocauit, & absolutus est. Appellandi vsus, inquit Vlp. *l. 1. h. tit.* quàm sit vetus, frequẽs, quamque necessarius, nemo est qui nesciat, quippe cum iniquitatem iudicantium vel imperitiam corrigat. Quare apparet vsu magis quàm certa aliqua lege appellationis beneficiũ esse inductum, cùm ratio communis ostẽderet, oppressos aut iniquitate aut inscitia iudicis, esse auxilio dignioris magistratus subleuandos.

¶ Appellare autem possunt, qui condemnati sunt, siue vnus, siue plures, *t. t. C. si vnus explur.* siue suo nomine, siue alieno, puta procuratorio, tutorio, &c. sint damnati; *l. tutor. 27. l. ab executore. 45. §. fin. h. tit.* dum ne tamen ex contumacia. *l. 1. C. quor. app. non recip.* Sed & ij qui non condemnati sunt, dummodò eorum intersit sententiam retractari, rectè appellant. *d. l. ab executore. §. alio. l. à sententia. §. si hæres. l. si prolusor. hoc tit. l. 2. quan. app. sit.* Qua ratione placuit, pro eo qui ad supplicium ducitur, quemuis pronocationem interponere posse: *l. non tantùm. 6. h. t.* quasi omnium intersit innocentes defendi, & hominem hominis beneficio affici. *l. seruis. 7. de ser. expor.* Hoc casu excepto, externorum appellatio non admittitur, vt nec seruorum, qui pœnam standi in iudicio legitimam non habent: *l. C. de prec. Imp. off. l. vix certis. de iud.* quare eorum nomine domini appellant. *l. serui. l. Lucius. l. creditor. hoc tit.* quamuis in filisfamil. aliter obseruetur, *l. ex consensu. §. filium. h. tit.*

7 ¶ Materia ex qua, vel à qua potius appellationes procedũt, sunt sententiæ definitiuæ, ęq; validæ. nam à nullis & inualidis iustra appellatur, *tot tit. C. quando pro. non est nec. & ĵ. quæ sent. sine appell. resc. l. ex consensu. 23. §. 1. l. si expressim. 16. h. tit.* cum ipso iure corruant: quamuis in dubio, nullitas appellationi, per alternatiuam coniungi possit. *Bart. & communiter Dd. in l. si expressim. Innoc. in c. cum dilecto. ext. eo. fac. c. constitutus. 8. de in integ. restitu.* Dixi de definitiua. nam ab interlocutoria iure ciuili nõ appellatur: *l. ante sententiam. 2. inf. de app. rec.* vt nec à sententia possessionis, quæ formam interlocutoriæ habet: cũ momentanea sit, & iniuria per eam facta possit in causa proprietatis citra appellationem emendari. *l. vnica. C. si de moment. poss.* Est autem momentaria possessionis causa, iudicium spoliationis, *l. momentaria. 8. C. vnde vi.* quod summariè & velut in momento expediri consueuit. *d. l. momentaria. Maran. in Spec. aur. de app. nu. 301.* nec eam causam omnia possessoria iudicia complecti, ex eo intelligi potest, quòd disertè ab interdicto adipiscendæ distinguatur: *l. fin. C. qui legit perso. stan. in iud.* & solummodò ad querelam violentiæ pertinuisse, in qua cui sim spoliatus ante omnia restituendus sit, multis doceri potest: *tit. C. vnde vi. l. 1. C. vbi de poss. Symmach. libro epist. 1. Cuiac. obs. lib. 1. cap. 20.* Quare ab interlocutoria, qua spoliatus ante omnia restituitur, non potest appellari: cùm quia eum restitui ante omnia æquum est, tum quòd iudicio vel possessorio vel petitorio, interlocutorię iniquitas facillimè corrigatur. A reliquis sanè sententiis iudicij possessorij rectè appellatur, quoniam definitiuæ sunt *gl. 1. & Dd. in d. l. vni. C. si de mo. poss.* Quamobrem & hodie, quia nõ summariè & per interlocutionem, (vt olim) sed plerunq; iudicialiter & definitiuè, de spoliatione decernitur: ideo etiã in hoc iudicio

iudicio possessorio, scilicet quando momentaneum non est, pronocatio solet admitti. Quòd si porrò talis iniuria per interlocutionem decreta sit, quæ postmodùm corrigi nequeat: vt quia personæ cohæret, puta si compedes, carceres, *vide Reinh. diff. pœn. 23. per art. 12. lib. 1.* quæstiones sunt indictæ: hoc casu etiam ab interlocutoria (nam tũc vim & speciem definitiuæ obtinet) rectè appellatur. *l. 2. vbi Bart. n. 14. ĵ. de appell. rec.* Sed hæc iure ciuili obtinent. Pontifices autem adeò ius appellationum ampliarunt, vt ex eorũ Decretalibus epistolis, à quolibet grauamine liceat pronocare: *c. 1. c. cum Romana. 3. de appell. in 6. cle. appellanti. 5. eod.* quod & apud Saxones obseruatur. Illud etiam sciendum, nõ modò à tota sententia, verumetiam certis eius capitulis rectè appellari. *l. etiam. 30. §. ex caus. de minor. gl. in l. fin. ad ver. iudicatu. C. eod.* De iis quę extra iudicium fiunt, an appellatio institui possit, distinctione explicandum est. nam quæ formam aut vim sententiæ iudicialis habent, ab his verius est posse appellari; vt à primo, vel secundo decreto: *Bald. in l. 2. nu. 15. & 16. C. de episc. audien.* ab executione: *l. ab executione. C. quor. appell.* consultatione: *l. 1. §. 1. h. t. tot. t. C. de relat.* iniqua interpretatione sententiæ, facta ab eo qui ius dicere potest. *l. ab executore. hoc t.* Denique aiunt nostri, *Bart. nu. 4. Ang. in l. fin. ĵ. de appell. recip.* quotiescunque permissum est iudicis officium extra ordinem implorare, toties ab eius iniusto decreto & actu illo extraiudiciali, appellationis beneficium esse concedendum. *l. 1. §. solent. ĵ. quan. appell. sit. c. cum sit Romana. 5. ext. eo. gl. in cle. 1. in verb. oneramus. de iur. patro.* Al às extra iudicium non pronocatur: vt à sententia arbitri: *l. 1. C. de rec. arb.* etiamsi ex πάλαι τοῦ dici potest appellasse, qui petit rem ad arbitrium boni viri reduci. Sed hoc propriè appellare non est, *Dd. in d. l. 1 & 2. C. de arb. Bart. in l. 1. ff. eod. tit. cano. 7. ca. dilecti. de arb.* neque in eusmodi locum habent, quæ de appellationibus hìc proponuntur. *Cano. in cap. bonæ. 51. & c. cum sit Romana. 5. ext. eod.*

9 ¶ Iàm de forma videamus. Appellatio ab inferiore ad superiorem in proximo ordine *ca. dilecti. 66. ext. eod.* facienda est, *l. 1. §. si quis. l. Imperatores. h. t. ca. Romana. de app. in 6.* vt à delegato ad ordinariũ. *l. 1. §. vlt. ĵ. quis & à quo.* & alia exempla alibi recenset Iustin, *l. præcipimus. l. in offerendis. C. eod.* Potest autem pronocatio interponi statim post sententiam, apud acta illius iudicis qui pronũciauit: nam coram illo appellandum est, *gl. in ca. suggestum. 15. ad verb. in vocem. de appel. & in ca. appellatio. eod. lib. 6. tex. in c. fin. de appell.* & non alibi. *c. vt debitus. c. cum speciale. ca. fin. ext. eod.* nisi iudex A quo, copiam sui non faciat, aut propter metũ pronocari coram eo liberè nequeat: *l. 2. & tot. t. C. de his qui per met. cap. fin. vbi Dd. ext. eod. vide Bart. & Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori de oper. non. nunc.* de quo vtile est protestari, *Bald. in dict. l. 2. Bart. in d. l. de pupillo. §. si quis. Cano. in d. c. fin.* non tamen necessarium. *Ias. in d. §. si quis. num. 2. Dec. num. 12. Cag. nu. 9 & 10. in l. in omnib. 39. de reg. iur. idem Dec. in cap. fin. ext. eod. & consil. 356. in causa. nu. 4. ex doctrina Alex. in l. 2. §. quod diximus. si quis cautio.* Appellari autem potest aut alternatiuè: vt, Dico sententiam esse nullam, vel si est aliqua, appello: *Bart. in l. qui testamento. §. idem quæro. num. 7. de excus. tutor.* aut simpliciter, vel scripto, vel viua voce: vt si lata sententia, confestim dicat apud acta, Appello: *l. 2. h. t. l. litigatorib. l. eos. §. fin autem. & §. fin. C. eo.* quòd si id nõ statim fiat, sed postea intra decem dies, quod tempus præstitutum est, *vide C. de temp. ap.* (nisi quando grauamen est continuum: *c. ex parte. de appell. Bald. in l. addictos. nu. 2. & 3. C. de episc. aud. Spec. de appell. §. restat. nu. 6. Ias. in l. ita. 13. num. 5. C. de procurat.*) siquidem à definitiua grauioris momenti appelletur, in scripris erit faciendà: *l. 3. hoc t. Bart. & Ang. in l. litigatoribus. C. eod.* secus, in leuioris momenti negotiis. *Bald. in l. & in maioribus. C. eod.* Appellationem autem ab interlocutoria indistinctè in scriptis esse faciendam, Canones volunt, *c. cordi. de appell. lib. 6 Alexand. post. Bar. in l. eius. 3. de recip. appell. Bald. & Ang. in l. patru. de vul. & pup.* quibus causæ appellationis idoneæ omnes exprimantur. Nam cum ab interlocutoriis appellare non liceat, nisi ex iustis causis: voluerunt Canones eas instrumento appellationis exprimi, vt inde intelligi statim, iudicarique possit iusta nec ne esset eiusmodi appellatio: quare ex iisdem causis, eadem iustificari debet, non ex aliis: *cle. appellanti. de app. glo. in cap. cum Ecclesia. cap. vt debitus. ext. eod. Reinhar. diff. iud. 35. Chili. in pract. cap. 105.* etiamsi appellatio à definitiua instituta, etiam ex aliis quàm quæ instrumento comprehensa sunt, argumentis rectè approbetur. *Bart. in l. si mater. §. final. de except. rei iud. Chili. in pract. cap. 106. per l. per hanc. C. de temp. appell. t. t. an per alium caus. appell.* Instrumentum porrò appellationis, seu vt I. C. locuti sunt, libelli qui dantur appellatorij, ita sunt concipiendi: vt habeant scriptum, & à quo dati sint, hoc est, qui appellet: & aduersus quos: & à qua, cuiúsue iudicis sententia. *dict. l. 1. §. fin.*

¶ Finis appellationum est, vt sententia iniustè lata in melius reformetur. *d. l. in princ.* Effectus multiplex est. nam pronocationem iudex cogitur admittere, *l. vlt. ĵ. de appell. recip.* nisi ex certis causis iure exceptis: alioqui punitur. *l. quoniam. C. eod.* & per appellationem suspenditur prior sententia. *l. furti. 6. 4. de his qui not. infa.* ita vt non possit mandari executioni, aut quicquam nouari pendente appellatione: *ĵ. nihil. nou. appell. pen. l. 5. ĵ. de app. recip.* adeò vt si quid innouatum attentatúmq; fuerit, id statim & ante omnia rescindatur: siquidem appellatum sit à definitiua: sin autem ab interlocutoria, tunc demum cùm approbata fuerit appellatio, & inhibitio facta. *c. non solùm eo. in 6. c. significantib. 49. eod. glo. in cle. 2. vt lit. pend. vide Lanfr. in c. quoniam. ver. appellationib. nu. 67. 69. de proba. Maran. in Spec. tit. de appell. nu. 161. & 196.* Appellatio & illum quoq; effectum habet, quòd causam reducit ad tempus

litis contestatæ. Quare illæ exceptiones, quæ post litem cõtestatam opponi possunt, rectè in causa appellationis proponũtur, vt peremptoriæ: non etiam hæ, quas ante litis contestationẽ proponi necesse est, vt sunt dilatoriæ. *l. ita. 13. vbi post alios Ias. nu. 6. C. de procur. Rom. cons. 381. quæstio. Alc. in l. 3. verb. emendari. C. de eden.* Eãdẽ ratione & articulos nouos proponere, non tamen prioribus directò contrarios, *cle. fin. de testib. Dd. in l. eos. l per hanc. C eod. Gai. Pap decis. 14. Lanfr. in c. quoniam. 8. verb. testium. nu. 3 8. de testib. gloss. Latina, Zobel. Landt. lib. 1. art. 62.* iure Pontificio, (quod in terris Imperij non vsquequaque recipitur, *vid. Mynsig. obser. 41. cent. 1. ex doctrina Bal. in d. l. per hanc. C. eod.*) probationẽsque vt in priore instantia facere, & non allegata allegare non probata probare *l. eor. §. 1. l. in offerendis. C. eod.* licet: scilicet quia hæc post litem demum contestatam solent expediri. *t. t. ext. vt lit. non contest.*

11 ¶Ne tamen quis per calumniam iudicia fatiget, & citra probabile grauamẽ appelleret à sententia bene lata: pœna 50. librarũ auri, cum existimationis iactura, in temerè prouocantes est constituta. *l. eos. 6. §. ne temerè. l à proconsulibus. 19. C. eo. l. 5. in fin. C. quor. appell. non recip.* Sed hæc pœna, vtpote grauis & prædura, moribus antiquata est: certè iure Canonũ tantùm in expensas temerarius prouocator condemnatur. *cap. reprehensibilis. 26. ext. eod. c. 1. de elec. in 6. Abb. in ca. inter cætera. de appell.* Iure nostro Sax. præter expensas, 30. solidos parti aduersæ: mulctam verò arbitrariam iudici péndere cogitur: *Fach. diff. 55. Reinh. diff. iud. 28. per art. 12. lib. 2.* quod tamen in curiis non seruatur, sed iuxta ius Pontificiũ solummodò expensarum damno mulctari solet. Aliis in locis, vt in Gallia & Belgico, certę pœnę pecuniariæ constitutæ sunt.

12 ¶Iam de relationibus, altera huius Tituli parte, pauca dicamus: quarum alia causa est, quàm appellationum: nam non post, sed ante sententiam interponuntur: *in Auth. de iud.* nisi in causis criminalibus, *l. inter pœnas. 6. §. de inter. & releg. l. si quis filio. §. quid tamen. de iniust, rup. testam.* Est autem relatio, cum iudex de iure dubitans (nam in ambiguitatibus factorum improbata est relatio) Principem consulit, quid in iudicando sit sequendum. *l. eum quem. 79. §. iudicib. de ind. §. fin. in Auth. de ind.* Consultationis autem exẽplum partibus ædendum est: vt si fortè relatio alicui minus plena videatur, opponere suas rationes, & refutatorios libellos Principi offerre possit: *l. 1. & 2. & tot. tit. C. de relat.* quod & iudices in petendis hodie à sede aliqua, vt loquũtur, scabinali sententiis, facere conuenit.

A QVIBVS APPELlare non licet. Tit. II.

1 *A Principe non appellari.*

2 *Nec à ducibus Saxoniæ.*

3 *Neque à Senatu.*

4 *Neque eum prouocare qui appellationi renunciauit.*

5 *An ab arbitris appelletur.*

TRactandum † est secundo loco, à quibus appellare non sit concessum. Et quidem stultum est illud admonere, à Principe appellare fas non esse: cum ipse sit qui prouocetur, nec maior eo in terris inueniri possit, ad quem eatur, *l. 1. in prin. hoc tit.* Saxoniæ † duces, etsi Imperatori subiecti sunt, sicuti & alij electores atque Principes, qui eapropter appellationẽ ad Cameram Spirensem admittunt: tamen à se appellari non patiuntur: quia defensores sunt iuris Sax. secundum quod in his terris iudicatur: in Camera autẽ nulla eius habetur ratio. Sciendum † est: nec à Senatu appellari posse, *l. 1. §. 1. h. t.* quia ius condendæ legis habet, *l. non ambigitur. de legib. l. 2. nu. flum.* & Principem repræsentat: *l. 1. in prin. C. ad. l. Iul. maiest.* neque à præfecto prætorio. *tot. t. C. de sent. præf. præt.* cuius prærogatiuis electores Sax. (vt dixi) vtuntur. Sed † & si quis ante sententiam in iudicio professus fuerit, se non prouocaturum: indubitatè prouocãdi auxilium perdidit: *d. l. 1. §. si quis.* sicut & cum ea de re cum aduersario pactus ita est. *l. fin. §. fin. C. de temp. appell.* Quæsitum † est etiam, an ab arbitris rectè appelletur. & dicendum est, non appellari, quia iurisdictionẽ non habent. *l. 1. C. de recept. arb.* præterquam ab iis qui à iudicibus ad fideiussores probandos, aut ad aliud negocium exequendum, cum quadam cognitionis potestate dantur: *l. fin. h. tit.* quos Commissarios vocant. A reliquis omnibus, tàm ordinariis quàm delegatis iudicibus prouocatio institui potest, nisi fortè princeps hac forma quem delegarit, vt non liceat ab eo prouocare: qua forma præter Principem, nemo alius iudicem dare potest: alioqui hac ratione appellationis beneficium planè tolleretur. *l. 1. §. fin. hoc tit.*

QVIS A QVO APPELletur. Tit. III.

A Iudice delegato appellatur ad eum qui dedit. *l. 1. in prin. l. 2. & 3 hoc tit.* Si tamen quis ita iurisdictionem suam mandat, vt alius suo loco & nomine eam exerceat, quos nũc vicarios sev locum tenentes nominamus: quia per se facere videtur qui per alium facit, *ca. qui facit. de reg. iur. in 6.* & vicarius eandem iurisdictionem & idem auditorium tenet, quod is cuius vices gerit: meritò hoc casu non ipse prouocabitur, cuius nomine exercetur iurisdictio, sed ille qui prouocaretur, si ipsemet mandans sententiam protulisset. *l. 1. §. 1. vbi Bart. h. t. c. super. 27. §. porro. de off. iud. deleg. ca. Romana. de appell. lib. 6. cap. 2 de cons. eod. lib. Cym. in l. à iudice. C. de iud. vid. Cuiac. lib. obs.*

lib. obs. 7. c. 21. At cum delegans, aliquã sibi iurisdictionem propriam reseruat: tum ad eum, non ad principem prouocatur: *glo. in l. Imp. §. si magistratus. sup. de app. cum ibi all. g.* quare & à legato, cui non omnis iurisdictio mandari solet, *l. solent. 6. de off. procons.* proconsul (nam præsides legato carent *sup. de off. præsid.*) appellatur. *l. 2. hoc. tit. vide Cuiac præalleg. loco.*

QVANDO APPELLANdum sit, & intra quæ tempora. Tit. IV. C. 7. 63.

1 *Ante sententiam non appellari.*

2 *Quatuor tempora consideranda.*

3 *Tempus interponendæ appellationis.*

4 *Tempus petendi apostolos.*

5 *Tempus præsentandæ appellationis.*

6 *Tempus prosequendæ.*

1 IAm, † quando, & intra quæ tempora appellandum sit, videamus. *vid. Paul. lib. 5. tit. 32.* Et quidem ante sententiam nõ appellari, suprà diximus. *l. pen. C. quor. app. non recip. l. 2. de app. rec.*

2 Tempora † porrò appellationum quatuor distinguũtur. Aliud est enim tempus interponendæ appellationis: aliud petendi apostolos: aliud præsentandi se coram iudice ad quem: aliud appellationis prosequendæ.

3 ¶Tempus interponendæ appellationis, olim erat in propria causa biduum. *l. qui suspectum. 20. §. de app. l. 1. §. biduum. hoc t. l. eos. 6. §. pen. C. de app.* Propria autem causa ea est, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, *l. 1. §. in propria.* in aliena verò, triduum. *l. 1. §. biduum. & §. fin. h. t. d. l. qui suspect. m. l. eos. §. fin. de app.* Hodie indistinctè appellandi tempus decem est dierum, *Auth. hodie. C. de app. c. quod ad. 15. de sent. & re iud.* qui currunt de momento ad momentum, à tempore sententiæ, *gl. in d. Auth. hodie.* adeò vt etiamsi nulliter & friuolè instituta sit appellatio, non possit tamen eiusmodi error post effluxum dierum decem spacium corrigi: *Arct. in l. qui Romæ. §. Scia. col. 2. de verb. obl. Alc. in l. 3. verb. emendare. C. de ed. per l. si eo tempore. 6. de remiss pig. fac. l. bonorum. 24. ff. rem rat. hab.* nisi scilicet vbi non sola sententia grauat, sed grauamen est continuum, vt incarceratio, missio in possessionem, & similia. In his enim tamdiu appellari sine vlla temporis circumscriptione potest, quoad grauamen durat. *Spec. de appell. §. restat. nu. 6. Ias. in l. ita. 13. num. 5. C. de procur. Bal. in l. addictos. num. 2. & 3. C. de episc. aud.* Saxones quibusdam casibus in continenti à sententia prouocari volunt: *Sax. lib. 2. art. 6. Chil. in pract. ca. 124. & 125.* id quod perrarò seruatur: legitimum namq; tempus vsurpamus: itaque siue apud acta statim prouocatum sit, siue non sit, peræquè licet postea in scriptis iusto in tempore appellare. *Mynsing. obs. 7. cent. 1.*

¶Tempus petendi apostolos, est 30. dierum: quod incipit currere statim atque sententia lata est: *l. iudices. C. de appell.* qui nisi hoc tempore petantur, appellationi renunciatum videbitur. *cle. quamuis. de appell. c. ab. eo. 6. de appell lib. 6.* 4

¶Tertium tempus præsentandæ appellationis, est in arbitrio iudicis Ad quem. *gl. in l. præses. C. de appell. per l. 1. de iur. delib. ca. personas. de appell. Auff. in c. quoniam. ad verb. interlocutoriæ. num. 43. de prop.* 5

¶Tempus prosequendæ appellationis, est annus: & ex iusta causa, biennium: *Auth. ei qui. C. de temp. appell.* quod currit à tempore interpositæ appellationis: *cle. sicut. de app. gl. & Dd. in l. fin. C. de temp. appell.* intra quod nisi prosequatur ius appellans suum, appellatio pronunciatur esse deserta: & ad iudicem A quo causa remittitur. *vide Mynsing centur. 1. obser. 8.* 6

DE APPELLATIOnibus recipiendis, vel non. Tit. V. C. 7. 65.

1 *Quorum appellationes non recipiãtur.*

2 *An in criminalibus appelletur.*

3 *Causæ respuentes prouocationem.*

SEd † sciendum est, non omnium appellationes recipi. Nam † aliquando beneficium appellationis excluditur, aut facto appellantis, puta, quia antea suo iuri renunciauit: *l. 1. §. si quis. §. qui & à quib. Paul. lib. 5. tit. 24.* aut delicto, si videlicet ob contumaciam condemnatus sit: *l. 1. C. quor. appell. l. properandum. §. cum autem. C. de iud.* vel † ob malè gestum officium publicum: *l. 3. C. eod.* vel in æs alienum quod fisco debeatur: *l. fin. l. 4. C. eod.* vel ob delictum, confessum tamen, *l. 2. C. eod.* quod statim puniri propter atrocitatem publicè interest, *l. constitutiones. 16. §. de appell. l. si qua. 244. de verb. signif.* cuiusmodi est seditio, latrocinium, & ex constitutione Constantini *l. 2. C. eod.* & Iustin. *l. 1. §. fin. autem. C. de rap. virg.* cædes, veneficium, adulterium, raptus, &c. Quod consuetudo plerisque locis in Germania (nam in Galliis aliter obseruatur) ad omnia criminalia iudicia extendit. Aliquando causa ipsa eiusmodi est, vt prouocationem respuat, veluti est lis de momentanea possessione, iure ciuili: *l. vnic. C. si de mo. poss.* item, cum quis ad munus publicum tutelæ est cooptatus: *l. 1. §. si quis tutor. §. tit. 1.* ab huiusmodi enim nominatione non prouocatur, sed tantùm à propositarum reiectarumque excusationum iudicio: *l. 3. l. tutores. 18. C. de excus. tut. l. 5. l scire. 13. ff. eod. l. 1. si quis. quand. appell.* licet in aliis

electionibus aliud ſeruetur, & ius ſit prouocandi: *l.2. C. de decur. lib. 10. l. 4. l. hi qui. 7. l. ciues. 11. C. de appell.* item, cum res non recipit dilationem, vt quando incidit quæſtio de annona, de aperiendo teſtamento, miſſione in poſſeſſionem bonorum, *l. vlt. hoc tit. l. quiſquis. C. eod. &c.* Sed nec admittitur prouocatio poſt binam appellationē inſtitutam, ſeu tres ſententias conformiter latas. *tot. tit. C. ne lic. in vna ead. cauſ.*

DE LIBELLIS DIMISſoriis, qui apoſtoli dicuntur. Tit. VI.

1 *Quid dimiſſorij libelli & apoſtoli.*
2 *Quando dandi.*
3 *Qua forma.*
4 *Intra quod tempus.*

1 Dimiſſorij † libelli dicuntur, quòd per eos
cauſa ad eum qui appellatus eſt, dimittatur: *l. dimiſſoriæ. 106. de verbor. ſignificat.* qui Græco
nomine ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν quod mittere ſignifi-
2 cat, apoſtoli vlgò dicuntur. Hi † poſt appellationem interpoſitam à qualibet cauſa, *c. vt ſuper. 4.
de appel. lib. 6.* dandi ſunt, ab eo à quo eſt appellatum, ad eum qui de appellatione cogniturus
3 eſt. Senſus † autem literarum talis eſt: appellaſſe
Lucium Titium à ſententia illius, quæ inter il-
4 los dicta eſt. *l. vnic. hoc tit.* Petendi † autem ſunt
intra 30. dies, vt ſuprà dixi: alioqui inſtitutæ appellationi renunciatum videbitur: niſi iuſtum impedimentum probare poſſit appellans, quare non petierit. Nec uerò ſimpliciter petendi ſunt, ſed (vt hic inquit Marcian. *in d. l. vnic.*) inſtanter & ſæpius. Quare petitio ita concipi ſolet: Peto inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè. *gloſ. in ca. ab eo. in verb. inſtanter. de app. li. 6.* Quòd ſi porrò per iudicem ſtet, quo minus dentur, nihil oberit appellanti, *l. 1. §. dies. ff. quando app.* dummodò intra 30. dies de ſua diligentia fuerit proteſtatus: *d. l. vnic. in fin. d. c. ab eod. §. illud. Chilian. in prac. cap. 130.* niſi iudex, intra idem illud tempus, refutatoriis apoſtolis cauſam oſtenderit, quamobrem libellos dimiſſorios non putârit dandos. *l. pen. & fin. ff. de appell. recip. cap. cordi. de appell. in 6.* Sunt & alia apoſtolorum genera, de quibus D. Chilianum *d. c. 130.* conſulere licet.

NIHIL NOVARI APpellatione interpoſita. Tit. VII.

1 *Ratio quare nihil poſſit innouari.*
2 *Attentata quomodo reuocetur.*
3 *De inhibitione.*

Effectus † appellationis præcipuus hic eſt: 1
quòd appellatione interpoſita, ſiue recepta ſit, ſiue non ſit: medio tempore nihil nouari: id eſt, attentari, & ad executionem perduci oportet: ſiquidem fuerit recepta appellatio: quia recepta eſt: ſi verò non recepta eſt: ne præiudicium fiat ei quoad deliberetur, vtrum recipienda ſit appellatio, an non ſit. Recepta porrò appellatione tam diu nihil erit innouādum: ſed omnia relinquenda in eo ſtatu, quo erant tempore appellationis: quoad de appellatione erit pronunciatum. *l. vnic. h. t. Paul. lib. 5. tit. 36.* Nam, vt loquuntur, per appellationem iudici A quo, quaſi manus conſtringuntur, ne quid amplius
in cauſa attentare poſſit. Quòd † ſi attentet, id 2
ipſum officio iudicis ad quem eſt prouocatum, ante omnia & ſummariè reuocatur: *d. l. vnic. h. t. l. chirographus. 58. §. 2. de ad. tut. cap. non ſolùm. 7. de appell. in 6. c. bonæ. 51. c. dilectu. 55. de appell. glo. in l. 2. vt lit. pen & c. venientes. de iur.* quod verum eſt, maximè cum poſt inhibitionem quid attenta-
tur. Inhibitionem † autem vocant literas com- 3
pulſoriales, quibus iudex Ad quem, admiſſa appellatione, mandat ei A quo, vt ad ſe acta cauſæ tranſmittat: prohibétque, ne in eadem quippiam deinceps moliatur. *c. Roman. 3. §. ſi verò vocatis. de appell. lib. 6. l. 2. vbi* Bart. Bald. *& alij.* C. *de eden. l. à proconſulib.* C. *de app.* Quòd ſi quid porrò ante inhibitionem, præſertim cum de interlocutoria eſt appellatum, innouetur: vſitatum eſt, id principali ſententia in cauſa appellationis lata reſcindi ac reuocari. *c. ſignificantib. 49. de appell. Innoc. in cap. dilecti. ad verb. reuocatio. de exc ep. & in d. ca. non ſolùm. de appell. lib. 6. vide etiam quæ ff. dixi ad tit. de appell. & c. paſtoralis. in fin. de cauſ. poſſeſſ. & proprie.*

QVÆ SENTENTIÆ ſine appellatione reſcindantur. Tit. VIII. C. 7. 64.

1 *Ratio huius tituli.*
2 *Septem ſpecies ſententiarum, quæ ipſo iure nullæ ſunt.*

IAm † & illud tenendum eſt, interdum prouo- 1
cari à ſententia non eſſe neceſſe: vt cum prior ſententia eſt ipſo iure nulla. Nam quod nullum eſt, vt reſcindatur non habet opus *l. 5. de iniuſt. rupt. teſt.* Porrè Iuriſconſultus ſeptē hîc formas † ſententiarum quæ nullæ ſunt, proponit: 1.
Si ſententia contra rem antè iudicatam probe- 2
tur lata. *l. 1. in prin. hoc ti.. l. 1. C. quan. pro. non eſt nec. l. 1. C. de ſent. contrà ſentit. cap. inter. de re iud.* 2. Si in calculo iudex errârit *l. 1. §. 1. h. tit l. 2. C. de re iud. l. 1. C. de error. cal.* 3. Si contra ſacras pronunciet conſtitutiones, hoc eſt, de iure conſtitutionis, nō de iure litigatoris. *l. 1. §. item hoc t. l. ſi expreſſim. de appell. l. 2. C. quan. prou. non eſt nec.* 4. Si quis ex edicto

peremptorio, tanquam contumax ſit cōdemnatus, quod neque propoſitum eſt, neque in notitiam peruenit: *l. 1. §. pen. h. tit.* ſecus, ſi fuiſſet propoſitum. *l. ab eod. C. quomodo & quando Auth. ſi omnes. C. ſi min. hær. ab. l. 4. §. toties. de dam. inf.* 5. Si in cauſa conuentionis & reconuentionis ſeu obiectæ compenſationis iudex alteram litem decidat, altera pendente: quia ſuper vtraque cauſa ſimul & procedi & pronūciari debet. *l. cum Papinianus. cum Auth. ſeq. C. de ſent. c. 1. ext. ne mut. petit.* Sed magis eſt, vt inquit Macer, *hic in l. 1 in fin.* id eſt, potius & ſecurius, vt hoc caſu appellatio interponatur. 6. Si condemnatus ſit, qui tempore quo ſententia dicta eſt, in rebus humanis eſſe deſiit: *l. 2. h. t. l. in ſumma. §. fin. de re iud.* etiamſi ab aliis fuerit defenſus. *l. de qua re. 74. §. cum abſentem. de iud.* 7. Impoſſibile præceptum iudicis, ſeu natura, ſeu lege, nullius eſſe momenti Paulus reſpondit. *l. fin. h. t.* Impoſſibilium enim nulla eſt obligatio. *l. impoſſibilium. 145. de reg. iur.* Quare eiuſmodi ſententiæ & ſimiles, *vide C. eod. quan. prou.* vtpote nullæ, nunquam tranſeunt in rem iudicatam; & ad 30. annos impugnari propoſita nullitatis quæſtione poſſunt. *dixi ſup. de re iudic. vide Ferra. in for. app. verb. fuiſſe. nu. 4. Bart. in l. ſi expreſſim. nu. 12. de appell. Bal. in l. 1. num. 3. C. de fer. & eleganter Ang. conſil. 107. Iacobellus num. 1.*

AN PER ALIVM CAVſæ appellationum reddi poſſunt. Tit. IX.

1 *Regula, quando iuſtificari appellatio poſſit per procuratorē, aut nō poſſit.*
2 *Cauſas capitales per procuratorem non iuſtificari.*
3 *Quæ dicatur capitalis.*
4 *Explicatio l. 2. h. t.*

IN materia appellationum de quibuſdam articulis quæri ſolet, quos operæ precium eſt hîc explicare. Principiò illud quæſtionis eſt, an per alium cauſa inſtitutæ appellationis (quam nunc iuſtificationem vocant) reddi poſſit. qua
1 in re tenenda eſt regula: † Quæ cauſa per alium
agi nequit, eius nec appellationem per alium
2 poſſe expediri: *l. 1. in fin. h. t. Paul. lib. 5. tit. 35.* Ex †
quo ſequitur, cauſas capitales per procuratorem in ſecunda inſtantia agi non poſſe: *l. 1. hoc t.* quia nec in prima poſſunt. *l. pen. §. ad crimen. de pub.*
3 *iud.* Capitalem † autem dicimus, ex qua ſequi-
tur pœna vſq; ad relegationē excluſiuè, vt vult
4 hîc Acc. Nam † cum relegatio, aut leuior pœna,
puta infamiæ nota imponitur, tum cauſa conſimilis eſt pecuniariæ: *d. l. 1. verſ. planè. l. abſentem. ff. de pœn.* quare & procurator admittetur. *glo. hic per l. ſeruum. §. publicè. de procu. vide quæ dixi ff. ad tit. de quæſt.* Sanè ſi procurator abſente domino appellauit, & poſtea edditis rationibus procurator eſſe deſiit; nihilominus abſente domino reſpondere, & cauſas appellationis, ſeu (vt loquuntur) grauamina proponere debet. Sed an eo ceſſante dominus litis reſpondere poterit? Et quāuis regulariter cauſas appellationis reddere debeant, qui primò ſunt experti, & prouocauerunt: *l. fin. §. fin. ff. de appell.* magis tamen obſeruatur, vt audiri debeat in cauſis appellationum reddendis is, cuius abſentis procurator appellauit: *l. 2. h. tit.* idque exemplo adoleſcentis vel pupilli, qui interpoſitam à tutore appellationem ipſe iam adultus, finita tutela aut cura, perſequi poteſt. *d. l. 2. h. t. d. l. fin. §. fin.*

SI TVTOR VEL CVrator, vel magiſtratus creatus appellauerit. Tit. X.

HI qui ad munera publica nominati & electi, à ſententia qua eorum excuſationes repudiabantur (ab hac enim ſola prouocatio eſt, *l. 4. C. de appell. vide tamen diſtinctionem ff. poſitam, t. de app. recip.*) appellârint nec cauſas, quare iuſta fuerit appellatio, probauerint: ſciant ad ſuum periculum pertinere, ſi quid damni, per moram appellationis, Reip. acciderit: *l. 1. h. tit.* quod & in tutoribus ſeruatur. *l. 2. in verb. periculum medij temporis. h. t. l. ſi quis tutor. 60. §. fin. de ritu. nup. l. quāquam. 15. C. de exc. tut.* Quare etiamſi tutor vel curator prouocauerit, & ante cauſam actam moriatur: propter periculum medij temporis, ſucceſſores eius cauſas appellationis reddere neceſſe habebunt *l. 2. h. t. l. vni. in fin. ff. ſi pend. app. mors inter.*

EVM QVI APPELLAuerit, in prouincia defendi. Tit. XI.

CVm quis appellationis cauſa peregrinatur; quæri ſolet, an interea domi in ſua prouincia defendi in aliis ſuis cauſis tanquam præſens debeat. Et reſcriptum eſt, defendendum eſſe: nam hoc beneficij illis præſtatur, ne neceſſe habeant ſe defendere, qui Reipub. gratia abſunt.

APVD EVM A QVO appellatur, aliam cauſam agere compellendum. Tit. XII.

SI quis ex alia causa appellauerit à iudice, an in alia causa (nã in eãdem res plana est, *l.eos.5. C.de app.*) eundem iudicem habere necesse habeat, videamus. Et hodie hoc iure vtimur, vt tametsi appellatio interposita sit: tamen apud eũdem suum ordinarium iudicem, à quo quis prouocauit, compellatur alias causas agere: nec vtatur hoc prætextu, quasi apud offensum iudicem non debeat experiri: cùm quia hæc suspicionis causa idonea non est, *l. & in maioribus.C. de app.not. in l.apertissimi.C.de iud.* tum quòd, si eius sententia lædatur, denuò prouocare possit. *l. vnic.h.t.*

SI PENDENTE APpellatione mors interuenerit. Tit. XIII. C.7.66.

APpellatore defuncto: siquidem sine hærede, cuiuscunque generis appellatio, siue de causa ciuili, siue de criminali instituta, euanescit: vtpote altera parte litigatorum extincta. Quòd si appellatori hæres extiterit: siquidem nullius alterius interest, causas appellationis reddi: cogendus non est peragere appellationem: iuxta reg. Vt nemo inuitus agere cogatur. *tot.tit.C. vt nemo inui.* nam & liti suæ vnusquisq; renunciare potest. *l.postquam.4.C.de pact.* Si verò fisci vel alterius contra quem appellatum est, interest: hæres causas appellationis reddere necesse habet. *l.vnic.h.t.*

DE IVRE FISCI. Titulus XIIII. C.10.1.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit fiscus.*
3 *De iure singulari, & priuilegiis fisci.*
4 *De iudiciis & nunciationibus quæ ad fiscum pertinent.*

1 HActenus † exposita sunt ea omnia quæ ad institutionem progressum, exitúmque iudiciorum ordinariorum pertinere videbantur: nunc, vt nihil prætermittatur, coronidis vice exequamur illa, de quibus extra ordinem iure quodam singulari ius dici solet. Quæ quoniã vtplurimùm cognitione vel rescripto Principis, à quo nõ est prouocatio, summariè expediuntur, ideo rectè extraordinaria vocantur: & post ordinarium appellationis tractatum, cuius hic nullus aut perexiguus est vsus, examinanda suscipiuntur. Quo in genere primum locũ obtinet fiscus, cuius multa in iure sunt priuilegia.
2 Fiscus † autem propriè Principis ærarium, & Reipub. patrimonium dicitur. Illud priuatum, hoc publicũ. *Plin.in Panegy. Suet.in Ang.l.fin.C. de fund.rei priu.lib.*11. Sed cum vtrunque sit vnius Principis, promiscuè hæc vsurpari solent: *l.bene. C.de quad.præscrip. §.res fisci. Instit. de vsucap.* nec dubium est, quin Cæsaris priuata ratio, idem ius habeat quod fiscus. *l.6.§.fin. h.t.* In multis autem fiscus iure singulari vtitur. *Paul.lib.5.tit. 12. vide C. eod.* Nam & † priuatos ad editionem instru-3 mentorum cogit, *l.2.§.1.h.t.* contra regulam: *l.1. & t.t.C.de eden.* & interdum conductores rerum publicarum inuitos detinet, si maximos fructus fecerint, *l.cotem.11.§.fin.de publ* aliàs secus: *l.3.§. cum in quinquennium. hoc tit. l.inuitos. 11.C.de locat.* debitores debitorum suorum exigit: *l. 3. §.multa.h. tit.* euictionem simplicem tantùm præstat, etiamsi duplam promiserit: *l.5.h.tit.* ius pignoris semper habet: *l.aufertur.46.§.ius pignoris. hoc titul.* ac vt sibi satisfiat, etiam aliis creditoribus persoluta aufert: *deferre.18.§.final. cum ll. seqq. hoc tit.* quia ius fisci priuato præponderat, *l. apud.35.h.t.* etiãsi aliàs vnicuique liceat sibi vigilare, *l. pupillus.24 quæ in frau.cred.* nec sit repetitio ab eo qui suum recepit. *l.repetitio.44.de cond.ind.* Sed †& a-4 lia priuilegia multa habet, quæ longum esset referre: *tot.tit.C.de priuil.fis. & de quad.præscr. vide tract. de priuil. fis.* ac peculiaria etiam quædã iudicia: vt cum bona vacantia aut commissa nunciantur ex causis, quas ad quindecim numero recitat Callistratus. *l.1.h.t.* In his enim nunciationibus multa sunt specialia. Nam nec ab omnibus denunciari potest, *l.2.§.pen. l. edicto.13.§.extat.l.ait.16.l.deferre.18.hoc tit.* neque ex omnibus causis. *l. 1.§.an bona.l.non possunt. 11. d.l.edicto.l.3. 12.17.22.§.pen.45.h.t.* pœnæ etiam singulares in temerè aut falsò deferentes, sunt constitutæ: *l.2. 15.42.§.fin.h.tit.l.ex varia.C.de dela.lib.10.* sicuti præmia iis qui vera deferunt. *l. 13. in princ. 15.§. Senatus.l.49.h.t.* neque omni tempore: *l.13.§.antepen.h.t.* nam & præscribi fisco potest: *l.1.§.diuus. l.fin.h. t.* neque coram omni iudice causa fiscalis agitanda est. *l.3.§.diuus Adrianus.l.7.l.45.§.quoties.h.t.tot.tit.C. vbi caus.fis.* Apud nos Sax. plerique iudices & magistratus, item Respub. quæ summum imperium habẽt, etiam iure fisci, præscripto quodam inueteratóque more, vtuntur: quamuis superiorem recognoscant: *dixi sup. de priu.cred. & tit.in quib.caus.pig.* vnde & hæreditates vacantes, si post annum nullus appareat hæres, in suos vsus, suúmque ærarium conuertunt. *Land.lib.1.art.28.Fach.diff.35.Reinh.diff.34.*

DE CAPTIVIS ET DE postliminio, & redemptis ab hostibus. Tit. XV. C.8.51.

1 *Qui à quibus hostibus captiuis serui fiant, vel non.*
2 *Postliminium vnde dictum, & quid sit.*
3 *Species postliminij.*
4 *Causa*

4 *Causa efficiens.*
5 *Materia: & de personis ac rebus quæ postliminium habent.*
6 *Forma.*
7 *Finis.*
8 *Effectus.*
9 *De redemptis ab hostibus.*

1 DE † captiuis quoque, & de postliminio, ac redemptis ab hostibus, quædam iura peculiaria prodita sunt. Humanitatis enim est, istis contra subtilitatem iuris ciuilis subuenire. In primis sicut quæ cœlo, terra maríque capiũtur, fiunt occupantium: *l. 1.cum ll.seqq.de acq.re. dom.* ita capti ab hostibus, in eorum rediguntur potestatem, omniáq; iure ciuitatis cum libertate amittunt. *l.1.l. 12.§.si quis ab hostibus. h.t.* Hostes autem accipimus, quibus bellũ pop. Rom. decreuit. *l.hostes.24.hoc tit.l.hostes.118. de verb.sig.* Quare serui non fiunt, qui vel in dissensione ciuili, *l.si quis. 21.h.t.* (sicut hodie sunt Christianorum inter se lanienæ, *vide Innoc.in ca.sicut.num.6. de iureiur. Fab.in §.item.ea quæ ex hostib. Instit. de rer.diuis. Bart.in l.hostes.24.h.t. Cæp.in tract.ser.cap. 1.nu.4.*) vel à latronibus, vel confœderatis, *l.non dubio.7.hoc tit.* capiuntur. *l. hostes.24.§.fin.l.postliminium.19.§.à piratis.h.tit.* Ac displicere Domino Deo in populis qui nomen ei dederunt, iura D captiuitatis ac seruitutis mutua, quibus alij alios barbarum in morem sibi subiiciunt, intelligi potest cùm ex eo quòd grauiter offensus est Israelitis, quamuis iusto prælio victores tribum Iuda afflixissent: cum captiuam eam sibi facere instituissent: Sic enim inquit Propheta: 2. *Paralip. 28.* Insuper filios Iuda & Ierusalem vultis vobis subiicere, in seruos & ancillas: quod nequaquam facto opus est: peccastis enim super hoc Domino Deo vestro. tum multò magis ex E lege Mosi, in qua Deus quid sibi placeret, non obscurè ostendit, ac inter alia, ciues tribulésque sui vnius populi, vtpote fratres, in seruitutem redigi prohibuit. *Leuit.25. Deut.24.* Capti autem ab his gentibus, quibus cum nec fœdus, nec societas, neque hospitium est, postliminiũ habẽt. *l.2.§.in pace.h.t.*
2 ¶Postliminium, inquit Imperator, §. *si quis ab hostib. Instit. quib.mo. ius. patr.po.sol.* ex Cicer. *in Topicis.* à limine & post dictum est. Nam limina F sicut in domo finem quendam faciunt, sic & imperij finem esse limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & terminus, & ingressus atque exitus imperij: ab eo postliminium dictum, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiserat. Id ad hunc modum Paulus *l.postliminium.19.h.t.* definit: Postliminium est ius amissæ rei recuperãdæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos omnes populos regésq;, morib. ac legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idque naturali æquitate introductum est: vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos rediisset, pristinum ius suum reciperet.

¶Duæ sunt species postliminij: nam aut nos 3 reuertimur ex captiuitate, recuperamusq; postliminio res nostras: aut per vim hostium capta recipimus. *l.cum duæ.4.h.t.*

¶Causa efficiẽs postliminij, est lex ducta par- 4 tim à naturali æquitate, partim ex iure gentiũ. *d.l.19.*

¶Materia circa quam, sunt personæ, aut res. 5 Postliminium enim habent] ab hostibus capti, cuiuscũque sint sexus aut conditionis. *d. l. 19.§. vlt.* Transfugę tamen nullum postliminium est: *d.l.19. §. transfugæ.* quia malo consilio, & proditoris animo patriam reliquit: nec in ciuiliũ, sed hostiũ numero habendus est, ac propterea supplicio afficiendus: *l. 3. §, is qui. l.proditores. 7.ff. de re milit. vide omnino Cuiac.lib.4.cap.9.* sed his tantùm hoc beneficij indultum est, qui necessitate captiuitatis, inuiti abducti sunt. *l.pen.C.eo.* Quare & qui armis victi hostibus sese dediderunt, postliminio carent: nã volentes se hostibus subiiciunt, *l.postliminio.17. hoc tit.* Quòd si dubitetur, captus quis sit, an transfugerit, inspicienda erit vitæ prioris conditio: quæ si fuerit illæsa, iuratæ eius affirmationi credetur. *l. non omnes. §. à Barbaris. de re milit.* Filij ante captiuitatem concepti, ius postliminij habent: *l ab hostibus. ex quibus caus.ma.* quia cum pro natis habeantur, *l. qui in vtero. de stat. homi.* simul capti videntur: apud hostes cõcepti, iure proprio postliminium non habent, vtpote è seruis nati: sed ex persona parentum, si hi reuertantur. *l.1.C.eod. l.apud.9. l.diuus. 26.h. t.* Res eodem modo habent postliminium, quæ quidem non turpiter amissæ sunt: vt ager ab hostibus captus, & denuò recuperatus, *l.si captiuus.20.§.expulsis.h.t.* naues, equi, *l.2.hoc tit.* &c. In armis & vestibus non idem iuris est: quia ex disciplina Laconica, vnde Romani militarem artem sunt mutuati, non sine flagitio timoris & fugæ amittuntur. *l.2.& 3.h.t.*

¶Forma postliminij est, quò statim atque ca- 6 ptiuus fines nostros attigit, recuperat omnia iura pristina, *l.in bello.12.§.si quis capiatur. hoc t.* fingitúrq; retrò in ciuitate semper fuisse. *l.retrò.16. h.t.d.§.si quis capiatur.*

¶Finis est, vt ex naturali æquitate, qui per in- 7 iuriã ab extraneis detinebatur, is recuperata ciuitate iura etiam sua recuperet. *d.l.19.*

¶Effectus postliminij partim est in fictione, 8 partim in suspensione iurium. *Sal.in l. Gallus.§. quid si is. de lib. & posth. vide Cuiac. in l. in lege. de testamen.* Fingit enim ius, eũ qui reuersus est, nunquã abfuisse. *d. l. retrò. cum ll.seq.* Quare & testamentum antè confectum seruatur: §. *fin. Inst. quib.non est per.fac. test. l. si quis. §. quatenus. de inin. rup. irr. fac. test.* & insuper actio reuocatoria reuerso datur ad res perditas vsucapione, recuperandas. *l.1.ex quib.caus.maior. d.l. ab hostib.* Suspenditur ius patriæ potestatis capto patre, donec pater vel redeat, vel desinat posse redire:

idque ideo, vt intereat filij contrahere nuptias, A
l. si nepos. 9. cum ll. seq. de rit. nupt. agere tanquam
patresfam. possint. *Salic. in d. l. Gallus. §. quid si in.*
Pater tamen reuersus, ius potestatis & peculium
filij medio tempore quæsitum acquirit: *l. pen. de
suis & leg. l. in bello.* 12. §. *si quis.* quia fingitur nun-
quam abfuisse. Inducta est & altera fictio lege
Cornelia: nam cum quis apud hostes moriebatur, quia in seruitute decedebat, non poterat re-
linquere hæredem. Id cùm plenum videretur
iniquitatis, lege Cornelia inductum est, vt qui B
iniquitatis, lege Cornelia inductum est, vt qui i-
ta obiisset, ab eo tempore quo captus esset,
obiisse fingeretur: quo tempore cum fuerit li-
ber, hæredes tàm ab intestato quàm ex testamẽ-
to, si quod ante captiuitatem forte reliquit, ex
hac fictione habet: *l. 1. C. eod. §. fin. Instit. quib. non
est per. fac. testa. l. lex Cornelia. de vulg. & pup.* qui-
bus deficientibus, fiscus succedit. *d. l. bona. 22. h. t.*

9 ¶Redempti ab host. bus precio, quod λύτρον
vocant, postliminium habent: non enim emun-
tur tanquam mancipia: & iniquissimum sanè es-
set, ciui liberato hanc seruitutis calamitatẽ pro
beneficio inferre: quare postliminium habent,
siquidem antè fuerint liberi. *l. si captiuus.* 20. *h. t.*
nam seruí dominis restituuntur, refuso precio.
l. in bello. 12. *§. si quis seruum. hoc tit.* Pignori tamen
etiam liberi homines, redemptori suo pro λύτρῳ
donec soluant, obligantur: nisi animo donandi
sumptus sint facti: *l. liber.* 17. C. *eod.* quod si solue-
re nequeant, per quinquennium ei operas præ-
stare in authoramentum coguntur: *l. fin.* C. *eod.*
vnde ius nostrum Sax. de addicendo creditori-
bus in seruitutem operarum debitore, manasse
potest videri.

DE REMILITARI. Tit. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Omnes cogi ad militiam.*
3 *Qui militare non possint, aut excusen-*
4 *Qui sint milites.* *(tur.*
5 *Genera militum.*
6 *De delictis militum.*
7 *De pœnis.*
8 *De missionibus.*

1 SEd † & rei militaris, quæ Principi & bono
publico vtilem nauat operam, iura quædam
sunt singularia: de quibus extra ordinem, in-
terdum etiam sub pellibus & inter classica,
quæ subtilitates iuris minus exaudiunt, *tot. tit. de
re milit. vide Cicer. pro Muren.* disceptatur. In †
primis sciendum est, omnes omnino ciues ad
militiam cogi: adeò vt qui ad edictum olim
non respondisset, vt proditor libertatis, in ser-
uitutem redigeretur: *l. 4. §. qui post. hoc tit.* & qui
filium subtraxisset militiæ, mulctaretur exilio
ac parte bonorum. *d. l. 4. §. qui filium.* Excipiun-
tur † tamen qui militare non possunt: vt serui, 3
facinorosi, infames, rei, qui sub obtentu militiæ
aduersariis negocium facere machinãtur: atque
alij multi: *l. 4. l. proditores. l. qui status. 8. l. ab omni.
11. h. t. tot. tit.* C. *qui milit. non poss. lib.* 12. item qui à
militia ætate, aut simili priuilegio, excusantur.
vide J. *de vacat. & excommun. & de iur. immun. &
Cod. qui ætat. se excus. cum tit. seq. lib.* 10. Ex † eo tẽ- 4
pore quis iure militare incipit, & miles appella-
tur, quo in numeros relatus est. *l. ex eod.* 43. *de te-
stam. milit.* & sacramentum præstitit. *l. ex militari.
11. eod. tit.*

¶Militum alij sunt tyrones, *l. 3. §. si plures h. tit.* 5
qui publicis stipendiis ad militiam instituebantur, nondum tamen in ordinem relati: *d. l. ex eod.*
alij veterani: J. *de prius. vet.* alij gregarij: alij cen-
turiones, *l. milites. 13. §. irreuerens. hoc tit.* tribuni, *l.
officium. 12. §. 1.* præpositi. *d. l. omne. 6. §. 1. l. officium.
12. hoc tit.*

¶Sed in primis, in iure de delictis militum 6
quæritur. Hæc enim res propriè ad iudicia &
doctrinam nostram, ertinet, coercuandęque dis-
ciplinæ militari planè est necessaria. Militum
autem delicta aut propria sunt, aut cum cæteris
communia. *l. 2. h. t.* Communia sunt, quæ etiam
in reliquos homines cadunt, & communibus
rerum criminalium iudiciis coercentur, vt ho-
micidium, adulterium, furtum: propria sunt, quæ
propriè ad disciplinam militarem pertinent, &
extra ordinem puniuntur: cuiusmodi sunt, non
D dare nomen ad edictum Imperatoris: *d. l. 3 §. qui
post.* dare se militem cui non licet, aut nomẽ da-
re contra prohibitionem legum: *l. 2. h. t.* (nec e-
nim omnibus militare concessum est, vt dixi-
mus) emanere, *l. 3. §. emansor. hoc t.* deserere mili-
tiam, *dict. l. 3.* stationem. *d. l. 3. §. qui stationis.* transfugere, *d. l. 3. §. 4 qui ad hostes.* enunciare hostibus
consilia, & prodere exercitum: *l. 6. §. exploratores.
h. t.* non parêre duci, *d. l. 3. §. in bello.* præsidi, *l. 3. §. si
præsides.* centurioni: *l. militib. 13. §. irreuerens. hoc tit.*
E arma amittere, *l. 3. §. miles.* alienare, *d. l. 3. §. miles.
l. qui commeatus. 14. h. t.* furripere: *d. l. 3. §. qui aliena.*
commeatum non rectè procurare: *dict. l. 3. §. si ad
diem. d. l. qui commeatus.* custodiam negligere: *l. 4.
& tot. tit. de custod. reor.* turbare pacem: *l. fin. hoc tit.*
fugam in acie primùm facere: *l. 6. §. 1. h. t.* & alia
consimilia, quæ hoc in titulo passim traduntur:
l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. h. tit. de quibus
in genere inquit Arianus: *l. 6. h. t.* Omne delictũ
F est militis, quod aliter quàm disciplina cõmu-
nis exigit, committitur: veluti segnitiæ crimen,
vel contumaciæ, vel desidiæ.

¶Puniũtur autem hæc delicta, aut castigatio- 7
ne corporali, aut pecuniaria mulcta, aut indictio
ne munerum, (à quibus alioqui milites sunt im-
munes) aut gradus deiectione, aut missione i-
gnominiosa. *dict. l. 3. §. 1.* Nam † præter hanc, alia 8
est causaria missio, quæ propter causam, puta
vitium corporis aut animi: alia honesta, quæ
expleto militiæ tempore datur. Sed castigatio-
G nes corporales plerunque capitis pœnam con-
tinent, *dict. l. 3. 4. 5. 6. 10. 13. 14.* aut cummini-

mùm verbera: *d. l. 14. in fin.* nisi pœnam mitiget A
vel tyrocinium, *l. 3. §. si plures. l. 4. in fin. l. qui com-
meatus. 14. h. t.* vel licentia militaris, ad lasciuiam
vino incitata, *d. l. 6. per vinum.* vel miseratio pie-
tatis: vt cum pater filium ad pœnam offert: *l. 4.
§. qui filium. l. non omnes. 5. §. qui in desertione. l. mili-
lites. 13. §. fin. h. tit.* nec enim videtur ad capitale
supplicium obtulisse. *l. 3. C. de patr. po.* Quæ iura
cũ sint in militibus singularia, haud temerè ad
consequentias, vt nec alia iura militaria, produ-
ci debent. *l. 1. de testa. mili. & tot. illo tit. ff. C. & In-*
B *stit. l. quod contra. de leg. l. 5 ff. ẽ. de const. Prin.*

DE CASTRENSI PECULIO. Tit. XVII.

1 *Castrense peculium quid.*
2 *Priuilegia huius peculij.*

1 AD † rem militarem pertinet & priuile-
gium peculij castrensis. Castrense autem
peculium est, quod à parentibus, vel cognatis, C
vel ab vxore, in militia degenti donatum est:
vel quod ipse filiusfam. in militia acquisiuit:
quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset: *l.
castrense. 11. l. si militi. 6. hoc tit. vide quæ dixi Instit.
quib. non est permiss. fac. testam. & per quas person.
nob. acq.* vt si militiæ ergò hæres instituatur *l. di-*
2 *uus. 13. hoc tit.* Huius † autem peculij hæc priuilę-
gia sunt: quòd non acquiratur pari, sicuti reli-
qua bona, iure patriæ potestatis: *tot. tit. Instit. per
quas pers.* item quòd de eo pro lubitu dispone-
re, vel inter viuos, vel testamẽto filiusfamil. pos-
sit, *l. 2. h. tit. l. fin. 9. de inoff. test.* in eóque patris fa-
miliâs personam planè gerat, *l. 2. ad S. C. Maced.*
Sed nec ab intestato decedens, patrem in eo ha-
bet hæredem: *l. 1. h. tit.* veruntamen bona quasi
peculij iure patri deferuntur, *l. 2. h. tit. vide §. si i-
gitur. in Auth. de hær. ab intest.* dum tamen non
extent liberi: quos patri præferendos, naturalis
successionum ratio docet. *l. sacrosanctæ. C. de episc.
& cler. l. 1. §. nepos. ẽ. si à par. fu. ma.* Sunt & alia pe- E
culij castrensis iura singularia, quæ omnia expo-
nere huius nõ est loci. Ad exemplum porrò ca-
strensis peculij, constitutionibus Principum ea-
dem priuilegia filiisfam. indulta sunt, in his quæ
honestis togatæ militiæ (quæ armatæ comparatur, *l. aduocati 14. & tot. tit. C. de aduoc. diuers. iud.
vide Euerar. in Top. à loc. arm. mil.*) artibus *vide
distinctionem Bald. in l. fin. in prin. C. de bon. quæ li-
ber.* parant & lucrantur: vnde hæc Quasi castren-
se peculium solent appellari. *l. vlt. C. de inoff. test.
in prin. Inst. per quas person. nob. acquir.* à quo di-
stant, peculium profectitium, *l. 5. de iur. dot.* quod
à patre aut eius occasione obuenit: & aduenti-
tium, quod filius aliunde parauit vel quæsiuit,
puta successione materna, opificio aliquo & in-
dustria, quæ togatæ militiæ artificio atque iure
non censeatur. Illa enim profectitia patri acqui-
runtur omnimodò; hæc verè aduentitia tãtum-
modò quo ad vsumfructum. *l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & tot.
tit C. de bon. mater. §. 1. Inst. per quas pers. nob. acqu.*
Sunt igitur varia nunc peculij genera: v num ca-
strense, alterum non castrense: illud, castrẽse, vel
quasi; hoc, profectitium, vel aduentitium. *vide
gloss. & Dd. Inst. per quas person. vbi dixi.*

DE VETERANORVM priuilegiis. Tit. XVIII.

1 *Qui sunt veterani.*
2 *De priuilegiis eorum.*

D HVc † referantur & veteranorum priuilegia: 1
hoc est, eorum qui exacto militiæ tempo-
re, honestè missi sunt. *Theo. in §. 1. Instit. de testa.
ord. l. 2. hoc titul.* Nam † hi immunitatem habent 2
à muneribus, præcipuè personalibus. *l. 2. l. 5. h. tit.*
A vectigalibus autem, & patrimoniorum one-
ribus, difficile est vt per omnia excusentur. *l. 2. in
fin. l. 4. h. vide l. 1. C. de veter.* Deinde veteranis, &
eorum liberis, idem honos habetur qui & decu-
rionibus. *l. 3. h. tit.* Igitur nec in metallum dam-
nabuntur: nec in opus publicum, vel ab bestias:
nec fustibus cædentur, *d. l. 1. & 3.*

DIGESTORVM LIBER L. AD MVNICIPALEM, ET DE INCOLIS. Tit. I. C. 12. 38. 39.

Videlicet legem: vt communis est interpretatio. Cuiacius Ciuem.

1 *Continuatio.*
2 *Genera subditorum.*
3 *Munipices vnde dicti, & qui sint.*
4 *Incola quis.*
5 *Causa efficiens municipij.*
6 *Effectus & vis municipij.*
7 *De iure incolarum.*
8 *De iudiciis municipalibus.*

1 ET hæc de his qui Remp. regũt F
2 ac tuentur, specialiter disposita
sunt: nunc de subditis, eorũmq;
rebus videamus. Subditi † aut
sunt municipales, aut incolæ
aut coloni. De colonis dici non
est necesse, cũ iure institutísq; ciuitatis Rom. aut
suæ metropoleos regantur. *vide Bart. & Dd. in l.
vnic. C. de metrop. Ber. lib. 11. Gell. lib. 16. c. 13.*

¶Municipes autem sunt ciues Romani ex mu-
nicipiis, suo iure & legibus suis vtentes, muneris
tãtùm honorarij cum populo Rom. participes:
à quo munere capessendo appellari videntur: *l.
munus. 18. in fin. de ver. signi.* neque vlla pop. Rom.

A lege astringuntur: quum nunquam eorum fundus P. R. fit factus. *Gell. prælleg. loc.* Municipes, inquit Vlp. *hîc in l. 1.* appellantur muneris participes, vt munera nobiscum faciant. Sed nunc abusiuè municipes dicimus, suos cuiusque ciuitatis ciues. Alibi Paulus: *l. municipes. 228. de verb. signif.* Municipes intelligendi sunt, & qui in eodem municipio nati sunt.

4 ¶Incola est, qui domicilium tantùm alicubi habet, non etiam munerum & honorum particeps. *l. domicilium. 20. hoc tit.* Incola, inquit Pom- B ponius, *l. pupillus. 239. §. incola. de verb. signif.* est qui in aliquam regionem domicilium suũ contulit, quem Græci πάροικον appellant. Nec tantùm qui in oppido morantur, incolæ sunt: sed & qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum se quasi in aliquam sedem recipiant. Aduena est, quem Græci ἄοικον, hoc est, sine domo appellant.

5 ¶Municipem facit, aut natiuitas, *l. 1. in prin. hoc tit.* hoc est, origo: *d. l. 1. in prin. & l. fin. hoc tit.* nam C qui Campano patre natus est, Campanus municeps censetur: quia patris sequitur originem, *d. l. 1. §. qui ex.* non etiam matris, nisi sit spurius, *d. l. 1. §. fin. l. 9.* taliue priuilegio donatus: *d. l. 1. §. fin.* aut manumissio, quia libertus originem patroni sequitur: *l. 6. §. fin. l. 22. 23. 25. h. tit.* &, si plures sint, omnium: *l. 7. l. 17. §. ex causa.* aut adoptio, qua cumulatur, non etiam adimitur prior origo. *l. ordine. 15. §. fin. l. 17. §. in adoptiua. h. tit.* Nam adoptiuus, patris adoptantis originem acquirit, D & sui patris naturalis retinet: atq; ita vtroq; loco munera præstat. *dict. l. ordine. 15. § fin.* Sed adoptionis origo emancipatione tollitur; *l. 16. h. tit.* sicuti naturalis origo per senatoriam dignitatẽ, quod ad munera attinet. *l. 23. hoc tit.* Etsi autem filius patris originem sequitur, non tamen domicilium, *l. 17. §. 9. l. 27. h. tit.* quod ipse sibi pro arbitrio constituit. *l. 23. h. tit.*

6 ¶Municipes autem coguntur ad munera tàm personalia quàm realia, eo loci vnde originem E ducunt: quamuis alibi habeãt domicilium: *l. 16. §. præsumptio. l. 22. §. municipes. h. tit.* tàm filij, quàm patres. *l. 21. h. tit.* nam patriæ potestatis in publicis non habetur ratio. *l. nam quod. 14. ad S.C. Treb.* Quòd si detrectent indicta munera subire, damnũ Reipub. præstabunt: *l. 21. hoc tit.* nisi se excusent aut dignitate, *l. 17. §. præscriptio. l. 18. hoc tit.* aut ætate, *l. 3. § final. l. 6. §. 1. l. 11. j. de decur.* aut alia ex causa. *l. 7. j. de decur. & tot. tit. de vacat. & excus. mun.* Sed vt onera ferunt municipes, ita e- F tiam cõmodis, priuilegiis & honoribus sui municipij potiuntur: *j. tit. de decur.* quæ tamen priuilegia, iure nostro, minora esse iuribus fisci, dicendum est. *l. 10. l. 21. §. fin. hoc tit.* Et hæc quidem de municipibus.

7 ¶Alia autem est incolarum conditio, qui domicilium tantùm aliquo in loco habent, aliunde orti: *gloss. in. l. 20. hoc tit.* quod domicilium pro lubitu & commodo rei familiaris vbiuis potest constitui: tàm à filio, quàm patrefamiliarum: *l. 3. 4. 6. l. 11. §. fin. l. 17. §. patris. h. tit.* etiam pluribus locis, *l. 6 in prin. & §. pen. l. 27. in fin. h. tit.* dummodò ne sit aliquo interdictum. *l. 31. h. tit.* Neq; tamen constituitur domicilium nuda contestatione, *l. 22. h. tit.* nec solius emptione domus, *l. 17. §. fin. hoc tit.* sed re & facto: *l. 20. 27. hoc tit.* vnde qui incertis sedibus hinc inde vagatur, domicilium non habet: *d. l. 27. circa fin.* vt scholiasticus, qui quamdiu studiorum causa in vniuersitate commoratur, nullo tempore sortitur domicilium; nisi animum commorandi, figendíq; vitæ tabernaculum, aliquo facto, puta vxore ducta, famil'áque cõstituta, habitandi perpetuò causa declarârit: quo casu statim domiciliũ constituisse videtur: in certis enim non est locus cõiecturis. In dubiis porrò, cum neutrum constat, demũ post decem annorum cõtinuam habitationem, domicilium constituitur. *Ang. & Dd. in l. 2. C. de incoli. lib. 10. Bart. in l. lex Cornelia. 5. §. si tamen fundum. de iniur.* Incola & iis magistratibus parêre debet apud quos incola est, & illis apud quos ciuis est: nec tantùm municipali iurisdictioni in vtroque municipio subiectus est: verũ etiã omnibus publicis muneribus, paucis quibusdam exceptis, *l. 2. C. de incol. lib. 10 l. libertus. 17. §. sola. h. t.* fungi debet. *l. incola. 39. h. t. l. 1. C. de incol.*

¶Vltimò sciendum, si de iure municipij aut 8 incolatus controuersia oriatur, córam præside eam expediri oportere. *l. 37. h. tit.*

DE DECVRIONIBVS, & filiis eorum. Tit. II.

C. 10. 31.

1 *Continuatio.*
2 *Decuriones qui sint. & esse possint.*
3 *Qui esse non possint.*
4 *De officio decurionum.*
5 *De priuilegiis.*

INter † municipes vel præcipuum locum obtinent decuriones, *l. 2. hoc titul. l. fin. de alb. scrib.* 1 velut Senatorius ordo, & magistratus cuiusque ciuitatis: non à popul' Rom. missi, qui sunt ἄρχοντες ἀρχόντων, sed inibi electi, *l. 6. quod cuius. vniuer.* qui municipales appellantur: *l. magistratib. 12. de iurisd. & ibi Gouean.* & in his duumuiri, *l. 1. j. de alb. scrib.* tanquam consules, defensores ciuitatum, velut plebis tribuni, *l. 4. C. de defens. ciuita. l. vlt. C. de off. iurid. Alex.* qui & præsidis partibus funguntur, *Nouell. 15. de defens. ciuita. §. nulla.* in his quæ sunt suæ iurisdictionis, non imperij. *l. 1. C. de defens. ciui.* & ordinariam in iisdem iurisdictionẽ ac executionem habent. *d. Nouell. 15. §. deinde. gl. in l. si idem. 11. de iurisdict.*

¶Decuriones quidam ex eo dictos aiunt, quòd 2 initiò cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducebantur, consilij publici gratia conscribi solita sit. *l. pupillus. 239. §. decuriones. de verb. signif.* Hi autem ex omni ferè hominũ ge- G nere eligi solent, *l. 9. hoc tit.* atque etiam cogi: *l. fin. j. tit. 1. l. 9. l. 17 hoc tit.* quin & spurij in penuria meliorum

meliorum admittuntur: *l. 3. §. spurios. h. tit.* non A enim impedienda est dignitas eius, qui nihil admisit: *l. 6. h. tit.* præsertim quæ ad Reipub. emolumentum, non cuiusquam iniuriam referatur. *vide in c. per venerabilem. qui fil. sint leg. glo. Land. lib. 1. art. 51.* Sed vbi aliorum copia est, potiores à præside ac ditiores eligendi sunt, *l. 6. 7. 11. h. tit.* & gradatim euehendi: *l. 3. §. præses. l. 11. l. 13. § pen. h. tit.* exclusis plebeiis, *l. 7. §. 2. l. 9. h. tit.* & vilibus, *l. 12 h. tit.* ac minoribus ætate, *l. 11. h. tit.* senióque
3 confectis. *d. l. 11.* Sunt † etiam qui omnino ad- B mittendi non sunt, vt ignominiosè ordine moti, relegati, *l. ordine. 15. l. libertus. 17. §. in quæstionib. ad municip. l. 2. 3. 13. h. tit.* criminum capitalium rei: *d. §. in quæstionib.* & qui aliũ magistratum sustinet: *l. libertus. 17. §. præscriptio. j. tit. 1.* neque enim fas est, pluribus functionib. vno tempore præesse. *c. 1. dist. 89.* Nam verè dixit Xenophon, *lib. vlt. Cyropæd.* ἀδύνατον εἶναι, πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον, πάντα καλῶς ποιεῖν. Item qui eun- C dem paulò antè magistratum gessit. Neq; enim honores sunt continuandi: *l. 18. h. tit.* ne in tyrãnidem tandem exeat aucta, firmatáq; diuturnitate temporis potestas, & libertas publica imminuatur. *glo. in l. pen. C. ad l. Iul. de ambit. & in l. diuus. 18. j. t. 1.*

4 ¶ Decurionum officium pro necessitatibus Reipub. varium est & multiplex: vt pecuniam publicam habere, recipere, tractare, *l. 2. §. gestum. ad municip.* curare annonam. *l. non debere 8. j. ad municip.* tributa exigere, *l. libertus. 17. §. exigendi.* D *eod. tit.* administrare Rempub. *l. ad Remp. 8. j. de mun.* & iurisdictionem, ad certum tamen modũ exercere. *l. inter. 28. l. ea quæ. 26. ad munic. Nouell. de defens. ciuit. l. magistratib. 12. de iurisd. l. vnic. in princ. si quis ius dicent.*

5 ¶Decurionum priuilegia sunt, vt ne torqueantur, neque damnentur in metallum. *l. fin. h. tit. l. 3. j. de priuil. vet.* quanquam hoc hodie parum seruatur, quia delictum non excusatur dignitate, *l. 1. C. vbi senat. vel cla. l. raptores. C. de episc. &* E *cler. l. quoties. de dign. lib. 12.* aggrauatur potius; *l. presbyteri. 8. C. de episc. & cler. l. 4. §. adulterij. de re mil. l. quædam. de pœn. Tiraq. eod. caus. 31.* nam, vt inquit ille:

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Deinde, vt alantur pauperes, *l. 8. h. tit.* vt sua iura singularia ac priuilegia in liberos transmittant. *l. 2. §. fin. h. tit. &c.* F

DE ALBO SCRIBENDO. Tit. III.

DEcurionum nomina in albo & tabula publica scribi solent. Decuriones autem ita scriptos esse oportet, vt lege municipali præcipitur. Sed si lex cessat, dignitates erunt spectandæ; vt scribantur eo ordine, quo quisque eorum maximo hõnore in municipio functus G est: vtputa qui duumuiratum gesserunt, si hic A honor præcellat, & inter duumuirales, antiquissimus quisque prior. In sententiis quoque dicẽdis idem ordo seruandus est, quem in albo scribendo diximus. *l. 1. 2. h. t.*

DE MVNERIBVS ET honoribus. Tit. IIII.

C. 10. 40. 41.

B 1 *Quid sit munus.*
2 *Diuisio munerum.*
3 *De patrimonialibus.*
4 *De personalibus.*
5 *De mixtis.*

PRæter † decurionatum, & alij honores, aliáque munera in municipiis sunt obeunda. 1
Munus tribus modis dicitur: vno donum, altero onus, tertio officium. *l. munus. 18. de verb.* C *signif.* in hoc titulo in altero significatu potissimum accipitur. Nam munus propriè hîc dicitur onus, quod necessariò subimus lege, more, imperióue eius qui iubendi potestatem habet. *l. munus. 214. de verb. signif.* Cum autem in tertio sensu munus accipitur, solet addi adiectiuum, publicum. Munus enim publicum, authore Pomponio, *l. Pupillus. 139. §. munus. de verb. signif.* est officium priuati hominis, ex quo commodũ ad singulos vniuersósq; ciues, rémq; eo- D rũ, extraordinario magistratus officio peruenit.

¶ Munera autem ciuilia triplicia sunt: alia pa- 2
trimonij, alia personarum, alia mixta. *l. 1. l. fin. hoc tit.* Patrimoniale † est, in quo sumptus maximè postulatur, *d. l. 1. §. patrimonialia.* quódque sumpti- 3
bus patrimonij & damno administrantis expeditur. *l. fin. §. patrimoniorum. h. tit.* Horum quædam possessoribus iniunguntur, siue municipes sint: siue non sint: *l. 6. §. fin. h. tit.* vt viarum munitiones, collationes prædiorum, *l. 13. §. munus* E *h. tit.* agminales equi, angariæ, aliæque contributiones: *d. l. fin. §. patrimoniorum.* quædã verò non nisi municipibus vel incolis, vt exactio tributorum, *l. 3. §. exactio. l. fin. §. patrimoniorum, h. tit. &c.* Personale † est, quod cũ corporis labore & solicitudine animi ac vigilantia principaliter existit 4
d. l. 1. §. illud. vel est, quod animi prouisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerẽtis detrimento pertractatur: *d. l. fin. in prin.* vt tutela, cura, *d. l. 1. d. l. fin. &c.* Horum autem alia pu- F blica sunt, *d. l. pupillus. 139. §. munus. de verb. signif.* quæ in administranda Republ. cum sumptu sine titulo dignitatis subimus. hæc distant ab honoribus, qui consistunt in administratione Reipub. cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine sumptu contingente. *l. honor. 14. hoc tit.* alia autem sunt priuata, quæ ad priuatos pertinent, vt tutela, *l. honor. 14. §. munus. hoc tit. &c.* Mixta † munera sunt, quæ partim ani- 5
mi corporísque intentionem, partim sumptus G exigunt. *d. l. fin. §. mista.* Doctores *vide latissimè hic in repet. huius Rubric. Alb. de Rosat. in princ. Ias. in*

*Iaſ.in l.placet.nu.1.& 2.C.de ſacr.Eccleſ.Io.de Pla. & alios in Rub.C. de excuſ.mu. Chaſſ.in conſ.*Burg. *Rubr.1. des iuſtices.§.4.ad verb.indire.num.*23. hæc paulò aliter definiunt. Perſonalia munera eſſe volunt, quæ perſonis imponuntur, & in labore perſonæ conſiſtunt: eáq; triplicia faciunt; videlicet, dignitatem habentia; dignitatem non habentia, ſeu media; & ſordida. Realia vocant, quæ rei imponuntur propter rem, & poſſeſſorem comitantur. & horum plura rurſus genera tradunt. Mixta verò quæ perſonæ imponuntur, & in labore perſonæ conſiſtunt; ſed propter rem & perſonam imponuntur; vt operæ ruſticorum, Germanis *Pfronen* dictæ.

DE VACATIONE ET excuſatione munerum. Titul. V. C.10.44.45.47.

1 *Munera neceſſaria eſſe, niſi excuſetur.*
2 *Quando excuſatio proponenda.*
3 *Qui excuſentur.*
4 *Vacationes quatenus extendantur.*

1 Etſi † municipes ad munera cogi poſſunt, ſicuti tutores, *l.9. hoc titu.* puta capitis pignoribus; *§.pen.Inſtit.de ſatiſd.tut.gloſſ.in l.1.in princip. de adm. tuto.* nec excuſentur oblatione pecuniæ, qua ſe redimere volunt: *l.17. de mun.* tamen ex æquitate quibuſdam perſonis excuſatio & vaca-
2 tio à muneribus cōceditur. *l.1.in prin.hoc tit.* Quæ † excuſatio initiò proponenda eſt, ſimulátq; munus iniungitur: alioqui poſtmodū fruſtra opponetur. *l.pen.§.pen.hoc tit* & quidē per appellationem proponenda eſt in his publicis; nominatione atque electione videlicet facta & inſinuata: idque fauore Reip. ne diutius munerum vſu careat. *l.2.vbi Io.de Plat.* C.*de decur.lib.*10.*l.ſi adſcribatum.C.de appell. idem Io.de Plat.in Rub.*C.*de excuſ.mun.lib.*10. etiamſi in tutelis non ab ipſa nominatione, ſed ab excuſationum reiectione appelletur. *l.hi qui. de appell.§.qui autem.Inſtit.de excuſ.tut. vide rationem diuerſitatis apud Io. de Plat. in d.l.2.*C.*de decur.& in Rubr. de excuſat. mun.lib.*10.
3 Excuſantur † autem quidam ætate, *vide Cuiac. Inſt.de excuſ.tuto. & in l.3. C.qui æta. ſe excuſ. lib.*11. vt minores 25. maiores 55. annis, in perſonalibus pleriſque: in realibus verò & mixtis, item tutelis, maiores 70. vel interdum 75. annis: *l.2.§.1.hoc tit.l.1.& tot.titu.* C.*qui æta.ſe excuſ.lib.*10.*l.3.de iur. immun.* quia ſenectus venerabilis eſt, & quiete digna. *l.quinta.de iur.immu.vide in Cato.Cicero.* Quidam beneficio in Rempubl. vt numero quinque liberorum, *l.3.§.cura.ad municip.* non adoptiuorum, *l.2.§.adoptiui.ff.de vac.mun.* neque mortuorum, *l.2.§.qui ad h.t.* niſi ob Rempub. *l.fin.h.titu.* Quidam ob valetudinem, *l.2.§.quem ita. l.pen. h.tit.* inopiam, *l.4.§.1.& 2.l.10.h.tit.* fortunā plebeiam. *l.13.§.plebeij.h.tit.* dignitatem, *l.10.l.fin.hoc tit.l.penu.& l.fina.* C.*de decur.lib.*10. officium quo inſeruiunt Reipub. *l.1.C. quem.ciuil.muner.indic.*

A *vbi omnino vide Dd.* vt profeſſores bonarum artium, *l.fin.§.fin.ad mun.l.8.§.fin.l.9.h.tit.* frumentarij, *l.4.h.tit.* nauicularij, *l.3.hoc tit.* negociatores publico ſeruientes, *l.5.§.negotiatores.hoc tit.* milites, *l.3.§.1.ad munici.l.6.h.titu.* collegia, *l.5.§.quibuſdam.hoc tit.* Nemo enim de vno collegio in aliud transferri debet: *d.l.1.C. quem. ciuil. muner. lib.*10. nec vno munere grauatus, alio inſuper eſt onerandus: *gloſſ. & Dd. in d.l.1.* neque à maiore functione ad minorem quiſpiam ignominiosè
B eſt deducendus, *l.2.C.quemadm.ciui.muner.lib.*10. de quibus omnibus alibi *l.fin.ff.titu.1.l.1.vbi Dd. & l.2.C.quem.ciuil.mun.lib.10. Alber.hic in Rubr.*
plura traduntur. Sed † admonendi ſumus, ple- 4
roſque horum à perſonalibus duntaxat excuſari, non etiam ab honoribus delatis, *l.in honorib. 8.h. tit.* aut his quæ poſſeſſionibus ſiue patrimonio indicuntur. *l.10.hoc tit.l.fina.§.patrimoniorum.ff.tit.1.* Nam ſciendum eſt, duo genera eſſe vacationis: alterum plenius, cum & militiæ vacatio
C datur; alterum exiguius, in quo nuda muneris eſt vacatio. *l.præter.13. hoc tit.l.quiſquis.27.C.de epiſc. & cler.* ſeu alterum generale eſt vacationis genus, quod nec ab honoribus, nec ab ordinariis excuſat; vt eſt eorum qui nullam militiam, hoc eſt (vt interpretantur Dd.) officium caſtrenſis aut togatæ militiæ retinent: aliud vero eſt ſpeciale, vt illorum qui officium in vacatione retinent, item qui ſpecialiter excuſantur, vt profeſ-
D ſores, medici publici, officiales, aduocati, & ſimiles. hi enim etiam ab honoribus recuſati ſunt, *Bar. Alb. & Dd.d.l.in honoribus. & in d.l.medicos. vbi* Ioan. *de Plat. l.Seuerus. 9. de decur. l.ſemper.5. §.fin.de immun.l.eos.9.h.titu.* & ab omnibus perſonalibus, *d.l.medicos.verb.ab omnib.l.fina.C.de profeſſ.lib.* 10. *l.* 2. C. *de his qui non impl. ſtipen. lib.*10. item realibus extraordinariis, *l.maximarum. C.de exc.mun. l.his oneribus.*10. *§.penul.hoc tit.vide Guid. Pap.deciſ.*387.388. *cum ſeq.* non item à patrimo-
E nialibus ordinariis *ita ſe habet communis concluſio in d.l.medicos. & in l.maximarum. C.de excuſ.mun. quam latè confirmat Aegid. Thom. in tract. de collect.§.medici.per totum. vide etiam* Schurff. *conſi.*44. *cent.*1. muneribus immunitatem habent.

DE IVRE IMMVnitatis. Tit. VI.

F Et illi quidem legibus excuſantur, quibus quia Princeps par eſt, ideo excuſare etiam ſe poſſunt, quibus immunitas, hoc eſt, vacatio à ſummo Principe conceſſa eſt: quæ non modò ſingulis perſonis, ſed totis etiam collegiis conceditur; aliis tamen aliter. *l.Paulus.8.hoc titu.* Illud conſtat, immunitates eſſe perſonales, neq; tranſire ad hæredes: *l.1.hoc titu.l.3.ff.de conſi.* vt nec cætera perſonalia priuilegia, *l.1. de conſt.Princ.* niſi id in forma conceſſionis fuerit comprehenſum: *l.4.h.tit.* quo caſu tranſit in poſteros mares, non etiam eos qui ex fœminis naſcuntur. *d.l.1.*
G *in fin.* Sed immunitates collegiis tributæ perpetuæ ſunt: *d.l.pen.hoc titu.l.7.§.fin. cum ibi not. quod cuiuſ.vniuerſ. no.* quia collegia haud facilè extinguuntur. *d.l.7.§.fin. vbi gloſſ.* Hæ tamen non ad ſingulos pertinent: ſed ad artifices tantùm, qui neceſſariam operam publicis vtilitatibus exhibent. *l.pen.§.pen.h.tit.*

DE LEGATIONIBVS. Tit. VII. C.10.63.

1 *Quamdiu habeant legati vacationem.*
2 *Qui ſint legati, & vnde dicti: quid legatio.*
3 *De legatione libera, & neceſſaria.*
4 *Qui legari poſſint, vel non.*
5 *Quæ legatus facere debeat, aut poſſit.*
6 *De legatiuo.*
7 *De veneratione quæ legatis debetur.*

1 Vacationem † à muneribus etiam legati Reipubl. obtinent, non modò in ipſa legatione, ſed etiam biennio etiam pòſt. *l.7.& 8.*
2 *hoc tit.* Legati † ſunt, qui publicè ad expedienda Reipub. negocia mittuntur: quorum opera cōſilióq; peregrè vteretur magiſtratus. quive nuncij Senatus aut populi eſſent: dicti ab eo, quòd vt publicè mittantur, legētur. *Varro li. 4. de ling.* Lat. Hinc legatio dicta, munus illud quod legati
3 ſuſtinent. Hæc aut † Reip. cauſa ſuſcipitur: aut eſt libera, quæ ſine vlla Reipub. procuratione, ac ſine mandatis Senatus, priuatæ rei gratia, puta ob ſyngrapham exigendam, hæreditatem conſequendam, aut votum ſoluendum dabatur: *Cic. lib. 3. de Leg.* quam qui ſuſtinent, quia Reipubl. cauſa non abſunt, ſed ſua, vacationem non habent. *l.14.h.tit.* Quare non de his, ſed de Reipub. legatis propriè hic agi, facilè intelligi poteſt.
4 Sciendum † autem eſt; debitores Reip. item infames, & qui ius poſtulandi non habent, legatione fungi non poſſe: *l.4. hoc tit.* & ordine vnumquēque curialium ad functionem legationis cogendum: plures etiam quàm tres non eſſe mittendos: niſi aliud legationis dignitas exigat. *l.4.*
5 *in fin.hoc tit.* Porrò † is qui legatione fungitur, neq; aliis, neq; propriis negociis ſe debet interponere, *l.Paulus.* 8. *hoc tit.* quæ quidem eſſe poſſunt impedimento procuranti Remp. vt agere, conueniri, *l.3.h.tit.*&c. Nemo enim prohibetur, verbi gratia, emere domum, aut aliud aliquid facere, quod impedimento non ſit legationi. *l. legatus.12.hoc tit.* Sed & quæ moram non patiuntur, rectè exequetur: vt quæ ad iniuriam ſuam, *l.legatus.*10.*hoc tit.* item pupillos pupilláſque, *l.ſi abſenti.*11. *hoc tit.* pertinent. Legati alios dare vicarios quàm filios non poſſunt: *l.4.§.legati.h.tit.* niſi gratuitam legationem ſuſceperint. *dict.l.11.*
6 nam † aliàs ſumptus ex publico habent, quod legatiuum dicitur: *l.2.§.hi qui.hoc titu. l.vlt.§.1.de mun.* cuius priuilegium eſt, vt non reſtituatur, ſi quis fortè in legatione deceſſerit. *l.legatus.*10 *in*
7 *fin.hoc tit* Legati † ſancti habentur: ideóque ſi quis legatum hoſtium pulſet, contra ius feciſſe exiſtimatur. *l.fina hoc tit.* Cicero: *in Oratione de Aruſp.*

A *reſp.* Ius, inquit, legatorum cùm hominum præſidio munitum, tū iure diuino vallatum eſt. Eſt & illud legatorum priuilegium, vt ſi quid iis ſit donatum: non legāti, ſed ipſis quæratur: quamuis legantis contemplatione donatum videri poſſit. *gloſſ.in l.ſi verò §.item.vbi* Bart. *num.3.ſolut. mat.gloſſ.in l.qui proprio.46.§.procurator.de procurat.Cyn.in l.manifeſtiſſimi.num.4.C.de furt.*

B DE ADMINISTRATIOne rerum ad ciuitatem pertinentium. Tit. IIX.

1 *Quid præſtent adminiſtratores.*
2 *De officio eorum.*

De adminiſtratione † etiam rerum ad ci- 1
uitates pertinentium, ſingulariter ius di-
C citur. Nam Magiſtratus & adminiſtratores Reipub. (qui hoc in titulo quæſtores, ædiles, præfectóſque rei pecuniariæ ciuitatum ſignare videntur) nō modò dolum & latam culpam, ſed etiam diligentiam præſtare debent: *l. magiſtratus.7.h.tit.* nam ex neglectu tenentur: *l.2.l.fin.hoc tit.* non autem ad fortuitos caſus: *d.l.2.§.graui.* ad inſtar etiam tutorum pro ſe inuicem conueniuntur: *l.2.§.ius Reipub.l.3.& 4.hoc tit.* ſed & fideiuſſoribus cauere ſolent. *l.2.§.fina.l.4.h.titu.* &
D pater, cuius voluntate filius adminiſtrauit, pro fideiuſſore eſt. *l.4.& 8.h.titu.* qui omnes in ſubſidium conueniri poſſūnt. *l.2.l.4.§.fina.hoc tit.* Ei tamen qui pro collega ſoluit, ex æquitate datur
actio. *d.l.2.§.actio.* Officium † autem horum in 2
eo verſatur (quod ipſum indicio eſt, adminiſtratores hîc dici ædiles, viarum, &c. curatores, quæſtores, præfectóſque ærario) vt rationes ſecundum fidem datorum & acceptorum ponant,
E *d.l.2.§.quod de.* (excepto tamen ſemper calculi errore, *l.calculi.9. hoc titu.*) ius Reipubl. ſine cautione ne locent: *l.fin.§.1. hoc tit.* nec pecuniam in alios vſus conuertant, quàm ad quos deſtinata eſt. *l.2.h.tit.* Si tamen legata ſit municipio pecunia ad certum vſum, & is Reipub. parum decoris aut vtilitatis allaturus videatur, poterit ea in alium vſum maximè neceſſarium conuerti. *l.1. l.5.h.tit.l.fin.ff.de oper.pub.* De reliquis tenentur adminiſtratores, duntaxat in ſimplum, *l.2.§.fru-*
F *mentariæ. cum l.ſequ. l.fina.hoc tit.* exceptis his quæ per fraudem geſta apparent, quorum dupſum præſtare coguntur. *l.fina. item hoc tit.* Curatores ciuitatis, quorum hîc fit mentio, Cuiac. vult eſſe, ecdicos, defenſoréſque ciuitatū, qui ſimul ædilium munus in ſua ciuitate impleant. *l.3. C.de his qui ſpon. muner. ſuſc. Cuiac. obſeru.12. cap.32. & 3.obſeru.14.*

G DE DECRETIS AB ORdine faciendis. Tit. IX. C.10.46.

1 *Causa efficiens.*
2 *De quibus fieri decreta debeant.*
3 *Forma: & quis sit legitimus decurionũ*
4 *De fine, vi & effectu decretorũ.* (*nũerus.*

1 ADministratores † ciuitatum, & ordo decurionum, pro vsu Reipub. decreta facere solent, communi vel maioris partis consensu: *l.2.3.5.hoc tit.* quæ quam vim habeant, vi-
2 deamus. Decreta † de his fieri debent, quæ pertinent ad ciuium salutem: vt de medicis constituendis, *l.1.h.tit.* aut reprobandis: de salariis pro vtili in communi opera ordinandis, *l.4.hoc titu.* &c. non de illis quæ spectant ad ambitionem priuatorum: *l.ambitiosa.4. hoc titu.* Quare si quis ambitionis gratia ad captandam auram popularem debitori Reipub. debitum remisit, aut largitus sit: id decretum non valet; *d. l. 4.* quia administratores liquida iura remittere non possunt; *l.præses.12.C.de transact.vbi Dd.vide Dd.in l. pactum.17.C.de pact. & in l.ciuitas.27.si cert.petat.* vt nec quod fit contra leges, *l.3.de sep.vio.* aut non legitimo decurionum numero vocato. *l.2.h.tit.*
3 Numerus † autem legitimus est, cum duæ cum-
4 minimùm partes sunt præsentes. *l.3.hoc tit.* Ad† salutem autem Reipub. & municipiorum, non in priuatorum gratiam facienda sunt *l. 1. & l.4. h.tit.* decreta, quorum effectus est, vt quod ordo semel rectè ritéque decreuit, rescindi non oporteat, nisi ex vtilitate Reipubl. *d. l. 5.* Decreta tamen non sunt leges generales, neq; apertè proponuntur, sed fiunt in curia ab ordine. quare nõ obligant ad pœnam ignorantes, sicuti leges quę publicè promulgantur: *l leges. C.de leg.* sed tantùm scientes. *l.fin.h.tit.*

DE OPERIBVS PVblicis. Tit. x. C. 8. 12.

1 *Quis, quale opus publicũ facere possit.*
2 *De curatoribus publicorum operum.*

1 VT de † personis, ita de rebus quoque publicis iura singularia extant: vt in primis de operibus publicis. Opus publicum nouum facere quis potest, suo sumptu, sine authoritate Principis, ad Reipub. tamen vtilitatem: nisi ad æmulationem fiat, vel materiã præbeat seditioni. *l.3.hoc titu.* Sed in veteribus operibus publicis, quæ securitatem publicam continent, vt sunt mœnia & portæ, nihil sine rescripto Principis fieri potest. *l.pen.hoc titu.* Operibus publicis vllius quàm Principis nomen inscribi nefas est: *l.23.hoc titu.* excepto eius, cuius munificentia opus factum est. *l.2.& 3.h.titu.* vel instau-
2 ratum *l.fin.hoc tit.* His † autem construendis solent curatores legi, qui cessationis nomine tenentur. *l.1.h.tit.* Nam curatores operum cum redemptoribus negocium habent, Respub. autem cum iis quos efficiendo operi præstituit. *l.2.h.tit.*

A
DE NVNDINIS. Tit. xi. C. 4. 60.

1 *Nundinæ vnde dictæ.*
2 *Quomodo constituantur.*
3 *De nundinarum priuilegiis.*
4 *Quomodo amittantur.*

DE nundinis † etiam singulare ius extat. 1
Nundinæ quasi nouendinæ à nono quo-
B que die dictæ sunt, quo agricolæ vendendæ emendæque mercis & audiendarum legum causa, in vrbem confluebant. De his tamen annonæ gratia vsu quodam inductis, hîc non accipitur, sed de nundinis maioribus, quæ mercatus causa, instar priuilegij ab Imperatore ciuitatibus conceduntur: quales in Repub. Rom. feriæ fuerunt Latinæ: hodie apud nos sunt nundinæ Francofortenses, & similes. Nundinæ † igitur à 2
solo Imperatore impetrantur, *l.vnic.C.eod.l.1.h. tit.Sax.lib.3. art. 66. & lib.2. art.26.* constituun-
C túrque exercendorum mercatorum causę. *l.2.h. tit.* qui ne qua impediantur, inductum est, vt in nundinis nemo conueniri sub prætextu priuati debiti, ac molestiam pati præcludíque, seu (vt nunc loquuntur) arrestari possit. *l.vnic.C.eod.* De contractibus tamen qui in ipsis nundinis fiunt, nulla causa est, quare non actio exceptióque detur: *l.hæres.19.de iudic.* cùm contrahendo quisque sortiatur eo loci forum, quo contraxit. *dict.l.hæres.§.1.cap.Romana.§ contrahentes de for.comp.in 6*
D Nundinis † impetratis à Principe; non vten 3
do, qui meruit, decennij tempore vsum amittit *l.1.hoc tit.* Iure † Sax. annis demum 31. per non v- 4
sum nundinæ, vt reliqua priuilegia amittuntur. *vide s̃.de vsucap.*

DE POLLICITATIOnibus. Tit. xii.

1 *Pollicitatio vnde dicta, & quid sit, quo-*
E *modo à pacto distet.* (*valeant.*
2 *Quæ pollicitationes valeant, aut non*
3 *Ratio obligationis: & qui obligentur.*
4 *De votis.*
5 *An in hæredem obligatio transeat.*
6 *De cognitione pollicitationum.*

DE pollicitationibus † quoque extra or- 1
dinem ius dicitur. Pollicitatio à posse & liceri videtur dicta. *Alc.lib. Parer.1. cap.1. per*
F *l.cum duobus.52.§.si in coeunda.s̃.pro soc.* Quamuis autem promiscuè pro qualicunque promissione accipi solet: *l. pollicitatione. C. de don. ante nupt.l.pen.C.de dot.prom.l.fin.C.ad Vell.* tamen hic nudum & spontaneum offerentis promissum significat, qui benignè Reipub. se facturum pollicetur. *l.3. hoc titu.* quare distat à pacto, quod duo-
G rum est conuentio atque consensus; *l. 1. de pact.* non vnius, vt pollicitatio: quæ singulari iure obligationem

ligationem hoc casu constituit: cùm aliàs, sine A
mutua voluntate, vnius consensu nulla perficiatur conuentio, *l. 1. §.1.l.ab emptione. 59. l.tale pactum.41. de pact.* nec obligatio inducatur, sed
2 tantùm liberatio. *dict.l.41.* Neque † tamen ex omni pollicitatione obligatio oritur. Quid enim si quis sine causa promisit, puta ædere munus, seu exhibere ludos? Certè cum ne stipulatio quidem sine causa facta effectu valeat, *l.2.§. circa.de dol. except. l.qui sine. de cond. sine caus.* nec alia vlla pactio: *l. iurisgentium. §. sed cum nulla. de* B
pact iniquum esset ex eiusmodi pollicitatione quempiam teneri *l.5.hoc t.* nisi opus promissum iam sit inchoatum *l.1.§.cœpiss.hoc tit.* Inchoatio enim seriam deliberatamque fuisse promissionem denotat. Ergo tum efficax est pollicitatio, cum ex certa aliqua causa fit, vt de intelligi possit, deliberatè promissum esse: vt si quis honoris *d.l.1.§.1.l.6.l.9.hoc t.* aut decreti impetrandi gratia *d.l.1.§.1* promisit, aut ob aliam iustam causam, vt propter incẽdium quod Respublica pas- C
sa sit, *l.4.l.ob casum. 7.hoc t.&c.* Itaque his casibus liberalitatem promissor perficere cogetur. *d.l.1. circa fin.* æquissimum enim est, eiusmodi voluntates in ciuitates collato, pœnitentia non reuo-
3 cari. *dict. l.4.* Nec † tantùm masculos, sed etiam fœminas, si quid ob honorem pollicitæ sint, debere implere sciendum est. *l.toties. 6. §. non tan-*
4 *tùm.hoc tit.* Sed † & si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur: quod personam vouentis, non etiam rem quæ vouetur, obligat. Res enim quæ D
vouetur, soluta quidem liberat votum, & fit sacra: sicuti solutione tollitur omnis obligatio: sed ipso voto, hoc est, sola voti promissione, sacra non efficitur. Est autem votum, alicuius faciendi vel non faciendi versus Deum declarata promissio, authore Alc. *in l. si calumnietur.232.de verb.signif.* Voto autem patresfam. puberes sui iuris obligantur, non filiusfam. aut seruus. sine
5 domini patrísue authoritate. *d.l.2.hoc t.* In † hæredem obligatio pollicitationis transit, quam- E
uis interdum minuatur. *d. l. toties.l.ex pollicatione.l.pen. h.tit.* Sed si quis ob honorem vel sacerdotium sibi delatum pecuniam promisit, vt si fortè ædilis designatus, ludos se tẽpore sui magistratus facturum sit pollicitus, & antequam magistratum iniret, decesserit: æquissimum est, hæredes eius in pecuniam quam is ob honorem promiserat, non conueniri. *l.si quis.11.hoc t.* Non enim ex liberalitate profecta est hæc pollicitatio, sed ex iusta & penè necessaria causa: quæ cum F
fuerit finalis pollicitationis, certè ea cessante, etiam ipsa pollicitatio cessare debet. Secus, si tantum esset impulsiua, vt si quis demerẽdi populi aut adipiscendi honoris, aucupandæque gratiæ causa promisisset, & decederet. *l.6.8.h.tit.* Nam impulsiuæ, quamuis cessent, nihil operantur, aut mutant. *gloss.in l. 1. §.secundo loco. de postul.vide ad*
6 *tit.de cond. & demonst.* De † pollicitationibus in ciuitate factis iudicum cognitionem esse diui fratres rescripserunt. *l de pollicitationibus 8.hoc tit.* G
qui formam pollicitationi datam seruari cura-

A bunt, *l.Septicia.10.h.tit.* nisi aliud Reipub. vtilitas postulabit, *l Imperatores.13.h.tit.*

DE VARIIS ET EXTRAordinariis cognitionibus, & si iudex litem suam fecisse dicetur. Tit. xiii.

B 1 *Genera cognitionum extraordinariarũ.*
2 *Quibus de salario ius dicatur, aut non.*
3 *De priuilegio salarij.*

ORdinariè prætor non solet iudicare ipse sed iubere iudicare alios, videlicet iudices pedaneos. *Cic. in epist. ad Q. fratrem.* Extra ordinem tamen & absque figura iudicij, ex nobili officio iudicat interdum summatim, *l. 1.C. vt in poss. legat.* & cognoscit certum causarum
C genus speciatim, singulari aliqua lege ipsius cognitioni commissum & iniunctum. *vt l. cum ij.8.de transac.l.2.de fer.l.3.l.5.de reb.eor.l.1.& tot.t. quemad.testam.aperian l. 1.& tot.titul.de sus.tut.* Hæ cognitiones extraordinariæ vocantur. Non enim fluunt ex ordinario iure pacti, obligationis, actionis: sed citra conuentionẽ & actionem ordinariam, ex equitate & priuilegio, iudicis officio extra ordinem implorato, proponuntur, & summariè disceptantur. Cognitionum quæ ex-
D tra ordinem fiunt numerus cum ex variis causis descendat, in genera diuidi facilè non potest: nisi summatim diuidatur. Numerus † harum er- 1
go cognitionum in quatuor ferè genera distribui potest. Aut enim de muneribus siue honoribus gerendis agitur, aut de pecuniaria re disceptatur, aut de existimatione alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine quæritur. *l.5.h.tit.*
De † re pecuniaria, varijs etiam personis, præ- 2
ses in prouincia prætor in vrbe ex priuilegio a-
E liquo extra ordinem ius dicit. vt de salario professoribus studiorum liberalium, quæ ἐλευθέρια μαθήματα vocantur, *l.1.in prin.hoc tit.* & medici, *d.l.1. §.medicos.* & contra eosdem. *l.5. hoc tit.* nam quibus ius dicit extra ordinem, aduersus eos quoque mutuas petitiones etiam ordinarias admittit. *l.1.§.fin.hoc t.vide l.cum Papinian.14.C.de sent.cum Auth seq.tot.t.ex.de mut. petit.* Item ludi literarij magistris, *d.l.1.§.ludi.* & nutricibus. *d.l.1. §. pen.* Philosophis verò nequaquam: non quia
F non religiosa res est: sed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam se operam spernere. *dict.l.1.§.medicos.* Proinde nec iuris quidem professoribus ius dicit. Est enim res quidem sanctissima ciuilis sapientia: sed quæ precio numario non sit æstimada, nec dehonestanda, dum in iudicio honorarium petitur, quod initio sacramenti & causa vltrò à litigatore erat offerendũ. Quædam enim honestè accipiuntur, etsi inho-
G nestè petantur. *l.1.§.proinde hoc titul.* Et hæc quidem obtinent in iis qui gratis ius ciuile profitentur, vt olim I.C. *Cic. lib.1.de ora. & alijs locis.*

At aliis qui operam suam aduocationib. & consiliis faciendis venditant, certa causa nulla est, quare ius de salario dici non debeat: vt aduocatis: *d.l.* 1. §. *in honorariis.* dum tamen illud legitimam summam, videlicet cẽtum aureos pro singulis causis, non excedat, nec improbè sit promissum. *d.l.1 §. in honorariis. cum seq. l. quisquis. C. de postul.* Eâdem ratione, & assessoribus ac Comitibus iudicum ius dicitur: *d. l.1 §. item comites. l.1. de off. ass. l. moris. 9. §. solet de pœn. vide Cuiac. obser. lib. 7. cap.* 25. & iuris studiosis, qui mercedis causa praxim exercẽt, *l.4. h. tit.* partibúsque assessorum fungi, & à cõsiliis magistratui esse solent. 3 *vide sup. de off. assess.* Salarij † autem causa tam est fauorabilis: vt si decesserit, nondum absoluto officio, qui ex gratia honorarium accepit, ab hæredibus eius nihil repeti queat. *d. l.1. §. diuus.* De aliis quoque rebus variis extra ordinem ius dicitur, quas omnes est difficile percẽsere: quasdam tamen enumerat Vlp. *in l. 2. h. tit.* & Caius, *in l. fin. h tit.* qui vult iudicem imperitè iudicantem, in quantum æquum religioni iudicantis visum fuerit, condemnari. quod & in executoribus iniustè exequentibus receptum est. *Bald. in l. sancimus.* C. *de iudic. Par. de Put. in tract. synd. ad verb. executio. cap.* 2.

DE PROXENETICIS. Tit. XIV.

1 *Quare proxenetica licitè exigantur.*
2 *Vnde dicti proxenetæ.*

1 EOdem †modo, etsi sordidum est proxeneticum seu ἐμπωλητικὸν petere, pro leuidensi videlicet operula, quæ contrahentibus in conciliandis conuentionibus & interpretatione non intellectæ linguæ præstatur: tamen cum vsus horum hominum in magnis emporiis sit necessarius, proxenetica quoq; licito iure extra ordinem petuntur: *l. 1.2.3. h. tit.* quòd humanum sit *d.l.2. in verb. philanthropi.* qualem qualẽ operam remunerari. Contrà verò proxeneta reconueniri non potest tanquã mandator, neq; ex locato tenetur, sed ex dolo tãtùm & lata culpa, *l.2. hoc titul.* initar mensorum. *tot tit. si mens. fal. mo. dix.* An autem proxenata testis esse possit de contractu quem conciliauit, alterius est loci. §. *quoniam. in Auth. de teste. in l. omnibus. C. de test. vbi Salic. glo. & Cano. in c.1. de testib. lib. 6. glo. Landt. li.1. art.13 Lanfr. in c. quoniam. verb. testium. num.75. de prob.* quod etsi disputationibus ac distinctionibus est inuolutum: tamen communius receptum videtur, non posse hîc testem esse, ne volentem quidem, & quamuis nullum inde commodum speret: nisi vtrâque parte consentiente, *Alex. latè, qui dicit hanc communem, cons.19. in his. nu.16. vol.4.* aut in calibus exceptis, simoniæ, *ca.1. de testib. in 6. Alex. præalle. loc.* matrimonij, *Ruin. cons.30. vel.4. vide cons. Soc. iun.29. numer.16. vol.2. cons. mat.70. nu.90. cons.71. num. 22. cons.72. num.3. c.73. nu.7. c.74. num.4. c.75. nu.19. vol.1. &c.* quam in hoc conciliatores, velut in facto proprio, quidam non admittant, *Dec. cons.133. Paris. cons.55. vol.4. cons. mat.61. num.13. vol.1. per c.1. de testib. in 6.* plerique recipiunt. *vide Strach. tractat. de proxen. vbi hoc latè examinatur, parte 4. §. illa. num.* 15. quod pro matrimonio concessero, aliis concurrentibus: *vide Panorm. c. si pro debilitate. de off. deleg. Dec. cons.133. con.310. cons.163. Paris. cons. 55. nu.18. cons. 69. nu.4. cons.61. in fin. vol.4. Tiraq. de leg. connub. parte.9. glo.1. num.39.64. Alex. cons. 154. viso. vol.5. Stracha de proxen. parte 4. §. illa. nu.* 19.20. 21. contrà non item. Dicti † autem sunt 2 proxenetæ ἀπὸ τοῦ πρόξενεῖν, quod significat conciliare, maximè hospites ac ignotos, diuersæque linguæ homines, quibus potissimùm hoc genus hominum inseruit. *glo. definit proxenetam in Rub. h. ti. Azo C. de spons. nu.10. Stracha parte 1. in prin. de prox. nu.3.* Hinc proxenetica merces, quæ pro opera eiusmodi debetur: quo nomine & munuscula, γαμήλια, & arrhæ quibus sponsalia conciliantur, veniunt, *tot. tit. C. de spons. & prox.* & extra ordinem officio iudicis petuntur. *vide latè Stracham de proxen. parte vlt. in fin. §. postremo. nu.* 2.3. Cæterùm de reliquis mercedularum generibus consulendus est Contius. *lib.1. Disp. cap.*14.

DE CENSIBVS. Tit. XV.

1 *Quid sit census.*
2 *Quotuplex.*
3 *Quis censitor, magister census, censor.*
4 *De forma censuali, & pœnis fraudatorum.*
5 *De iure Italico.*

1 CEnsus † etsi significat aliquando facultates & patrimonium, *l. cogi. 16. in prin. ad S.C. Treb. l. de creatorib. C. de episc. audi.* vt apud Ouidium: —*d. at census honores, &c.* item patrimonij reditum: *tot. tit. ex. de censib. l. frugem. 76. de verb. sign. l. si sponsalib. §.1. de iur. dot.* tamen apud Iureconsultos cõmuniter accipitur pro tributo, pensitatione seu præstatione, quæ fisco Imperatoris debetur, *tot. tit. C. si prop. pub. pens. & tit. sine cens. vel rel. l. competit. C. de præs.30. & c. §. coges. in Auth. de mãd. prin.* in recognitionẽ vniuersalis dominij, & in auxilium ac tuitionem Reipublicæ, quæ Principi incũbit *Molin. in cons. Par. tit.2. de cons. in prin. nu. 15. per tit. in Nouell. de collat.* Cẽsus, inquit Zas. *intellect. sing. lid.2. c.3. vide Land. art. 54. lib.* 1. est æstimatio patrimonij, ad hoc vt annuum tributum soluatur. vnde censitores dicti. qui censum æstimant & exigũt. Profiteri verò dicuntur. qui patrimonij sui quantitatẽ ad censum indicant. Theophilo porrò census significat tabulam, in qua Romani facultates suas conscribebant, vt necessitatis tempore, pro modo patrimonij sui quisque cõferret. *vide eum in §. 6. Institut. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Nam censebantur olim ciues tantùm Romani quinto quoque anno vrbe lustrata; & prædia tãtùm mancipi, hoc est, iuris Italici, pòst in prouinciis, alia videtur census ratio inita: sic vt esset census duplex, alius capitis, alius soli vel agrorum *l.3. l.l. fin. h.t.* Primus † viritim, ratione personarum per singula capita præstabatur *d. l.3. l. cum antea. C. de agr. & cens. l.11.* à prouincialibus, *l.3. h. tit.* non ètiam ab Italicis. *l. vlt. verb. tributum, hu rem: sit capitis. h. tit.* Secundus pro modo iugerum, vnde & iugatio dicitur; *l. immunitates. C. de agr. & cens. lib.11. l. vnic. C. de colo. Thrac. eod. lib.* & pro seruis censitis atq; addictis, qui pars fundi tanquã instrumentum esse intelliguntur: *l.3. l. quemadmodum. l. cum satis. C. de agric. & cens.* nam de cæteris mobilibus alioqui census non præstantur. *d. l fin.* & hic quidem durauit ac manauit latius, præsertim sublata per Constantini constitutionem *l. vnic. C. de cap. ciuil. cens. exim. lib.11.* priore illa census ratione, quæ in capita erat constituta.

¶Censitor dicitur magistratus, qui censibus 3 & tributis exigendis præest, *l.4. §. illum. hoc tit.* qui & perequator. *tot. t. C. de cens. & cens. & perequ. lib.11. §. coges. in Auth. de man. prin.* Alius autem ab hoc est, magister census: *l 25.26.27. C. de dona. l. consulta c. de test. §. & hic verò. in Auth. de test. §. illud. in Auth. vt frat. fil.* cuiusmodi & censor, qui antiquitùs moribus & disciplinę erat præfectus, *l.2. §. post deinde. de orig. iur. l. censere. 111. de verb signif.* & quinto quoque anno, ex institutione Seruij Tullj regis, ciuium capita, & 4 quantum cuique in bonis esset, recognoscebat, *vide Dionys. Halicarn. hist. lib.4.*

¶De forma censuali, quomodo videlicet agri 4 sint in censum referendi, extat prolixum Vlp. *l.4. h. tit.* responsum: in quo etiam de coercitione eius tractatur, qui falsò cẽsum professus est: *d. l.4. §. pen.* de pœna autem eius, qui sua die non 5 soluit, Paulus *in l.5.* agit.

¶Sciendum autem est, censum non præstare immunia prædia, *l. vlt. verb. solum immune factũ. h. tit. l.4. § 3. h. tit.* ciuitates, regiones: sed nec integrum ea quæ sunt Italici iuris. Itali enim cum essent pop. Rom. socij & confœderati, non æquè pendebant tributa, *l. de his. 3. C. de episc. & cler:* vt prouinciales: *§. per traditionem. vbi Theophi. Inst. de rer. diuis.* vnde ciuitates, quæ ius Italicum beneficio Principis erant consecutæ, quas hîc recensent Vlpianus, *l.1. h. tit.* Celsus. *l. 6. h. tit.* Caius, *l. inis. 7. h. tit.* Paulus; *l. vlt. h. tit.* leuationem à tributis, præsertim capitis habebant, non integram immunitatem: nisi quibus ea specialiter data esset. *d. l vlt. Cuiac. obs. lib.10. cap.35. vide de hoc iure Italico etiam Gou. lib.4. cap.*1. Coloniæ in quas mittebãtur ciues Rom. non erant Italici iuris aut soli, cuius propria fuêre alienationum *§. per traditionem. Instit. de rer. diuis. Vlp. tit.*1. & vsucapionum *§.1. vbi dixi. Instit. de vsuc. Vlp. tit.*1. iura: multò minus ciuitatis Rom. participes, absque priuilegio speciali. *l. 1. verb. neutra ius Italicum habet. l. vlt. ver. Coloniam & iura Italici fecit. item. Colonos fecit non adiecto vt Italici iura essent. h. tit.* Qui enim in colonias deducebantur, ius ciuitatis Rom. amittebant, *Cic.2. Catili. & alibi passim.* vt qui amplius Romæ inter ciues non censerentur: quo & ipso non censitos, numero ciuium exemptos fuisse constat. *Bon. de censib. lib.1. c.1. num.5.* Cæterùm colonias meliore fuisse conditione quàm prouinciales, argumento est, quòd id beneficij loco datum fuerit multis ciuitatibus: & quibusdam, saluis tamen tributis; à quibus immunes iure coloniæ fuissent, nisi expressim reseruatæ essent. *l. vlt. §. 1. h. tit.* Cæterùm nec ipsæ coloniæ vnius erant iuris atque generis: *Bon. de censib. lib.1. art.2. num.* 10. quæ nunc omnia persequi, non est propositum; nec, vt arbitror, in hoc exorsu necessarium. Durasse hæc discrimina videtur post Seuerum, *l.1. versic. à diuis Seuero & Antonino. h. tit.* vsque dum filius eius Antoninus rerũ potitus omnes ingenuos in orbe Rom. nedum colonos Latinos; sed ciues Rom. fecit. *d. l. in orbe.17. de stat. hom.* quod beneficium non primis illis Antoninis; sed vel huic Seueri filio, vel qui eum consecutus est, Alexandro Seuero Antonino acceptum ferendum esse, cùm hic locus, tum alia multa conuincunt. Quin hoc beneficio potius discrimina personarum quàm prædiorum sublata fuisse, multa sunt argumento, quæ summã à Iustiniano manum hisce rebus impositã conuincant. *in prin. Instit. de vsucap. vbi dixi l. vnic. C. de vsucap. transforman.*

DE VERBORVM SIgnificatione. Tit. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Voluntatẽ potius quàm verba inspici.*
3 *Verba quatuor modis accipi.*
4 *De significatione nominum.*
5 *De significatione verborum.*
6 *De significatione aliarum partium.*
7 *De significationibus rerum.*
8 *De iis quæ ad personam pertinent.*
9 *De significatione rerum.*
10 *De significatione earum quæ ad actiones pertinent.*

1 ABsolutis † omnibus quæ cùm in ordinariam iudiciorum cognitionem cadunt, tum extra ordinem disceptantur: iam vno quasi fasce, quæcunque sparsim suprà dicta sunt, cõronidis vice in his duobus titulis concluduntur. Ac cùm ius omne consistat partim in rerum diuinarum atque humanarum, quæ quidem ad iuris scientiam pertinent, cognitione; partim in iusti atque iniusti notitia: rectè atque ordine hoc in titulo significationes verborum, ex quibus cognitio prima sumenda est, expositæ sunt: pòst in sequentem de his ipsis rebus definitiones ac regulæ iuris, quæ ostendunt quid quaque in re iustum iniustúmque sit, referuntur.

2 ¶ Quod ad verborum ſignificationem attinet, illud in genere ſciendum eſt; quandoquidem verba inuenta ſunt, vt mētem exprimant; *l.Labeo.7.de ſup.leg.* ſemper voluntatem potius ſpectandam quàm verba. *l. in conuentionib. 219. h.tit.* Sed quia mutuum iter eſt inter animum, & ſermonem, eius interpretem: ideo non minus ex verbis colligimus voluntatem, quàm contrà ex voluntate ſenſum verborum. Nemo enim præſumitur aliter loqui, quàm ſentiat. *d.l.Labeo.*

3 ¶ Verba, inquit Alc. *lib.1.de verb.ſignif.* quatuor modis accipiuntur: ex proprietate, improprio, vſu, & interpretatione. Verborum proprietas non tantùm ad nomen, ſed ad vim ſignificandi referenda eſt; quare & appellatio per metaphoram aliámue figuram ſumpta propria nobis erit, dummodò nihil ſignificantius dici poſſit. Improprium eſt, quod non ſuo nomine dicitur, vt vendere pro locare, *Bart.in l.contem. §.qui maximos.de publ.* dare pro tradere: *l.verbum.94.h.t.l.4. de vſur.* aut per fictionem dicitur. Ex vſu communi loquēdi, verba ſignificationem accipiunt. nam vſus etiam proprietati præſcribit: *l. cum de lanionis. §. aſinam.de fund.inſtru.* vt meritò de illo dixerit Horatius: *Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi.* Per interpretationem vel extenſionem, cum de ſimilibus ad ſimilia proceditur *l.1.h.tit.* Verbi autem appellatio hîc tàm nomina quàm verba, aliáſque orationis partes, atq; ipſam adeò orationem comprehendit. de omnibus enim videmus hîc agi.

4 ¶ De nominibus, aut vim nominis habentibus: vt cum exponitur quid ſit dies, *l.2.3.hoc tit.* iter diei, *d.l.3.* mille paſſus, *l.mille.154.h. tit.* annus, annus biſextilis, *l.48.h.tit.* anniculus, *l.anniculus.132.h.tit.* menſis, *l.48.h.tit.* quæ anni maior pars *l.maiore.156 h. tit.* quid ſubſignatum, *l. 39.* probrum, opprobrium, *l. 42. 224.h.tit.* auxilium, conſilium, *l.53.h.tit.* geſtum, *l.19.20.58.h. tit.* factum *l.59.h.tit.* magiſter, *l.57.h.tit.* inteſtatus, *l.64.h.tit.* arbitratus, *l.68.h.tit.* dolus malus, *l.69.h.tit.* impenſæ, *l. 79.h.tit.* optimus maximus *l.90.126.161.169 .h.tit.* proximus, *l.92.d.155. h.tit.* ſupremus, *l.92. h.tit.* reliqui. *l.95.160.h tit.* cæteri, *l.160.h.tit.* meum, tuum, *l.25.91.205.h.tit.* ſuum, *l.239. h. tit.* aliquorum, *l. 96.h.tit.* ter enixa, *l.137.h.tit.* pellex, *l.144.h.tit.* ille aut ille, *l.224. h.tit.* ſpecioſus, *l.100.h.tit.* ſtuprum, *l.101.h.tit.* adulterium, *d.l.101.* furtum, *l.229. 230.h.tit.* diuortium, *l.101.191.* repudium, *l.101.191.* morbus, *d.l.101.* morbus ſonticus, *l.113.h.tit.* vitium corporis, *l.101.h.tit.* hoſtes, *l.118.h.tit.* vſura, *l.121.h. tit.* fraus, *l.131.h.tit.* pœna, *d.l.131.* mulcta, *d.l.131.l. 244.* portio, *l.164.h.tit.* portio virilis, *l.145. h. tit.* coniunctio, *l.142.h.tit.* cauillatio, *l.177.233.h.tit.* donum, munus, *l.18.164.214.h.tit.* munus publicum, *l.239 h.tit.* abſens, *l.199.h.tit.* mangones, *l. 207.h.tit.* mercatores, *d.l.207.* venaliciarij, *d.l. 207.* pluris, *l.192.232.* dolus, *l.226.h.tit.* lata culpa, *l.213.223.226.h.tit.* negligentia, *l.226.hoc tit.* poteſtas, *l.215.h.tit.* vincula, *l.216. 24. h tit.* carcer, *d.l.216.* cuſtodia, *l.224.h.tit.* nomina pluralis numeri, *l.217.h.tit.* falſum teſtamentum, *l.221.h. tit.* amici *l.223.h.tit.* fugitiuus *l.225.h.tit.* erro, *d.l. 225.* noxa, *l.237.hoc tit.* tranſacta, finita, *l.229.230. h.tit.* locuples, *l.239. hoc tit.* ruta cæſa, *l.241. hoc tit. &c.*

¶ De verbis: vt quid ſignificet verbum oportebit, *l.8.h.tit.* oportere, *l.37.h.tit.* rapuiſſe, *l.9.h. tit.* reſtituere, *l.22. 35. h. tit.* deteſtari, *l. 39. 237. h.tit.* ſolui vinculis, *l.48.h.tit.* perſequi. *l. 57. h.tit.* pertinere, *l.70.181.h.tit.* capere, accipere, *l.76.h. tit.* præſtare, *l.71.h.tit.* dare, *l.76.h.tit.* cognoſcere, recognoſcere, *l.56.h.tit.* diſpungere, *d. l. 56.* rationes ædere, reddere, *l. 89.94. h.tit.* derogare, abrogare, *l.102. h.tit:* aſſignare libertum, *l. 107.h.tit.* cenſere, *l.111.hoc tit.* debere, *l.114.h.tit.* ſoluere, *l.176.h.tit.* ligare, *l.120.h.tit.* eſt *l.123.h. tit.* erit, *l.123.h.tit.* peperiſſe, *l.132.in fin.* 171. perficere, *l.139.h.tit.* capere. *l.140.hoc tit.* habere, *l. 143.664.188.* habere filium, *l.141.h.t.* pernoctare, *l.166.h.tit.* abeſſe, *l.173.199. h.tit.* facere, *l.175. 218.h.tit.* commendare, *l.186.* exigere, *l.187.h.tit.* cauere, *l.188.h.tit.* indicare reum, *l.197.h.tit.* cedere diem, *l.213.* calumniari, fruſtrari, morari, *l.233.* viuere, *l.034.* ferri, portari, *l.235.* exhibere. *l. fin.hoc tit.*

¶ De præpoſitionibus, & conſimilibus orationis partibus: vt quid ſignificet penes, & apud, *l.63.* ante, *l.132.* poſt, *l.132.* cum, *l.219.* coràm, *l.209.* palàm, *l.33.* rectè, *l.33.* amplius, *l.82.* dum, *l.89.* minus, *l.150.* duntaxat, *l.202.* poſtquam. *l. 217.* De oratione: quam vim habeat coniuncta, diſiuncta, diſiunctiua, ſubdiſiunctiua, ſeparata. *l.28.29.53.* Item hæc: cùm erit commodum, *l. 125.* cùm potero, *l.125.* intra diem mortis, *l.134.* furem eſſe aut furto noxáque ſolutum, *l.174. 209.* quanti ea res erit, vel eam eſſe apparet, *l. 179.193.* ſoluto matrimonio *l.240.* Qua in parte etiam obſeruandum eſt, ſingulare ſæpe vſurpari pro plurali, *l. 158.* & quas negatiuas valere affirmatiuam. *l.237.h.tit.*

¶ Iam quod ad res attinet, tenendum eſt, rei nomen, eſſe vocabulum (vt dialectici appellāt,) tranſcendens, quod omnia quæ in toto vniuerſo exiſtunt, vno ſignificatu comprehendit, *l.5.h. tit.* nec vllo prædicamentorum ordine aut gradu coercetur. Sed res omnes in doctrina iuris, ad tres ordines redigi ſolent: ad perſonas videlicet, res, & actiones: nam hæc ſunt obiecta iuris propria, vt alibi dictum eſt. *l. 1. & 2. de ſtat. hom. §.fin.Inſt.de iur. nat. gent. & ciuil.* Quare ſignificationes earum duntaxat rerum, quæ ad ea obiecta pertinent, hoc in Titulo inueſtigantur. Ac † primò quia triplex eſt perſonarum reſpectus; quorum vnus ex iure naturæ, alter ex iure gentium, tertius ex iure ciuili deſumitur: primò quo ad naturalem hominū reſpectum hic quæritur, quis hominis appellatione contineatur, *l. 152.* an monſtra, *l.135.* an is qui in vtero eſt, *l.153. 162,231.* qui mortuus naſcitur, *l.129.* ſpado, *l.128.* an nomine virili veniat mulier, *l.1.101.§.fin.195.* mulieris virgo, *l.13.* virgines viduæ. *l.542. §.vidua.* Qui comprehēdantur nomine parentum, *l.51.* liberorum, *l.56.148.149.220.* filiorum, *l. 84. 116.122.201.* filiarum, *l.164.* natorum, *l.104.* poſthumorum, *l.64.* puerorum, *l.161.304.* fratrum, *l.1201.* ſoceri, *l.146.* generi. *l.136.* nurus, *l.50.* neptis. *l. 136.* De reſpectu perſonarum iuxta ius gentium hæc exponuntur: quinam ſint liberi qui ſerui, *l.40.239.* & inter hos qui vrbani, ruſtici, villici, *l.203.* &c. qui patroni, *l.12.* liberti, *l.59. 105. 172. 284.* quis verè poſſeſſor, *l.39.* locuples, *l.134.* emptor, *l.110.* debitor, *l.108.* creditor, *l.10. 11.12.54.55.* hoſtes perduelles, *l.234.* &c. Circa reſpectum iuris ciuilis hæc traduntur: quid ſit ciuis, municeps, *l. 228.* incola, *l.229.* paterfamiliàs, *l.195.* materfamiliàs, *l.46.* familia, *l.40.166. 195. 196.* teſtator, inteſtatus, *l.64.* hæres, *l.65.70.170. 227. 219.* tutor. *l.221.* pupillus, *l.239.* ſequeſter, *l. 109.* plebs, *l.237.* collegium, *l.85.* collegæ, *l. 172.* contubernales, *l.184.* decuriones. *l. 239.* prouinciales *l.190.*

9 ¶ De rebus primùm in genere quæritur, quid ſit res, *l.5.6.23. 72.* opus, *l.5.* totum, *l.25. §. 1.* pars; *l. 25. 26.* deinde ſpeciatim de rebus corporalibus & incorporalibus. Corporalia aut publica ſunt: aut priuata: in publicis oſtenditur quid ſit vrbs, oppidum, *l.239.* vrbs Roma, *l. 87. 139.147.* bona ciuitatis, ſeu Reip. *l.15.16.* publica, *l.15. 16. 17.* publica vectigalia. *l. 17.* oſtentum. *l. 38.* De priuatis, quid ſit res mobilis aut ſoli: *l. 93.* deinde in mobilibus quid merx, *l. 66. 207.* pecunia, *l.4.97.178.222.* æs, *l. 159.* æs alienum ſuum, *l.213.* peculium, *l.182.* ſtipula, *l.30.* fruges, frumentum, *l.77.* glans caduca, *l.30.236.* pomum, *l. 205.* victus, *l.43.44.234.* veſtimenta, veſtis, *l.45. 127.* toga, *l.180.* inſtratum, ſtragula, *l.45.* ornamenta, *l. 74.* boues, *l.89.* carbones, *l.167.* ligna, *l.167.168.* vinaria vaſa, *l.206.* dolia, feriæ, amphoræ, *l. 206.* ruta cæſa, *l.243.* telum, *l.223.* arma, *l.41.* venenum *l.236.* malum nauis, artemon, *l.242.* tabernacula. *l.184.* De rebus ſoli, quid fundus, *l. 60. 111. 15.* ager, *l.27. 111.115.* ſylua cædua, *l.30.* terra noualis, integra, *l.30.* continens, *l.99.* littus, *l. 96. 112.* paſcua, *l.30.* pratum, *l. 31.* portus, *l. 59.* locus, *l.60.* area, *l.111.* prædia vrbana, ruſtica: *l.198.* ædificiū, *l.242.245.* ædes, domus, *l.203.* tugurium, *l. 180.* taberna, *l. 183.* taberna inſtructa, *l. 186.* proiectum immiſſum. *l. 242.* De incorporalibus quid ſit & contineat hæreditas, *l.3.24.119.138.165.178. vide l.62. J.tit.1.* hæreditas lege obueniens, *l.130.* hæreditas delata, *l.151.* ſponſio, *l.7.* ſolutio perfecta, imperfecta, *l.12.32.82.117.176.* actus, *l.19.* contractus, *l.19.20.* geſtus, *l.19.20.* donatio, *l.67.* bona, *l. 21. 39. 83. 88. 181. 208.* & ea quotuplicia, *l. 44.* reſtitutio, *l. 22. 35. 73. 75. 81. 246.* exhibitio, *l.22.* poſſeſſio, *l.7.* iura prædiorum: *l. 86.* fructus, vſusfructus, *l.25. 26.* vſus, *l.230.* via, *l.157.* ſtipendium, tributum, *l.27.* alienatio, *l.28.67.* deteſtatio, *l.40.* liberatio *l.46.47.* ſubſtitutio. *l.163.*

10 ¶ De actionibus, ſeu iudiciis: quid ſit lis, *l.36.* actio, *l.8. 78.* perſecutio, *l. 34. 18.* petitio, *l. 178.* cauſa capitalis, *l. 103.* notio. *l. 99.* præuaricatio, *l.112.* ſatiſdatio. *l.161.* pronunciatum, ſtatutum. *l.46.* tranſactum, finitum, *l.229.230.*

DE REGVLIS IVRIS
Tit. XVII.

1 *Quid ſit regula.*
2 *Quid cauſæ coniectio.*
3 *Quomodo concipiantur regulæ.*
4 *Regularum definitiones eſſe periculoſas*
5 *Quæ regulæ ad perſonas pertineant.*
6 *Quæ ad res.*
7 *Quæ ad actiones.*

1 QVod † ad regulas iuris attinet, quæ iuſti atque iniuſti ſcientiam breuiter comprehendunt, eas ſic definit Paulus: *l.1.hoc titul.* Regula eſt, quæ rem quæ eſt, id eſt, ius de rebus conſtitutum, breuiter enarrat: non vt ex regula ius ſumatur, ſed ex iure quod eſt, regula fiat: Per regulam igitur breuis rerum, quæ iure conſtitutæ ſunt, narratio traditur: & vt, Sabinus ait, quaſi cauſæ coniectio eſt, id eſt, in breui coactio. *Aſco. 3.Ver.* 2 Nam † cauſam coniicere, eſt argumentum rei breuiter & ſummatim iudici exponere *Cic.ad Heren.lib.2.Gell.lib.17.cap.5. & lib.5.c.10. Aſco. præall. loc. Duar. in l. iuriſgentium. §. quinimò. de pact. & lib.diſp.2.cap.46.* Vt igitur coniectio, cauſæ ſummam continet: ita regulæ, earum rerum quæ iure conſtitutæ ſunt, breuiaria atque ſummas complectuntur. Quare † & circa generalia iuris præcepta verſantur, & concipi ſolent 3 aut ſub vniuerſali ſigno, *l.omnes. l. in omnibus. l. omnia. l.nullum. cum ſimilib.h. tit.* aut in definito, *l.2.3. cum ſimilib.* quod vniuerſali æquipollet, *l.ſi plurib. 44. de leg. 2.* aut aliis dictionibus: quæ ſi non omnia, tamen multa comprehendunt: vt ferè, *l.ferè.100. & 196. h.tit.* plerunque, *l.plerunque.h. tit.* frequenter, *l.ea quæ.65.cum ſim.hoc tit.* & conſimilibus. Sed † cum in toto iure generi per ſpeciem derogetur: *l.in toto.* fit, vt regularum quę 4 res generatim comprehendunt, definitio exiſtat periculoſa: *l.omnes. 203.* vt non temerè eis ſit fidendum. Nec enim raro ſubuertuntur oſtenſa lege aut ratione, diſtinctione aliqua, propter quam in præſenti ſpecie locum habere non debeant: quod cum ait, amittunt ſuum officium, quaſi excluſæ exceptione. *l.1.in fin.h.tit.*

¶ Vt autem omne ius, ita & regulæ quæ inde ſumuntur, ad perſonas, res & actiones pertinent. 5 Ad perſonas hæ, quibus definitur, qua in parte fœminæ ſint maribus deteriori iure, *l.2.111.* quo vtantur iure furioſi, *l.5.41.167.* muti, ſurdi, *l.167.* liberi. *l.148.* filiifamiliâs. *l.4.94.* Deinde quæ ſint iura libertatis & liberorum, *l.21.107.137.140.165.* ſeruitutis & ſeruorum. *l.33.108.136.161.176.189. 212.* poſſeſſorum: *l.199.* tàm bonæ fidei, *l. 180.* quàm malæ, *l. 169.* item eorum qui dolo deſierunt poſſidere, *l.174.193. 200.* emptoris & venditoris, *l.199.* fideiuſſoris, *l.44. 111.* ſocij, *l.48.* debitoris, *l.67. 69.* &c. Poſtremò quæ ſint iura teſtantium & inteſtatorum, *l.7.143.* hæredum, *l.61.0 39.44.45.60.90.112.153.154.155.163.171.184.192*

195.192.200.bonorum possessoris,*l*.118.171. successoris,*l*.138.authoris,*l*.138.tutoris,*l*.74. pupilli. l.2.5.111.112.150.

¶ Ad res pertinent eæ regulæ, quæ ostendunt quid iuris sit in toto & parte,*l*.111.114.191.quanta in rebus cautio,*l*.261. quid obtineat in rebus quæ nullius censentur in bonis,*l*. 143.quid in rebus quæ sunt alicuius, tàm corporalibus, vt est domus, quæ dicitur tutissimum cuiusque refugium;*l*.62.104.quàm incorporalibus,cuiusmodi sunt iura sanguinis, *l*.2. testamentorum, *l*.12. 20 90.202.211.legatorum,*l* 18.hereditatum,*l*.39. 63. 74.92. 181.repudiationis,*l*.35.potestatis,*l*.8. 9. nuptiarum, *l*.31.158. actuum legitimorũ:*l*.7 8. cõtractuum,*l*.18.19.20.28.32.46.obligationum, l.131.145.196.alienationis,*l*.162.206.translationis iurium. *l*.55.121.163.186 iussus,mandati,*l*. 61. 130. 140. 200. ratihabitionis,*l*. 61. 195. venditionis,*l*.61.121.131. donationis,*l*.54.70. 83. 124. 126. 199. dotis, l.86. stipulationis, *l*. 187. aliorúmque factorum:*l*.32. 90. 198. quid seruetur in iis quæ contractibus accedunt, vt sunt res de quibus contrahitur,*l*. 49. 145. possibiles aut impossibiles:l.51.110.178. 149. item in iis quæ contractus aut firmant,*l*.30.86. 211. vt ius pignoris:*l*.119.aut repræsentant, vt tempus:*l*.14.17.30. aut tollunt. *l*.36.102. Item de circumuentione,*l*.50. & dolo, ac culpa: quis videlicet intelligatur esse in culpa *l*.37.51.130.175.204.dolo.*l*.56.64.70. 80. 100. 110.117.128.134.138.160.172. mora, *l*. 64. 89. 139. aut alio delicto *l*. 177. 195.198. quid præstet bona fides, *l*. 58. 179. possessio, *l*. 196. fructus rei, *l*.72. euictio.*l*.151. Sed in primis & præcipuè regulæ traduntur de interpretatione nominum, verborum & clausularum, quæ actionibus hominum explicandis adhibentur: vt quam vim habeant,& quomodo interpretandæ sint obscura, *l*.9 42.140.159. dubia,*l*.21.57.53. ambigua, *l*. 68. 86. 97. repugnantia, *l*.149. cauillationibus obnoxia, *l*.201. raiò vel frequenter accidentia, *l*.65.115.singularia,*l*.184.Qua in parte in genere præcipitur,iustis decretis rem temperandam esse:*l*. 86. & in omnibus maximè tamen in iure id est,iudicio spectãdam esse æquitatem.*l*.91. In contractibus, primò inspiciendum quid actum, etiamsi uerba non consonent:*l*.93.95. tum consuetudinem: postremò id quod est minimum,*l*. 35.& tempus contractus,*l*.19.30.

¶ Ad actiones & iudicia eæ regulæ spectant, quibus definitur, quid sit ius gladij,*l*.71.quę potestas magistratus,*l*.103. iudicis,*l*.132.137. quid sit arbitrium, *l*. 23. quæ vis cognitionis & iudicij. *l*.28.73.106.item de iure petitionis,*l*.34.actoris, *l*.42.43. 89. procuratoris,*l*. 166. rei,*l*.43.168, defensionis:*l*. 53.199.127. an proponi possint plures actiones, an plures exceptiones: *l*. 44. quæ actio alia momentosior. *l*.105. De petitionibus ante tempus,*l*.147.transitoriis in hæredem,*l*.170. pœnalibus.*l*.173.quis actionem dare possit *l*.103. De effectu exceptionis,l.113.& litis contestatæ:*l*. 87.88.99.125.182.quis condemnare possit,*l*.38.& quatenus.*l*.29. Item in condemnationibus spectandam ἐπιείκειαν & æquitatem, *l*.91.præsertim in pœnalibus:*l*.198.ad hæc,ætatem & imprudentiam:*l*. 119. effectum autem rei iudicatæ esse, vt pro veritate habeatur, *l*. 208. atque alia id genus:quæ omnia persequi,nostri non est iam instituti. Atque ita tandem γνῶν ὁρῶμεν: & primus hic labor, opinione nostra, quam initio operis conceperamus, longè maior difficiliorque: ad metam,adspirante Deo, decurrit: Cui soli, vero, iusto immortali, immensæ potentiæ & bonitatis Deo, Patri æterno,cum Filio suo Domino & redemptore nostro Iesu Christo, patefacto in Ierusalem,& Spiritu sancto effuso in Apostolos, conditori & conseruatori omnium rerum,& inprimis Ecclesiæ suæ ac honestorum studiorum,quæ Ecclesiæ ancillantur: sit laus, honor & gloria,in omnes æternitates, Amen.

FINIS.

RERVM ET VERBORVM PRÆCIPVE MEMORABILIVM INDEX.

ABigei qui sint 898 d. quomodo puniantur. ibid.f
abolitio quid sit 968 a.quomodo fiat. ibid.
contra Absentem quomodo procedatur 914 f
absentes an procuratorem relinquere debeant 230 b
contra Absentes quomodo procedant Saxones 969 d
absentia omnis & emansio dolosa & contumax præsumitur 100 c
absentia iustæ causæ. ibid.
acceptatio nulli fraudi esse debet 164 d
acceptilatio an conditionem recipiat 862 f. an sit iuris ciuilis 861 f.quid sit. ibid.c. quomodo contrahatur 862 d. vnde dicta 861 d
acceptilationis causa efficiens ibid. c.finis & effectus 863 a
acceptilationum materia 862 a
per Acceptilationes quæ obligationes tollantur ibid.
acceptum rogare & facere qui possint 861 f
de Accessionibus temporum 740 c
accrescendi ius in quibus obtineat 280 f. quid sit 281 a
accusare qui possint 910 b.quid significet 908 d
accusare qui possint 911 e
accusatio apud quem instituenda 909 b. quid sit 908 e
accusationis causa efficiens 909 a. materia 912 b
accusationis proponendæ forma. ibid.
accusatione pendente si reus decedat quid agendum 954 c
accusationes quomodo extinguantur 915 d
accusationum effectus. ibid.c. finis. ibid.b
actio cui competit, ei multo magis exceptio 252 f.quarum rerum non detur 829 e.quid sit 834 b. quomodo rectè intelligatur 424 d. vtrinque par & æqualis quando nascatur 403 a
actionis nomen quàm latè pateat 834 c.verbo quæ comprehendantur 37 f
actiones quomodo rectè proponantur 834 e
actionum causa & effectus 836 a
actionibus quando tempore præscribatur 827 e
actio ad exhibendum cui detur 342 d.contra quos detur 343 e.an cumuletur cum petitorijs. 341 f. de quibus rebus detur 344 c. ex qua causa detur 342 d. mixta cur sit, & dicatur 341 f. quid sit 342 a.vnde appellata 341.f
actionis ad exhibendum ad fine remedium 346 a. afinitas cum reliquis eius generis actionibus 341 e. vsus. ibid.f
in Actionem ad exhibendum quid veniat 344 f
in Actione ad exhibẽdum officium iudicis. ibid.e
in Actione ad exhibendum quis exhibeat 342 a
actio aduersus iusiurandum, & ex iureiurando 373 e
actio arbitraria cur in bonæ fidei iudiciis cesset 393 a.ex qua causa sit inducta 391 b. quamobrem ita dicatur: ibid. eiusdem forma. ibid.f
actionem arbitrariam non esse nouam actionis speciem 392 b
in Actione arbitraria quàm latè pateat iudicis potestas 391 f.quomodo interesse tàm actoris quàm rei æstimetur,ratio 392 c.
actio arborum furtim cæsarum an cũ L. Aquilia concurrat 880 g. cuiusmodi sit 881 b. cui, aduersus quos detur. ibid.
cum Actione arborum furtim cæsarum quæ concurrant. ibid.c
actio commodati contraria cuiusmodi,cui,ad quid detur 399 a. directa cuiusmodi, cui, ad quid, aduersus quem detur 398 f
actio commodati qualis.ibid.e.quotuplex. ibid.
actio confessoria quid 315 c.cui competat.ibid.f.non datur domino fundi 286 g
inter Actionem confessoriam & personalem differentia. ibid.e
actione confessoria quis aduersus quem,ad quid agat. ibid.d
actio damni quamdiu duret 321 f
actio de constituta pecunia, prætoria est & subsidiaria 394 a.
qualis 393 e
actione de constituta pecunia quæ res petantur 394 d
in Actione de constituta pecunia cur ex nudo pacto detur actio. ibid.b
actio de deiecto & effuso an in hæredes transeat, & quando sit popularis 326 g. cui aduersus quos detur 328 c
in Actionem de deiecto vel effuso quid veniat 326 b
actio de dolo quando detur vel non 219 e.471 c
actio de eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat, quando, cui, aduersus quos, ad quid detur 98 f
actiones 352 c
actio de inofficioso test. aduersus quos detur 252 e
actionis de in rem verso vtilitas 416 e eam esse perpetuam. ibid.
actio de libero homine exhibendo criminalis 816 c. cui,aduersus quem,ad quid detur. ibid.
actio de liberis exhibendis,item ducendis, cui, contra quem,ad quid detur. ibid.b
actio de metu arbitraria 215 e. in eam quid veniat. ibid.a
actio de peculio in quos ad quid competat 415 c.quando sit annalis 416 a
actionis de petitione hæred. partes duæ 264 a
actio de posito suspensóq; in quem, cui,ad quid detur 328 c
actio de quadrupede vnde descendat 317 d.cui,aduersus quem, & ad quid detur 319 b
actio de rationibus distrahendis 604 d
in Actione de tigno iuncto an detur rei vendicatio 878 b
actio directa an aduersus necessarium gestorem detur 205 f
actio doli qualis 133 d
in Actionem dotis repetitæ quid veniat 571 a
actio duplæ 487 e
actio emphyteuticaria ex qua causa, cui, & aduersus quos detur 273 g
inter Actionem empti & quanti minoris quid intersit 485 d

actiones empti & venditi directa & vtilis quibus, & contra quos dentur 455 e. qua forma proponendæ & agendæ 459 a. quales sint & quotuplices 455 d
in Actiones empti & venditi quid veniat 456 e
actio exercitoria aduersus quos, ad quid detur 405 b. eius ratio & causa 403 d
actionem exercitoriam non dari ex contractu natarum 405 f
actio expilatæ hæreditatis quibus, contra quos detur 902 e
actio finium regundorum ad quos fines, quásque causas pertineat 331 d. quibus, contra quos detur. ibid. f. eiusdem finis 332 c
actio furti aduersus nautas, caupones, stabularios 879 d. furti manifesti, neq; tamen manifesti, cur cum actione vi bonorum raptorũ concurrat 883 c
actio in factum 220 c. ab actione præscriptis verbis quàm longè absit 472 c. subsidiaria 324 d
actio iniuriarum an sit annua 892 b. an transmittatur 891 a. cui, aduersus quos detur 890 e. quomodo pereat. ibid. f
actio institutoria cui, de quibus rebus aduersus quos detur 408 f
in Actione institoria an & quomodo succurratur domino 409 f
actiones institorias perpetuas esse & directas 410 b
actio interrogatoria qualitas tantùm est adiectitia, non propria actionis species 347 b
actiones interrogatoriæ cur introductæ 345 c. in desuetudinem venerunt 347 d
actiones legis seu legitimæ quæ 25 e
actio metus causa, annalis & perpetua 217 a. cui & aduersus quẽ non detur 216 f
actionis metus causa, affinia remedia, quæ vim passis dantur 217 d
actio negatoria quid 315 d. cui ad quid detur 287 a. quæ & vnde dicta. ibid. b. quare in incorporalibus, non in corporalibus detur. ibid. c
actio negocij gesti pro tutore vel curatore, cui, aduersus quos, ad quid detur 606 c. quare introducta. ibid. b
actio negociorum directa & vtilis 206 a
actio negociorum gestorum ex qua causa detur 204 b. quibus competat. 205 c. transitoria. ibid. e
in Actionem negociorum gestorum contrarium quid veniat 206 d. in directam quid veniat. ibid. b
in Actionem noxalem quid veniat 329 b
actiones noxales adiectitiæ tantùm sunt qualitates. ibid. d in delictis publicis non habent locum. ibid. a. quæ ciuiles, quæ prætoriæ dicantur. ibid. d quare de tur 328 f
de Actionibus noxalibus generale edictum 330 b
actiones personales & reales an possint venditione alienari 449 e
actionum personalium proprium 256 c
actio petitionis hæreditatis quam ob causam dicatur & sit vendicatio 264 d
actio pignoratitia contraria qualis sit, cui, quando, aduersus quem, ad quid detur 402 b. vnde appelletur 399 f. directa qualis sit: cui, quando, aduersus quem, ad quid detur 400 f
actio pœnalis de corrupto iurisdictionis albo, cui, contra quem, ad quid detur 71 e
actiones populares quales & cui competant 905 b
actiones populares, omnes supra annum non extendi 327 b
actionib. præiudicialibus quomodo agatur 725 b
actio præscriptis verbis qualis sit 472 b
actionem præscriptis verbis ex duplicib. contractibus dari 466 a
actiones præscriptis verbis quare sint contractus innominati 469 f
actio Publiciana contra dominum non datur 273 e. cui detur. ibi. b. ad quid detur. ibi. d. vnde dicta 272 e
actionem Publicianam quare prætor introduxerit. ibid.
actio quanti minoris qualis 485 c. quasi institoria 409 d
actio quod iussu vnde oriatur 418 a
actio receptitia vnde dicta 394 f. redhibitoria aduersus quem competat 485 a
actio repetendæ dotis nomine, cui, aduersus quos detur 570 f
actio rerum amotarum quibus, contra quos detur 574 d
actionis rerum amotarum effectus 575 b. ratio & causa 574 d
actioni rerum amotarum quando sit locus. ibi. c
in Actionem rerum amotarum quid veniat 575 a
actio rescindẽs & rescissoria 232 b. restitutoria 420 a. sequestraria 425 g. serui corrupti 348 c
actio si familia furtum fecisse dicetur 879 f. si mensor falsum modum dixerit, ex qua causa, cui, aduersus quos, ad quid detur 351 a
actio stipulationis, de rebus pupillaribus, cui, quando, aduersus quẽ, ad quid detur 865 e
actiones subsidiarias dari in casibus dubiis ad lites præcidendas, quæ aliâs non darentur 471 b
actio tributoria quare & vnde ita dicta 410 e. in eandem quid veniat. ibid.
de Actione tributoria edictũ prætoris 411 c
actio vi bonorum raptorum cui detur 882 d. cuiusmodi, aduersus quem, & ad quid detur. ibid. e
actio vtilis quoties detur 322 d
apud Acta fieri quæ intelligantur 616 c
actor quis sit 245 f. vnde dicatur. ibid.
actorem suo iure metiri actionem 267 d
actores qui 197 a
actus à iudice tempore feriarum factus, quando nullus 104 a
actus continui & discontinui discrimen in quibus obtineat 820 d
inter Actum & iter differentia 311 c
actum non redigi ad nihilum, deficiente causa impulsiua 551 e
actu contrario seruitutem amitti 317 a
addicere quid 56 b. 447 a
addictio in diem quomodo contrahatur 446 c
addictio quid sit. ibid. a
addictionis conuentio vnde nomen habeat 447 a
addictionis in diem vis & effectus 446 d
aditionis causa efficiens, & formalis 635 e. finis & effectus. 636 b. forma & solennitas 635 f
aditionem esse perpetuam 636 c
aditionem retrahi posse. ibi. e
adire hæreditatem quid sit 635 d
adoptare qui quos possint 43 f
adoptatorum iura 45 c
adoptio naturæ imitatrix 44 a. quid sit 43 b. quotuplex. ibid. d
adoptionis confirmatio quando & à quo impetranda 45 d. causa efficiens 43 d. causa formalis 44 c. effectus 45 d. solennia 44 f
de Adrogatoris cautione 45 e
adsessores vnde dicti 66 a
adsessorum creatio & officium 65 c. salarium 66 c
pro Adulteris qui habeãtur 926 f
adulterium ab actu, an à voluntate intelligatur 922 d. in qua muliere committatur. ibid. f in solutam, meretricem, sponsam an committatur 923 c. quid sit 922 b. quos maculet 921 d
adulterum sine dolo non committi 926 d. vnde dictum 922 b
adulterij ob vxore virum accusari non posse 925 f. accusandi forma olim quæ 927 a
adulterij accusare pater, agnati, extranei quando possint 925 d. accusare qui possint. ibid. qui accusari 926 c
adulterij intra quod tempus accusandum 927 f
adulterij pœna quæ 929 g. quanta atrocitas 921 c
inter Adulterium & stuprum differentia. ibid. g
de Adulterio quomodo ciuiliter & criminaliter cognoscatur 932 e
æ inocatio quid 955 e
ædenda quæ sint, vel non 110 d
ædere qui cogantur. ibid. e quid sit 109 e
ædificiorum vsus 18 d
æditio cuius fiat sumptibus 113 b. quotuplex 109 f
æditionis causa efficiens propinqua & remota. ibid.
προκαταρκτική 110 b
faciendæ forma 112 a. finis tum omnis in genere, tum quæ post litem sit contestatam 113 c. materia 110 d. petitio quomodo fiat. ibid. b
in Aeditione tempus adscribi an debeat 112 c
æditione non facta quid sequatur 113 d
æquitas in quibus consistat, & eluceat 24 a. naturalis quæ 118 d. quò referatur 23 f
aëris vsus communis 730 g
in Aere qui non habet, luat in corpore 83 f
æstimatio pluris quãto tempore terminetur 321 f
æstimatoria actio qualis 466 c. ex qua causa detur. ibi.
in Aestimatoria cuius sit periculum. ibid. e
affirmanti vni plus creditur quàm decem negantibus 525 e
agendi de inofficioso modus 252 e
agere, ad animalia propriè pertinet 311 c
agere qui possint 245 f
agere vel conueniri vbi quisque debeat 248 b
alea quare prohibita 349 b
de Aleæ ludo prohibito senatusconsultum 350 a
aleatorum hospites quomodo puniantur 349 c. quæ pœna. ibid. f
alienationi fundi dotalis an consentire mulier validè possint 562 d
de Alienatione rerum quæ actiones minori competant 610 b
in Alienatione rerum minorum quæ sint necessaria. ibi. a
alimenta quomodo relinqui possint 647 a
ambitus quid 963 f. vnde dictus. ibid.
anima non ex traduce, sed ab ore factoris, spirituum patre, creata 38 f. 940 e
animæ viuentis præcipuum indiciũ motus 940 g
animam pro vita poni in Scripturis. ibid.
de Annona accusare qui possint 961 b
de Annotatione bonorum 968 f
annulorum aureorum ius ex qua causa tribui consueuerit 724 b. quod ius olim fuerit. ibid. minus natalium restitutione, & quare. ibid. c
ἀνομία, καὶ ἀδικία 3 d
ἀντάποχαὶ 510 b
ἀντιφέρνη 558 a
ἀντίχρησις 473 d
apertionis tabularum testamenti effectus 637 f. solennitas. ibid. d
apostoli intra quod tempus dandi 999 d. qua forma. ibid. quando dandi. ibi. c qui ibi.
apostolos petendi tempus. ibi. d.
ἀποχαὶ 510 b
in Appellando quatuor tempora consideranda 997
appellantium temerè pœna 995 c
appellare qui possint 992 a. quid significet 990 e
non appellari ante sententiam 997
appellari à quibus sententiis & actibus tàm iudicialibus quàm extraiudicialibus possit 992 c. in criminalib. an possit 998. quis à quo possit 996
appellatio per procuratorem quando iustificari possit, aut non 1001 e. quid sit 991 a. species imperij magis, quàm iurisdictionis. ibid. d. vnde introducta. ibid. f
appellationis causa. ibid. interponendæ tempus 977. præsentandæ tempus 998. prosequendæ tempus. ibid.
appellationi qui renunciauit, eum non prouocare 996
de Appellatione tutoris, vel curatoris, vel magistratus creati 1002 c
apellationes quomodo instituendæ 993 e. quorum non recipiantur 998
appellationum finis & effectus 994 c. species 991 d
aqua an per alienum fundum duci possit 313 b. quomodo ducatur 312 e
aquæductus quid sit. ibi. d
Aquiliæ locus non est, vbi iniuria deest 321 a
arbitraria pœna etiam ad mortem extendi potest 182 b
arbitri sententiæ standum 239 g
ex Arbitri sententia hodie oritur actio. ibid. b
ab Arbitris an appelletur 996
de Arbitris edictum 238 a
arbitrium olim nullius efficaciæ, nisi adiecta pœna. 239 a. quid significet 391 e. quid sit, & quotuplex 238 b. quomodo finiatur 239 e
de Arbitrij suscepti exequutione edicti pars 238 d
arbitria affinia iudiciorum 247 f
arborum nomine quid contineatur 881 a
armorum appellatione quid veniat 935 a
de Arrestatione iuris Sax. 377 c

arrhæ in sponsalibus datæ materia 534 d
arrogatio & adoptio vbi fieri debeant 45 a
arrogationis iura. ibid.f
articuli probatorij aduersæ parti cōmunicandi à quib. 524 a. impertinentes. ibid.c
attentata quomodo reuocentur 1000 b
aucupium quatenus & quibus licitum 734 d.
per Auersionem conducere quid sit 404 e
Aulus Ofilius 55 c
authorandi forma & solennitas 595 e
authoratio in quibus necessaria vel non 594 e
authores qui quibus esse poßint. ibidem.c
authoritatis tutorum vel curatorum finis, & effectus 596 g
inter Authoritatem & consensum differentia. ibid.a
authoritatem præstare quid sit 593 f

B

BAnniti nostri temporis vtrum deportatis an relegatis adæquentur 988 c
beneficium actionis vtilis quare fideiussori non detur 593 c
de Beneficio actionis vtilis ibid.
beneficium cedendarum. ibid.b
beneficium l. final. C. de iur. de lib. 634 b
bona an mala fide quis poßideat, nihil refert 295 e
bonorum possesßio à quibus quando petenda 676 b
bonorum possesßio contra tabulas quibus dari poßit. ibid.e. quare nō detur exhæredatis. ibid.f
à Bonorum possesßione certo tempore petenda qui excusentur. ibid.c

C

CAedes quo teli genere fiat nō esse discrimen 941 c
de Calumnia quomodo cognoscatur 966 a
calumniari quid sit 965 f.
quis dicatur 207 c
in Calumniatores quæ actiones, quibus, aduersus quos, & ad quid dentur. ibid.e
calumniatorum quæ pœna 208 c
canis numero pecudū an sit 320 e
capio quid sit 718 b
caput hominis iure ciuili quotuplex 40 f
capitis minutio quid 226 f
capitis minutionis quot & quæ genera 227 a
captiuitate quatenus acquiratur dominium 736 b
captiuorum fugientiū pœna 916 c
casus periculosos præuertere expedit 327 g
causa capitalis quæ dicatur 1001 f
causa quid 494 b
causa impulsiua licet deficiente, non tamen ad nihilum redigi actum seu contractum 551 e
de Causa liberali agere quibus permissum 725 c
causæ liberales. ibid.b
causas capitales per procuratorem non iustificari 1001 f
caueri ab vsufructuario quando & quomodo oporteat 292 b
cautio iuratoria an ab actore in criminalibus recipienda 96 e
cautio qualis exigi videatur. ibi.c
cautionis hodiernæ forma 94 b
de Cautione in iudicio, quæ fit pignoribus 95 c
in Cautione vsufructuarij quid insit 291 e
cautiones in noxali causa quomodo instituantur 98 c
cedere bonis qui poßint 770 c.
quid sit 769 d
cedere quid significet Concio 106 e
census ratio quæ fuerit olim in ciuib. Romanis 1024 g. quæ pòst inuita in prouinciis 1025 a
certum ex quo contractu petatur 364 c
certum quid sit. ibid.d
cesßio bonorum an hodie admittatur 770 a. quomodo fiat. ibid.e
in Cesßionem bonorum quæ cadant. ibid.d
cesßiones bonorum quare introductæ 769 e
cesßionum finis & effectus 770 f
χρήσεως δόσις 814 e
citare qui poßint 88 e
citari qui poßint. ibid.f
citatio & citare quid 84 c
citatio in quibus causis facienda 86 a. initium litis 87 a
citationis causa efficiens, instrumentalis, προκαταρκτική 85 c. causa finalis 86 f. effectus 87 a. forma communis 86 c. origo 85 c. partes 86 e. species 85 a
ciuitas an habeat priuilegium personale 775 d
clàm fecisse quis videatur 812 d
cloaca quid sit, & vnde dicta 309 c
cloacæ immittendæ ius, seruitus prædij vrbani. ibid.
de Cloacis purgandis interdictum, & eius explicatio 811 d
de iisdem aliud restitutorium. ibid.g
codicillus an in scriptis fieri debeat 640 e. quid sit. ibid.d vnde dictus. ibid
codicilli quomodo reuocentur 642 b
codicillorum causæ 641 c. effectus 642 a. forma 640 e
in Codicillis quare hæreditas relinqui nequeat 641 a
in Cognitionem causæ minoris quid veniat 214 c
cognitionum iudicialium genera 245 a
collatio quomodo fiat 678 f
collationi inter quas personas locus sit. ibid.b
collationes quid sint. ibid.a.
vnde ortæ ibid.
collationum causa efficiens. ibid. effectus 679 b. finis ibid. varia iura 678 a
collegium quot personæ constituant 196 b. quomodo distet ab vniuersitate. ibid.c
collegia prohibita quæ. ibid.d
collegia vnde dicta. ibid.b
de Collusione detegenda 726 c
commissa pactione quod venditoris priuilegium 447 d
commodare quid 397 b
commodatarius ad quam culpam & custodiam teneatur 398 c
commodatum vnde dictum, & quid sit 397 b
commodati actio qualis 398 e. causa efficiens, materia, forma, finis 397 c
inter Commodatum & mutuum differentiæ. ibid.f
commodari quæ res poßint. ibid.d
communi diuidundo actio ex qua causa detur 339 d. qualis. ibid. quare introducta. ibid. quibus, contra quos detur. ibid.e quomodo differat à reliquis actionibus ibid.a
in Communi diuidundo actionem quid veniat 340 c
communi diuidundo iudicium quale sit. ibid.e
ex Communi diuidundo iudicio vtilis actio 339 e
communium diuisio quomodo facienda 340 c

communio

communio discordiarum causa 334 d. quarum sit rerum 434 g
ad Commutationem instam quæ requirantur 10 d
comparitio in ius quibus remissa 88 b
comparitionem in iudicio quid sequatur 106 d
compensatio an ipso iure fiat 422 e. in quibus debitis locum habeat 421 e. quid sit. ibid. c. vnde oriatur. ibid.d
compensationis effectus, affinia, cōtraria 423 e. ineundæ forma. 422 d
compensationem in criminibus publicis non habere locum 421 e. non in speciebus, sed in quantitate & genere locum habere. ibid.f
compensationum finis 423 d
compromissorum causa 237 f
conatus pro effectu quando puniatur 953 b
in Conceßione aliqua quæ intelligantur esse concessa 729 g
conclusio libelli in quibus consistat 107 b
concubina quæ sit 579 b
concubinatus quare permissus, quid sit. ibid.
in Concubinatu quam habere liceat, vel non. ibid.c
concußionis crimen quod 898 a
concutere quis dicatur. ibid.
condictio causa data, causa non secuta, ex qua causa detur 378 f
condictio certi 842 e. certi & incerti 364 c
condictio cui detur vel non detur 384 b. ex lege quando, contra quem, ex quibus obligationibus detur aut non 388 f
condictio furtiua cui & aduersus quos detur 387 c. quid sit. ibid.b. quare non detur translato dominio. ibid.a quomodo concurrat cū actionibus rei persecutoriis 386 e. item cum pœnalibus. ibid.
condictio indebiti ex qua causa detur 382 a. quando cesset 383 d. quæ, contra quem, ad quid detur 384. quid sit ibid.
condictio nulla est debiti naturalis 383 ob turpem vel iniustam causa quando cesset 380 f. 381 c. quando detur 380 g
condictione causa generalis 386 d. in subsidium datur. ibid. latißimè patet 385 c. quibus casibus detur ibid. quomodo concurrat cū condictione causa dati 386 a. quomodo concurrat cū condictione indebiti 385 c
condictio triticaria ex quibus causis ad quas res detur 389 f. vnde nomen habeat. ibid.
condictionis ex lege vsus & exempla ibid.d. furtiuæ ratio 385 e
condictionis nomine quæ veniant 364 c. ratio 382 c. triticariæ vsus 389 g
condictioni ob turpem vel iniustam causam quando locus sit 380 g. persona quando locum faciat 393 g
in Condictionem furtiuam quæ veniant 388 b
de Condictione indebiti regula generalis 382 b
in Condictione triticaria res quæ petita est, cuius temporis æstimationem recipiat 390 b
condictiones ex quasi mutuo 378 e
condictionum alteratio 391 a
conditio impoßibilis quæ 631 f. poßibilis quæ, & quotuplex 632 b
conditio melior adferri quando dicatur 446 f
de Conditione cretionum 632 g
conducere per auersionem quid sit 404 e
in Conducti actionem quid veniat 465 d
conductor quando dolum, culpam, custodiam præstet 464 g. quis sit 461 f
conferri quæ nō bona poßint 678 e
confeßio cui noceat 768 c. de quibus rebus facta valeat 766 e. quotuplex. ibid.b
confeßionis causa efficiens. ib.e. extraiudicialis effectus 768 c. finis & effectus 767 d
post Confeßionem an ferenda sententia. ibid.f
confeßiones quando faciendæ 766 g
confeßiones quorum operentur aliquid. ibid.c
de Confeßionibus validis versiculi 767 d
confessus pro iudicato est 164 b
pro Confeßis qui habeantur 986 a
de Confirmatione tacita & expressa 565 d
confirmationis bonorum circumstantiæ 984 a
confiteri quis non videatur 164 e
coniicere quid 955 d
coniugium legitimum & non ratum 537 f
coniugium quæ vel impediant, vel dissoluant 546 d
coniugiū ratum & legitimum 538 a. ratum & non legitimum 537 g
coniugij ius consuetudine induci non potest 536 f
pro Coniugio in dubiis pronunciari tutius 570 b
coniugia clandestina quæ 537 e. publica quæ sint. ibid. vera & præsumpta quæ dicantur 538 b
coniugia ob vllum delictum dissolui noluit Iustinianus 570 b
coniuncti qui vocentur 281 b
coniunctio quotupliciter fiat. ibid.
coniunctio re, verbis, re & verbis quomodo fiat. ibid.
consensus parentum in matrimonio quomodo interueniat 540 a. patris in nuptiis necessarius 539 a
consensus in nuptiis tacitus 540 a. matris, curatorum & propinquorum in nuptiis an necessarius 539 b
consentire in matrimonio quando putetur filius vel filia 534 b
consolidatione vsusfructus amittitur 316 f
constituendi pecuniam forma 395 f
constituere quid 393 f
constitutæ pecuniæ iudiciū cuiusmodi sit 396 a
constitutæ pecuniæ iudicium quomodo cum aliis concurrat. ibid.d
constitutio pecuniæ quare pure non rectè fiat 395 f
constitutiones posteriores prioribus sunt potiores 37 c. Principum quò pertineant 36 d
constitutionum authoritas. ibid.f. species. ibid.
constitutum an sit debitum 395 a
consuetudo circa quam materiam versetur 32 g. generalis & specialis quæ. ibid. b. qualis esse debeat. 33 a. quid 31 f. quotuplex. 32 b
consuetudinis finis 35 e. effectus. ibid.d. principium rationabile 34 b
ad Consuetudinē inducēdam quæ requirantur 33 f
consuetudinem introducere qui poßint 32 c
in Consuetudine probanda quæ veniant 34 f. quomodo probentur. ibid.
consularis potestas eneruari quando cœperit 51 c. Romæ præcipua. ibid.b
consulis officium quod. ibid.e
contractus emphyteuticus quid sit 274 e. quid cum locatione &

cōductione habea commune, quid ab ea diuersum 864 c
in Contractu auersionis cuius sit periculum 454 b
in Contractis quatenus liceat decipere 450 e
contractus accessorij induere debent naturam principalis 395 d. semper induunt naturam principalis contractus 118 a
contractus irriti 960 b
contractus consensu quare constare dicantur 429 c. personarum qui sint 531 e. quidam curre contrahi dicantur 357 f
contractuum nominatorum & innominatorum ratio 379 c. innominatorum genera 470 a
aduersus Contrahentes cum magistro nauis quomodo consulatur domino 405 d
ad Contribuendū qua actione agatur 407 a
contributio quando cesset. ibi.e
contributionis exemplum 406 d. ineundæ ratio 407 b
in Contributionem quæ veniant 406 d
in Contributione quomodo res æstimentur 407 c
conuentio legitima quæ sit 119 a. publica quæ 118 c
conuentionis priuatæ diuisio. ibid e
conuentiones innominatæ quotuplices sint 119 e
conuentiones iuris gentium quomodo diuidantur. ibi. d. vnde ortum habeant: ibid. nominatæ quæ sint. ibid.
ex quibus Conuētionibus actio nascatur. ibi.a
conuiciū quomodo fiat 838 e. vnde dictum. ibid.
credere quid sit 357 a
creditor ad exhibendū pignus tenetur 343 f. an de euictione, & de iure dominij impetrando teneatur 480 a. quis sit 357 b
creditoris voluntate soluitur pignus 481 b
creditori quomodo succurratur, si debitor hypothecam teneat 480 c
creditores diuidere quomodo debeāt 776 g. hypothecarij personalibus præferuntur 774 g
in Creditorum priorum locum qui succedant 477 b
inter Creditores chirographarios quis cui præferatur 775 b
creditum quid sit 357 b
in Creditum quot modis eatur. ibid.d
cretionum conditio 632 g.
crimen fateri quis videatur 164 b
crimen læsæ maiestatis quid 919 a
criminis læsæ maiestatis pœna. ibid.f
de Crimine læsæ maiestatis qui quos accusare possint. ibid.c
criminum extraordinariorum pœna quæ 896 c
in Criminib. extraordinariis quomodo procedatur. ibid.
culpa quid sit 324 b. lata quæ 531 c.
Cuiacij laus 172 c
culpæ latæ nomine quis teneatur 428 g
cura seu curatio quid 586 d
cura datiua quæ sit. ibid.e
cura furiosi, prodigi, & aliorum extra minores, quomodo finiatur 912 d
cura legitima quæ sit 586 d. mulierum qualis sit 612 c
curæ species 586 d
curator mulieribus an detur 612. à quibus detur. ibi.
curatores ad quid dentur 586 c. à magistratu quibus & quomodo dentur 590 a. an necessariò petantur. ibid.e. quibus dentur 586 b
curatores ciuitatis Cuiacio qui 1018 f
curatorum quorundam officium 612 c
in Curatoribus constituendis quæ obtineant 586 b
custodiæ quando quis mancipandus 916 b
custodum fugiente captiuo pœna. ibid.d

D

DE Damno dato in turba, edictū & actio 883 f
damnatum alieno nomine infamia non sequitur 164 a
damnatorum liberis quid debeatur 985 a
dare ob rem vel ob causam quid sit 380 c
dare quid sit 133 b
debitoris personæ mutatione pignus soluitur 482 d
debitum an aliud constitui possit, quàm quod debetur 395 a. cuius in compensatione habeatur ratio, quale debeat esse 412 c. ex qua causa constituatur 395 b. quomodo accipiatur tàm in personis quàm in rebus. ibid.
defendere quid sit 194 a
defendi quis dicatur, aut non 230 f
defensio ob quas causas detrectari possit 194 e. quomodo institui debeat 195 c
in Defensionis probatione si reus deficiat, quid seruandum 947 a
defensoris officia 195 c
defensores necessarij qui 194 c. qui esse possint. ibid.f. quomodo admittantur. ibid. quotuplices. ibid.b
deiectum quid significet 325 d
delegare an possit vnus reus inuito altero 848 c. quid sit 857 e. quis possit. ibid.f
delegatio à nouatione quid differat. ibid. e. quomodo contrahatur. ibid.f
deliberandi ius nouum 634 b. ius quale olim 633 a
deliberatione pendente quæ res alienari possint 634 a
delictum nō excusari dignitate, sed potius aggrauari 1013 e
ex Delicto singuli in solidum obligantur 90 d
delicta extra ordinem coerceri quæ soleant 896 d
denominatio vnde fiat 128 b
de Denunciatoribus 908 c
deponi quæ res possint 424 f
deportandi forma 987 e
depositario quæ competat actio 430 a
cōtra Depositarium quibus actionibus agatur 426
depositum quas pactiones recipiat 425 a. quomodo contrahatur. ibid. quid sit 424 d. vnde dictum ibid.
depositi actio aduersus quem detur 426 f. in simplum 428 e. ciuilis ib.a. cui detur 426 a. directa contraria 430 a. quatenus in hæredes detur 42c
depositi causa efficiens 424 e. in simplum actio 4 e
in Depositi in simplum actiem quid veniat. ibi.
depositi iudicium perpetuum est ac famosum 9 b
depositi simile 25 c
inter Depositum & sequestrationē differentia. ibi.d
derelictum idem esse quod nationem 759 e
pro Derelicto quis videatur habere. ibid.
desistentium pœna 967 a
desistere quid 966 f
differre litem quid sit 104 d
dilatio quid sit. ibid. quibus detur

tur 165 b
dilationis dandæ modus quis. ibid.e
dilationis propria 104 e
dilationes ex qua causa dentur 105 b. ob quam causam dentur & petantur. ibid. f. quot dandæ causarum singularum & personarum respectu. ibi.c. vnde & à quibus dentur 104 g
dilationum effectus 105 g. materia quādo amputanda. ibid.d. materia vel obiectum. ibid.b. species 104 f
disciplina naualis Rhodiorum 406 c
dissentiēdi à patre potestas in matrimonio quando liber. concessa 534 b
dissolutio cuiusq; rei quomodo fiat 450 c
ad Distractionem bonorum quando perueniatur 773 e
diuertentis iniustè pœna 56 b
diuisionis beneficium quibus tutoribus competat 592 e. quæ ratio ineunda 337 a
inter Diuisionē, & diuisionis placitum differentia 338 d
diuortium an hodie concedatur 567 f. cum corrupta an admittendum 548 e. hodie ex qua causa admittatur 568 a. quid sit 507 d. quomodo fiat. ibi.e
dolus defuncti an obliget quenquā 427 c
dolus malus quis sit 219 c. quibus olim casibus vindicatus 218 d
dolus quid sit 162 a. quomodo insit contractibus 451 b
dolum malum abesse, clausula 866 d
de Dolo actio quatenus transeat ad hæredes 222 c. quo tempore finiatur 221 e
dolo facere quis videatur 433 d
dolo malo fecisse quis putetur 88 g. & quis dolus malus 99 a
dolo possidere qui desiit, quomodo cōueniatur 330 a
de Dolo qualem actionem, cui, aduersus quos prætor det, & ad quid 220 e
dolo quomodo quid factum dicatur 828 f
ex Dolo suo vtrum quis infametur, an etiam ex culpa 162 b
domestici an testimonium rogari & prohibere possint 519 b
dominium confusione & mixtura quomodo acquiratur 736 g. directum an ex voluntate domini adiiciatur 744 c. iure ciuili quomodo acquiratur 737 c. iure gentium quomodo acquiratur 728 c. 736 b
dominium & ius habere in re, satius quàm actionem & ius ad rē 559 c.
dominium plenum qui habere dicatur 727 g. quando traditione transferatur 444 e. quid sit 727 c
dominium specificatione quomodo acquiratur 736 d. venatione quomodo acquiratur 728 e. vnde dictum 727 b
dominij causa efficiens, & formalis 728 b cognata 738 c. diuisio, partes, & species 727 f. finis 738 b. materia 737 d
dominio contraria 738 d
dominium rei dotalis ad mulierem redire ipso iure 570 e
dominiorum effectus 738 e
dominus & domina an actionem furti cum seruo habere possint 878 f. ob delictum serui conueniri potest 328 f
domini proprietatis erga habitantē aut vsuarium officium 291 b
domino sua res quare non rectè legetur 646 a
donare quis cui possit 713 f. qui quib. causa mortis possint 718 c
donari aliena res quomodo possit 759 b
donari causa mortis quæ res possint 718 f
donari quæ res possint 714 e
donatio causa mortis quæ sit 717 e. quomodo fiat 720 a. quomodo resoluatur, vel reuocetur. ibid.
donatio propter nuptias quæ 557 g. quomodo distet à donatione ante nuptias 558 b
donatio quid sit 712 f. simplex quid 713 e. sub modo, causa aut conditione, quid. ibid. vnde dicta 712 f
donationis causa efficiens 713 d
donationis causa mortis effectus finis 720 c. species 717 f
donationis causam, nisi exprimatur, non præsumi 833 c
donationis diuisio 713 c. effectus 716 b. finis. ibid.
donationis propter nuptias adfinia & species 558 d
in Donatione causa mortis an locū habeat pœnitentia 720 d
donationes cuius sint iuris 712 e
donationes inter coniuges quare prohibitæ 563 d
donationes quædam cur insinuatione indigeant 715 d. quatenus reuocentur 565 b. quomodo contrahantur 714 f. quomodo firmentur. ib.d. quomodo reuocentur, & retractentur 716 f. simplices an cōferantur 679 e
de Donationum natura 716 b
in Donationibus causa mortis quot testes requirantur 720 a
dormiens furioso similis 889 d
dos nudo pacto an constituatur 556 e. quare conferatur 679 d. quid sit 555 b. quo casu exigi possit constante matrimonio 557 e. quomodo constituatur 556 d. quomodo legetur 649 a. sine certa quantitate an cōstitui possit 556 e. vnde dicta 555 b
dotis affinia 557 g
dotis dominus quis sit, constante matrimonio. ibid.c
dotis exactionem quæ causæ impediant 571 d. finis & effectus 557 a
ad Dotis restitutionem maritum compelli, matrimono soluto. ibid.d
dotis species 555 d
dotem cuiusmodi impensæ minuant 571 f
dotem esse in dominio mulieris, licet sit in bonis viri 555 c
dotem iure Sax. transire in bona mariti 559 b
ex Dote quæ actio detur 557 a
dotes nuptias sequi 555 a
sine Dotibus an nuptiæ esse possint. ibid.
res Dotales quo die sint restituendæ 572 a
dotalia non esse propriè vxoris, sed viri 564 c
à Ducibus Saxoniæ an appelletur 996

E

EBrietas an in cædibus excuset 948 a
ebrius duplici pœna afficiendus. ibid.
edictum de calūniatoribus 207 b. de constituta pecunia 394 c. de deposito 428 b. de dolo 219 b. de eo qui conscius fraudulenti consilij, cum debitore contraxit 780 b. de in ius vocando extensum, ne quis de domo vocetur, neue puella impubes vocetur 83 c. de in ius vocando quamdiu detur. ib.e. de iure deliberandi 633 c. de iusiurando 373 c. de metu &

vi 511 e. in rem scriptum cui & aduersus quos detur 214 b. de negociis gestis 204 d de peculio 415 e. deposito suspensoq; 328 a. de rebus authoritate iudicis possidendis seu vendendis 774 a. de religiosis 353 a. de religiosis de quo loco agat. ibid. b. de restitutione capite minutorum 226 b. eius explicatio & ad quos pertineat. ibid. c. de restitutione maiorum vinginti quinque annis 228 e. de sepulchro violato 897 c. de seruo corrupto 348. d de ventre inspiciendo, custodiendoq; partu 576 e
edictum perpetuum à quo compositum, & cur sic dictum 26 e
edictum Prætoris de iniuriis 890 b
edictum, quod falso tutore authore gestum esse dicetur 607 a. edictum, si quis ius dicenti non obtemperauerit, ad quos magistratus spectet 76 g. vtrum competat litigatori 77 a. ad quid detur. ibid. d
edictum vi bonorum raptorum 882 e
edicti de aleatoribus pars prima & secunda 349 d. de calumniatoribus interpretatio 207 c. de constituta pecunia explicatio 394 d. de deiecto vel effuso caput primum 325 a. alterum 328 a. eiusdē ratio 325 a
edicti de dolo ratio 219 b. de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata, forma & ratio 884 d. de in ius vocando, interpretatio 63 a. eiusdem partes 81 d. ratio. ibid. b. forma 80 f
edicti, de non eximendo in ius vocatum, ratio 90 a. de pecunia constituta explicatio 394 d. de quadrupede explicatio 318 d. de recepti restitutione duo capita 241 c
ex Edicti de recept. resti. secundo capite quæ detur actio, contra quos & ex qua causa 242 f
edicti de testamentis aperiendis, inspiciendis & describendis, ratio & summa 637 b
edicti ædilitij summa & finis 481 e
edicti, si mensor falsum modum dixerit, ratio 350 e. si mulier ventris nomine in possessione calumniæ, &c. ratio 578 e. si quis omissa causa testamenti ab intestato, &c. ratio 638 b. si quis testamento liber esse iussus fuerit, post mortem domini antè ad. hær. surr. aut corrup dicatur, forma & ratio 878 e. si ventris nomine in poss. &c. ratio 578 c. vt quod iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vtatur, causa 76 b. æquitas 73 f
inter edictum quod datur in eos qui iudicio sisti impediuerunt, & qui vi exemerunt, differentia 99 c
edicto de calumniatoribus quis teneatur 207 c. de dolo malo quando non sit locus 219 e
ex Edicto, de non eximendo in ius vocatum, quæ detur actio 90 c. & contra quos detur vel non detur. ibid. d. de in ius vocando quæ actio 82 f. de recepti restitutione qualisnam actio detur, & cum quibus concurrat 242 c. de religiosis qualis detur actio, & ea cui, contra quem, & ad quid 353 d. de sumptibus funerum quæ actio, cui, aduersus quem, ad quid detur 354 a. de minoribus vigintiquinq; annis nulla proficiscitur actio 225 c
edicto de restitutione capite minutorum, quando sit locus 227 d
ex Edicto, si mulier ventris nomine in possessione calumniæ, &c. actio cui, aduersus quem, ad quid detur 578 f
edicto, si quis aliquem testari prohibuerit, &c. quæ teneantur 639 d. si quis in ius vocatus non ierit, partis actioni non præiudicari 89 a
ex Edicto, si quis omissa causa testam. ab intestato. &c. in quem, ad quid actio detur 638 c. si ventris nomine in poss. cui, in quem, ad quid detur actio 578 c
edicta de missione in possessionem 771 f. 772 f. pro comparatione 89 a
edictorum formulæ quomodo concipi claudiq; soleant 327 f
effractorum pœna 901 d
effusum quid significet 325 e
emancipatio quid sit 46 b. quomodo fiat. ibid. c
emancipati quare suis conferre debeant 677 c
emi & vendi quæ res possint, aut non possint 441. a
emphyteusis in quibus rebus contrahatur, & quo modo 275 d. quomodo finiatur 276 a. vnde dicta, & quid sit 274 c
emphyteuseos causa efficiens 275 b. finis & effectus. ibid. f
emptio & venditio quomodo committatur 447 c. quomodo contrahatur 442 b. quomodo perficiatur 443 b
emptio qua ratione dissoluatur 450 c. quid sit 439 b
emptionis à permutatione differentia. ibid. c. causa efficiens 440 c
emptionis contractus conuentione suspenditur 443 f
in Emptionis & venditionis contractum quid, quantumq; veniat 441 e
emptionis & venditionis finis & effectus 444 b. materia 441 a. partes 440 b. pugnantia 445 c
emptionis origo 439 c
in Emptione conditionali cuius sit periculum 454 a
in Emptione in diem cuius sit periculum. ibid. c
emptiones vsurariæ quæ 493 e
emptionum & venditionum frequentia 439 a
emptionum pacta 443 e
emptor ad quid teneatur venditori 457 a. quando agere possit 458 a
pro Emptore quis habeatur 757 e. quis vsucapiat 756 b
inter Emptorem & venditorē hæreditatis quid agi intelligatur 449 a
ἐνδείκνυμι quid 941 a
ercíscere quid sit 334 f
erro quis sit 484 b
error in persona an rescindat & impediat matrimonium 548 b
error iuris in damno vitando nocere non solet 384. c. in pœnalibus 531 c. vnde probandus 532 b. iustus quando excuset 757 b
esse rei à quo dependet, ad eundem etiam debet referri præcipua eius vis, modus & effectus 403 b
euictio quid sit 486 c
euictionis in actione simplæ stipulationis quæ & quot capita 487 d
euictioni contraria 488 b
de Euictione actio quotuplex 487 c
de Euictione quem tenet actio cum multò magis agentē repellet exceptio 488 f
de Euictione quomodo caueatur 486 c
examinatione actoris & rei peracta quid sequatur 525 a
exceptio quid sit 821 a
exceptio de dolo, qui causam dat contractui 830. b. de his quæ onerandæ libertatis causa promittuntur. ibid. a. de litigiosis cuiusmodi sit. ibid. d
exceptio doli mali quamdiu competat 829. b. quàm latè pateat 828 d. quare detur. ibid. c. quibus obiici possit, vel non 829 a
exceptio rei iudicatæ quando obstet 826 e. quare detur. ibid. c. rei venditæ quibus, & contra quos detur 408 e
per Exceptionis obiectionem an lis videatur contestata 824 f
exceptionis pacti quæ causa 114 b
exceptionis proponendæ forma 823 d
exceptioni de dolo malo quando locus sit 829 a
in Exceptione metus quæ obtineăt. ibid. c
exceptiones proponi quando debeant 824 a
exceptionum causa efficiens & materialis 823 b. diuisiones & species 822 c. finis & effectus 824 e
exceptionibus contraria 825 b
excipere quid significet 819 d
excipiendi nomine quæ veniant. ibid. e
excusatio tutelæ quid 599 d
excusationis tutelæ causa efficiens 600. d
excusationis tutelæ vel curæ finis & effectus 602 c. proponendæ materia & forma 601 f
excusationem tutelæ vel curæ iustam quæ causæ pariant 600 d
executionis modus & tempus 764 f
exempla quæ 510 c
exercitor quis 404 e
exhæredationis causæ 620 f
ad Exhibendum plures agere possunt 342 f
exhibenda quæ sint, vel non 344 f
exhibere quid sit 342 a
exhiberi commistæ & specificatæ materiæ an debeant 344 f
exhiberi res in qua causa debeat 345 c
exhiberi vbi debeat 346 c
exhibitio quomodo sit facienda 344 f
exhibitionis consequentia 346 a
exiliorum diuisio 987 c
eximere quis videatur 90 b
existimatio quid sit 160 d
expilatores qui sint 902 a
expilatorum pœna. ibid.
expromissor quis 849 d
extraneum sub omni conditione rectè instituí 632 c
extrordinariè qui puniantur 896 d

F

Factores qui 408 d
factum vnius an noceat alteri 846 d
facta probari quæ debeant 686 d
falsarij qui 955 c
falsitas à dignitate alienißima 959 c
falsum in instrumentis an committatur 956 b. quid sit 955 b
falsi pœna 958 d
de Falso criminaliter & ciuiliter agi. ibid. b
falsis mensuris qui vtitur, quomodo puniuntur. ibid. a
fama quàm varia accipiatur 160 e. quid. ibid.
familiæ erciscundæ actio quando, & quamdiu detur 37 g. quibus detur 335 d
familiæ erciscundæ definitio 334 e. effectus 338 b. iudicium cur ciuile, duplex, mixtum, bonæ fidei, vniuersale 334 f. ex quot & quibus constet 336 c
in Familiæ erciscundæ iudiciū quid veniat. ibid. a
familiæ erciscundæ iudicium quale 334 f
familiæ erciscundæ iudicio quid petatur 335 c
familiæ erciscundæ ratio & origo 334 d
familiæ significatio. ibid. e
de Famosis libellis 895 b
in Fauorem cuiusquam inductum, non retorquendum in odium 894 c
ferarum genera 733 d
feriæ indictæ quæ sint 102 c. olim à quibus & hodie constituantur. ibid. e. repentinæ. ibid. c. solennes quæ sint ibid. quotuplices. ibid b. vnde sint dictæ, & quid sint. ibid a
feriarum colendarum modus & tempus 103 c. cumulatio Pontificiorum 104 c. diuisio 102 b. effectus 103 g. materia circa quā. ibid. b. necessariarum finis. ibid. f. publicarum species 102. b. repentinarum seu extraordinariarum finis 103 f. solenniū finis. ibid. e
die Feriato quibus de rebus ius dici possit 104 b
fides coniugalis in vinolentia data an obliget 552 e
fideicommissa quomodo distent à legatis 644 c. vnde dicta. ibid. e
fideiubere qui possint vel non 850 d
fideiussio an in duriorem causam accipi possit 853 c. quomodo contrahatur. ibid. b
fideiussionis causa efficiens 850 d. finis & effectus 854 e. materia 851 d
fideiussor an naturali, ciuili, criminali obligationi accedere possit. ibid. ad quid conueniatur 95 f. hodie in iudicio qualis dari debeat, & an pignora sufficiant 94 d. hodie quomodo conueniatur 8,5 a. quis 849 d. vnde dictus. ibid.
fideiussores in iudicio pluresne dandi, an vnus sufficiat 95 a. quando & quomodo conueniantur 607 g. quomodo conueniantur 854 f
fideiussorum pœna 917 f
pro Fideiussoribus qui habeantur 608 a
fictio quid sit 557 c
finium regundorum actio quomodo probanda 332 e. iudicium cuiusmodi sit. ibid. c
in Finium regundorum iudicium quid veniat: ibi. in eodem quomodo procedendum. ibid. e
finium regundorum iudicium quotuplex 332 d
finium regundorum remedia 333 d
de Finibus regundis iuris origo 330 e
filiusfamiliâs an rectè contrahat 412 a
fisci ius qui non habeant 475 a
fisco quando & quare locus fiat 639 e
contra Fiscum, quomodo præscribatur 969
flumen quid 308 c
fœdera quæ 118 c
fœminæ adoptare an & quatenus possint 43. f cuius iuris, seu in cuius potestate 42 c
fœnerandi modus licitus 492 a
formatum quod non est, vtrum nec animatum quidem possit intelligi 940 e
fructus vsui deest 276 b
fructus vnde dicti 493 f
fructuum species 494 a
frui pro parte, non vti, cur possumus 290
fugitiuus quis sit 484 b
fundus dotalis quis sit 562 a
fundum Italicum & dotalem

Iulia prohiberi 561 f
fundi cur dicantur seruire 277 a
funus ducere prohibito quæ detur actio 353 f
funeris causa sumptus factus quando videatur 354 b
furcæ, supplicium summum apud veteres 976 d
fures balnearij quando puniendi, & quomodo 901 a. *nocturni cur grauius puniantur. ibid. quando audiendi* 900 f
furioso an curator, an verò tutor proximus agnatus detur 611 c
furor quomodo probandus 948 d
furor an impediat & distrahat matrimonium 552 d
furtim cædere, cingere, deglabrare quid sit 881 a
furtum an voluntate sola, an conatu solo fiat 870 f. *quarum rerum fiat* 871 a. *quid sit* 870 e. 956 f. *vnde dictum* 870 d
furti actio criminalis 876 a. *dupli & quadrupli* 875 a. *in re hæreditaria quare cesset* 902 d
furti actiones ciuiles quæ 874 g
causa efficiens 872 f. *effectus* 874 f. *finis. ibid. iudicium capitale* 876 b. *materia* 872 f. *pœna ex qua causa teneantur* 873 f
in Furto cuiusmodi voluntas dolosa attendatur 871 c
furtum lege naturæ prohiberi. ibid. f
furtum qui quomodo faciant 873 e
furtorum species 871 g

G.

GErada Saxonũ quid 76 c. 559 c. 566 b. 654 b
gerere quid 205 e
glandis nomine quid veniat 815 d
de Gustatione vini, & de mensuratione explicata difficultas 453 d
gustus & mensuræ differentia 443 d
Guaranda 371 a
Guarentigionata instrumẽta 514 c

H

HAbitatio quibus extinguatur vel non 291 a
habitationis iura 290 e
habitationi quid insit 291 b
de Habitatione legata 647 f
habitator suorum culpam præstat 328 f
hæreditas delata quæ 625 f. *in codicillis quare relinqui nequeat* 641 a. *legitima quæ* 625 d. *quando perdat nomen. ibid.* f. *quid* 254 f. 624. a. *quomodo adeatur* 635 e. *quomodo diuidatur* 629 c. *quot modis & quo iure petatur* 255. b. *viuentis nulla est* 448 c
hæreditas vt veneat, quæ requirantur. ibid.
hæreditatis petitio præcedit diuisionem 336 a
hæreditatis res etiam rectè geruntur 205 d
de Hæreditate amittenda 636 e
ex Hæreditate surrepti aut corrupti actio cui & aduersus quos detur 879 c
hæres eodem iure vtitur, quo defunctus 489 a. *ex pacto non notatur infamia* 164 f. *vnde dictus sit* 624 a
contra Hæredem contumacis cur non iuretur in litem 376 f
hæredem instituere quid 625 a
pro Hærede quænam res vsucapiantur, quæ non 758 e
hæredes an etiã restituantur 209 c
hæredes & fideiussores eorũ quatenus teneantur 608 f
hæredum diuisio, & differentia 615 b
hæredibus actio depositi an detur 426 e
hermaphroditi cuius sint existimandi sexus g
homicida quod fecit, expectet, talionis lex vbi non valeat 894 e
homicidium an in fœtu necdum nato fiat 939 e
homicidium an sit, si in rixa homo sit cæsus 945 g. *quotuplex* 939 b
homicidij an teneatur, qui seipsum vel alium volentem occidit 943 c
homicidij lege an teneantur, quæ infantes exponunt 942 f. *pœna an teneatur castrans volentem* 943 b
de Homicidio à furioso & infante & impubere commisso 948 d. *à minore commisso* 449 a
in Homicidio animum occidendi præsumi 941 f
de Homicidio casuali per culpam commisso 947 e
in Homicidio doloso an discrimen personarum fiat 939 d
de Homicidio ex ira vel dolore 946 d
in Homicidio mandantem puniri & vt mandatarium 942 e
de Homicidio per ebrietatem commisso 948 a
in Homicidio probandum esse animum defensionis 946 f
hominis triplex respectus 4 a
hominis volantas mutabilis & ambulatoria 896 b
honorarium quid, & vnde dictum 350 f
hypotheca quid 400 a. 472 e
hypothecæ species 473 b
inter Hypothecam expressam & tacitam differentia 475 b
inter Hypothecarios quis cui præferatur 775 a

I

IGnorantia facti alieni quando excusationem mereatur 529 d. *an probabilis. ibid.*
ignorantia facti circa quæ versetur 528 d. *proprij quando præsumatur, vel non. ibid.* e. *facti quando quos excuset, vel non excuset. ibid. quid sit. ibid.* d.
quomodo non noceat 529 e. 531 b. *quotuplex* 528 d
ignorantia in quibus casibus non sit tolerabilis. ibid.
ignorantia iuris in pœnalibus à quibus excuset 531 c. *quando quos excuset vel non excuset. ibidem.* a. *quid sit* 530 f. *quotuplex* 531 a
ignorantia quæ non excuset ur. ibi. quando probanda 530. e. *quomodo probetur. ibid.* d. *quotuplex* 528 c
ignorantiæ iuris & facti differentia 530 g
ignorantiæ positio negatiua 528 b. *præsumptio quatenus ab onere probandi releuet, ibid. prætextus inutilis. ibid.* d
ignorantiam præsumi. ibid b
contra Ignorantiam iuris præsumptio 531 d
de Ignorãtia facti ne an iuris prius quæratur 528 c
Illegitimi in potestate non sunt 41 e
imbreuiatura quid 509 g
immiscere se hæreditati quid sit 635 c
impensæ studiorum, & similia, an conferantur 679 f. *voluptuariæ quæ sint* 573 d. *vtiles quæ. ibid* b
de Impensis necessariis. ibid. a
imperium cur & vnde dicatur 68 b. *merum quid. ibid.* a. *mixtum quid. ibid.*
imperij meri gradus quot. ib. mixti & iurisdictionis differentia. ibid. e
imperium mixtum quis habere videatur. ibid.
ad Impossibile nullus obligatur 96 c
impossibilia lege præcipi non possunt, nec debent 5 d
impubes an in suppliciis pro doli capace habeatur 949 a
impuberes in tutela cur esse debeant 585 d. *testimonium dicere prohibentur* 517. g
de Incendiariis 950 d
incendij quæ pœna 885 a
indebitum quid sit 382 c
inducere quid sit 623. c
infamia an sit perpetua 170 f. *quibus irrogari possit vel non* 161 f
infamia facti alia leuior, & grauior alia. ibid. d *quid, & quotuplex* 160 d
infamia iuris quid 161 b
infamia quando locum non habeat 164 a. *quid sit* 161 a
infamia quot modis euitari possit 172 d. *quot modis irrogetur* 168 e. *quotuplex* 161 b
infamiæ causa efficiens. ibid. e
infamiæ contraria 172 d. *effectus* 170 a
infamiæ iuris gradus 161 d. *quando non sit locus* 162 b
infamiam probandi modus 169 c
infamia quinam edicto, lege, & ex qua causa notentur 162 f
infantes qui sint 948 e
ingenuitatem quis consequatur 724 e
ad ingenuitatem repetendã quatenus agere possit libertus 725 d
ingenui qui 39 f
ingenuorum differentia 40 a
de Inhibitione 1000 c
iniuria in primo capite legis Aquiliæ quid significet 320 f
iniuria quid sit 163 e. 886 a. *quot modu fiat* 188 c. *vnde dicta* 886 a
iniuriæ diuisio. ibid. effectus 890 a. *finis* 889 e
iniuriã an etiam impubes furiosus, dormiens, ebrius, iratus faciat 886 d. *qui faciant. ibid.* c. *qui patiantur* 887 e. *sine animo non fieri* 889 e
iniuriæ tot, quot personæ, conuicia, loca 887 b
iniuriarum ciuiliter & criminaliter agi posse 891 e
iniuriarum damnatũ an infamia sequatur 894 c
de Iniuriarum iudicio ciuili 891 e
in Iniuriarum iudicio criminali an procurator admittatur 893 a
iniuriarum pœna 890 a
iniuriarum quomodo intelligatur ciuiliter vel criminaliter actum 893 d
iniuriarum realium nomine si quis tenuis sibi mulcta Sax. satisfieri velit, an id ei concedendum 894 c
super Iniuriis quomodo habeat ius Saxonum 893 d
iniuriosa verba quæ sint 888 f
iniustitia vniuersalis & particularis quid 3 d
innouari, appellatione interposita, quare nihil possit 1000 a
inofficiosum testamentum dicere quid sit 252 e
inscitia iuris quid sit 530 f
inscriptionis faciendæ forma 912 e
instituere qui quos possint, vel non 626 c
institutio quibus in rebus fieri possit. ibid. e. *quomodo fiat* 627 c
institutionis finis & effectus 629 b
institutionis suscipiendæ aliqua de re ordo 1 a
in Institutione directa verba, & obliqua & communia quæ 627 e
institutionum conditiones quotuplices 631 f. *species* 626 a
institor quis sit 408 d. *vnde appellatus. ibid.*
in Institoris contractu quamdiu dominus obligatus sit 409 c
cum Institore an possit agi ibid. e
ex Institorum contractu quæ actio contra quos detur 408 f
instrumentum an totum ædendum sit 112 g
instrumentum meum quod sit 111 d
instrumentum plenam fidem quatenus faciat 514 c. *quid sit* 651 c. *transumptum* 510 a
instrumenti legato dotes prædiorum non comprehendi 651 d. *species* 509 b
ex Instrumento quæ oriantur præsumptiones 513 e
instrumento vtens, pati debet vt idem contra se valeat 76 c
instrumenta authentica 510 c. *causariũ omnia an ædenda* 110 e. *extraiudicialia* 509 f. *in qua materia confici debeant* 511. d. *iudicialia* 509 f. *originalia* 510 c. *publica quæ* 509 b
instrumenta quæq; quam fidem faciant 513 e. *quibus de rebus conficiantur* 511 a. *quibus & quomodo oppigno. ari possint* 516 a *quid* 508 c. *quomodo interpretanda* 515 c. *quomodo legentur* 651 c *vnde dicta* 508 e
Instrumentorum clausulæ 512 f *conficiendorum ratio. ibid.* b. *effectus* 513 e. *finis. ibid.* d
instrumentorum priuatorum species 510 b. *producendorum ratio* 513 a. *publicorum species* 509 b. *quot genera* 509 b. *requisita & solennia* 512 b
contra Instrumenta an irrogari testes possint 514 b
instrumenta quinam rectè conficiant 510 c
in Instrumentis an subscriptio & contrahentium & testium sit necessaria 512 c
interdictum de cloacis restitutorium 811 g. *de exhibendis liberis, ab interdicto de ducẽdis liberis quomodo distet* 817 a. *de glande legenda* 815 d. *an iure Saxonum obtineat. ibid.* f
interdictum de libero homine exhibendo 816 b. *de migrando* 818 a *de mortuo inferendo* 355 b. *de precario* 814 c. *de rusticis arboribus* 815 b. *de sepulchro ædificando* 356 b. *de vrbanis arborib.* 815 a
interdictum quod vi aut clàm, ad quid competat 812 f. *quamdiu duret, & an in hæredes transeat. ibid.* f
interdictum Saluianum quomodo distet à Seruiana 819 a
interdictum vtrubi 817 d
interdicti de libero homine exhibẽdo explicatio 816 b. *de remissionib. verba* 813 b. *de mortuo inferendo explicatio* 355 b. *quod vi aut clàm verba* 812 c. *Saluiani etymon* 819 c
ex interdicto de migrando, quando, cui, & ad quid detur actio 818 b. *de precario cui, aduersus quem, ad quid detur actio* 814 c. *quod vi aut clàm, cui, aduersus quẽ actio detur* 812 c. *Saluiano, quare, cui, & aduersus quẽ detur* 819 e
in interdicto vtrubi quid seruetur 817 e
interitu rei seruitutem amitti 317 b
interrogandi in iudicio mos 346 e
interrogationum iure Saxonum quis vsus 347 f
interruptio quid 753 a. *ciuilis quæ sit. ibid.* c. *naturalis quæ. ibid.* a. *vsucapionis quotuplex* 753 a
ab intestato quare relinqui possit 642 a
iter quid sit 311 a
iudex absente reo ex qua causa cognoscat & pronũciet 247 c. *quis*

à quo dari possit 245.d. vnde dictus. ibid.
iudicis dandi licentiam quis habeat 68.c. in actione ad exhibẽdum officium 344.e. indebitè torquentis quæ pœna 973.a
iudicis iussui mos gerendus 76.f
iussu reum in pœnis excusari 164.e
ad Iudicem eundem de quibus rebus eatur 348.a
iudicem, vno remedio non sufficiẽte, ad aliud posse redire 80.b
iudices in iudicis quam potestatem habeant 29.c
iudicandi forma, materia 763.d
iudicare vel ius dicere in sua causa nemo potest 246.d
iudicium criminale sine accusatore an procedat 908.a
iudicij mutandi causa fieri quid dicatur 235.f
iudicij partes 244.c
iudicium publicum sola lex facit 956.d
iudicium quæ personæ constituant 245.d quid finiat 248.a
in Iudicio maiestatis quæ obseruanda 919.e
iudicia ciuilia quomodo expediantur 245.a. quotuplicia ibid.
iudicia criminalia quomodo expediantur ibid.b
iudicia liberalia quæ sint 725.a
iudicia omnia publica infamant 163.c
iudicia prætoria quomodo expediãtur 245.b
iudicia priuata quæ 867.c. publica peculatus an transeant in hæredes 963.a
iudicia publica quæ 867.d
realia quotuplicia 245.b
iudiciorum criminalium diuisio. ibid. 867.c
iudiciorum affinia 247.f. contraria. ibid.g. effectus. ibid.e. fines. ibid.d. forma vetus & noua 246.e. materia quæ. ibid.a
iudiciorum petitoriorum diuisio 245.c
iudiciorum publicorum causa efficiens 905.e. materia 906.c
exercendorum forma ibid.d
iudiciorum publicorum finis & effectus. ibid.
iudiciorum species 245.a
de Iudiciis criminalibus rectè pernoscendis regulæ communes 868.d
Ius dici quibus debeat aut non 69.f
ius ciuile bifariam capitur 22.f
ius gentium ex notitia simplici & composita ortum 16.c. quid & quotuplex 17.e. 22.a
ius gladij specialiter, extra casum necessitatis, delegari non posse 63.g
ius naturale vnde oriatur 16.g
non scriptum quod 31.e. priuatũ quid 15.a. quotuplex, seu vnde collectum 16.d
ius prudentum vnde natum 25.d
ius publicum & priuatum quomodo differant 15.a. publicum quid. ibid.
ius testium adprobatione an habeat opus 522.a. vnde dictum 13.b. quid sit. ibid. c quotuplex. 14.g
iuris ciuilis origo 22.g. diuisio 23.c
scientiam qui professi sint 26.c
species & partes 27.g
iuris error in quibus causis nemini obsit 531.b
iuris obiecta quæ & quot 37.f
iuris Romani causa efficiens quæ 28.e. materialis 29.d. formalis 30.a finalis 31.a
iuris Romani origo quotuplex 24.f. origo ciuilis seu historica quæ. ibid.
iuri Diuino nulla consuetudine potest præscribi 368.e
ad Ius gentium quæ pertineãt 18.b
in Ius vocãdi forma antiqua 80.f
in Ius vocare quid sit. ibid.
in Ius vocari quis dicatur 91.a
qui non possint 81.f
in Ius vocari qui possit 86.a
in Ius vocari venia prætoris impetrata qui debeant 82.c
iura incorporalia an possint vendi 448.c
Iuramentum an ab Ecclesia relaxari possit 375.f. assertorium quomodo hodie appelletur 373.a ἐπακλον. ibid.b. nõ est obligatoriũ contra bonos mores 366.b
iuramenti promissorij diuisio 373.a
iuramenti species secundum Theologos. ib.d.b
iuramentũ non temerè, nec in quibuslibet causis perhibendum 367.e
iurãdũ in solius Dei nomine 368.b
iurato qui promittant 96.a
iuridicus Alexandriæ à quo constitutus 62.d. eiusdẽ officiũ. ib.
iurisconsultorum veterum nomina, & successio 26.c
iurisdictio delegata quomodo finiatur 72.f. non præscribitur, & quare. ibid.e. ordinaria quomodo finiatur. ibid.d. in singulis causis. ibid. prorogata quomodo finiatur. ibid.f. quam producat actionem 71.f. quid significet 66.d. quid sit 67.a
iurisdictionis affinia quæ 72.d. contraria. ibid causa 67.b. causa efficiens 68.f. effectus 71.c exercendæ forma 70.d. finis 71.c
materia in qua 69.e. circa quam. ibid.f
iurisdictionis præscribendæ ratio 70.d. probandæ ratio. ibid. propria 67.d species. ibid.f. tuendæ quæ remedia 79.a
iurisdictionem mandare, quid sit propriè 63.a
iurisdictionem mandatam habens, mandare eam cur nequeat 65.b
iurisdictione mandata merum imperium cur non transeat 63.e. quæ non transeant. ibid.d. quæ transeant. ibid.g
iurisdictione quæ mandari possint, vel non 70.b
iusiurandum ad quæ adhiberi soleat 366.c. alieni æris emplastrum 365.e. calumniæ delationem iurisiurandi iudicialis præcedere potest 370.e. induit naturam actus, cui accedit 374.e. 862.d
iusiurandum probatio priuilegiata 169.d. 372.e
iusiurandum in litem à quo deferatur 376.d. an tutores nomine pupillorum subire cogantur 377.b ex qua causa deferatur 376.e in foro cur inualuerit 377.e. in quibus actionibus deferatur. ibid.d. pupillus non defertur. ibid.a. quando habeat locum. ib.b. quid sit 376.d
iusiurandum iudiciale deferre quis possit 370.c. deferenti quid prius agendum. ibid.e. delatum an suscipere compellatur reus. ibid.d
iusiurandum iudiciale quod 369.f
iusiurandum necessarium suscipere quis cogatur 371.e
iusiurandum per hæredem præstari an possit. ibid.c. per procuratorem præstari an possit. ibid.b
iusiurandum quando actionem impediat 373.e
quando & quomodo impugnandum 372.d quid sit 365.e. voluntarium quod sit 369.c
iurisiurandi causa efficiens 365.f
finalis 366.a
iurisiurandi cauti quæ capita 96.f
effectus

effectus 373.e
iurisiurãdi iudicialis delatio quando facienda iure Saxonum 370.c
iurisiurandi in litem effectus 378.a
iurisiurandi materia 356.b. forma 367.d. origo 366.a. partes 366.f. quanta apud veteres religio 373.f. relatio cui concessa 375.d. species 309.c
iuriiurando affinia, contraria 375.d. quæ adiaceant. ibid.
iureiurando pignus soluitur 482.d
iurisprudentia quasi sanitas politiarum 2.a. Romana vnde ducatur 13.e
iurisprudẽtiæ doctrina & vis quibus contineatur 24.f. finis & media ad finem ducentia 1.c
iussum iudicis semper iustum esse præsumitur 164.e
iustitia quid 7.d
iustitia commutatiua quid sit 12.b. quæ causæ eius, fines, affinia, contraria. ibid. distributiua quid sit 11.a. vnde dicta & quàm variè accipiatur 3.a
iustitiæ Aristotelicæ causa remota quæ 6.c. quæ proxima. ibid
iustitiæ distributiuæ causæ, fines, affinia, contraria 11.a
iustitiæ manus seu officium quod 7.f
iustitiæ particularis definitio. ibid. d. diuisio & species. ibid.g
iustitiæ vniuersalis causa efficiens 6.b. cognata & contraria. ibid. f. diuisio, partes, & species 5.f
iustitiæ vniuersalis & particularis differentia 7.b
iustitiæ vniuersalis forma, finis & effectus 6.e. materia in qua & circa quam. ibid.d. triplex definitio 4.a

L

Laesionum species quæ 210.c
Legãdi vsumfructũ forma multiplex 647.d
legari quæ res possint 643.e. quibus possint 645.a
legatum annuum quando præstandum, ibid.e. quare non transeat ad hæredem. ibid. d. quatenus simile sit vsufructui, quatenus dissimile. ibid.e
legatum peculij quando extinguatur 652.b
legatum quid sit 642.e
legati omnis natura 645.e. instructi vel instrumenti interpretatio 651.f
in Legatum penoris quid veniat 652.d
legato alimentorum quid contineatur 653.e
legato instrumenti quid comprehẽdatur 651.d
in Legato optionis quare electionem habeat legatarius 649.d
in Legato quid amplius sit, quàm in actione dotis 648.e
de Legato tritici & olei 650.f
legato vini quid contineatur. ibidem.d
de Legata reditus 647.e
de Legata habitatione. ibid.f
legato à morte testatoris quare cedant 282.b
legatorum causa efficiens 643.d. effectus 644.b. finis. ibid.a. forma 643.f. genera. ibid.a
de Legatis diartis 653.e
de Legatis operis serui 647.f
de Legatis præstandis, contra tabulas bonorum possessione petita 677.b
legitimationem esse pro natalium restitutione 724.f
lex à consuetudine quomodo differat 30.f. quid sit 28.a
lex quod disponit, id ipso iure operatur 119.c
legis & populi ius penes quem hodie 69.a
inter Legis sententiam & rationem differentia 30.d
legis significatio varia 28.b
legem quis propriè condat 28.f
leges quid requirant ab homine 50
legum causa finalis 31.a. diuisio 28.d. effectus 31.b
de Legum inquisitione & interpretatione. ibid.c
legum prohibentium & permittentium collatio 30.b
de Legibus Mosi forensibus iudiciũ 549.a
legibus omnibus commune quid 30.b
de L. Aelia Sentia 723.c
legis Aquiliæ author 320.c. eiusdẽ vsus. ibid.d.
lege commissoria quomodo olim emptiones celebratæ 447.b
L. Cornelia de iniuriis 892.a
legis Corneliæ pœna ordinaria 945.c. quomodo mitigetur. ibidem. d. summa 938.f
lege Cornelia de falsis qui teneantur 955.d
legis Fabiæ de plagiariis summa 964.f
ex Lege Fabia de plagiariis accusatio quæ competat, & quomodo instituenda 965.a
lex Iulia à quo lata 959.e. de quibus pecuniis loquatur. ibid.f
de Legis Iuliæ actione ciuili & criminali 660.c
legis Iuliæ de ambitu pœna 964.a. vsus. ibid.b
legis Iuliæ de annona pœna 961.a. de fundo dotali sententia 561.e. peculatus summa 961.e
legem Iuliam de ambitu quis tulerit 963.f
ad Legem Iuliam de annona rescripta pertinentia 961.b
in Legem Iuliam de vi priuata qui committant 936.f
lege Iulia de ambitu quis teneatur 964.a. de annona qui teneantur 961.a
de Lege Iulia, de residuis 962.f
lege Iulia de vi publica qui teneantur 935.e
ex Lege Iulia peculatus accusatio & pœna 962.d
lege Iulia peculatus qui teneantur. ibid.c
legis naturæ Paulina descriptio 20.c
lex Pompeia de parricidiis ad quem vsque gradum extendatur 954.a
L. Rhodiæ origo & dispositio 406.c
de L. Sempronia 938.d
lex T. Cornelij, de iurisdictione prætorum 55.a
lenocinij pœna 927.a
libellus cui offerendus 107.e. in quem finem offeratur 108.d. in quibus causis offerendus 107.e. quando non necessarius. ibid.f vnde dictus. & quid sit 106.f. vtrum emẽdari aut mutari possit 109.c
libelli causa efficiens 107.d
de Libelli conclusione 108.b
libelli effectus. ib. d. forma quæ generalis & specialis, & in quo cõsistit. ibid.a. genus. 110.c. omissio vitiat processum 108.f. partes quot 107.a. propria. ibid.d.
libellum ineptũ iudex reiicere potest 108.g
libelli dimissorij qui 999.c
libellorum formandorũ ratio 13.a. species 107.c
libertatis & indulgentiæ quid insit 938.f
libertas à quo adimi possit 722.d. directè quomodo detur. ibid.a.

per fideicõmissum quomodo detur. ibid.b quid sit 39 d
libertas testamẽto quomodo adimatur 722 d. quotupliciter detur. ibid.a
libertatis dationẽ in fraudem creditorum non valere 723 d
ad Libertatem quibus proclamare non licet 725 c
in Libertate præscribenda quid requiratur 298 a
liberi iusti qui 41 c. iniusti qui, ibid.e.539 b
liberi qui sint 39 d
liberorum appellatione qui veniant 620 a.conditio varia 39 f
circa Liberorũ institutionem quid hodie obseruetur 620 e
libertini qui 40 b
libidinum quæ pœna 934 c
litis contestatio quando expectari nulla possit 500 c. quomodo fiat 244 d
litis euentus dubius 114 c. ingressus quomodo impediatur. ib.b
ante Litem contestatam an possit transigi, & de quibus 164 f
in Litem quomodo iuretur 378 a
litium hoc tempore nullus finis neque modus, & quæ causa 246 a
litigiosa quæ res dicatur 830 e
locare quid sit 461 f
locari quæ res possint 462 c
in Locati actionem quæ veniant 464 e
locatio & conductio quando contrahi intelligatur 462 e
locatio quid sit.ibid.a.quomodo contrahatur. ibid.b
locationis adiuncta & affinia 463 g. finis. ibid.f
locationis & conductionis pugnantia 464 c
locationis quæ tempora 463 a
ex Locatione & conduct. quæ actiones dentur 464 d
locator quis sit 461 f
locuples quomodo æstimandus 89 d
locus purus aut religiosus quis 353 b
λωποδύται 902 a
lucra turpia etiam successoribus extorquenda 959 d
lumen quod intelligatur 307 e
lusus vescendi causa & exercendi permissus 350 b

M

Magister nauis quis dicatur 404 d
magistratus citra causæ cognitionẽ non exequitur 68 b
de Magistratus corruptione 959 f
magistratus ex quibus causis conueniantur 608 e
magistratus pedarij olim qui 50 e. quo ordine conueniantur 608 d. singuli quatenus teneantur. ibid.f
magistratuũ in repub. Romana genera quot 50 d
magistratuum quæ origo 26 a
maiestas quid sit 918 f
maiestatem lædere quis videatur 919 a
maiores vigintiquinque annis ex quibus causis in integrum restituantur 228 a
maioribus quomodo officio iudicis absque restitutione subueniantur 233 c
maleficia ex causa finali & proposito distinguenda 956 e
mandare quid 429 d
mandare tua solius gratia an possim 431 g
mandari quæ res possint. ibid.a
mandator quis 850 c
mandatum gratuitum & mercenarium 430 d
mandatum quid sit 429 e. quomodo contrahatur 431 c. quomodo dissoluatur 432 b. vnde dictum 429 d
mandatum voluntarium & coactũ 430 c
mandati actio contraria 433 c.directa cui, aduersus quem, ad quid detur 432 g
mandati causa efficiens 431 a. effectus 432 a
pro Mandati exequutione an salarium rectè exigatur 433 g
mandati finis 431 f. partes & species 430 c
mandati procuratorij finis 186 a. suscepti effectus. ibid.b
mandatum procuratoriũ probandi forma 184 f
manumissi quomodo consequantur dignitatem 724 b
manumissio quid sit 720 g
citra Manumissionem qui & quo modo liberi fiant 722 g
manumittendi forma 721 a. modus per vindictam. ibidem. c. potestas cui, quo tempore permissa ibid.c
manumitti an possit à quoquam, qui toti vniuersitati seruit. ibid.
de Mariti iure 927 e
marium quamuis dominum, non tamen posse res dotales alienare 561 d
matrem percutientis pœna, ex lege diuina 953 b
matrimonium per vim metúmue contractũ an valeat 552 f.quibus consummetur 538 b. quomodo probari debeat 542 e. quomodo soluatur 566 e
matrimonij effectus 545 c
in Matrimonium consentire qui prohibeantur natura, lege diuina, naturali, ciuili 540 b
matrimonia debent esse libera 534 c.vnde dicta 537 c
in Matrimoniis contrahendis naturale ius & pudor inspicienda 17 d
maxima musica quid 4 f
mensor quis dicatur 350 d
mensuræ & gustus differentia 443 d
merces an debeat in pecunia consistere 462 e
minor ex quo gestu restituatur 224 a
ex Minoris persona qui restituantur aut non 223 e
minori contra curatorem quæ actiones dentur 604 f
minores 20.annis an possint testari 518 b
de Minorum rebus non alienandis, oratio Seueri 609 d
minoribus quomodo subueniatur 224 a
de Minoribus vigintiquinq; annis restituendis edictum 222 f
missio honesta & causaria quæ 162 g
missio in possessionem ex quibus causis decernatur 771 e. iure nouo secundùm debita quomodo fiat.
missionis in possessionem causa efficiens 772 a.effectus.ibid.d.finis, forma, materia. ibid.b
de Missione in possessionem edicta Prætoris 771 g.772 f
monstra an pro liberis habeantur 39 a
monopolium an licitum 435 d
monopolij societas an iniri possit. ibid.
monumentum quid 353 e
mora quomodo fiat 489 d
morbo sonticio remitti iudicandi necessitatem 248 a
mulier prægnans ne humetur, antequam excindatur partus, lege regia vetitum 356 c
mulier quomodo adiuuetur 419 f
mulieres non tradi custodiæ 916 e

mulieribus an detur curator 612 a. in suo contractu non succurri 419 c. quando subueniatur. ibid.b
munera magistratibus dari prohibita 959 f
mutationes quando & quomodo fiant 359 c
mutuum an debeat esse gratuitum. ibid.g.est reciprocum. ibid.a quando non existat 360 e. quid sit 359 c. quomodo à commodato & permutatione differat. ibid. e.vnde dictum. ibid.a
mutui causa efficiens. ibid.f.finalis 364 a
mutui conuentio quo iure inuenta 360 b. datio quo fiat animo 361 b
mutui forma. ibid. materia 360 b. substantialia & naturalia 361 b
in Mutuum quæ res cadant 360 b
mutuum reddere propriè quis dicatur 359 a
in Mutuo eadem res reddenda est 360 f
ex Mutuo quæ detur actio 364 d
in Mutuo quid requiratur 361 c

N

Natalium restitutionem olim maius quid fuisse quàm ius aureorum annulorum 724 c
pro Natalium restitutione esse legitimationem. ibid.f
Necessitas non habet legem 64 f
negantis nulla est probatio 498 a. 528 c
negocium quot modis dicatur ad aliquem pertinere 205 a
de Negocio gesto cum eo qui in aliena potestate est, edictum 411 f
negocia quis cuius gerere possit 204 e
nobilem se esse asserens quomodo puniatur 957 c
nobilitas affinis iuri status 40 d
nomen mutans quomodo puniatur 957 c
nomina debitorum an possint vendi 449 e
notarius an quis inuitus fieri possit 511 b
notarios creandi potestas penes quem. ibid.a
notoria non indigere probatione 496 b
nouare an possit vnus reus inuito altero 848 c
nouatio quid sit 856 d. quomodo contrahatur 857 b. vnde dicta 856 c
nouationum causa efficiens. ibid. g. effectus & finis 857 d. materia. ibid.a species 856 f
noxa sequitur caput 98 c
nullum quod est, frustra rescindi petitur 249 f
nunciatio quando dicatur remissa 813 b
de Nunciatoribus 967 f
nuptiæ an sine dotibus esse possint 555 a. contractæ an ob dissensum parentum dissoluantur 539 c. iniustæ quæ. ibid.a
nuptiæ quomodo contrahantur 541 f.quid sint 537 d.vnde dictæ.ibidem.a
nuptiarum affinia 546 c. causa efficiens 538 d. diuisio & genera 537 e. finis 544 f. origo 538 d. ritus antiquus 537 a
nuptias cõtrahere qui possint vel nõ possint 540 a. 548 a. iustas qui contrahant 540 d
nuptias, nomen ciuile esse 537 b
in Nuptiis quorum requiratur consensus 539 a

O

Obligatio quæ propriè dicatur 832 d. quid sit 831 g. quomodo extinguatur 834 a. quotuplex 832 a. rerum turpium nulla est 431 b
obligationis causa efficiens 832 e. principalis & accessoriæ non potest esse diuersa forma 395 e
obligationem qui quomodo contrahere possint vel non 832 e
obligationes per acceptilationem quæ tollantur 862 a
obligationum effectus 833 f. finis. ibid. forma. ibidem. d.materia. ibid.
non Obtemperasse quis dicatur 78 e
occidens filium pater an lege Pompeia de parricidiis teneatur 952 e
occisus in lege Aquilia quid significet 321 c
occidere, & causam mortis præbere, esse paria 942 c
occidi impunè qui possint 946 c
operæ seruorum quomodo amittantur 289 b
operarum cum dominio cognatio. ibid.
de Operis serui legatis 647 f
oppignorare quæ personæ nequeant 476 a
oppignorari quæ res possint, vel non possint 475 e
oppignoratio quando nõ idoneè fiat 476 b
de Oppignoratione rei dotalis 562 e
optio quando facienda 650 a. quomodo olim fiebat. 649 d
optionis legatum esse transitorium 650 b
in Optione quare non sit locus pœnitentiæ. ibid.
ordinis beneficium quando locum habeat 601 d
orphanotrophorum officium 586 f

P

Pacisci qui cum quibus possint, vel non possint 121 c. quibus de rebus liceat vel non liceat 122 c
pactum à contractu & transactione quid differat 114 d.quam variè sumatur 115 d. quando bonæ fidei 118 a.quando non valeat 121 a.quid sit 115 a.stricti est iuris 117 f. vnde dictum 115 b. vnius an noceat alteri 317
pacti à pollicitatione distinctio 115 g. à conuentione distinctio 114 e
pacti causa finalis 125 c. diuisiones communes quæ 118 b
pacti & transactionis differentia 117 c
ex Pacto an iure naturali seu gentium nascatur obligatio naturalis 127 a
ex Pacto nudo non oritur actio 122 d
ex Pacto quæ actio detur 137 e. vt quis infamia notetur, quid requiratur 164 f
pacta cur exceptionem tantùm, non etiam actionem producant 127 e. dotalia seruanda 559 f. expressa quæ 120 b.in rem, non in personam diriguntur 117 e
pacta iudicialia & extraiudicialia 120 d. obligatoria & liberatoria quæ, & quomodo differant. ibid.e
pacta omnia gratuita 117 d. publica à priuatis quid differant. 118 c
pacta quando pariant actionẽ 134 a.quo iure quibus casibus actionẽ pariant 131 b. quæ non valeant 559 f.quib.constent 124 f
pacta realia quæ sint 120 c. tacita quæ sint, ibid.b.turpia aut crudelia an valeant 456 b
pactorum causa efficiens 120 f effectus 126 a

pactorum diuisio & species 118 b. *diuisiones quo referendæ. ibid. dotalium forma & effectus* 50 b
de Pactorum interpretatione: cui prosint, vel noceant, & ad quas personas vel res, & quam latè extendantur 139 d
pactorum materia 122 c. *natura & proprietates* 117 c. *personaliũ diuisio* 120 c
pactorum varij modi 124 c
pactis contraria quæ 142 a
pactis legitimis quæ actio tollatur 119 b
pactis priuatorum non datur iurisdictio 73 b
in Pactis iure nonissimo æqualitatem requiri 560 a
de Pannicularioruin iure 984 b
parricidium lege Pompeia in quibus personis committatur 951 b
parricidij accusatio perpetua 954 c. *pœna* 951 f. *quanta atrocitas. ibid.* c
parricidij voce veteribus quid significatum 54 c
parricidium an committat mater & auia 952 d
in Parricidio furor excusatur 954 b. *quando pœna maiorum, quando legis Corneliæ locum habeat* 951 e
in Parte idem iuris quod in toto 267 d
partus suppositi accusatio cuiusmodi 958 c
partum falsum supponere, capitale 957 e
partum subiicientem de falso teneri 575 f
partus propriè quid significet 19 f
pater impedire nuptias quatenus possit, vel non 547 b. *qui intelligatur* 575 g
patrem percutientis pœna, ex lege diuina 953 b
patres conscripti qui 50 e
patientia pro traditione in rebus incorporalibus habetur 304 b
patria potestas dissoluta quomodo redintegretur 46 f
de Patria potestate 41 c
patricij qui 50 e
pauperies quid sit 318 e. *quomodo æstimetur* 319 d
pacis fractæ pœna quis teneatur hodie 71 d
peculatus quid 961 e. *vnde dictus. ibid.*
peculium quid sit, & vnde dictum 415 b. *quomodo legetur* 652 a
peculij legatum accessionis vicẽ obtinet. ibid. b
à Peculio quæ deducantur. ibid.
in Peculio quid sit 415 c
pecunia mutuò data, an in eadem specie monetæ reddenda sit 393 e
pecunia publica αἷμα καὶ ψυχὴ *ciuitatum* 53 f. *an omnium ciuitatum sit* 962 b
pecuniæ nomine quid veniat 961 f
de Pecunia in alimentum legata 653 f. *de publico* 962 b. *de sacra subtracta* 961 g
penus quid propriè 652 c
de Penu legata. ibid. b
perfectum in rerum natura quod 24 d
permutatio quare contractus innominatus 467 b. *quid sit* 468 e. *quomodo contrahatur. ibid.* c
permutationis à venditione differentia 467 d. *causa efficiẽs* 469 a. *cum venditione affinitas* 467. b. *effectus* 469 b. *finis. ibid. forma ibid.* a. *genera. ibid. materia quæ. ibid. partes* 468 g
ex Permutatione quæ oriantur actiones 468 d
personarum diuisio ciuilis 40 e. *ex iure gentium* 39 d. *naturalis* 38 f. *triplex. ibid. familiæ respectu* 41 a
petendæ hæredit. forma 264 a
ad Petendum incertum quæ actiones competant 364 d
petens hæreditatem quo iure vtatur 260 f
petitio hæreditatis cur dicatur ciuilis, vniuersalis, realis, bonæ fidei 255 e. *cur non detur contra singulari titulo possidentem* 260 e
petitio hæreditatis de inofficioso qd differat à simplice 250 c
petitio hæreditatis directa & ciuilis quæ 257 b. *fideicommissaria cui, aduersus quem, ad quid detur* 268 f. *possessoria qualis sit actio. ibid.* a. *& cui, aduersus quem, ad quid detur. ibid. quando sit proponenda* 258 b. *querelæ inofficiosi coniungi solet* 250 a. *quid sit* 254 f. *quomodo & quo ordine proponenda* 257 c. *quotuplex sit. ibid.* b.
petitio quid 254 f
petitionis hæred. actio quare dicatur & sit vendicatio 264 d. *affinia* 266 c. *contraria. ibid.* d. *causa efficiens* 257 d. *finis & effectus* 266 a. *propria* 255 c
petitioni hæreditatis quomodo præscribi possit 266 g
in Petitionem hæred. quid veniat 261 b
petitione principaliter in id agitur, vt actor hæres declaretur 267 e
pignus ab hypotheca quid differat 399 f. *cur distrahi à creditore possit* 478. e. *expressa voluntate quomodo constituatur* 400 b. *tacita. ibid.* c
pignus quid sit 400 a. 472 f. *quomodo distrahatur* 479 a. *quomodo contrahatur* 400 a
pignus tacitum in inuectis & illatis in prædium vrbanum, non rusticum, contractum 474 b. *in renouata locatione, contractum. ibid.* c. *quomodo contrahatur in mutuo refectionis. ibidem.* b. *ratione personæ creditoris, vt pupilli, fisci, &c. contractum. ibidem.* d
pignus vel hypotheca in quibus causis tacitè contrahatur. ibid. a. *quibus modis soluatur* 481 a
pignus vnde dictum 399 e. *voluntate quomodo constituatur* 400 a
pignoris causa efficiens. ibid. contractus quomodo fiat 473 c. *distractio an impediatur denũciationibus* 479 e
pignoris effectus 476 e. *materia, forma. finis* 400 d. *species* 476 e
pignus distrahendo quid iuris creditor transferat 479 f
inter Pignus & hypothecam quid interfit 471 f
pignus persequendi ius quãdo habeat creditor 476 e
in Pignore vel hypotheca qui potiores habeantur. ibid. f
pignorum pacta 473 c. *species quomodo distinguantur* 400 d
pignorari quæ res possint. ibid.
piscatio quatenus libera 734 c. *quibus permissa, vel non* 728 e
plagij quæ pœna 965 b
plebiscitorum origo & confirmatio 25 e
pœnæ forma 979 c. *materia* 978 f. *proprium* 967 b
ad Pœnam compromissam exigendam quæ actio detur 240 b
pœnam irrogare qui possint 978 b
pœnæ capitales quæ sint 976 b *non capitales* 977 f. *quot annis præscribantur* 77 f
pœnæ cuius ratione varientur 9 e
pœnarũ capitalium gradus 976 d
pœnarum finis & effectus 981 c. *contraria* 982 a
pœnis duabus nemo affligendus 893 f
de Pœnis alienantium res litigiosas 830 f
in Pœnis quæ & quot circumstantiæ considerandæ 979 f
pœnitentia in quibus contractibus concessa 379 g
positionum hodie in iudiciis quis vsus 347 d
possessio ciuilis 740 e. *decreta in realibus quando obtineat* 773 e. *naturalis quæ sit* 740 e
possessio quid sit 739 d. *quomodo amittatur* 743 b. *vnde dicta* 739 d
possessionis acquirendæ forma 741 b
de Possessionis continuatione, interruptione, & vsurpatione 744 f
possessionis decretæ effectus 773 d
possessionis diuisio 740 a. *finis* 742 e
possessionem quæ efficiant 740 f.
in Possessionem quomodo quis mittatur 773 b
in Possessione acquirenda, retinenda, amittenda quando animus, quando corpus requiratur 741 b
in Possessione per calumniam quis dicatur fuisse 578 f
possessiones in quæ consistant materia 741 a
possessionum affinia, & contraria 743 a. *vsus* 742 e
possessor ad exhibendum an teneatur 343 f. *quis* 97 d
pro Possessore quis vsucapiat 758 g
pro Possessore vel hærede quis possideat 259 d. f
possidere nullo titulo, & non valido, paria esse 260 b
posthumi qui sint 620 a
postulare quid sit 155 d. *qui edicto prohibeantur* 157 b. *qui prohibeantur lege vel sententia iudicis* 159 a
postulare quomodo à procuratione differat 155 d
postulatio an sit munus necessarium 156 c
postulationis causa efficiens. ibid. b *finis & effectus* 159 c. *forma. ibid.* d.
potestas domini in seruos hodie restricta 41 b. *patria cuius generis ibid.* c
potestatis verbum quousque porrigatur 411 b
de Potestate dominica 41 a
de Prædio in alimentum legato 654 e
prædia rustica quæ sint 306 e. 310 f
prædia vnde dicta 306 c. *vrbana quæ sint. ibid.* d
prædiorum vrbanorum iura quæ sint 307 b
prædiorum diuisio 306 c. *tàm vrbanorum quàm rusticorũ communia* 314 a
præfectus Augustalis à quo dari olim consueuit 59 a. *vnde dictus. ibid.* c
præfectus prætorio quis 52 a. *quomodo & in cuius vicem institutus. ibid.*
præfectus vrbi cur creatus 53 a. *perpetuus quando creari cœperit. ibid. vnde dictus* 52 e
præfecti Augustalis officium 59 a
præfecti vigilum officium & potestas 56 e
præfecti prætorio quæ dignitas, quæue authoritas 52 b
præfecti vrbi origo. ibid. d
præfecti vigilum qui 56 c
præfectorum vrbi officium, & potestas 53 b
præiudicium quid 821 e
præscribi quid nequeat 746 e
præscriptio nulla contra institutionẽ iuris diuini currit 538 f. *quid sit* 821 c. *quinq; pedum* 331 c
præscriptiones temporales cuiusmodi sint 827 c
præscriptionum in possessione vsus 746 a
præscriptionibus vtens, pati debet vt eædem contra se valeant 74 d
præses propriè quis 60 b. *vnde dictus* 59 d
præsidis officium & potestas ibid.
præsidium nomen generale 60 b
præsidum potestas quando imminuta. ibid. c
præsumendi modus 506 e
præsumere quid sit 503 a
præsumi quæ possint vel non possint 504 f
præsumptio iuris, & de iure, & modica quæ sit 503 d
præsumptio quid sit 503 c. *quotuplex. ibid.*
præsumptionis causa efficiens 504 c. *finis & effectus* 506 f
præsumptioni adfinia 507 c. *opponi quæ possint* 507 f. *quamdiu stetur ibid.* b
præsumptionem qui testes non faciant 525 d
inter Præsumptionem & fictionem differentia 507 e
præteritio test. mentum quare vitiet 620 b
prætor edicto quomodo parêre cogat 578 d
prætor non restituit contra leges 233 e. *nullo se arbitrio aut inefficaci, aut finito interponit* 239 d
prætor peregrinus 55 f
prætor præsentibus contra absentes quomodo succurrat 230 d. *quomodo absentibus consulat, & ex qua absentia. ibid. veteribus quis* 51 f. *vnde dictus* 54 e
prætoris officium & potestas. ibid.
prætores prouinciales 55 f
prætorum edicta in quem finẽ proponi solent 54 g
prætorum origo. ibid. d. *potestas quando enervata* 55. d. *quibus verbis notata olim. ibid.* g
de Prætorum numero. ibid. c
prætorium quid 51 g
præuaricatores qui sint 899 b
in Præuaricatores iudicium publicum. ibid. d. *priuatum. ibid.* f
de Præuaricatoribus 966 e
precarium quid sit 813 f. *quomodo differt à commodato* 814 a. *quomodo à donatione* 813 f
precij in emptionis contractu origo & vsus 439 d
à Principe an appelletur 996
à Principe contractus facti ratio 37 c
Principes, instar priuatorum, ex contractibus cum subditis factis teneri. ibid. d
principium cuiusq; rei quod 24 e
principia practica quæ 20 a. *quæ speculabilia. ibid.*
principiorum mentis diuisio & genera 19 g
de Principiis in mente practicis 20 a
prior tempore potior iure quando sit 476 f
priuatio præsupponit habitum 289 a
priuilegiati an sibi inuicem præferantur 776 c. *qui sint* 775 f. *quomodo concurrentes alij aliis præferantur* 478 a
priuilegium militare in condendo testamento quatenus à Iustiniano restrictum 634 e

priuilegium personale an habeat ciuitas 775 d
probare, duplicis significationis apud Latinos 495 e. quid. ibidem.f
probanda quæ sint, vel non 498 e
probandi forma 499 f
probatio à quo imponatur 497 e. cui imponatur. ibid.g
probatio, dolum & culpam ab sse, cui incumbat 608 f
probatio artificialis quæ 496 f. inartificialis quæ.ibid g.impertinens quæ. ibid. d. iudicialis quæ 497 d.plena quæ. ibid.a
probatio quando absoluenda 501 d. quando, & quo loco facienda 500 d.quid sit 495 g. quotuplex 496 f. semiplena quæ 497 c. vnde dicta 495 e. vocis mortuæ quæ 497 e
probationis effectus 501 e. finis. ibid.interpretatio 502 c
probationis plenæ species 497 a
probationis propria 496 c
probationis semiplenæ species 497 c
probationis terminus quis 500 b
probationi affinia 502 a. contraria. ibid.e. quæ opponi possint. ibid.f
inter Probationem & præsumptionem quæ similitudo 503 a
probationem inducens causa quæ 497 e
proconsul quò & à quibus mittebatur olim 57 c.vnde dictus. ibid. e. eiusdem officium & potestas. ibid.f.
procurare quid 175 d
procurator Cæsaris & rationalis quid differant 61 d
procurator quid sit 175 e. quomodo ab aliis administratorib. differat. ibid.f. quomodo & quàm variè constituatur 183 a.quomodo reuocetur 196 f. vnde dictus 175 d
procuratoris & defensoris differentia 194 b
procuratoris satisdatio 184 a
procuratori quid obiici possit 190 f
procuratores ad quas res gerendas constitui possint, vel non 181 a
procuratores Cæsaris quando constituti 61 c
procuratores qui dare possint 177 c.qui esse possint vel non possint 178 d
procuratorum Cæsaris nomen 61 d.officium 62 a
procuratoris diuisio & genera 176 c. excusatio 186 c.officium ac potestas. ibid.d
procuratoribus quæ adfinia 189 e
procuratoriæ actiones 187 d
procuratory contractus interpretatio 188 c
procuratorium instrumentum quale 184 f
prodigus quis sit 611 d
prodigo an curator, an verò tutor proximus agnatus detur. ibid.
proiectum quid dicatur 309 a
promissio rei pupillaris nomine cui fiat 865 d
promissioni suæ qui committantur 97 b
promissor & fideiussores quomodo, & ad quid teneantur, si statum iudicio non sit 99 f
promittens impersonaliter, an obligetur 838 a
promittere, rem pupilli saluam fore, qui cogantur 865 d
protegere quid sit 309 b
protocollum quid 509 g
protutor quis 605 d
prouocationem quæ causæ respuant 998
ψηφολόγοι 902 b
ψηφοπαίκται. ibid.
publicationis bonorum forma 984 b
circa Publicationem bonorum quid hodie obseruetur 985 a
de Punitorum cadaueribus 989 c
pupillus an naturaliter sine authoritate tutoris obligetur 593 f. vbi & apud quem educandus 603 b
pupillo alimenta quomodo decernenda, ibid.c in tutorem quotuplex detur actio. ibid.f. quando ex facto tutoris detur actio 597.d
contra Pupillum quando detur actio. ibid.c

Q

QVæstioni vt sit locus quæ concurrere debeant 970 e
quæstionum causa efficiens ibid.d
quæstores plures quando creati 54 .a qui & vnde appellati 53.f.rerum capitalium 54.b
quæstorum creandorum origo quæ 53.f
querela inofficiosi an & quando in hæredes transeat 251 g. quando cesset, aut præscrillatur 250.d. non est perpetua 253. a. quibus detur aut non 250.d. quid sit 249 f. quatenus testamenta rescindat 253 c. qua ratione, & ex qua causa sit introducta 249 d
querelæ inofficiosi adfinia 254 e
querelæ inofficiosi an & quando hodie locus sit 251 c
querelæ inofficiosi effectus 253 c
querelam inofficiosi & petitionem hæreditatis, vniuersalia esse iudicia 249 c

R

in Raptorem quare singulare iudicium detur 883 a
ratio anima legis 30 c
rationes quibus pro se quis vsus est contra ipsum quoque valere æquum est 111 g
ratihabitio apud Saxones quomodo instituatur 868 b.iussui comparatur 418 b
receptator quis 900 b
receptatores abigeorum quomodo puniantur 999 a
receptatores cognati an puniantur 900 c.qui sint. ibid. b. quomodo puniantur ibid.
receptatorum pœna quando cesset. ibid.e
receptum quando dicatur, vt locus sit edicto 241 f
redhibere quid sit 484 c
redhibitio quid sit. ibid.
in Redhibitionem quid veniat. ibid.d
reductio ad arbitrium boni viri quando & quomodo fiat 240 c
referre quid 991 b
regalia quæ 49 a
registra 510 b
relatio quid 991 c.995 e
relationes ab appellationibus quid differant. ibid.d
relegandi forma 987 d
relegatos ciuitatem retinere. ibid.c
de Remissionibus 909 c
repeti an aliquid possit ab eo, qui sibi vigilauit 77 b
repudium quid sit 567 c. vnde dictum. ibid.
res iudicata quid 762 d
rei interitu pignus soluitur 481 d
reipublicæ interest, ne quis re sua abutatur 349 c
rempub. domi olim qui sustinerint 50 d
rem inter alios actam aliis non obesse 726 a
in Rem versum quando dicatur 417 a
in Re dominium & ius habere, satius quam actionem & ius ad rem 559 c
de Re iudicata, clausula 866 b
re quot modis contrahatur 358 a
res amotæ quæ dicantur 574 c.communes quæ 47.g diuini iuris quæ. ibid. c. humani iuris quæ. ibid.f. iudicata an retractentur 372 f.religiosæ quæ 47 d
res priuatæ quæ. ibid.f. publicæ quæ.ibid.sacræ quæ.ibid. c.sanctæ quæ. ibid.
inter Res æstimatas & non æstimatas differentia 55 d
rerum diuisio triplex 47 c
rerum corporalium diuisio antiqua 50 b
rerum humani iuris diuisio 47 f
rerum impossibilium & turpium nulla est obligatio 32 g.431 b
rerum in corporales & incorporales diuisio 49 c. & quid sint. ibid.
rerum publicarum & communium differentia 48 b.significatio varia 47 e
rescriptum de ventre inspiciendo, custodiendoque partu 557 e
restituere quid sit 209 e
restitutio de alienatione iudicij mutandi causa facta, ad futura tantummodo iudicia pertinet: & quare 235 .a ex quibus causis detur 234 e.ad quid detur.ibi.f.cessante intereße, cessat. ibid. g. vt fiat, quæ requirantur 235 c
restitutio minoris in integrum quomodo fiat 225 d. sine causæ cognitione non fit 224 b
restitutio per Prætorem quomodo fiat 214 f. propter quem metum vel violentiam fiat 212 c
restitutio quid sit, 210 b
restitutionis beneficium quibus minoribus ad quod vsque tempus detur 223 a
restitutionis capite minutorum quis effectus 227 f
restitutionis causa efficiens, προκαταρκτικὴ impulsiua 210 c. de alienat. iudic.mut.caus. fac actio quamdiu & an hæredibus detur 236 b. eiusdem ratio 234 c
restitutionis in integrum finis & effectus 210 e.forma. ibid.d
restitutionis maiorum beneficium quamdiu duret 232 a
restitutionis maiorum vigintiquinque annis ratio 228 d
restitutionis materia 210 c
restitutionis minutorum capite ratio 225 g
restitutionis minoris effectus, & vis, ibid.d
restitutionis quæ causa 290 a
restitutioni quid insit 988 c
reus an mulctam offerendo, liberetur à pœna infamiæ iniuriarum 172 f
reus contumax iure Sax. quomodo habeatur 247 c.pœnam debitam ante sententiam offerens, infamiam effugit 165 c. quibus ex causis iurisdictioni obnoxius fiat 248 b.vnde dictus 245 g
rei duo quomodo constituantur 844 c
rei fieri qui possint 246 a. qui sint 844 a
rei stipulationis duo quomodo in solidum petant vel conueniantur 845 d
rei vnde dicti 843 g
inter Rixam & turbam discrimen 844 a
rusticitati quando parcendum 88 e

S

SAccullariorum pœna 902 b
sacrilegorum quæ pœna 962 a
Saluij Iuliani in edicti perpetui compositione labor 55 c
ad Satisdandum quomodo, & quos prætor cogat 93 b
satisdare qui debeant rem ratam haberi 867 a
satisdatio circa quam materiã versetur 93 f. quid sit, & quotuplex 92 e.voluntaria, & necessaria quid. ibid.f
satisdationi causa efficiens 93 b effectus 95 .e finis. ibid. forma 94 a
satisdationes in causa noxali præstitæ quomodo eludi olim poterant 98 c
satisdationum effectus ibid.f
satisfacere cui dicamur 92 e
scelus non indicans an teneatur 953 e
scientia quomodo existimetur 530 b
scripturæ genera 509 f
scripturarumm priuatarum species 510 a
senatores qui 50 d. sub Augusto qui ibid.f
senatorum ordo triplex. ibid.e
à Senatu an appelletur 996
senatusconsulto non congruere definitionem legis in repub. Rom. 28 f
senatusconsulta de agnoscendis liberis 575 e. de tigno iuncto 878 a
de S.C.Liboniano 955 f
S.C. Macedonianũ in mutuo duntaxat locum habet 413 f. quibus casibus cesset 414 d
S.C. Macedoniani beneficium ad quos porrigatur. ibid.c.verba, & origo 413 a
S.C.Macedoniano quibus denegetur actio ex mutuo. ibid. d. quis filiusfamilias intelligatur. ibid.f
S.C.Sillaniani & Claudiani ratio 638 .summa.f ibid.
S. C. Sillaniano & Claudiano qui comprehendantur. ibid.g
S.C Velleianum de quibus obligationibus loquatur 419 c. eius ratio 417 c.verba 418 d
S.C. Velleiano an & quando mulier renunciare possit 420 c
sententia contra consuetudinem lata nulla 36 b.post confessionem anferenda 767 f
sententia quæ transiuit in rem iudicatam, an instrumentis nouè repertis retractari possit 372 d
sententia quid 761 e. quomodo retractetur 765 b.quibus ex causis annulletur. ibid.e
sententiæ causam inseri non necesse 765 f
sententiam ferre quis possit 763 c
ad Sententiam sine litis contestatione non facilè perueniendum 247 c
sententia pignus soluitur 482 d
sententiarum finis & effectus 764 b.species 762 e. ipso iure nullæ 1000 f
ex Separatis nulla fit rectè illatio 63 f.134 f
sepulchrum quid 353 c
sepulchra violantium pœna 897 e
sepulturæ ius non denegari quamlibet nocentibus, humanum & sanctum 990 a
sequestratio quid 425 c
verbi Seruare quæ vis 127 b
seruus stipulando quibus acquirat 850 b
aduersus Seruum cur agi nequeat 328 f
seruiè dominica potestate quomodo liberentur 43 a. stipulari an & cur possint 849 b. vnde dicti 39 d
seruorum conditio qualis. ibid.e. fugitiuorum occultatores quomodo puniantur 348 f. fugitiuorum pœna. ibid.
seruitus altius tollendi, vel non tollendi 307 c. aquæ haustus 313 c ad aliquam vtilitatem referenda 293 b. cloacæ 309 c. diuisionẽ

non recipit 305 d. foraminis 309 e. in toto fundo tota est, & tota in qualibet eius parte 305 f. luminum à iure altius non tollendi quid differat 307 f. ne prospectui officiatur 308 b. non vtentis negligentia amittitur 317 c. oneris ferendi 309 c. pecoris appellendi, pascendi, &c. 313 e. positum non non habendi 310 c
seruitus prædiorum cur dicatur 314 d
seruitus protectum habendi 309 a
seruitus quid sit 39 a. quid sit, ex definitione Doctorum improbata 294 c
seruitus realis quid sit 293 b. resoluto iure amittentis amittitur 317 b
seruitus stillicidij vel fluminis 308 b. tigna immittendi. ibid. e
seruitutis constituendæ forma 304 a
seruitutis nomen quid indicet 293 f.
seruitutis personalis actiones quæ 286 a
seruitutis proprium 305 d. vsus quare non rectè legetur 648 c
seruitutem imponere socius cur nequeat 314 e. legare qui quibus possint 648 c
inter Seruitutem stillicidij & fluminis differentia 308 e
seruitute concessa, quæ præterea concessa videantur 314 f
seruitutes communiter quibus constituantur. ibid. d
seruitutes cur neque ex tempore, neque ad tempus, neq; sub conditione, neque ad certam conditionem possint constitui 304 c
seruitutes fundum sequuntur, & vnà per alienationem transeunt 314 d. natura sua perpetuæ sunt 305 c. personales pro continuis habentur 280 e
seruitutes personarum quæ sint 277 b. 294 e
seruitutes prædiales cur & vnde dictæ 293 d
seruitutes quæ habeāt inter se communia 314 c. quibus imponi fundis possint. ibid. e. quibus in rebus constituantur 303 g
seruitutes quomodo amittantur 316 d. quomodo constituantur 295 b. quotupliciter legentur 648 e. reales quæ sint 294 e
seruitutes rerum quæ sint 277 b. 293 a
seruitutes rusticæ, iter, actus, via, quomodo differant 310 f
seruitutes tum continuæ, tum discontinuæ an præscribantur 295 d. vrbanæ in perpetuo actu esse intelligantur 298 c
seruitutum diuisio 277 b. 294 e. effectus, vis & natura 305 a. species 294 e
seruitutum personalium species 277 c. prædialium distinctio 294 f
inter Seruitutes personales & reales discrimen vbi non habeat locum 295 e
de Seruitutibus in rem actiones quæ, quibus, aduersus quos dentur 315 c. ad quid dentur 316 b
sicarij qui 938 f. vnde dicti. ibid.
signorum diuisio in necessaria & nō necessaria 504 e
sisti quis non videatur 100 a
societas de quibus rebus iniri possit 435 d. quæ pacta recipiat. ibid. f. quid sit. ibid. b. quomodo constituantur. ibid. c. quomodo soluatur 437 d
societatis causa efficiens 435 c
societatis & communionis differentia 434 g
societatis finis & effectus 436 f. ineundæ forma 435 e. partes quomodo constituantur 436 b. species 435 c
societati contraria 437 d
in Societate quæ diuidenda sint, aut non sint. ibid. a
societatum genera 435 a
pro Socio actio, cui, aduersus quos, & ad quid detur 438 c
socij qui putandi 435 b
soluere rectè quis dicatur 858 e
solui cui dicatur. ibid. f
solutio quid sit. ibid. d.
quomodo rectè fiat. 859 c
solutionis effectus, & finis. ibid. e. modus. ibid. c
solutionis vim quæ habeant 860 d
solutione rei debitæ soluitur pignus 481 a
pro Soluto quis vsucapiat 755 c
spondere vnde veniat 533 a
sponsa in quibus causis vxoris loco habeatur vel non 535 b
sponsalia citra arrham an esse possint 534 f. de futuro quæ sint 533 b. de præsenti quæ sint. ibid. c. hodie quomodo contrahantur 534 f. quid sint 533 b. quomodo concipi possint 535 a. quomodo dissoluantur 536 b. vnde dicta 532 e
sponsaliorum causa efficiens 533 g
sponsaliorum de præsenti verba ibid. d
sponsaliorum finis & effectus 535 b. materia 534 d. species 533 b
sponsalia contrahendi forma 534 e
sponsalia contrahere qui cum quibus possint vel non possint. ibid. c
sponsio quæ appellatur 533 a
status hominis & dignitatis differentia 38 d
status tria capita. ibid.
de Statu defunctorum quando quærere non liceat 726 b
statuliberi qui & vnde appellentur 722 e
statutum secundùm ius ciuile interpretandum 559 b
stellio quid sit 903 d
stellionatus quid sit. ibid. vnde dictus. ibid.
stellionatus crimen quibus obiiciatur. ibid. e
ex Stellionatus crimine quæ actio & pœna descendat. ibid. f
stillicidium quid sit 308 c
stipulari quæ possimus aut non 840 f
stipulatio Aquiliana 862 e
stipulatio certi & incerti 840 a. de ratihabitione quando committatur 867 b. dupla quid contineat 486 f
stipulatio iudicialis quæ sit 838 c. prætoria quæ. ibid.
stipulatio quid sit 837 d. simpla quomodo olim fiebat 486 e
stipulatio vnde dicta 837 a
stipulationis contrahendæ forma 841 b
stipulationis duorum reorum finis & effectus 845 c. causa efficiens, forma, materia 844 b
stipulationis effectus 842 d. finis. ibid. c
stipulationis Iudicatum solui, clausulæ 866 b
stipulationis partes 838 b.
sponsalitiæ origo 533 a
stipulationi contraria 843 e
ex Stipulatione, de ratihabitione, quæ detur actio 867 b
de Stipulatione seruorum 849 a
stipulationes cautionales 863 f. communes quomodo distent ab iis, quæ in l. 5. de verb. oblig. explicantur 864 b
stipulationes diuiduæ & indiuiduæ 838 d. dandi & faciendi. ibid. iudiciales 863 d. puræ & conditionales 840 a
stipulationis quare inter iudicia Prætoria referantur 831 d. quomodo dicantur Prætoriæ. ibid. c. simplæ & duplæ quomodo committatur 486 g
stipulationū causa efficiens 840 b. diuisiones 838 c. materia 840 f
stipulationum Prætoriarū effectus, finis & forma 864 g. causa efficiens. ibid. c. materia. ibid. d. species 863 d
ex Stipulatu actio quando competat 487 f
stupri quæ pœna 933 a
inter Stuprum & raptum differentia 934 a
subiecta talia sunt, qualia à prædicatis esse permittuntur 3 c
substitutio compendiosa seu militaris quæ 630 g. exemplaris 631 a. obliqua quæ 630 f. pupillaris quæ. ibid. d
substitutio quid sit. ibid. a. vulgaris quæ. ibid. b
substitutionis species. ibid. b.
substitutionum diuisio Duareni approbata 631 c
successionis nomen quomodo accipiendum 624 d
de Successione in tutela legitima 589 a
supellex quas res contineat 653 b. quid. ibid. vnde dicta. ibid.
suspectus quis dicatur 598 d. quare quis reddatur, quæ causæ iustæ 597 a
suspecti accusatio quare & qua lege sit inducta 598 d. eiusdem effectus 600 a
suspecti crimen quibus ex causis amoueri possit. ibid. b
suspectum sine accusatione quando remouere iudex possit 598 g
de Suspecto qui à quibus accusari possint. ibid. f quis cognoscat. ibid. e
suus quibus sub conditionibus possit institui hæres 632 c
pro Suo quis possideat, vel non 762 a
suis hæredibus an querela inofficiosi olim competierit 252 a
συνάλλαγμα quando contrahatur 300 d
syndicatus quibus modis finiatur 203 c
syndicus quare constituatur 202 b. quibus in causis constitui possit 200 e. quomodo constituatur. ibid. f
syndici officium ac potestas 202 c
syndicum constituere qui possint 197 d
syndici qui constitui possint 199 a. qui sint 196 e

T

TAberna vnde dicta 470 e. tabernaculum Prætorium 51 g
tabulæ testamenti quibus exhibendæ 637 c
talionis lex naturalis 12 a
temporis diuturnitas quomodo definienda 34 a
tempore pignus soluitur 482 b
tergiuersari quid 966 f
in Tergiuersationis pœnam qui & quando incidant 967 b
termini moti pœna 333 f
testamentum calatis comitiis quod 613 e. destitutum 622 c. iniustum. ibid. b
testamentum in procinctu quod 613 e
testamentum irritum 622 c. nullum quando reddatur 617 c nullius momenti 622 b
testamentum per æs & libram 614 a. prætorium. ibid. c
testamentum quid sit 613 d. quo casu pro parte tantùm rescindatur 255 f. quotuplex 613 e. ruptum quomodo reconualescat 622 e. vnde dictum 613 c
testamenti causa efficiens 614 e
testamenti & scripti & nuncupatiui forma 615 d
testamenti finis & effectus 617 d. militaris ratio & forma 633 e
testamentum facere qui non possint 618 a
in Testamento deleta quando seruentur, quando secus 623 b
in Testamento eodem plures simul testari an possint 619 a
testamento rupto omnia corruere 622 d
in Testamento testes qui esse possint 617 b
testamenta in qua & de qua materia fiant 615 b. quomodo reuocētur 642 b
testamentorum antiquorum genera 613 e. hodie quæ genera 614 c
testari quid significet 516 e
testimoniorum extra iudicium vsus 522 b
contra Testimoniorum formā quomodo excipi possit 527 e
testis vnus propter, non sufficit 525 g
testes fidem quando faciant vel nō faciant. ibid. c. in causis criminalib. an requirantur 522 b.
in testamento qui esse possint 617 inuicem contrarij 526 a. qua de re interrogari & testari conueniat 522 a. quando producendi 523 b. quantam fidem quique faciant 525 c.
testes qui 516 f. quorum sumptibus producantur 523 b. super quibus testificari debeant 522 c. suspecti qua de causa fiant 517 e. vnde dicti 516 e
contra Testium dicta quomodo excipiatur 527 e. disputationes quando & cur admittendæ 526 e
testium examinatorum dicta quomodo & à quo concilianda & interpretanda. ibid. c
testiū fides vnde æstimanda. ibid. b
testium finis & effectus 525 b. genera 517 a. reproductio quomodo fiat 524 f
testibus, nō testimoniis credi oportere 526 c
testibus opponi quæ possint. ibid. f. quando non credatur 522 c
testes examinandi ratio 523 a
aduersus Testes exceptiones vnde desumantur 526 f
testibus vtens, pati debet vt iidem contra se valeant 76 c
de Thori separatione disputatio quo iure introducta 568 c
tigni appellatione quid contineatur 308 f
tigna quid 877 e
tollitur vnumquodq; eodem modo, quo inducitur 127 e
tormenta quare inducta 970 c
tormentorum genera & gradus. ibid.
torqueri qui possint vel non 973 d
torturæ finis & effectus 974 f
torturam qualis causa admittat 970 e
ad Torturam quare & quando perueniatur. ibid.
in Tortura quomodo procedendum 974 b
traditione quando dominium transferatur 444 e
traditum ex iusta causa quid intelligatur 273 a
transactio quàm variè sumatur, & quid sit 144 a. quomodo contractus sit, & distractus. ibid. f. quotuplex sit. ibid. e vnde dicta. ibid. a
transactionis causa efficiens 146 c. causæ necessariæ 164 e. finis & effectus 150 f forma ibid. d.

genus 144.a. materia 147.a
partes & species 146.a
adfinia & contraria 154.b
in transactione an pœnitere liceat 153.d
ex transactione quæ actio vel exceptio quando detur 151.a
transactionum varia pacta 150.d
transigere qui possint vel non 146.c
traiectitia pecunia vnde dicta & quid sit 494.e
tritici vocabulo quid olim continebatur 389.f
turba vnde dicta 884.a
quid sit. ibid.
inter turbam & rixam discrimen ibid.
tutela fiduciaria quæ 589.b
legitima patronorum ibid.c
tutela legitima quare introducta 588.e. quib. detur. ibid.d. vnde descendat. ibid.
tutela præcipua quæ sit 587.e
quibus modis finiatur 602.e
quid sit 580.e. quotuplex. 582.a
tutela testamentaria quid sit 587.c
vnde habeat originem. ibid.
tutelæ actio contraria aduersus quos & ad quid detur 605.d. quando sit. ibid.b. quibus detur. ibid.c. vnde oriatur. ibid.b
tutelæ actio cui, & aduersus quem detur 604.a. quando detur 603.f quid sit. ibid.
in tutelæ actionem quid veniat 604.b
tutelæ adfinia & contraria 586.b
effectus 585.d. finis. ibid.
tutelam hodie etiam cognatis deferri 588.c
tutela finita, fmiri & molestias & onera tutelæ 597.f
tutor ad quid teneatur 592.c
an statim gerere necessariò debeat 591.d. quasi dominus veri pupillarium 586.d. quomodo administrare debeat 591.g
tutoris vel curatoris confirmatio ex quibus fiat causis 587.g
inter tutorem falsum & protutorem discrimen 606.f
pro tutore negocia quis gerat ibid.b
tutores fideiussores, & magistratus quo ordine conueniantur 592.d
tutores quando sint petendi 590.f quo loco sint petendi ibid.
tutores vel curatores à matre dati quomodo confirmentur 588.b
a patre dati quomodo confirmentur. ibid. ab extraneo dati, inquisitioni & satisdationi obnoxij ibid
tutorum hæredes quomodo conueniantur 608.b
tutoribus quibus remedijs subueniatur 592.e
inter tutores plures cui administratio credenda 591.e
tutores pro arbitrio qui petant 590.e quando magistratus, & quibus dare debeat. 589.f. quinam necessariò petere debeant 590.d. testamento dari qui possint 587.d

V

VAdimonium desertum quomodo vindicetur 100.b
de vadimonio finito negocio disputare, ridiculum ibid.c
varicari quid significet 899.b
via quasi veha 311.f
venandi iure vbi vti liceat 733.c
venandi modus 735.b
venatio an turpe & illicitum exercitium 729.o
venatio, piscatio, & aucupiũ quid differant 728.e
venationis effectus 735.c
vsus & abusus 729.a
per venationem cur legitimè acquiramus, rationes 730.e
de venatione ferarum 728.g
venationes vbi fiant 733.e
venationum species 728.f
vendicari quæ res possint 269.e
vendicatio cui & aduersus quos detur. ibid.d. quotuplex. 270.c
vendicatio rei quid sit 269.b
vnde dicta. ibid.
vendicationis causa efficiẽs. ibid.c
finis, effectus, & contraria 271.e
vendicationis instituendæ forma 270.c
in vendicationem quid veniat ibid.
vendicationum diuisio 249.b
vendicationum omnium capita quæ 264.e
de vendicationibus cur primo loco agatur 243.c
venditio mutuo consensu quando nõ dissoluatur 450.g
quando intelligatur perfici 453.d. quomodo ob dolum, læsionem, metum, &c. retractetur 451.b. quomodo rescindatur 450.c
venditionis verbo quid contineatur 964.g
venditionem mutuo consensu dissolui, quomodo accipiẽdum 450.d
inter venditionem & locationem differentia 445.a. 464.a
venditione perfecta ad quem pertineat periculum 453.c
venditionibus seruorum quæ pacta solèant apponi 455.b
venditor an præcisè tradere cogatur 457.a an teneatur transferre dominium 444.c
emptori ad quid teneatur ex natura contractus 457.a.
venditor hæreditatis an teneatur deeuictione rerum singularium 448.d
venditor quãdo agere possit 458.b
quatenus de rerum vitiis & ex commendatione tentatur 457.e
si sit in mora tradendi, cuius sit periculum 454.e
venditorem custodiam & culpam præstare ibid.d
venditum quid intelligatur 441.e
veneficium quid 938.g
veneficij pœna an teneantur mathematici 949.g
veneficiorum pœna 950.c
de veneficiis 949.d
venter an possit exhæredari 681.a
in possessionẽ quo iure, & quando mittatur. ibid.
verba cum effectu accipienda 91.a
pro præsentibus quæ accipiantur 533.e. secundum subiectam materiam accipiuntur 3.c
Verres insignis artifex edictã ambigua proponendi, & malignè interpretandi 55.a
via quid sit 311.d
vicini conditio melior fieri potest, deterior non potest 308.e
villicus vnde appelletur 312.b
vindicta quid sit 721.c
viridaria an ædificij, & consequenter seruitutis nomine veniant 307.d
ad virtutum perfectionem quæ requirantur 6.c
vis à furto quomodo differat 882.b
vis priuata quid sit 936.f
publica quomodo committatur 935.c eius pœna 936.b
vis priuatæ pœna 937.a
inter vim & metum differentia 211.e
vi fecisse quis videatur 812.d
vniuersitas quid sit 196.b
quotuplex. ibid.
circa vocationem in ius quid hodie obseruetur 82.e
vocatus in ius quomodo dimittendus 83.e
vocare in ius quid sit 80.f

voluntas

voluntas & vulneratio sine cæde an tanquam homicidium debeat puniri 943.c
voluntas hominis mutabilis & ambulatoria 896.b
voluntatem coactam esse voluntatẽ & rigore iuris obligare 211.g
vox vnius, vox nullius 525.f
vsus à fructu quid differat 279.a. fructui inest. ibid. quid contineat 289.c. sine fructu quomodo cõstituatur. ibid. vsufructui similis. ibid.d
vsucapere pro derelicto quis videatur 759.f. pro hærede & pro possessore qui nequeant 758.b. pro legato quis possit 760.b. pro suo quis dicatur 762.a
vsucapi ante matrimonium datum quomodo possit 760.e.
pro dote quare possit. ibid.
vsucapi quæ res possint, aut non 747.b
ad Vsucapiendam rem an sufficiat titulus erroneus 755.c
in Vsucapienda re pro emptore, non sufficere errorem, quamuis iustum 756.b
vsucapio ex titulo pro donato, quãdo procedat 759.c. pro emptore in quibus emptionibus habeat locum 756.f
vsucapio quid sit 744.c.
suo genere odiosa est 298.b.
vnde sit dicta 744.c
vsucapionis effectus 750.b
vsucapioni contraria quæ sint 752.f
vsucapionem an impediat interruptio. ibid.
ad Vsucapionem cuiusmodi possessio requiratur 745.a
in Vsucapionem pro dote cur æstimatæ res ante nuptias non veniant 760.f
ad Vsucapionem pro Emptore quæ requirantur 756.f
in Vsucapione pro derelicto an error sufficiat 759.f
in Vsucapione pro hærede & pro possessore, defuncti, non etiam hæredis bonam malámue fidem inspici 758.a. errorem probabilem sufficere. ibid.e
vsucapionum causa efficiens 746.f.
finalis 749.d. ratio 746.f. species à diuersitate temporum, & de iure Sax. 745.b
in Vsucapionibus quis titulus, quæ bona fides, qualis continuata possessio, & quanti temporis requiratur 747.f
vsura cõpensatoria permissa 491.b.
quæ 490.c. lucratoria quæ. ibidem. punitoria quæ. ibid. 492.a
vsura quando debeatur, néne 460.d. 489.c. quare ex pacto in traiectitia debeatur, quamuis grauissima 494.f. quatenus accessione debeatur 489.c. quid significet. ibid.b. strictè accepta quid sit 490.b
vsuræ species. ibid.c
inter Vsuram & interesse differentia 493.c
inter Vsuram & reditus differentia. ibid.d.
vsuram largè sumptam pro omni accessione capi 489.c
vsuræ centesimæ 493.c. lucratoriæ quare illicitæ & turpes 490.d.
punitoriæ licitæ 492.a
vsuræ quare ex nudo pacto non debeantur 494.e. quare quadantenus tolerentur, ratio 491.c.
quomodo debeantur 494.d
vsuræ Saxonicæ 493.a
vsurarum taxatio 492.d
vsurariæ emptiones quæ sint, & cuiusmodi 493.c
vsurpare quid sit 744.c
ab Vsu quid fructus differat, & an alterum alteri insit 279.a
vsusfructus ab operis seruorum quid differat 288.f
causalis quid 277.c
vsusfructus finitur morte 282.e.
capitis deminutione, interim vel mutatione rei, cessione, consolidatione, non vtendo. ibid. g. & inde
vsusfructus formalis quid 278.a
vsusfructus omnium bonorum an legari possit 648.a
vsusfructus quando vsus nomine contineatur 290.c. quare in rebus quæ vsu consumuntur, constitui nequeat 285.b. quarum rerum habeatur 278.b
quasi Vsusfructus quibus finiatur 285.d
vsusfructus quibus in rebus constitui possit 285.a. quibus modis constituatur 280.c. quid sit 278.b
quasi Vsusfructus quomodo in rebus quæ vsu consumuntur, cõstituatur 285.c
vsusfructus quotuplex 277.c
vsusfructus causa efficiens, remota, propinqua, materialis, formalis, finalis, affinia, vsus, & contraria 279.d. inde
vsusfructus consimile legatum operarum 288.e
vsusfructus dies ab adita hæreditate cedit 282.a.
eiusq; ratio. ibid.
vsumfructum aliquando extingui quare placuerit 282.e
in Vsufructu quid insit 278.c
vsufructuarius malè vtendo an iure suo cadat 284.b.
quomodo vti debeat 279.c
vsufructuarij cautio quare sit introducta 291.d
in Vtero existentium conditio 39.b
Vuerigeldium 523.e. 944.f
in Vulneratione quæ considerentur 941.d.

INDICIS PARATITLORVM
FINIS.

UNIVERSITÄTS

Matthæi Vvesenbecij

IN

CODICEM D. IVSTINIANI
COMMENTARIVS.

Cum Rerum & Verborum INDICE
copiosiss.



MATTHÆI VVESENBECII

IN CODICEM IVSTINIANEVM COMMENTARIVS.

DE NOVO CODICE FACIENDO.

Causa huius operis 2 *Materia.* 3 *Forma.* 4 *Finis & effectus.*

1 SIC VT † perpetui summam Edicti, eiúsque interpretationē de Iurisc. cōmēntariis sumptam, omne deniq; ius vetus, quatenus vsum haberet, in Pandectas digeri Iustinianus per suos Iuris arbitros curauit: ita ius nouum, quod post occupatam Augustorum dominatu Rempub. ex eorum cōstitutionibus inualuit, quóque ius antiquum partim emendatur, partim suppletur, vt in vnum Codicem aptum atque consonum cōtraheretur, operam dedit: vsus ad eam rem administris potissimùm atq; arbitris, Ioanne, Leōtio, Phoca, Basilide, Thoma, Triboniano, Constantino, Theophilo, Dioscoro, & Præsentino, amplissimis & experientissimis togatis: quibus
2 mandauit, cùm Impp. † constitutiones partim confusæ, dissonæ, inutiles, contrariæ in Codicibus tribus Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano extarent: partim pòst editæ, incerta authoritate per manus hominum vagarentur, sic, vt emendationem & consonantiam tam cōfusi iuris necessitas ipsa forensis postularet: vt ipsi †
3 collatis operis ex omnibus iis certū aliquod ius Reipub. vsui futurum colligerent: resecatis obsoletis, superfluis, similibus & cōtrariis, nisi qua iuris diuisione, hoc est, distinctione conciliari possent: breuíq; ac claro sermone, mutatis etiā verbis ac sententiis priorum sanctionum, sicubi opus esset, in vnum Codicem, vnàmque consonantiam sub congruos titulos, addita tamen tēporum, quibus quæque constitutio lata esset, & authorum, à quibus lata esset, quoad eiūs fieri
4 posset, notatione: vt ita † liquidum deinceps ius Cæsareum esset, rebúsque consuleretur communibus: quas in illa incerta & ambigua iuris ac foris ratione pessum ire, & innumeris differri perplexitatibus, ipsa satis experientia commonstrabit.

DE IVSTINIANEO Cod. confirmando.

1 *Quando Codex editus.*
2 *Effectus Codicis.*
3 *Quæ cōstitutiones quomodo allegandæ.*

1 POstquam † ergo de præscripto Iustiniani Codex altero, ex quo cœptus erat, anno (vt ex data huius const. intelligi potest) nimis festinano & ea re suspecto studio, ab illis, quos modò nominauimus, compositoribus, absolutus, & Principi oblatus esset, is illum hac constitutione publicarum confirmauit: vtque † rebus 2
profuturum communibus, suóque Imperio cōuenientem pro iure Cæsareo vnum valere, & ex eo tantùm constitutiones Principū ad decisionem causarum allegari iussit: nulla dubitatione emergenda, vel ex eo quòd quædam sine die & cos. editæ sint (nec enim notatio temporum in omnibus haberi potuit) vel quòd ad certas personas rescriptæ, cum omnes generalium constitutionum vim obtineant: secundum l. 2. l. vlt. C. de legib. & si quæ earundem detractis vel additis vel permutatis verbis aut sententiis (quod necessitas compositionis interdum postulabat) compositæ sint, vt † nulli liceat eas ex veterum 3
libris aliter recitare: sed tum demum vetustam lectionem aut interpretationem commēdare, cum minimè constitutionibus aduersatur. Nam has omnibus prioribus, etiam statutis ac consuetudinibus, voluit Imper. derogare, *secundum l. vlt. de const. Princ. l. 1. all. l. Aquil. l. 3. de sep. viol. l. 1. 2. C. quæ sit lon. cons. c. vlt. de consuet.* non tamen ciuitatum priuilegiis: *vid. in toto. de reg. iur. Ias.*

aa

l.4.in fin.C.de pac.& pœnam falsi denunciauit *ex l.vlt.de fal.*iis,qui alias ab his constitutiones(quæ omnes semel abrogatę hac lege sunt) vel hasce de veterum libris aliter allegaret, quàm paulò antè declaratum est, vt de lectione, huius constitutionis planius intelligi licet.

DE EMENDATIONE Codicis D.Iustiniani, & secunda eius editione.

1 *Occasio & causa secundæ editionis.*
2 *Tempus & effectus.*
3 *Cur Nouellarum volumen separatim à Cod factum.*

1 CVm †post editum iam Codicem r espon-
sa Iurisc.& ius omne perpetui Edicti vetus,
in Pandectas digeri Iustinianus mandasset, & ad
instruendos operi præfectos, definiendásque
tum ipsorum inter sese,tum veterum I.C.disce-
ptationes,quinquaginta decisiones, eorum ad-
A monitu fecisset, nouas etiam constitutiones pro
vsu incidentium negotiorum promulgasset;
quæ Nouellarum titulo extra Codicis corpus
vagabantur: necessarium existimauit,vt eædem
sub competentibus titulis Codicis inserentur.
Cuius rei curam rogatis suis imponens simul,
iussit,vt si quid in hac recognitione emendan-
dandum,addendum,detrahendum Codici vide-
retur,id ex repetita prælectione facerent: atque
B ita Codicem meliorem, magísque bsolutum,
& cum Pandectis iam editis congruentem red-
derent.Quod † vbi factum est, eudem Iustinia-
nus octauo Imperij sui anno (vt ex data intelli-
gitur)publicauit,ac priore abolito,solum in fo-
ro regnare iussit. Cæterùm † ne nouis subinde
constitutionibus, quas vsus postularet, post hoc
editum exemplum, sæpius Codex deinceps re-
tractaretur,atque ita vim & authoritatem amit-
C teret à crebra mutatione suam: voluit, vt quæ
deinceps Principis nomine edicta exirent,ea nõ
in Codicem, sed singulare Nouellarum volu-
men (id quod postea factum est) referrentur.

COD. D. IVSTINIANI SACRATISS. PRINCIPIS EX REPETITA PRÆLECTIONE LIB. I.

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA,& vt nemo publicè de ea contendere audeat. Titul. I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Iuris partitio.*
3 *Constantinus primus Imp. Rom. veræ Religionis auctor.*
4 *Summa constitutionum de fide Chrtna à Inst.editarum.*

1 ACTENVS † munito sanctio-
nib Codice,subiiciuntur Prin-
cipũ de quaque iuris parte cõ-
stitutiones, suis aptè titulis di-
2 stributæ.Ius † omne publicum
est,aut priuatum. Publicum ad
statum Reipub. Romanæ,hoc est,ad sacra sacer-
dotes,magistratus(quo nomine etiam leges ve-
lut mutum magistratum complectimur)pertii-
net.*l.1.§.1. de iust.& iure.c.pen.dist.*1. De publi-
co iure,velut digniore & magis vniuersali,prius
meritò tractatur. *l.1. in princ.de rei vend.l.1.2.de
stat.hom.* §.*vlt.Inst.de iur.nat.gent. & ciuil.* quare
constitutiones huc pertinentes in primum Co-
dicis librum idoneos sub titulos rediguntur. In
his primum est,vt à sacris primordia, rerum ca-
3 piantur. Hæc † Romanis varia fuerunt:nullam
enim non religionem,præter veram,initio rece
perunt, donec hanc Constantinus magno ani-
mo, maioréq; successu professus, in toto Impe-
rio, quod bonam tum generis humani partem
D mo derabatur,sonare vnam publicè coliq; claus-
is Gentilium templis, iussit,*l 1. & tot.tit. inf. de
pagan.* Illius ductum & auspicia secutus Iustinia-
nus ,edicta Ethnicorũ Cæsarum,sanguine Chri-
stianorum conscripta aboleuit:tãtumque piorũ
Principum constitutiones,quibus religio Chri-
stiana sancitretur, huc referre voluit.Quarũ † pri 4
ma de Deo vero, quem Christiana fides profite-
tur, ac adorat, mirum quis & qualis sit, expo-
nit, respondens primæ tituli parti,quæ de sum-
E ma Trinitate est inscripta. Altera constitutio,
qua fide religionéque (cuius est summa ratio:
*l.sunt 43. de relig.& sump.funer.*sic tamen,ne quis
eius authoritate abutatur,*l.6. J.de pagan.*)à no-
bis is Deus agnoscendus & colendus sit præci-
pit: & ad secundam tituli partem, quæ de fide
catholica inscribitur, pertinet Tertia & quarta,
*de qua Cuiac.obi.lib.*12. *cap.*26. muniunt ac tuen-
tur dogmatis huius disciplinam:omnésque pari
ter vno pietatis nexu sunimos ac infimos colli-
gant. Pax enim Ecclesiæ, religionis est vnitas,
vt dici-

vt dicitur l.4. in princip versi. nam pax Ecclesiæ.hoc
*titu.*verántque temerè,& extra vocationis metas,
in vulgus publicè de veritate nostræ religionis
contendere: quia Scriptura, quæ velut epistola
Dei est,ad genus humanũ sua de voluntate con-
scripta,solui non potest,teste Domino: *Ioan.*10.
35: cum sit ἀναμάρτητος *tit.* 2. 8.Prohibent igitur
rectè leges ea quæ diuinitùs de sacris constituta
sunt, piéq; creduntur, in dubium astutis neque
necessariis disputationibus reuocare. De Deo
namque non humano, sed diuino ore loquen-
B dum est: *vt ait Spec. de sum. Trinit. per c. in Chri-
sto. dist.*2.*de cons.* & mala est consuetudo, contra
numen disputandi, siue id ex animo, siue secus
fias. *Cic.lib.* 1. *de nat.Deo.* Vnde conuenticula de
his priuata celebrare non licet: *l.conuenticula.*15.
J.*de episb.& cler.Nou.*57.*Nou.*131.*Nou.*132. & quæ
fiunt in hoc, vt leues hominum animi superсti-
tione terreantur, pœna relegationis plecti so-
lent. *l.si quis.*30. *ff. de pœnis.* Sed hac de re tota,
C commodiùs ad tit. ext. eod. exponetur. & quod
satis est,salutíq; esse potest,de fontibus Israel pe
tatur.Neq; enim necessarium, sed potius teme-
rarium est, definire numen infinitum, diuisio-
nem quærere in essentia simplicissima,aut cau-
sas in eo, qui sit omnium rerum causa & finis,
ineffabilis essentiæ & potentiæ. Quare venera-
bundi hæc sacra prætereuntes,ad ea, quæ nostræ
sunt professionis,progrediamur.

DE SACROSANCTIS Ecclesiis,& de rebus ac priuilegiis earum. Titul. II.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Definitio Ecclesiæ,& diuisio.*
3 *Causæ.*
4 *Affiniæ.*
5 *Contrariæ.*
6 *De rebus Ecclesiæ.*
7 *De priuilegijs.*

1 NOn † modo sacra sunt Deus & fides ca-
tholica, sed res etiam Deo sacratæ: §. *sa-
cræ. Institu. de rer.diuis.l. in tantum.*6. §. 2. *cum ll.
seq.ff. eodem.* in quibus præcipuæ sunt Ecclesiæ:
quæ non simpliciter sacræ, sed sacrosanctæ no-
stris nominantur: quòd non solùm Deo sacræ
sunt, *d.* §. *sacræ.d.l.*6. §.2.*verb.semel autem ædes sa
cra facta. de rer. diuis.* sed etiam Principum con-
stitutionibus velut sanctæ,*l.sanctum.* 8. *cum ll.seq.
ff.de rer.diuis.& tot.t.ne quid.in lo.sacro.*ab iniuriis
hominum impiorum(quæ maxima semper mul
titudo fuit) defendantur. *Rubr.J ne sanctum bapt.
l.si quis.*10 *& passim.hoc tit.Sic. Cic.in Cat.*2.*sacro-
sanctas possessiones,hoc est,inuiolabiles vocat.*
2 ¶ Ecclesiæ Græcum multitudinis nomen,
dupliciter nostris accipitur: aliquando vniuer-
A saliter, pro Ecclesia catholica, cœtu Dei, *Iosuæ*
22. 17. quæ veræ religionis perpetua est mater,
*l.imbemus.*14.*h.t* & rerum omnium humanarum
vi a conseruatrix.*l.*4.*J.tit.*1.Ea est cœtus ample-
ctentium veram de Deo doctrinam, & rectè v-
tentium Sacramentis. Loquimur enim non de
triumphante (quò ius nostrum non pertinet, vt
nec humana reliqua, 1.*Cor.*13.) sed de militante
Ecclesia: [redacted]: Alias
particulariter accipitur pro multitudine fideliũ
particulari,certum in locum congregata:& hoc
in titulo potissimùm pro Ecclesia materiali,hoc
est, locis & templis manu factis, in quæ fideles
statis temporibus diuini cultus gratia solent
conuenire.
¶ Ea construitur consensu multitudinis ho- 3
minum, ad minus decem, *c.vnio.*10. *q.*3. autho-
ritate superioris,*c.ad audientiã.de eccle.ædif.*loco
publico congruo,*l.in ecclesiis.* 11. J. *de episc.& cler.
c.ecclesias.de cons.dist.*1.*c.cum secundum. de præben.
c.si seruus.*54. *dist. c.comperimus.*14.*q.vlt.c.*1.*&* 2.
de oper. no. nunc. vide Bart.*in l.si locus.de relig.&
sump.fun.Host. de eccles. ædif.nu.*4. 5. sumptibus
vniuersitatis cui construitur, *c.quicunque.* 16. *q.*
D 1.*c.ad Apostolicam.de simon.Host de eccl.ædif.nu.*
2.assignatis certo numero ministris, *in Auth.vt
defuni.sit numerus,&c.*qui diuino Ecclesiæ mini-
sterio & cultui præsint:& dote ac reditibus,cùm
ad eorundem sustentationem, tum ad Ecclesiæ
instaurationem assignatis, *c.cum sicut. de consecr.*
vt cultus ibi diuinus teneri, & cœtus piorum
certis diebus ad audiendum verbum, vsúmq; sa
cramentorum,ac publicas preces cõuenire pos-
sit.*l.si qui.*9.J.*de hæret.*Nam ad vsum hunc mini-
E sterij publici,potissimùm Ecclesię construũtur.
¶ Affinia Ecclesiæ sunt loca pia,vt orphano- 4
trophia,ptochotrophia,xenodochia, *l. omnes.*
33.J.*tit.*1.monasteria,*tot.tit.ext. de relig. dom. vbi
Panorm.Host.& Dd.*oratoria:§.*si qui.in Auth.
de eccles.tit.*quæ larga huius significatione com-
prehenduntur;non propria:*c.*2.*vbi Panorm.num.
1.& 2.de consuet.Card.cle.*1.*q.* 3.*de iud.* & in fauo-
rabilibus,non odiosis,Ecclesiæ appellatione ac
iure comprehenduntur, *c.grandi.de sup. neg.præl.
c.*2.*de in integ.rest.li.*6.& priuilegiis gaudet. §.*de
temporalib.in Auth.de eccles tit.* hoc distãt, quòd
F hæc vsibus ac alimẽtationi religiosarum ac mi-
serabilium personarum, Ecclesiæ verò cultui
præcipuè diuino dedicentur.*Institit.de rer.diuis.*§.
sacræ.cum seq. Affinia etiam sunt loca religiosa,
sancta,& publica: *Institit.de rer. diuis.*§.2. *cum seq.*
quibus cum eodem plurimùm iure ac priuilegio Ecclesiæ vtuntur.*l.vlt.h.t.*
¶ Contraria sunt conuenticula priuata: *l.* 3. 5
J.*de hæret.l.conuenticula.*15.J.*tit.* 1.*No.* 57. 131. 132.
item quibus ius Ecclesiæ vel amittitur, vel im-
G

peditur. Amittitur destructione, quæ iure fit, *Innocen.in c.cum ex iniuncto. de oper. no.nunc.* Bar. *post gloss.in l. seruitutes. 19. verb.si sublatum.de seru. vrb.præd.* translatione, *gloss.in cap.priuilegium.de reg.iur.Innoc.in c.2.de oper.no. nunc.* occupatione hostili, *l.cum loca. 36. de relig. & sumpt.fun.* incendio, præscriptione, bonorum cessione ac venditione; *c.ecclesiis.de consec.dist 1. c. 1. c.quod in* [redacted] in Eccle[redacted] *consec.eccles.* Dd. *in c.1. de celeb. miss. &c.* Et tantum de ecclesiis. nunc reliquas duas huius tituli partes, quæ de adiacentibus, nempe rebus, & priuilegiis Ecclesiarum inscriptæ sunt, paucis e-

6 xequamur.

¶ Res Ecclesiæ, sicut Reipubl. aut nullius sunt in bonis, & extra commercium: aut sunt in patrimonio Ecclesiæ, ideóque & in commercio *l.6.vbi Dd.de contrahen.empt.* Ad illud genus pertinent res Deo sacratæ, vt Ecclesia ipsa, *§.sacræ. Inst. de rer. diuis.* cum loco areáque sita, *l.6.de rer.diuis.l.æde.73. de contrahen. empt.* & donariis diuino cultui consecratis, *d.§.sacræ.* quę alienari non possunt, nisi in vsum ipsius; vt ita loquar, heri cuius sunt: puta in redemptionem captiuorum, *l.sancimus.17. hoc titul.* ab hostibus, *Bald. & Imol.in l.quamuis solut.matrim.* & pauperum alimenta: *Bart.num.17.in d.l.sancimus.17.hoc tit.per l. illud. hoc tit.* quibus quicquid impenditur, hoc sibi Deus fert expensum. *Matth.25.* Ad alterum genus referuntur, quæ sunt patrimonialia Ecclesiæ bona, pro dote aut ad fabricam assignata, *c.vnio.10.q.3.c.decernimus.10. q.1.* aut ad piam causam relicta: *d. Auth.omnes. j. com. de success.c.relatum. c. cum esses. de testa. Tiraq. de priuil. piæ causæ in prin.* quod etiam si ad aliam, quamuis impiam, relictum sit, non ideo minus valere debet, & in vsum aliquem pium ab œconomis conuertendum est: *l. iubemus. 14. hoc tit.* qui exemplo curatorum, bona Ecclesiæ administrant. *§.vlt.in Authen.de eccl.tit.l.orphanotrophos.30.j.t.1.Panorm.& Dd.cap.1. de in integ.rest.* nec alienare possunt, *Dd.in l.præses.12. j.de transact.* nisi multiplici canonum interueniente solennitate, *t.t.extr.& lib. 6.de reb.eccles.non alien. vbi Host.numer.2.& 3. Rebuff.in c. sine. 12. qu.2.*

7 Nam quæ iure ciuili solennia eam ad rem sunt inducta, *l. iubemus. 14. cum Authen. seq.hoc titul.* nunquam ab Ecclesia fuére recepta: *Bart.num. 19.in d.l.iubemus.*

8 ¶ Priuilegia Ecclesiæ, hoc est, singularia iura, *c.priuil.dist.3. Host.de priuil. num.1.* pertinent, exemplo iuris communis, *l.1.& 2.de stat.hom. §. vlt.Inst.de iur.nat.gent.& ciuil.* aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones. Personam etsi Ecclesia propriè non habet, *Spec.de lib.concept. §. iam nunc videndum. num.15. & 16.* iuris tamen interpretatione sustinet, vt quælibet vniuersitas, *l. proponebatur.76.de iud.Bart.l.aut facta. §. nonnunquam,num.3. de pœn.* & quidem multò maximè fauorabiliorem, vt matris, *clem.1.de sum.Trin.l. iubemus,14.hoc t.* filij, *Bart.l.heredib. §.Titius.num. 3. ad Trebell.Tiraq. priuileg. piæ causæ,* hæredis, *§.si quis in Authen.d.eccles.tit.c.relatum. 12. de testam.c.final.de offic.ordin.lib.9.* minoris, *c. 1.2.3.& t.t.de in integr.restitut.* ciuitatis, *l.vlt.hoc t.* imperij, *gloss.c.3.verb. ecclesia.de in integr.restitut. per §. sancimus.in Auth.de non alien.c. solitæ.de maiorit.* fisci, *clem. 2.§.1. de haret.Bart. in Rubr. j.de priuileg. fisci.* pauperum, *Bal.in l. omnes. 31. per illum text.in princip.& num.7.j.tit.1.* etiamsi personalibus (nam in realibus ordinariis & necessariis contra est, *l.ad instructiones. hoc tit. vide Thom.in tract.de collect.*) muneribus & oneribus non obligetur, *l.1.2.6.j.tit.sequent.Azo hîc,nu.7.8.Hostien. de immunit.. eccles. num.3. Thom. prealleg.loc.* Est etiam priuilegiata variè in rebus cum acquirendis, *l. vlt.hoc tit.* tum conseruandis, *l.priuilegia.12.cum l.si quis.h.tit. c.quisquis.17. quæst. 4.tot. titul.de rebus eccle.non alien. l.iubemus. 14. hoc tit.* tum amittendis *l.vlt. hoc tit.in Authen.de non alien.extr.de rebus eccles.non alien. d. l.iubemus.* aliisque piis causis vel actionum inter viuos, vel vltimarum voluntatum, *l.1.vbi Bart.Bal.& Dd. hoc titul.Roma.in Authen.similiter j. ad l. Falcid.* item in iudiciis, omníque iurisdictionis parte: *gloss in c.3. de in integr. restitut. c. ex ratione.de appell.c. in præsentia. de proba. c. vlt de sentent. & re iudic.c at si. de iudic. tot. tit. ext. de for. comp. & j. de episc.& cler.* vt hæc copiosè à multis tradita sunt, *Bart.Bald.sic in l.1.hoc t.Roma.in d.Authent. similiter.Tiraq.in tract. de priuil. piæ causæ.* nec in hoc commentariolo explicari satis idoneè possunt. Quare sufficiat ad ea digitum nunc intendisse, & aliquam ordinis præmonstrasse rationem iis, qui ad certa capita hoc genus priuilegiorum redigere & distribuere volent.

DE EPISCOPIS ET clericis, orphanotrophis, & xenodochis, & prochotrophis, & asceteriis, & monachis, & priuilegiis eorum, & castrensi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.

1 *Continuatio.*
2 *De episcopis.*
3 *De clericis.*

4 *De*

4 *De affinibus horum.*
5 *De priuilegiis & adiacentibus.*

1 IVs † publicum non tantùm ad sacra, verùm & ad sacerdotes pertinet, *l.1.§. huius. de iust. & iur.* qui publico in Ecclesia ministerio defunguntur. Quare post illa exposita, de altero hoc iuris publici obiecto, constitutiones ordine consequūtur. Sacerdotes à sacris dicti sunt, quibus dati ac consecrati sunt: *Varro lib.1 cap.cleros. vers.sacerdos.21.distin.* presbyteri, Græco nomine ab ætate. *d.c.cleros.c.quisquis.85. dist.* In hoc or-

2 dine primum locum obtinent Episcopi, † velut inspectores ac superintendentes reliquorum: *c. qui episcopatum.8.quæst.1. d. c.cleros. vers.episcopus.* à vigilantia, cura, labore, fide docendi, quam Ecclesiæ debent, *Canon. 58.* sic dicti: *d.c.cleros.* quasi præsides religionis quibus adæquantur, *l.si qui.8.cum l.seq.j. titul. 1.* de quorum tractatur generibus, *d.c.cleros. l.si quenquam.29. l. ad similitudinem.21.hoc titul.* numero, *in Anthent. vt def. sit,num. & de sanctiss. episc.* electione, *d.l.si quenquam.29.h.t.in Auth. de sanct. episc. c.1.3.16.dist. & extr.de elect. & de postul. præla. in decreta.* dignitate, *Authen.sed episcopalis.l. ad similitudinem. 21. hoc tit. c. quorum. distinct. in decretal.tit.de maio.& obed.* officio, *c.episcopi.2. quæst.1. l. nulli.28.h. t.l.addictos.7.j.tit.1.* potestate, *in Auth. vt diff. iud.j.de episc.audien. extr. de elect. & elect. potest.c. de persona.6.quæst.1.c.Roman a. de appell.* cum similibus priuilegiis. *l.1.2. & tot.h.t. & extr.de priuil.* Proximi ab his presbyteri. *l.presbyteri.8.h.t.*

3 Inferiorum † locum tenēt clerici ex sorte dicti, qua primùm & antiquitus eligebantur. *d. c. cleros.* In his præstant reliquis presbyter & sacerdotes. *l.presbyteri.8 l si quis.10. l. ad similitudinem. 21.h. t.* nam parochi pastoresque, quos in hunc numerum ius Canonicum aggregat, *tit. de parroch.* fuerunt in primitiua Ecclesia Episcopi, & ad superiorem ordinem pertinebant. *d.c. cleros. vers. episcopus.* Adiacent priuilegía, *l. 2. hoc tit.* peculiū, *d.l.2. l.sacrosanctæ.32.hoc t.* immunitas, *d.l.2.l.6.h.t.* castitas, *l.eū.19. h.t.* vitæ probitas, *l.*

4 *4.h.t.* dignitas. *l ad similitudinem.21.h.t.* Affines † sunt Orphanotrophi, Xenodochi, Prochotrophi, velut tutores & curatores personarum miserabiliū: vt Orphanorum, expositorū infantum, hospitum, pauperum, rerum atque causarū piarum: *l.orphanotrophos.30. h. t.* item monachi & moniales, quíque asceteriis inhabitant. *l. omnes. 31.l.iubemus 34.l.vltim. hoc t.* quorum nuptiæ olim liberæ, *l.2.h.t.Nou. 54. post vetitæ. l. 5. Auth. sed neque.hoc t.in Auth.de sanct. episc.extr. de con-*

5 *uers.coniug.* Varia præterea † sunt priuilegia, quę non tantùm honori personarum, sed etiam Dei maiestati, cuius sacris vacare sacerdotes oportet, indulgentur: *l.non distinguemus. 32. §. sacerdotio.3.de recep.arbit.* & peculium quasi castrense: quod partim sibi suísque quærunt, *l.sacrosanctæ. 32.h.t.* partim aliis, & in primis Ecclesiæ suæ, *l. si quis.15.h.t.* potissimùm vt in redemptionem captiuorum, aliásque pias causas conuertatur. *l. 2. hoc t.* Cæterùm quò digniore loco sunt, eò grauius puniuntur, si gradus elati dignitate delinquant. *l.presbyteri.8.in fin.C. de episc. & cler. vt in l.quædam.9.de pœn. & pluribus ex Aquinate confirmat Tiraquell. de pœn caus. 31. num. 18.20.cum seq.* Nec enim veritas ex personis, sed personæ ex veritate sunt iudicandæ, secundùm Tertullianum.

DE EPISCOPALI AVdientia, & diuersis capitulis, quæ ad curam pertinent pontificialem, hoc est, Episcopalem. Tit. IIII.

1 *Causæ Episcopalis audientiæ.*
2 *Materia, & quibus de rebus ibi ius dicatur.*
3 *Forma.*
4 *Finis.*
5 *Effectus.*

ETSI † præcipuum Pontificis seu Episcopi munus est, doctrina verbi populum moderari: *l.addictos. 7. hoc t. d. Canon.58.* tamen quia non omnes dicto audientes sunt, nec eiusmodi persuasione ad disciplinam perduci, vel in officio retineri possunt, & superioritas, in qua sunt Ecclesiastici, *l.presbyteri.8.s.t.1.* absque imperio & iurisdictione, nō satis habet neruorum & authoritatis, *l.2.de iurisd.* denique quoniam Ecclesia mater ac cultrix est iustitiæ: *c.1.§.1. de alien.feud.* ideo Episcopis peculiaris quædam iurisdictio Ecclesiastica, ciuili dignior, *c.solitæ.6.de maiorit.& obed. l. presbyteri.8.s.tit.1.* in personas & causas Ecclesiasticas, legibus Impp. est attributa: vt ius dicant clericis, *l.2.hoc t.* monachis, *l. addictos.7.h.t.* œconomis, *l. decernimus. 14. hoc t.* ac similibus personis Ecclesiasticis. quæ etsi olim etiam coram magistratū sæculari forum sortiebantur: *l.cum clericis.25 s.tit.1. l.decernimus. 14.h.t.* hodie tamen non nisi in auditorio, *l. lecta. 40. si cert. petat. l. prouidendum. 7. j. de postul.* seu audientia, *hîc in Rub.l.cum clericis. 25. s. tit.1.* Episcopali queunt conueniri (nam agentes forum sequuntur rei, *c.3.c.si clericus. 5. c. cùm sit generale.8.de for.comp.*) ne sponte quidem & cōsentientes. *c.significasti.18. de fer. compet. Authen. clericos. Auth.causa. s.titul. 1. gl. d l. cum clericis. verb.volentib.s.tit.1.cap.1.2.extr.de for.comp.*

¶ Præterea ius dicunt laicis vel ex consensu, 2 *l.si qui.8.gl.l. episcopale. 9. verb. audiri. hoc t.ide l. 1.C.Theod. de episc.* vel ex necessitate: vt pauperibus, *l.1.hoc t.* captiuis, *l.3. l.addictos. 7. l. iudices.10.hoc t.* aliisque miserabilibus: *l.nemini. 19. cum seq.h.t.* item quando iudex sæcularis adiri nequit, *l.si præsens.18.l.vlt.hoc t.* vel ob dignitatem aliquis conuenitur, *d. l.si præsens.* aut iustitiam facere magistratus detrectat: *c.ex tenore.13.*

de for.comp. denique & in causis spiritualibus *l.omni.6.§.de sacr.eccles.* quæ animas & conscientiam contingunt: *l.pen. l.si legib.16. l.nulli.28.l.si lenones.13. l.nemini.19. l.iubemus.16.l.de creationibus.18.l.6.l.1.& paßim.h.t.* vt sunt matrimoniales, *l.si legib.16. l.pen.h.t.* ac similes, *l.si lenones.13. l.nemini.19. cum seq.h.t.* relicta ad piam causam, *l.nulli.28.cum Auth.seq.h.t.* annonæ merciumq; precium iustum, *& c.l.1. vbi Bal.nu.2.3.h.t.* infantũ expositiones, *l.nemini.19.h.t.* curationes, *l. antepen.h.t.* legitimatio, *c.5.& paßim.qui sint fil.leg.* decimæ, *t.t.ext.de deci.* vsuræ: *t.t. extr.de vsur.* scilicet cum de iure talium rerum, non de facto, puta possessione quæritur. *c.tuam.de ord.cog. Bar. & Dd.Ias.nu.6.l.3.C.de iud.l.2.de iurisdict.l.6.§.de sacrosanct.eccles.Mynsing.obs.67.cent.1.*

3 ¶ Exercent autem iurisdictionem hanc vel ipsi per se Episcopi, vel vna cùm ciuilibus magistratibus: *l.iubemus.17. l.de creationibus.18. hoc tit.* ac cum sint ordinarij iudices, *l.si qui.8. vbi Bal.nu.1.hoc tit.* similes præfectis prætorio, *l.episcopale.9.vbi Bal.nu.1.2.hoc tit.* ordinariè quoque procedunt: *t.t.extr. de iud.cum multis seq.& lib.6. ac in clem. eod.cle. sæpe.de verbor.signif.* ita tamen, vt omnibus geminam fidem & sanctitatem tàm incorrupti iudicis, quàm sancti sacerdotis, gratis præstent. *l. decernimus.14. l.tam dementis.21. hoc t. c.cum ab omni.de vita & honest.cler.Spec.de off. ord. §.1.num.5.*

4 ¶ Finis huius iurisdictionis, vt cultus diuinus, pietas & castitas morum integrè seruentur: *l. si lenones.13. l.5. l.mathemathicos.11.hoc tit.* pauperibus, & in necessitate positis prouideatur, *l.1. hoc tit.* maximè de alimentis: *Bal.d.l.1. l.iudices.10.l.nemini. hoc tit.* captiui liberentur: *l.3.l.7. l.iudices.10. l.Christianos.12. hoc tit.* Christiani magistratus & officia eligantur: *l.4.l.7.l.nemo.15.l.iubemus.17. hoc tit.* præscriptiones etiam actionum, adita saltem in subsidium Episcopali sede, interrumpi queant. *l.si præsent.18. versic.statutum ita tempus interrumpere.l.vltim.versic.libellum ei porrigere, &c. hoc tit.*

5 ¶ Effectus, quòd eorum sententiæ decretáque rata sint: *l.9. hoc tit.* nec modò ab ipsis, quatenus eorum iurisdictio porrigitur, sed etiam à magistratibus ciuilibus, citra vlteriorem cognitionem executioni mandentur: *l. episcopale. 9. hoc tit.* nisi appellatione post (non ante) *l.2. hoc tit.* sententiam ad Principem instituta suspendantur; *l.addictos.7. hoc tit.* quæ tamen non permittitur iis, qui sponte hîc litigant. *l. episcopale. 9. vbi Bal. hoc tit.* Et quia nulla iurisdictio sine coërcitione satis virium habet, commodéque exerceri potest. *l.2. de iurisdict.* ideo etiam hæc Episcopalis annexam habet puniendi potestatẽ. *c.1.c.irrefragabile.13 de off.ord.t.t.ext.de pœn.* nõ tamen corporaliter pœna sanguinis; *Bald.l. in ipsius C.fam. hercisc.Ias.l.transigere.numer. 4. C. de transact. Panor. numer 4. c.ad audientiam. de crim. fals.c.at si clerici.num.43.de iud.* damnandi ad carceres perpetuos, *c.quamuis.de pœn.lib.6.* excommunicandi, *t.t. de sent. excommun. extr.* interdicendi, *c.3. c.ad reprimendum.8. de off.ord.cle.1. de pæ.* suspendendi, *d.c.3.* mulctandi *gl.& Dd.in c.3. c.dilectus de pœn.vbi Host.num.8. de Spec.de contumac.§.4.num.2.* ita tamen, vt mulctæ non ipsius sint, *l.2.hoc tit: Host.de pœn.nu.8.per c.2.eod.t.Panor.in c.vt clericorum. de vit. & honest.cler. Maran. in Spec.parte 6. num.116.* sed in pauperum fiscum atque vtilitatem, vel ad alios pios vsus conuertantur. *l.2.hoc tit.l.2.§.tit.1.*

DE HÆRETICIS ET Manichæis & Samaritanis. Tit. V.

1 *Hæresis vnde dicta, quid sit.*
2 *Propria.*
3 *Gradus & genera.*
4 *Causæ.*
5 *Effectus & pœnæ.*
6 *Modus procedendi contra hæreticos.*
7 *Adiacentia.*
8 *Affinia.*
9 *Contraria.*

PRæcipuè ad curam episcopalem spectat, vt hæreses extirpentur. *l.4.§.de sum.Trin.& ext. in 6. ac cle.t.de hær.* Hæresis † Græco nomine sectam, diuisionem, instituta philosophorum, habitum animi, opinionem de aliquo dogmate confirmatam significat: *l.6.§.1.de excusat.tut.* ducto vocabulo ab electione: *cap.hæresis.24. quæst.3.* vnde & αἱρέσεως. ita vt ambiguum in vtramque partem sit verbum. *l. vltim. verb. secta meorum temporum. ℐ. de pact. §. vlt.Instit.de legat. vt Actor.24.14.* quanquam vsu factum sit odiosum, *2.Pet.2. Cor. 11. 18.* & in malam partem, præsertim hoc in tractatu, pro erronea fidei opinione accipiatur, *c.inter c.hæresis.24.quæst.3.* Hæresis igitur est pertinax in articulis fidei seu religione Christiana error: ἑτεροδιδασκαλία cum pertinacia. *1.Timoth.6.2.3.* Hæreticus, qui in errore eiusmodi pertinaciter perseuerat, falsus doctor, *2. Pet.2.1.* viam veritatis blasphemans: *2. Pet.2.2.* qui sectas inducit exitiales, *2. Pet. 2. 1. 1.Corinth. 11.12.* contra doctrinam Apostolicam, *Rom.16.17.l.1.§. de sum.Trin.* errans, & alios in errorem inducens: *2.Timoth.3.13.* à scopo, hoc est, circa veritatem fidei aberrans: *2.Timoth.2.18.* cum peruicacia, monitionibus omnibus contemptis, *Tit.3.10.Matt.18.17.* non acquiescente sanis sermonibus, *1. Timoth.6.3.* sed iisdem contradicente peruicaciter. *Tit.1.9.* non enim error (videlicet solus) facit hæreticum, verùm pertinacia: scilicet non sola, sed in errore perseuerans. *Galat. 5. 12.Philip 3.tit.3. 11.2. Pet.2.1 Roman.14.13. cap.dixit.24. quæst 3. Archidiacon.in d.cap hæresis. c.accusatus. de hæret.in 6. cle.1.§.porrò de sum. Trinit.clemen.vnic. §.penult. de vsur.* nec hæreticus dici potest, qui paratus est doceri, & meliora doctus errorem corrigere, *capit.2. in fin. de sum. Trin.*

Tehne. Error, initium seu fundamentum est; pertinacia, terminus, ac, vt nostri loquuntur, complementum. Quare quod dicitur, *l.2.in fin.hoc titu.* hæreticum esse, qui vel leui argumento (opinionis scilicet, non probationis, de qua post agitur, verb.detecti.) vt hinc malè colligant, leui argumento quem hæreseos conuinci. *Arelat.de hære.nota.2.Quidquid.Tract.quæst.13.num.19.fac. c.contra.eo.cap.5.eo.lib.6.*) à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare: accipiendum est secundum ea quæ sequuntur *l. 4. hoc titul. de impœnitentibus. & αὐτοκατάκριτοις.* Cæterùm Nou.109. de hæreticis, seu vt est in vulg. de priuileg.dot. definiuntur esse hæretici, qui cùm nomen sibi Christianum imposuerint, tamen se à Christianorum fide & communione separant, qui se alienant ab ouili Dei, qui sacramenta in catholica ecclesia aspernantur, séque separant à sancta Dei catholica & apostolica Ecclesia, & sacrosanctam in ea communionem non percipiunt, quæ coniunctim, non diuisim sunt accipienda.

2 ¶ Proprium igitur hæreseos, errare in fide, *l.2.hoc tit.* & in eo errore perseuerare: *l.4.hoc titu. d.cap.hæresis.* quæ perniciosa & tetra est gangræna. *2.Timoth.2.7.* labes atque prauitas: *l. quicunque.8 hoc tit.cle.1.§.verum.eo.cap.accusatus.§ sanè. eo.in 6.c.excommunicamus. §.credentes. eod.exitialis. 2.Pet.2. 1. 2.3.* incidens in crimen publicum *l.4. h.t.* maiestatis, *d.l.4.hoc tit. Auth.gazaros.hoc t.* & sacrilegij. *l.quicunque.8. h.t.* Hæretici refractarij, vaniloqui, mentium deceptores, *Tit.1.10.* mẽdaces, *Tit.1.12.* polluti, infideles, abominandi, rebelles, *Ti.1.15.16.* αὐτοκατάκριτοι, *Ti.3.11.* audaces, sibi placentes, *2.Pet.2.10.* execrãdi, *2.Pet.2.14.* sibi & alijs exitiosi. *2. Pe.2.2.3.* Partes hęreseos duę sunt, error & pertinacia. *d.c.hæresis.cum alijs.§.alleg.*

3 ¶ Genera complura, speciésq; innumerabiles: *l.4.5.6.penult.h.t.No.109.de quib. vide Epiphan.de hæres.* sicut sathan mille fraudum est opifex, vna omniũ prauitas & sacrilegiũ. *d.l.quicunq; 8.h.t.c. excommunicamus.13.eo.* etiamsi gradib. differãt, & alij errores alijs sint perniciosiores, magísq; detestabiles: *l.pen.h.t.* nec in pari hæreant culpa pœnáq; (quòd quidem ad iura nostra, quæ loco motiuam regunt, *l.cogitationis. de pœn.* attinet *l.quicunque 8.hoc t.*) qui tantùm mente sunt hæretici, *gl.in c.1. verb.asserere. de sum.Trin.lib.6.* cum illis qui verbis atq; facto errores propugnant, & aliis etiam infundere atque affricare machinantur, *d. l.quicunque.h.tit.1.Tim.6.2.3.Rom.16.17. 2.Pet.2.13.* totásque domos subuertunt. *Tit.1.11.*

4 ¶ Causa præcipua, furor & insidiæ diaboli, *glo. in c.1. verb.asserere.de sum.Trin.li.6* hominum superbia, ambitio, cupiditas. *c.hæresis.24 q.3.* Σιώπη, ingeniorum leuitas, *2.Pet.2.14. l si quis. 30. verb. leues hominum animi superstitione numinis terreantur.de pœn.* ἀμαθία, ignorantia, auaritia, *Tit.1.11.2.Pet.2.2.14.* rerum vlitatarum odium, *2.Tim. vlt.2.Pet.2.Iud.1.&* curiositas, auiditas nouarũ, *2. Tim.vlt.3.* zelus, sed non secundum scientiã. *Rom. 10* ... ficta veritatis species, glaucoma animis non satis peritis obiiciens, *2.Pet.2.* negligentia pastorum, *Matth.13.* exempla, infido societates, fatum veritatis diuinæ multis scandalis obnoxiæ, aliis odor ad vitam, aliis odor ad mortẽ. *2.Cor.2.16.* Materia in qua, ita distinguitur, *gl. in ca.qui aliorum.24.q.3.* vt hæresis sit falsa credulitas in rationali, peruersa voluntas in concupiscibili, impugnationis pertinacitas in irascibili. Simplicius est dicere, hæresin tantùm cadere in eos, qui professione eiusdem sunt nobiscum religionis, nec articulos fidei omnes ex professo abiiciunt, (hoc enim est apostatarum, de quibus ℐ.de apostat.) sed aliqua ex parte corrumpunt. In his materia in qua, est mens & voluntas, vt enim fides est ἔλεγχος in mente, ὑπόστασις in volũtate: *Heb.11.* ita hæresis est opinio in mente, & persuasio pertinax in voluntate: & in animo potius cõsistit, quàm in actu extrinseco: *Girl.de hæret.q.1. num.3.* principaliter, vt nostri loquuntur, in corde, quanquam secundariò in ore & factis. *Girl.de hæret.q.1.n.5.& 6.* Necessum est enim, errorem foras aliquo modo proferri, *c.existimauit.cap.non solum.11.q.3.c.violatores.25. q. 1. Arel.de hær.nu.1.* vt hæresis esse iudicetur: cum motuum cordis & cogitationum vnus cognitor & iudex sit Deus καρδιογνώστης: *Bal. l.si quis non dicam.n.1.§.de episc. & cler.* coram quo sola quis mente hæreticus esse potest: *gl.cap.1. verb.asserere.de sum. Trin.li.6.* ad homines non item. quanquã hoc verũ, sola volũtate seu προαιρέσει crimẽ hoc cõmitti, & hîc errorẽ animi iure singulari, contra l.cogitationis.de pœn.puniri: dummodò indubitatis indiciis, puta ex confessione, facto, &c. probari possit. *clem.1. §.verũ.vbi gl.verb.eo ipso.eo.Bal.d.l. si quis non dicã. nu.1.Girl.& Arel.præall.loc.* Materia circa quam, sunt articuli fidei. nam circa ea duntaxat, quæ fidei sunt, hæresis versatur: *1.Ti.1.14.* περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν, &c. non secundũ alia opinionũ & sentẽtiarum obiecta. Quare in Astronomicis, Iure, Medica arte, Philosophia, absurdas opiniones mordicùs defendẽs, fatuus potius & seruus absurdarum opinionũ, quàm hæreticus est cẽsendus. *l. Seruius.4.quod vi aut clàm.* Sed & ij, qui nostræ nõ sunt fidei, neq; vnquã in Ecclesia fuerunt, nec ab ea discesserũt, vt Ethnici, Mahumetani, Iudęi, propriè hæretici dici nequeũt: cùm hoc nomẽ ciues Ecclesiæ eiusdẽ doctrinam corrumpẽtes, aut deserẽtes notet, *d.No.109.* licet nomen Christianũ sibi imposuerint: vnde & diuersis in titulis de his separatim agi videmus, hîc, & ℐ.de Iudæ.de paganis, [redacted] Fines cur in Ecclesia grassentur hęreses, varij sunt. Permittit. n. id Deus primò ad δοκιμασίαν pioru, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται. *1.Cor. 11.*

Nam vt tyranni patientiam Ecclesiæ exercent, A
ita hæretici fidem acuunt, studiúmq; intendũt,
veritásq; contentione illustratur, ab ipso sumẽs
opes animúmque ferro. *c. vlt. 24. q. 3.* Secundò in
pœnam negligẽtium & contemnentium summum
hoc patefactæ veræ de Deo doctrinæ beneficium.
2. Thess. 2. Psal. 81. In diabolo finis est
naturæ congruens, vt Deus contumelia afficiatur,
Ecclesiæ fructus zizaniis aut opprimantur,
aut corrumpantur: *Matth. 13.* multíque à vera
Dei cognitione, hoc est, vita æterna; *Ioan. 17. 3.* B
in exitium pertrahantur. *2. Pet. 2. 2. Timoth. 2.*
1. Timoth. 2. In hominibus κενοδοξία, ambitus
gloriæ, sanctitatis, excellentiæ, potentiæ, etiam
odiũ, vindictæque studium, & similes cupiditates
deprauatæ: de quibus 2. Timoth. 1. vlt. 2.
Pet. 2. Iud. 1.

5 ¶Effectum notat D. Paulus 2. Timoth. 2. dum
hæresin serpere ait velut γάγγραινα: quod malum
non nisi præciso infecto membro amoueri
potest; & nisi sic abscindatur, paulatim arrodendo C
carnem & ossa, hominem interficit. quare &
hæresis, vt lethale ac pestiferum nedum impiũ
virus, ex finibus agrísq; Ecclesiæ, etiam resecto
putido membro, exterminandum. *c. resecandæ.*
24. q. 3. Nã quod Dominus zizania vt crescere sinant,
iubet, Matth. 13. Apostolis dicitur, non magistratui.
Illorum est, hæreses indicare (quanquam
hoc omnes etiam facere decet, *Innoc. in c.*
1. num. 4. & 5. de testib. cog. vt in parricidio: *l. diuus. vbi Dd. d. l. Pomp. de parr.*) arguere, conuincere, D
damnare, excommunicatione profligare,
vt Paulus ad Timoth. & Tit. item. Petrus ac Iudas
in Canonica docent: magistratus est, qui nõ
frustra gladium gerit, *Rom. 13.* in cõuictos ac im
pœnitentes æquè animaduertere, atque in reli-
6 quos facinorosos: *l. 4. hoc t.* ita † tamen, vt legitimus
criminalium rerum ordo seruetur: præmissa
denunciatione, *Authen. Gazaros. versic. ad mandatum Ecclesiæ. hoc t. Matth. 18. Tit. 3. c. qui dignior. 24. q. 3. c. 2. c. qualiter. c. super his. de accusat.* E
c. vt commiß. §. 1. de hær. lib. 6. & si ea nihil proficitur,
instituta accusatione, *l. 4. hoc t.* vel inquisitione,
c. 8. 9. 10. cum seq. c. inquisit. 16. eod. c. vlt. & paßim eod. in 6. cle. 1. eod. etiã absq; diffamatione
præcedente: *Carer. de hæret. n. 110. Arelat. eo. notab. 26. Simaneas de hæret titul. 22. nu. 7. Menoch. consil. 110. numer. 67.* in qua etsi non omnia indiciorum
solennia ad amussim seruari necesse est:
cap. vltim. de hæret. nu. 6. Gundiß. de hær. quæst. 12.
tamen substantialia legitimæ cognitionis omitti F
non debent: *Felin. c. auditis. numer. 27. de præscript. Arelat. de hære. notab. 2.* vt sunt citatio partis,
c. vltim. eo. in 6. gl. prima. l. 4. ℑ. de apostat. examinatio
causæ idonea, admissio defensionum,
cle. pastoralis. de re iudic. probationum ab vtraque
parte, *arg. l. 1. vbi Dd. C. de fal.* per confessionem,
Felin. capite auditis num. 27. cum seqq. de præscript. Bald. l. si quis. num. 5. de episc. & cler. Arelat. de hær. not. 2. numer. 2. 3. testes saltem duos, G
c. vt officium. §. verum. eod. lib. 6. Host. eod. num. 3. Ioan. lig. in cle. 1. in fine eo. Gundiß. de hær. q. 13. num. 9.

A omni scilicet exceptione maiores. *l. vbi numerus. de testib. l. admonendi. de iureiur.* nam plures
requiruntur, si minus idonei sint, qui & hîc recipiuntur:
c. contra. eod. c. in fidei. eod. in 6. Gundiß. eod. q. 13. n. 11. item per literas, instrumenta, libros
improbatæ lectionis. *Gundiß. q. 13. num. 19. per c. qui de mensa. §. sed econtrà. 37. dist.* etiam tormenta
([illegible]
[illegible] periculosè, tanquam cruce innocentibus etiam
[illegible] ex indiciis tamen sufficientibus. *cle. 1. §. 1. eod.*
B *Gundiß. quæst. 13. in prin.* Probatione verò contra
hæresim impleta, quæ hîc vrgent ssima, & validissimè
concludens esse debet. *Gundiß. præalleg. loc. n. 21. 22. fac. l. vlt. C. de probat.* etiamsi nonnulli
non rectè leuiores sufficere putent, *Clarus li. 5. §. hæresis. num 20.* adhibito sapientum consilio,
& exquisito eorum, qui de doctrina Ecclesiæ, ac
contraria illi hæresi, rectè iudicare possunt, iudicio,
sententia declaratoria in hæreticum est ferenda,
C *c. vt commißi. 12. de hære. lib. 6. Hostien. eod. nu. 5. & 6.* qua declaretur hæreticus, & ideo iis
subiectus pœnis, quæ ipso iure huic generi imponuntur.
c. excommunicamus. 13. & 15. cap. vergentis. 10. extr. eod. c. cum secũdum 19. eod. quam omnem
cognoscendi & iudicandi potestatem Ecclesiastici
suum ad forum traxerunt, *c. ad abolendam. de hæret. c. vt commißi. c. per hoc. c. vt inquisitionis. de hær. lib. 6. cle. 1. eo. Clarus li. 5. sent. §. hæresis.* præcisa
omni appellandi facultate, *c. vt inquisitionis. 18. eod. lib. 6* magistratibus sæcularibus (vt appellãt)
D nulla huius rei cognitione, sed tantùm executione
post imploratum à sententia brachiũ sæculare
relictæ. *c. ad abolendam. & paßim de hæret.*
quod olim non perinde vsitatũ fuit. *l. 4. & paßim h. t. l. 1. ℑ. de sum. Trinit.* Nam Constantinus, exẽpli
gratia, causam Arrij primùm in legitima synodo
Nicena cognoscisse non præsente tãtùm,
sed præsidente iussit: réq; idoneè cognita, & cõsentientibus
Episcoporum, qui Ecclesiam repræsentabant,
suffragiis, ad normam sacræ Scripturæ
E congruentibus hæreseos damnatum, & in ea
pertinaciter restitantem, exilio multauit. Etenim
sicut in prima Ecclesia, cùm ope & auxilio
magistratus Episcopi destituerentur, excommunicatione
tantùm, quod vnum poterant, hæreticos
profligabãt: *Tit. 3. 1. Cor. 5.* ita deinceps sub
Augustis Christianis, hæreseos ab Ecclesia damnati,
à Principe relegabantur, *l. 2. in fin. C. de sum. Trin. l. vlt. ℑ. ne sanct. bapt.* aut deportabantur. *l. quicunque. 8. h. t.* aut plectebantur arbitrariè, *l. 1. ℑ. de sum. Trinit.*
F vbi tamen Bald. nu. 7. vult pœnam
hæresis ex lege ordinariam esse, quo ad inferiores
magistratus: arbitrariam verò, quo ad
Principem, cui pœnæ sunt omnes arbitrariæ, sicut
iudicia ipsa vniuersa: *Menoch. consil. 2. nu. 159. cum sequen.* vt quos spiritualis disciplina nõ corrigit,
eos pœna temporalis debito modo corripiat.
c. vergentis. 10. eodem. Porrò quod dicitur l.
4. h. t. contra Manichæos inquisitioné in mortẽ
extendi: hoc non ad supplicium capitis, sed vl-
G timarum voluntatum cessationem, item ad hoc
vt mortuus accusari, & memoria eius damnari
possit,

possit, spectare, ipse ext. ostendit: *& gloss. d. l. 4. verb. subire. l. 2. ℑ. de apost. l. 1. in fin. C. de sum. Trin.* A
nisi dicamus, singulare fuisse in Manichæis, & similibus,
qui ad imam vsq; scelerum nequitiam
peruenerant *l. 5. h. t.* vt vltimo supplicio iure tra
derentur: *l. 5. l. quicunque. 3. in fin. h. t. l. 3. ℑ. ne sanc. bapt. ter.* tametsi & has cõstitutiones interpretari
fas sit, non de amissione vitæ, sed de deportatione;
quæ & ipsa vltimum ac capitale suppliciũ
dicitur. *l. vlt. C. de executor. & exact. lib. 12.*)quanquam
I. C. impropriè fateor, l. vltimum 21. de
pœn. loqui videatur) cum hæc coniugantur in B
d. l. 4. l. quicunque. 8. h. t. Manichæis etiam de ciuitatibus
pellendis, & vltimo supplicio afficiẽdis.
quomodo enim potuerunt ciuitate expelli,
aut quid illa verba operabuntur, si interpretemur
supplicium de amissione vitæ, ac non potius
de deportatione? Quamobrem & reliquas
leges, quæ capitis pœnam decernunt, ita licet
[illegible] bapt. quam nisi sic in-
[illegible] C
apostat. &c. Et hæc pœna cum Ecclesia[illegible]
gruit. quod enim hîc est excommunicatio, id in
Imperio πολιτείᾳ ciuili est bannũm seu exiliũ:
itẽ quæ Canonibus pœna perpetui carceris impœnitentibus
hæreticis præstituitur, *c. pen. §. vlt. extr. eo.* ea in foro sæculari est deportatio. *l. 5. de interdict. & rele.* Ideóq; hoc minus incurrit in illud
Christi dictum, Matth. 13. Sinite crescere zizania:
si quis hoc generaliter (quãuis non rectè,
cæteroquin idem in aliis scelerosis reprobísque D
valeret) & absq; distinctione officiorum intelligere
velit: dátque spaciũ pœnitentiæ errantibus,
quoad viuunt, quod priuatione vitæ intercipitur.
Nec vltra hunc gradum olim in hæreticos
sæuitum fuisse, & sic Impp. constitutiones acceptas,
exilium Artij, ac similiũ docet. pro quo
illud Augustini contra Crescentium grammaticum,
lib. 3. cap. 50. Nullis, inquit, placet hoc in
catholica Ecclesia, si vsque ad mortem in quem E
quam, licet hæreticum, sæuiatur. Est etiã humanius,
licet I. C. proprietatis verborum seruantiss.
suppliciũ de morte naturali interpretentur: *d. l. vltimum. de pœn. l. qui cum 14. §. 1. de bon. li.* tamen
in pœnalibus, cum aliud verbis legis disertè nihil
admodum est expressum, suppliciũ seu pœnã
capitis, potius de deportatione, quàm amissione
vitæ interpretari: vt pœnæ, quo ad eius fieri
potest, benigna interpretatione molliantur, F
l. pen. de pœn. & ad minimum accommodentur:
l. semper in obscuris. de reg. iur. vbi Dec. c. odia. eod.
præsertim cùm error animi & opinionis non sit
ex genere capitaliũ, imò potius quę per se capitalia
sunt, mitiget. *l. si adulterium cum incestu. §. 1. de adult.* Idq; probat l. quicunque. 8. h. t. vbi pœna
deportationis initiò præstituta, pòst appellatur
supplicium capitale; verſ. vlt. etiam. (quæ particula
illatoria se refert ad pœnam superiorem)
supplicio coerceantur: quæ aliter accepta, sibi
non constaret, vt contraria, seq; ipsam corrigeret, G
velut lex 2. & 3. ℑ. ne sanct. bapt. quod non est
præsumendum. Sed nec Canones aliam hîc pœ-

A nam irrogant, quàm excommunicationem: *d. c. excommunicamus. 13. c. ad abolendam. 3. eo.* reliquam
potestati & arbitrio iudicis sæcularis committunt:
d. c. ad abolendam. d. c. excom. c. pen. eo. cum simil. quæ arbitraria regulariter ad mortẽ extendi
non debet *l. hodie. de pœn. Boer. decis. 254. nu. 13. Alex. cons. 5. in casu. n. 13. vol. 1. cons. 283. vol. 2. Maran. in Spec. aur. parte 4. dist. 1. n. 53. & disputa. 3. per l. 1. de fur. Bar. Bal. l. 1. §. expilatores. de effract. Hipp. in pract. §. quoniam. nu. 96. pro qui. & l. 1. in fi. C. de sum. Trin.* quapropter huius erit, pœna legis, hoc
B est, deportationẽ, vt dictum est, non transgredi.
l. 1. §. 1. ad S. C. Turp. l. aliud. l. si qua pœna. de verb. signif. c. de causis. de off. del. Tiraq. de pœn. nu. 1. in proœm. Cæterùm glossatores, *in l. 1. vbi Azo. & Amelit. fg. Saluat. Host. eo. §. qua pœna. n. 10. & Canonistæ, c. vergentis. 10. c. abolendam. ext. eod.* pœnam
hanc non modò de amissione vitæ interpretantur,
vt & Zaſ. cons. 23. li. 1 Coraſ. li. 3. Miſcel. c. 8. n. 5.
sed ad ignis etiã cruciatus extendunt: quod cõsuetudo
sequitur. *vt volunt Couar. var. resol. lib. 2. c. 10. nu. 10. Panor. c. ad abolendam. nu. 13. eo. Grillan. de hæret. q. 3. nu 3. Gundiſ. eo. q. 15. nu. 4. Carer. in pract. ca. hæresis. Clarus. li. 5. § hæresis. n. 7. & 8. Gomez. resol. tom. 3. c. 2. n. 1. Laur. Corr. in prætor. & cur. li. 1. § 3. c. 9. de hæres. nu. 12. & consonat ius Sax. art. lib. 2. quanquam de apostatu tantum propriè loquatur.*
Atqui hoc genus supplicij nunquam decerni debet,
(nisi cùm lege disertè est expressum. *l. vnic. vbi Salic. C. de agger. Nili rump. l. capitalium. 28. §. 1.*
D *§. igni. cremantur. l. aut damnum. 8. §. hosti. l. si quis. 38. §. 1. de pœn. Gundiſſ. d. q. 15. nu. 4.* Quare Zasio *d. cons. 23. li. 1.* magis placet gladij pœna: nec se satis
explicat Coraſ. præall loc. licet tamen sit eor
in atrocioribus pœnam legis transgredi, *Bal. l. ob seruandum. q. 10 de off. præsid. Innoc. c. 1. de constit.*
etiam in delicto hæresis, vt Maiestatis. *Menoch. cons. 100. n. 65. 66.* Sed id summis tantùm Principibus
permittitur, *vt dextrè restringit Iaſ. in l. qui*
E *iurisdictioni nu 4. & 5. de iurisdict. om. iud.* nec eadem
inferiorum potestas est. *Bal. Auth. hodie. C. de iud. l. 1. C. de precib. Imper. offer. Iaſ. d. l. qui iurisdictioni.* Deinde alij aliis grauius & peius errantes
discipuli etiam pecunia, atque mitiùs quàm doctores
& corruptores puniuntur. *l. quicunque. 8. in fi. h. t.* vt non videatur certa pœna, sed arbitraria
potiùs esse statuenda, *l. 1. in fi. in l. vlt. C. de sum. Trin.* etiamsi gl. & Dd. certam esse velint, & ordinariam:
l. 1. in fi. C. de sum. Trin. respectu scilicet in
F feriorũ à Principe. *Bal. l. 1. n. 7. C. de sum. Trin.* Sanè
lex Mosi, *Deut 13. ac paßim.* id genus hominũ lapidibus
obruit: ac capitali supplicio in sacerdotes
Baalis, similésque fanaticos animaduersum à
piis regib. olim. *lib. 4. reg. c. 23.* & prophetis, vt Helia,
&c. haud dubiè diuino instinctu & præcepto,
diuinarum historiæ rerum ostendunt. Ac extat
censura in pseudoprophetas catholica, propriè
spectãs & directa in regnũ Christi: *Zac. 13. 3.* Non
viues, quia mendacium locutus es in nomine
Iehouæ. Sed in illa Repub. atque aliis omnibus,
G præsertim in imperio Rom. aliter atque aliter in
hos animaduersum esse patet. *l. 1. ne sanct. bapt.*

l. quicunque. §. circa finem hoc titul. Quare dicat nius Iure nostro, cum non sit vnum & simplex crimen, sed varium, etiam pœnam esse variam, *d.l. quicunque.* 8. & proinde arbitrariam, *l. 1. in fin. §. de sum. Trinit. d. cap. 8. c. 13. eod.* pro atrocitate & qualitate delicti, adijsque personarum circumstantijs, vt simplicitate, errore, ignorantia, vesania, deceptione personæ, *l. quicunque. 8. hoc titul.* quæ tamen pœna regulariter non debeat excedere deportationem, *l. 4. hoc tit.* Vt enim hæc in crimine falsi regularis est & summa, nisi in casibus exceptis: *l. vbi in fi. C. de fals.* ita & hîc præcipuam, regulariter de deportatione, vel relegatione, interpretemur: *l. 4. cum seq. l. 8. hoc titul.* sicut & in primitiua Ecclesia apparet obseruatum, quam tamen pœnam aliæ ex constitutionibus sequuntur: *de quibus Bonif. de Vitell. Rubr. de crim. hær. num. 6. Bernar. Diaz. in pract. crim. ca. 106. in fin.* vt infamia, *l. 1. in fi. §. de sum. Trin. Authen. Gazaros. hoc titu.* amissio bonorum, *l. 5. 8. hoc tit. ca. vergentis.* 10. *eod.* cohærens deportationi: *l. deportatorum. 8. C. de pœn. l. de bonis. 6. de bon. dam. l. bona. 39. de iure fisc.* quæ bona proximis cedunt, dum tamen orthodoxis. *Cuiac. obs. 12. cap. 30. ex Cod. Theodos. & Basil. vnde legem. 4. hoc tit. supplet.* Item amissio priuilegiorum, *l. 1. cum Auth. seq. hoc tit. d. cap. vergentis. c. decreuit. eod. in 6.* iuris contrahendi, *l. 4. hoc titul. c. vltim. eod.* testandi, *d. l. 4. l. quoniam. 12. hoc titul.* succedendi, *l. cognouimus. 10. hoc tit.* postulandi, *l. nemo. 15. §. titul. 1. Authen. credentes. hoc tit.* militandi, *l. 5. l. 8. hoc tit.* conuenticula habendi, *l. 5. & Authen. Gazaros. hoc titul.* honorem agendi, *Cuiac. obser. 12. cap. 30. in fin. hoc titul. ex constitutione Græca, quæ congruit. d. vltim. §. de Iud. d. Auth. credentes. l. nemo. 15. §. titul. 1.* cum tamen hæretici omnibus respondere cogantur, *d. Authent. credentes. Arelat. notab. 1.* quod & in excommunicatis tralatitium est. *cap. cum inter. 5. de except.* At sepulturæ ius habet, quod ἀνθρώπινον καὶ ὅσιον vult esse lex Græca, huius tituli quam Cuacius restituit. *obs. 12. c. 30.*

7 ¶ Adiacet hæresi schisma, *cap. 2. distinct. 8.* error, *l. 2. hoc titu.* pertinacia, *cap. inter. cap. hæresis. 24. quæstion. 3. cap. 2. in fin. de sum. Trinit. cap. accus. de hær. in 6. tit. 1. §. porrò. de sum. Trin. cle. vnic. §. penultim. de vsur.* discessus ab Ecclesiæ communione: *l. quicunque. 8. hoc titul. cap. 2. eod. libr. 6. d. Novell. 109.*

8 Affines sunt Manichæi, *c.* quibus vide August. passim. *l. Manichæos. 4. cum sequ. 4. hoc titul.* qui cum ad imam scelerum nequitiam peruenerint, *l. 5. hoc tit.* singularibus quibusdam exemplis coercentur: de quibus, *l. 5. l. 8. hoc titul.* item Samaritani, *de quibus Nou. 45. & 129. & ibi Cuiac.* Iudæi, *de quibus J. tit. 9. de Iud.* pagani, *de quorum gentilitate. J. tit. 11. de pagan. & sacrif.* Mahometani, *de quibus cæter. de Iudæis & Saracenis.* qui proprie hæretici non sunt, cum non sint Ecclesiæ ciues & indigenæ, sed diuersum prorsus, & nostræ fidei articulis contrarium dogma profitentur, nec possint videri ab Ecclesia discessionem fecisse, qui in ea nunquam fuerint. *gloss. penult. in cle. vnic. verb. hæreticum. de vsur.* Quare nec ijsdem pœnis subiacent *J. tit. de Iudæ.* cum nõ soleat Ecclesia de his, quæ extra sunt, iudicare. *1. Corinth. 5. 12. 13.* Receptatores etiam, fautores, adhærentes hæreticis, valde illis vicini, & pares etiam, quo ad pœnas, habentur. *c. excommunicamus. 13. §. credentes. eod. tit. l. Arriani. 5. cum l. sequ. l. 8. hoc titu. cap. vsura. eod. libr. 6. gloss. clem. vnic. §. vltim. verb. si quis. de vsur. Gundiss. quæst. 16. de hær.* Sanè pro eo quod de Samaritanis (quorum modò mentionem fecimus) hoc in titulo legitur, quidam reponunt, de schismaticis: quos & ipsos quoque hæreticis non multum esse dissimiles, apertum est, *cap. inter. 24. hæresis. 24. quæstion. 3.* hæresis enim causa schismatis est: & omnis hæreticus, schismaticus est: *cap. 2. distinct. 8.* non etiam retrò, & econuersò. *gloss. vltim. d. c. inter.* Hæresis est dissensio & distractio doctrinæ & fidei: schisma, animorum, etiam in religionis consensu: [illegible]

9 ¶ Contraria hæresi sunt orthodoxa & catholica fides, *l. 1. §. de sum. Trinit.* lex Christiana, *l. cœlicolarum. 11. in fin. J. de Iudæ.* scrutari scripturas: *Ioan. 5. 39. Ioan. 7. 17. Actor. 17. 11.* vbi hoc veræ generositatis esse studium perhibetur. Item ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, & hinc ducta veritatis demonstratio, qua longè melius conuincitur error, quàm multis vociferationibus & insectationibus: quomodo D. Ioannes cap. 1. non insectando, sed veritatem asserendo, Cerinthum & alios hæreticos optimè refutauit. Item pœnitentia, *l. 4. hoc titu.* ac reuocatio, *Arelat. not. 46. Gundiss. quæst. 20.* An præscriptio obstet accusationi hæreseos, meritò dubites. Equidem à morte quinquennio præscribitur, *l. 2. J. de apostat.* vt & aliæ quæstiones status omnes, *tot. titul. ne de stat. def.* inter viuos nullis finiri temporibus, ea accusatio scribitur. *l. 4. J. de apostat.* Quanquam autem is textus de apostatis loquatur: qui cum in eodem crimine perseuerent (nec enim aliàs apostatæ sunt) iure semper conueniuntur: tamen quoniam hîc eadem militat ratio, etiam in hæreticis peruicacibus idem statuendum videtur: cum præscriptio tantùm currat à tempore delicti perpetrati, *l. querela. C. de fals.* non etiam obtineat in ijs quæ continua sunt, & hodie eadem quæ ante 20. annos fuêre, deprehenduntur: vt de qualitate incarcerationis cõtinuò dicitur, quod præscriptionem appellationis excludat. *Bald. l. addictos. numer. 23. C. de episc. aud. Iaf. l. ita. 15. num. 5. C. de procu. Spec. de appel. §. restat. num. 5.* Cæterùm qui ante vicennium apostata, aut hæreticus factus, mox ad cor. & Ecclesiam redijt, is accusationis præscriptione se tueri rectè potest, eò magis, quòd pœnitentes, vt dictum est, pro hæreticis non habeantur.

l. 4. hoc tit.

NE SAN-

ritem capax, hoc est, pubes sit) vltimo supplicio præcellentes. *l. 2. hoc titul.* Quod ego, vt & *§. titul. de hæret.* de deportatione libens interpretare, præsertim cùm lex tertia mox subsequens, exilio duntaxat & mulcta decem librarum auri, cum ademptione iuris testandi & donandi, eosdem damnet. *vt l. 3. J. tit. seq. de apostat.* Quod non de simplici relegatione accipi potest, sed vt alibi ostenditur, de deportatione aut exilio, quod sit vice deportationis; *l. qui cum. 14. §. in demum. 2. de bon. lib.* quæ propriè exilium vocatur. *l. 2. de pub. iud. d. l. qui cum. 14. §. 2.* Cuique ciuitatis ius adimeret, & caput ex numero tolleret ac minueret, *§. 1. Inst. de cap. dimin.* annexa habuit ademptionem iuris testandi, *l. eius. 8. ff. de testam. l. 1. vbi Dd. C. de hæred. institut.* velut iuris Quiritum, *l. sunt quidam. 17. de pœn. l. 3. de testamen.* & donandi, *l. post contractum. 15. de donat.* ob ea præsertim crimina, quæ per inquisitionem in mortem extenduntur, & hæredi quoq; bona auferunt, *l. donationes. 3. in fin. de donat.* cuiusmodi est hæresis. *l. 4. §. de hær.* Item & publicationem bonorum habet adiunctam, *l. de bonis. 6. de bon. dam. l. deportatorum. 8. C. de pœn. l. bona. 39. de iure fisci.* quoniam dominia bonorum iuris mancipi Quiritum fiunt. *l. 1. §. 1. de rei vend. §. 1. 2. Instit. de bon. poss. vbi dixi. Vip. tit. 1.* Atque ita quidem hæc in ea specie contraria, pulchrè congruent: *in extra. vnic. C. de ineff. dot. l. non est nouum. 26. cum l. sequ. de legib.* & ita fuisse accepta in Principe Ecclesia, historiæ docent, quæ tãtùm relegatione vel deportatione tum in hæreticos sæpitum fuisse monstrant. Quòd si durius l. 2. huius tit. interpretêre, sequetur, quòd absurdum dictu sit, eam corrigi per l. sequentem, vt posteriorem, ex l. vlt. de constitu. Princ. Cæterùm quod videmus nunc in Anabaptistas gladio quandoq; animaduerti, hoc compertum est non ratione erroris, sed ob seditiones, vel adulteria, iure capitalia, quibus hoc genus plerunque contaminatum est, illis euenire.

DE APOSTATIS.

Tit. VIII.

1 *Quid sit apostasia, quinam apostatæ.*
2 *Quotuplex sit.*
3 *Quomodo fiat apostasia.*
4 *Pœnæ apostatarum.*

1 HAereticis pares vel etiam deteriores sunt apostatæ. *l. vlt. hoc tit.* Turpius enim & sceleratius est veritatem semel agnitam abijcere, 2. *Pet. 2. versicul. 20. 21. Luc. 12. 47. Hebr. 9. 6. & cap. 3. 12. & cap. 6. 67. cum sequen.* quàm nunquam cognouisse. *fac. à simili. l. 3. & 1. tit. de re mil.* Apostasia, † quo nomine & Paulus vtitur, 2. *Thessal. 2.* est à fide Christiana defectio: Apostatæ, qui deficiunt & fidem produnt, seu qui prodentes diuinum mysterium in prophana migrant. *l. 3. h. t.* Eam † triplicem faciunt Canonistæ: *gl. c. 1. de apostat. Girl. de hæred. quæst. numer. 8.* vnam fidei, *c. non potest. 11. quæstion. 7.* alteram inobedientiæ *c. si quis venerit. cap. illud. de maior. & obed.* tertiam irregularitatis. *gl. d. c. 1. verb. apostasia. de apostat.* Prior est propria & princeps apostasia de qua etiam sola hîc agitur. Fit † autem dupliciter, vel cum à vera religione transitur in hæresim, retento Christianismi titulo: *l. 3. l. penultim. l. vltim. hoc tit.* vel cum professione Christiana prorsus abiecta, partes contrariæ placent Iudæorum, Ethnicorum, Mahometistarum, & aliorum, qui Christum ignorant, vel ex professo persequuntur. *l. 1. 2. hoc tit.*

¶ Vt autem causæ eædem sunt, quæ aliarum 4
hæresium, ita & pœnæ: nempe diuina, finalis impœnitentia, & exitium: *Heb. 6. 4. 5. 6.* humana, exilium cum ademptione bonorum & iuris testandi, ciuitatis, *l. 3. l. vltim. hoc tit.* &c. Et ita accipiatur quod hîc dicitur, apostatam cum dispendio fortunarũ capite (quo minuitur quod punitur deportatione. *§. 1. Institut. de cap. dim. l. 3. eod.*) puniendum esse. *l. penultim. hoc titu.* Non enim erat necesse fortunarum dispendium adijcere vitæ amissioni, cum hanc semper publicatio bonorum iure isto Codicis consequatur. *t. t. ff. & C. de bon. dam. natur.* Sed pœnæ capitis non naturalis, verùm ciuilis, hoc est, deportationi, *§. 1. quib. mod. tutel finit.* adijci solet bonorum multa, ad differentiam relegationis vel alterius exilij. Atque ita quidem hoc in argumento iuribus iura rectè conciliantur, vt antè dictum est. Illud alienum. *l. 4. §. de hær.* quod pœnitentibus nihil de pœna remittit. *l. 3. hoc titul.* Animaduertendum tamen est, non de apostatis in genere eam agere: sed de anabaptistis. Lapsis enim, inquit, & errantibus subuenitur: perditis verò, hoc est, (vt se textus exponit) sanctum baptisma profanantibus, nullo succurritur remedio pœnitentiæ, vt alijs in criminibus materiæ scilicet hæreseos subiectæ. *d. l. 4.* Nam ciuilia delicta eorũmque pœnam pœnitentia non tollit. *l. qui falsam. 19. ad l. Corn. de fal. Tiraqu. tract. de pœn. caus. 28.* Ratio discriminis in aperto est. Illa enim crimina facti sunt, sicut & anabaptismus, quod factum non tollitur pœnitentia, vt nec cædes, adulterium, vulnus: ideóque nec pœna tollitur, quia manente causa manet effectus. At reliquæ hæreses non consistunt in facto, quod grauius est, *l. 5. 8. 9. de iniur.* & irreuocabile, *l. in bello. §. facta. de capt. & postl. reuers.* sed in opinionis errore versantur: qui error cùm melioribus cogitationibus adobruitur & reuocatur, nihil superest quod puniatur: *l. cogitationis. de* [illegible] tantùm inchoata, non facto consummata, per pœnitentiam pœnæ eximuntur: *d. l. cogitationis. d. l. qui falsam. 19. de fals.* perfecta facto ipso, non item. *gl. & Dd. d. l. qui falsam. vbi Hipp. de Marj. Tiraqu. de pœn. caus. 28.*

NEMINI LICERE SIgnum saluatoris Christi humi vel in silice vel in marmore aut insculpere aut pingere.

Tit. VIII.

FVit etiam hæreticis & infidelib. in more positum, vt signum saluatoris Christi, crucis scilicet, seu crucifixi, per ludibrium, quo conculcaretur, desculperẽt in silice, marmore, aliaq; materia durabili: quod iure prohibetur, & factũ, tolli iubetur, *vt Exod.20.33. Deut.17.27. Esa.40.41.45.46. Ierẽ.10. Abacuc.2. Actor.2.17.* sicut & Iudæis interdicitur sub pœna amissionis suorum priuilegiorum, ne eo per contemptum abutantur. *l. Iudæis.10.* ¶ *de Iuda.*

DE IVDAEIS ET COELICOLIS. Tit. IX.

1 *Iudæi qui sint, & eorum genera.*
2 *Priuilegia & iura Iudæorum.*
3 *Pœnæ & onera.*
4 *An expelli possint.*
5 *De Cœlicolis.*

DE Iudæis etiam & cœlicolis cura Episcopis & Magistratibus incumbit, vt ne quid inde detrimenti Ecclesia capiat. Etsi enim propriè hæretici non sunt, qui religionem nostrãm non simulant, neque per baptismum nomen ei dederunt, vt supra dixi de hæret. tamen quantum sæpe damni Ecclesiæ dederint id genus fanatici, historijs demonstratur.

1 ¶ Distinguendi sunt autem Iudæi recentiores, de quibus agimus, quiq; Christum Dominũ repudiant, à veteribus, qui eadem nobiscum fide salutem quæsierunt & adepti sunt. *Act.15.11. Rom.4.* Hos Ecclesia Christiana veneratur, proq; patrib. agnoscit: illos auersatur & damnat. Perdiu tamen olim Christiani Principes hos tolerarunt, recente adhuc Ecclesia: velut & paganos: sic tamen, vt aliquo modo coërcerent.

¶ Quamuis igitur constitutionibus Principum Rom. concessa sint ijs templa, synagogæ, *l.3.l.nullus.13.l penul.c.vlt.h.t.* (quæ tamen fulcire tantùm non noua construere possunt *l. vlt.h.t.*) item propria quædam liberaq; ἀστονομία in religione, *l.Iudæos.10.i.die 12. l.nullus. 13.l.circumcidere.11.de sicar.* collegia, *l. spadonem. 15.§. iam & Iudæi.de excus.tut.l.3.§.vlt.de Decurion.* synedria, *l. pen.h.t.* seniores, *l.si quis.14.h.t.* primates, *l.penult. hoc tit.* commercia, *l.nemo.7.hoc t.* iura defensionis, *l.nullus 13.hoc t.* & alia Roman. ciuium communia, *l.Iudæi.8.l.nemo.7. & passim.h.t. Sax.art.7. libr.3.* maximè quoad onera muneraq; *l.4.l.quicunq;.9.h.t.* in multis tamen deteriore sunt conditione, vt quo ad honores, quorũ sunt incapaces. *l.vlt.h.t.* Item cum Christianis litigare debẽt apud magistratũ Christianum: *l. si quis.6.l.si qui.14.h.t.* neo legari eis potest, *l.1.h.t.* nec coniugia cum Christianis contrahere possunt, *l 5.h.t.* ne quidem inter se, contra II Christianas per polygamiam aut aliter, *l.6.h.t.* Licet autẽ caueatur, ne quis eis molestias aut impedimentum in suę religionis professione aut vsurpatione creet: *d.l. spadonem.§.iam & Iudæi.l,3.l.die.12 l.nullus. 13.h.t.* tamen quia non modò circumcidere Christianorum liberos solent, *l.Iudæi.15.h.tit.d.l.circumcidere.de sicar.* sed etiam occidere, quauis occasione se coniuratos Christiani nominis hostes declarantes, ideo † bonorum proscriptione & perpetuo exilio, quæ fuit pœna legis Corneliæ ordinaria. *l.1.in fi.de sicar.§.item lex Cor.Insti.de publ. iud.* mulctantur, si nostræ fidei hominem circũcidisse, aut circumcidendum mandasse, conuincantur. *l.Iudæi.15.hoc tit.* Nam mandans in lege Cornelia, qua & hoc coerceetur circumcisionis crimen, *l.circumcidere.11.de sicar.* pro faciente habetur; *clem.1.de homic.* sin verò suæ sectæ profugum, & ad meliora conuersum, saxis aut alia vi tentent, flammis absumuntur. *l.2.hoc tit.* Cæterùm & illa priuilegia qualiacunque iure Pontificio, & communi quadam inueteratáq; gẽtium omnium Christianarum consuetudine paulatim illis sunt imminuta, vel etiam adempta, propter abusum quo solent committi: *l.Iudæos.10. h.t.* obtentúmq; vt & liberi eorum ipsis inuitis baptizentur, *Zas.in tract.de infan.Iudæos baptiz.* & nulla illis certa libertas atq; sedes secundum diuina oracula sit reliqua, *Psal.109.10.* sed tantùm ex gratia & indulgentia terras Principum Christianorum incolant, *c.2.etsi.13.de Iudæ.* & † ad lubitum, præsertim imminente periculo vel scandalo, expelli, atque adeò etiam bonis despoliari possint. *c.3.c.9.extr.eod.vbi Dd.Oldr.consil.264.n.1.Iacob tract.feud.verb.Dux.quæst.vlt.in fine.* Quò pertinet, quod tradùnt quidam, non licere cum id genus hæreticis ac similibus pacisci, vt liberè in damnata sua secta viuant. *Menoch.cons.100.n.225.cum ibi alleg.l.cœlicolarum.11.h.t.* Sicut & præceptum est Exo.23.32. Non percuties cum eis & dijs eorum fœdus. Non habitabunt in terra tua, ne fortè peccare te faciant contra me, quando coluerís Deos eorũ: nam esset tibi in laqueum.

¶ Cœlicolarum non dispar admodum est ratio. *l.:.h.tit.* hoc differunt, quòd illi planè ab Ecclesia, cui nomen nunquam dederunt, sint alieni: hi verò ciues Ecclesiæ per baptismum effecti, ab ea turpiter deficiunt, eiusdémq; doctrinæ puritatem inquinant & corrumpunt. Quare nisi ad sanam mentem, & quam proiecerunt Christianæ religionis venerationẽ reuertantur, pro hæreticis & habentur & puniuntur: *d.l.cœlicolarum.11.* eorúmq; templa Ecclesij orthodoxis attribuũtur. *d.l.cœlicolarum.* Vnde quoq; patet, eos à nomine Christiano non esse prorsus alienos, alioqui fisco potius illa vindicarentur. *l. 5.* ¶ *de pag. & sacrif. vt distinxi consil.37.*

NE CHRI-

NE CHRISTIANVM mancipium hæreticus vel Iudæus vel paganus habeat vel possideat vel circumcidat.

Tit. X.

ILlud cõmune sectis omnibus, Iudæis item, & paganis, ne liceat ijs seruos, colonos, domesticos Christianos habere, *l.vnic.h.tit cap.mancipia.54.dist.c.2.ad hæc.8.eo.extr.de Iud. & Sarra.* & eorum seruis. *l.Deo nobis.§.vlt.vbi Bartol. C.de episc. & cler.c.multorum.vbi Fel.de Iuda* Quòd si etiam circumcidere non suæ religionis hominẽ tentarint, vel etiam id fieri mandauerint, *l.Iudæi.15.hoc ti.* pœna legis Corneliæ peraequè atq; qui castrant *Novell.142.l.4.§. vlt.cum ll.sequ.ad l. Corn.de sicar.* tenentur: *l. circumcidere.11.de sicar.l. vnic hoc tit.l.Iudæi.15.§.tit.1.Paul. lib.5.sent.tit.22. hoc tit.* bonorum proscriptione & perpetuo puniuntur exilio, *l.Iudæi.15 hoc tit.* quæ est deportatio. *vt tit. de interdic. & relega. dictum est.l.5.in fin.§.de sacro.eccl.l.1.C.Theo ad l.Iul.de amb.* Quod si quem à ferali sua secta desciscentem, & ad veri cultum Dei respicientem violarint, saxis appetierint, (sicut Theodoreto ab hæreticis factũ legimus) flammis cũ omnibus suis participibus, hoc est, auxiliarijs concremantur. *l. 2.§.de Iuda.*

DE PAGANIS ET SACRIFICIJS & TEMPLIS. Tit. XI.

1 *Pagani vnde dicti, & qui.*
2 *Paganorum priuilegia.*
3 *Eorum pœnæ.*
4 *Semel Deo dicatum amplius prophanari nequit.*

AD curam etiam Episcoporum attinet paganismum & idolatrica sacrificia procul ex agris finibúsque Ecclesiæ exterminare. Paganí † à pagis, hi verò ἀπὸ τῶν πηγῶν, hoc est, fontibus, circa quos Villæ ædificantur, dicti sunt. Pagani in foro ciuili militibus opponũtur, *l.ius nostrum.vbi Montan.de reg.iur.§.1.Instit. de mil.testam.* in Ecclesiastico (vt hîc) ijs, qui veræ Christi religioni nomen dederunt. Ac propriè hoc nomine denotantur, qui gẽtilium sacra & ritus retinent: quem morem in pagis diutius quàm ciuitatibus retentum, & hinc nomen factum esse, consentaneum est. Certè Vigelij martyris indigna nex & similes historiæ planum faciunt, difficilius paganos & rudiores & illiteratos, & maiorum institutis, quamuis falsis, abduci, cum plerunq; sint ignari iuris, *l. penu. de iur. & fact.ig.l. si quis.7.de iurisd.* quod diuinarum etiam rerũ scientiã cõplectitur. *§.iurisprudẽtia.Inst.de iust. & iur.*

¶ Paganos quidem æquè vt Iudæos à violentia Impp. Christianorum constitutiones defendunt. *l.Christiani.6.h.t.* & iure communi Rom. ciuium vti permittunt. Nec enim tum in rei inueteratæ recenti mutatione fieri aliter potuit, licet crimen per se capitale sit. *Exod.22.20.*

¶ Cæterùm sacrificia eorum velut impia abolent, *l.1.l.penult l.vlt.l.2.h.t.* templa concludunt, *Nicep.lib.8.c.18. & 25.* fisco vindicant, *l.omnia.5. hoc t.* exceptis ijs, quæ vel Christianis destinata, vel in alios translata sunt *d.l.5.* Nam † semel sacrata vero numini, per veram Ecclesiã, prophanari rursus, aut in fiscum redigi, non possunt. *c. omnes.16 quæst.7.l.inter.§.sacram.vbi Ias.numer.4. 5.de verb.oblig.cap 1.vbi glo. de relig.do.§.sacra.Instit. de rer.diuis.* ne quidem propter abusum. *clemen.2 vbi Zab.de relig.dom.No.37.de eccle Aphr. l.legatum.16.de vsufruct.lega.l.legatum.5.de admin. rer.ad ciuita.pertinent.Schuff.cum multis, consil.48. licet.num.4.5.centur.1. & dixi consil.37.num.7.8.9.*

DE IIS QVI AD ECclesias confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab Ecclesia extrahatur. Tit. XII.

1 *Quibus ad Ecclesiam confugere liceat: & num. 3.*
2 *Confugientes ad Ecclesiam quando extrahi possint vel non: & nu. 4.*
3 *Confugiẽtes ad Ecclesiam cautione iudicio sisti præstare coguntur.*

AD iurisdictionem & curam Episcopalem etiam illi pertinent, qui ad Ecclesiam salutis suæ causæ confugiunt, vel ibi exclamant: ne videlicet inde extrahantur, aut ibidem vim iniuriámque patiantur, absque cognitione Pontificali, qua causarum personarumque circumstantium complexus eiusmodi in casibus expẽdendus diligenter est: *l.vlt.hoc titul.* ne immunitas Ecclesiæ, vel ad impunitatem malitiæ, vel oppressionem innocentiæ, detorqueatur.

¶ Confugiunt ad Ecclesiam liberi vel serui, aut armati aut sine armis. Serui, aut ob suã culpam, puta metu pœnæ ob suum admissum, aut ob culpam domini: videlicet metu sæuitiæ dominicæ vim iniustam declinantes. Priore † casu, si grauius delictum sit, vel si cum armis confugiant, extrahendi & domino indistinctè reddendi sunt. *d.3.l.vltim.hoc tit.* Sin admissum leuius, non aliter quàm domino, Pontificis opera ad lenitatem traducto. præstitoq; iureiurando eam fugam seruo fraudi nõ esse futuram, *d.l.vlt.* Posteriore casu domino reddendi non sunt, sed danda opera, siquidem ita se res habuerit, bonis vt conditionibus distrahantur. *l. 2. de ijs qui sunt sui vel alien.iur.§.vlt.hoc tit.*

¶ Seruorum hîc nomine & iure liberos quoq;

personalibus ministeriis obnoxios, vt liberros, A colonos, asscriptitios accensemus. l.vltim.§.sanè h.t. pro quo l.3. C.de infan.exp.etiam vasallos.Bal. hic in l. vlt. & l.1. ʒ.de emen.seruo. Reliqui porrò liberi homines ad Ecclesiam confugientes, aut Christiani sunt, aut hæretici, pagani, Iudæi, hi iure immunitatis Ecclesiarum carent.l.1. hoc t.vbi gl.verb.arceantur. Illi † aut ob delictum, aut ob
4 æs alienum vel causam similem in illas se latebras addunt.l.2. l.vlt hoc t.c.sicur.17. q.4. Si propter delictum grauius vel in Ecclesia ipsa admissum, B non est immunitas malitiis eiusmodi proposita: c.de iure.22. q.2. c.quia frustra.de vsur. §.neque.in Auth.de man.prin. quibus non est indulgendum.l. in fundo. de rei vend. vt pote legis beneficio indignis, l.auxilium.de minor. vt quod fecerunt facinorosi expectent.l.3. C.de episc.aud. Quòd ductũ videri potest ex lege diuina: Exod. 21. 14. Ab altari meo tolles, inquit Dominus, illum, vt moriatur. Sin leuius vel ob debitum aliámue causam eò confugerint, extrahi absq; vio C latione Maiestatis non possunt.l.2.h t. Cautionem † tamen iudicio sisti præstare coguntur: ce-
5 teroqui contra eos proceditur per missionem in bona, l.vlt.hoc tit. Azo hic in fine. vt iure communi contra frustratores & latitãtes.l. Fulcinius. 7. & tot.tit.quib.ex caus. in poss.l.si finita.§. Iulianus.de damn.inf. Quòd si boni non sufficiant, saltem ad hoc extrahi posse videntur, vt bonis creditoribus ordine iuris cedant.l.1. vbi Dd. C. qui bon.ced. Eadem seruatur distinctio in iis qui in D Ecclesia opem præsidiúmq; Ecclesiæ implorãt. Quòd si verò id tumultus aut seditionis ciendæ causa faciant vltimo etiam supplicio subiiciuntur, l.4 in fin.hoc t.velut publicæ pacis turbatores l.vlt.de re mil.in fin & tot.tit.ʒ.de seditios.

DE HIS QVI IN ECclesiis manumittuntur. Tit. XIII.

1 *Manumissio cuius iurisdictionis.*
2 *Manumissionis in Ecclesia origo.*

1 IVrisdictio † omnis aut contentiosa est, aut voluntaria: gl.verb.consilium.in l.1. de off. cons. superiora ferè ad contentiosam, manumissio, quæ fit in Ecclesiis, ad voluntariam iurisdictionem spectat.l.1. vbi gl.de off.cons.l.1. de off.præt. Vt † F
2 autem olim qui seruos data libertate ciues efficere Romanos volebat, per censum, vindictam, aut testamentum eos manumittere cogebatur: t.Vlp.tit.1. & 19.Theoph.Inst.de libertin. Sic postea sub Imp.Christianis censu & solennibus illis veterũ obsolescentibus, receptum, vt in Ecclesia coram Antistite, & cœtu fidelium manumitterentur, actis interuenientibus, qui plenam libertatem consecuti essent. l.1. 2. h.t. Sed hodie hac solennitate non est opus, postquam sublatis G beneficio Iustiniani libertinitatum generibus, omnes qui quocunque modo manumittuntur ciues Rom. fiunt.l.vnic.C.de Lat.lib l. vnic. C. de dedit.lib. velut prius ex Constit.Antonini Seueri, omnes ingenui in Imperio Rom. ciues effecti sunt.l.in orbe de stat.hom.

DE LEGIB. ET CONstitutionibus Principum & edictis. Tit. XIV.

1 *Quid lex, constitutio.*
2 *Propria species & causæ constitutionum.*
3 *Princeps quid sit.*
4 *Materia constitutionum.*
5 *Forma.*
6 *Finis & effectus.*
7 *Adiacentia, affinia, contraria.*

NOn tantùm sacra & sacerdotes, verùm etiam leges ad ius pertinent publicum. l. 1. §.1. de iust.& iur. Nam † & lex mutuùs magistra- 1 tus est, l nam & ipsum ff.de iust.& iur. vel ἀρχιτεκτονικὴ potius potestas: l.potestatis.215.de verb sig.cum l.4. hoc titul. & qui has violat, in publicum ius committit.l.si quis.7.vbi Dd.de iurisdi. Vnde hac in parte leges legum ipsarum ac tuendis iuris publici causa proponuntur, quas ideo leges legum hîc appellat Placentinus. Lex hoc in tit. ius designat, l.1. verb. iúsq; l.2. vers.nec generalia iura sint, sed leges faciant in duntaxat negotiis, &c. l.4. l.5. l.6. l.leges.9. l.cum de noua.10. hoc tit.& per ἐξοχὴν significat ius à Principe constitutum. l.2. l.3 h.t. velut principalem speciem: l.humanum.8. l.vlt.hoc tit.à qua tamen ipsum hîc secernitur.in inscriptione. item l. leges & constitutiones 7. l.humanum.8. vers.formam generalem & antiquis legibus non insertam.l.vlt. vers .constitutionis legis vim obtinere.hoc tit. E De legibus satis est dictum, quantum instituti ratio patitur, ad Pandectas: de constitutionibus hîc agendum, quæ propria est materia Codicis, in quem Constitutiones Principum relatæ sunt. Vnde in Cod.Theod.lib.1.tit. 1.detracta legis mentione, inscriptio facta est, de Constitutionibus & Edictis.

¶ Constitutio ἐν πλάτει & genere significat 2 quodlibet ius scriptũ, c 1.dist.8. c.1.dist 9. vel etiã hominũ conuentionẽ, l.3. §.ductus aquæ.4.verb. iure constitut. de aqu.quot. sicut & lex, l.1.in fin.de aqu.pluu. l.1. § si conuenit.depos. quando ad hominis factum refertur.Corsus lib.1. indag.c.9. Quo in significatu Constitutio significat quodlibet ius constitutum, sed præcipuè scriptum: c.lex.c.constitutio.dist.1. quare & iuri non scripto opponitur.c.1. distin.8. c.1. distin.9 & passim ibidem. Sed propriè constitutiones sunt ius quod Princeps constituit. §.sed quod Principi.Instit.de iure nat. l. vltim. vers.constitutiones, quæ ex imperiali decreto processerit, hoc tit.l.1. ff.eod. Earum propria, quòd sint

sint humanitati Imperatoriæ l.vlt.C.de donat.inter vir.congruæ, l.leges.9.in fin.hoc t. æquales, in omnes, l.capitalium. 28. vers. cum leges æqualiter securitatem omnibus tribuant.de pœn. sacratæ. l.leges sacratiss.9.hoc tit.l.humanum.8.h.t. Forma generalis, d.l.humanum. interdum tamen & particularis, l.2.l.vltim.hoc tit.aut etiam personalis ac singularis: l.1.de constit. prin. quæ propriè leges aut Constitutiones non sunt, sed Priuilegia d.l. 1.de quib.extr.de priuileg.stricti iuris. c.ex tuarum. de author.& vsu pal.Bald.l.1.num.2.hoc tit. Generalis non item: Bald.ibidem, per illum text. & l.ne Christiani.cum seq.de legib. cuiusmodi ex ipsa forma circumstantiisque discernenda sunt.Bald.nu. 3.& Dd.l.2.l.3.hoc tit.per illos textus. Species sunt, B Edictum, Decretum, Epistola, Rescriptum, Sententia, l.2.l.vltim.hoc tit.de quib. Theoph.§. sed & quod Principi. Inst. de iur. natur.gent. & ciuil. Legis interpretatio, l.vlt.hoc t. Pragmatica sanctio, l.vlt.ʒ.de diuers.rescr. Mandata. de quibus tit. seq. Distinguitur etiam inter Decisiones & Cõstitutiones. const.Cod.ʒ.de emend.Cod. Causa est princeps, l.1.l.vlt.hoc tit.l.Princeps.de legib. qui hîc in tituli inscriptione & ff.eod. significat Imperatorem, l.vlt.vers.quid sanctius Imperiali est maiestate. & ibi: quæ ex imperiali decr.hoc tit. vel Regem, d. l. vlt. vers. quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est, vt regalem sensum contemnat? hoc tit. qui est lex animata diuinitùs terris data, cum potestate iuris D condendi.§. vlt.in Auth. de consul. Henn. God.
3 cons.1.nu.2.Nam † propriè significat eũ, qui non recognoscit superiorem: gl.& Card.quæst.1.clem. 1.de baptis.clem.1.de iureiurand. Bald. & Dd. in proœm.Digest.in princ.qualis est etiam Rex in suo regno. c. scitote.6. quæst.3.c.in apibus. 7. quæst. 1. Corset.de pot.reg.quæst.45. Chass. in consuet. Burg.in prin.verb.duc.num.2.Pan.& Dd. c. per venerabilem.qui fil.sint leg. Quin etiamsi teneat regnum ab alio in feudum, nihilominus potest, quæ Imperator in Imperio. Corsetus & Chass. præalleg. loc. Aluar.c.1.quis dica.dux Iacob.in proœm. feud. inuest.vbi de propriis, cuiusmodi est humanitas, l.vlt. C.de donat.int.vir. & vxor. effectu, officio, dignitate, potestate, priuilegiis ac regalibus Principum plura, de quibus & Chass.in catalogo gloriæ. part.5. An idem iuris sit in inferioribus, Iacob.præalleg.loc. Ias.& Dd. l.5.de verb. oblig. & d.c.1.quis dica.dux, march. Itaque Princeps in sua ditione est, quoad ius politicum, causa causarum, Sal. c. ecclesia. num.7.vt lite pend. Ias. consil.223. num.2. vol.2. vt penes quem sit omnis cõdendi, interpretandi, abrogandi iuris potestas.l.1.l. vlt.h.tit. l.princeps. de legib. Inferiores verò, hoc est, qui recognoscunt superiorem, non ll. aut constitutiones, sed ius tantùm Prætorium ac edicta facere putantur. Ias.post Bar.in l stipulationem.5.in prin. num.9 & 10.de verb.oblig.& l.omnes.9. vbi Bart. de iust. & iur. Synergi sunt, proceres Palatini, l. humanum.8.hoc tit.& Senatus.l.3.d.l.8.h.t. Causa προηγουμένη motus proprius Principis. l.3. hoc tit. impulsiua, suggestio iudicum, magistratuum, l.3.l. pen.verb. suggestio iudicantis. h. t. l. 2. hoc tit.supplicationes subditorum, l.3. l.vlt.hoc tit.lites motæ, l.2.l.3.l. humanum.8. hoc tit. necessitas vtilitas publica, l.humanum.8. h.t. l. vlt. de diuers. rescript. multitudo delinquentium.Bart.in extrauag.ad reprimendum. verb. multorum.quomodo in læs.Maiest. reos proced.

¶Materia circa quam, sunt personæ, res nego- 4 cia.l.2. verb.personis atque negociis.l.3. h.t.c.pen. distinct.10. Nam rebus, non verbis, leges sunt imponendæ, l.2. C.commun. de lega.l.vlt, C. de vsur. Item causæ, actiones, l.3. l.humanum.8. l.vlt.h.t. futuræ, l.leges.7. h.t.dubiæ, l.vlt.verb.si dubitatio in litibus oriatur. hoc tit. l.Domitius.de testa. l. vlt. in fin. vers. in futuris causis obtinent.ʒ. de loca. non pendentes: l. leges.7. hoc tit.neque præteritæ, d.l. leges.7.hoc tit.l.3. C. Theodos. de constit. præsertim cum nec opus sit de præteritis ac decisis nouas facere constitutiones.l. 1. ʒ. de vet. iur. enuclean. Materia pragmaticæ sanctionis non sunt priuata negocia, sed causæ publicę vniuersitatum, Prouinciarum, Curiarum, Scholarum, &c. l.vlt.ʒ.de diuers.rescript.

¶Formam faciendæ constitutionis proponit 5 l.humanum.8. hoc tit. quæ non scripturam, sed recitationem in Consistorio, & conformationẽ Principis ac promulgationem requirit. sicut & l.3. vbi Bald.num.2 .hoc t.t.c.in istis.distinct.4.§.fi. in Auth.de hær.& Fal. Vnde decisum, scripturam non esse de substantia constitutionis. decis. Rot. 1.in rub. de constit. vbi dicitur esse communis, quanquam aliter publicè non facilè præscribi potest, l. leges. 9. verb. præscripto earum cognitio.hoc tit. Personales Constitutiones, quæ facilius corrumpi possunt & supponi, diem etiam & consulem requirunt, l.4. ʒ.de diuers.rescrip.& proinde scripturam, l.sacri. 6. ʒ.diuers.rescrip.cui eiusmodi inserantur.l. 1.C.Theod.de constit.gl.& Dd.l.generali. ʒ.de tab.li.10.Bart.c.vnic.§.data.quæ sint reg. Alexan. & Dd.rub.de oper.no.nunc. Quòd si sunt species etiam iuris scripti, vt dictum est Inst.de iur.na. gent. & ciuil.§.constat.5. certè scriptura constare debent.l.2.in fin.C.de frum.seu cano.verb.Const. li. 11. & quidem plena, non abbreuiata notis.l.1.§. pen. in fin. C.de vet.iur.enuclean.c.2. dist.8.reg.c.lex est. dist.1. Scriptura tamen amissa vel nõ comparente, æquius est per testes Constitutionem probari posse.d. decis. 1.Rotæ de const. Et Bald.l.humanum.9. h.t. scripturam ait non esse de forma substantiali quoad Principẽ, quo etiam mortuo antequã perscriberetur aut promulgaretur cõstitutio, nihilominus in effectum produci debet: Bald.l.8. in fin.h.t.per c.institutionis.25. q.2. sed de forma accidentali, quod subditorum obseruantiam: quibus nõ potest innotescere, nisi per scripturam promulgetur. Alb.1.parte stat.quæst.14.

¶Finis, vt pertineant & referantur non ad pri 6 uatum commodũ, c.erit.dist.4. sed ad communem imperij salutem, l.humanum.8. h.t. in Auth. de mand. prin.in prin.& vtilitatem, in prin.Nou. 1. de hær.& Falc.vt communiter omnib.prosint, nõ viuis tantum, sed & mortuis, §.vlt.in Auth.de hær. & Falc.ad Principis gloriam, d.l.humanum.8. h.t.

tuitione innocentiæ, terrorem & vindictam iniuriæ,c.1.2.3.diſtinct.4.ſic, vt nemini adminiculum earum ſit denegandum,l.vnic.C.de ſent præfect.prætor. & neminem ſinant in paupertare viuere aut anxietate mori:§.vlt.Nou.1.de hæred.& Falcid.cum æqualiter omnibus ſecuritatem tribuant.l.capitalium.28. verſic.cum leges omnibus hominibus ſecuritatem tribuant. de pœnis. Denique vt vniuerſi,pręſcripto earum manifeſtiùs cognito, vel inhabita declinent, vel permiſſa ſectentur.l.leges.9.hoc tit.Effectus, quod vim habeant legis, l.vlt. hoc tit. ideóq; intelligi debeãt ab omnibus, l.leges.9.h.tit.& audiri,§.fina.Nouell.1. de hæred. & Falc.quibus nihil eſt ſtudio dignius:l.1.§.1.C.de vet.iur.enucl. cum vitas hominum conſtringant, l.leges.9.hoc tit.obligéntque ad ſcientiã, d.l.leges. hoc tit.l.2.C.Theod.num.1.obedientiam,d.l.humanum.8.hoc tit.§.fin.in Auth.de hær.& Falc.Nou.1. aut pœnam.l.5.hoc tit.cap.quis autem.diſt.10.Quæ cum expreſſa non eſt, arbitraria ſubintelligitur l.hodie.13. de pœn.l.1. §.expilatores. de effractoribus. poſt duos à promulgatione menſes. in Auth.vt factæ nouæ conſtit. §.vlt. Nou.cler. vel cur. c.cum infirmas.§.1.de pœnit. Hoſt.de conſt.nu.13.Nec verba tantùm legis obligant, ſed etiam mens atq; ſententia:l.5.hoc tit.l.contra. 29. cum l. ſeq. de legibus. contra quæ,quicquid fit, ad nihilum reducitur, l.5.hoc tit.c. 2. de teſtibus. vi legis, quæ ſemper in viridi eſt obſeruantia.l.5.in fin.C.de hæret.Canonibus tamen non præeminent, ſed obſequuntur.c.1.c.2. & paſſim diſt.10.in Auth. vt cler. apud proprium epiſc.in fi.Quamobrem vbi Euangelicis vel canonicis decretis non obuiant, tum ſanè nec aliter omni reuerentia dignæ ſunt,c.ſuſcipitis.c.pen.diſt.10. Sed nec Eccleſiam ligant, c.quæ in Eccleſiarum.7.de conſtit.cap.2.diſt.8.& c.1.2.diſt.10. nec ipſum authorem ſeu legiſlatorem authoritate,l.princeps. ff.eod. honeſtate tamen & ratione naturali,l.digna.4.hoc t.c.iuſtum.diſt.9. ca.cùm omnes.de conſt.l.antepen. de admin.tut.ca.pro illorum. de præben.l.ex imperfecto. de lega.3. Domeſticos etiam Principis obligant. ex conſtitutione græca huius tit.9.quam reponit Cuiac.obſeru.lib.12.cap.31.

7 ¶Adiacet poteſtas legi, ſicut Prętori imperiũ, iudici officiũ. l.obligationes.26.de obl.& act. Item æquitas.l.1.h.t.l.hac lege.8.C.de pact.conuen.interpretatio, l.1.l.5.l.vlt.h.tit.quæ eum ſit à Principe per modum legis,ſpecies conſtitutionis eſt.l.1.l.leges.9.l.pen.l.vlt. h.t. A reliquis ſecundum eius ſententiam fieri debet,& in fauorẽ hominũ,non læſionem, l.quod fauore.6. h.t. pœna infamiæ iis, qui malitioſè interpretentur vel circumueniãt, præſtitura.l.2.h.t. Affinia conſtitutionibus ſunt priuilegia,l.2.3.l.vlt.h t.conſt.2.§.pen.ſup.de Iuſtin. Cod.confir.l.1. de conſt.prin. de quib.dicetur extr. tit. de priuil. Item forma generalis Præfecti Prætorio:l.formam.2.ĩ.de off.præfec. prætor. ſtatuta, cuiuſmodi inferiores à Principe condere putãtur. l.aſ.l.ſtipulationum.5.nu.9.10.de verb.oblig. & l. de quib.n.82.de legib.Cõtraria,deſuetudo, l.de quib.31.de legib c.in iſtis.cum ſeq. diſt. 4. malitioſa interpretatio,l.2.hoc tit. Reſcriptum contrarium,

A d.l.2.aut beneficium,l.5.in fin.ff.de hæret.obſcuritas,c.erit.diſt.4.l.leges.9.h.t.duritia.d.l.9.

DE MANDATIS PRINcipum. Tit. XV.

1 *Mandata Principum quid à Conſtitutionibus differant.*

2 *Mandata vnde dicta.*

B 3 *Mandata priuatorum quatenus à Principum diſtinguantur. Mandati item & præcepti diſcrimen.*

4 *Mandatorum cauſa efficiens.*

5 *Materia.*

6 *Forma,& quemadmodum in Prouinciis proponi ſolita ſint.*

C 7 *Finis & effectus.*

COnſtitutionib. principũ ſimilia ſunt mandata: hoc † differunt, quòd illæ generales 1 ſunt l.2. l.3. ff.tit.1. & perpetuæ, l.5. in fi.ff.de hær. hæ prouinciales & locales, velut ordinationes: ſæpe etiam ad certum duntaxat tempus,vel magiſtratu aliquo durante,vim habentes:cuiuſmodi nunc Principum inſtructiones appellant.

¶ Mandata à manu danda, qua promiſſiones 2 firmari ſolent,ductum verbum,Valla.libro.5. ex D Quintil. ſignificat aliquid gerendum exequendúmque alteri committere:l.1.& t.t.mãda.l.1.& tot.tit.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict.l.ſi minoris.25. de ad.tut.l.Modeſtinus.76.de ſolut.l.vlt.§.vlt.de condic. ob turp.cauſ. quod † inter priuatos volun- 3 tatis & arbitrij eſt, l.1. l.qui patitur. mand. & Inſt. eo.l.in commodato.17.§.ſicut.3. ff. commod. l. ſicut. C. de act.vbi par in parem non habet imperium, l.4. de recep.arbit. inter dominum & ſubditos vim habet præcipiendi: l.vnic.h.t.in auth.eod.velut & E preces, l.1. vbi gloſſ.ff.quod iuſſu. quanquam inter præceptum & mandatũ Principis nonnulli ſubtiliter diſtinguant. gl. verb.neceſſitatem. in l.ſæpe. 8. vbi Bald.de off.præſ. Mandatum dat Princeps aut de negocio aliquo priuato cognoſcẽdo,exequendo: quæ vulgò Commiſſiones vocantur:in aut. de mand.Princ.l.diuus.6.§.1.de cuſtod.reor.aut de gubernatione prouinciarum& ciuitatum pręſidibus & magiſtratibus cuiuſque loci, quas Inſtructiones, vt dixi,vulgò nominãt:quo hìc po- F tiſſimùm ſenſu accipitur.

¶Author ergo & cauſa mandatorum eſt Prin- 4 ceps,qui cum codicillis & mandatis rerum ex vſu & opportunitate temporis ac loci gerendarũ magiſtratus adminiſtraturos in prouincias& prę fecturas mittit.in Auth.de mand. Princ.in prin. l.3.l.obſeruandum.19.de off.præſ.l.diui.27.§.1.de man. prin. l.diuus.7. §.1. de iur.patron. l.aliud.13. §. 1. de verb.ſign.d.l.6.de cuſtod.reor.

¶ Materia ſunt ea, quæ ad gubernationem 5 prouinciarum rectè inſtituendam, & publicum G veluti ius,hoc eſt,ſtatum cuiuſque loci bene tuendum pertinent. in Auth.eod.l.diui.28.in fin. de pœn.

6 pœn.l.1.2.ĩ.de off.præfect.prætor.Africa. Forma † conſtat ſcriptura.l.1.& 2.hoc tit: quam repoſuit Cuiac.lib.ob.12.cap.31. vbi confirmat mandata eiuſmodi ſcripturis conſtare, ex quibus etiam mandatum probandum eſt: l.vnic.hoc tit.c.cùm in iure. de off. deleg. nec enim nuncio Principis creditur ſine literis,l.prohibitum. C.de iur.fiſc.lib.10. & probandum eſt ex literis in originali,non per relationẽ,Cuiac.d.c.31.ex l.2.h.t. cuiuſmodi formam Nouella Iuſtiniani proponit in auth. eo. Porrò ſummam poſtea mandati in ſuis prouinciis Præſides vice edicti proponebant,l.6.§.1. de cuſtod.reor. vt ad quam gubernationis rationem ipſius poteſtas eſſet aſtricta, & quis futurus adminiſtrationis curſus, quid etiam vnumquęque illo tẽpore facere de volũtate Principis oporteret, publicè conſtaret & innoteſceret omnibus.

7 ¶Finis, vt omnia in prouinciis laudabiliter gerantur, & certis legibus cõſtricta ſit magiſtratuum poteſtas.in Auth.eod in princ. Effectus, vt præſidem & prouinciales velut lex obligent: in Auth.eod.in ipſa ſcilicet prouincia, tãquam lex localis:l.eos.65.de rit.nupt.l.3.l.obſeruandum.§.1. de off. præſid. niſi Princeps generaliter & perpetuò valere pro conſtitutione iubeat,vt ſunt mandata in Corpus iuris relata.d.l.eos.l.etſi.6.C. de nupt. l.leges.ff.tit.1.l.diuus.§.1.de pœn.l.131.§.vlt.de verb. ſign.l 6.de cuſtod.reor.

DE SENATVSCONſultis. Tit. XVI.

1 *Senatuſconſultum quid.*

2 *Eius partes & ſpecies.*

3 *Senatum cogere quib. olim permiſſum.*

4 *Cauſa efficiens S.C.*

5 *Materia.* 6 *Forma.*

7 *Finis & effectus.* 8 *Contraria.*

SPecies Iuris ſunt & Senatuſconſulta:l.non ambigitur.8. de legib.§. conſtat. Inſt.de iur.nat.gen. & ciuili.quæ principum etiam cõſtitutione hoc in titulo confirmantur.l.vnic.h.t.Senatuſconſul-
1 tum † eſt Ius,quod Senatus.de quo.ff.de ſenatorib. conſtituit, §. ſenatuſconſ. Inſt. de iur. nat. gent. & Velleian.ſeu quod Senatu conſtituente,ſine lege populariter facta introducitur. l. 2. §. deinde. de orig.iur.l.non ambigitur. de legib. §. ſenatuſc. Inſtit.
2 de iur.natur.Partes † S.C. plerunque ſunt:prima, Prooœmium ſeu ἀφορμὴ & cauſa προκαταρκτικὴ, quæ initiò proponi ſolet.l.1.ad Maced.Secunda, Definitio ſeu deciſio & decretum Senatus. l. item.20.§.6.de pet.hære.Tertia,Ratio decreti. l.2. ad Velleian. Quarta, Sanctio. d.l.2. in fin. ad ſenatuſc.Velleian.Sunt autem S.C. in ius noſtrum relata,aut Nominata: vt Macedonianum, ad S.C. Maced.Velleianum, ad Velleian. Trebellianum: ad Trebell. aut Innominata, ſcilicet abſque nomine Coſſ.vel authoris, quo præſidente vel ſuadente,S.C.factum eſt, in corpus iuris relata. l.ſe-

A natus.52.de contrah.empt.l.cætera.41.de lega.1.l.vlt. de dam.infec.l.hos accuſare.12. §.3. de accuſ.l.1.§.1. de ſer.fug.l.is qui.6.de ſicar. l.1. de colleg.ill. l. pen. de tut.l.l.ſi quis.11.de teſta.tut. l.4.C. de fideicom.lib.l.1.C.de vſufruct.l.2.de aleat.cum ſimil. Senatum † 3 indicit & cogit,aut lex, quæ ſingulis Calendis, Nonis, Idib.Senatum haberi ſtatuit:Suet.in Auguſt.aut Magiſtratus maior,vt Dictator, & huius loco poſtea Princeps.l.item.20.§.prætor. 6.de pet. hæred. verſ. de his, quæ Imperator libello complexus B eſſet,quid fieri placeat. Item Coſſ. Prætores, Tribuni plebis,Interrex,Præfecti vrbis.Pręter quos nulli ius fuit conuocandi, & non niſi his authoribus,& ſententias rogantibus,fieri S.C. in libera Repub.poterat: Cic. Phil.1.Gell.lib.14.cap.17. etiamſi poſtea ſub Principib.etiam ad horum libellum S.C.facta ſint.d.l.item.20.§.præt.6.

¶ Fiebant autem de ſententia & decreto ma- 4 ioris partis,ex cuius congruẽtibus ſuffragiis ſtatuebatur,vt & aliàs ſemper,l.10.l.11.de pac.l.2.de C decre.ab ord.fac.ext.de his quæ à maior.part.hoc eſt, cum duæ ex tribus partes, cum minimùm conſentiebant.l.3.de decr. ab or.fac. l. 4. quod cuiuſque vniuerſ.Ac olim nõ minore numero quàm 100. ſenatorum,pòſt 200.ſub Auguſtis 400.ſenatuſconſultum poterat fieri:licet factum à paucioribus,rectè perſcribebatur.Dionyſ.lib.55.Hotom.de ſenatuſc.c.7.Erat & tribuni alicuius plebis ſuffragatio neceſſaria: Vall.lib. 2. c.1.quò vice plebis, vt hæc S.C.obligaretur,in illud conſentiret. Ea D autem poteſtas poſtea in Principes tranſlata eſt, qua ne in ſingulis S.C.opus eſſet,videtur Impp. generali hac lege.l.vnic.h.t.S.C.voluiſſe confirmare, etiamſi nullum aliud tribunitiæ poteſtatis ſuffragium accederet.

¶ De omnibus rebus,publicis priuatiſue, cri- 5 minalib. & ciuilib.S.C.fieri poſſunt,cũ Reſpub. omnis in ſenatus poteſtate ſit, præter creationem magiſtratus,legumlationem, & arbitrium pacis & belli. Halicarn.lib.6. De quibus tribus, E quæ initiò fuerant in poteſtate populi, pòſt penes Auguſtos, nihil poterat ſtatui ſenatuſcõſulto,ſed lege tantùm in Comitiis populi lata,pòſt ex Auguſti arbitrio.l.vnic.ad l.Iul.amb.

¶Senatuſconſulta fiebant in templis & Curiis 6 augurato cõſecratis,vt Hoſtilia,Pompeia, Iulia: nam aliò ſenatus cõuocari non poterat tẽporib. aut legitimis,puta Calend.Nonis, &c. aut indictis à Coſ.Pro vſu Reip.à Calendis tamẽ Februarij vſque ad Martiũ non aliter S.C.fieri poterãt, F abſolutis legationib.quib.toto illo tẽpore vacare ſenatus cogebatur.Cic.lib.2.epiſt.2.& ad Lent. De ſenatuſconſulto autẽ nec ante exortũ Solis, neque poſt occaſum ſtatui poterat. Gell.lib.14.c.17.Itaq; qui intercedere volebant,ſoliti ſunt eximere dicẽdo diem.Perficiebatur autem S.C. duplici ratione,aut exquiſitis ſingulorũ ſententiis, in maximi ſcilicet momenti negociis:aut facto præconio,vt qui primò rogati,& dicẽtis (rogabantur autẽ primò Coſſ.deſignati, aut aliàs ho- G neſtiſſimi)ſententiã ſequerẽtur,ad eam partem, in qua is ſederet,diſcederent: atque ita pedib.in

sententiam eius irent. *Gell.lib.14.cap.9.libr.3.cap.* A
18. *Festus.l.15. Hirc.lib.8.de bel.gall. Plin.lib.8.epist.*
Qui verò dissentiret, primus in aliam partem
transiret: & hunc similiter sui suffragatores se-
querentur, atque ita in alia omnia transirent. Ex
maioris autem partis, vt dictum est, sententia &
conclusione fiebat S. C. aut non fiebat. Factum,
recitata decreti summa, perscribi solet ad pedes
Coss. *Lamp.in Heliog.* ea ferè forma, quæ in libris
nostris extat: *l. item. 20. l.prætor. 6. de pet.her. l.2.*
in prin. ad Vell. l.1. ad S.C. Maced. subscriptis om-
nium nominibus Senatorum, qui affuissent, &
laudato, velut authore, ex cuius sententia S.C.
factum esset. *Cic.lib.4.ad Attic.* Accedebat dein-
de & tribuni plebis authoritas, qui licet ius suf-
fragij & veniendi in senatum, nō habebat: *Vall.*
lib.2.c.1. idéóque non in Curia adesse, sed ante il-
lam stare, opis ferendæ causa, solebat: intercede-
re tamē, si detrimentosum plebi fore S. C. vide-
retur, poterat. Tribunis laudantibus, subscribe-
batur litera T. & in æs S.C. incidebatur: interce-
dētibus, intercessio à quo facta esset addebatur:
neque intercedentibus, neque probantibus, au-
thoritas perscripta dicebatur: vtroque hoc casu
posteriore, non promulgabatur aut incidebatur
S. C. quòd confirmatio plebis deesset, sed vt au-
thoritas perscripta, *Cic.libr.3.de Orat.* deponeba-
tur in aliud tempus apud Coss. pòst quoniā hoc
adulterationi obnoxium esse comperiebatur, in
æde Cereris, *Livius libr.3.* vel apud ærarium pu-
blicum. *Cic.Philipp.5. Suet.in Augusto. Tac.libr.3.*
Sed de forma tota pangendi S. C. plura Forste-
rus libr.2. historiæ iuris ciuilis Hotomanus & a-
lij in peculiari S.C. tractatione.

7 ¶ Finis, vt senatus in legibus & ordinationi-
bus necessarijs suppleat vices populi, *l.2.§.dein-*
de.5.de orig. iur. & deinceps Principis, qui ius po-
puli ad se traduxit: *l.1.de constit.princip.* quorum
vtriq; non omnibus ritè ordinandis vacare po-
terant. Effectus, vt S.C. ita, vt dixi, perfectum pro
lege seu ius sit, *l. nos ambigitur.9.de leg. l.vnic.h.*
tit. §. *senatusc. Inst.de iur.nat.gen.& ciuil.* non ta-
men legem faciat (id enim solius est populi li-
beri, §. *lex. Inst.de iur.natur.* vel principis, *l.1.l.2.*
l.vlt.§. *de legib.*) sed generale ius inter omnes fa-
ciat, *d. l. non ambigitur.* lege Cæsarea confirma-
tum: *l.vnic. hoc tit.* adeò vt absque crimine am-
bitus (scilicet cum fraus subest, sicut in crimine
ambitus & omni publico subesse debet, *l.in lege,*
de sicar. ac sanè subesse rei illicitæ præsumitur,
l.si non conuicij. C.de iniur.l.1.C. vnde vi.) non li-
ceat contra id quod à senatu statutum est, sup-
plicare: *l.vnica, hoc tit.* vt nec contra ius pub. ge-
nerale. *l.vlt.*§. *si contra ius.*

8 ¶ Contraria sunt, iusti seu legitimi senatorum
numeri defectus, *l.3.de decret.ab ord. facien.* quo
deficiente, dicere cuique ad Coss. licebat: Nu-
mera senatum. *Sex. Pomp.lib.12.* Item vitium lo-
ci aut temporis: exemptio diei per eos facta, qui
§.C. impedire vellent. *Gellius lib.4.cap.12.* Lice-
bat enim senatori sententiam rogato tantum de
Reipub. dicere, quantum vellet: extracto autem
die legitimo ante rē perfectam, altero qui post
Calēdas, Nonas, & Idus Nefastus erat, nihil per-
agi poterat: *Gell.libr.5.c.17.* & alijs dieb. difficul-
ter senatus eam ob causam indicebatur: ac for-
tassis solenne & hoc fuit, vno eodémq; die, velut
vno continuo actu, totam rem cōsummare. *vt l.*
hæredis.§. *vno contextu. de test. l. continuus. de verb.*
oblig. Itaq; & Cic. ad Lentulum scribens, queritur
Catonem diem dicendo exemisse. Intercessio
quoq; Tribunorum S.C. impediebat, *Gell.libr.11.*
c.7. tempus verò ab ijsdem ad deliberandum pe-
titum, cum apertè intercedere verebātur, rē to-
tam differebat. *Cic. pro Sestio, vt t.ff.& Cod.de*
iure deliberan. Augusti etiam, quin vt alias leges,
etiam suas, *l.1.l.vlt.*§. *de leg.* & formā à præfecto
prætorio statutam, *l.2.*§. *de off. præfec.præt.* sic &
consulta senatus, mutare vel etiam abrogare,
pro vsu rerum incidentium potuerint, dubitari
non debet. *l.1.2.C. de petit.hæred.cum simil.*

DE VETERE IVRE Enucleando & authoritate iurisprudentum, qui in digestis referuntur. Tit. XVII.

1 *Responsa I.C. veterum vim Constitutionum Imp. habent.*
2 *Iulianus edicti perpetui autor, eiusque encomium.*
3 *Papiniani laus.*
4 *Recentiorum I.C. autoritas quæ.*

SPecies ¶ † Principalis Constitutionis sunt & 1
I.C. responsa, ex veterum monumentis enu-
cleata & in Pandectas relata: non ex multitu-
dine aut dignitate vel communi opinione au-
thorū, sed pro vsu rerum, & prout quidq; æquius
ac melius fuit, etiā verbis ac sentētiis veterū, pro
vtilitate rerum præsentiū, & ad harmoniā iuris
inducendā immutatis. *l.vnic.cū const.seq.h.t.* Quæ
quidem iam pro specie Cōstitutionis habentur,
quia Iustinianus iis vim Cōstitutionis tribuit, &
ea pro sua lege publicauit. l.vlt. vers. nihil hac le-
ge derogante veteris iuris cōditionibus, quia &
hoc eis Maiestas imperialis permisit, §. de legib.
cùm qui subtiliter factū emendat, laudabilior sit
eo, qui primus inuenit: nec minus sibi emenda-
tū opus ascribere possit, quàm qui primus repe-
rit: vt hæc pleniùs ex ipsis Iustiniani verbis intel
ligi possunt, qui de vetere iure enucleādo, de cō-
firmatione ac dispositione Digestorū, de autho-
ritate Iurisprudentum plenis buccis hīc buccī-
natur. Eam ad authoritatē faciunt & elogia, quæ
passim in libris nostris † alia aliis tribuuntur: vt 2
l.pequl. C. de condic. ind. sublimissimum testem
& summæ authoritatis hominem & edicti perpe
tui ordinatorem vocat Iulianum, eundémque,
summum iuris authorem facit ac probat. *l.inter.*
15. *C. de vsufr.* Sūmi † ingenij dicitur Papinianus, 3
in l.pen. C. de sen. & acutissimus, ac meritò ante a-
lios excellens: *l.cū acutiss.30.*§. *de fideicom.* & cuius
potiss-

potissimùm sententia sit amplectenda. *l.pen.*§. *de* A
cond. indeb. l.1. C. Theod. de respon. pruden. Atq; ita
de similibus qui optimam sui memoriam in le-
gibus reliquerunt, vt de sutæ ætatis I.C. testatur
Iust. hīc de confir. Digest. versic. quæ omnia. De
4 citerioris † verò seculi prudentum authoritate,
plura studiosis passim colligere licet. *Vt de glossæ*
authoritate apud Bart. num.8. Ias. n.34. cum seq. Bo-
logne & alios in l.3. de iustit. & iure. Saburff. cons.
90. num.31. centur.3. cons.41. centur.1. Quæ tamen
in disputando non sunt allegandæ sicut nec Do- B
ctorum authoritates opponendæ disquisitioni
veritatis. *glo. l.licet. de off. præsid. Ias l.1. nu.94. C. de*
iur. emphyt. Bartolum verò quotusquisq; non ap-
pellat lucernam Iuris? *Ang. cons.15.* & dominum
& aurigam Dd. *Socin. rub. solut. matr. num. 9.* cu-
ius opinionem totus mundus seruet. *Ias. l. Mar-*
cellus.§. *idem Pomponius. ad Trebell. de quo Ias. plu-*
ra. l.quidam cum filium. de verb. obl. Baldi autho-
ritas minor habetur, quòd sæpe multas cumulet
decisiones sine lege aut ratione certa ac idonea, C
disceptans ex philosophia, dubiis interdū argu-
mētis, quæ facilè queant euerti: quæq; non per-
æquè valent in foro, atque de legum diuinarū
humanarūmq; fontibus deducta. Est tamen ni-
hilominus magnæ Bald. etiā authoritatis, quo-
ties non habet contradicentem: *Alex. l.si quis*
vi.§. *differentia. in fin. de acq. poss. Ias. l. naturaliter.*
11.§. *nihil commune. num.17. eod. tit.* & haud scio an
inter nostros extet, qui philosophetur vberius.
Sed infinitum fuerit ea persequi. D

DE IVRIS ET FACTI ignorantia. Tit. XVIII.

1 *Error facti excusat, iuris non item.*
2 *Error iuris quando noceat vel non.*

AD effectum Constitutionum pertinet,
quod nemini liceat eas ignorare. *l. penult.*
1 *hoc t. l.leges.9.* §. *de legib.* Nam † error facti pro- E
babilis est & excusat, *l.2. hoc tit. & ff. eod.* iuris
non item: *l.2. l.vlt. hoc tit.* quod ignorare, turpe
est homini in ciuili vita, hoc est, ipso Iurispru-
dentiæ regno versanti. *l.2.* §. *Seruius.22. de orig.*
2 *iur.* Non † prodest ergo Iuris error in acquiren-
do vel recuperando: non nocet etiam vsquequa
que in suo retinendo: non si apices etiam Iuris
ignorentur: *l.si fideiussor.29.* §. *antepen. ff. manda.*
quando communis legum publicè proposita- F
rum intelligentia sufficere vulgò debeat. *l.leges.*
9.§. *de legib. Cuiac. lib.5. ob cap 39.* Neque nocet ne
quidem in captandis lucris (vbi aliis officere so
let, hoc est non prodesse. *l.regula. ff. eod. Cuiac. d.*
cap.36. li.5.) minoribus, *l.si adulterium. cum incest.*
§.1. *de adult. l.aliam. C. de his quibus vt indig. l.pen.*
ff. eod. l.si quis in graui.§. *si quis ignorās. de* S. C. *Syll.*
l.si quis id quod.7. de iurisdict. l.diuus. §. *pen. de falsi.*
militibus, *l.1. hoc tit.* neque etiam semper fœmi-
nis, *l.vlt. hoc tit. Harm. lib.1. tit.13.* & rusticis, *l.pe-*
nult. eod. l.si quis.7. de iurisdict. scilicet in casib. iu-

re expressis: *d.l.vlt.* quam regulam etiam rusti- A
cis adiungit Cuiacius *d.c.39. obserua. lib.5.*

DE PRECIBVS IMperatori offerendis. Tit. XIX.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Rescriptorum causa impulsiua.*
3 *Preces quid, earum diuisio multiplex.*
4 *Preces offerre vel supplicare qui possint.*
5 *Precum causa impulsiua.*
6 *Materia & forma: num.7.*
7 *Finis & effectus.*
8 *Adiacentia, & contraria.*

HActenus † de Constitutionibus Principū, 1
earūmque speciebus, velut iure vniuersali
est dictum: sequens nunc est, vt de speciali &
singulari iure Cæsareo, nempe de Rescriptis
agatur. Nam de iure Prætorio, quod ipsum quo-
que pars iuris ciuilis est, §. *prætorum. Inst. de iur.*
nat. l.ius autem.7. in fin. cum l.seq. de inst. & iur. ni-
hil opus fuit hīc speciatim dicere, cū illud, qua-
tenus quidem vsum habet ad perpetuū edictū,
in Pandectis sit expositū, magna etiam ex parte
in Cæsareas constitutiones commutatū & trās-
fusum. *vt l.3.*§. *de eden. t.t.*§. *qui admitti, & passim.*

¶ Rescriptorū causa impulsiua & prima, sunt 2
preces supplicantiū, *l.vt responsum.15. C. de trans.*
nō enim rescribitur, nisi quid ad Principē scri-
ptū sit, cui, quod nomen indicat, rescribatur: nec
aliter rescribi solet, quàm sit petitum, *l.1. h.t. d.l.*
vt responsum. l.1.§. *de rescript.* etiamsi non semper
ad voluntatem sententiamque petentis. Quare
de precib. Imperatori offerēdis primo loco hac
in parte est dispiciendum.

¶ Preces vocantur supplicationes seu libelli 3
supplices, qui Principi super aliqua re impetrā-
da offeruntur. Preces à materia, *hīc in rub. & l.1.*
l.vlt. ac t.t. l.1.2.3.§. *vt lit. pend.* libelli à forma, *t.t.*
§. *quan. lib. princ. ob. l.2.2. h.t.* scripto enim cōstare
debent & offeruntur: *l.pen.*§. *de diuers. rescrip.* sup-
plicationes à fine & conclusione. *l.2.4.6.7. vlt. h.*
t. l.1.2.3. & t.t. vt lit. pen. Auth. quæ supplicatio. h.t.
quæ potissimùm in omnibus libellis attēditur.
c. ex parte. de rescrip. c. ex parte. de for. com. Hi à ma-
teria diuiduntur in libellum Criminalem & Ci
uilem. *Ias post Bal. l.2.*§. *quan. lib. prin. da.* Item aut
veræ sunt preces, aut falsæ *l.vlt. h.t. c. ex parte.65.*
de for. comp. l.3 si con. ius.§. Verarum vnum est ge-
nus, sicut vna & simplex est veritas. Falsæ in mul
tas abeunt species, vt. non veras. *l.vlt. si cōtra ius.*
(quibus veritas abest) fraudulentas, *l.4. si contra*
ius. (quæ fraus, vel machinatione, vel reipsa sub-
esse potest, *l.si quis cum aliter. de ver. obl.*) menda-
ces, *l.2. l.5. si contra ius.* & hæ in subreptitias, qui-
bus inest peccatum omissionis, tacetur enim ve
G ritas, *c. cæterum. vbi Pan. nu 3. & c. super literis. vbi*
post Pan. Fel. nu.8. cap. ex parte.2. de rescript. & ob-

reptitias,quibus inest peccatum commissionis: *l.2.in fin.§.de legibus.c.ex parte.de for.comp.* exprimitur enim falsitas,*l.2.ʃ.si com.ius. Felin. in c. ad audientiam.num.*18.*fall.* 1.*de rescript. Bella.decis.*84. *per Innoc.in c.cum dilecta. eod. tit.* vt vtramq; speciem exprimit d.c.ex parte,15.de for.comp.

4 ¶ Supplicare omnes possunt, qui non prohibentur,*l.1.h.t it.*dummodò sint liberi,(nec enim seruis,nisi certis casibus,eadem facultas est. *l.1. hoc tit.*)non excommunicati: *c.1.de rescript.in 6.* nam reliquorum supplicantium defectus rescripto minimè obstant. *l.omnes.6. vbi Bart. num. 1.hoc tit.*

5 ¶ Causa impulsiua necessitas publica & priuata:*l.vltim.de diuers. rescrip.* cui non aliter subueniri,quàm Principe consulto possit. Etsi enim subditorum preces & magistratuum consultationes libenter Principes admittunt: *l.2.ʃ.de off. vicar.*tamen non aliter hi Domino,publicis curis districto, negocium facessere, qui sunt cum potestate, debent: quàm si sese ipsi satis instruere nequeant.*§.si verò.in Auth.vt diff. iu.§.si tibi. in auth.de manda.princ.* Litigantium verò precibus tum demum aures eius obtundendæ, cum per inferiorem ius obtineri nequit,*d.§.si verò.d. §.si tibi.*scilicet in his,quæ sunt iustitiæ: nam in iis quæ sunt gratiæ, statim adire Principem licet, cum frustra de his inferior, qui concedere nequeat,adeatur.*Azo in rub.ʃ.vt lit.pend.num.1. per l.vltim.vbi gol.l.1.verb.licet. Bart. l. 2. eod. tit.* Materia, quoad conclusionem & consequens sunt dubia iuris:quoad narrationem verò seu antecedens, ea quæ sunt facti,*l.vltim.hoc tit.* quod Princeps non supplet.*d.l.vt responsum.C.de transactionib.*Itaque & causa facti exprimenda est: *gl. c.dilectus.26.verb. causa.de rescript.* item eiusmodi, quæ petenti prosint, alteri per iniuriam non noceant: *l. rescripta. 7. hoc titul. Spec. de supplic. §.2.num.* 5. quæ non aduersentur iuri publico. *l.3.h.t.*legibus, *l.vlt ʃ. si contra ius.* Senatusconsultis,*l.vnic.§.de S.C.*commodis fisci, *l.3.h.t.* iuri tertij,*l.2.§.meritò.ne quid in lo.pub. l. 2. h.t. l.2.ʃ.si cont.ius.*rebus iudicatis,*l.vlt.ʃ.vt lit.pen.* nisi quæ sint ipso iure nullæ:*Alex.cons.*41.*parte* 4.*gl.c.super literis. de rescript. l. fin. C.sent.rescind.c.cum inter.de re iud.*aut petatur nemini nociturum, petenti profuturum: *d.l.rescripta.7.h.t.* vt nobilitas,dignitas,*Ias.d.l.rescripta.num.*5.*l.1.§.idem.l.2. §.item Varus.de aqu.pluu.arc.Azo hic. num.7.* indulgentia,remissio delicti.*d.l.rescripta. 7. hoc tit. & tot.tit.de sen pass.& rest.* Et in vniuersum, quæ iure non conceduntur,ea nec rectè petuntur.*tot. tit.C.de pet.bon.sublat.lib.*10. Illa quoque superuacuum est postulare, quæ iuri communi definita sunt,aut competere possunt.*l.Imp.vbi Bartol.de priuileg.credito.*

6 ¶ Preces autem secundum formam styli & consuetudinis,aut vbi ea deficit, iuris,concipiẽdæ & offerendæ sunt.*Azo hic.num.*2.Concipiuntur autem scriptura,sicut diximus, *l. pen.ʃ.de rescript.* & nomen ipsum libelli docet: qua scriptura, dilucidè & breuiter, summa negocij & petitionis, omnia deniq; quæ ad fundandũ supplicationis ius pertinet,exponũtur:*l.1.vbi Cast. Ias.l.vlt.ʃ.si cont.ius.*quatenus quidẽ in facto, nõ in notorio iure consistunt.*l.vt responsum. 15.ʃ.de transact.Auth.quæ supplicatio,&* l.4.*l. vlt. h.tit.l. cum verò.§.subuentum.de fideicom. liber.* Eò autem pertinere omnia censentur, non modò propter quæ Princeps ad concedendum vel denegãdum permoueri potest,sed etiam quib.ad facilius difficilúsq; dandum,denegandúmque, poterat impelli.*l.1.vbi post Cast.Ias.num.*2. l. 2. *nm.* 32. *ʃ.si contra ius vel vtil.pub.& in* l.3.*nu.3.h.t.c.postulasti. c.pastoralis.versic. de leui. vbi Pan. de rescript. c.ex parte.de for.comp.Alex.cons.*114. *ponderatis. vol.1. decis.Rotæ.3.de rescrip.num.*3.4.*Afflic.decis.Neap.* 220.*num.*4.Diem porrò & tempus libellis adiici substantiale nõ est, nisi cum hoc quoque ad ius supplicationis facit, & impetrationi momẽtum afferre potest.*Ias.in Auth. quæ supplica.io.num.*5. *per illum tex.in verbis sub hac forma. h. t. Bald. in l. ordo.ʃ.de exc.rei iud.* Offerre autem libellũ quocunque tempore & loco Principi licet,cum res sit volũtariæ iurisdictionis, vel potius meræ facultatis,quę ideo etiam partis citatione non habet opus.*Ias.l.1.in fin.C. quand.lib.Prin. dat. & l. 2.h.t.Bald.ac Canon.in Rubr.ext.de rescript.Alex. post Bar.l.nam ita diuus.de adopt.*l.2.*C.de temp.ap. c.cum olim.de re iud.c.ex parte.de verb.signif.*

¶Finis supplicationum est, vt rescriptum impetretur:*l.1.2.& t.hoc tit.* l. *vt responsum.*15. *ʃ. de transac.* quem finem consequi semper supplicatio, neq; supplicans in suspenso relinqui debet, etiamsi necesse non sit cõmodo rescribi quo postulatur.multa enim petũtur, quæ iure non cõceduntur,aut aliter quàm petitum sit,concedãtur.*Cast.*l.1.*num.*2.*ʃ.de diuers.res.*Effectus supplicationum sunt multiplices & varij, pro earum varietate & multiplici natura.Interdum habent vim appellationis, *Auth.quæ supplicatio. h. t.* libelli cõuentionalis,*Dd.tot. tit.*1.*ʃ. quand.lib.*l.2. *ʃ.de an.except.*l.2.*ʃ.vbi in rem act.* præsertim in summariis: *Ias.*l.1.*num.*5. *quand.lib.Princ.dat.* citationis item,*l.libertus.*15.*vbi Dd.de in ius vocan.* & litis contestatæ: *ʃ.tit.*1.*quand.lib. Princ. oblat.* confessionis,l.2.*ʃ.de err.ad.* (nam probat contra libellantem, l.1.*vbi Ias.num.*1.*ʃ.vt lit.pend. & in fine.ibid.per c.vt debitus. de appell.*) Interdum & suspendit processum, *d.l.1.vbi Ias.& Dd.ʃ.vt lite pend.* & in temerariis aut malitiosis pœnam etiã supplicanti affert,*l.vlt.ʃ.vt lite pend.* l.*vnic.sup.de S.C.l.si quis.*41.*ʃ. de transf.* l.2.*§.de legib.* maximè post rescriptum impetratum.*Cast.& Dd.in d.l.si quis maior Alex.cons.*34.*vol.*1.

¶Adiacet precibus veritas. l.2 .*ʃ. si cont. ius.* l. *vlt.h.t.*Cõtraria est falsitas,siue subreptionis tacita veritate, siue obreptionis expressa falsitate. l.2.l.3.l.*penult.*l.*vlt.ʃ.si contra ius.*l.*vlt.ʃ. de diuers. rescript.*l.*si quis obrepserit.*29.*de falsf.*l. 3. §.*puberi. de carbo.edic.*l.*sin autem.*§.1.*de nego. gest.* l.*sed si.*§.*patronum.de in ius vocan.*l. *prædia.* C.*de locat.prædio. lib.*11.*l.fin.*C.*de fund.& sal.rei dom.lib.*11.*lib.*1.*C.de petit.bono.subl.lib.*10.

QVAN-

QVANDO LIBELLVS Principi datus, litis contestationem faciat. Titulus XX.

A DEffectum precum Principi non inferiori oblatarũ *l.1.ʃ.de off.præfect prætor.* & hoc referatur, quòd siue ciuilis, siue criminalis sit libellus.eas quæ temporales sua natura sunt actiones,perpetuet: *Bal.Iason,l.2.h.t.* & ad hæredes, quæ aliàs transitoriæ non sunt, transmittat,*l.2.h.tit.* rescripto scilicet impetrato *l. 2. vbi Dd.h.t.& in l.1.ʃ.tit.1.c.super literis. vbi Innocent. ext.eod.*

VT LITE PENDENTE, vel post prouocationem aut definitiuam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare. Tit. XXI.

1 *Cõtraria supplicationis à circumstantia temporis:& num.*3.4.

2 *Lis pendere quando dicatur.*

1 VIdendum † est vltimo loco de contrariis, quæ supplicationi obstant. Eorum tria à circumstantia temporis hoc in titulo: totidem numero, quæ à materia vitiosa manant, in sequente titulo proponũtur. Circumstantia temporis non legitimi obstat supplicationi, si † vel lite pendente, vel post prouocationem à sententia instituta, vel post sententiam, quæ in rem transierit iudicatam, supplicetur. Iure Ciuili lis pendẽre censetur à contestatione, *l. amplius.*15.*rem rat.hab.l.vbi* 30.*de iud.*Bald. *l.1.in fin. ʃ.de re.lat.glo.& Dd.l.vbi cœptum.de iud.* iure Canonico post oblatum libellum,& parti per citationem insinuatum: *clem.2.vt lite pend.c.gratum.* 20.*de off.dele.* cui quidem iuri hac in parte standum est,*Mynsing.obser.*26.*cen.*4.iuxta regulam, quam ponit Iason:*in l.2.num.*23.*ʃ.tit.* 1.*per not.in l.priuilegia.sup.de sacrosanct. eccles.cap.* 1.2. *de oper. no.nunc.* ex quo res in scholis ciuilibus est controuersa. *Iason hic in l.2.num.* 2.*gloss.& Dd.in d.l.*

3 *vbi cœptum.de iudic.* Hoc † itaque toto tempore cum nihil sit innouandum, *tot. tit. vt lite pendent. & in clem.* 1.*eod.tit.* obstat supplicationi ex rescripto tàm in prima quàm secunda instantia, vt ostendit verbum Prouocationis hîc in Rubr. exceptio litis pendentiæ: *Ias.hic.in Rubr. num.*1. *per l.facultas ʃ.de iure fisci. lib.*10. quæ vires priuilegij impedit ac elidit.*Bald.in c.vlt.in fin.extr.*

4 *eod.Ias.hic in l.2.h.t.*Eademque † est ratio sententia per appellationem suspensa: nam & tunc lis secundæ instantiæ pendet, re ad tempus litis,in prima instantia contestatæ reducta. *l.ita demum.* A *ʃ.de procur.* Ideóq; nihil etiam tum potest innouari, *tot.tit.ff. nihil. inno.pen. app.* nisi fortè quid petatur,quod ius litis non alteret neq; innouet, vt editio actorum,*l.2.h.t.*aut iudex officium debitum parti petenti deneget,*in Auth.vt med.lit. & §.super hoc.de quæst.* vel alioqui suspectus sit, *Azo hic in fine & Bart.in l.2.num.*2.*h.tit.per d.§. super.* vel facta sit litis pendentiæ specialis & certa in libello mentio, *Ias.hic in l.2.num.*2.*Ancho. cons.*16.*viso.*& Princeps eidem ex certa scientia, vel cum clausula,non obstante, aut ex plenitudine potestatis,motũue proprio rescribat, *Cast. Sal.Ias.hic in l.*2.Contra rem quoque iudicatam absque nota infamiæ supplicare non licet. *l.vlt. hoc tit.vbi ratio eius traditur alia in l.* 4. *& passim. ʃ.de re iud.l.fratris.*10.*ʃ.de transact.*

SI CONTRA IVS, VEL vtilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel impetratum. Tit.XXII.

1 *Contraria supplicationis à materia vitiosa manantia.*

2 *Clausula, Si preces veritate nitantur, iure Ciuili est exprimenda, iure Canonico subintelligenda.*

CONtraria †in materia & quo ad obiectum 1 sunt:primò, si supplicetur contra ius Diuinum,*gl.l.vltim.in fin. hoc tit. vbi Ias. num.* 4. naturæ,*glo. Ias.d.l.vlt.* vt contra bonos mores: *c. constitutiones.distinct.*10. ius gentium,*gl.d.l.vlt. vbi Ias.num.*2.*hoc tit.Bart.l.*2.*C.de fund.par.lib.*11. ciuile,*l.rescripta.* 7.*sup.precib. Imp.off.l. vltim. hoc tit.cap.*1.*vbi Ponor.& Dd.vt lit. non contestat. & Rub.de cons.num.*2.*gl.l.vlt.hoc tit.* aut etiam contra statutarium,nõ scriptum,locale,&c.*Bald.c.*1. *de pace Const.verb. nos Romanorum. Ias.l.*2.*num.*15. 16. 20.*dicens hanc esse communem. hoc tit. & l.omnes.num.*20.*de iust.& iur. Maran.disp.*2. *nam.*18. Secundò, si precibus petatur, quòd sit contra vtilitatem publicam fisci, *l.*3.*sup.de precib.Imp.off.* vel Reipub.*l.vlt.hoc tit.l.vlt.C. de petit.bono. subla.Ias.& Dd.l.vlt.hoc tit.* etiam priuatam tertij, vt iuri eius detrahatur.*d.l.vlt.hoc tit.vbi gl. Ias.nu.* 3.4.*& l.quo minus.de flum.l.* 2. §. *meritò. ne quid in loc.pub.* Tertiò, si preces fiant contra veritatem, *l.2.l penul.l.vlt.hoc tit.*vel per obreptionem, hoc est,exprimendo falsum.*l.si quis obrep.* 20. *de falsf. l.*3.§.*puber.de carp.edi.* vel per subreptionẽ, supprimendo verum.*c.*3.*& pass.de resc. l.vlt. sup. de preci.l.*1.2.*h.t.vbi Cast.Ias.& Dd.c.ex parte.de for. comp.* Nam si pacta priuatorum iuri aduersaria respuuntur,*l.*6.*ʃ.de pac.l.iurisg.*7.*in fi.ff.eo.* mul-

G tò magis eorum supplicationes.*l.*3.*l pen.§.de precib.* Sed & publica vtilitas anteferenda priuatæ

est,l.5.C.de off.rector.l.1.§.fin.vbi Bar.C.de ca.toll. l.1.vbi Dd.sol.matrim.l.si ita.in fin.ad l.Aquil.nec mêdax precator potiri optatis debet,l.penult.h.
2 t.cum † omne rescriptum habeat clausulam, Si preces veritate nitantur;iure Ciuili expressam,l.vlt.ĵ.t.1.de diuers.rescri. Canonico subintellectã: Ias.hic.l.2.num.22.24.h.t. deficiente igitur cõditione ob surreptionem vel obreptionem obiectam,l.3.verb.argui.h.t.nec demõstratione veritatis precium refutatam, l.vlt.ĵ.tit.1.deficit dispositio rescripti,l.1.l.2.l.vlt.h.t.dummodò eiusdi quid aliter quàm decuit vel expressum vel celatũ sit, quo verè declarato, cognitóq; Princeps aut aliter, aut certè difficilius in eam sententiã rescripturus fuisset. Ias.num.2.32.post Castr.l.1.2.h.t.& l.3.num.3.ŝ.de precib.c.pastoralis.14.vbi glo. verb.de leui.vbi Pan.c.postulasti.27.c.3.vbi Pan.1.not.de rescript.Alex.cons.114.ponderatis.vol.1decis.Ro.3.num.3.4.

DE DIVERS. RESC. ET prag. sanctionibus. Tit. XXIII.

1 *Rescriptum quid propriè.*
2 *Quid à rescriptis gratiæ & similibus differat.*
3 *Propria & species.*
4 *Causa efficiens & impulsiua.*
5 *Materia & forma.*
6 *Finis & effectus.*

SVpplicationum terminus atque finis sunt rescripta, quibus Princeps supplicibus libellis respondet ac rescribit, vnde & nomen sortiuntur.l.licet.23.de vsu lega.l.4.de appell.Itaq;
1 † omne Principis responsum generali nomine rescripti appellatur,extr.eod.licet propriè rescriptũ sit id,quod secundũ ius cõmune supplicanti de iure suo respõdetur,Bart.Ias.& Dd.in l.benef.de const.prin.gl.c.1.verb.noscatur. de const.in 6.pertinétque ad iustitiæ executionem, l.2.ŝ.si contra ius.Bar.num.3.Ias.& Dd.l.beneficia.de const.Princ.
2 glo.c.1.verb. noscatur. de const. in 6. quod † genus distat à rescriptis gratiæ,l.4.h.t.l.pen.ŝ. de precib. Cast.num.4.in l.2.h.t.legibus mandatis,pragmaticis sanctionibus,priuilegiis, dispensationibus, indulgentiis, restitutionibus, beneficiis Principum,Ias.& Dd. d.l. beneficium. in princ. de const.
3 Prin.In † hoc tamen titulo nõ solùm de rescriptis iustitiæ, sed etiam gratiæ agi, in aperto est, quæ ad naturam dispensationum priuilegiorũ ac beneficiorum declinãt, & ex re gratiæ vulgò dicuntur Chass.in cons.Burgun.Rub.1. de iust. verb. s'il n'a grace.propria,quòd sint stricti iuris, cle.2. de præben.c.causam.c.cum dilecta.c.significante.extr. de rescrip.& ibi Fel.in Rub.num 5.eod.t.de resc.glos. l.sæpe 8.verb.nec.ssitatis.de off.præs. Bart.l. beneficium.num.3.de const.Prin.Tiraquell. de retract.prox. §.1.gl.9.num.1.8.3.& §.35.glo.1.num.3. perpetua, l.2.h.t.c.decet.de reg.iur.in 6.Menoch. cons.106.nu.33.perennia,l.2.h.t.transmissibilia in hæredes, l.1.ŝ.quand.lib.non tamen æquè cessibilia.c.vlt.de rescr.vbi Pan.& Dd.Tyr.de retract.prox.§.26.gl.1.num.42.Sunt autem alia iustitiæ, l.2.vbi Castr.h.t.alia gratiæ,l.4.h.t.l.pen.ŝ.de precib.Imp. off. alia personalia,l.4.h.t.l.1.de const. prin. alia realia, l.4.vbi Ias.num.1.h.t. alia authentica seu originalia,l.3.h.t.alia exempla tantùm,d.l.3.alia vera,alia falsa.l.2.vbi Ias.l.vlt.ŝ.si contra ius vel vtil pub. & hæc aut subreptitia, l.2.ŝ.de leg. verb.per surreptionem elicita.c.super.20. de resc.c. ex parte. de for. comp.aut obreptitia:l.si quis obrepserit. de fals.l.5.ĵ. quomodo & quando iud.d.c.ex parte. Bald. l. 2. num. 12.ŝ.tit.1.in dubio tamẽ verum præsumitur rescriptum,Fel.c.vlt.in fi.de præsump.Alcia.reg.præsumpt.3.præs.3.donec falsitas arguatur,l.3.ŝ.t.1.si contra ius. quo casu veritas precum quibus impetratum sit,probari debet l.vlt.h.t.

¶ Causa est Princeps:nam inferiores non di- 4
cuntur rescribere,sed respondere præfectis prætorio exceptis, quorum iure nunc Duces imperij vtuntur.Impulsiua est supplicantis suggestio & petitio, l.vlt.hoc tit. in qua rescriptum fundatur.l.2.ĵ.de vsufr.l.vlt.h.t.

¶Materia res omnes,quæ concedi possunt, l. 5
4.5.h.t. quatenus ad ius pertinent, non factum, Bar.l.2.num.2.C.de eden. præcipuè verò lites.l.1.h.t.Vnde rescripta ad lites appellantur, Menoch. cons.100.nu.34.vel beneficia ;l.3.h.t. l.5.ŝ.de prec. Imp.off.de illis rescripta iustitiæ,de his gratiæ rescripta impetrari dicũtur,l.2.l.4.h.t.vbi Dd.Materia in qua,sunt chartæ & membrana. l.pen.h.t. Nam præcipua rescripti forma est, vt scriptura (vnde nomen habet) in chartis facta constet, l.pen.h.t.in Auth.vt diui. iuss. præposito Principis nomine,in Auth.vt præpon.nom.Imp. & subiecta subscriptione aut Principis,l.pen.l.3.h.t.aut quæstoris,gl.Cast.& Dd.l.vlt.h.t.& in Auth. vt diu. iuss.verb.quæstor. appenso etiam in maioris momenti causis sigillo,l.pen.hoc tit.Cast.in l.vlt. h.t. quod voluntate Principis appensum præsumitur,Molin.cons.Paris.tit.1. de feud.§.5.num.14.15. quo confirmatur,l.2.vbi glo.Bal.C.de reb. alie.nõ lien.l.si qua.22.Cod.de episcop.& cleric. Innoc.c.1.de fide instrum.c.post cessionem.de probat. Lanfr. c. quoniam.11.verb. instrumentorum. num. 2.eod.tit. & fit publicum instrumentum,c.post cessionem vbi Fel. num.8.de prob.c.cum dilectus.de fide instr.Ias. l. pacta nouiss.ma.num.16.C.de pac.& rep.l. admonendi. num.90.de iureiur.Crau.de antiq. tempor. §.2. num. 27.Schurff.cons.7.l.licet.num.6.cons. 17.num.12.cons. 39.num.1.cent.1. subscriptione verò approbatur, l.sicut.§.non videtur.vers. sed si subscripserit. quibus mod.pig.sol.§.1.verb.subscripto.Inst.de empt.l.si ita. 126 §.Chrysogonus.vbi Ias.1.notab.de verb.obl.Ro. cons.303.hæc scriptura.nu.1.2. Schurff. cons.17. num. 12.13.cent. 1. ita tamen; siquidem omnes causæ, quibus Princeps in vtramuis partem commoueri potest,exprimantur, c.super.c.cæterum.extr.eo.c. inter me... re iudic. ne subreptionis vel obreptionis argui possit, c.ex parte.c. cæterum.c. postulasti.

lasti.de rescr. c. ex parte.de for.comp. quare & olim solenne fuit inserere conditionem,Si preces veritate nitantur l.vltim.h.t.c.2, ex eod.& Dec.cons. 350.visis.num.1. quæ tamen omissa hodie ex iure Can.non vitiat,d.c.2.vbi Dd.ex.eod.cum semper tacitè subintelligatur.Ias.num.22.& Dd. l.2.ŝ.si contra ius vel vtil.pub.& l.vlt.h.tit. Bartol.l. à diuo Pio.in pri. de reiud. Annotatione etiam temporis,hoc est,anni,& diei,quod datum est,rescriptũ opus habet,l.4.hoc tit. vt & aliud quodlibet publicum instrumentum.l.cum tabernam.§. fina. de dig. Ias.& Dd.in repet.l.admonendi.de iureiur. Cætera purpureæ inscriptionis solennia, l.pen.hoc t. hodie non sunt in vsu. Cast.& Dd. l.pen. Clausulæ porrò rescriptorum pro subiecta materia variant,in quibus stylus curiæ & consuetudo est obseruanda, alioqui suspectum: redditur rescriptum Felin.& Dd.c.ex parte.3.ex rescript.c.porrecta.de confir.vtil. Anto.Gab.Ro.conclus.lib.6. de rescrip.conclus.1.2.

6 ¶ Finis rescriptorum generalis & vltimus idem est,qui totius iuris,nempe iustitiæ administratio aut gratiæ concessio l.2. vbi Dd.ŝ.de prec. l.2.ŝ.si contra ius vel vtil. pub. proximus, vt responsum supplicans accipiat, l. vt responsum.ĵ.de transact. vel impetratis quæ postulabantur, vel denegatis.l.2.hoc t.& passim:Effectus ingens tribuitur,cum sacrilegij instar esse scribitur,de potestate & viribus horum dubitare:l.5. h.tit. quod in materia subiecta verum est,cum scilicet Princeps de his rescribit, quæ nemini nocent, prorieque ab ipsius potestate dependent, vt sunt administrationes, iurisdictiones, dignitates. de quibus loquitur d.l. 5. & l.vni. ad Iul. de amb. nam quę ad rem priuatam spectant,& alterius ius lædere possunt, iis quisque se opponere, & contrà ius suum tueri potest.l.vlt.hoc tit.l.2.l.vlt.ŝ. tit.1. Non igitur habet vim legis rescriptum,l.2. ŝ.de leg. nisi inter partes acquiescentes, Felin. in Rub. ex eodem.num.1. 2. cum seq.aut nisi aliud Princeps expresserit,l.3.ŝ. de leg. aut iuri communi conforme sit,gloss. verb. subscriptionem. & Dd.l. 1.Cod. quomodo & quando iud. l.liberos.18. vbi Bald. num. 1.C. de collat. aut in corpus iuris relatum sit:l. 2.l. vlt.C.de legib.& passim.in C.sed nec extra personas ad quas pertinet, extẽditur,l.1. de const.Prin. l.2. C. de legibus.l.2. §.meritò.ne quid in lo.pub.sed strictam recipit interpretationem,l.si quando.C. de inoff.test.Felin.num 5. & Dd.Rub.ex.de rescript. maximè quoad tertium,cap.dudum.de priuil.clem. 2. de præben. etiamsi respectu concedentis vberiorem,l.beneficium. vbi Ias. & Dd. de const.Prin. Conditionem tamen ex rescripto seu actionem personalem, aut saltem implorationem officij iudicis parit,c.dudum. 32. vbi Innocen. de priuileg. iuxta distinctionem. Bart. in c. omnes.9. num.66. de iust. & iur.Ias.l.in ea demum. 8. num. 4.seu: l.si socior.vbi glo. verb. restitut. C.de collat.& proficit etiam socio, l.1. hoc tit.l.si is qui duos. de lib. lega. de quo Bald. & Dd. l.vlt.de rescript.Tiraq. de retract. prox.§.26. glo.1.num.42.& 30. atque adeò aduersario quoque,si quis in iudicio vtatur: fit enim illi commune, Spec.de rescr.§.1.sicut alia acta iudicialia.l.vlt.in fi. C.de app. l.si quis testib. C. de legib.l.1.§.1.de eden.Contraria surreptio,obreptio, quæ illi fructum adimit.l.2.ŝ.de legib.omnem & effectum.l.2.l.4.l.5.ŝ.tit.1.l.vlt.h.t.

DE STATVIS. ET IMAginib. Tit. XXXIIII.

1 *Statuæ & imaginis etymon.*
2 *Causa impulsiua.*
3 *Materia & in forma,finis.*

SVpplicatur non modò Principi præsenti per libellum, sed etiam eo absente in subitis,ad statuas & imagines eius confugitur, opis petendæ & violentiæ depellendæ causa. toto. titulo. ĵ. tit.1.Nam ob venerationem Principis pro asylo habentur: cuius violationem sæpe quàm acerbissimè à Principibus esse punitam, historiæ docent.

¶ Statua à statuendo: imago, authore Festo 1
ab imitando est: vtraque corporis simulacrum l.1.hoc tit.l.1.ĵ.tit.1.Cicero pro Archia.sed propriè sculptile aut fusum, imago pictum. Statuas sibi Principes locari permittunt, l.1. l. 2. hoc tit.reliquis magistratibus aut aliis, poni absque Principis venia, non possunt:l.1.2.hoc tit.l.si qui.9.l.si quando.15.ĵ.de operib. pub. nisi à liberis ciuitatib. quæ superiorem non recognoscunt. Cast.l. 1. hoc tit.

¶ Causa impulsiua non adulationis studium 2
aut metus,l.1. hoc tit. sed dignitas & reuerentia Principis:l. 2. hoc tit. festorum dierum ac ludorum celebritas,l.2. hoc tit. benemerita eius, cui statua locatur: l.vlt.hoc t. postulatio prouinciæ, ciuitatis,vniuersitatis,quæ alicui de se bene merito statuam poni:vt à Principe permittatur,supplicat,l.vlt.hoc tit.

¶ Materia ex qua, aurum,argentum, æs mar- 3
mor,saxa, lignum.l. 1. hoc tit. A forma aliæ equestres, aliæ pedestres, loricatæ,armatæ, inermes, paludatæ, togatæ, Romanæ, peregrinæ. Eriguntur autem potissimùm diebus festis,& ludorum sumptibus publicis, Principi:l.3. hoc tit. priuato ipsiusmet impensis.l.vlt. hoc tit. Quia sicut virtutis præmia tribui benemerentibus conuenit:ita aliorum honores aliis damnorum ac sumptuum occasionem fieri non oportet. l.vlt. hoc tit. Quemadmodum & cum Princeps alicui tributorum, collectarum, & seruitiorum onus remittit: illa immunitas domino concedenti detrahit, non aliorum, qui similia debeant,subiectorum onus cumulat. Angel.Bal.& Dd.l.si vnus. §.item si pactus.§. sed si generaliter. de pac. & Ang.l.inter debitorem,eod. tit.per gl.l.vacuatis.C.de decur.lib.10. Iacobin.de S.Georg.tit.de homag.n.38. & honori sint,d.l.vltim.ac reuerentiæ:l.2.hoc tit. memoriamq; absentis vel demortui repræsentent,d.l.2.& sine ambitioso adorationis fastidio ludos aut festum diem exornent.d.l.2.

DE IIS, QVI AD STA tuas confugiunt. Tit. XXV.

1 *Ad statuas confugere quando permissum.*
2 *Pœna temerè ad statuas confugientium.*

1 VT reliquæ † actiones humanæ à causis finalibus pendent & æstimantur: *l. qui iniuriæ. de fur. Bartol. l. eam quam. in princ. & numer.* 14. C. *de fideicom.* sic ad statuas Principis confugere pro istiusmodi causarum distinctione & varietate, aut vetitum est, aut permissum. Permissum, vitandi metus, hoc est, violentiæ, quæ metum inferat, iniuriæ, turpitudinis, periculi causa; *l. vnic. hoc titul.* vt confugientes eò tuti sint, ac iure legibusque vindicentur. *l. 2. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. vnic. hoc t.* Vetitum, absque iusta vel ex improbabili causa, puta ad alterius infamiam, *l. in eum. 5. de extr. crim.* inuidiam, *l. senatusconf. 38. de iniur. l. vnic. hoc titul.* iniuriam *l. capitalium. 28. §. ad statuas. 5. de pœn.* vt illi velut formidoloso & vim iniustam, quæ aliter depelli nequeat, parenti, inuidia concilietur: cuius rei
2 exēplū ponit Cast. *hic in l. vnic.* Quod † genus simulationis iniustæ, velut iniuria publica, *d. l. capitalium. §. ad statuas. 5. de pœn.* vinculis publicis coercetur: *§. ad statuas. l. senatusconf. 38. de iniur. Cuiac. obser. 12. cap. 29.* aut arbitrariè, *l. 5. verb. in eum seuerè animaduertitur. de ext. crim.* vel etiam pœna talionis. *Castr. hic l. vnic.* Quia tamen hæc res est mali exempli, ideo regulariter prohibitum ad statuas confugere, punitúrque fugiens, nisi iustam causam probet, quoniam aduersus eum præsumitur. *d. l. capitalium. 28. §. ad statuas. vbi glo. verb. confugere de pœnu.*

DE OFFICIO PRÆFECti Prætoriorum Orientis & Illyrici. Tit. XXVI.

1 *Continuatio.*
2 *Origo præfecti Prætoriorum, & numerus.*
3 *Eorum officium, & quis eos constituat.*

1 HACtenus † dictum est de legibus, quæ sunt mutus quidam magistratus: sequitur altera huius tractatus pars, de Magistratibus, qui viua quædam lex sunt, seu legis executores. *l. nam & 8. de iust. & iur.* Quò pertinere tertium iuris publici membrum, initiò huius libri dictum est. Inter hos primum à Principe (de cuius potestate & iure hactenus expositum est) locum obtinet Præfectus Prætorio: *l. 1. j. de off. vic. l. vnic. ff. eo Cass. li. 6. epi.* qui † tantū vnus, exēplo magistri
2 equitum, initiò creatus est: *l. vnic. ff. eo.* pòst cum pluribus in locis legiones Romanæ contra hostes diuersos alendæ essent, tres in tribus orbis terrarum partibus sunt constituti. Vnus in Asia Præfectus prætorio Orientis, vt hoc tit. alter in Europa Præfectus Prætorio Illyrici, *tot. hoc t.* tertius in Aphrica Præfectus legionibus & militiæ Africanæ. *j. tit.*

¶ Constituit Præfectos Princeps eiusmodi, 3
qui ob singularem industriam explorata eorum fide & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quàm ipse iudicaret: *d. l. vnic.* non vt vni prouinciæ præsint tanquā Præses, Proconsul: sed toti diœcesi seu tractui partiq; terrarum, quæ multas prouincias contineat: *l. 1. j. de prox. sacr. scrini. lib. 12. l. 1. j. de off. vica. l. 1. j. vt om. iud. l. 1. §. à præfec. de leg. 3.* vt in iis disciplinam militarem & ciuilem tueantur, & summam rerum Imperij, nomine Principis, cuius Prætorio præsident, & in quo ius dicunt vice Principis, gubernent. *l. 2. h. t.* Quare Præsides prouinciarum sibi habet obnoxios præfectus, *l. 2. l. 4. j. de offic. rec. prou.* & de delictis eorum, ac reliquotum in prouinciis officialium: cognoscit: *l. 4. j. de offic. vic. prou.* eosdemque creat, eligit, *l. 1. j. ti. 1. l. si quis 9. j. de aduocat. diu. iud.* castigat, remouet. *l. 3. l. 4. h. t.* nec appellari ab eius iudicio & sententia potest. *l. vnic. ff. eod. j. de sent. præf. præt. l. 4. cum auth. seq. Sup. de pre. Imp. offic.* Formam etiam generalem vice constitutionis in sua diœcesi valituri, rectè proponit: *l. 2. hoc t.* quā nemo præter Principem innouare queat. *d. l. 2. h. t.* Supplices libellos recipit & expedit, non tamen propterea vim litis contestatæ habituros. *l. 1. h. t.* Violentis etiā casibus, & aliis quibus Præsides singularum prouinciarum pares esse nequeunt, remedium affert. *l. 2. j. de off. rec. prou.*

DE OFFICIO PRÆFECti Prætorio Aphricæ, & de omni eiusdem diœceseos statu. Tit. XXVII.

RECuperatæ auspiciis Bellisarij & immanibus Vandalorū manib. ereptæ Africæ Iustinianus Pręfectum prætorio dedit, cuius Carthagine sedes esset, quique septē Aphricæ prouinciis, tā Consularib. quam Cæsareis, super omnes Præsides vice Principis præesset. religionē, disciplinā, ciuitates, agros, munita loca, denique reliqua omnia à Vandalis vastata, instauraret, & ad priorem cultum reduceret. Quibus in mandatis quia pro eius prouinciæ necessitate & vsu, multa sunt singularia, neque aliorum Prætoriorum Præfectis communia, ideo de officio huius specialiter & separatim edicendum putauit: quod de lectione melius intelligi potest.

DE OFFICIO PRÆFECti vrbis. Tit. XXVIII.

SIcut foris & militiæ Præfectus Prætorio: sic domi & in vrbe Præfectus vrbis summum & primum à Principe locum tenet: cæterósq; magistratus vrbanos facilè dignitate antecellit. *l. 3. h. t.* Omnia crimina sibi vindicat: *l. 1. ff. eod. l. vnic. j. de off. præfect. vig.* statum vrbis annonámq; ac disciplinam vrbanam, curat: *l. 1. h. t.* omnes ciues, collegia, corpora, reliquáque vrbana omnia, suæ iurisdictioni obnoxia & subiecta habet. *l. pen. h. t.*

DE OFFICIO MAGIstri militum. Tit. XXIX.

SEcundum Præfectum Prætorio, *l. 4. h. t. l. 2. §. de off. præf. præt. Aphricæ.* summam in milites, equites, peditésque, atque adeò ipsos quoque prouincialium exercituum Duces, potestatem habuit Militium magister: *l. penult. l. vlt. h. t.* illustri & Comitatiua diguitate excellens: *l. 1. hoc t.* & eo quidem maiorem, quòd in eadem prouincia ipso præsente Præfectura Prætorij seu Prætoriana, quamuis amplissima, nullam tamen in milites habeat potestatem: *d. l. 1. l. 4. h. t. d. l. 2. j. de off. rec. prouinc.* vt nec è diuerso Magister militum in reliquos prouinciales. *l. 1. h. tit.* Hoc officium maxima virtute & felicitate sed aulica nimirum anguina mercede, sub Iustiniano Belizarius gessit. *l. 2. §. de off. præf. præt. Aphricæ.*

DE OFFICIO QVÆstoris. Tit. XXX.

1 *Quæstorum origo.*
2 *Dignitas & munus.*

1 QVæstorum † vt munus olim aliud fuit, *l. 1. & t. t. ff. eod.* ita & dignitas minor, cum primus ad maiores honores gradus esset. *l. 1. in fin. ff. eodem.* Postea sub Augustis nouum quæstorum genus creatum, qui à veste candida, Principis Candidati, appellarentur: non quærendis pecuniis, sed legendis Principum in senatu libris, hoc est, codicillis & epistolis operam dan-
2 tes. *l. vnic. in fin ff. eodem.* Horum † dignitas pòst ita creuit, vt in Palatio sacro libellos supplices reciperent, iis sicut & nouis legibus, mandatis, vice Principis subscriberent, responsa redderent, leges & mandata dictarent, *l. vltim. §. de rescript.* minori laterculo, hoc est, Codicibus & registris dignitatum, officiorum, administrationum, notitiarum, redituum & assignationum Imperij præssent: *l. 1. l. 2. hoc titul. l. comperimus. 12. j. de proxim. sacr. scrinio. vbi Cuiacius. & l. 3. de agent. in rebus. lib. 12.* omnem denique iuris ac iustitiæ potestatem in Aula haberent: *l. vltim. §. de diuers. rescript. l. 2. de pet. bon. sub. lib. 10. Nou. 53. III. l. subemus. 34. C. de app. l. 1. de off. quæst. Nouell. valent. de homicid. casu fac. Procopius libro 1. de bell. Persico.* quam nunc penes eum, qui Cancellarius vocatur, esse videmus, quod nomen huic officio postea esse prælatum, Niceta testatur. *lib. 7.*

DE OFFICIO MAGIstri officiorum. Tit. XXXI.

1 *Magister vnde dictus.*
2 *Magister officiorum quis.*

ERat & in præeminenti dignitate ac iurisdictione Magister seu Comes Officiorum. *l. 3. hoc tit. l. 2. 3. 4. j. de castren. l. 1. j. de decan. l. 3. de cur. pub. lib. 12. l. 10. C. Theod. de curio.* Magister † à mo 1
nendo vel monstrando dictus, omnem significat, cui præcipua alicuius rei cura & gubernatio incumbit. *l. cui præcipua. 57. de ver. sig. l. 1. in pri. vers magistrum. & § magistrum. 3. de exerc. act.* Vnde magistratus. *d. l. cui. 57.* magister populi, (dictator scilicet) equitem. *l. vnic. de off. præf. præt. fisci. Euseb. lib. 8.* militum, *sup. t. 2. de off. mag. mil.* scripturæ. *l. 1. 2. 3. §. t. 1.* bonorum. *l. 3. de præpos. sacr. cub. lib. 12.* & hic, officiorum: quod nomen hoc in argumento Palatina officia aulicásque functiones significat.

¶ Erat igitur Magister officiorū Iudex & velut 2
Episcopus ac superintēdens cubiculariorū, *l. 3. de præpos. sacr. cub. lib. 12.* decanorū. *l. 2. deca. lib. 12.* militantiū in sacris scriniis, *t. t. de prox. sacr. scrinio.* agentiū in rebus, *l. 2. h. t. l. ex eo. de agen. in rebus. lib. 12.* scholarū, *l. 1. 2. 3. vlt. h. tit.* silentiariorum, seu, vt nūc vocant, secretariorū, omniúmq; ministrorū Aulæ. *l. 4. C. de silent. l. vlt. de cast. lib. 12.* Etiam in prouinciis sibi assignatis, & Imperij limitibus, quis esset militum numerus, quæ castrorum ac clausarum disciplina, munitio, ordo, obseruans, quotannis ad principem referebat: *l. pen. h. t.* cuiusmodi ferè munus ij hodie sustinent, qui Magistri curiæ nunc appellantur.

DE OFFICIO COMItis sacrarum largitionum. Tit. XXXII.

1 *Comes vnde dictus.*
2 *Sacræ lagitiones quid.*

COmitem † à comitando, & Comites eos, 1
qui aliquem sequuntur & obseruant, dici palàm est. *l. item. 15. §. comitem. de minoribus.* Hinc Comites Procoss. qui his apparent, assident, operam in officio dant: *l. senatusc. 16. de off. præf. l. administrantes. 41. de ex. tut. l. 4. de offic. ass. l. legata. 12. §. 7. de vacat. mun.* & Principum, qui in Comitatu Palatij præstò sunt Principi, & aliquo officio inseruiūt: quorum pro varietate munerum, alij primi, alij secūdi, alij tertij ordinis censentur. *l. vnic. j. de comitib. qui prou. reg. lib. 18. vbi Cuiac. l. vnic. j. de com. sac. pal. eod. lib.* Nam dignitatis & claritatis ordo velut senatorius, sub Augustis esse cœpit: *l. vnic. j. de com. sacri palat. & t. t. de dig. lib. 12.* quemadmodum & Ducum: *d. l. vnic. l. 1. 2. §. de off. præf. præt. Aph.* qui ordines eminentię etiam hodie perdurant.

¶ Sacræ largitiones, sunt thesaurus & ęrarium 2
Principis publicum, ex quo Princeps dona &

largitiones publicè priuatéque facit, quod Principi maximè conuenit, sic vt tutores etiam eius eiusmodi facere queant. *Iaf. num. 2. 3. in l. pactum curatoris. C. de pac. per c. grandi. de sup. neg. præl. & l. 6. C. de adm. tut. l. cum in plures §. pen. cum l. seq. de adm. tuto. l. 1. §. 1. de tutel. & rat. distrah.* Eodem etiam donata Principi referebantur. Inde stipendia militibus & officiis soluebantur. *tot. tit. C. de can. larg. tit l. 2. de cupress. l. 1. de metall. l. 2. de cons. l. vnic. de quæst. J. de lib. 12.* Huic præfectus iure veteri, Præfectus dicebatur ærario. *l. senatus. 15. de iure fis.* deinceps procurator fisci dictus, *tot. tit. de off. pro. Cæs.* pòst Comes palatinus, *l. palatinos. J. de pal. sacr. larg. li. 12.* sacrarum scilicet largitionum & thesaurorum.

DE OFFICIO COMITIS rerum priuatarum. Tit. XXXIII.

1 *Officium Comitis sacrarum largitionum.*

HVic par & eadem illustri dignitate excellens Comes rerum Cæsaris priuatarum, *l. 2. J. de palat sacr. larg.* seu Rei Dominicæ: *l. super. 9. vbi Cuiac. J. de iure fis. lib. 10.* cuius † officium est, gubernare priuatam Principis substãtiam: *Theodor. lib. 3. cap. 12. Cuiac. d. l. super.* quæ non ad largitiones & expensas ac salaria militum & officiorum, sed ad proprios & priuatos vsus Principis est destinata & separata. *Basil. lib. 6.* Eò refereban tur olim fiscalia commoda, *l. vnic. hoc titul.* bona vacantia & caduca, omnisque fisci ratio ac procuratio: hodie confiscationes. *l. 1. & t. t. de iur. fis. l. vlt. de delat. l. 3. de bon. vacan. l. vltim. de iur. hast. fisc. 10. Cuiac. in l. 2. de petit. bon. sub. J. eod. lib.*

DE OFFIC. COM. SAC. Palat. Tit. XXXIIII.

COmitis Sacri Palatij nomen aliàs generale est, plurium officiorum Aulæ seruientiũ: *l. vnic. J de com. & arch. sacri pal. lib 12. Cassiodor. in fine lib. 6.* hic curatorem denotat seu procuratorem Diuinæ domus, *l. 3. J. de quæd. præs.* vt sarta tecta sit: & quod eò pertinet, Iuris perpetuarij seu emphyteuticarij: *l. 1. 2. h. t.* ac fortè etiam cellæ, penusque Principalis, omnúmque obuentionum & rerum eò destinatarum: quod munus in aulis hodie sustinet, quem Mareschallum vulgò appellant.

DE OFFIC. PROCONS. & leg. Tit. XXXV.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Proconsulis officium.*

1 HActenus † de magistratibus & iudicibus, qui in comitatu sunt Principis, & ministeriis atque officiis, est dictum: iam dicendum de iis, qui extra Palatium iurisdictioni domi vel foris præsunt. In his præcipuum foris erat Procos. & Legati eius officium. Nam † Procos. omnium vrbanorum magistratuum vice in prouinciis fungitur: quippe qui cum plena & consulari potestate, annua tamen, velut in libera Repub. vsitatum erat, in prouincias consulares amãdetur, & ascisceré sibi legatũ, eidémque mãdare iurisdictionem, vel non mandare, pro arbitrio potest: semel mandatam tamen inconsulto Principe auferre non potest. *l. 4. l. 5. l. solent. 6. vers. sicut. eodem.* Quanquam autem in vrbe duo Coss. annum imperium habuerunt, tamen Proconsulatus vnus tantùm in quaque prouincia est: *l. meminisse, 10. de offic. præs.* etiamsi pro numero prouinciarum complures fuerint. *l. procoss. 14. ff. eod. tit.* Mittitur igitur Procos. cum potestate annua in prouincias consulares more maiorum ex authoritate senatus, *Cicero ad Qu. fratrem & passim.* at reliquis prouinciis Cæsareis Imperator præsides & Rectores minore cum potestate, diuturniore tamen quàm annua, ad suum arbitrium & arctioribus diplomatis, atque ideo absque legato, cùm ipsi Cæsaris legati sint, præficit. *l. pen. de off. præs.* Quod discrimen prouinciarum Consularium & Cæsarearum ab Augusto institutum, *Suet. in Aug cap. 47. Dion. Strabo, &c.* adusque tẽpora Iustiniani durauit. *l. 1. §. de off. præfect. Aphr.* Vnde & officiũ Hellesponti Consulare hic vocatur: & Asiæ, videlicet minoris, Proconsuli in secunda huius tituli constitutione subesse iubetur, l. officium. 2. hoc tit. quæ aliàs est l. vnic. de off. com. sacr. patri, & perperam ad singularem titulum, qui de Officio Comitis sacri patrimonij vulgò inscriptus est, refertur: cum de hoc in nigro nullum prorsus verbum, & iam deinceps non de Palatinis, sed aliis officiis agatur, & officium Comitis sacri patrimonij, aut idẽ fit quod Comitis sacrarum largitionum sacríue ærarij. *d. l. super: 9. vbi Cuiac. de iur fis. lib. 10.* aut quod Comitis rei & patrimonij Cæsaris priuati, quod à bonis Imperij publicis distat: *l. solent. 6. eod.* quo etiam hæc constitutio ab Haloandro vnà cum rub. refertur. In prima huius titul. constitutione legatum non solum ciuiles, sed etiam criminales causas audire, non eriam decidere posse, sed ad Principem referre oportere, statuitur: quę extraordinarij olim mandati iurisdictio fuit: *d. l. solent. 6. eod.* hodie, ex hac constitutione, vt videtur, ordinarij est iuris. Non tamen adoptioni aut alteri legitimo actui præesse legatus potest, *l. 3. eo.* quia nõ est apud eum legis actio, *l. obseruare. 4. eod. tit.* hoc est, ius actum legitimum celebrandi.

DE OFFICIO COMITIS sacri patrimonij. Tit. XXXVI.

IN vulga. deest in emendatioribus exemplis, cùm eius lex vnica pertineat ad titul. præcedentem.

DE

DE OFFICIO COMITIS Orientis. Titulus XXXVII.

COmitis Orientis officium à Proconsulari Præsidúmque & aliarum prouinciarũ Natoliæ (vt nunc corrupta græca voce nominant) gubernatorum potestate seiunctum fuisse, constitutio vnica huius rub. ostendit, in qua disertè hæc distinguũtur, & alia Rectori prouinciæ, alia Comiti assignantur. Non enim Palatini prouinciis præficiebantur, nec quicquam in prouinciales iuris habebant, sed ipsis magistratibus imminere, & eorum obseruare actus, & contra eos audire, & ad Principem referre prouincialium querelas iubebantur: *l. 3. J. de off. rec. prouin. l. 2. J. de de offic. vica.* vt verisimile sit, Principes aliquando ex suis Comitib. aliquos in prouincias ablegasse, velut inspectores administrationis Rectorum, aliorúmque officialium, quorum fides suspecta Principi esset: *l. nullum. 10. J. de off. rec. prouinc.* aut limitibus præfecisse contra hostes tanquam Duces. *l. 2. §. de off. præfec. præt. Aph.* seu Comites militibus limitaneis dedisse. *l. vnic. J. vt omnes iud. verb. quicunque dux vel comes. l. 1. J. de off. vica.* per prouincias, maximè Orientis, vbi à Parthis & Persis perpetuæ incursiones timebantur. *l. 3. in verb. comitibus, qui per prouincias constituti sunt. J. de off. rec. l. vnic. C. de com. qui pro. re. ib. 12. vt h. t. l. vnic. J. vt om. iud.*

DE OFFIC. PRÆFECTI Augustalis. Titulus XXXVIII.

PRæfectum Augustalem Ægypto, vt prouinciæ Cæsareæ (quam primus Augustus, vnde nomen huic officio, in suam prouinciam redegit) & validiori ac ob id formidolosæ, singularibus Augusti diplomatibus immissum, & potestatem eius variis modis restrictam fuisse, diximus: *ff. eod. tit.* quod etiam intelligi potest ex constit huius tituli secunda, qua datur illi cognoscẽdi & referendi potestas de flagitiis ordinariorum sub se iudicum, vt iuridici Alexãdriæ, non etiam amouendi, vel puniendi.

DE OFFICIO VICARIJ. Tit. XXXIX.

1 *Vicarij etymon, & quis.*
2 *Dignitas & officium.*

1 VIcarius † à vice, qui alterius vicem gerit & sustinet, vnde vicarius seruus, *l. si seruus. 17. de pecul. §. cum autem. Inst. quod cum eo qui in alie po.* qualem se etsi non statu, tamen officio esse queritur Martialis ac deprecatur.

Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse.

Ita vicarius in officio & iurisdictione is dicitur, qui vicem alterius, à quo mandatam habet iurisdictionem, gerit. *J. de off. eius, qui vic. alt. iud. ger. ex. de off. vicar.* Inter † vicarios, præcipua & 2 quidem Comitatiua primi ordinis in dignitate Ducibus pari, est vicarius Præfecti prætorio: *l. vnic. J. de com. & arch. lib. 12. l. 3. J. de off. rec. pro.* quẽ huic auocato, aut alibi occupato, Princeps submittere solet, vt non solùm præfecti, sed ipsius etiam Principis in omni iurisdictionis munere reuerentiam repræsentet, sacræque cognitionis habeat potestatẽ. *l. 1. h. t.* Quanquam si quando vsus venerit, referre ad Principem ea debeat, *l. 2. h. t.* quæ supremæ potestati peculiariter sunt reseruata. *l. 2. §. de off. præfec. Aug. de quibus Dd. in l. 4. de præscrip. 30. anno. c. super. 24. de verb. signific. c. vnic. vbi Afflic. copiosè, quæ sint regã.*

DE OFFICIO PRÆTORIS. Tit. XL.

1 *Prætoris officium aut vrbanum aut prouinciale.*
2 *Vtriusque descriptio.*
3 *Qui vrbani prætores creari possint.*

PRætoris † officiũ, de quo in Pandectis quoque eodem hoc tit. dictum est, aut Vrbanum est, aut Prouinciale. Prouinciale, † cùm pro prætore in prouinciam mittitur administrationis causa. Vrbanum, quoties in vrbe creatur, vt iurisdictioni cum mixto imperio præsit: *l. 1. & tot. tit. de iurisd.* causas liberales tractet, præsit emancipationibus, adoptionibus, restitutionibus decreta faciat. *l. 1. h. t.* Nam criminalia, quæ meri sunt imperij, Præfectura sibi vindicauit. *l. vnic. de off. præf. vrb.* In † vrbe Prætores tantùm ij fieri possunt, qui larem in ea habent. *l. 2. h. t. l. 1. J. de prætor. lib. 12.* Sumptus hoc nomine, vt olim, inferre non coguntur inuiti: *l. 2. J. de prætor. lib. 12.* sed habent spontaneum liberalitatis arbitrium. *l. 2. h. t. d. l. 2. J. de prætor. lib. 12.*

DE OFFICIO RECTORIS prouinciæ, & vt nulli patriæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur. Tit. XLI.

1 *Rectoris prouinciæ nomen bifariam capitur.*

REctoris † prouinciæ nomen aliquando generaliter accipitur pro quolibet gubernatore, Præfecto prætorio, *l. 3. l. 4. hoc tit.* Proconsule, Comite, *l. 3. h. t. l. vnic. C. de com. qui pro. reg.*

iudice, *l.5.6.7.8.h.t.* quò pertinet regula: Nemini sine speciali Principis permissu patriæ suæ gubernationem ab inferiore sub specie legationis vel mandatæ iurisdictionis permittendam esse: *l.vlt.h.t.* cum propter suspicionē & affectionem in eadem vel assidere prohibeatur. *l.3.ĵ.de off.ass.* Aliquando, & magis propriè denotat Præsidem, *l.1.& 2.h.t.* qui à Cesare cū certis formulis mandati, & absque temporis definitione ex arbitrio Principis, hoc est, in perpetuum, donec Princeps reuocet, ad gubernandam prouinciam ablegatur. *Bartol.l.de pupillo.§.si quis.de oper. no. nunc. Iaf. in l.cum quis.num.20.de iur.& fac.ig.* De cuius officio ad Pandectas cod.tit. dictum est.

DE OFFICIO PRÆfecti vigilum. Tit. XLII.

INter vrbanos magistratus sunt, Vigilum præfecti, de quorum potestate & officio dictum est. *ff. eod. & sup. ad hunc tit.* in Oeconomia, qui cum sint extraordinarij, *l.2.§.capta.17.de orig.iur.* de capitalib. causis nihil sua authoritate statuere, sed si quid eiusmodi euenerit, ad Præfectum vrbi referre debent, vt celsiore sententia iudicetur. *l.vnic.h.t.* Quocirca præfecto non Vigilum, vt habent exempla vulgaria, sed Vrbi, lex huius tit. est inscripta, quod docent verba textus: Culmini tuæ potestatis referre.

DE OFFICIO CIVIlium iudicum. Titulus XLIII.

1 *Continuatio.*
2 *Iudicum species.*

HActenus † de singulis Magistratuum & iudicum tàm Vrbanorum, quàm Prouincialium speciebus, déque proprio singulorum officio est dictum: nunc communia quædam, vt sæpè fit, & generalia vtriusque iura subiiciuntur. ĵ. *vt om.iud.tam ciuiles quàm milita.l.vnic.ĵ.de anno. & capitat.ĵ. tot. tit. com. de lega. & com. vtriusque iud.& ff. com. præd.* Omnes † autem istiusmodi iudices vel Ciuiles sunt, vel Militares: quod accipiendum, non respectu causarum, de quibus iudicant, sed ratione personarum, quibus ius dicunt. Ciuiles enim ius reddunt priuatis personis, *l.1.ĵ.tit.1.* curialibus, *l.2.ĵ.tit.1.* honoratis, *l.1.hoc titul.* de publicis priuatísque rebus: *l.2.h.t.* & verò absque suspicione incorruptè dicere debent. *l.1. hoc tit.* Nam si quem audire nolint, auri mulcta vnà cum apparitoribus & officialibus suis plectuntur.
l.2.hoc tit.

DE OFFICIO MILITArium iudicum. Tit. XLIIII.

1 *Militares iudices qui.*
2 *Iudices militares ad strictum iuris ordinem non astringuntur.*

MIlitares † iudices sunt, qui militibus, non etiam priuatis & paganis ius dicunt, *l.1.2.3.h.t.* vt Militum magistri, de quibus suprà: Duces, *l.vlt.h.t.* Tribuni, Comites militum, & qui ab his delegantur. *l.1.ĵ.tit.1.* Nec † dubium est, quin vt testamenta militū libera sunt. *l.1.& tot. tit. de mil.test. Inst.& ff.* à solennibus ciuilibus, *l.3. de test.& Inst. de test.ord.* sic militaria iudicia, more militari absque strictis ciuilium iudiciorum formulis atque regulis, simpliciore quadā via, & de plano, vt dicimus, exercēatur. *l. nequicquam. 9.§.1.& 3.de off.proconf.cle.sepe.de verb.sig.*

NE REI MILITARIS Comitibus, vel tribunis lauacra præstentur. Titulus XLV.

IVdicum militarium alij illustres & Comitatiua primi ordinis dignitate ornati, vt Magistri militum: alij inferioris ordinis Duces, Comites, Tribuni militum: illis balnea eorúmque adærationes & sumptus, his nequaquam à prouincialibus debentur.

DE OFFICIO DIVERsorum iudicum. Tit. XLVI.

1 *Communia iudicum.*
2 *Eorum officium duplex.*

COmmune † diuersorum Iudicum, hoc est, omnium cuiuscūque sint generis, officium est, vt inter se quidem inferiores superiorib. reuerentiam exhibeant: *l. 5.§.de off.rec.prou.l.2.h.t.* neque fratres & collegas eos nominēt, *d.l.2.h.t.* nisi quatenus dispensatio iustitiæ προσωποληψίαν excludat, *c.in iudiciis. vbi Dd. de reg. iur. in 6.* sint iusti vigilates, *l.3.§.de off.rec.pro.* vtrique parti cōmunes, *c.non sanè 11.q.5.Spec.de sal.§.1.n.2.* ex æquo vtráque audiant, non tamen in loco suspecto: *l.1.2.§.de off.ciuil.iud.* debitum honorē deferant infirmiori sexui *l.1.h.t.* honoratis. *l.vlt.h.t.*

¶ Est autē eorum officiū aut nobile, aut mercenariū. *vt dixi Inst. de off. iud. & ext.eod.* Neutrū priuatis in reb. impertitur, nisi fuerit peritū. *Bar. & Dd.l.4.§.in eum.de dam.ĵ.* In publicis aūt scire debēt sibi præcipuè esse cōmissum, vt debita exigāt, & cōsueta deposcāt, *l.nullum. 10.§. de off.rec. pro.l.congruit.de off.præs.de quo plura ext. de off. iud. & ĵ. vt quæ des.adiuo.iud.§.in auth.de manda.&c.*

VT

VT OMNES IVDICES, tā ciuiles, quàm militares, post administrationem depositam quinquaginta dies in ciuitatib. vel certis locis permaneant. Tit. XLVII.

COmmune & illud est, quòd post depositam administrationem cogantur sub iuratoria cautione manere in prouincia, locis in publicis & vsitatis, ante ora & in quotidiano conspectu omnium, quos rexerunt, vt de iniuriis factis accusari, & rationem gestorum reposci possint. *l. vnic.hoc tit.l.4.§.1.de offic.proc.l.3.ĵ.de ass. in auth. vt præs.absque vllo suff.* Quæ res in tractatum syndicatus incidit, de quo varij varia scripserunt. *Bal.in l.4.§.1. de off. proconf. Bar.l. omnes. ad l.Iul. repet. Paris de Puteo, Catol. & alij in trac. de syndi. Iaf.& scribentes hic, quos consulere cuiuis licet.*

DE OFFIC. EIVS, QVI vicem alicuius iudicis vel præsidis obtinet. Titulus XLVIII.

PRocoss. mandant Iurisdictionem legatis vniuersam. *l.4.l.6.& passim, de offic.proconf.* non etiam præsides, & rectores prouinciarum. *vt dixi tit.de off.præs. Spec.de sal.§.1.nu.10.* Speciales tamen hi causas delegare, iisque iudices dare possunt. *l.1.cū seq.ĵ.qui iud.dar.& de peda.iud.* Cæterùm & ex causa vicarius deligitur, qui vice præsidis administret, *l.1.h.t.* nō ab ipso, sed à Principe vel Præfecto prætorio delegatione particulari datus: *l.vnic.in fin.de ann.& cap.ĵ.l.2.h.t.* qui tutoresdare, decreta facere, alienationib. bonorum minoris, emācipationibus, adoptionib. authoritatē interponere, deniq; omnia, quæ ad iurisdictionē, non imperiū merū, Rectoris prouinciæ pertinent, actitare possunt. *l.6.de off.proc.l.2.h.t.*

DE ASSESS. ET DOmest. & cancel. iud. Titulus XLIX.

1 *Assessores vnde dicti.*
2 *Cancellary vnde dicti.*

FVnguntur interdum vice magistratuum in audiendis cognoscēdísque causis, non etiam in subscribēdo Assessores: *l.2.h.t.* sic † dicti, quòd illis in consilio & iurisdictione assideāt. *l.vlt.de prox.ff.eod.tit.* Item συγκάθεδροι *l.non solum.de exc. tut.* & quòd comitētur Comites, *l.diem.eod.* quòd consilium præbeant, *l.velut.7.h.t.* consiliarij. *l.3.l. pen.eod.l.3.l.in consiliariis.10.l.liceat.12.h.t.* his proximi sunt cancellarij iudicum, hoc est, notarij, scribæ, actuarij, secretarij: *l.3.l.nemo.6.h.t.* † à cancellis fortè, quibus eorum secretaria (quę & hinc nomē habere videntur) aditū plenum liberúmque arcebant, nomine deducto. *l.3.de offic. diuers. iud.* Item domestici, *l.4.5.6.8.h.t.* velut vxor, liberi, familiares, apparitores, satellites, lictores. *de quib.l.senatusc.16.de offic.præs.l.2.§.de off.ciuil. iud.*

DE ANNONIS ET CApitatione administrantium, & eorum assessorum, aliorúmue publicas solicitudines gerentium, vel eorum, qui aliquas consecuti sunt dignitates. Tit. L.

1 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
2 *Annona vnde dicta, & in quibus consistat.*
3 *Capitatio quid.*

SIcut boui trituranti os obligari lex diuina prohibet: sic iudicib. etsi munerib. abstinendum est, tamē debita vitæ subsidia, velut Annona & Capitus seu Capitatio, præstāda sunt: *l.vnic. ĵ.tit.1.* nec enim quisquam suis stipendiis militat, *c.cum ex officij.16.de præscrip.Spec.de sal. num.1. 6.10.* neque † officium cuiquam suum damnosum esse debet, *l.sed si.7.quemad.test.ap.* aut sumptuosum. *l.1.de cont.tut. l.4. de act. & oblig. l. sin autem.27.§.4.de neg.gest.*

¶ Annona ab anno, annuam alimoniā significat: *l.3.de anno.* quæ in frumento, oleo, vino, carne, sale, & similibus ad victum & amictum pertinentibus, consistit. *l.vnic.ĵ.tit.1.*

¶ Capitatio tributum & præstatio seu pensitatio est annua, quæ agris imponitur pro numero iugerum, seu quæ in iugo sunt capitum (vnde nomen) quib. coluntur. *l.si minor.9.C.de.* Annonas & harum prætextu capitationes non alias magistratus exigere vel accipere possunt, quàm quę particularibus delegationibus, hoc est, Principum diplomatis, libellis & mandatis, quibus delegare officia solent, continentur: *l.vnic. hoc t.* sicut etiamnum ea ordinationibus regiis taxari & definiri solent. Quòd si quid amplius exigāt, videntur teneri in duplum, *vt in l.vnic. sup. ne rei milit.l.vlt.ĵ.de mod.mult.* aut triplum. *vt in §. tripli. Inst.de act.* aut etiam quadruplum. *vt l. non licet.46.de cont. empt.* maximè propter concussionem, *l.iubemus.C.de concuss.l.fin.C.ad l.Iul.repet. c. quoniam.dist.18* & terrorem. *l.item.14.§. quadruplatur.7. quod met.caus. §.quadrupli.Inst. de act.*

DE

DE CONTRACT. IVdic. vel eor. qui sunt circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent, sine sanctione pragmatica. Tit. LI.

PRæter annonam, adiacet officio iudicum, ne quid præter alimoniam & vestem durante administratione in sua prouincia vel ciuitate vbi administrant, per se vel interpositas personas emant, *l. non licet. 46. de con. empt.* ædificent, *l. vnic. in princ. ibi, domos extruendi & post verb. ædificationes. hoc tit.* neu donationis maximè titulo, absque speciali Principis permissu, accipiant *l. vnic. h. tit.* Contractus enim etsi aliàs strictè capiatur, *l. Labeo. de verb. sig.* tamen hic quælibet titulum significat, quo dominium transfertur. *vt l. 3. §. vlt. de acq. poss. l. 1. C. de fund. dot. l. vlt. Cod. de reb. alie. non alien.* Multò verò minus licet quid ex officio quod quis administrat emere, vel per se, vel per aliam personam: alioquin non tantùm rem amittit, qui fecit, sed & in quadruplum conuenitur. *l. non licet. 46. de contrahen. empt.* Hęc olim obtinuerunt in magistratib. Romanis, qui tantùm erant annui etiam in prouinciis: *Cic. ad Q. fra.* hodie non item, postquam iudices cœperunt esse perpetui. *Fab. hic, Guid. Pap. decis. 195. Bugnon. lib. 2. legum abrogata. c. 67.*

DE MOD. MVLCTÆ quæ à iudic. inflig. Titulus LII.

1 *Mulcta quid.*
2 *A pœna quid distet.*
3 *Pœnarum discrimen.*
4 *Mulctare quibus permissum.*
5 *Causa impulsiua.*
6 *Materia, finis, effectus, contraria.*

1 ADiacet † officio iudicum mulctæ indictio, quæ vox Osca lingua pœnam significat, *Fest. lib. 11. Gouan. lib. 1. de Iurisd.* latina, pœnam
2 pecuniariam: *Varro lib. 4.* quæ † tamen non parum à pœna legali distat, *l. aliud. 131. l. pen. de verbor. signific.* etiamsi [illegible] pœna vocetur. *l. 2. si quis in ius vocat. glo. cap. 1. de do. & contumac.* Nam pœna certa est, *d. l. aliud.* mulcta arbitraria. *Dd. l. 1. hoc tit. l. & in mulctis. C. de appellat. l. vnic. si quis ius dicen. l. 2. si quis in ius voca. vbi Bart. & Dd. l. 4. l. 5. l. 6. h. t.* Mulcta est in pecunia, *l. 4. 5. 6. h. t.* nõ in existimatione, *l. 1. h. t.* vel corpore: *Zabele. §. 1. de her.* pœna in omnibus his. *l. 2. & passim. de pœn. l. 1. 2. de his qui not. §.* Est † autem vel
3 modica, *l. 2. C. de sportul. l. 6. h. tit.* leuis, *Alex. l. vnic. in prin. si quis ius dic.* vel grauis, *l. 4. 6. h. tit.* aut lege taxata, *l. 4. l. 6. h. t.* aut arbitraria, *Oldrad. cons. 15.* pro delicti grauitate. *l. 4. h. t.* Item alia comminata tantùm, *Alex. l. desertorem. §. qui ad diem. de re milita. & d. l. 1. vbi etiam Castr. si quis ius dicen.* alia imposita. *l. 1. l. 4. 6. h. t.*

¶ Mulctare † nõ omnes magistratus possunt, 4
vt procuratores Cæsaris, *l. 2. h. t.* Rationales re-
B rumpub. *l. 3. h. t.* defensores, *l. 5. §. de defens. ciuit.* Duumuiri, *l. vnic. si quis ius dicen.* magistratus municipales ciuitatum, *Dd. d. l. 1. si quis ius dicen.* iudices delegati. *l. 2. §. fi. de iud. Pan. c. dilect. de pœn. Dd. d. l. vnic. si quis ius dicen. nisi in casu. l. 2. C. de sportul. & aliis, quos cumulat Alex. d. l. 1. si quis ius dicen.* Qui verò mulctare possunt, vt illustres ac alij superiores, *l. 4. l. 6. h. t. l. 2. §. de sportul.* etiã Ecclesiastici, *gl. ca. 1. de dol. & contum. spec. de sen. §. 2.* non aliter eo iure vti debent, quàm intra defi-
C nitam lege quantitatem, *l. 4. 6. h. t. de quo Bossu de mulc. nu. 5.* nisi ex magno delicto. *Oldrad. cons. 15.* Quod tamen non conuenit. *l. 4. h. t.* quæ nec ob grauissimum peccatum permittit. Sed nec aliter rectè mulctant, quàm si sint iudices eius qui mulctatur competentes, quoad personam, aut saltem bona, quæ inibi possideantur: *Bart. l. 2. si quis in ius voc. c. Romana. §. contrahentes. de foro comp. in 6.* nec supra iurisdictionem. *l. certa. C. quando prouoca. vbi gl. & Dd.*

D ¶ Causa † impulsiua in iudice agente seueri- 5
tas: *l. 4. 5. 6. h. t.* in parte patiente, peccatum, *l. 4. d. pen. d. vlt. h. t.* dolus. *l. 4. 5. h. t.* culpa. *l. 6. h. t.* contumacia, *l. vnic. si quis ius dicent. l. 2. si quis in ius voca. non ierit. Bar. l. diuus. §. fin. de off. præs. t. t. ext. de dol. & contumac. Spec. de contumac. §. 3.* ver. non ficta. *gl. nota. Alex. & Dd. d. l. vnic. §. vltim. si quis ius dicent. & l. plerique. de in ius vocan. l. si finita. l. Iulianus. de dam. §.* propria non procuratoris. *Bart. l. eum qui. C. de proc.* Quanquam & procuratori ob
E suam contumaciam imponi potest, vt & aduocato, testi, &c. etiam extraneo impedienti violantíque iurisdictionem quoniam inibi forum sic delinquẽdo fortitur: *c. vlt. de for. comp. l. omnem. 19. de iudic.* non tamen collegæ, *Bart. & Dd. d. l. 1. si quis ius dic.* quia par in parem non habet imperium. *l. 4. de arb.*

¶ Materia, † pecunia, *l. 4. h. t.* operis publici æ- 6
dificatio, *l. 5. h. t.* vel præstatio alia aliqua, à persona quæ corripitur exhibenda: quæ tamẽ quadruplum pœnæ excedere non debet: *Alexan. l. si*
F *qua pœna. de verb. signif. c. quisquis. 17. quæst. 4.* nec amplius quàm ter in anno, pro eodem scilicet delicto continuato (nam plura & diuersa pluribus pœnis vindicantur, *c. 1. de pœn.*) exigi debet. *l. vlt. h. t.* Quanquam autẽ aliæ summæ aliis magistratibus præstitutæ sunt, ad quas vsque mulctare possint, *vt l. 4. l. 6. h. t.* tamen nonnulli *Bossi. tit. de mulctu. num. 9. & Hostien. eod. tit. num. 6. Alex. cons. 35. viso. num. 5. vol. 2.* testantur eas ll. hodie
G non obtinere, & proinde permitti iudicibus ac magistratibus, vt suo arbitrio, pro qualitate delicti

ficti ac personarum mulctent. *Roffred. tit. si quis ius dicent. non ob. num. 2. gloss. Land. lib. 2. art. 12. 13. Vueych. art. 14.* Forma, vt nõ imponatur mulcta præcipiti persuasione, *l. 6. in fin. hoc t.* sed causa cognita, & citata auditáque parte, *Ias. & Alex. in l. vnic. si quis ius dic. non obtemp. Hipp. l. de vno quoque. numer. 191. de re iud. Ang. §. vlt. Instit. de satisdat. Bart. & alij. l. 2. si quis in ius voca. Felin. & Dd. c. 1. de iud.* quò possit defensiones suas opponere, *Bart. num. 16. Bald. num. 3. Castr. num. 4. l. 2. si quis in ius voc. Bart. num. 13. & Dd. d. l. vnic.* condẽnationem. *l. 6. verb. condemnatio. hoc tit.* per sententiam saltem interlocutoriam aut decretum, *Spec. tit. de sent. §. vt autem. Dd. in l. vnic. si quis ius. dicen. Gouea. l. 1. de iurisd.* nec opus est comminatione præcedente, *Alex. contra Castr. l. vnic. §. is videtur. si quis ius dicen, Oldra. consi. 15. circa.* quanquam & præcedere potest: *Cast. d. l. vnic.* quæ tamen mulctam per se non infligit, si alia sententia non sequatur, *Cle. 2. de cens. cap. relatum. de iure patr. c. sicut. de simon. cap. 1. de sagitt.* Sub amissione tamen causæ mulcta imponi nequit. *Bal. & Dd. L. & in mulctis. C. de appell. Alex. post gl. l. 1. in fin. si quis ius dicen.* nisi parti in id per compromissum aut aliter consentienti, & se obliganti *Io. An. c. præsentem. in fine. de testib. in 9.* Finis, vt sit pœna admissi facinoris, *l. pen. hoc tit.* peccati, *l. vltim. hoc tit.* & vt ad obedientiam cogi sic contumaces possint. *l. vnic. si quis ius dicen. vbi Bar. & Dd. c. finem. & passim. de do. & contum.* Est enim vnum
D ex remediis quibus inobedientes ad officium adigi solent. *Poss. in prac. tit. de mulctis. num. 8. & 17.* Effectus, quòd non damnum famæ, sed pecuniæ irroget, *l. 1. hoc titul.* quæ non iudici debetur, *l. 5. hoc tit.* sed si parti non sit applicata in condemnatione, vt fieri potest. *Bart. l. 4. hoc tit. Alex. l. 1. §. fin. si quis ius dicen.* quæritur fisco, *Menoch. consil. 66. num. 5. dict. l. 5. l. 6. hoc tit. l. 2. si quis in ius voca. c. 1. quæ sint rega.* vt in iniuriis, *Pan. cap. 1. in fin. de iniur.* aut publicis operibus, vt ædificationi
E templi publici nosocomij, *Bart. l. 4. hoc tit.* cursui publico, aliísque necessariis impendiis assignatur. *l. 5. hoc tit. & l. vlt. de bon. dam.* Hodie tamen id non ita strictè seruatur, vbi mulctę pro fructu quæstúq; iurisdictionis habentur. *Bald. l. 1. n. 10. C. de fruc. & lit. expen. Alen. nu. 10. & alij. l. diuortio. §. si vir. solu. matri. Menoch. cons. d. recup. 9. num. 321.* Cæterùm nec condemnatione semel facta proprio imponentis arbitrio citra iustam causam, puta condemnati paupertatem, mulcta remittenda vel immutanda est: *l. illicitas. in fin. de off. præs. l. vlt. in fin. hoc tit. Ias. & Dd. l. vnic. si quis ius dicen. l. si id quod. nu. 28. de iurisd.* etiamsi pœna legis ne quidem ob hãc causam mutetur, sed potius in corporalem conuertatur. *l. pen. l. vlt. de in ius voc. vbi Bal. & Dd. c. finem litib. de do. & cõtu. Soc. de cita. art. 20. n. 91. Couar. var. reso. lib. 2. c. 1. n. 8.* Adiacet seueritas, *l. 5. verbo. seuera. h. t.* moderatio. *l. vltim. hoc tit.* Affines sunt, pœnæ pecuniariæ legales: *de quib. Dd. l. si quis id quod. de iurisd. l. pen. l. vlt. de in ius. voc. l. aliud. de verb. sig.* quæ sæpè cum mulcta concurrunt: sic tamẽ, vt alteru-
A tra sufficere debeat. *Roff. si quis ius dic. nu. 10. per l. licet. nav. caupo. stab. Alex. cons. 75. nu. 7. vol. 2. Boer. decis. 304. nu. 7.* Quia pluribus pœnis nemo propter vnum delictum puniendus est: *ca. at si clerici. de iud.* nisi pergat esse contumax, atque ita denuò delinquat. *l. vlt. hoc tit. Bart. d. l. vnic. in fin. vbi ait magistratum tamdiu alio post aliud remedio contra contumacem vti posse, donec obtemperet.* Affines etiam sunt aliæ pœnæ pecuniariæ, & primũ decretum: *Alex. l. 1. §. is videtur. §. vlt. si quis ius dic.*
B item bannum *Bartol. l. illicitas. §. vltim. de off. præs. Spec. de contu. §. 3.* cuius quędã species mulcta est. *Spec. de pœn. §. 2. de quib. prius Nouell. 128.* Contraria est defectus culpæ in patiente, *l. vlt. in fi. verb. quem culpa non aggrauat. h. t.* etiam causa iniusta, nedum iusta excusationis: *gl. vlt. & ibi Bart. Ias. & Dd. l. si quis ius dicen.* præcipitantia in iudice imponente, *d. vlt. in fin. verb. præcipiti persuasione.* & erubescenda varietate. *d. l. vlt. verb. aut erubescenda varietas. hoc titu.*

C

DE DEFENSORIBVS ciuitatum. Tit. III.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Defensores qui, quod eorum officium, numerus.*

D HActenus † dictum est de magistratibus su- 1
perioribus & generalibus, qui ius mulctandi habent: restat vt aliquid subiiciamus de municipalibus & oppidanis, quibus idem ius legibus non est: *l. 5. hoc titu.* nam moribus aliter obseruatur. *Dd. l. 1. si quis ius dicen.* Defensor † ab officio nomen habet: *l. 5. hoc titul.* 2
est enim talis in municipiis potestas (non tamen propriè magistratus. *l. vnic. in fin. §. de offic. iur. Alexan.*) qualis ferè in vrbe erat Tribunus
E plebis, nempe defensor vulgi & tenuiorum, *l. 1. 4. 5. 6. cum sequ. hoc tit.* maximè rusticorum, *d. l. 4.* quanquam & decurionum, *l. 5. hoc titu.* aduersus omnem iniuriam iudicum (ad quos liberam etiam ingrediendi facultatem habent, *l. 4. hoc titu.* quod olim tribunis concessum non erat) exactorum item, ac susceptorum violentiam, *l. pen. hoc titu.* insolentiam, *d. l. 5.* fraudem, expilationem: *d. l. penu.* custos disciplinæ, & quæsitor scelerum. *l. 6. hoc titu.* De quibus tamen non ipse
F cognoscere, sed referre debet ad ordinarium Præsidis iudicium: *d. l. 6.* sicut & causa 50. solidis maiores: *l. 1. hoc titu.* nam minorum ipsus competens iudex est, *l. 3. hoc titu.* atque adeò ecdicus atque ædilis est. *Cuiacius. libr. obs. 12. cap. 30.* Defensores vnus aut plures eliguntur orthodoxi, *l. iubemus. 17. C. de episcop. aud. l. defensores. 8. hoc tit.* pro quantitate ciuitatis: *In auth. de defens. ciuit.* non ex decurionum seu cohortalium corpore, sed ex alijs idoneis personis, *l. hoc titu.* orthodoxis tamen, *l. defensores. 8. hoc titu.* Episcopi, Clericorum ac curialium ciuitatis decreto:

d.l.defensores.8.l.iubemus.17.C.de episc. aud. ita tamen, vt de eorum electorum ordinatione ad Prætorianam sedem præfecti prætorio per literas præsidis prouinciæ referatur, *d. l. 8.hoc tit.* in hoc vt publica in solicitudine, *l.vlt. hoc t.* parentis vicem plebi exhibeant, *l.4.hoc tit.Cuiac.d.cap.30.lib.12.obs.*& secundum nomen, *l.5 hoc tit*, omnes ciuitatis incolas tueãtur, etiam possessiones *l.decernimus.8.hoc tit.*ab iniuriis defendant, *d.l.5.6.9.hoc tit.*disciplinam custodiant, *l.6.* & *8. hoc tit.*nec crimina coalescere patiantur. *d.l.6.hoc tit.* Qui magistratus quinquennio durat, *l.4 hoc tit.* nec absque venia Principis deponi potest. *l. vlt. hoc tit.*

DE MAGISTRATIbus municipalibus. Titulus LIIII.

1 *Magistratus etymon, eiusque definito.*
2 *Officium, & num.8.*
3 *Genera.*
4 *Qui magistratus creent.*
5 *Causæ impulsiuæ creãdorum magistratuum: & qui creari possint.*
6 *Materia.*
7 *Forma, finis, effectus.*
9 *Adiacentia & affinia.*
10 *Contraria.*

VT in Vrbe à senatorũ corpore & magistratib. distincti erant tribuni: sic & in aliis ciuitatib. defensores: *l. vnic. verbor. vel magistratus vel defensores plebis.in fi.tit.1.*nam hi non legebãtur ex corpore decurionũ, *l.2.§.1.*vnde omnino magistratus creari necesse est: *l.honores.7.§.*
1 *is qui. 2. de decur.* Magistratus † à magistro dicitur, *l.cui præcipua. 57. de verb.sig.* qui eũ significat, cui præcipua alicuius rei cura incumbit: *d.l. cui.præcipua.57.l.1.in prin.& §.3.de exer.act.* & aliquando quamlibet in genere potestatem. *l. eum. 13.de iurisd. om. iud. l.potestatis. 215.de verb.signifi. l.2.verb. magistratus, qui imperium habent. de iurisd.l.sed etsi.26.§.ait.4.ex quib.cau.maio.*tàm personã quàm honorẽ. *Festus li.11.*Crebrius eos, qui in ciuitatibus dicunt, donotant: *l. magistrat. 12. de iurisd.& toto hoc t.l.3.de arb. l. vnic.si quis ius dicen.*& à potestate, quæ imperium in magistratu signat, *l. potestatis.de verb.sig.*separatur, *l.qui accusare. verbor. magistratum, potestatem. de accus.l.3. §. 1. quod met. caus. l. magistratibus.12.de iurisd.l.1. quod quisque iur. l. 3. de arb. l. qui accusare. 8. de accus.*maximè cum refertur ad illos, qui non in vrbe Roma, sed in municipiis ac cæteris oppidis ius dicunt. quippe penes quos imperiũ non sit, *l. ea quæ. 26.ad munic.* & à re ac loco municipales appellentur, *d.l.magistratib.12.de iurisd.l.qui accusare.8.de accus.* etiã Reip. magistratus, *l. 6. de ad.*

A *rer.ad ciui pert.*Cuiacius *ad tit.de orig. iur.* Magistrat° est publica persona, quæ iurisdictioni præest, vel qui pro tribunali cognoscit, vel cui publicè iudicũ iurisdictio data est: sed ea definitio magis ad magistratus pertinet Roma. de quib. illo in tit.agitur, qui potestatẽ & imperium habẽt, *l.2.de in ius voc.*quo munipales carẽt. *d.l.26. ad municip. Gouea.l.4.de iurisd.l.magistratib.de iurisd.*Cæterùm Instit.de pœna temerè litigant.in prin.videtur esse ij, qui iura in municipiis sustinent, hoc est, reddunt: *l.2. §. post originem. de orig.*
B *iur.*propriè hic, qui magistratũ municipalem administrant, *l.magistratus.25.ad municip.*vel Rempub: *l.ad Rempub.8.de munerib.l. magistratus. 6.de ad. rer.ad ciuit.*magistratus patriæ: *l. Titio. 26.ad municip.* qui & honor municipalis, ac administratio reipub.in dignitatis gradu. *l.honor. 14. de mun. & hono.* Nam ad honorem magis quàm munera magistratus pertinet, *l.cui.12.de munerib.* vt splendor publicus, *l.rescripto.6.in princ. de mu-*
C *ner.& honorib.*dignitas: *dict.l.6.§.*etiamsi munus quoque sit *l. quis. 9. de munerib.* fauorabile. *l. ad remp.vers.fauoris causa.de munerib.*

¶Horum magistratuum officium est indiuiduum ac periculum commune. *l.imperator. 11.l. quid ergo.13.ad municip.* Quod intelligendum de iis, qui vnum magistratum administrant, *l.magistratus. 25.ad municip.* ideóq; vnius hominis vicẽ sustinent. *d.l.Magistratus.*Nã † alioqui plura sunt 3
horum magistratuum genera, vt Duũmuiri, *l.vnic.si quis ius dicent. l. 1.de albo scriben. l. honores.7.*
D *§.2.de decur.*curatores, *l.3.& t.t.de ad.rer. ad ciuit. pert.de quibus Cuiac.lib.2.ob.cap 23.*ecdici: *de quib. Cuiac.lib.12.c.30.*vnum tamẽ eorum corpus est. *tot.tit.de decur.*Vt enim corpus & collegium magistratuum Rom est Senatus, *de quo. ff.de senato.* sic in municipiis curia decurionum, *l. 1.hoc tit.t. de decur.*seu ordo, *l.ordine.15. & passim, ad munic. l.ad tempus.5.de decur.*qui decurionalis & ipse honor est, *l.5.de vaca.& excus. munici.* & municipa-
E *lis dignitas: l. filij. 22. §.senatores.5.ad municip.*sic tamen, vt ab alio honore, hoc est magistratu, uacationem nullam præbeat. *l. à decurionatu. 10. de vacat. mun.* nam ex isto decurionum corpore magistratus municipales leguntu, defensoribus exceptis. *l.2.§.t.1.*Quanquam autẽ alij magistratus Romani maiores sint, *l.2.de in ius.vocan.*quæ dignitates vocantur maiores, *l.3. C.de dig. lib.12.* & ab honoribus municipalibus distinguuntur: *l.2.de albo scriben.* alij minores: *l. nec magistrati-*
F *bus. 32.de iniur.* Municipales tamen omnes pro minoribus habẽtur illorum respectu. *d. l.2.*nam potestatem non habent, quæ penes Rom. mag. puta præsidem, est: *dict. l.ea quæ.26.ad municip.* & apud municipales de re maiori non agitur, nisi inter conuenientes. *l. inter. 38.ad municip.*Cæterùm respectu Reip. etiã alij minores, alij maiores sunt: *l. honor. 14.de munerib.l.1.de albo scrib.*ac velut Romæ Consulatus, sic in municipiis præcellit plerũq; Duũmuiratus: inde alij atq; alij ho-
G *nores, l. 1. de albo scriben.* secundum legem morẽq; cuiusq; municipij. *l.magistratus.25. ad munic.*

¶Cæte-

¶ Cæterùm Rom. Princeps dignitates Ro- A
4 manas in monarchia Rom. confert. *l. 2. de albo scrib.l.1.& t. t. ad le.Iul.de amb.l.5.C.de diuers.res. & de mun.* At in municipiis creatur magistratus decreto Curialium, *l.defensores.8.§.tit.1.l.iubemus. 17. C. de episc. aud.* è collegio Decurionum, *l. si quis.9.vers.magistratus creatus. l. rescripto. 6 verb. all.Ictus.l.honor 14.§.vlt.de munerib.l. Herennius. 10.verb.decurio creatus. de decur.* aut maiore parte *l.quod maior.19 ad municip.*per electionem, *l.non tantùm.11. de decur.* allegandis in ordinem; *l.pen.* B
de decur. ex prouisione tamen & confirmatione Præsidis. *l.3. §. præses.12. de muner.l.vlt.§.1.ad municip.d.l.3.§.præses.* qui detrectantes (nam inuitis iniunguntur *dict.l.3.§. vlt.de muner.*) iis remediis cogit ad officium necessariò subeundum, *l.vlt. in fin.l.incola.29.ad municip.*quibus tutores adigi solent, *l.si quis magistratus.9.de muneribus.* A patre quoque fieri decurio filius dicitur, *l.Lucius. 21.§. 2.ad municip.*quandò voluntate scilicet eius fit. *d. l.Lucius.21.§.idem.3.ad municip.*

5 ¶Causæ impulsiuæ, honestas, vtilitas Reipub. *d.l.6.de mun.l.eos.12.verb. inhonestiũ. de dec.* penuria magistratus, *l.vt gradatim.11.§.quoties penuria. 2. de muneribus.* petitio, *l.3.§.1.de decur.l.eos.12.de dec.l.reus.7.de muner.*oblatio, nominatio, *l.Imperator.11.ad munic.l.honor.14.§.plebeij.3. vers.periculo. eius qui nominauerit. de muneribus.* sicut finito officio successores nominari solent ab eo qui defungitur. *l.ordine.15.l.libertus.17.§.vlt.ad muni-*
D *cip.*Cæterùm in parte sufficit sola voluntas, *l.Lucius.21.§.idem.3.& §.Impp. 6. ad municip.*hoc est, si non cõtradicat honoribus filio impositis, cõtestata contraria voluntate. *l. honores. 7. §. vlt.de decur.* Nam qui contradixit, nec ratum habuit, non tenetur pro filio. *l.spurij.§.pater. 4.de decur.* Quod quoad electionem in ordinem, verum videtur, non etiam quoad magistratus, quorum nomine etiam inuitus pater pro filio tenetur, adeò vt nec emancipare consultò & de industria ad hoc, ne pro filij magistratu caueat, possit, *l.si.*
E *in fi.ad municip.*Prout autẽ quisq; decurio creatus est, ita magistratum adipisci debet: *l.rescripto. 6. ad municip.*dummodò tamen idoneus sit, *d. l.6. l.vt gradatim.11.vers.si idonei sint. de munerib.* siue pater, *l.æstimationem.16. §.2. de muneribus.* siue filiusfam. *l. honores. 7. in fin. de decur. l.ordine.15.in fin.ad munic.l.libertu. 17.§.1.eo. tit.* negociator. *l. eos. 12. de decur.* incola. *l.incola.29.ad munic.*Cæterùm si quidam ita tenues & exhausti sint, vt
F non modò publicis honoribus pares non sint, sed & vix de suo victum sustinere possint, minus vtile & nequaquam honestum est, talibus mandari magistratum: præsertim cum sint qui conuenienter & suæ fortunæ & splendori publico possint creari. *dict. l.6.de mun.* Quamobrem etsi lege municipali caueatur, vt præferantur certæ conditionis homines: attamen sciendum est, hoc esse obseruandum, si idonei sint, *d. l.vt gradatim.11. de munerib.* si copia inibi sit virorũ honestorum: *l.eos. 12. de decur.*, alioqui necessitati & vtilitati Reip. potius cõsulẽdum. *d.l.6.11.de mun*

Nã & plebei admittũtur ad decurionatũ, *l.reus. 7.l.honor.14.§.plebeij.3.de muner. l. 3. §.1.de dec.*& extranei, seu præstò nõ sint indigenæ, *Bal.Sal.l.in eccl.s.C.de Ep.& cler.*q; præferũtur aliàs, *l.libertus. 17.§.4.& 9.ad munic.*ficut & incolæ; *l.incola. 29. ad munic.*qui licet postliminio reuersi, & in aliis ciuitatis finibus cõsistentes, cogi possunt: *l.libertus.17.§.postliminio. 4. ad muni.* etiam spurij, *l.3.§. 1.l.6.ad munic.*incestuosi, *dict.l.spurij.6.in princ.de decur.* si non sit competitor legitimè quæsitus. *l.3.§.1.de decur.*Sic, licet defensionem Reip., amplius q̃ semel suscipere nemo cogitur: *l. æstimationem.16.in fi.de muner.* tamen si alij nõ sint idonei, ij, qui gesserũt, & antè functi sunt, compelli possunt. *l.honor.14.§.vlt.de muner.*sed & flagellis cæsi, nõ tamen cũ infamia, licet non admittũtur aliàs, si copia sit honestorũ: tamẽ in horũ penuria recipiuntur, si facultates habeãt. *l.eos. 12.in fi. de decur.* Etenim quoad fieri potest, potioribus semper honores ac munera deferenda sunt: *l.ho-*
C *nores.7.de dec.*in casu necessitatis qui possunt haberi, recipiuntur. *d.l.3.§.1.l.eos.12.de decur.* Maiores 55.annis ad Decurionatum inuiti nõ vocantur: *l.2.§.fin. de decur.* qui grandes natu dicuntur *l.non tantùm.11.de decur.*nec admitti. nisi ex causa, debẽt, *d.l.non tantùm.11.*& à munerib.excusantur: *l.semper. 5. de iur. immu.*si tamẽ consenserint, vel sint iam antea in collegio ætate prouectiores, etsi ad munera non adigãtur, honores tamẽ, à quibus non excusantur, *l.in honorib.8.de vacat.*
D *mun.*gerere debent. *l.2.§.vlt.de decur.* Reliqui seniores non excusantur ob ætatẽ non ita grandẽ. *d.l.2.§ vlt.*Minores 25.annis in decurionum ordinem ex cõsensu recipiuntur: *l.spurij.6.de decur.* etiam infantes, *l.Lucius.21.§.pen.ad municip.* non tamen ad suffragia, *d.l spurij.6. §.1.* sententiæ dicendæ, *dict.l.spurij.6 §. vlt.* aut alia munera ætati non congrua, *l. Lucius. 21.§.pen.ad munic.*neque ad honores, *l. ad Remp.8.de munerib.* vbi iusta ætas seruanda est: *l.2 in prin.de vaca. mun.*præter-
E quam ex Principis scitu. *l. quidam. 57. de re iud.* Imò ne quidem in ordinem decurionum recipiuntur, vt inhabiles Rempub.tueri: *l. ad Rempub. 8.de mun.*nisi ex iusta causa, *l.non tantũ.11. de dec.* quanquam cœptus hic annus 25.sufficiat. *d. l. ad Remp.*aliter quàm in Edicto de minorib. *l. 3.cũ seq. de min.* Cæterùm ad istiusmodi honores nec debitores Reipub.admittuntur, scilicet qui non ex mutuo debent aut simili cõtractu, sed ex administratione relinquantur: *l. rescripto.6. §. 1.de munerib.*neque rei criminũ: *l.Lucius.21.§.idẽ.5.ad municip.l.reus.7.de muner.* multò minus damnati, relegati, *l.3.de dec.*sceleris conuicti, *l.iudices.12.C. de dig.lib.12.*infamia notati, *l.spurij.6.§.2. de dec. l.2.C.de dig.lib.12.*vilésq; p̃sonæ, *d.l.eos.12.de dec:* & operarij sordidiq; negociatores. *l.ne quis. 6.C. de dig.li.12.* Inter quos nõ puto nauicularios esse, sed potius ideo nõ debere decuriones creari, *l.Seuerus.9. §. 1.de decur.*quoniam fauore annonæ, cui seruiunt, vacationẽ habẽt propter nauim
G qua Reipub.commodis seruiunt: *l.3. de vac. muner.* saltem ad quinquennium, vt & mercatores

olearij, *l.1.§. de mune.* Sed neque mulier ad magistratus hosce recipitur, *l.2.vbi Rænar.& Dd.de reg. iur.* quanquam ab aliis muneribus non excusetur. *l.pen.in fin.ad municip.* Neque surdus, aut mutus, *l.honores.7.§.1. de decur.* aut cæcus, licet magistratum antè adeptum retinere possit: *l.1.§.4.in final. de postul.* nec honorem sustinenti, alius honor rectè imponitur. *l. liberti. 17.§.2. ad municip.* aut munus: *l. honorem.10. de municip.* vt nec Iudæo aliúe ἐπροδόξῳ. *l. vltim. Cod. de Iudæ.l.defensores.8.§.de defens. ciuit.* Nam quòd Iudaicam superstitionem sequentes, admiserit ad honores Seuerus & Antoninus, & necessitates eis imposuerint, quæ superstitionem eorum non læderent, *l.3.in fin. de decur.* id de Christianis intelligi vult Alciatus *l.quidam ignauia.C. de decur. lib.10. Russur.d.l.3.in fin ex Tac.tib.18.Suet.in Tiber.Plin. in epist.* Sed neque serui ciuilium eiusmodi munerum capaces sunt, *l.cum prator.12.§.final. de iudic.l.pen.§.fin.vbi Lucas de Penna, C.qui mil.lib.12. l.in omnibus.135.vbi Dec.num.1.& Cag. l. in persona.l.quod attinet. de reg. iur.* licet ex seruo natus, dum tamen ex ventre libero, huc admittatur, *l. Seuerus.9.de decurionibus.* sicut & libertus, *l.de iure. 37.§.1. ad municip.* quanquam non æquè ad clarissimam dignitatem aspirare queant, sicut eorũ liberi. *l.libertorum.9.C.de dignita.lib.12.*

6 ¶Materia circa quam, habentur ea, quæ iurisdictionis sunt: *l.ea quæ. 26. ad municip.* vt vendere pignus, *l. Titio. 36. in final. ad municip.* item annona publica. *l. non debere. 8. ad municipal.l.1. hoc titul.* Cæterùm ea quæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest: *dict.l.ea.26. ad municip. de quo Gouea.l.4.de iurisdict.* vt in integrum restituere, *d.l.ea.26. §.1.ad municip.* iubere bona possideri: *d.§.1.* inter conuenientes tamen de re maiori apud municipales agitur. *l. inter. 28. ad municip.* Prohibentur & conducere publica, *l. 4.de dec.&* vectigalia suæ patriæ exercere. *l.spurij. 6. §.decurio.2.de decur.*

7 ¶Honores autem gradatim deferendi sunt, *l.vt gradatim.11.l.honor.14.§.4.de munerib.* secundum legem: *l.Heremnius.10.de decur.* nec sola alibi proscriptione, relato scilicet in illud nomine, *l.1.7.de albo scriben.* decurio quis fit, nisi secundum legem creatus sit: *l. Heremnius. 10.de decur.* quæ lex etiam cõsuetudinem complectitur longam: *l.non tantùm. 11.in fin.de decur.l.magistratus. 25.in fin. ad municip.* & plerunque prout quisque decurio creatus est. *l. rescripto. 16.in princ.de munerib.* De honoribus siue muneribus gerendis, inquit Callistratus, *l. honor.14.§.2.de munerib.* cũ quæritur, in primis cõsideranda persona est eius, cui defertur honor siue muneris administratio: item origo natalũ, facultates quoque, an sufficere iniuncto muneri possit: item lex, secundum quam muneribus quisque fungi debet: & paulò post: §.4. Gerendorum, inquit, honorum non promiscua facultas est, sed ordo certus huic rei adhibitus est: nam neque prius maiore quisquã magistratum, nisi minore susceperit, gerere potest, neq; ab omni ætate, neq; cõtinuare quisquã honores potest: quanquã per interuallum repeti possint, *d.l.honor.14.§.vlt.* hoc est, imponi inuitis. *l.diuus.18.ad muni.*& Vlpianus, *l.2.§.præses. 12.de munerib.* Præses, inquit, prouinciæ quideat munera & honores in ciuitatibus æqualiter per vices, secundum ætates, & dignitates, vel gradus munerũ honorũque, qui antiquitùs statuti sunt, iniungitne sine discrimine & frequenter eisdem oppressis, simul viris & viribus Respub. destituatur. Finis, vt salua sit res communis, *l.libertus. 17.§ vlt.ad munic.* sine damno, *l.Lucius.21.ad municip.* vt ab habilibus Respub. geri, defendi possit, *l. non tantùm. 11. vers. inhabiles. Rempub.tueri de decur.* nec viris viribúsq; Respub. destituatur. *l.3.§.præses.12.de munerib.* Effectus, vt non modò ipsi obligẽtur Reip. sed etiam qui pro iis interuenerunt, *l.2.3.4.l.vlt §.2.ad municip.* quíque eos nominarunt: *d. l.2.in fin. cum ll.seqq.de quo Cuiac. obser.lib.13.c.14.* atq; adeò in subsidium collegæ, *l.2.3.4.eodem.* nisi aliud lege municipali cautum, *l.magistratus.25..ad municip.* in damnum sortis, nõ etiam ad vsuras *l.Lucius.21.§.damnum. l. constitutionib.24.ad municip.* Nam & aliàs etiam aliorum honor alius occasio damnorum esse non debet. *l.vlt.C.de statu lib.*

¶Officium horũ magistratuum, præbere frumentum ciuib. non tamen viliùs quàm annona exigit, *l.non debere. 8. ad munic.* exigere annonas, *l.1.h.t.* Rempub. tueri, *l.non tantùm.11.vers. Remp. tueri.de decur.* exigere pecunias Reipub. legatas, alioqui ipsi eorúmque hæredes ac interuentores hoc nomine tenentur. *l. vlt. §. 2. ad municip.* Potestas, quòd actorum conficiendorũ habeant facultatem, *l.2.hoc tit.* quæ sunt scripturæ coram iudice factæ, *Bart.l.illud. num.1.sup.de sacr. Eccles.* vel etiam testationes, *l.pen. vbi Cuiac. C.de testibus.l.pen. J.de rebus cred.* etiam sine scriptura regulariter, etiamsi redigi debeant in scriptis. *Alex.de Nenis consil.mat.39.num.14.tomo primo. cons. matrim.per c. quoniam.11.in fin.de probat.vbi Innoc. Host.Ioan.Andr.Anton.de Butr.Panorm. & alij, &c. fin. eod. tit.* Item ea quæ sunt iurisdictionis expediendi, *d.l.ea quæ.26.ad municip.*& Rempub. administrandi, *l.ad Remp.8.de munerib.l.magistratus.25.ad munici.* tuendíque. *l.eos.12.de dec.*

¶Adiacent sportulæ decurionum, *l.spurij. 6.* 9
§.1.de decur. alimenta, *l. decurionibus facultatibus lapsis. 8. de decur.* priuilegia, *l.spurij. 6.§. priuilegiis.5.de decur.* vt de non torquendo, *l. vlt.de dec.* ité ne plectãtur capite, nisi propter parricidiũ, verũ pœna legis Corneliæ, *l.diuꝰ.15.de pœn.* hoc est, deportatione: *l.3.§.pen.de sicar.* quæ & ipsa in reliquis grauiorib. delictis, altiorib. deportationẽ, humilioribus ex lege supplicium decernit: sumptus, *l.sponte. 17. in fin. de munerib.* facultates quæ supperent muneri, *l. eisi. 15.l.rescripto.6 de munerib.* pecunia pro honore, *l.æstimationem. 16. §. 1.de munerib.* fideiussio, cautio, *l. imperator. 11. l.vlt.in fin.ad municip.l. æstimationem. 16. §. 2.de munerib.* quam solam fore Respublic spondet: *l. liberum.17.§.fin.ad municip.* quorũ fideiussorum loco, sunt,

sunt, qui magistratus nominant. *l. Imperator. 11. cum l.sequen.libertus.17.§.penult.& vlt.ad municip.* Item æqualitas, par vicissitudo, *l.3.§.præses. 12. verb.æqualiter per vices.de muneribus.* dignitas, honor. Affine est sacerdotium, *l. pen.in princ.de muneribus.* senatoria dignitas, *l.1.de albo scrib. l.filij. 22.§.senatores.5.ad municip.* quam adeptus, municeps esse desinit, quo ad originem & munera, nõ etiam quod ad honorem & dignitatem municipalem: *d.l.filij.22.§.senatores.5. vsque ad finem, & l.municeps.23.ad municip.* munus, *l.cui.12.de muneribus.* vt exactio annonarum, *l.1.verb.magistratum, vel exactionem annonarum. hoc tit.* munitio viarum, *d.l.cui.12.de muneribus.* frumenti comparatio. *l.Lucius.21.ad municip.* Affinis est æstimatio honoris aut muneris, *l.æstimationem. 16.de muneribus.& honoribus.* senium. *l.semper. 5. in princ. ibi, eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant.de iure immu.*

10 ¶Contraria, excusatio, immunitas, *de qua l.1. l.vlt.& passim, tit.de vaca.& excus.mun.* quam iustam querimoniam vocat, *l.1.hoc tit.* prouocatio à curatione, *l.spurij. 6.§.pater. 4.de dec.* priuilegiũ speciale, *l.libertus.17.§.sola.3.ad municip.* infamia, inhonestas, *l.eos.12.de decur.* vtilitas, *dict.l.eos.12. verb.viles personas.de decur.* ab ordine motio, *l.ordine.15.ad municip.l.2.l.5.de decur.* relegatio, *l. ordine.15.ad municip.l.2.l.pen.de decur.* reatus tamen patris filio non obest, *l.3.§.quòd pater. 8.de muneribus.* vt nec relegatio, *l. pen.de decur.* aliúdue delictum: *l.spurij. 6. in prin.de decur.* contumacia, *l. quid ergo.13.ad municip.* ignauia, *d.l.quid ergo.* inualetudo, *d.l.quid ergo.13.ad municip.l.pen. de vaca.mun.* paupertas, *l.rescripto.6.§.1.de mun* præscriptio temporis in honoribus repetendis vel suscipiendis, *l.libertus.17.§.præscriptio.2. ad municip.* renunciatio incolarus, quæ tamen non nisi perfecto munere fieri potest. *l.incola. 14.ad municip.* Sed nec iusiurandum eius, qui iurauit se ordini non interfuturum, Reipub. officit, quò minus hunc allegare possit gratia iurisiurandi ab Imperatore facta. Neque contradictio post creationem recipitur, cum initio contradici debeat, *l. pen. in fin. de decur.* aut à creatione prouocari. *l. spurij.6.§.pater.4.de decur.l.in honoribus.8.§.vlt.de vaca.mun.*

DE OFFICIO IVRIDICI Alexandriæ. Titulus LV.

IVridicum Alexandriæ peculiarem fuisse potestatem Alexandri ciuitati præfectum, ostendit hîc lex vnic.verbor.duntaxat, non inferiorem Præsidi, sed similem magis, scilicet in Alexandria tantùm, quod dant verba sequentia: Tanquam si apud virum clarissimum moderatorem prouinciæ, &c. Quamuis autem in oppido Alexandrino solus ius dixerit, cum reliqua Ægypti prouincia parêret Augustali præfecto, licuit tamen quibuscunque volêtibus donationes apud ipsum, velut ad acta, contestari ac insinuare, perinde vt apud reliquos magistratus municipales: *l. vnic. in fin.hoc tit. l. 2. suprà tit.* quibus similem hactenus iuridicum facit hæc l.vnic.in verb.vel magistratus vel defensores ciuitatis, &c. Sed de hoc plura D.cod. titulo.

CODICIS D. N. IVSTINIANI SACRATISS. PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE,

LIBER II.

De edendo. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Editio quid sit, & quotuplex.*
3 *Causæ editionis, & qui ex quibus causis edere cogantur.*
4 *Argentarij & numularij qui sint, & cur edere cogantur.*
5 *Rationes quid sint.*
6 *Materia: & quænam sint edenda.*
7 *Forma, & quomodo fiat editio.*
8 *Finis & effectus editionis.*

1 ABSOLVTO †iure publico, quod superiore libro perpurgatũ est, sequitur expositio iuris Priuati: quod sicutin iudiciis redditur, *l. nullus. 13. C. de Iudæ. cap. forus. de verb. sig.* ita rectè per partes & gradus iudiciorũ exponitur. Primus autẽ in iudicia gradus est, edere iudici & reo actionem iudicij, vt speciem futuræ litis cognoscat: *l. 3. hoc tit.* reo proinde, vt sciat, vtrum cedere an contendere vltrà debeat, & si contendendum putet, veniat instructus ad agendum cognita actione, qua conueniatur. *l. 1. ff. de eden.* Quamobrem editione libelli facta, certum ad deliberandum temporis spacium petenti reo datur. *Authen. offeratur. J. de lit. cont. & extr. de lib. oblat.*

2 ¶Edere vt aliàs significat aliquid publicare, profiteri: *l. 6. §. si initium. 6. eod. l. boues. 89. §. inter. de verb. sig. l. si sine. 22. §. 4. rem rat. hab. l. 1. de off. consic* in hac materia est libello suam complecti actionem, & offerre iudici: *l. 3. hoc tit.* item dare describendam, aduersario copiam describendi facere, aut dictare, *l. 1. in princip. l. 6. §. edi. 6. eodem.* Eum quoque edere Labeo ait, *l. 1. vers. 1. eo.* qui producit aduersarium ad albũ Prætoris (cui inscribebantur edicta, & ex his agendi formulæ) & demonstrat ex eo, quam actionem dictaturus sit. Editio alia libelli est, *l. 1. eodem. l. 3. hoc tit.* alia instrumentorum, *l. 4. l. pen. hoc tit. l. 1. §. 1. eod.* alia rationum, *l. 1. l. 5. l. 6. l. vlt. hoc tit. l. 1. §. 1. & §. vltim. eod.* alia actorum: *l. 2. hoc tit.* alia iudicialis, alia extraiudicialis. *ca. 1. vbi Imol. & Dd. de probat.*

¶Edere alij coguntur iure ciuili ex ciuilibus obligationibus, & ordinariis actionibus: *l. quædã. 9. h. t.* vt procurator domino actione mandati, *dicta lege quædam. l. 6. §. ex hoc. eodem.* socius socio actione pro socio, *l. procurator. 7. hoc tit.* tutor pupillo iudicio tutelæ, *l. 5. fam. her. l. vlt. de fid. instr.* hæres cohæredi familiæ erciscundæ, venditor emptori actione empti, & c. *l. Titius. 48. l. creditor. 52. de ac. emp.* Est etiam fisco edendum à possessore, *l. 2. §. 1. de iur. fis. l. 3. de eden. ex.* Senatusconsulto: *l. 3. eod.* quod ipsum quoque iuris ciuilis pars est. *l. non ambigitur. 9. de legibus. §. senatusconsultum. Inst. de iur. nat.* Sed & ab actuarijs eduntur acta petentibus. *ex l. 2. vbi Dd. hoc tit.* Ad hoc impetrandum quoties ciuiles sufficiunt actiones, vel exceptiones, aut imploratio iudicis officij, *Innoc. c. 1. num. 3. de probat.* nullam ex sua iurisdictione actionem Prætor pollicetur. *l. quædam. 9. in princ. eod. l. in causæ. 16. de mino.* Quando porrò remedia ciuilia deficiunt, ipsius succurrit. *l. quædam. 9. ff. eod.* vt & aliàs. *l. in causa. 17. & passim. de minor. l. 6, de iust. & iur. §. 1. 2. Inst. de bon poss. l. 1. de dol. l. 10. 14. l. quoties de præsc. verbor.* Alij igitur edere coguntur ex edicto, proposita in factũ actione Prætoria, *dict. l. quædam. 9.* aut implorato iudicis officio vel nobili, vel pedisse quo: *vide Innoc. in cap. 1. num. 3. de probat.* nempe actores, vt exprimant libellum & instrumenta, quib. vsuri sunt: *l. 3. verb. prout edicti p rpetui monet auctoritas. h. t. l. 1. eo.* item argentarij, & numularij, vt patefaciant rationes. *d. l. 4. l. 6. l. 9. l. 10. eo.*

¶Argentarij autem sunt, qui mensam argentariam exercent. Habebãt hi publicas ex auctoritate populi in foro tabernas, in illum vsum, vt pecunias custodiendas, interdum gratuitò, plerũque sub fœnore acciperent: & vicissim mutuo darent, atque etiã in actionib. pecuniã pro emptorib. à quib. eã reddi cũ fœnore stipulabantur, repræsentarent: *Cic. pro A. Ceci. Quint. li. 2. Plaut. in Asin. & Persa. Teren. in Phorm. Bud. hic.* quod etiaminum in nundinis alicubi videmus factitari. Quin & contractus apud eos celebrari, eorũq; inscribi Calendariis solent, perinde vt nũc apud tabelliones. *in Authen. de instru. cau. & fid.* Numularij, quos Græci ἀργυρογνώμονας vocant, sunt inspectores exploratoréſq; monetę, qui expendendis commutandísque nummis præsunt, vulgus *Vuechseler*, seu permutatores pecuniarũ appellat. Argentarij & nummularij de pecuniis, quas dant & accipiunt, deque cõtractibus & gestibus, qui coram ipsis fiunt, rationes conficere solent: *l. quædam. 9. §. pen. l. 4. l. 6. eo.* vt nunc Notarij, cãpsores, & mercatores. *de quib. Ias & Dd l. admonendi. de iureiur. l. rationes. l. ex ẽplo. C. de prob.*

5 ¶Rationem esse, Labeo ait, vltrò citróque dãdi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui causa negociationem: *l. 6. §. rationem. 6. eod.* hoc est scripturam, librum, registra, datorum, acceptorum, negociationum omnium, &c. *Ias. in d. §. rationem. numer. 3.* Has igitur rationes edere argentarij, eorúmq; hæredes ex Edicto debent, *l. 4. 5. 6. 8. 7. 10. eo.* iis eorúmq; successorib. ad quos eæ res pertinent. *d. l. 4. l 6.* Pertinere autẽ ad eum videntur, quo, vel cuius procuratore, filiofam. seruo, mãdante sunt tractatæ. *d. l. 6. §. 4. d. l. quædam. 9. in fin.* Huius autem Edicti ratio est æquissima. Nam cùm singulorum, qui cum illis, aut apud illos contrahunt, rationes argentarij conficiant, data & accepta, vt fit in præsenti pecuniæ mercúmue traditione, credita obligataq; cõsignent, vt cum alter alterius fidem sequitur, inq; diem contractus, aut eorum solutiones differtur: *§. venditæ. vbi Dd. Inst. de rer. diuis. l. 5. §. sed si. 8. & pen. de tribut. act.* & in codices rationũ suarũ rem omnẽ, prout est gesta, conscribant: æquum fuit, quod mea causa confectũ sit, id veluti meũ quodammodo instrumentum mihi edi: *l. 4. in prin. eod.* maximè cum eorum officium publicũ sit, *l. argentarius. 10. eo.* & principalis opera, vt actus suii rationes diligenter conficiant, *d. l. argen. 10. eo.* quarum probatio scriptura codicibusque eorum continetur, ad quorum etiam fidem frequentissimè decurritur, *dict. l. quædam. 9 § pen.* In eadem omnino causa sunt ex interpretatione edicti, vt edere rationes debeant, numularij, *d. l. quædã. §. pen.* & hodie rationales publici, *l. inst. n. 6. l. pen. h. t.* campsores, ac notarij, horúmque successores, *d. l. 4. & 6.* qui rationes, aut instrumentũ nostro rogatu conficiunt, cum horum quoque officium publicam habeat causam. *arg. l. 5. l. 7. h. t. Bar. in d. l. argen. 10. n. 1. 2, 3. & l. quædam. §. 1. nu. 1. ff eo. & in l. fin. nu. 4. & 5. de tab. exh.*

6 ¶Porrò acta vt publica, quorum vsus communis est, *§. 1. 2. Inst. de rer. diuis. l. 2. & t. t. ne quid in lo. pub.* non tantùm iis quorum causa & rogatu cõscripta, sed omnib. quorũ interest, ex officio iudicis sunt edenda: *l. 2. vbi Ias. n. 1, 2. 3. & Dd. hoc t.* præsertim quę in iudicio producũtur. *l. 1. §. 1. 2. ff. eo. Ias. l. 2. h. t.* Rationes porrò, acta & instrumẽta priuata, nemo præterea, ne mercator quidem (nisi ipsius iis vratur) edere cuiquã cogitur, *l. antepen. ff. ad exhib. Angel. & Alex. in d. l. argentarius per illũ text. verb. neque alios vllos. de eden. Zab in cle. 1. §. 1. opp. 5. de hær. Fel. in c. 1. de prob.* præterquam ratione dominij, *l. 4. l. 6 l. 9. eo.* vel societatis, *l. pen. hoc tit. l. quædam. 9. ff. eo.* vel in causis fisci, *l. 2. §. 1. de iur. fisc. l. 3. eodem. de eden.* & aliis fauorabilibus, *Ias. Alc. & Dd. hac l. 1.* vt pro reo. *l. iustum. 6. l. vltim. hoc tit.* Iniquum enim esset, priuatos homines ad denudandas facultatum suarum rationes, inuitos compelli. *l. antepen. ad exhib. l. vlt. J. de alimen. pup. l. 2. J. quan. & quibus quar. pars. lib. 10.* At quemadmodum facienda est editio? libellus sanè ita edi debet, vt speciem futuræ litis demonstret. *l. 3. hoc tit.*

7 ¶Instrumentorum porrò quibus quis vsurus est, editiones, sine die & Coss. fiunt, ne quid fraudis prolato die fiat: *l. 1. vers. editiones. eod. vide Cuiac. lib. ob. 3. cap. 8. Constit. lib. 1. epit. tit. 4.* maximè cum hæc editio non ad fidem faciendam, sed instruendum iudicem & aduersarium fiat. *Bart. in dict. l. procurator. 7. num. 2. hoc tit.* Quid autem opus est ansam hanc dari nequam & improbis, fabricandi falsi, & aliud posterioris temporis instrumentum, quod priori deroget, *ex l. pacta nonissima. infra. de pact. l. 3. de fid. instr. vide Const. & Cuiac. præalleg. loc.* effingendi: cum æquè de argumentis quæ allegar, quibúsque vsurus sit actor, doceri antagonista possit, siue dies edatur, siue secus? Quare & sola exẽpla instrumentorum sine subscriptione edentis, edi posse, receptum est. *l. antepenul. hoc titul.* Diem autem & Coss. excipit Prætor, quo instrumentum conscriptum est, non in quem solutio est concepta: nam dies solutionis summa pars est scriptionis: *d. dict. 1. vers. editiones. ff eodem. Bart. l. 1. in final. de cond. ind. l. lecta in fina. si cert. petat. latè Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gloss. 18. num. 38.* sicuti aliud quoduis pactum: *l. fundi partem. de contrahen. empt. l. si sterilis. § si tibi. de act. empt. Tiraq. de retract. con. in princip. numer. 21. & §. 1. numer. 1.* pro ratione enim termini huius intendi vel minui precia rerum solent. *l. si venditor. §. si quid. in fin. de ser. expor. l. fundi partem. verb. vilius vendidisti. de contra. emp. l. si sterilis. §. si tibi de ac. emp. l. iurisgentium. §. quinimo. de pact. l. cum. §. vltim. de in diem addict. Cano. ca. cum dilectus. de fid. instrum. Tiraq. de retract. conuent. in princ. num. 21.* Vt igitur integræ tabulæ de contractu scriptæ, ita quoque hic dies edendus est, alioqui tota scriptio edita non videbitur. *l. 1. vers. diem. eodem.* Et hæc quidem ita se habent circa editionem, quæ ab actore ad instruendum super futuro iudicio iudicem reúmue fieri debet: nam illam, quæ à lite contestata, ad finem fit probationis, vt & rationum actorúmque exhibitionem, tempus

& diem habere conuenit:*gl.l.1.verb. die.vbi* Bal. *l. Alex.& Dd.eo.& in l.2.hoc t.*absque quo scriptura nihil probat, *l.3. §.de diuers. rescrip.*Bart.& *Dd.in l.pen.§.1.de pignor.*& authenticam insuper scripturam requirit, *Auth.si quis in aliquo.hoc tit. l.2.de fid.instr.*cùm exemplis non credatur.*d.l.2. de fid. instr.l.si qui. l. Pomponius.fam. her.l.* 1. C. *de diuers.rescrip.ca. dicenti.§. sancimus.25.quæst.2.cùm P. tabellio. de fid. instr. Ias. post* Bar.*l.admonendi.1. lec.num.84.in rep.num.155.& ibi Purp. numer.* 207. *de iureiur.& d.auth.ad hoc.vbi Ias.nu.1.Curt. num.* 30.*Purp.num.30. C.de eden.* Alia solennitas in his editionibus, quæ sunt iuris communis, nulla desideratur.Bar.*in d.l. procurator. 7.num.2. hoc tit.* Cæterùm ab eo qui ex edicto rationum inspectionem vrget, exigitur iusiurandum, non calumniæ causa postulare sibi edi, ne fortè superuacuas rationes, vel quas habet, edi sibi vexandi argentarij causa, postulet.*l.6.§. exigitur. 2.d.l. quædam.9.§. vlt. eo.* Editio etiam hæc cum die & Consule facienda est, quia data aliter apparere non possunt, *l.1.§.rationes.l.6.si initium. eod.*cum pleraque tam varia sint & multiplicia, vt absque temporum distinctione explicari non possint. Eadem ex causa à capite ratio est edenda, quoniam aliter intelligi nequit.*l.argentarius.*10.§.1. *eod.* At quando? Eorum, ad fundandam intentionem, quæ in libello inseruntur, editio statim cum hoc facienda:*l.1.§.1.eod.*quæ verò pertinent ad instruendam probationem, nec in libello cõmemorantur, illa post litem contestatam tempore probationis, vel alio quocunque, edi petũtur.*Bart.dict l.§.edenda. num.7.& l.2.eod.l.vltim.* C.*eod.Ias.in rub.*Cod.*eod.*At quoties? Semel tantùm: nam iterum edi Prætor non iubet, vt nec ipsi argentario, nisi ex causa:*dict. l.6.§.vlt.cum l. seq.ff. eod.* veluti si casu scripturam amisit, aut peregrè habeat. *d. l. 6. §. vlt.cum l.seq.*At vbi facienda est editio? ibi quis compellitur edere, vbi argentariam exercuit, sumptibus tamen petentis:*l.4.§.fin.cum ll.seqq.hoc t.l.argentarium.* 47. *de iud.*quod in omnibus editionibus tralatitium est.*l.3.hoc tit.*

¶ Vt autem editionis finis duplex est: vnus instructio iudicis, *l.3.hoc tit.*atque aduersarij, *l.* 1. *eodem.* ad præparandam litem:*Ias.in rub.hic, num.* 2.Bart.*in l. insulam.de ver.oblig.Mynsing.obser.* 53. *cent.2.* aliter fidei faciendæ instruendæq; probationis, *l. quædam. 9. §. 2. verbor. quorum probatio. l.argentarius.*10. *§.1.verbor. ad instruendum pertinent.eo.*in actionibus, *l.2.§.1.de iur. fis.* exceptionibus, *l.5.6.vlt.hoc t.*replicationibus: *Ias. & Dd. in l.vlt.hoc tit.* ita diuersimodè Prætor editiones eiusmodi fieri decernit. Priorem quidem illam officio iudicis, quod actioni deseruit, hoc est, mercenario, ex quo iudex denegata audientia aut aliis modis compellit, *Bald. Alciat. & alij in l.1.& in l.2. non est nouum.* 5. *hoc tit gloss. vlt. in l.1. § fin.eod.fac.l.sed etsi.* 26. §. *art.* 4.*vers sed etsi lex quibus caus. maior.* Alteram autem eodem qui- [illegible], cùm pendente iudicio ab eo qui cũ lis est, incidenter postulatur. *l.1.verbor.ad iudicis officium pertinent.hoc tit.vide Innocent.in ca.* 1.*num.* 3. *de probat.* Quando verò extra iudicium principaliter, aut ab eo, qui in lite non sit, petitur, ex officio iudicis nobili, & causa summatim cognita decernit, *l.vbi.* 8. *verb. cum. à prætore decerneretur.eod.*& ad eam cogit. *l. quædam. 9. verb.cogit.prætor.* Nam iuxta decretum hoc nisi editio fiat, vel quod perinde est, si malitiosè nec integrè fiat, datur ex edicto actio, nõ ad id quod interest hodie, sed quanti tum temporis, quo editio decernebatur, interfuit, editas rationes fuisse, vt tanti, qui in hoc edictum incidit, condemnetur: *l. 9.§.ex hoc.4 l.8. eo.* etiamsi pòst interesse desiit, vel minoris plurisue interesse cœpit. Quare si quis condemnatus sit, siue quod petiit, non obtinuit, eo quod non habuit rationes, quibus causam suam tueretur, id ipsum quod ita perdidit, hac actione cõsequetur. *d.l.argentarius.* 10. §. *vlt.* Hæc tamen actio neque in hæredem datur, *d. l. vlt. eod.*nisi ex suo facto & contumacia non edendi conueniatur. *l. vlt. l 6.§. 1.l.quædã. 9. §.nihil. eod.* Est enim pœnalis respectu rei, qui quod non accepit, soluere cogitur: eadémq; ratione *ex l.in honorariis.34.de act.& oblig.in prin. Instit.de perp.& temp. act.* nec post annum datur: *d. l. vlt.* quanquam hæredi eius, qui editionem, petiit, quoniam ab hac parte actio rei est persecutoria (postulat enim damnum datum resarciri) non sit deneganda. *dict. l.vlt.* Adiacent editioni interesse eius qui editionem petit, *l.6.§.ex hoc.4.§.pen.l.7. vers. quoties opus erit. l. vbi.8.l.argentarius.*10.*§. 2. vers. quanti agentis intersit, rationes editas esse.* & iusiurandum calumniæ, quod hoc nomine potest exigi, *l.6.§.exigitur.2.eo.*sumptus. *l. 4. in fin. vers.tuis sumptibus.eodem.* Affinia sunt & alia remedia, quibus ad editionem inuiti adiguntur, vel manu militari. B*artol. l.stipulationes.72.quæst.8.numer.37.de verb.obl.* vel denegando audientiam, *gloss. l. 1.§. vlt. verb.subuenitur. ff. eod.* vel constituendo ne amplius credatur instrumento, quod non editur: *Innocent.c.G. perpetuus.12.de fid.inst. Alciat.l.vltim. in fin.hoc t.* aut contrà, vt exemplari credatur aduersus eum, qui originale producere detrectat.B*al.l.2.n.8.C. de testam.per l.chirographis.58.vers. cum ex inuentario conuenire eos possint. de ad. tuto. Alciat.d.l.vlt. in fi h.tit.*Actio in factum contra iudicem, qui editionem decernere neglexit. *l. argentarius.* 10. *eod.* Subuenitur tamen eis, qui ob ætatem, vel rusticitatem, vel ob sexum (fœmininũ scilicet) lapsi, non ediderint, *l. 1.in fin. ff. eod.*ne videlicet in pœnam harum actionum cadant, vt & aliàs hinc excusantur ac eximuntur. *l. si id quod. 7.vbi Ias.& Dd.de iurisdic.* Sed & aliàs calumniosè vexandi aduersarij causa petenti, edendum nõ est: *d.l.6.§.2.eod.*nec enim malitiis indulgendum, *l. in fundo.38.de rei vend.* vt nec iterum atque iterũ semel editione facta, nisi ex iusta causa probata, vt casu amissionis, &c.*l.6.§.vltim. cum ll.seqq. eod.* Est etiam cõtraria actio sumptuum nomine qui debentur, *l. 4. in fin. eod.* puta imploratio officij iudicis, aut vtilis ex locato. *Bart. l. argentarius.* 10.*in*

10. *in princ. de eden.* Item si iuret is à quo petitur editio, se instrumentum perdidisse. *l. vlt.de bon. auth.iud.poss.Ias.l.6.§.prætor ait.nu.17.de eden.*

DE IN IVS VOCANDO. Tit. II.

1 *Continuatio.* 8 *Qui citari debeant.*
2 *Citatio quid sit.* 9 *Materia.*
3 *Eius propria.* 10 *Forma.*
4 *Partes.* 11 *Finis.*
5 *Species.* 12 *Effectus.*
6 *Causæ.* 13 *Affinia.*
7 *Qui citare possint.* 14 *Contraria.*

1 COgnita per editionem actoris petitione, de qua tit. superiore, iudex, si res digna videbitur, in ius vocat eum, vt veniat libello responsurus. *l. 1. de eden. l.cum clericis. 25.vbi Bald. & Odofred.sup.de episcop.& cler.Ias. num.9. Ale-*
2 *xand.& alij hic in Rubr.*In †ius vocare est, experiundi iuris causa vocare, *l. 1. de in ius vocand.* hoc est, vt nunc loquimur, citare. Citationem nusquam à Dd. definitam sic describit Socin. *tract.de citat.artic.* 1. vt sit actus vocatiuus alicuius, cuius intersit: qui fit vel iuris dispositione, vel iudicialiter iudicis mãdato, aut arbitri commissione ad partis instãtiam, vel ex officio, quãdoque per ipsum iudicem, quandoque per nuncium, aut alium in subsidium, quandoque per partem, epistolas, præconem, campanam, ad iudicij & eorum quæ in iudicio fiunt, fundamentum, validitatem & defensionem, & ad alios variè effectus iudiciales legitimè celebratos. Breuiùs, citatio est actus iudicialis, *§.vltim. hoc tit.ca. quoniam.verb.citationes.de probat.*quo is quem iudicio sisti opus est, *l. de vnoquoque.de re iudic.*mãdato iudicis, *l. vltim.* C.*de exhib.reis.*in iudicium vocatur, *l.1.ff.eod.*Iuris experiundi causa.*l.vlt.h.t. l.1.ff.eod.*

3 Eius propria, quòd natura suã sit peremptoria, & esse debeat.*l.vltim.de fer.l.1.C.de dilat.Specul.de citat.§.viso.num.3.*legitima, *Panorm. c. illud. num.14.de præsumpt.Felin.in cap.gratum.20 numer. 5.de off.deleg.*non obscura, Bald.*l.hac consultissima. nu.4.C.de testam.per l.eum.79.de iudic.ca. quia nonnulli.de rescrip.Decis.Rot.17.retento.de re iudic.* non nimis arcta, *l. eum quem temerè. vbi* Bald. *de iud.* Bald.*& Dd.l.iubemus.9.vbi Ias.num.2.*C. *de iudic. c.2.de dilationibus.&c.*

4 ¶Partes tres.*Bald.l.vltim.numer. 3. de fer. Socin. articul.4.de citat in fin. Mynsing. obseru. 77.cent.1. Schurff.consil.35.prima num.3. cent.* 1. Prima commissio iudicis: *l. neminem. C.de exhib.reis.l.contumacia. de re iudic. cap. 2. §.contrahentes.in verb.eorum authoritati. de foro compet. in 6.cap.prudentiam. 21.de off.deleg.*altera executio seu intimatio citationis: *Felin.cap.gratum.29.num.5 de off.deleg.*tertia executionis relatio, quæ ad acta referri per nuncium, & relata à Notario registrari debet. *Spec.de citat.§.sequitur.num.11.Mynsing. obser.79. cent.1.* Bald.*numer.3.Salic. num. 7.in l.vlt.*C.*de fer. Maran.de citat.num.55. gloss.ca.quoniam. verb. per duos.de probationibus.*

5 ¶Species sex ponit Maranta, *de iud. parte 6. num.* 50. plures Socinus: *eod. art.* 3. nobis liceat diuidere primùm à causa efficiente, in ciuilem, *l.2 ff.eod.*& prætoriam: *l. 4.ff.eod. & §.vlt.hoc tit. in fin.*item aliam legis, *c.sæpe.44.de appell. ca.2.§. cupientes.de elect.lib.6.*aliam hominis, *c.2.de pœn.* Deinde à materia, vt vniuersalem, *Auth. si omnes.*C.*si minor se hæred.*Bart.*l.si eo. 6.*C.*de remissione pig.*generalem ad totam causam, *c. vltim. vbi Panor.cap. cùm dilecti.6.de dol. & contumac.* Lan*fran.c.quoniam.* 11. *num.12.de probat.*& specialem, seu particularem ad singulos causæ actus, *cap.1. de caus poss.& prop.ca.inter.de maior.& obed. clem. sæpe.de verbor.significat. Ias. in l. 1. in fin.* C.*quan. lib.princ.dat.per l.nam ita diuus. de adopt.l.de vnoquoque.de re iudic. Socin. de citat.artic.7.numer.5.6. Schurff cons.9.nu.3.cent.*1. A' forma, in legitimam, seu ordinariam, & anomalam, seu extraordinariam: quæ in casu fit necessitatis contra morem, & regulas vsitatas, *Felin.cap.gratum.* 20. *num.5.de off.deleg.*vt sunt arrestationes, *l.ait.10. §.si debitorem. quæ in fraud. cred. l.generali.* 54. *vbi* Bart. *de decur.lib.10.l.cum eo. C. ad l.Iul.pecul. l.1.*C.*de rap. virg.l.si quis.7. de fur. l. capite. 25.de adul.Ias.§.superest.num.68.Inst.de act.* Item in realem seu personalem, & verbalẽ. Realis est, qua persona vel bona propter delictum, æs alienum, aut aliam causam iustam apprehenduntur, & arrestantur, *ca.si clericus.*11.*de sent. excom. in 6. Authent.qua in prouincia.* C. *vbi de crimin. l. consentaneum.* 8. *& Auth.qui semel.C.quomodo & quando iud. l. plerique.18.vbi Iason, numer.* 33. *de in ius vocan. & in l. penul.num.17. de iurisd.* regulariter in criminalib. *Maran. de citat. num.* 58. irregulariter in ciuilib. *d.l.ait prætor.10. §. si debitorem. quæ in fraud.cred.l. vlt. C. de his qui ad eccles. confug.* Verbalis est, quæ fit verbo, hoc est, per literas, apparitorem, denũciationem, *c.6.de dol.& contum. & passim, tot.tit. de in ius vocan. l. ad peremptorium. 68. cum seq. de iudic.* A fine & effectu in conuentionem, monitoriam, & peremptoriam. *Spec.de citat. §. viso. num.16.gloss.cap.1.de mil.val.qui cont.est.* Conuentionalis prima est, qua reus in iudicium vocatur: *Specul.præalleg.loco.per dict. l. ad peremptorium.* monitoria altera, quæ sub interminatione peremptorij emittitur: tertia peremptoria. *Specul. præalleg. loco.* Vlp. tamen *d.l.ad peremptorium.* primum, alterum & tertium edictum vocat, ostenditque post tertiam demum denunciationem peremptorium edictum solere impetrari. *l. & tertium. 70. de iud.* Quanquam & aliquando citiùs pro iudicis arbitratu. *l. nonnunquam. 72. de Iud.* Bart.*l. si finita. §.Iulia.numer.4.de dam.infect. Spec.de dilat.§.1.num.3* Et sanè olim pluribus opus fuit, cùm causa caderent vocati rei, nisi parerent: *l diuus. 8. de in integ.restit.l.contumacia.de re iudic.* sicut & nunc moribus Sax. si quidem

ante litem contestatam emaneant: *Landt. lib.2. art.9.& lib.3.art.5. Chil.cap.37.* nam si pòst, tantùm vtilitatem termini perdunt. *vide lib.2.art.6. lib. 3.art. 50.* Actor verò ne quidem ante contestationem ex hoc capite plectitur damno litis: sed ob eius contumaciam, circumducto edicto, reus ab instantia absoluitur, hac addita lege: ne cogatur deinceps respondere, nisi refectis ei expensis, quas ex priore citatione & frustratione petitoris, sit perpessus. *l.sancimus.13.vbi Bald.Salic.& Dd.Cod de iud.cap.4.5.& passim, extr.de dol. & contum. Cacher. decis. Pede. 9.num.2.& decis.3. num.4.Chil.cap.36.*

6 ¶ Causam trahit citatio à natura, *clem.pastoralis.de sentent. & re iud.* Bart.*l.omnes. de inst.& iur.* Bald.*l.cum fratrem.9 num.8. C. de his quibus vt indig.& in l.executorem. num. 34. C.de execut.rei iudic.* cum sit species quædam defensionis: *d. clem. sæpe.vbi gloss.verb.citatio.de verb.sign.Bald. dict.l. cum fratrem.Maran.de citat.numer.13.* cuius respectu dicitur esse iuris naturæ. *Bald.d.l. executorem. nu.34.C.de exec.rei iud.*

7 ¶ Causa efficiens præcipua præceptum, seu commissio iudicis, *l.vltim. vbi Burt. C. de exhib. reis. l. consentaneum. 9. C.quomodo & quando iudic. l.etiam. 30 §. vltim.in verb. ad agendum à præside euocatus. de minor.* vi delicet competentis: *l. 1.C. de ann.præscript. Ang.l.si vacantia. C. de bon.vacan.* aut etiam arbitri, *l. non distinguemus. 32. §. si domini.16.l quid tamen.21.circa.fin.l. sed & 49. §. 1.de recept.arb.* nam apparitores absque præcepto iudicantis per se citare nequeunt. Bal *numer.2.l. vltim.C.de exhib.reis.Fab. num.2.Iason num. 12. in §.quadrupli. Instit de act.* Præceptum autem tale iudicis vel vniuersale est, vt cùm initio sui officij viatoribus hæc potestas à iudice datur: vel generale, initio litis ad totam causam: vel particulare in singulis cuiusque actus citationibus. *Felin. in cap. 1. numer. 13 de iud. Alciat.in Rubr. C. de eden. Imbertus Inst. forens.lib.1.* Causa impulsiua petitio partis, *cap.significasti.18.verbor. ad petitionem. de for. comp. l. ad peremptorium. 68. verb.primò quis petat. de iud. l.vltim. de bon. authorit.iud. poss.* & summaria super petitione cognitio, vtrum scilicet iusta, an iniusta sit: *Felin.ca.1. num.12.de iudic. Alexand.Iason & Dd.in Rubr.C. de eden.* quanquam in prima citatione non admodum eam requirat Felin. *cap.ad petitionem. de accusa. de quo nostri ad Rubr. ff. de in ius vocan.* Ex quo facilè intelligi potest, cur apparitori non sit licitum suo arbitratu citare, cum exequendi tantùm, non cognoscendi potestatem habeat. *l.si vt.6. C. de exec. rei iudic.* Itaque non hìc curatur de nuncio, qui quinis esse potest. Bart.*l.eum.§. si epistola.num.1.de fart. Panorm.cap.cùm sit Romana. num 24.de appell. Iason.in Rubr.C. vt lice. sine iudic. authorit. numer. 4.* dummodo constet de iudicis commissione, vt loquitur Panorm. *dict. c.cùm sit Romana.num.23.de appella.*

8 ¶ Citari autem omnes debent, quorum interest *l.de vnoquoque. 47. de re iudic. l.nam ita. 39.de adopt. l.si quando. 15. C. de testib.* Citari non possunt alij indistinctè, propter prohibitionem legis: *qui numerantur in l.2. de in ius voc.* alij non aliter quàm venia prætoris speciatim impetrata. *de quib.in l.4.& passim, de in ius voc.l.2.C.eod.*

¶ Materia sunt omnes causæ quæ cognitionem desiderant: *l. in causæ. 13. §. 1.de minor l.1.§. ex eod. quæ sentent. sine appell.l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex.* etiam singuli causarum actus, in quibus aliqua cognitione sit opus. *l.4.C.de dilat.c. Romana.§.quod si.de appell. in 6.ca.ex ratione. extr. eod. Socin. de citat artic. 7.numer.6.* Nam vbi causæ cognitio non requiritur, ibi nec citatione opus est. *l.vltim.C.si per vim vel alio modo.l.nequicquam.§.vbi decretum. vbi Iason,& Dd.de offic.proconf. Socin.de citat.artic.7.num.66.Felin.in ca. qualiter.§.licet.num.15.de accusat. Maran. de citat.num. 37.Bald.l.si qua per calumniam.C.de episcop.& cler. de quibus casibus Bald.l.cessante.num.10.71. C. quomodo & quando iudex. Felin.d.c.qualiter. Socin. & Maran.præalleg.loco.*

¶ Citatio porrò fieri debet secundum statuta cuiusque loci, *Bald. l. cessante. numer. 8. C.quomodo & quando iudex.* aliàs non valet. *Bald. in l. non sunt liberi. de stat. homin. Tiraquell. de retract. lig.§.8.gloss.2.numer.3.* nam statutis noua citationis forma tribuitur. *Bald.l.1.C.quomodo & quando iudex.* Quòd si nulla peculiariter data sit, seruanda erit forma iuris communis: vt per nuncium, vel epistolam à iudice citatio fiat, *l sed & 49. §. 1. de recept. arbitr.* & dirigatur ad personam, si haberi potest: *l. 1. §.permittit. de lib.agn. l.4. §. prætor.de damn. in fe.* sin minus, ad domum eius, *l.2. §. 1.quod vi aut clàm. Dd. d.§.prætor.Tiraquell. de retract. lig. §. 9. gloss.2.n mer. 44.Mynsing.obser. 69. cent. 2.* aut vxorem & familiam. *Mynsing.obser.37.cent.3.* vel amicos, *dict. l. 3. §. 1. quod vi aut clàm.* vel si nec hi quidem in promptu sint, affixa publicè scriptura, eo loci vnde verisimiliter notitiæ eius, qui vocatur, insinuari possit. *Bald. & Angel. in l.vt perfectius. C. de annali except. Innocen. & Dd. in cap. vltim. de eo qui mittitur in posses. Tiraquell. de retractu lig. §. 6. gloss. 1. numer. 8. 9. cum seq.* Quæ scriptura sex continere debet, secundum nostros. Primò, nomen iudicis citantis. *l. eum quem temerè. 79. de iudic.* Secundò, nomen eius qui citatur *l. vltim.de dol.& contumac. cap.1.& 3. §.quæst.3.* Tertiò, nomen eius ad cuius instantiam citatur. *Dd. d.cap.vlt.* Quartò, causam propter quam citatur. *c.1.§.quæst.2.l.1.de fer.cle.2.vt lit.pend. Innoc.in ca. consuluit. de offic. delegat. Bald.Sal.l.consentaneum. C. quomodo & quando iud. Socin. de citat. art. 20. numer.9.* Quintò, locum ad quem citetur. *l.quid tamen. 21. §. antepen.& pen.de recept.arb.l.si locus. 59.de iud.c.cùm parati.19.de appell. vbi glo & Dd. & in c.vlt. de rescrip.* Bart. & *Ang. in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iud.* Sextò, tempus seu terminum quo citatus comparere debeat. *c. consuluit.24. de off. deleg.c.hortamur.3. q. 9.* Bart.*l. liber homo.118.§.decem.de verb.oblig.* Bart. *l. vlt.C. de iure dom.imp.tran. De his sex requisitis plura Socin.de cit.at. art.20. cum seq. Spec. de citat.§.iam de citat.*

citat.n.1. In citatione tamen iudicis de delegat. solène est mandatũ quoque suæ cõmissionis initiò inseri. *c.cum in iure.de off.deleg. c.2. de dilat. Socin.de.cita.art.20. n 10.Schurff.cons.60.cent.1.* Sed & generaliter ad totam causam citationes fiũt. *Mynsing obser.33. cent.4.* etiam per modum præcepti. *Bal.Sal.in rubr.& l.1. C.comminat.vel epistolas.tac.l.nequicquam. §.vbi decretum.num.19 de off. proconf.gl.vit.c.ex parte.24. de verb. sign. Innoc. in c.tua nos.de cohabitat. cler.* & conditionis: vti Si vis opponere, venias. *Innoc.in c. dilecti.num.2. de except.* Bal.*in Auth.si quis.C.de testibus.per c significauit.eo.tit. Bal.in l.consentaneum.C.quo.& quam. iud.* In citanda verò vniuersitate. non sufficit citari Syndicum, sed opus est eos vocari qui præsunt. *Bart.in l.ciuitates.8. ff.quod cuiusque vniuers.* Illud tralatitium in omnibus, vt ad acta scribatur commissio iudicis nuncio facta: *Schurff.consil.38. prima.num. 3. cent.1. per c.quoniam.de probat.* & deinde post citationem factam, nuncij relatio, *Spec.de citat.§.sequitur.Socin.de citat. art. 13. num.5.* Bart.*l. ne in arbitris.C.de arbitr. Lanfran.c. quoniam. verb.citationes. num.2. de probat. Schurff. consil.38. num.2. & 3. vol.1. Maran.part.6.num.56. & parte 4. distinct.16. num.9. Chil.in pra.cap. 24. in fin.apud quos plura de forma licet reperire, sicut & in l.5.§.1.quod vi aut clàm.l. 1.§.1.quod cuiusque vniuers.l.ad peremptorium.68. cum ll.seq.de iudic.l.4.§. prætor.ait.vbi* Bart.& *Dd.de dam.infect.*

11 ¶ Finem citationis ostendit l.1.de in ius vocand. in verb. iuris experiundi causa: quem ita explicat Bald. *in l. cum fratrem. num.9. C. de his quibus vt indig.* Citatio fit, inquit, ad duo: nempe ad effectum comparitionis, & præparandæ defensionis. *sequitur Socin. de citat.art.5. quæst. 19. num.22.& art.31.num 5.Maran.num.13.part.6.fac. l.1. in princ. de edend. Auth.offeratur.C.de lit.contest.l.nam ita.de adopt.clem.pastoralis.de sent.& re iudic.*

12 ¶ Effectum exhibet hìc §.vlt.cùm ait: citationem esse omnium iudiciorum principium, seu, vt alibi dicitur fundamentum: *d.clem.pastoralis.* vt actus iudicialis sine citatione gestus, sit ipso iure nullus. *d.clem.pastoralis. l. 1. §. item, quæ senten.sine appellat. Schurff.consil.9.num.1 cent.2.& consil.38.cent. 1. Chilian. cap. 24. num. 3.* Citatus autem credere nuncio debet, *c. cùm parati.19.vbi gl.ad ver. suus nuncius. de appell.Spec. de citat.§. sequitur.nu.7.* & vocanti parere, *l.ex quacunque.5. si quis in ius voca.l.5.de iudic. c.super. de rescript. c.si diligenti.de for.comp.* alioqui pro præsente habetur, *Auth.qua in prouincia.C.vbi de crim.* & cõtra eum velut contumacẽ proceditur. *t.t.extr.de dol. & contum.l.2 si quis in ius voc.l. diuus.8. de in integ. restit.l.properandum.11.§.1.& 2.C. de iud l.consentaneum.C.quo.& quan.iud. l.peremptorii. ff. de iud.* Ac olim quidẽ rectè vltima citatio peremptoria vocabatur: cũ eius, qui peremptorio edicto nõ paruisset, ius omne perimeretur, & caderet. *d.l.diuus, de in integ.rest.l.cõtumac.de re iu.* Citatio quoq; inducit præuentionẽ. *c.proposuisti.pen.de for.cõp. vbi Soc.gl.l.vbi.30.de iud.& clem.1. verb.citata. de iudic. capite gratum. 20. de officio delegati. Panorm. Felin.Socin.c.vlt.de for.comp. Socin.in tract.de citat.art.31.nu.2.* perpetuat iurisdictionẽ, *d.c.gratum. Dd.& quia.6.de iurisd.* inducit litis pendentiam, *Socin.de citat.art.31.n.4.& latissimè in tit.vt lit.pend.per clem.1.2.eo.tit.& c.* interrumpit præscriptionem longissimi temporis, *l.sicut.3.vbi gl. verb.executorẽ.l.cum notissimi. vbi gl. verb. conuentionem.de præscr.30.anno.* non breuioris: Bart. *d.l. sicut.per l.moræ.C.de rei vend. Franc. Balb. tracta. præscr.parte 3.sextæ partis prin.qu.4.nu.3.& 4.* interdum & perpetuat actionem, *d.1.2.C. quan.lib. prin.dat.* suspendit iudicis potestatem per interuallum termino datum. *l.sine.3.C.de dilat. c. cùm inter.18.de elect.Socin.de citat.art.30.nu.29.* Cæterùm de effectu citationis plura licet inuenire in tit. si quis ius dicent. cum multis seq. De effectu citationis generalis, vide Mynsin. *obser.33.cent.4.* & alios passim. Bart.*d,l.si eo.C.de remiss. pig. Dd. Auth.si omnes.C.si minor se hæred.abstin.*

¶ Affinia sunt, denunciatio, *l.1.C.vbi in rem actio.* nominatio, *l.2.C.eod.t.* præceptum iudicis, Bal.*in Rub.C.comminationes, vel epistolas,* arrestatio, *l.pen.in quib.caus.pig. Molin. in cons. Paris.tit. 2.verb.arrest.num.1.*

¶ Contraria sunt, defectus causarum, vt si quis citetur ab eo qui ius citandi non habeat: *l.3.vbi Bart.ne vi fiat ei. l.prohibitum. vbi* Bart. *C. de iur. fisci.lib.10.Dd. l.si quis in ius voc.* si vocetur qui vocari non debuit: *l.quamuis.11. de in ius vocand.* si ad diem feriatam, *l.1.de feriis.* locum inhonestum, *l.quid tamen. 21. §. antepen. de recep. arbitr.* aut non tutum *c.ex parte.48 de appell. cap.4.vt lit. non contest.clem.pastoralis.de sent.* si termino nimis arcto, *l.eum quem temerè.vbi Bal.post.glo.1.de ind.c.quia nonnulli.de rescr.* Bal.*l.hac consultiss.num. 4.C.de testam. c.2.3.de dilat,* vel nimis tardè insinuetur, *Mynsing.obseru.62. cent.2.* vt ei cui fit, inutilis sit futura. *l.si dictum.§.vlt.de euict.* & caritura finibus illis, de quibus supra.

DE PACTIS.

Tit. III.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Pactum quid hìc significet.*
3 *Diuisio & species pactorum.*

1 VOcatus † in iudicium reus, solet cognito actoris iure cum eo pacisci ac transigere potius quàm dubium litis euentum subire: *l. quod debetur.52.de pecul.gloss. vlr.in l.Lucius.78.in in fid,ad Trebellian.* aut si antè pactum transactúmque sit, obiectu exceptionis inde sumptæ, litis ingressum impedire. *l.5. vbi Ias. num. 5. hoc tit.* Est enim priuilegiata non modò quando venit ex trãsactione, *c.1.de lit.cont.in 6.* sed etiam ex pacto: *l.4.vbi Ias.n.4.& in l.5.n.6.h.tit. Franc. post Gemin.in cap.1.num 34. cum sequen.de lit. cont. in 6.Socin.in c.olim cum multis.de lit. cont.* Blanc. *in tract.de comprobat.parte 4.cap.de imped. lit. ingress.*

sic, vt tum quoque dilatoriè ad impediendũ litis ingressum vtiliter proponatur, dum tamen in cõtrarium probari possit, *ex doctrina Bar. in l. vlt. nu. 3. ff. pro suo.* hoc est, intra triduum, vel decem aut quindecim dies, aliôve spacio pro æstimatione iudicis statuendo. *l. vlt. vbi Cast. J. de error. aduocat. & ibi gloss. per l. vlt. C. de iudic.* Rectè igitur de pactis & transactionibus ante iudiciorum ingressum ac præparationem tractatur.

2 ¶ Pactum in genere quamlibet conuentionem ac symphoniam significat: *l. 1. §. 1. §. vlt. l. iurisgentium. 7. de pact.* in specie, & hoc propriè argumento, atque aliàs in dubio, nudam conuentionem, *l. legem. 10. vbi Salic. hoc tit. Felin. in c. 1. n. 2. eo.* cui nulla causa subsit, præter ipsam nudam conuentionem: *d. l. 7. vers. sed cum nulla. eo.* ideóque non obligationem, sed exceptionem tantùm pariat. *d. l. 7. vers. igitur. eo.*

3 ¶ Pactum aut publicum est, aut priuatum, *l. 5. eo.* aut iurisgentium, *l. 6. 7. eod.* aut legitimum. *d. l. 6.* Priuatum, aut nominatum, aut innominitum: *d. l. 7.* hoc, aut secundùm, aut præter, aut contra legem. *l. 6. vbi gl. hoc tit. l. iurisgentium. 7. §. 3. eod.* Nominata in contractus speciem abeũt, quibus adiungantur pacta in contractibus iisdem conuenta, quæ illos informant. *d. l. 7. §. 1. 2. de pact. l. in bonæ. 13. l. petens. 27. hoc tit.* Innominata, aut in ciuile negocium & contractum quendam innominatum respectiuum transeunt: *d. l. 7. in princ.* vnde obligatio, & cùm actio ad implendum, tum condictio ad rescindendum pactum, datur: *d. l. 7. & tot. tit. de præscr. verb.* quò pertinent etiam pacta conuenta in traditionibus ac aliis ciuilibus negociis, *d. l. 7. l. in traditionibus. 48, eod. l. legem. 12. hoc tit.* de quibus accipiendum edictum, Pacta conuenta quæ non sunt contra leges, seruabo: *l. 7. §. 12 ff. eod.* aut manent in terminis nudæpactionis, eáque sola æquitatis causa nituntur. *l. 1. in princ. eod.* quod genus exceptionem tantùm, non obligationem aut actionem parit iure ciuili. *l, legem. 10. cum l. seq. hoc tit. d. l. 7. §. 1. 2. 3. vbi Dd. eod.* iure autem Canonico, quod potissimum nunc vsu sequimur, per omnia vt reliqui contractus, ad agendum condictione ex Canone firmum est atque efficax: *c. 1. vbi Dd. Curt. præcipuè. num. 10.* dummodò ab idoneis personis sine dolo, metu, de re licita conuentum sit. *d. l. 7. §. ait prætor. 3. l. 8. 9. 10. 11. cum seqq. in d. l. 3. 6. 22. 23. 25. hoc tit. l. interpositas. 13. J. tit. 1.* Sed hac de re satis multa ad Pandectas diximus.

DE TRANSACTIONIbus. Tit. IIII.

1 *Transactio à pacto quid differat.*

TRansactio † pacti in genere sumpti species est, à pacto propriè sic dicto, hoc est, nudo & conuento tantùm, differt: causa efficiente, cum à lege sustentetur: *l. causas. 16. h. t.* matoria, quia fit de re incerta, & litigiosa, *l. 2. l. si causa. 32. hoc t.* illud de certa: *l. 1. ff. eo.* forma, quoniam non nuda conuentione, vt pactio, sed rebus constat hoc est, rei transactione, finitione, *c. 1. de lit. cont. in 6. l. fratris. 10. & passim. hoc t.* (vnde & nomen habet) ac contraria mutuáque præstatione: *l transactio. 38. hoc tit.* & plerunque Aquiliana etiam stipulatione constat: *l. 3. l. 4. hoc t. l. 4. ff. eo.* Fine, quia pactum nudum non est respectuum, nec vllam habet nisi donationis causam *l. 1. eod.* transactionis verò finis vltimus est, vt lis sopiatur: *l. 1. l. fratris. 10. l. causas. 16. h. t.* medius, vt pro remissione litis aliquid detur vel fiat. *l. transactio. 38. hoc tit.* Effectu, quoniam illud nudum ex æquitate conuentionis tantùm exceptionem parit, *l. 1. de pac. in prin.* quæ ex æquitate solet dari: *§. 1. Inst. de eucept.* hæc verò, quippe rebus constans conuentáque nõ solùm exceptionem suppeditat, *l. si super. l. cum proponas. 17. l. sub prætextu. 19. hoc t.* verumetiam non minorem vim habet quàm res iudicata. *l. non minorem. 20. hoc tit.* Ideóque pœnitentiam excludit, *l. 5. l. fratris. 10. l. de fid. l. causas. 16. l. nec intentio. 23. l. cum donationis. 34. & passim. hot tit.* & actionẽ parit, vel ex stipulatu, *l. 6. l. cum proponas. 17. hoc tit.* aut Aquilianæ stipulationis: *l. 3. l. 4. l. vt responsum. 15. hoc tit.* vel vbi hæc deest, Præscriptis verbis: *l. 6 in fin. de dolo. l. 4. l. sub prætextu. 19. hoc ti.* quemadmodum Digest. eod. tit. exposuimus.

DE ERRORE CALculi. Tit. V.

1 *Calculus quid.*
2 *Eius partes, species, num. 4.*
3 *Propria.*
4 *Rationes quotuplices.*
5 *A quibus rationes exigi possunt, & quo iure.*
6 *Materia.* 7 *Forma.* 8 *Finis.*

PErtinet ad pacta & transactiones quæstio & error calculi. *l. emptor. 42. §. Lucius. de pac. Iason, in l. si causa. num. 3. & 4. C. de transact. & in l. eleganter. num. 3. de cond. inde.* Calculus † hic significat rationem seu rationis positionem, ratiocinium. *extrà, de ob. ad rat. vbi Host. Panor. & communiter Dd. l. vnic. hoc tit. si sponsus. 5. §. si quis rogatus. 10. de donat. int. vir. & vxor. l. quod primlegium. 8. depos. l. 1. §. 1. quæ sent. sine app. l. Sabin. 29. de dol. mal. l. 6. de his qui not. infam.* Cuius † partes extremæ sunt, introitus & exitus: *l. non solum. 8. §. u qui. delib. reg. glo. l. 6. §. rationem. 3. ver. nec vllam. de eden. l spadonum. 17. §. raciocinatio. vbi gl. de excus. tut. Socin. consil. 213. cum præsenti. nu. num. 4. & consil. 190. memini. num. 2. & 3. vol. 2.* mediæ, Codices & instrumenta † edere, conferre dispungere, *l. cum seruus. 83. de cond. & dem. l statu libera. 6. §. vlt. de statu lib. l. vlt. §. inter. de lib. lega.* calculum latorum & acceptorum ponere: *l. siquis ex argentariis. 6. §. 3. de eden.* ostendendo, vnde, ex qua causa, quid, cui, à quo, creditum, datum, acceptum sit. *Socin.*

fit, Socin. d. consi. 215. cum præsenti. numer. 1. & consi. 73. circa num. 6. Culpam purgare administrationis vel præstare: *l. 2. C. de hæred. tut. l. 1. de tut. & curat. l. pupillorum. 21. J. de admin. tuto. l. quicquid. 7. J. arb. tut. d. l. cum seruus. l. antepen. de cond. & dem. l. si purè. 57. de fideico. liber.* reliqua facere & dissoluere, *d. l. cum seruus. d. l. si purè. l §. pater. 47. §. si Sticho. de fid. lib. l. qui libertatis. 69. §. seruus. vbi gloss. de euict. l. non solum. 8. §. u qui. de lib. lega. l. si quis. 13. §. si duo. 2. de statulib. l. quamuis. 32. de cond. & demon. l. 4. J. de test. manum.* liberare seu quietationem facere. *l. dissoluæ. J. de cond ex lege. vide Soc. consi. 119. in præsenti. num. 11. vol. 2.*

4 ¶ Ratiocinia sunt aut militaria, *l. 2. J. vbi de rat. in l. 1. h. tit.* aut ciuilia, *tot. titu. J. vbi de rat. tam pub.*
5 *quàm priu.* aut publica, aut priuata. Nam † ab omnibus exigitur ratio, gestoribus alienæ rei, seu publicæ, *§. œconomos. in Auth. de sanct. Episc. cle. 2. §. vt autem. de rel. dom. l. 4. l. orphanotrophos. 30. supr. de Episc. l. 2. §. 1. de admin. rer. ciu. l. iustas. 9. J. de iur. fisc. l. quædam. 6. vbi gloss. verb. alogistas. de adm. tut.* seu priuatæ. *tot. titu. de tut. & rat. distrah. & J. arb. tut. l. 2. l. rationes. 14. J. de adm. tut.* Et exigi potest, *d. cle. 2. §. vt autem. Bart. l. 1. §. officio. num. 2. de tute. & ra. Host. de ob. ad rat. numer. 2. Socin. consi. 213. cum præsenti. num. 1. 2. volum. 2. Panorm. consi. 12. magnificus. vol. 1. Corn. consi. 24. num. 12. vol. 1. Schurf. consi. 65. quod in præsentia. num. 4. cent. 1.* aut iure obligationis & actionis ex cõtractibus vel quasi: *l. quædam. 9 de eden. l. 1. §. officio. vbi Bart. num. 3. & tot. tit. de tuto. & rat.* aut extra hos, officio iudicis implorato, *Bart. in d. l. 1. §. officio. num. 3. Ferra. in for. red. ra. in fin. num. 7. Ias. consi. 219. in ista. vol. 2. Spec. de ind. §. generalia. numer. 31.* ex æquitate *l. 4. l. 6. verb. æquum. l. quædam. 9. l. argen. 10. de eden. Ias. consi. 316. in causa. numer. 3. volum. 1. Spec. de instit. edit. §. fin. num. 45.*

6 ¶ Materia ex qua, sunt vnus pluréſue contractus, *l. vnic. h. tit.* & administrationes. *l. 1. J. vbi de rat.* Materia circa quam, sunt data, accepta, *l. 2. §. 1. de ad. re. ad ciuit.* reliqua. *l. cum seruus. 83. de condit. & demonst. cum aliis S. alleg. ex tit. de fideicomm. liber. &c.*

7 ¶ Forma, vt ratio reddatur ex bona fide, *l. 2. §. 1. de adm. rer. l. si ita. 8. de manu. test. l. si purè. 37. de ed. lib.* arbitrio boni viri, *d. l. si purè. verb. arbitrium. Bald. l. voluntatis. 7. num. 4. J. de fideicommiss. per l. Thais. 41. §. soror. 3. de fid. lib.* absque dolo, *gl. in §. peculium. verb. cum rationibus. Instit. de leg. per d. l. Thais. §. Stichus.* legaliter, *d. l. cum seruus. l. qui sub conditione. de condit. & de. d. l. Thais. §. sororem. de fi. lib. l qui filium. verb. bonus pater fam. de manum. test. Bald. in d. l. voluntatis.* non sub nube, *Socin. d. consil. 213. cum præsenti. nu. 4.* sed per singulas partes, species, capita, *Socin. ibidem, & consil. 73. circa num. 6. Ias. d consil. 219.* integrè, *l. argentarius. 10. §. 1. de eden.* plenè, *Bald. l. penulti. num. 17. J. de cond. insert.* apertè dilucidéque. *l. si ita 8. l. qui filium. 22. de manu. test. l. si purè. 37. de fid. lib. gloss. l. fin. §. inter. de lib. legat. Ias. consi. 4. num. 1. vol. 3. Schurff. consil. 9. visis. nu. 5. 6. cent. 2. Molin. in consuet. Par. tit. 1. gloss. 6. num. 14. cum seq.*

¶ Finis, vt examinentur, excutiantur, dispungantur rationes *l. si statu libera. 6. §. vlt. de statu lib.* 8 reliqua soluantur, *l. cum seruus. 82. de condit & dem.* & administratio distrahatur. *l. 2. J. de cond. ex lege. t. tit. de tut. & rat. dist.* Nam calculus ritè redditus, rationem distrahit, *tot. tit. de tut. & rat. distrah.* ab obligatione libera, *l. semel. vbi Bart. C. de apoch. lib. 10. d. l. cũ seruus. d. l si purè. de fid. lib* velut transactio: *l. emptor. 42. §. Lucius. de pac. Ias. l. si causa. nu. 3. & 4. S. de transact. Soc. consil. 190. memini. vol. 2.* adeò, vt non modò quietatio seu liberatio, eiusſque confessio debeatur: *l. 1. & t. t. J. de apoch. lib. 10. l. 2. vbi Bart J. de iur. fisc. l. plures. 18. J. de fide inst. Cast. consil. 377. ad primum. num. 2. vol. 2.* sed etiam negocium fieri ei, qui semel reddidit, non debeat: *l. semel. vbi Bart. & Dd. J. de apoch. lib. 10. cle. 2. §. illi. vbi Zab. nu 57. & Imol. ol. pen. verb. annu singulis. de rel. dom. Gemin. nu. 5. & Can. in c. vnic. §. final. de cler. ægro. lib. 6.* nisi scilicet error calculi arguatur, *l. vnic. h. t. l. si sponsus. 5. §. si quis. 10. de donat. int. vir. & vxor. l. Aurelio, 21. §. Caius. l Lucius. de lib. leg. Anch. consi. 330. visis. & consi. 180. visa. nu. 5. Castr. consil. 377. ad primum. num. 2. parte 2. Socin. d. consi. 119. num. 11. vol. 2. & consi. 13. num. 3. vol. 1. Dd. hic in l. vnic. & l. instar. 9 J. de iur. fis. lib. 10. Ias. in § quædam. num. 83. Inst. de act. Franc. in d. c. vnic. §. vlt. num. 2. de cl. æg. in 6.* qui potest coargui etiam post approbatam rationem, *Bart. nu. 1. Bald. num. 1. Castr. num. 2. Ias. nu. 3. & 6. Fab. nu. 4. hic in l. vnic. per d. l. instar. J. de iur. fis. lib. 10.* ad triginta vsque annos, *glos. Bart. & D d. in d. l. instar. J. de iur fisc. & l. calculi. 9. de ad. rer. ad ciuit. pertinen. Fab. num. 4. Ias vn. 3. hic in l. vnic. Bal. in l. aduersus. J. de neg. gest. Phi. Franc. in c. vn. §. fi. n. 2. de cler. ægr. lib. 6.* nisi super ipso errore fit transactum, *l. vnic. vbi Dd. hoc tit. & in d. l. vnic. de cler. ægr. in 6.* aut de rationibus iudicatum, *d. l. vnic. Dd. l. 1. §. 1. quæ sen. sine app.* vel iuratum, *Bar. n. 16. Sal. n. 20. Ias. n. 56. in Auth. sacramenta. inf. si ad. ven. Ias. in §. item si quis. n. 12. Inst. de act.*

DE POSTVLANDO. Titul. VI.

DE postulando satis multa ad Pandectas diximus: & cum propriè res hæc ad aduocatos causarum pertinere sub Impp. ac referri cœperit, *l. 1. 2. 3. & tot. hoc titulo.* opportuniùs ad tit. sequentem, qui de aduocatis inscriptus est, quod restat agetur.

DE ADVOCATIS DIuersorum iudiciorum. Tit. VII.

1 *Aduocatorum dignitas: & num. 6.*
2 *Qui olim aduocati, & quomodo ab oratorib. distincti, & quod eorum munus.*
3 *Aduocatorum pœna.*
4 *Finis.*

5 *Salarium quando debeatur aduocatis, & quando transmittatur ad hæredẽ.*
7 *Adiacentia & affinia.*
8 *Contraria.*

POstulant in iudiciis maximè aduocati, *l.3.4.5.6.hoc tit.* patroni, *l.4.5.6.* causidici, *l.6. hoc*
1 *tit.* qui † dirimunt ambigua causarum fata, suæque defensionis viribus in rebus publicis priuatisque lapsa erigunt, fatigata reparant, *l.aduocati.14.hoc tit.* meritóque se nobilissimos effi-
2 ciunt. *l pen.§.tit.1.de postulan.&c.* Nam † etsi olim distinctũ fuit oratoris & aduocati seu pragmatici officium: *Cic.lib.1.de orat. Quint. lib. 12. cap.3.& lib.3.cap.8.* & cum is aduocatus esset, qui ius in iudicio suggereret oratori, vel præsentiã suam amico commodaret: *Ascon. 4. Verrin.* aut quoquo modo causis agẽdis operaretur. *l.1.§.in honorariis.4.de var.& extraord.cog.* tamen sub Augustis vnum cœpit vtriusque esse munus, vt iam aduocati, oratoris & patroni quoque partibus fungãtur, causarum merita & fata in iudicio exponentes, *l.1.de of.diuer. iud. l.pen.l.vlt.§.t.1.l.aduocati.14.hoc tit.l.1.cum sequent.§.t.1.* perorãtes, *l. mini.10.hoc tit.* & defendentes, *l.4.5.6.h.t.* Quorum certum quoque corpus, certus togatorum ordo, definito numero fuit: *l.3. l. nemini. l per hanc.24.l.petitionem.13.l.laudabile.21.hoc tit.* excellens honore, *l.quisquis.6.§.tit.1.vbi gl.ad verb. honoratis. l.suggestionem.18. hoc tit.* ac dignitate *l.prouidendum.7.§.tit.1. Bal.in Rub.de off.iud.num. 16.& in l.mutus.in prin.de procur. Tiraq. de procur. cap.29.num.11.12.29.* publici officij, *Bald.l.fori.4. hoc tit.* cuius in matriculam recipiuntur, *l.suggestionem.18.* beneficio Principis, *l.quisquis.6.§.tit.1.* vel electione præfecti prætorio, *l.vlt. l.si quis.9. hoc tit.* qui per statuta tempora, legum eruditioni inhæserunt: *l.iubemus.20. hoc tit.* quoũmque conueniunt natales, *l.nemini.11. vbi Bald.nu. 6.l.iubemus.20.hoc tit.* religio, *l.vlt. de postul.* eruditio, facundia, vsus, ingenium, iudicium, *d.l.nemini.l.vltim.hoc tit.* ita spectata, & per examen explorata sunt, *l.nemini.11.l.vltim.h.t tit.* vt cum dignitate ac dexteritate causas litigantium tractare, defendere, atque agere possint. Cæterùm recepti etiam inuiti patrocinium debent clientibus, pro competente salario: *l.properandum. 11. §.penult.§.de iud. vide l.1.2.J.tit.1. l. restituendæ. 23.cum l.seq.hoc tit.* in bonis scilicet causis (non malis, *l.rem non nouam.12.§.patroni.J. de iud.* sed neque contra patriam suam *l.penult. in fin. de postul.l.penult.hoc tit.Specul.de aduocat.§.1.num 31.*) officio iudicis: *l.1.§.ait prætor. verb. ipse dabo. de postul.gloss.in cap.1.8. item si delator. verb. perdit. quæ fuit pri.caus. vbi Alua. num.6. per l.prouidendum.§.de postul.l.nec quicquam.8.l.obseruare. 4. de off.proconf.* cuius est prouidere, vt ex æquo adsint litigatoribus, *l.penult.hoc tit.l.penult.§. tit. 1.* quos idoneè defendi publicè interest, *l.seruum. 33.§.1.de procur.* vtque prouideant & consulant in singulis causæ partibus, *d.l.properandum.§.penult.* omni diligentia, studio, *l.suggestionem*, 33.

A *hoc tit.* fide, industria, *d. l. 18. h.t.* quod iustum sit verúmque *l. rem non nouam.§.vlt.J. de iudic.* necessarium ac vtile: *l.quisquis.6.§.tit.1.* temperent iniuria ratione, non probris certent, iure ac legibus clientẽ causamque huius tueantur, non dolo & fraudibus, *d.l.quisquis.* nisi in bona causa. *Mynsing.obs.6.cent.6.* Agant quod causa desiderat, & litium postulat vtilitas, *d.l.quisquis.* omni abstineant cupiditate, *l.1.hoc tit.* pactionéque. *l.5 sup.de postul.*

¶ Cæteroquin in officio peccantes arbitrariè
B puniuntur, vel etiam ordine remouẽtur: *l.5.l.6.* 3
§.tit.1.l.1. hoc tit.l.Imperator.8. cum l.seq.de postul. l.moris.9. de pœn. clienti verò ad restitutionem salarij, & id quod interest, velut ex contractu mãdati tenentur. *l.vltim.J.de cond.ob.caus.Spec.§.vlt. num.17.18.de aduocat.*

¶ Finis publicus, vt hominum saluti prouideant, *l.laudabile.21. hoc tit.* rebus publicis consulãt: 4
C *l.aduocati.14.hoc tit.* priuatus, vt priuatorum causas tueantur, *d.l.aduocati.l.rem non nouam.12.l.penult.C. de iudic, Spec.de aduoc. §. 1. num.13.* & hinc subsidia vitæ necessaria comparent, *l.4. l.si quis. 9.hoc t.* Nam debetur iis honorarium: *l.3.§.tit.1.* non supra 100. tamen aureos in singulas causas. *d.l.1. de var.& ext. cog.* Hodie ex consuetudine æstimandum, *glo.d.l.3.§.tit.1. Bald.in Rubr de off. iudic.* Olim & ex publico salarium habuerunt, *l.restituendæ.23. hoc tit.* hodie non item, nisi pauperum aduocati. *Bald.l.fori.4.num.2.hoc t.* vel fisci.
D *l.restituendæ.23.hoc tit.* ciuitatum, *l.2.h.t.*

¶ Vtrum autem illis initio debeatur honorarium, au in fine actionis præstita iã opera, quod 5
magis est dicendum *ex l.venditor.14.§.si constet. vbi glo. verb.salaria. com.præd.quam sequuntur Ias. num.11. & Dd.l.diem.4.de off.ass. Bart.l.archiatri, per illum tex.* C. *de profess.lib.10. Mynsing.obs.cru.7. cent.2.* Sanè quoad transmissionem, salarium annuum initio anni cedit, vt ad hæredem velut debitum transmittatur, *l.post duos.15.h.t. Bald l.1.C.*
E *de suff.& l.petitionem.h.t.Mynsing.obs.8.cent.3.Ias. & Dd.d.l.diem.de off.ass.l qui operas.36.l.ex conductio.15.§.item.5. locat.* illius anni, sed non sequentium. *Mynsing. obs.8.cent. 3.* Cæterùm vbi nulla specialis extat consuetudo vel pactio (nam primò conuentum debetur, & in defectum illius consuetum, aut si nec hoc apparet, legitimum arbitrium) *l.qui hoc anno.42.vbi Dd.de verb.oblig.*
F *gl.l.3. verb.versata.J. de loca.*) non absurdum fuerit dicere, in singulos actus operæ præstitæ deberi. *l.properandum.11.§.pen.J.de iud.l.per hanc.ante pen.hoc tit. Bald.l.vnic.num.6.C.de suff. vbi disputatur etiam, qua actione peti possit.* quemadmodum & sumptus debentur ac vacationes, *l sed & hæ. 33. §. non solùm. de procur.* secundum qualitatem scilicet personarum ac rerum; *Bald.l. vnic. numer.10. J. de suffrag.per l.idemque.10.§.idem Labeo.*
G *8.mand.* nisi aliter conuenerit cum salariario, *d.§. idem Labeo. Guid. Pap. decis.102.* qui quoties honorarium accipit, nihil putetur officio dedisse, & proinde nulla ei gratia debetur. *Corsus.lib.2. indag.c.5.* Quanquam autem aduocatus non fiat domi-

dominus litis, *Bal.l.1.nu.3.C.de erro.aduoc.* vt procurator, *l.procuratorib.22.cum l.seq.de procu.c.1.§.1.*
A *eo.in 6. l. 4.§. vlt.de app.* tamen eius absentia iustam præbet dilationis materiam, & excusationem in negociis pendentibus, *cap.1.vbi gl.verb. aduocat.vt lite non contest.l.pen.vbi Odofr. C.de dilatorib.lib.10. d. l.properandum. 11.§ pen.versic.ne ex eorum excusatione fiat causarum dilatio. J. de iud.* non etiam finitis. *l.4.§.de postulan.* Et cogitur suscepram litem ad exitum perducere, *d.l.properãdum. §. pen. hoc tit.* vsque ad sententiam definitiuam. Nam in secunda instantia patrocinari inuitus non cogitur, *Bald.nu.10.post gl. vlt.l.vnic.J. de suff.ag.fac.l.iuuitus.17.vbi gl.verb. extendere. C.*
B *de procur.* nisi aliter cõuentum sit, *Guid. Pap.decis.102.* vel causam compererit iniustam. *l.rem nõ nouam.12.§.vlt.vers.hóque subsecuto.C.de iud.* Litigator tamen pœnitere, aliúmque eligere potest: *d.l.properandum.§.pen.* quod in procuratore post contestationem non æquè licet. *l.post litem.17.cũ ll.seq.de procu.vt pluribus exposui consil.35.*

6 ¶ Eodem referatur aduocatorum dignitas, *l. suggestionem. 18. hoc tit.* honor, *l. quisquis.7.in fin. verb. honori suo. §. tit. 1.* decurionatus, *l. 2. hoc tit.* sacerdotalis, *Guid. Pap.dec. 388. num.8.* nobilitas, *l. prouidendum. 7. verb. nobilissimos. §. de postul. l. aduocati.19.hoc tit. Bal. ex. de off iud.in Rubr.num. 16 Guid Pap.decis.388.389. Tiraqu.de nobil.cap.29. num.12.* Item officium, *de quo d. l.quisquis. 6.§.tit.*
D *1.l.1.hoc tit.Spec.§.1.num.14.15.& passim.de aduoc.* vt est merita causæ pandere, *l.1.§.de off.diurr.iud.* non plures lites suscipere quàm peragere commodùm queant, *Spec.§.vlt.numer.14.15.* non easdem protelare, *Spec.§.1.num.15.* non fraudibus se tueri, *Spec. §.sequitur.num. 4.* nisi in bona causa, *Mynsing.obs.6.cent.3.* non per substitutum agere, *d.l. properandum. §.pen.* aliqui salarium non debetur, *Ias.l.diem functo. in fin. de off.ass.§.* non instruere testes. *Spec.§.vlt.num. 3. cum seq.* Denique vt sit cautus in consilio, fidelis in patrocinio, iustus in iudicio. *Spec.§.vlt.num.21.* Eodem referatur potestas, *de qua l.1.J.de erro.aduoc.* priuilegia,
E *de quib.l.4.l.5.l.cum aduocatio.8.l.aduocati.14.l.aduocatos. 19.l.laudabile.21. hoc tit.* vt immanitas, *l.3.l.5.l.suggestionem.18.h.tit. Guid. Pap. decis. 388 cum seq. Tho.de colle.§.medici.num.6.*

7 ¶ Adiacent eruditio, *l.2.§.de postul.* fides, industria, &c. *l.suggestionem. 18. hoc tit. l. rem non nouam.12.§.vlt.J.de iud.* omne studium chètis cau-
F sæ adhibendum, *d. l. rem non nouam.§.vltim.* affines sunt adiutores, *l. per hanc.24. hoc tit.* & iure præsertim Sax. procuratores. *Land. artic. 61.62. lib.1.* quanquam his digniores sint, *Tiraq. de nobil. cap. 29.numer.14.* sicut & notariis, *l.vniuersos. 15.J.de decur. lib. 10 Bald.in Rub.de off.iud.in fin.* quorum officij, ideo abstinere debent. *Bald. Tiraq. præall. l.1.* Inter iudicem quoque & aduocatum fieri discrimen iubet. *l.quisquis.6.§. t.1.* Affines sunt & procuratores. & procuratio. *l.vlt.vers. aduocationem præbuit, procurationémue suscepit. de inoff.testa.* Iud cat tamen Vlpian. *l. inter. 54.de rei*
G *vend.* inter officium aduocationis, & rei suæ defensionẽ multum interesse: Nec propterea quis, inquit, si postea cognouerit rem ad se pertinere, quod alij eam vindicãti tunc ignorans suam esse assistebat, dominum suum amisit.

¶ Contraria sunt, diuturna aduocati absentia, 8
l.per hanc.24.h.t. finis vitæ aduocati, *l.post duos.15. h.t.* professionis, *l.cum aduocatio.8. l.petitiones.22.l. vlt. h. t.* vel voluntariè depositæ, *l.si quis.9.l.petitiones.22.h.t.* aut per translationem, *l.2. l.si quis.9. hoc t.* vel coactè, *l.1.5.6.§.tit.1.l.1.h.t.* vt cùm remouentur ordine, *l.moris.9.de pœn.* agere, postulare, prohibentur, *l.1.§.t.1.* ob pactum de quota, *l.5 §.tit.* aut alias causas, *de quib. Spec.§. 1. num.9. cum seq. Guid. Pap.decis.102.* In singulis etiã causis finitur officium reuocatione clientis, qui amplius opera aduocati nolit vti, *l.properandum.11. §.pen.l.rem non nouam.12.in fin.C.de iudic.* aut huius contraria susceptæ litis renunciatio, quæ tamen non nisi ex causa recipitur. *d. l. rem non nouam.§.pen.vbi gl.verb.iusta causa.*

DE ADVOCATIS DIuersorum iudicum. Titulus VIII.

Vnus & idem est.cum præcedenti.

DE ADVOCATIS FIsci. Tit. IX.

INter aduocatos præcipuum eminentiæ gradum aduocati (duo enim eliguntur, *l.binos.10. l.post duos. 15. §.t.1.*) fisci tenent, *d.l.binos.l.pen.l. iubemus.10.l.petitiones.22. §.t.1.* tanquam primates, *l.iubemus.10.l.petitiones.22.§.tit.1.* ex corpore togatorum: *l cum aduocatio.8.l.aduocatos.19.§.t.1.* vt causas agant fisci, *l.1.l.vlt.h.tit.libinos.10.l.post. 15.§.t.1.* non aliorum contra fiscum, nisi coniũctorum: *l.penult.de postul.l.petitionem.13.§.tit.1.* iura commodáque fisci absque calumnia, tamen pro publico salario tueantur & curent. *l.3. h.t.l. restituenda.23.l.per hanc 24.§.t.1,*

DE ERRORE ADVOcatorum, vel libellos seu preces concipientium. Tit. X.

ADuocatus etsi dominus causæ non est, *Bal. l.1.numer.3.hoc tit.* vt procurator: *l. nulla. 23. Inst. de procur.* tamen quia causam alterius, non suam agit, *l. alienam. 18. infrà de procurat. l.2.3.5. §. de postul.* ideo ipsius dictum in lite factúmue peræquè habetur, atque si litigator ipse dixisset, fecisset: *l.1.h.tit.Placen.hic in Rub.gl.in c.olim.20. verb.non euocata.de censib.* nisi abiit, *arg.l.1,h.tit.à contrario sensu.* aut protestetur, nolle se sermonem vel confessionem aduocati ratam habere, *Bar.d. l.1.per l. at si quis.§.plerique.de vel.& sump fun.* aut

antequam sententia trãnseat in rem iudicatam, in continẽti, hoc est, intra triduum, quod appellationibus olim dabatur. *l. 1. quan. & intra quæ temp. reu. l. vlt. hoc tit.* Nam post rem iudicatam probationes non admittuntur, *l. 4. ff. de re iud. l. sub prætextu sup. de transact.* nec error ideo reuocari potest, *l. error. sup. de iur. & facti ign.* quia probandus est, *l. 2. vbi Cast. hoc tit.* probatio autem, vt diximus, tum non recipitur: proinde nec rescriptis finita per sententiam rei iudicatæ negocia, ex hoc capite in dubium reuocantur. *l. vltim. hoc. tit.* Eadem ferè causa est in errore eorum, qui libellos seu preces concipiunt, quos referendarios appellat No. de referenda: nisi quòd ad supplicem libellum rescripta, non sic finiant negocia, vt res iudicata, quo minus pòst liceat errorem libelli, cui sit rescriptum, reuocare, probare, &c. *l. 2. hoc tit. vbi Dd.*

VT QVÆ DESVNT aduocatis partium, iudex suppleat. Tit. XI.

POrrò vt aduocati errorem in facto admissum litigator reuocat & emendat: *l. 2. 3. suprà tit.* 1. ita eiusdem lapsum defectúmque iuris corrigit iudex & supplet: *l. vnic. hoc tit.* non tamen consuetudinem, *Bart. in l. omnes. 9. num. 76. de iust. & iur. & in l. 2. §. si contra ius vel vtil. pub. Castr. hic in l. vnic. num. 2.* quæ facti est, & probari debet, *l. 4. de cust. reor.* præter notoriam. *Iasi in l. 2. numer. 11. sup. si cont. ius vel vtil. Bart. dict. l. omnes. Crau. consil. 137. num. 5. ex Bal. l. filiusfam §. veterani. de procur. l. iubemus. Cod. de iudic. l. si fugitiui. Cod. de ser. fugit.* neque actionem, *Cast. hic num 4.* exceptionem, *Castr. hic numer. 4. per l. si vnus. §. partus. vbi gl. ad verb. opponendo. de pac.* nisi ex actis & narratione apparentem: *l. 2. §. quòd si actor. vbi gl. ff. de iur. prop. cal. l. age. 3. §. de transact. Castr. hic, num. 4. Innoc. in c. vit. de lib. oblat. Anch. consil. 148. Socin. & Dd. in Rub. de except. per l. 1. illo tit. l. itaq; 48. de proc. l. qui pẽdentem. 26. de act. empt.* nec probationem cæterosq; iudicij actus, qui in parte, non iudice potissimùm radicantur. *Bal. hic. nu. 7.* Cæterùm quod dicitur, iudicis factum esse factum partis, *l. si ob causam. 13. C. de euict.* accipiendum est de iis, quæ iudici facienda incumbunt, & iure fiunt. *Bald. d. l. si ob causam.* sunt quæ claudunt administrationi iurisdictionis. *Iasi. l. à diuo. §. sed si emptor. num. 3. de re iud.*

EX QVIBVS CAVSIS infamia irrogatur. Titulus XII.

POstulantibus aduocatis maximè obstat infamia: *l. 1. de postul. l. 5. 6. supr. eodem.* quæ vt à reliquis dignitatibus notatum abigit, *l. 2. inf. de dig. lib. 12.* sic & à publico ac honorabili aduocandi munere excludit: *Spec. de aduoc. §. 1. num. 10. per l. quisquis. 6. C. de postulan.* quamobrem rectè atque ordine subiicitur, quibus ex causis infamia alicui irrogetur. De quibus cum ad Pandectas dictum sit, non opus est eandem hîc tondere incudem.

DE PROCVRATORIribus. Tit. XIII.

POstquam de aduocatis & infamia, quæ his obstat, expositum est, sequens fuit dicere de procuratoribus, & quæ his obiici possunt. nam infamia huic muneri priuato non æquè est impedimento. *§. fin. Inst. de excep.* Proximum autem aduocato procuratoris est officium: vterque alienam causam agit in iudicio: aduocatus postulando, hic instar domini curando: ille oratione & viua voce, hic solicitudine, solicitatione, omnique actione, quæ litigatori, in qualibet iudicij parte incumbit. *§. pen. Instit. de is, per quos ag. poss. §. 4. Instit. de satisd. l. 1. ff. eod.* Sed de horum quoque generibus potestate, officio, quoniam in Digestis tit. de procur. multa diximus, satis sit hîc locum indicasse.

NE LICEAT POTENtioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre. Titlus XIIII.

OBstat procuratori ipsiusmet potentia, gratia, opes, *l. 1. vbi gloss. verbor. potentiorum. & Bald. hoc tit.* dignitas, *l. 1. verbor. vir claris. hoc tit.* eruditio, *Castrens. l. 1. in fin. hoc tit. &* denique quæuis excellentia, qua pars aduersa prægrauari potest. Prohibitum est enim potentioribus, qui in ordine aduocatorum non sint, lege Claudij patrocinium formidolosum aliis cõtra alios præstare, vel postulando, vel procurando, *d. l. 1. verb. seu procuratores,* vel intercessionib. *l. 1. verò. intercessionib.* cessionibus, *l. 2. hoc tit.* literis commendatitiis: *Castr. l. 1. num. 3. hoc t.* aut alienas in se actiones per cessionem transferre, *l. 2. hoc tit.* vt iudicariæ lites suo potius marte decurrãt, quam alienis opibus atque copiis nitantur, vel potius corrumpantur, *l. 1. h. t.* amissione causæ litigatorib. imminente, *l. 2. h. t.* pœna verò arbitraria potentioribus, si contra hanc prohibitionem quid machinentur. *l. 1. vbi Bal. hoc tit.* Causa igitur huius prohibitionis edictum Claudij: *l. 1. hoc tit.* cuius ratio sumatur ex edicto, qua prohibetur mutandi iudicij causa alium grauiorem aduersarium surrogare: quod fit, submisso procuratore potentiore, quia hæc fit dominus, *l. nulla. 23. §. de proc.* quod secus est in aduocato: *Bald. l. 1. nu. 3 sup. de error. ad.* ad quem ideo huius tit. prohibitio nõ pertinet. Impulsiua querelæ tenuiorum,

rum, cuncessio potentum. *l. 1. hoc tit.* quare cessante hac causa, licet defensorem potentiorem adsciscere, vt contra vim æquè potẽtis. *Cast. hic, l. 1. num. 2. per l. cum pater. § Titio. in fin. de leg. 2. c. recepimus. c. ex parte. de priuileg.* Materia, cessiones actionum, *l. 2. hoc tit.* procurationes reorum & defensiones, *l. 1. 2. h. t.* suffragia occulta, *Castr. hic, l. 1. num. 3.* Finis, vt iudicia suo potius marte decurrant, quàm potentiorum opibus nitantur, *l. 1. hoc tit.* qui vicinis & aliis, obtentu possessionis alienæ suæque dignitatis, graues esse nõ debent. *l. milites. 31. l. vlt. C. de loca.* Effectus, vt damno litis plectantur, & causa cadant, qui vel cedunt potentioribus litis redemptoribus actiones suas, *l. 2. hoc tit.* vel ab iisdem formidolosum patrocinium accersunt: *l. 1. h. tit.* ipsi verò potẽtiores qui tale quid committunt, arbitrariè causa cognita puniuntur. *l. 1. vbi Bald. hoc tit.* Eadem ratione curatores & milites prohibentur titulo conductionis alienæ procurare: *l. curiales. 30. l. milites. 31. l. vlt. 1. de loca. & conduc.* quòd si contrà fiat, nec ex tali contractu nascitur obligatio & actio: *d. l. curiales. d. l. vlt.* & miles militia, locator reditibus priuatur. *d. l. vltim.* Sunt & affines constitutiones, interminantes eandem ob causam, vt nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos, vel vicos eorum. *tot. tit. ff. vt nemo ad suum pat. sus. vic.*

DE HIS QVI POTENtiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt. Tit. XV.

IN eadem vel potius grauiore causa ac pœna hærent, qui potentiorum nomine titulos litigiosis prædiis affigunt, *l. vnic. h. t.* velut arma, insignia, nomen potentum, quasi horum sit possessio: aut eorum tutelæ, & vt nũc loquimur, saluæ guardiæ res commissa sit. Item qui potẽtis nomen in litem deterrendi aduersarij causa prætendunt, laudantes hunc authorem, possessorem, *l. 2. ff. vbi in rem act.* ius habentem, cui vt interessenti litem denunciari oporteat, &c. *l. 1. 2. vbi in rem act.* Vt autem hæc inferẽdi alteri metus causa rectè prohibẽtur, ita cum à finibus actus distinguuntur, *l. qui iniuriæ. de fur.* depellendi à se metus & periculi causa rursum permittũtur: adeò vt liceat etiam vniuersitatibus, se suásq; in potentioris alicuius, quamuis non superioris ordinarij, tutelam & protectionem dedere, *c. recepimus. c. ex parte de priuil. Schuff. consil. 23. quod veritas. nu. 1. 2. cent. 3.* titulos Principis & saluam guardiam, quæ prædiis, vellis, ædibus affigatur, impetrare. *Bar. Bal. l. sanctum. de rer. diuis. Chass in consil. Burg. Rub. 1. de inst. verb & droits. num. 67. in fin. & nu. 47. ex const. reg. Matth de Afflit. quæ est de regalib. Ioan. de Plat. l. cum sæpe contingit. C. de erog. mil. anno. lib. 11.* vbi tamen dicit, etiam præsides dare saluaguardias speciales, hoc est locales, licet non generales: *sequitur Chass. in consil. Burg. Rub. 1. § 4. verb. & sur les hommes, nu. 65. 66.* qui nũc etiam à ducib. & comitib. suo in territorio conceduntur. Itaq; titulis huius non magnus est hodie vsus, teste hîc Castren. *in prin. num. 1.*

VT NEMO PRIVATVS titulos prædiis suis, vel alienis imponat, vel vela Regia suspendat. Tit. XVI.

NOn tamen priuatis licet eiusmodi titulos vel vela & vexilla Principum regia, suis vel alienis prædiis, de quibus timeri quæstio potest, terroris faciendi causa imponere, pœna grauissima secus facientibus præstituta: *l. 1. & 2. h. t.* sed eiusmodi aut à Principe impetrantur, *Castr. l. vnic. nu. 2. ff. t. 1. Panor. c. dilecta. nu. 3. de excess. prælato.* aut iure & sententia euincuntur: aut vsu immemoriali, qui priuilegij loco est. præscribũtur. *c. 1. §. 1. de v. r. sig.* Et hodie sanè in Imperio nullus feuda vexillorum *funlehn* habet, & vexillum titulis ac possessionib. suis præferre potest, qui non ab Imperio pẽculiariter cũ hac vexilli prærogatiua & fastigio sit inuestitus. *Land. lib. 3. art. 60.* Cæterùm alio fine insignia principis addere prædiis licet, & portis, vt in signum subiectionis: *Bart. tract. de insign. & armis, nu. 2* per quæ superioritas etiam probatur. *Hipp. in Rub de prop nu. 191. Fran. Mar. decis. Delph. 98. quæritur in fin. Archid. c. quicunque. 30. dist. Panor. d. c. dilecta. cum add. de excess. prælat. Felin. cap. cùm causam. num. 2. 3. 4. de probat.*

VT NEMINI LICEAT sine iudicis authoritate signa rebus imponere alienis. Tit. XVII.

QVemadmodum ad alterius inuidiam, terorem, iniuriam non licet titulos aut insignia potentiorum prædiis suis vel alienis imponere: sic multò minus permittitur, vt quis sua signa (quæ signacula vel sigilla, *l. 1. §. si pecunia depos.* paruæq; statuæ, *l. quæsitum. de fund. inst. leg.*) vel titulos rebus ab alio possessis quamuis ius in iis habeat, vt propria, absque iudicis authoritate iuris alicuius sibi asserendi causa apponat, *l. 1. 2. h. t.* atque ita iudicis cognitionẽ priuato, & ob hoc suspecto iudicio, quod in propria causa minus est idoneum, anteuertat. Idcirco enim iudiciorum vigor, iurisq; publici tutela in medio constituta est, ne quisquam sibi permittere valeat cognitionem aut ultionem. *l. nullus. 13. sup. de iud.* Tituli rebus immobilibus imponũtur, *Nou. 164.* signa mobilib. *l. 1. §. 1. §. si dolũ. 2. d. quod si. 14. de peri. & com. rei ven. l. 1. §. idem ait.*

nau.caup.stab.quanquam ædificiis legantur imposita.l.si cuius.13.§.sed si ædium.7.de vsufr.

NE FISCVS VEL RESpublica procurationem alicui patrocinij causa in lite præstet. Tit. XVIII

POrentiorib.quorum patrocinio alienæ causæ prægrauari, aut subleuari non debeant, iure aggregantur fiscus & ciuitates: non modò quòd opibus, sed etiam gratia & potentia vt plurimùm priuatis antecedant. l.3. §.item.si cui plus quàm per l.Falc.l.2.de fund.dotal.gl.l.1.§.si ad fiscũ. vt lega.nom.cauea.Quapropter alienas in se suscipere lites, vel iis patrocinium impertiri non debent, ne prætextu quidem æris alieni,l.1.3 hoc t. aut cessionis:d.l.2. l.vlt.h.t.nisi ob iustum interesse.l.si cui.ʒ.de non.nu.pec.Castr.hîc.

DE NEGOCIIS GESTIS. Tit. XIV.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Negociorum gestores qui.*
3 *Causa efficiens,& impulsiua.*
4 *Materia.*
5 *Actio negociorum gestorum.*
6 *Adiacentia,affinia, contraria.*

1 HActenus † de procuratoribus est dictum, qui cum mandato negocia aliena administrant: l.1. de procur. iam de negociorum gesto-
2 ribus videamus, qui † sine mandato litem rémque alienam, tàm in iudicio, quàm extra iudicium administrant:qui voluntarij ob id dicũtur Cic. in Bruto, Paul.lib.3. procuratores,l.qui hominem.34.§.si gener.6.de solution. quanquam sunt quandoq; & necessarij,vt qui ex obligatione,vel officio administrare coguntur:l.tutori.20.l.ob negocium.18. l.1. l.5. l.alimenta.12.l.quod in vxorem.13.h.tit.l.3.§ si executor.3. eod.item quasi necessarij, qui non vltrò volẽtésque,sed suspicione necessitatis aliqua adducti,alienis se negociis citra mandatum domini immergunt. l.atqui.19. §.si libero.2. l.cum pater.19 l.3. §.etsi.eod.l.curatoris.17. h.t.l.quicquid.ʒ de ad.tut.
3 ¶ Causa ergo efficiens, est voluntas non domini(dum tamen ne contradicat,l.vlt.h.tit.)sed gestoris,aut libera & spontanea,l.atqui.19.§.si libero. eo.l.tutori.20. h.t.aut coacta:d.l.tutori.d.l. curatoris.17.h.t.προκαταρκτικὴ & impulsiua,officiũ, l.5. h.t.pietas,l.liberto.31.§.pen.eo.l.1.l.alimenta.11. h.t.affectio,l.1.l.quod in vxorem.13. h.t. amicitia, l.liberto.39 §.litem.l.is qui 44. l.mandasti;46. eod.l. tutori.20. h.t.benemerita, necessitas,l.3.§.si executor.l.si pupilli.6. eod.l.4.§.1.de act.& oblig.l.4. l.si mandatum.14.hoc tit.
4 ¶ Possunt aũt omnium negocia geri:l.3. §.2.
A 6.l.successori.12. l.Pomp.15. l.atqui.19. § si.eo.extra iudiciũ quidem ab iis, quib.cõtrahendi potestas est:l.si filiusf.14.eo.in iudicio ab his,quib.litigãdi ius est:gl.& Dd.d.l.filiusfa.14.ab uno vel plurib. l 3.l.cũ alieni.26.eo. Possunt omnia geri, tam iudicialia,quã extraiudicialia,l.3.eo.vnũ vel plura: l.Pomp.15.eo.l.tutori.20.h.t.dum tamen ea dominus gesturus esset:l.sed an.10.cũ ll.seqq.eo.hoc est, quæ pertinẽt ita ad eius vtilitatẽ,vt geri sit opus l.nam & Seruius.21. §.2. de neg.gest.nam ne vtile quidẽ,nedũ inutile, non tamen necessarium in-
B choare gestor & tẽtare debet: nisi euẽtu quoque vtile futurũ sit:d.l.sed an vltrò,10.cũ multis l.seqq. eod. Geruntur porrò aliena,alterius,vt domini, contemplatione,l.liberto.31.in prin.& §.1.eo.cura,sollicitudine,re gestúq; ipso.l quæ vtiliter. 45. §.fin.l.cum alien.28. l.ex facto.30.l.vlt.eo.glo.l.6.§. item quæritur.verb.ipso gestu. eod.ratihabitatione,l. si ego.24. eo.l.2.l.7.de calumn.l.si pecuniam.9. l. ab
C vno. 19. h.t.l.si fundus.§.1.de pig.non ad gerentis commodum,l.si pupilli 6. §. sed si quis.2. ff.eo. sed vt rebus absentis amicis,cuius nomine gestio fit, consulatur,l.1. l 6. §.2. his qui.44.l.mandasti.46. eod.l.tutori.20.hoc tit.l.4.§.1.de obl.& act.
¶ Quare bona fide administrare, & administrationis rationem cũ reliquis,omniq; eo quod obuenit, domino reddere,actione negociorum gestorum,quæ ex quasi contractu oritur,gestor debet: l 4.l.si mandatum.14. l.aduersus.9. l.negociis. 5
D 23.h.t.l.2.vbi Bar.l.fin.autẽ.20.eo.§.1.Inst.de obl.quæ exq.contract.l.4.§.1.de act.& obl. cui tamẽ ne officium fit damnosum.l.sed si.7. quẽad.testa.aper. præstò est cõtraria ex gestu actio,l.2.l.fin.aũt.20. l.actio.47. eo.§.1.Instit.de oblig.quæ ex q. contractu. d.l.4. de act.& oblig. bonæ fidei,l.ob negocium. 8. h.t. qua indemnis seruatur,& quicquid in rem alterius impensum est,repetit,l.2.vbi Bar.l.3.§.1. l. Pomp.9. cum ll.seqq.l.atqui.19.§.3. eo.l.si negocium.
E 16. l.alimenta.11. cum l.seq.h.t.quasi iure quodam cõpensationis.l.3.§.1.l.si aũt.8.§.si quocunque.2.eo.
¶ Adiacent impensæ & sumptus,l.liberto.31. §. 6 qui aliena.3. l. Nesenn.34. eo.dãni cum lucro cõpensatio.l.si negocio.11:eo.Affinis igitur est cõpensatio,d.l.3. §.1. eod.mandatum,& actio mandati, l.si quis.28 l.mandasti.46. eo.tutelæ, l.cum pater.29. eo.de in rem verso.l.si serui.42.eo. Contraria,non præscriptio 20.annorum,l.aduersus.8.C.e.sed 30. l.3. cum seq.C.de præscr.30. anno.necessitas officij,
F l.tutori.20. h.t.prohibitio domini,l.vlt.h.t.donandi animus. l.1.l.5. l.alimenta.11. l. filius.12. hoc t.

DE IIS QVÆ VI METúsue causa gesta sunt. Tit. XX.

1 *Continuatio.*
2 *Restitutio quid.*
3 *Vis & metus differentia & conuenientia:& quid propriè.num.6.*
4 *Forma proponendi.*

5 Cui

5 *Cui detur,& ex qua causa.*
6 *Affinia,contraria.*

1 NOn † tantùm de legitimatione personarum, quam hactenus tractauimus, initio iudicij quæritur,sed & de legitimatione,vt ita dicam,rerum:vt cum in controuersiam adducitur, vtrum causa eiusmodi sit,in iudicio subiici, an verò vt restitutione in integrũ ad pristinum statum reduci,an arbitrio boni viri potiùs committi debeat: de quib.deinceps est perpurgandum.
2 ¶Restitutio,est prioris status vel iuris redintegratio,Spec.de rest.§.1.per c.notandum.2.q.3.c.ex literis.de in integ.restit. in pristinum statum repositio:Mauric.tract.rest.c.1.per l.quòd si minor.§.restitutio.de minorib.ea extra ordinem,& contra communes iuris & cõtractuum regulas indulgetur, l.quòd si minor.§.fina.de minor. Maur.de rest.c.2.ex iusta aliqua causa, l.1.2.3.4.de in integ.restit.puta ob vim metúmue,de quo hoc tit.dolum, ʒ.de dol. mal. quem quis passus sit contrahendo ob fraudem damnumve, ætatis fragilitate factum: ʒ.de in integ rest.min. ob aliam denique quamuis causam iustam.ʒ.ex quib.caus.maior.cum seq.
3 ¶Vis & metus etsi inter se differunt:cap.sacris. 5.eo.l.3.verb. si vi vel met.h.t. l.nihil.117. de reg iur. quoniam illa corporis,hæc animi magis est passio:d.c.sacris.5. eod. ab illa voluntas patientis abest,quia vi extorquetur,ab hoc non abest: quòd voluntas coacta sit etiam voluntas, l.si mulier.21. §.pen.vbi gl.eod.l.4.C.de hær.inst.Dec.nu.3. & Dd. l. velle non creditur. de regu. iur. l.si priuatus. ff. qui & à quib. periculi metum minus malum eligẽs: c.meritò.15.q.1.illa præsens malum est, hic futuri seu impendentis mali & periculi formido est;tamen quo ad hoc edictum, & iustam restitutionis causam, nihil refert, vtrum quis vi an metu cogatur. l. 1. 3. eod. nam & vis corpori intentata metum semper animo incutit: l.7.8.eod. & vtrobique, quo ad effectum iuris, deest consensus,l. nihil. 117. de regu. iur. ac libera προαιρέσει voluntásque parentis,vt velle non videatur. l.4.l.nihil. 117.de reg.iur. nam ad actus perfectionem & certa scientia requiritur, l.in totum.77. de regu.iur.& libera voluntas.c.1 §.ex voluntate.15. quæst.1.Dec. d.l.4.nu.1.2.de reg.iur. Bal.passim, in tract. de schisma.qui est post.l.vltim.C.de edic.diui Adria. Menochius consil.1.nu.259.consil.105. nu.15 Quare licet naturaliter hæc differant,tamen ciuiliter in foro ac iuris disciplina, & quo ad rescindendum id, quod vi metúve gestum est.nihil discrepare putantur:d.l.1. cum seq. proindéq; detracta est de edicto vis mẽtio,cum metus sufficiat,qui à vi abesse nequit: d.l.1.2.3 eod. nec cuiusuis in iudicio postulantis sit,philosophica ratione sciẽter vim à metu,vel contrà,discernere,Ne igitur ignorãtia & errore perperam huius rei querela proponatur,aptius est,certè popularius,omissa vis mẽtione,de metu tantum, qui violentiæ quoq; effectus,& proxima causa actus contractúsque(de quo hîc agitur)ab animo profecti est, querimoniam proponere, dummodo iusta fuerit timen-
A di causa.l.habitatores.30.in fin.ff.locati.
¶Proponitur autẽ, vel per modũ actionis tàm realis,l.metũ 9.§.volenti.eo.quàm personalis: d.l. metũ 9.sed quod.l.si mulier.21.§.vlt eo.in rẽ tamen scriptæ, d.l.metũ.9.§.1. & § vl.l.item.14.§.in hac. 3.eo.negociis iã perfectis:d.l metũ.9.cum ll.seq.vel per modũ exceptionis,§.1 vbi Ang.& Dd.Inst. de except.& ff.de do.& met.except. exin imperfectis: d.l.metum.9. §.sed quod. vt ni fiat restitutio, damnetur is qui metũ intulit, in quadruplum: 4
B post annũ verò à metus illatione elapsum si quęratur,in simplum.Nam prætoriæ persecutiones, cuiusmodi hæc est, l.1.verb.persecutionis.h.titu.ad pœnam intra annum tantùm,ad rei persecutionẽ in perpetuum competũt. l.in honorarijs.34. de act.l.2.vi bon.rap.Inst,eo.t.& de perp & tẽp.act.Vnde dicitur, prætorem quod metu gestum est, nullo vnquam tempore pati ratum esse. l. si mulier. 21.quod met.caus.
¶Datur & hoc nomine actio quandoq; nulli- 5
C tatis,c.1.eo.in 6.condictio ex lege,l.pen.h.t.ac iudicis etiã officiũ rectè imploratur.l.non est.l.vl.§. fi.eo.gl.l.pen.hoc t.Causa dandi vis,metus.l.3.h.tit.
¶Vim accipimus atrocem,l.3.versi.sed vim accipimus atrocem. eo. & quæ contra bonos mores fiat:d.l.eo.metum, qui cadere possit in constantem virum,l.6.eo.mulierem:c.cùm locum.vbi glo. de spons. nam ex affectu & qualitate patientis,æstimandus est l.3.ex quibus caus.maio. arbitrio iu- 6
D dicis: d.l.metum.9. hoc titu. adeò vt & reuerentialis interdum iustam præbeat restitutionis causam,officio saltem iudicis,si non ex edicto.Bart. l.1.§.quæ onerandæ. num. 4. quar. rer. act. l.penu.dẽ fur glo.& Dd. in d.§.quæ onerandæ. Felin.c.1. nu 2. c.cùm causam.de off.delega. latè Tiraquell in ll. connub.in fin.verb.contractor. gl.3.num. 33.34. cum multis sequen. Et quia in rem est hæc querela, l.item. 14. §.2. l.metum. 9. eod. datur omnibus qui quomodocunque ex vi metúve læsi sunt, etiam in corpore alieno: l.isti.8. in fin.eod. §.vlt.Institu.de
E noxal.act. vt & successoribus,l.item.14.§.2.l.quod. diximus.16.§.fina.eod.l.3.hoc t.fideiussoribus, l.illud.10.l.item.14.§.si quis. 8.eod. aduersus omnes, l.metum.9.§.vltim. eod. qui non modò vim fecerunt,l.metum.9. cum seq. l.item.14. eod. etiamsi rei ad eos nihil peruenit, l item.14.§ aliquando.5.eod. sed quibus ea bono fuit,l.item.14.§.2.3 §.aliquando.5.eod.etiam hæredes,d l.item 14.§.aliquando.5. vel successores singulares.l.3.hoc tit.l.item.14.§.in hac.3.eod.Nec cuiquam iniquum videatur, ex a-
F lieno facto alium in quadruplum condemnari: quia non statim quadrupli est actio, sed si res nõ restituatur.l.itẽ.14.§.in fi.e. Et datur ad retractãdum quẽlibet actũ metu factũ,contractũ,gestũ, negociũ,l.7.8.& passim.e.l.2.cũ seq.h t. etiã iuratũ,Auth.sacr.C.si ad.vend.c.cũ contingat.de iureiur. vnà cũ fructibus interesse, dãno, & quicquid ob vim metúmve abest:l.item.14 §. vl.e. dummodò vis metúsve, quæ non præsumuntur l.vlt. eod.ʒ. delicta,l.meritò pro soc.probari idonee possint, l.
G extat.13.verb. probatius fuerit. cum l.seq. l.vlt. eod.l. metum.9.h.t.non per iuramentum, c.vlt. eod.(cui

tantùm in damnis taxandis, poſtquam de delicto conſtitit,locus eſt, *l.ſi quando.9.C.vnde vi.d.c.vlt.eod.*) neque ex ſolis minarum iactationib. *d.l.metum.9.h.t.* ſed per teſtes, *d.c.vlt.eod.* aliáq; idonea documenta, *l.ſi donationis.7.hoc tit.* Bald. *l.fin.num.3.h.t.*Bar.*Iaſ.&* Dd.*l.de pupillo.§.ſi quis.de oper.no.nunc.*arbitrio iudicis. Boſ. *de plur.viol.num.*82.quod hîc plurimum poteſt, *l.item.14.§.hæc actio.4.cum multis ſeqq.eo.* adhibita cauſæ cognitione, citatione, cæteríſque iuſtæ cognitionis ſolennibus,ac toto proceſſu ordinario.*Bart.l.extat.n.8.eod.l.etiam.30.§.vlt.de minor.Iaſ.l.nec quicquam.§.vbi decretum.de off.proconſ.bonus text.in Authen.ſi omnes.C.ſi minor ſe hæred.abſt.* Quod meritò prouiſum eſt,ne impotentes per oppreſſionem potentiorum iniuria afficiantur, *l.pen.l.vltim.hoc tit.*ne dolus cuiquam ſuus delictúmve proſit, *l.2.de eo per quem fac.l.5.ſi quis cautio.l.ne ex dolo.13.de dol.mal.* néve alienus imbecillioris metus in alterius præmium vertatur, *l.item.14.§.5.verſ.Pædius.eo.* ſed potius iniuſta lucra tali ex cauſa poſſidentibus extorqueantur, *l.metum.9.§.1.l.item.14.§.2.§.5.& paſſim, l.quod diximus.16.verſ.quod turpiter & ſcelere quæſitum eſt.eod.* & quod ſuum eſt, cuique ſecundum finem iuris ac iuſtitiæ reddatur,*l.3.7.8.9.l.14.& paſſim.eod.* fiátque reſtitutio,*l.1.C.de reſ.ven.l.3.l.4.l.pen.l.vlt.hoc tit.* prout res perfecta, vel imperfecta eſt, *l.metum.9.§.3.eod.*cum omni cauſa:*l.ſed & partus.12.eod.*nec modò cum fructibus perceptis,ſed etiam qui percipi potuerunt: *d.l.ſed & partus.* ac niſi reddantur, arbitrio iudicis in quadruplum contumax reus condemnetur.*d.l.item.14.§.3.4.cum ſeq.eod.*

7 ¶ Affinia ſunt, iudicia publica de vi, *d.l.ſed & partus.12.§.vltim.l.extat.13.eodem.tot.tit.ad l.Iul.de vi.* actio doli, *l.item.14.§.cum.13.eod.*furti, *l.1.hoc t.* interdictum quod vi aut clàm, & ſimilia:*l.metum.9.eod.* excommunicatio Eccleſiaſtica,*c.vnic.eo.in 6.*implorato officio iudicis, maximè ob metum, qui non ſit edicto comprehenſus:*l.vltim.vbi* Bart.*eod.*quæſtio nullitatis.*d.c.vnic.eod.in 6.* inquiſitio fiſcalis. Boſ. *de plur.violen.num.*106.Contraria,rei ſine culpa extinctio, amiſſio,*l.item.14.§.aliquando.5.§.quid ſi.10.l.ſi ipſa.18.eod.* ratificatio ſpontanea eius quod metu geſtum eſt,*l.2.l.4.hoc tit.*præſcriptio.*l.1.verſ.neque vi bonorum raptorum.C.de anna.excep.l.3.in fin.h.t.l.item.14.§.quid ſi.10.verſ.intra tempora.eo.gloſſ.pen.l.1.hoc tit.*

DE DOLO MALO. Tit. XXI.

1 *Dolus quid, & quid à fraude diſtet.*
2 *Eius ſpecies, cauſæ.*
3 *Materia, forma, finis, affinia, cõtraria.*

Eſt etiam iuſta reſtitutionis cauſa, ſi quis dolo alterius deceptus ſit. *l.1.& paſſim.eodem.l.1.l.3.§.4.& paſſim, de dol.& met.except.*Dolum † definit Seruius machinationẽ alterius decipiẽdi cauſa ita comparatam, vt aliud agatur reipſa, aliud ſimuletur:*l.1.h.t.*aliud αἴτιον ſit, aliud προφάσις. Id Labeo reprehendit, quòd abſq; dolo quid ſimulari poſſit. Atqui Seruius nõ omnẽ ſimulationẽ dolũ dixit, ſed definit dolũ eſſe machinationẽ,in alterius fraudẽ inſtructã:cuius forma ſit aliud agere,aliud ſimulare, reſpectu ſcilicet eius qui dolũ patitur,cui decipiẽdo fraus inſtruitur. Quare Ciceroni quoq; in Officiis, & Vlpiano, *l.iuriſgen.7.§.prætor.de pac.* eadẽ ſæpe definitio vſurpatur:reprehẽdi tamen hoc in argumẽto ea ratione poteſt, quòd anguſtis illis ſimulationũ cancellis,malitia doli multiplex includi nõ debeat, cum nedũ velatus dolus ſimulationis, ſed apertus etiã ſubeſſe poſſit,*d.l.1.§.1.eo.* cauſámq; reſtitutioni præbere inuitam *gl.l.dolo.5.C.de inut.ſtip.Bal.l.quæ fortuitis.nu.5.C.de pign.act.* Quamobrẽ omnis calliditas, fallacia, machinatio, ſiue recta,ſiue aperta ſit, dũ tamẽ ad circumueniendum alterum inſtituta, rectè Labeoni dolus putatur,*l.1.§.1.h.t.*qui diſtat à fraude:*Bart.& Dd.l.iuriſgentium.7.§.ſed ſi fraudandi.d.pact.* quod ille abſque malitia & intentione fallendi nunquam cõmittatur,*l.1.h.t.Bal.l.quæ fortuitis.n.5.C.de pig.act.l.vlt.§.de litig.vbi Bal.nu.3.Soc.reg.159.& cõſil.161.memini.vol.2.*fraudẽ res etiam abſque dolo,puta læſionem & damnum continere poſſit: *l.ſi quis.36.de verb.obl.l.iuriſg.7.§.ſed ſi fraudandi.de pac.*quãquam his etiã promiſcuè,vt fit,quandoq; vtamur.*l.fraudis.80.de reg.iur.Bart.l.quod Nerua depoſ.*Additur aũt adiecto,mali:quia bonus etiã dolus eſt aduerſus hoſtẽ Reip.*l.1.§.2.eo.l.5.in fin.de re milita.*aduerſus aggreſſorẽ,*c.dominus.23.q.2.Panor.c.in noſtra.nu.7.de ſepultur.Menoch.conſ.100.n.222.*ad tuendũ ius ſuum, *l.atqui.13.§.cum me.3.de neg.geſt.*contra calumniatorẽ veritatis & iuſtitiæ,*Mynſ.obſ.6.cẽt.3.*aut fallere volentem:*Bal.conſ.127.in fi.vol.3.Aemyl.conſ.2.nu.13.*cuiuſmodi hoc edicto nõ vindicatur neq; reſtituitur.*Corn.cõſ.8.libe.part.3.cõſ.52.in hac.vol.2.*

¶ Eſt & alius dolus apertus *d.l.1.§.1.eod.*alius 2
velatus *gl.5.C.de inut.ſtip.* alius perfectus, alius imperfectus,*l.hæredib.13.§.1.eo.Bal.l.etſi nu.34.C.ex quib.cauſ.infa.irrog.*alius verus, alius præſumptus,*Bart.l.quod Nerua.depoſ.* alia calliditas magna & euidens,quæ propriè hãc producit actionem:*l.7.in fin.eod.*alia minor.*l.hæredib.13.in fin eod.*Cauſæ,affectus eſt animi. *l.vlt.C.de litig.l.1.C.ſi aduerſ.dol.l.2.§.& generaliter.de do.excep.* & fraudulenta machinatio, ad fallendum alterum intenta,*l.1.eod.l.2.§.& generaliter.de dol.except.* impulſiua,lucri ſpes ex alieno,*l.ſi quis.15.§.fin.de inſt.act.l.ne ex dolo.13.l.itaque.29.§.fin.de dol.mal.* materia,commiſſum doloſum factum, *l.1.in fin.l.4.§.& generaliter.de dol.except.l.iuriſgentium.7.§.ſed ſi fraudandi.de pact.* culpa enim in omittẽdo(quanquam & illi dolus ineſſe poſſit, *l.dolus.44.mandat.*)dolus in committendo verſatur:*l.de Senatuſconſult.Syllan.l.quod Nerua.vbi Bartol.depoſ.l.ſi mora.10.vbi gloſſ.verb.ne facto.ſolut.matrimon.Iſer.capitulo primo, §.iniuriarum.num.8.*

num.18.de pac.tenen.Iaſ.l.2.num.9.C.ſi contra ius vel vtilita.pup.l.ſancimus.num.22.C.de iudic. atq; etiam aliquando ſine conſilio in ipſa re ineſt. *l.exceptiones.7.in fin.verſ.ſi deceptus re.de exceptio.§.2.Inſt.quibus ex cauſ.l.7.ſi quid in fraud.patron.l.5.C.quæ in fran.cred.Iaſ.§.item ſi quis in fraudem.Inſtit.de actio.*

¶ Committitur autem dolus vel in contractibus,vel extra contractus,prorſus variè. *l.1.in fin.de excep.do.Bal.l.quæ fortuitis.num.5.C.de pi.act.* Forma,ſimulatio,diſſimulatio,*l.1.§.1.eod.* vis aperta,cui ſemper dolus ineſt,*l.item.14.§.eum qui.quod met.cauſ.*falſitas,*l.& eleganter.7.§.vlt.cum ſeq.eod.*falſa affirmatio,*l.ſeruus.20.l.ſi legatarius.23.l.cum à te.25.eo.*perſuaſio,*d.l.ſi legatarius.23.l.cum à te.25.l.cum quis.31.l.vlt.eod.*commendatio, *l.quod ſi.8.l.quod venditor.37.eod.* mendacium, *l.quid enim.14.eod.* factum aliquod doloſum, vt incendium,*l.arbitrio.18.§.1.eod.* cædes, *d.l.arbitrio.§.final.*mercibus,ponderibus falſis vti: *l.arbitrio.18.§.de eo.3.eod.* extrahere lites, quò præſcribantur,*d.l.arbitrio.§.dolo.4.* & corrumpere tabulas,*l.ſi quis.35.eod.* ſupprimere, *l.ſi quis.9.§.1.eod.*epiſtolis mendacibus alterum decipere, *l.penult.eo.*alios ſubornare,*l.ſeruus.20.l.7.hoc t.l.non licet.46.verſ.per aliam perſonam.de contrahen.empt.* Finis,alterius deceptio, cũ ſpe lucri, *d.l.1.§.dolum.eo.l.2.§.& generaliter.de doli excep.*ſic vt ſubeſſe toties poteſt,quoties ex aliena iactura lucrum quæritur. *l.ſi quis.15.§.vlt.de inſtit.act.* Effectus,quòd dolus infamet committentem: *l.1.de his qui no.infa.l.1.§.non fuit.2.hoc t.l.5.commod.§.ſuſpectus.Inſt.de ſuſ.tuto.* quod dolo geſtum eſt, retractetur aut annihiletur:*l.& eleganter.7.eod.l.ſi dolo.C.de reſ.vend.l.4.C.de inutil.ſtipulat.ſi quis cum aliter.de verb.oblig.*ne cui malitia ſua lucroſa ſit,alteri damnoſa: *l.1.l.2.l.4.& paſſim, de do.excep.l.electio.26.§.vlt.de nox.act.*ob dolum reſtitutio rectè petatur & impetretur, *tot.hoc tit.& ff.eo.*vel actione poli,*l.1.§.3.4.eod.* vel exceptione *d.l.3.§.3.l.vltim.eod.*doli, *tot.tit.de doli except.* perpetua,*l.5.§.fin.eod.* Actio porrò doli perſonalis eſt,*l.ſed & 16.eod.*prætoria,*l.1.§.1.eod.* non in rem ſcripta,*d.l.ſed & 16.§.fin.cum l.ſeq.eo.* niſi contra hæredes,*l.hæredib.13.eod.* famoſa, *d.l.1.§.3.verſ.quoniam.famoſa.eod.*extraordinaria,*d.l.1.§.3.l.in honorariis.* hodie biennalis, *l.vlt.hoc t.* ſubſidiaria,*d.l.1.§.3.eod.*tranſiẽs in hæredum actionem, *l.hæredib.13.eod.paſſim.* non niſi quatenus ad eum peruenit:*l.in hæredem.26.eod.* quo caſu vt rei perſecutoria ſimpliciter, non eſt famoſa, *l.Sabinus.29.eo.*& abſq; cauſæ cognitione datur, *l.neque.31.eod.* ſine qua datur: cuius cognitionis duplex eſt quæſtio:an alia cauſa ſit, *d.l.1.§.3.4.cum ſeq.eod.*an iuſta cauſa dandi ſit.*l.& eleganter.7.in fin.verſ.niſi ex magna & euidenti calliditate non debet de dolo dari actio.l.ſi quis.9.§.vlt.cum ll.ſeqq.l.hæredib.13.§.1.eod.* Veniunt autem in hanc reſtitutionem fructus,& quicquid ob dolum alterius intereſt,*l.1.h.t.l.arbitrio.18.§.1.l.rei.33.eod.* qua parte ob contumaciam non reſtituentis ad iuramentum in litem peruenitur:*d.l.arbitrio.18.eodem.*ſi tamen & deſignetur dolus, *l.ſed & 15.§.vlt.eod.* atque adeò etiam perſpicuis indiciis vix enim aliter occultus dolus redargui poteſt, (*l.vl.C.de litig.*)probetur.*l.dolum.6.h.t.* Affinis dolo eſt culpa,præſertim lata. *l.quod Nerua depoſ.*diſſoluta negligentia, *l.ſi fideiuſſor.29.mand.* vis,*l.item.14.§.eum.13.quod met.cauſ.l.5.C.de inutil.ſtipul.*imperitia,*l.ſi quis.7.de iuriſdict.* ruſticitas,*d.l.7.l.2.C.de in ius voc.* Affines actiones in factum, *l.ideóque.5.l.& eleganter.7.§.2.l.non debet.11.eo.*utilis, *l.verum.11.de mino.* legis Corneliæ de falſo, *l.ſi quis.6.§.1.de dol.mal.* ſtellionatus,*l.3.de crimi.ſtell.*metus,*l.item.24.§.eum.3.quod met.cauſ.* Contraria dolo ignorantia,*l.qui in ius.138.de reg.iur.l.2.§.& generaliter.de dol.exceptio.* imperitia, ruſticitas. *l.ſi quis.7.de iuriſdict.* quælibet cauſa etiam iniuſta.*l.igitur.de lib.cauſ.gloſſ.& Dd.l.vnic.in fin.ſi quis ius dicen.* Contraria actioni,doli præſcriptio,*l.3.l.vlt.h.tit.* reuerentia perſonæ debita, cuius dolus ſit arguendus: *l.ideóque.5.hoc tit.l.non debet.11.eod.* compenſatio doli cum dolo,*l.ſi duo.36.eod.l.viro.40.ſolut.matrim.*remiſſio: *l.ſi vnus.28.§.illud.de pac.* item ſi alia actio,nempe ciuilis non famoſa, aliúdve remedium præſto ſit, quo res ſeruari poſſit.*l.1.§.3.4.5.6.l.2.3.4.5.6.7.eod.*

DE IN INTEGRVM reſtitutione minorum vigintiquinque annis. Titulus XXII.

1 *Reſtitutio in integrum quid.*
2 *C ſa.*
3 *Quibus competat.*
4 *Forma, adiacentia, contraria.*

Tertia reſtitutionis cauſ[a] eſt, ſi quid cum m[i]nor[e] [v]iginti quinque annis geſtum dicatur,ex quo idem læſus ſit. Fauor enim & imbecillitas ætatis meretur, vt iura ſubueniant, ſiue is quo cum minor contraxit, in dolo (vt plurimum)ſit,ſiue non ſit.*l.1.l.3.& paſſim, eod.* Sufficere enim gratia & læſio ætatis debet, etiamſi machinatio aduerſarij,cuius ſæpe vt occultæ difficilis eſt demonſtratio,redargui non poſſit.*l.5.verſ.etſi dolus aduerſarij non probetur.hoc t.l.1.§.1.cum ſeq.*

¶ Reſtitutio, eſt priſtini iuris redintegratio,*l.1.§.ſi ad tranſac.l.in cauſæ.17.§.1.de munerib.* redintegratio cauſæ amiſſæ, *l.2.§.in quibus cauſ.in int.* reſtauratio,*l.ait prætor.7.§.vlt.de min.* Reſtitutio in integrum minorum, eſt auxilium iuris prætorij,*l.1.verb.prætor.propoſuit.eod.Maur.de reſt.c.2.num.4.9.* extraordinarium,*l.in cauſæ.16.eod.Maur.d.c.2.nu.6.* fauorabiliter tamen,& pro quo in dubio pronuncietur: *l.cum de ætate.de pro-*

bat. Salice.l.3.num.2.5.7.hoc tit. personale, *l.3.* §. *sed* A *vtrum.eod.* in rem tamen, *l. in causæ.* 13. §. *interdum.* 2. *eod.* & iuri familiæ inhærem, *Cast. & Dd.l.1.2.* C. *de filiofam.min.* eòq; ad hæredem transiens, *l.1. l.4.* J. *de temp. in int. restit. l. non solum.6. de in integ. rest. l. interdum.19. cum ll. seqq. eod.* & cessibile, *l. quod si.24. in prin. de min. Maur. de in integr. rest. cap.17. Bart. l. si minoris. de ad. tuto. Tiraq. de retract. prox.* §. *26. gloss.3. num.13. tot. tit.* J. *de fid. min.* non etiam in fideiussorem transitorium, aut socium: *l. vn. C. si in com. eod. causa.* vnde mixtum videri po B test, *Mynsing. obs. 18. cent.4.* quo minor ob detrimentum *l.1. l.6. l. quod si.24.* §. *1. l. verum.11.* §. *sciẽdum.3. eo* ætatis imprudentia ex gestu acceptum, *l.4.5. hoc tit. l.1. l. ait.7. & passim. eod.* aduersus id quod damnosè gessit. *d. l. 6.* vel non gessit cum deberet, *l. minorib.8. l. pen. h. t.* implorato nobili iudicis officio, *l. quod si minor.24.* §. *vlt. eod.* & causa cognita, *l. verum.11.* §. *sciendum.3. l. in causæ.16. eo.* in integrum ius suum, quod ante detrimentosum gestum habuerat, reponitur. *l. quod si.34.* C §. *restitutio.4. eod.*

2 ¶ Causa & author restitutionis, prætor, qui edictum hac de re proposuit: *l.1. eod.* instrumentalis, petitio: *d. l. quòd si minor.* §. *vlt. eod.* impulsiua, minor ætas. *l 1. l.3. eo.* §. *hoc tit.* & damnũ, *l. nam postea.9.* §. *si minor.3. de iureiur.* ætatis lapsu factum *d. l. 4. l. 5. h. t. Bald. in l. minor autem in fin. & l. minor 25. annis. in fi. eo.* nec enim prudenter rem gerẽtib. ob euentum sinistrum succurritur. *l. verũ.11.* §. *sciendum.3. eo. l. vlt. h. t.* Itaque læsionem subesse D oportet, *l.5. h. t.* non modicam, *l.4. de in integ. rest.* neque maximam, vt supra dimidiũ iusti precij; *Schurf. cons.27. quod super. nu.3. cent.1. cons.13. cent.4. Sal. l.1. num.1. C. si aduers. vend. pig.* sed arbitrio iudicis æstimandam. *l. quod si minor.24.* §. *1. cum leg. seq. eod.* Causa sine qua non, validitas actus: *l. in causæ.16. eo.* nam cùm ipso iure tuti sunt minores, vt quia actus gestus planè nullus sit, non opus est vt restituatur, quod per se nullum habet effectum, ideóque nec rem minoris immuta E uit. *d. l. in causæ.16. t. t.* J. *in quib. caus. in integ. rest. non est necess.* nulla vt iusta sit: hic restitutionis causa, læsione nimirum cessante: *l. 1. vbi Salic.* J. *t.1. de filiofa. min.* nec propterea opinandum est, hoc extraordinarium remedium non concurrere cum aliis actionibus ordinariis: *l. vlt. & t. tit.* J. *si tut. vel cura. interu. l. tutor.47. eod. l. properandum.11.* §. *vlt.* C. *de iudic.* cùm multò sit locupletius, & minorum interfit, pluribus actionibus ius suum posse persequi & obtinere.

3 ¶ Petit autem restitutionem minor, *l.1. l.3. & passim, eo.* vel etiam maior, de gestis in minore ætate, intra quadriennũ ab ingressu maioris ætatis: *l. vlt.* J. *de temp. in integ. rest.* item eius nomine ac iure pater, *l.3.* §. *1.* §. *pen. l. patri.17. eo.* dominus, *l.6. de in integ. rest.* tutor, curator, *Bal. l. vnic. C. etiã per procur. Mauric. de in integ. rest. c.27.* procurator, *l etiã.29. eo. l.1.* J. *si tut. l. vnic.* J. *etiam per proc. l. 6. de in integ rest. l. minor.18.* §. *vlt. eo.* & illius etiã exemplo, ecclesia, *c.1. 2. de in integ. rest.* ciuitas, *l.4. Cod. ex quibus caus. ma.* vniuersitas, *Pan. cap.1.*

eod. Ro. cons.423. harũmque nomine Oeconomi ac syndici: *Bald. d. l. vnic. C. etiam per procur. Maur. dec. c.27.28. per l. minorum.18.* §. *defensores. de munerib.* furiosus, prodigus, aliique qui in curatione sunt aliena. *l. si curatorem.3. vbi Cast. nu.5. hoc tit.* regulariter contra eum, qui cum est contractũ, *d. l. in causæ.16.* §. *2. eod. l.5.6. h. t.* interdum etiam aduersus tertium possessorem: *d. l. in causa. 16.* §. *interdum. Mauric. de rest. c. 21.* non tamen facilè contra minorem. *l. si minor.34. eod.* de rebus qualitercunque, non tamen alieno mandatu *l. cum mandatu.23 eod.* contractis. *l. verum.11.* § *2. vers. cõtractum. cum minore. de minoribus.* vel gestis, *l. minoribus.8. hoc tit. l.1. l.3. 6.7. eo.* quibus tamen læsus sit, *d. l. 4. 5. 6. & passim. hoc tit.* etiamsi tutoris vel curatoris authoritas interuenerit, *tot. t.* J. *si tutor.* atque adeò decretum etiam prætoris. *l. si quidem. Cod. de præd minor. Iason. l.1. num.1. si aduers. vend.* non tamen rectè contra statum, & libertatem: *l.1.2.* J. *si aduers. lib. l si ex causa.9.* §. *vltim. cur. ll. seq. eod. Mauric. de rest. cap.202. & 249.* quanquam aduersus arrogationem. *l.3.* §. *si quis.2. eod.* nec facilè contra iusiurandum, *l.1. cum Auth. seq. Cod. si adue. s vend.* nisi alio quoque vitio hoc laboret: *Auth. sacramenta. vbi Iason, Cod. si aduers. vend. c. sacris.5. eod.* neque contra ius commune, *l. vlt h. t. l. si sine.33.* §. *Lucius. de adm. tut. Tiraq. de retract. prox. in fin. num.54. latè Mauric. de in integ. rect. cap.112. cum multis seq.* aut coniugum, *Spec. de in integ. rest. Maur. eod. tract. cap.265.* votum, cæteráque iura spiritualia, *Spec. ibid. de rest. in integ. Maur. cap.246.* vt nec aduersus delictum & pœnam, qui se sua culpa induit. *l. si ex causa.9.* §. *2. l. auxilium.37. eo. l.1. C. si aduers. delic. Maur. tract. rest. cap.150. cum seq.*

¶ Proponitur verò hæc petitio nõ iure actionis, sed implorato iudicis officio, *l. quòd si minor.* 4 *24.* §. *vlt eod* apud ordinarium illius, cõtra quem petitur restitutio, *tot. tit.* J. *vbi & apud quem.* & solenni iudiciorum more, *l. in causæ.13.* §. *1. eod. l. de in integ. restit.* hoc est, oblato libello, *Bald. c. minor.25. annu. in fin. eod.* citationibus factis, *l. in causæ.13.* §. *causa. l. quòd si minor.24. eod. l. vnic. verb. præsente parte aduersa. C. si ad dot. Authen. si omnes.* J *si min. hær. ab.* item contestatione litis, causæ cognitione, probationibús que inductis. *l. verum.11.* §. *sciendum. eod l. excusare.28. de excus. tutor. Spec. de in integ. rest.* §. *1. num 3. & c.* Duo autem, vt hic alleganda in libello sunt, *Salic. l. vltim. nu.2. hoc tit. l.1.* J. *si ad. ven.* ita præcipuè probãda sunt, F *l.5. hoc tit.* videlicet minor ætas, *l.4. h. t. l.2. Cod. si minor se maio. dix.* qua quid gestum sit, *l.1. l.3. eod. l.3. l. vlt. C. si minor se maior. Schurff. consi.28. quod super. num.5 cent.1.* & damnum ex eo gestũ consecutum: *l 5. h. t. l.1. C. si ad vend. l. nam postea.9.* §. *si minor. de iureiuran.* quibus probatis, verius opinor, non opus esse, vt probet se minor ætatis vitio læsum: id enim ex præcedentibus concludendum ac præsumẽdum est, *l.1. C. qui & aduer. quos. Mynsin. obs.15. cent.4* nisi econtrario alia læ G sionis causa probetur. Impleta porrò intẽtione, restitutio facienda est ob naturalem æquitatẽ, & fauo-

& fauorem huic ætati debitũ, *l.1. quòd si minor.* A *24.* §. *1. eo.* quæ distrahit & rescindit gestum: *l.2.* J. *vbi & apud quem.* ita tamẽ, vt minor quidem ius suum integrè cum omni causa & fructib. recuperet: *l. quod si minor.24.* §. *pen. l. parti.27.* §. *1. vbi glo. verb. cum fructib. eod. Ro. sing.528. Cremon. sing.134.* contrà verò creditori sua quoq; restituãtur, quatenus tamẽ minor factus est locupletior. *l. patri. 27.* §. *1. eod.* cuius fauorabilior est causa: *Sal. l.3. nu. 2.3. hoc t. per l. cum de ætate. de probat.* vt æqualitas vtrinque, quoad eius fieri potest, seruetur *l. vnic.* J *de repu. at. l. ait prætor.7.* §. *non solùm.3. l. quòd si minor.24.* §. *restitutio. 4. l. patri. 27.* §. *1. l. etiam. 29. l. tutor.47. l. si index.41. eod. l.1. & 2.* J. *si ad. cred.* Adiacet sumptus litis. *l.6. eo.* Affines, nullitatis quæstiones. *l. in causæ.16. eo. l.4. C. si tutor vel curator. l. 3. C. si ad lib. tot. tit.* J. *in quib. caus in integ. rest.* actio tutelæ, *l. etiam.45. ff. eod. l.1.3.5.* J. *si tutor vel curat.* negociorum gestorũm, *l.1. C. si ad lib.* restitutiones maiorum. *l. vlt.* §. *vlt. de temp. in integ. rest. tot. tit.* J. *de rest mil. cum tit. seq.* Contraria sunt dolus minoris, *tot. tit.* J. *si minor se maior.* delictum. *tot. tit.* J. *si ad del. l. auxilium. eo.* sacramentum seu iusiurandum, *l.1. cum Auth. seq.* J. *si ad vend.* res contrà iudicata, *l.1. & tot. tit.* J. *si sep. in integ. rest.* transactio, ratihabitio, *l.3.* §. *1. eod. tit.1.* J. *si maior. fac. rat. hab.* renunciatio in maiore ætate facta, *l. si index. 41. l. Papinianus.20. cum l. seq. eo.* præscriptio quadriennij in his extraordinariis, *l. vlt.* J. *de temp. in integ. rest.* quinquennij in ordinariis, *l. vltim.* J. *si maior fac.* quæ lex pertinet non ad restitutiones extraordinarias, sed cõtractus minorem, ipso iure communi & ordinario, propter decreti defectum, nullos, contra quos non opus sit restituere, *d. l. in causæ.16. eo. l.2. C. si vt omiss. hær.*

5

DE FILIOFAMILIAS minore. Tit. XXIII.

POstquam in genere de restitutione minorum dictum est, nunc aliqua sigillatim & magis specialiter sunt exponenda, quæ Pandectis propter seriem perpetui edicti, in quo tantùm de minoribus edictum proponebatur, inseri non potuerunt. Ac primùm de personis, quarum causa ius omne constitutum, *l. 1.2. de sta. hom.* hoc est, de iis, qui vt minores vel iure minorum restitui possunt, vel non possunt. In quo sciendum, minoribus succurri, cuiuscunque sint dignitatis & status, dummodo liberis, (nam seruis nõ datur restitutio, quia nec prodesse iis potest, verùm eorum duntaxat dominus, *l.3.* § *vlt. cum leg. seq. eod.*) non modò patribus, sed etiam filiisfam. *l. 1.2. hoc t.* nisi in rẽ patris iussúue eius contraxerint, quo casu restitutio non est, ne eorum per latus pater ipse maior, cuius res agitur, contra edicti sententiam restituatur. Pater enim nomine filij duntaxat restitui potest, non suo, ne filius quidem nomine patris. *l.3.* §. *1.* §. *4. de minor.*

DE FIDEIVSSORIBVS minorum. Titulus XXIIII.

HAcredibus minorum datur restitutio, *l.6. de in integ. rest. l. minor.18.* §. *vltim. eod. gloss. l. 6. hoc tit.* quamuis maioribus, *d. l. minor.18.* §. *fin. eod.* aliísque successoribus: *Mynsing. obseru.19. cent.4. Mauric. cap.15. num.12.* quia damnum B est familiæ, *Castrens. hic. l.2. hoc tot.* quæ in hæredem transmittitur, §. *vlt. Inst. de hæred. qual. l. hæreditas. de reg. iur.* ideoque & causa restitutionis inhærens, *d. l. 6. Cast. hic.* nam & tralatitium est, hæredem vti iure defuncti, *l. hæredem.59. vbi Dec. Cag. & Dd. de reg. iur.* cuius in locum & ius succedit, *l. cum hæres.11. de diuers. & temp. præscript.* & personam repræsentat, §. *1. in Authen. de iure à minor. præst. Dec. consil.262. num.3. & d. l. hæredem. num.1.* fideiussoribus verò non datur, *l.1.2. hoc tit. l. in causæ.13. eodem.* cum sint extra familiam minoris, nec personalibus beneficiis adiuuentur: *l. exceptiones.7. de except. l. 2. hoc tit. Castr. l.1. num.2. hoc tit. l.2. infrà. de rest. vend.* neque decipi creditor debeat, qui sibi per fideiussionem consulrum voluit, *d. l. in causæ.13. eodem.* nisi ipsius & minorem & fideiussorem deceperit, *l.2. hoc tit.* nec enim decipientibus iura subueniunt, *l.2. ad Senatusconf. Vell. l. transactio.30. suprà. de transact.* aut nisi minor vti restitutione nolit: quo casu fideiussorem eius nomine admitti volunt Mauric. quamuis dubitans, *de rest. cap.16.* & alij, quos allegat.

SI TVTOR VEL CVRATOR interuenerit. Titulus XXV.

E DIctum est de causa efficiente ac personis, quæ restitui possint, vel non possint: iam de materia & gestis, quæ restitutionem quando admittant aut respuant, consequenter est dispiciendum. Tenendum ergo, non tantùm eas contra pactiones minoribus succurri, quas absq; curatorum authoritate fecerunt: *l. puberes. 101. de verb. oblig.* sed etiam quæ tutore, curatore, parente, iudice, procuratore authore gesta sunt: *l. si quidem.* J. *de præd. min. l. vlt. si min. se maio. dix.* F *l.1.2.3. h. t.* etiamsi ordinaria tutelæ, mandati, &c. actione ab his indemnitatem iúsque consequi suum possint. *l.3. l. vlt. h. t.* Vtilius enim sæpe illis est, rem suam recuperare, *l. si ex causa.9. in prin. l. si in emptionem.35. eo.* quàm id quod interest, persequi: *d. l. si ex causa.* cuius plerunque probatio ad minimum reducitur, *l. vltim. de prætor. stipulat.* Ex quo planum fit, cum ordinariis remediis hoc extraordinarium concurrere: *d. l.3. hoc tit.* vt quod famosum nõ sit, sed ciuile, rei persecu G torium, *Castr. & Dd. l.1. sup. de fideiuss. mino.* longéque aliud esse, ipso iure tutum esse minorem,

vt restitutione opus non habeat: *l. in causæ. 16. eod.* aliud verò, habere actiones quibus agere possit. *l. si ex causa. 9. eo. l. 3. l. vlt. hoc t.* Imò ipse dubius litis euentus, sumptus etiam & molestiæ variæ causam afferunt, cur ad hæc euitanda minor restitui debeat: *l. 6. eod.* tantum abest, vt alia agendi facultas hoc illi beneficium interuertere debeat. *d. l. 3. hoc t.*

SI IN COMMVNI EAdémque causa. Titulus XXVI.

IN communi quam minor cum maiore habet causa, ipse quidem restituitur, sed pro sua portione tantùm, *l. vnic. hoc tit. l. si vnus. §. si vnus ex plurib.* ne contra regulas ad maiorem ætatem beneficium minori concessum, extendatur: nisi aliter scilicet illi consuli nequeat, præterquam conseruato etiam maioris iure, vt in indiuiduis. C *l. si communem. 10. quem. ser. amitt. Castr. in l. vnic. num. 3. hoc tit.*

SI ADVERSVS REM iudicatam restitutio postuletur. Tit. XXVII.

ADuersus rem iudicatam an restitutio detur D quæstionis est: non dico sententiam, quæ appellatione suspendi potest, *vt §. de senten. t. tit. l. furti. 6. de his qui not. an. infa. l. 1. & tot. tit. de appel.* cur enim hac via non potius vtatur, *l. ait. 7. §. pen. de minorib.* vel impetrata ad persequendam appellationem restitutione *§ d. l. 7. §. penul. Spec. de in integr. restit. §. 1. num. 30. Mynsing. obseru. 20. centuria 4.* Non etiam loquor de sententia nulla, quæ nomen hoc non meretur: *l. 4. §. condemnatum. de re iudicata.* vt si indefensus condemna- E tus sit: *l. pen. hoc tit.* tunc enim ipso iure tutus est. *l. 4 hoc tit. l. acta. §. vlt. l. contra. de re iud.* vt restitutione non sit opus: seu de ea, quæ post appellationis tempora transit in rem iudicatam, *tot. tit. §. de re iud.* & ex qua iam agi potest ad executionem, *l. actori. 8. vbi Dd. §. de reb. cred. l. à diuo. 15. de re iud.* & contra quam nulla recipitur probatio, *l. 4. §. de re iud.* aut supplicatio, *l. vlt. C. vt lite pend.* Quanquam autem maioribus hic non succurratur, *d. l. vlt. l. 4. & tot. tit. §. de re iud.* ne Principis F quidem rescripto *d. l. vlt.* cùm ipsis imputandũ sit, cur non appellarint: *d. l. vlt.* tamen quia minoribus non modò in gestis & commissis, sed etiã in non gestis & omissis succurritur, *l. minor. 36. l. 3. §. etiamsi. 8. l. art. 7. §. 2. de min. tit. §. et omiss. h. er. Alex. ind. cons. 79. circa num. 24. vol. 1.* ideo etiam neglecta appellatione contra sententiam, quæ transit in rem iudicatam siue interlocutoriam, siue definitiuam (nam & hæc quoad partes in G rem iudicatam abit, licet non iudici, *ias. & Dd.*

l. quod iussit. de re iud.) ipsis subuenitur, *Cast. hic in l. 1. nu. 1. per c. coràm. extr. eod.* nedum si inferior, sed etiamsi Princeps aut præfectus prætorio vice Principis pronunciarit. *l. 3. h. tit.* Sed hoc casu non licet conqueri de sententiæ iniquitate, neq; petere, vt ex prioribus actis sententia reformetur: *Bald. in l. minor autem. num. 4. ff. eod.* verùm illud tantummodò, vt minor se dolo aduersarij vel suæ imprudentia ætatis deceptum amplius audiri, & ad probandum, allegandum, &c. admitti desideret, *l. minor. 18. l. minor. 25. annis omis-* B *sam 36. eod.* quod etiamnum in Camera Imperij, quæ præfectura prætorij Cæs. Maiest. est, seruatur. *Mynsing. obs. 21. cent. 4.* Cæterùm aduersus inferiorum sententiam non modò ex his causis rectè petitur restitutio, sed etiam ob solam iudicis iniquitatem: *l. 1. de appell.* vt cum minor antè in iudicio fecit, quod facere debuit, ideóque postulat, rescissa sententia velut iniqua, ex iisdem actis rectius pronunciari. *l. 2. hoc tit. vbi Castr. l. 4. §. in quibus caus. l. in causæ. 16. §. vlt. cum ll. seq. l. præses. 42. l. eum. 46. eod.* Nec modò contra rem primò, sed etiam iterum iudicatam restituitur. minor. *l. minor. 18. §. 1. eod.*

SI ADVERSVS VENditionem. Tit. XXVIII.

ADuersus venditionem quoque minores læsi restituuntur, etiam tutore authore factam. *l. vlt. hoc tit.* nam contra nullam & inutilẽ vt restituantur opus non est, cùm ipso iure tuti sint, *l. in causæ. 17. de minoribus. l. & eleganter. de d. l. mal.* Sanè si iureiurando contractum confirmarint, neque perfidię, neque periurij authorem legem habent, *l. 1. hoc t.* quod olim de contractu per se valido, vt qui cum authoritate tutoris geritur, acceptum est: hodie etiam ad inualidos, & vel absq; tutore vel curatore gestos porrectum: *Auth. sacram. hoc tit.* dummodò à pube- E ribus (nam impuberes nisi doli capaces, non obligantur) iuramentum corporaliter, (nec enim hic fidei interpositio sufficeret) non dolo nec metu (quæ in spiritualibus actum annihilant) extortum, præstetur. *Ias. & Dd. d. Auth. sacram. h. t. Didac. & alij, c. 2. de pac. in 6.*

SI ADVERSVS VENditionem pig. Titulus XXIX.

DIfficilius contra venditionem pignoris impetratur restitutio, quam non minor, sed creditor aut iudex facit. *l. si ex causa. 9. in princ. de minoribus.* Non enim hoc euenit facilitate minoris, sed fluit ex iure pignoris, quod creditor habet. *t. t. de distr. pig.* Iniurium autem fuerit, contra ius alienum restitutionem dari: potius igitur aduersus ipsam pignoris obligationẽ minor

minor restituetur, dummodò ipsius, non pater A neque prætor obligarit. nam his casibus iure cõmuni pignoris obligatio & distractio valet. Porrò contra iure communi gesta, minores non restituuntur. *l. vlt. §. de in integ. rest.* nisi grande appareat damnum minoris *l. si ex causa. 9. in princ. de mino. l. 1. hoc tit.*

SI ADVERSVS DONAtionem. Tit. XXX.

ADuersus donationes quoque, quas minor vel pater eius ipso consentiente de rebus minoris, puta maternis, etiam propter nuptias, & authore vel curatore vel iudice fecit, restitutio est concedenda. *l. 2. hoc t. Cuiac. lib. 7. c. 23. obs.* cum eadem in his, quæ in reliquis contractibus, sit ratio, eóque & eadem dispositio: *l. illud. ad l. Aquil.* quod accipiendum, quoties valet donatio. nam si prædia eius absque decreto & aliis solennibus prætextu nuptiarum, aut ob aliam causam alienata sint, restitutio non est necessaria, cum ipso iure tutus sit minor, nec valeat alienatio. *l. 2. hoc tit.* Porró facilius contra donationem restitui debet, quòd hic cõtractus non habeat synallagma, nec bono sit minori: cum donare sit perdere, & dilapidare potius *l. filiusfam. 7. de donat.* quàm administrare, *l. si fundum. §. pen. de lega. 1. l. ab agnito. de cur. fur. Bal. l. pactum curat. sup.* D *de pac.* eóque difficilius hoc genus in minore ratum habetur, *l. vlt. §. si mac. fac. rat.* faciliùs retractatur: *l. in omni. 16. C. de ad. tuto. l. cum plures. §. non liceat. eod.* ad donationem autem referatur etiam iuris liquidi remissio. *l. si quis delegauerit. 12. vbi Bart. de nouat. l. 4. C. eod. l. hoc iure. §. 1. de donat. l. si quis obligatione. de reg. iur. Bar. l. si quis cum aliter. num. 8. de verb. ob.* vt cum filię modico contentæ, etiam authore curatore opulentæ hæreditati paternæ, in gratiam fratrum renunciant, *c. 2. de pac. in 6. vbi Dd. Bal. l. 1. nu. 3. hoc tit. Ang. cons. 59. quid. m. num. 3.* quod nunc in nobilibus familiis sic vsitatum est, vt ferè abierit in mores, & pro iure summa iniuria habeatur. *l. 4. Cod. de lib. præter.* Itaque non mirandum est, multis omnia retrofluere & sublapsa referri, cũ ipsi tã iniustis rationibus cognatum sanguinem exorbeant, & sexum imbecilliorem misericordia potius quã iniuria dignum, rapinis & insidiis mirificis, vano conseruandæ gentis prætextu, deglubant.

SI ADVERSVS LIBERtatem. Tit. XXXI.

IN causa libertatis & liberali iudicio minor restituitur: *l. 1. hoc t. l. si minor. 34. eo.* non item cõtra libertatem semel datam, aut sententiam pro ea latam, *l. vlt. h. t.* nec appellatione suspensam: *l. 2. & tot. hoc t.* quia iura magis libertatib. quam minoribus fauent: *d. l. si ex causa. 10. §. Pomponius. eod.* & Libertas iuris publici est, *l. si quis. 53. de fid. lib.* quod priuatorum iuri præponderare ac præ-

valere debet. *Authen. res quæ. Cod commu. de lega. l. 5. §. de off. rec. prouinc. l. 1. §. vlt. §. de cad. tollen.* Consulitur ergo minori, data in tutorem aut curatorem, cuius facto seruum per manumissionem amisit, actione perpetua, *l. 1. l. 3. hoc tit.* in ipsum etiam manumissum ad id quod interest, si huius fraude læsus sit. *l. 2 hoc t.*

SI ADVERSVS TRANSactionem vel diuisionem in integrum minor restitui velit. Tit. XXXII.

ADuersus transactionem vel diuisionem (quę & ipsa plerunque quædam transactionis est species: *gl. l. 1. §. com. vir. iud.*) vt quæ priuati sint iuris, minori est restitutio: attamen seruandæ causa æqualitatis, e diuersò etiam iis, quibus cum transactum diuisumque est, pristini iuris redintegratio, *l. 1. hoc t.* etiamsi acceptilatione prior obligatio fuerit ipso iure sublata. *l. 2. hoc tit.*

SI ADVERSVS SOlutionem à tutore vel à se factam, Tit. XXXIII.

CONtra damnosam solutionem minori factam, facilè datur restitutio, *l. 2. h. t.* secundum distinctionem. *l. ait. 7. eodem.* debuit enim debitor curatorum, quos minor habuit, authoritatem solutioni adhibere: aut si non habuit, compellere eum ad petendos curatores, priusquam solueret: aut in ædem sacram debitum deponere, *d. l. ait. 7. §. penultim. ver. quod facere necesse est, quia æs alienum soluitur. de minor.* Quòd si au- E thoritate tutorum curatorúmue aut iussu iudicis soluat debitor, non facilè minor restituetur: *l. 1. hoc t. l. 6. eod.* quia debitor soluere habuit necesse. *d. l. 6.* Sin autem interposita tutoris authoritate etiam decretum & sententia iudicis accesserit solutioni, iam nihil dubium est, quin ex Iustiniani constitutione, eiusmodi causam plenissima securitas consequatur, nec amplius debitor inquietari possit. Cæterùm si minor soluendo indebitum lædatur, non admodum habet resti- F tutione opus, siquidem iure communi condicere possit. *l. illud. 25. l. in causæ. 16. §. 1. eod.*

SI ADVERSVS DOTEM restitutio postuletur. Titulus. XXXIIII.

ADuersus dotem mulier, eiusque hæres intra statutum tempus restituitur, *l. 1. hoc titul.* si minor omnia bona doti dederit, atque G

ita circumuenta sit re ipsa, *l. si quis cum aliter. de verb.obl.ita accipe verb.circumuentam.in l.vnic.h.t.* quòd si machinatione decipientium huc inducatur, ipso iure tuta est, neque restitutione eget: *l.sine.61.de iur. dol.& eleganter.7. de dol.mal.* quemadmodum & tum, cùm prædia eius contra S. C. hoc est, absque decreto & consensu curatoris doti data sunt, *l. prædia. 8. C.de præd.minor.l.vlt.Cod.si ma.fac.l.2.sup.si ad.donat.Cuiac.lib. obs.7.cap. 23.* Hinc autem notare licet, etiam cõtra dotem, atque ita aduersus priuilegiatum peti rectè restitutionem, *l.verum.12.§.fin.cum l.seq. eod.l.2.vbi gloss.verb.patrono.ℸ. si ad fis. vid. gloss.in l. vltim. in fin.ex quibus caus. ma.* hic enim minus quàm contra donationem propter nuptias, *l.1.§. si ad.don.* aut fiscum, *tot.tit.ℸ. si ad fisc.* qui paribus cum dote passibus in ius priuilegiorum singulare ambulat. *ℸ.de priuil.fisc.de priuil.dot.*

SI ADVERSVS DELIctum suum. Titulus XXXV.

IN criminibus minores ætatis suffragio non iuuantur, *l. si ex causa. 9.§. 2. & l.auxilium.37. de minoribus.* etenim malorum mores ætatis infirmitas non excusat: *l. 1. hoc titul.* nec est ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat. contra eas committit. *l. auxilium. 37. in fin. de minor.* nihil igitur commune habet crimen cum venia ætatis: *l. Papinianus.20 de minoribus.* nisi iuris ignorantia, aut alia culpa, non dolo, in delictum, quod crimine leuius habetur, *l.quid sit.17.§.quod aiunt.16.de ed.edic.* minor fit lapsus, *d.l.si adulterium. §. 1.de adulteriis.* nam culpæ delictum omissionis est, non commissionis: *l.quod Nerua.vbi Bartol.depo. l. si mora.solut. matrim.* in quo facilior est aduersus pœnam, vtpote pecuniarum, restitutio: *l. 1. hoc titul.* quemadmodum & tum, cum in pari dolo hæret aduersarius, de cuius solius interesse (vt in priuatis delictis) agitur: hîc enim minori potius consuletur. *l.si minor.33.l.3. Cod.si min. se major.* Cæterùm etsi pœnæ corporales aut capitales ob delictum persoluendæ non tollantur restitutione, tamẽ misericordia ætatis vt plurimùm mitigantur, *l.ferè.vbi Decius.numer.2.de reg.iur. d. l.auxilium.§.in delictis. de minoribus. l. si adulterium.§.fratres.de adult r.gloss. l.impunitas.verb.non datur. Cod.de pœn. Hipp. in pract. §. quoniam. numer. 96. & in l. infans. numer.5. de sicar.* vbi pòst addit. *numer.13.* de delicto minori in ætate commisso, non aliter posse puniri maiorem factum, quàm tum temporis, cùm delinquebat, puniri potuisset. *per gloss. & Dd.l.sciant.Cod.de leg. hæ.l. 1.in prin de pœn.idem Hipp in l.de minore.in princ. num.40.de quæst.& l.si quis.nume. 6.de sicar. Dec.l. 2.§.impuberes.numer. 11. de reg.iur. Alexand. cons.29.clarissimè.n.11.vol.7.*

SI ADVERSVS VSVCApionem restitutio postuletur. Tit. XXXVI.

VSucapio contra minorem impleta, faciliùs restitutione interrumpitur: cùm quia ciuilis est, *l.1.& tot.tit.de vsucap.Vlpian.titu.1.* tum quòd ex negligentia causam trahat, *l.alienationes.28. de verbor. signif.* aduersus quam est minori restitutio. *l.2.§.tit.1.l.1.l.3.ℸ.in quib.caus.in integr.rest. l.ait.7.§.vltim.cum ll.seq. de minor.* Ea olim contra minores currebat & perficiebatur: quanquã non æquè præscriptio, *l. contra.ℸ.de inoff.testam. l.2.ℸ.in quib.caus.in integ.rest.* aut renunciatio. *l.1. l.6.§. de in integ.rest.l.si filius.30.de minor.Ias.nume. 36.C.si ad vend.* Hodie receptum est, nullam contra minores incipere vsucapionem aut præscriptionem, nisi forte 30.& 40.annorum: *vt voluit in l.vlt.ℸ.in quibus caus.in integr.restit.* inchoatam autem contra authorem, in cuius ius minor successit, dormire, durante pupillari ætate: *l.sicut.vbi gloss. verb. seruanda. l.cum notissimi.vbi Bald.numer.1.Cod.de præscrip.30.anno.gl.Bartol.& Dd. in l.vnic.h.tit.& in d.l.vlt.& l.etiam.ff.de minor.& hanc dicit cõmunẽ Bal. in tract. præscr.1.parte 6.partis pr.nu.34.Schurff.consi.28.quod super.num. 10.consil.65.quod in præsentiarum.numer.2. centur.1.* contra puberem rursum currere & continuari, sed beneficio restitutionis ob ætatem rescindi. *d.l.vlt.d.l.sicut.vbi Bal.num.1.2.Bart.d.l.etiam.Salic.hic in l.vnic.nume.1. Caxo.in ca.constitutus de in integ.rest.Bal.præall.lo.nume.35.Schurff præall.consil. 28.Tiraq.de retract.lig.§.35.glo.2.*

SI ADVERSVS FISCVM restitutio postuletur. Titulus XXXVII.

FIscus vt aliàs, *l.item.20.§.ait.7.de pet.hær.* sic & hîc iure communi vtitur, & admittit restitutiones minorum, quibus præscriptiones fisci quadriennales aut quinquennales impugnent. *l. 2. 3. hoc titul.* Eius rei tamen notio non ad solum prætorem aut præsidem pertinet, sed quia fisci res vertitur, procuratore & patrono fisci adhibitis suscipienda. *l. 2. hoc titul.* Hodie solus ea de re Princeps cognoscere putatur *gloss.in dicta lege.2.*

SI ADVERSVS CREDItorem. Tit. XXXVIII.

ADuersus creditorem qui mutuum dedit (hic enim propriè credere & creditor dicitur, *l creditores.10.in fin cum l. sequentib. de verbor. significat.l.1.2. & passim.ff. & Cod.ad Senatusc.on. Maced.*) minori est restitutio: *l.1.supr.de filiofam.*

minor. Nouell. 155. siquidem se læsum hoc est, id mutuum in rem suam non esse versum, sed temerè cõsumptum probet. *Bart. hic in l.1.* quemadmodum aliàs quoque læsionem, quæ nõ præsumitur, probare debet. *l.5.§. de in integr.rest.* Cæterùm si fœneratò accepit, ipsum fœnus & vsura præ se satis magna læsio est, cum absque compensatione & synallagmate debeatur. *l. 2. verb. fœnori accepisti.h.tit.* Itaque hoc casu, velut probata læsione, quæ ex ipso cõtractu constet, minor restituitur: nisi creditor contrà probet, pecuniã in rem eius esse conuersam, *l. 1. 2. hoc tit.* quo tamen ipso casu etsi non contra mutuum, quo locupletatus est, tamen aduersus vsuras, quæ semper debenti damnosæ sunt, arbitror eum esse restituendum.

SI MINOR AB HAEREditate se abstineat. Titulus XXXIX.

MInores, qui se parentum hæreditate abstinent (sicut iure prætorio, quòd ex constit. ciuile factum est, abstinere possunt, *vt dixi.§.2.Instit.de hæ. qual.*) extra læsionem causæ sunt hæreditariæ, etiamsi testificatio abstinentiæ non sit interposita, sed simpliciter tantùm facto ipso non immiscuerint se paternæ hæreditati. *l.1.hoc titu.* Fides enim veritatis verborum adminicula non desiderat. *d.l.1.* nec præsumuntur se immiscuisse, nisi probetur. *gloss.l.1. verb.ob eam.Bartol.l.necessariis.de acq. hæ. Afflict. numer.40.post Bald.cap.1.an agna.vel fil.* Immiscere enim facti est: *l. 1. hoc titul.l.cùm antiquioribus. 19. infr. de iur.deliberan.* facta autem non præsumuntur, sed probantur, *l.asseueratio.C.de non numer.pecun.* quare cum eorum abstinentia in non faciendo consistat, absque vlla verborum testificatione & solenni professione, qua vt aditiones, ita repudiationes hæreditatum fiunt, satis defenduntur, donec factum immixtionis vel aditionis contrà probetur: *argum.l.actor Cod. de probat.* nec hîc vlla restitutione habent opus. *l.vltim.supr.de in integr.restit.* Cæterùm si adierint parentum hæreditatem, *l. 2.verb.adiisti.hoc titu.* aut pro hærede se gesserint, *l.1. hoc titu.* atque ita sese ipso facto, puta commorando deinceps in ædibus paternis, immiscuerint, *gloss. l.1.hoc titu.verbor. ob eam.* hæredésque iure ciuili, aut possessione bonorum agnita, effectu hæredes iure prætorio facti sint, & ex hoc damnum fecerint, à damnosa hæreditate, *vt vocatur. l. nec emere. Cod.de iur. delib.* restitui in integrum contra factum, & iterum abstinere possunt: *l.1.hoc t. l.ait.7.§. restitutus.7. de minor.* vel vnius parentis damnosa hæreditate omissa, alterius locupletem successionem retinere aut adire: *l.2.hoc titu.* dummodò ad id creditores, & alij quorum interest, citentur, & omnia solenniter authore iudice peraguntur. *Auth. si omnes. vbi Bal. Sal.h.t.*

SI VT OMISSAM HAEreditatem, vel bonorum possessionem, vel quid aliud acquirant. Tit. XL.

NOn eadem semper est ratio lucri captandi, quæ damni vitandi, *l.vltim.§.licentia. C.de iur.delib.l.vltim.C.de codicill.l.vltim. C. de rep.hæ.* maximè in extraordinariis, & quæ in ius commune incurrunt. *l.sciendum.18.ex quib caus maio.* Nam in damnis faciliùs, in lucro difficiliùs contra ius subuenitur. *l.iuris.7.l.4.de iur. & fac.ignor.* Cæterùm in minoribus non tantùm in ijs, quæ expropriis bonis amiserunt, id est, damnis acceptis, vt si damnosam hæreditatem adierint, succurritur, verumetiam si lucrum, quod capere poterant, omiserint: *l.non omnia.44.l.ait.7.§.hodie.4.eum multis seq.de minor. l.minorib.8.sup. de in integ.rest.* vt si locupletem hæreditatem adierint, succurritur, verumetiam si lucrum, quod capere poterant, omiserint: *l.non omnia.44.l.ait.7.hodie. 4.eum multis seq.de minor. l.minorib.8.supr.de in integ.rest.* vt si locupletem hæreditatem, aut bonorum possessionem oblatam temerè repudiarint: *l.ait.7.§.sed quod.7.de min.* nisi iam res non sit integra: *l.quod si min.24.§.Scæuola.eo.* aut circa eandem hæreditatem sæpius variarint. *l.vlt.vbi Dd. ℸ.de rep.hæ.& l.vltim.§.vbi autem. de bon.quæ lib.*

IN QVIBVS CAVSIS in integrum restitutio necessaria non est. Titulus XLI.

SEd hæc omnia obtinent, cum hæc, de quibus dictum est, gesta contractus negocia valent ipso iure, & minori nisi restituatur nocumento esse possunt. Cæterùm si communi auxilio & mero iure muniatur, non debet ei tribui extraordinarium auxilium, *l.in causæ.16. de minoribus.* Quod non ita accipiendum, quasi vbi præstò est actio ordinaria, huc iri nequeat: nam etiam vel ex hac causa restituitur. *d.l.in causæ.§.1.in verbor. non enim ipso iure, sed per conditionem munitus est.de minorib.tot.tit.supr.si tutor interu.* ne litigare cogatur, quòd interfit eius, litibus & sumptibus non vexari, *l.minorib.6.eod.* verùm hanc habet sententiam, vt quando causa ei integra communi iure seruatur, *l.2.hoc titu.* redintegratione restitutionis non sit opus, *d.l.in causæ §.1.* priuatio enim habitum præsupponit. *l.decẽ.de verb obl.l.nam etsi.ℸ.de iniust.rup.testa.* Quare si contractum nullum gessit, ex quo nihil accepit, neque obligatus fit, nulla est restitutio. *d.l.in causæ.in princ.& §.1.in verb.& generaliter probandũ.vbi contractus non valet.de minorib.* quoniã integra causa vetus superest, cũ quod nullũ est, nullum pariat effectum: *l.1.C.de codic.ob caus.l.5.C.de legib.l.nõ putauit.8.§.non quæuis.2.vbi Bart.de bon. pos.cõt.tab.l.4.§.cõdẽnatũ.4 de re iu.Soc cõs.115.viuebatur.n 15.vol.4.* nec ex eo cõueniri minor, aut lædi possit, *d.l.in caus.l.& eleganter.7.de dol.mal.* vt

hîc etiam desit restitutionis æquitas, *l.verum.11. §.3.de minor.* quæ à læsione sumitur. *l. 4.de in integr. rest.* Sic si sententia contra ipsos lata nulla sit, aut eos non teneat, eadem erit ratio. *l.penult. hoc tit. l contra.54. de re iudic. vbi Dd.* Sed & quia cursus temporalium actionum his non officit, *l.2.l.fin.hoc titul.l.5.ʃ. de temp.in integ.rest.* vt nec mortem patris siuisse inultam. *l. 1.hoc tit.* neque tutores curatorésue petiisse liberis, *l.vlt.sup.si ad delic.* neque debitorem suum non interpellasse: cùm ad moram ex persona minoris, diei lapsus seu tarditas solutionis sufficiat: *l.3.hoc titul.* idcirco facile est intelligere, in istis casibus, quandoquidem in eius integrum sit, nullũ esse locũ restitutioni posse: *d.l.in causa.16.de minor.d.l.& eleganter. 7. de dol.mal.* ac melius sanè intacta minorum iura seruari, quàm post causam vulneratam remedium quæri. *l.vlt.h.t.* Sic si repetere cõdictione indebiti quod solui potest, quid opus fuerit restitutione? *vt l.illud.25.de min.*

QVI ET ADVERSVS quos in integrum restitui non possint. Tit. XLII.

PRæter has causas & aliæ circumstantiæ restitutionem interdum excludunt. Quid enim, si rem prudenter gerens non ætatis vitio, sed fatali aliquo euentu, qui maximè industrios falleret damnum fecerit? *l.verum.11.§.sciendum. 3. de minorib.* Vtique non restituetur contra id quod bene prudenterque gestum est, *l. vlt.ʃ.de in integr. rest.* etiamsi euentum habuerit minus fortunatum. *d.§.sciendum.in l.verum. 11.l. ait.7.6. 5.de minor.* Cæterũ, nisi alia ab aduersario damni causa ostendatur, verius est probata ætate & læsione præsumi minorem ætatis impulsu lapsum, *l.2.l.3.ʃ.si min.se maio.* ac proinde restituendum esse: *l. 1.in verb.si causa cognita circumuentus deprehendatur.hoc titu.* non tamen contra minorem, *l.verum.11.§.vltim.de minorib.* nec aduersus parentem & patronum indistinctè. quod olim controuersum ex Iustiniani decisione, *l.vlt. hoc titu.* in Pandectas quoque relatum videtur. *l. patri.28.§.vlt.h.t. è vaſl.libr.1.cap.14.*

SI MINOR SE MAIOREM dixerit, vel maior probatus fuerit. Tit. XLIII.

SEd etsi minor dolo (errori enim, nisi iuramẽtum accesserit, *l. 3.hoc titul.* ignoscitur, *l. 1. hoc titul.*) hoc est, circumscribendi aduersarij (secus enim, si ab hoc decipiatur, *d. l.3.*) causa maiorem se dixerit, aut apud præsidem probauerit, cessat restitutionis beneficium: quo decetis, non decipientibus in quib. malitia supplet ætatem, *d.l3.* subuenitur. *l.2.h.tit.l.2. ad S.C. Vell.*

SI SAEPIVS IN INTEGRUM restitutio postuletur. Tit. XLIII.

PRæterea si semel in integrũ restitutio petita, nec obtenta, sed per sententiam abiudicata sit, amplius eandem petere non licet, *l.1.l. vltim.hoc titul.* nisi ex nouis defensionibus: *l.2.l. vlt.hoc tit.* sed aut à sententia appellandum: *l.1. hoc titul.* aut si id incautè omissum appellationis duntaxat facultas per restitutionem impetranda. *l.1.in fin.h.t.vt l.ait.7.§.fin.de minorib.*

DE HIS QVI VENIAM ætatis impetrauerunt. Tit. XLV.

SVper hæc si veniam ætatis minor impetrauit, in ea causa est, vt de postea gestis (nam de antè contractis quadriennium ex tempore veniæ impetrari debet, *l.5.ʃ.de in integr.restitut.*) restitui non debeat: *l.1.& tot.hoc titul.* ne qui cum eis contrahunt, principali authoritate circumscribantur. *l. 1. hoc titul.* Impetrant autem veniam mares post 20.annum, fœminæ ab 18.ætatis anno exacto, vt pro maioribus habeantur. dummodo probatum sit (nec enim præsumitur, *l.1.cum seq. de minorib.*) eos illius esse frugis & prudentiæ, vt rem commode suam velut maiores negociando, & c. administrare possint: *l.2.h. tit.* ita tamen, vt prædia sine decreto prohibeantur vel sic alienare, *d. l. 2.* vel hypothecis onerare. *l.3.hoc titul.*

SI MAIOR FACTVM ratum habuerit. Titulus XLVI.

DEnique si maior factus, quod gessit in minore ætate, ratum habuerit, non poterit id quod ratificauit semel, amplius improbare: alioqui maiori contra ratificationem in ætate maiore factam daretur restitutio: quod non est admittendum. *l.1.l.2.hoc titul.l.3.cod.* Ratum autem habetur aut expressè, *l.vnic.vers.nisi specialiter ratum habuerint. ʃ. de contract.ind.* aut tacitè. Expressè vel verbis, scripturis, *d.l.vnic. verb.in scripturis ratũ habuerit.* vel facto: *l.pro hæred.20.l. gerit.88.& passim de acquiren.hæred.* vt ex contractu priore pecuniam, rem exigendo, recipiendo, possidendo. *l.4.vbi glo.C.de rei vend.l.4.C.de pac.int.emp. l. contra. §.si filius.de pac.* Tacitè per silentium quadriennij, *l.vn.vers.tempus præterierit.supr.de contract. iud.* ab ingressu maioris ætatis computãdi, quo extraordinarium restitutionis beneficium excluditur. *l.vlt.ʃ. de temp.in integ.rest.*

teg.rest. licet ordinariæ actiones, quæ non contra ius, vt restituto, sed secundum ius dantur, vt quando decretum non interuenit, aliquanto diutius durent, *l.vlt.ʃ.si maior.fac.alienat.fac.rat. hab. qua de re Menoch. remed. recuper.* 15. nempe quinquennio, *d.l.vlt.supr.de contractibus. iud.* vel decennio. *d.l.vlt.ʃ.si maior.fac.alien. rat.hab.*

VBI ET APVD QVEM cognitio in integrum restitutionis agenda sit. Tit. XLVII.

HActenus de personis & rebus, circa quas restitutiones versantur: nunc de actionibus & iudiciis earum dicamus. Horum initio rectè quæritur, vbi cognitio in integrum restitutionis sit agitanda: quæ prima est in omni iudicio, quæstio, *l sed etsi. 52. de iudic.* vt scilicet coram competente iudice, seu in foro competenti agatur: *tot. titul. ʃ. si à non comp.& tit.de iurisdic.& for. comp.* Est autem & hîc sequenda regula, actorem sequi forum rei oportere: *l.2.l.vltim.hoc titul.* cum enim restitutio distrahat prius gestum: *l. 2.hoc titul.* eadem autem sit natura distractus, quæ est contractus: *l.ab emptione.de pac. l.4 de iust.& iur. Schurff. consil.17.in prin.num.9 & 10. cont.1.* efficitur, vt in contractib. sequitur debitoris forum, *l. 2.l.5.ʃ.de iurisd. c. cùm sit generale.& passim.de for.comp.* sic etiam in restitutionis distractu oportere minorem adire iudicem eius loci, vbi domicilium habent, contra quos restitui petit. *d.l.2.in fin.hoc tit.*

DE REPVTATIONIBVS, quæ fiunt in iudicio in integrum restitutionis. Titulus XLVIII.

QVi restituitur in integrum, sicut in damno morari non debet, cuius nomine restituitur, *l. verum.11.§.3.& passim.de minor.* ita nec in lucro: *l.1.hoc tit cap.1.vbi gloss.eod.* propter quod consequendum nulla datur restitutio, quæ prius ius redintegrat, *l. 2. ʃ. in quibus.caus.rest.* non addit nouum. *l quòd si minor.24.§. Scæuola. 2.de minoribus.* Quicquid igitur hac occasione ad restitutum peruenit, restituere debet, quatenus est locupletior, *d. l. 24. §. restitutio. 4. l. patri. 27.§. 1.eod. gloss.hic verb. restituere. ad l.vnic.hoc titul.* aut dolo quid eius factum est: *l. vnic.in fin. hoc titul.* quia paria sunt, locupletiorem esse, & in dolo hærere, *gloss.vlt.hic l.1.§.an in pupill.m. depos.* qui pro possessore dolosum haberi facit: *cap. pro possessore. de reg. iur.* quia pro possessore dolus est *l.qui dolo.174.de reg. iur.* Sed & in veterem debitorem restituitur actio: *l. vnic.hoc titul.* & quod ad tertium hinc peruenit, reddendum est. *l.alterius.de tutel.& rat.distrahen.glo.hic, verb. debet restitui.*

ETIAM PER PROCVratorem causam in integrum restitutionis agi posse. Tit. XLIX.

CAusæ criminales per procuratorem non rectè peraguntur, *l.vltim.supr.de procur.l.vltim. ʃ. de iniur. l. penultim.§.1.de pub.iud.* velut ciuiles. *tot.tit.ff.& C.de proc.* Eiusmodi restitutionis est causa. *l.Papin.20.de min.* igitur per procuratorem agi potest, *l. vnic.hoc titul. latè Mauric. tract.de in integ.rest.cap.22.23.24.cum seq.* cui nominatim id sit mandatum: *l. illud. 25. §.1.eodem.* hoc est, qui speciale ad id mandatum habeat, *d. l.illud. 25. §. si talis. 1.de minoribus. l. Pomponius, in princip.de procur.coram.ea.sciscitata. vbi gloss.eodem Mauric.d.tract.rest.cap. 23. 24.* cui etiam causam restitutionis inseri vult Bartol. *d.§. si talis. de quo Maur.cap.24.par l.si quis mihi bona. §.sed vtrum.de acq.hær.* Est enim remedium extraordinarium, *l.in causa.16.verb.extraordinarium.eodem.* quod nõ venit in mandatum generale: *d. l.illud.25.in fin. de minorib.* nisi quibusdam eius generis expressis, & subiecta clausula generali super similibus: *cap.4.de procurat.in 6.* & præterquam si incidenter petatur ab eo, qui generale mandatum habet: *l.fin.C.vbi & apud quem.Barto.l.si procurator. de oper.no.nunc.latè Mauric. de in integ.rest.cap.25.* aut nisi petatur per tutorem, œconomum, similésque administratores, *Mauric. eod.tract.cap.27.* qui speciali mandato non habent opus. *l.munerum.§.defensores.de muneribus.*

IN INTEGRVM RESTITUTIONE postulata ne quid noui fiat. Tit. I.

POstulata in integrum restitutione, omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur: *l. vnic.hoc titul.Mauric.de rest.cap. 29.* sicut & aliàs pendente lite. *tot.tit.ʃ.vt lit.penden.* quod iudicis est prouidere. *l.vnic.in fin. hoc tit.* quare nec sententia poterit executioni mandari, quamdiu contrà restitutionis quæstio proposita pendet indiscussa. *l. vnic.hoc tit.l. si causa cognita. verb. suspensum.ʃ. de transact.ca. suscitata.de in integ.rest.de quo copiosè Maur.trac.rest.cap.29.30.*

DE RESTITVTIONE militum, & eorum qui Reip. causa absunt. Tit. LI.

DIctum est de restitutione minorum: videamus, quibus ex causis maiores restituantur: quibus non succurritur ob damnum,

nisi quod dimidiam iusti precij partē excedat: *l.2.C.de rei vend.D.l.3. C.com.vtriuſ. iud.* diſcant enim cautius mercari: *l. 2. J.de fur.* ſed ob aliam iuſtam cauſam, velut abſentiam Reipub. gratia ſuſceptam, ex qua læſi ſunt: *l.2.4.5.hoc titu.* propter quā etiam milites reſtituūtur, *l. l.6 h.t.* eorumque hæredes ex perſona illorum, *l.1.hoc tit.* quia Reipub. cauſa abſunt: *l.3.hoc titul.* quamdiu ſcilicet in expeditione ſunt, *l.vlt.hoc titul.*& cum ex ſua, non alterius perſona, reſtitutionem petunt. *l.pen.hoc titul.*

DE VXORIBVS MILITum, & eorum qui Reipublic. cauſa abſunt. Titulus LII.

MVlieres quamuis non abſint Reip. cauſa, *gl.l.1.verb.ad exemplum. h.tit.* quia munera Reip. publica non ſuſtinent. *l.2.de reg.iur.* tamen quæ cum maritis Reip. vt militiæ cauſa abſentibus peregrinantur & abſunt, ijs ad exemplum militum, & abſentium Reip. cauſa, ſubueniri ſolet, *l.1.2.hoc tit.* quando pro eadem perſona cum maritis habeantur. *cap.admonere. 33.qu.2.ca.debitum.de biga.c.ſtudeat.vbi glo.5.dict.* Quamobrem idem erit & in illorum liberis, patrem comitātibus. *d.ca.ſtudeat. & c.contradicimus.hac authoritate.35.quæſt.3.l.vlt.C.de impub. ſubſt.* ac miniſtris. *Auth.habita.vbi glo.Bal. Rebuf. J.ne fil.pro patre. Dec.l.lecta.nu.13.ſi cert.peta l.adminiſtrantes. §.1.l. non ſolùm. §. qui primipilum. de excuſ.tuto. l.ſemper. §.immunitati.vbi Bar.de iur.immun.*

DE TEMPORIBVS IN integrum reſtitutionis. Tit. LIII.

QVamdiu durat minor ætas, non currunt tempora petendæ reſtitutionis. *l.3.l.5.§.1. h.t.* maiori facto, eiúsque hæredi, ſuperiis duntaxat damnis, quæ in minori fecerat ætate, tantùm intra annum olim vtilem deinceps indulgebatur, *l.1.l.2.l.4.l.5.in fin.h.tit.l.minor.18.§.vlt. cum ll.ſeq. de minorib.* quod ſtatutum tempus appellat. *l. nam poſtea.9.§.ſi minor.3.de iureiur.* Poſt Conſtantinus, ſublato vtili anno, quinque annos Romæ, quatuor in Italia, tres in prouinciis reſtitutioni dedit. *l.vlt.in prin.h.ti. Cuiac.obſer.2. cap.18* Sed diſcrimina hæc vt in aliis Iuſtinianus ſuſtulit, *l.vnic.C.de vſuc. transformam.§.1.Inſtit.de vſucap.l.vn.C.de Lat.lib.* ſic etiā hac in parte: voluitq; ad reſtitutionē adulto poſt ætatē minorē indiſtinctè quadriennium dari, *l. vlt.h.t.* ſicut & maiori, ex alia quā ætatis cauſa reſtitutionē petēti, intra quadrienniū à tēpore ſciētiæ computandum: *glo.l.ſi partem.19.§.ſi per fundum.l.ſi ſic.7. vbi Caſtr.quem ſcr.amitt. & gl.vlt.l.2.vbi Dd.C.de*

A *iur.emphyt.dixi conſ.42.num.38.* ſic tamen, vt illud non currat minoribus maiori ſuccedentibus, *l.5. h.tit.l.vnic.§.ad dot.*vt nec aliæ temporales. *l.vlt. ſup.in quib.cauſ.in integ. reſtit.* aut maiorib. Reip. cauſa abſentibus, *l.3.ſupr. de reſt. milit.* vel aliter impeditis. *l.vlt in fi.h.t.qua de re dixi conſ.42.circa finem.* An verò & quomodo tempus hoc currat ciuitati vel eccleſiæ, vide apud Panor. *c.1.cū ſequ. de in integ.reſtit.c.1.de præſcr.Dd.l.4.J.ſi.1.*

B

QVIBVS EX CAVSIS maiores in integrum reſtituantur. Tit. LIIII.

NOn tantùm minores reſtituuntur ob damnum ætatis infirmitate factum, *l.nam poſtea.9.§.ſi minor 3.de iureiur.* ſed maiores: *tot.hoc ti. & ff. eod.* quæ & ipſa reſtitutio eſt priſtini iuris redintegratio *l.1.ſupr.ſi ad.tranſact.* extraordinaria, *l.3.verb officio iudicis.h.tit.l.4.vbi gloſſ. & Dd. ff.de in integr.reſtit.l.ſi quis.43.verb officium prætoris. de in integ.reſt.Iaſ.nume.81.poſt Ang.§.rurſus.Inſtit. de act.* ſimilis minorū reſtitutioni, *l. vlt.in fin.§. titul.1.*arbitraria. *l.non enim. 16. verſ. toto arbitrio prætoris temperabitur.eo.* Cauſa eſt prætoris edictū. *l.1.l.item.21.l.ait prætor.23.l.ſed etſi.26. in princ. & §.pen. & paſſim,eod.* Impulſiua, æquitas, *l.ſed etſi. 26.§.penul. verſ.quoties æquitas reſtitutionem ſuggerit.eod.*ex iuſta cauſa: *l.1.in fi.ff.ex quib.cauſ.maio.*

D *l.4.de in integ.reſt.* vt ſi per abſentiam detrimentum acceperint, vel Reip. cauſa ſuſceptam, & legationis, *l.1.hoc tit* vel alterius impedimēti probabilis, vt carceris, *l.2.h.t.Philip.Porc.conſ.1.Molin.conſil.19. viſis. per totum,* captiuitatis hoſtilis, *l.5.hoc tit.*ac ſimilium *de quib.l.ſi quis caut. & paſſim.ff. eod.* Semper enim reſtauratio datur ex iuſta cauſa. *l.7.§.vlt.de minor.* Et generaliter, quotieſcunq; quis ex neceſſitate, non voluntate abfuit, dici opus ei ſubueniendum, etiam cùm ex

E voluntate abeſt, ex iuſta tamen cauſa, puta ſtudiorum. *l.nes non.28 eod.* Eſt & dolus aduerſarij, iuſta reſtitutionis huius cauſa. *Tiraqu. de retract. prox.§.35.gl.12.nu.6.per l. cùm proponas. C.de naut. fœno. l. qui officij. §.vlt.de contrah.empt.l.1.§.ſi reus. l.vl.§.ſed etſi.de eo per quē fac.erit.* Reſpub. quoque minorum iure vtitur, & reſtitutionē impetrat, *l.4.h.t.l.3.J.de iur.Reip.libr.11.*ſicut & Eccleſia, *l. 1.2.3. de in integ.reſt vbi Panorm & Dd.quo loco & J.de iure Reip.lib.11. commodiùs id exequemur.* Materia huius reſtitutionis ſimiliter eſt damnum, *l, vlt.verſ.ſi aliquid damni.eod.* quod aliàs paſſurus non erat, *l u qui.44. eod.* non modicum, propter quod quis reſtituatur, *l. 4.de in integr. reſt.l.3.vbi Dd.J. com. vtriuſq; iud.* ſiue in iudicio acceptum, *l.1.hoc ti.*ſiue in arbitrio, *l.2.h.t.*ſiue extra iudicū in contractibus factum. *l.3.h.tit.l.3.J.com.vtriuſq; iud.* Dāni nomine non venit hoc in argumento extraordinario & odioſo propter reſciſſionem, *l.in honorarijs.34.verſ. ſed cum reſciſſa.de obligat. & act.*lucri amiſſio, *l.ſciendum.18.eod.* vt aliàs in ordinariis. *l.2.in fi.de eo quod cert.lo.l. vn.C.vbi conu.*

G *quē*

qui certo loc. dare prom. Sicut enim prætor abſentes vel ſimiles affici damno non vult, ſic nec lucrum eos facere patitur: *l.ergo.22.eo.* iuxta tamen diſtinctionē. *l.& ſine.27.eo.*Forma, vt petatur officio iudicis implorato, *l.2.h.t.* & cauſa cognita, *l.3.h.t.*ac probata: *l.2.h.tit.*nec enim præſumitur. *Bartol.l.inter omnes.§.rectè.de furt. Tiraqu.de pœnis. ca.ſ.43.nu.9.*Finis, vt ſubueniatur iis, qui nō ſua, ſed aliena culpa, vel fatali neceſſitate damnum paſſi ſunt. Effectus, quòd totum ius vetus hac reſtitutione inſtauretur, *l.1.h.tit.* & vtiles etiam

B actiones in rem reſtituto dentur. *l.5. hoc titu.l.nec vtilem.20.eod.* Adiacet bona fides, *l.1.verb.ſi bona fide.h.t.*æquitas. *l.1.in fin.vbi Dd.eod.l.4 l. penu.& paſſim de in integ.reſt.* Affinis reſtitutio minorū, *l.vlt.in fin.ſup.de temp.in integ.reſt.* Reipub. *l.4.hoc ti:* Eccleſiæ, *c.1.2 3.de in integ.reſt.* Contraria, dolus malus: *l.ſed etſi 26.§.ait.4. verſicul.adycitur ſine dolo malo ipſius.* videlicet vt ſi dolus ipſius interuenit, non ei ſuccurratur, *eod.* & culpa reſtitutionem petētis, *l.4.verb.ſine dolo malo. cum ll.ſequ. eod.* & negligentia. *l.non enim negligentib.16.eod.* vel aliud delictum: *l.ſed etſi.26.§.ait.4.verſ.delinquentibus prætor non ſubuenit. eod.* item renunciatio, *l.ſi intra.6.§.de in integ.reſt.gl. & Dd.l.4.C.de pact.* defenſio idonea, *l.is qui.39. l.item.21.cum ll. ſeq. eod.*præſcriptio. *l.vlt.§.tit.1.*

DE ALIENATIONE IVdicij mutandi cauſa facta. Tit. LV.

ALienatione, quæ ſignificat dominij tranſlationem. *l.1.C.de fund.do.*& ſimilia, *de quib. vlt.C.de reb.alien.non alien.cap.1.3. de reb.Eccleſ. non alien.*inter viuos tamen, *l.ex hoc.8.§ vltim.ff. eod.hoc titul* etiam iudicij mutandi cauſa fraudulenter celebrata, in integrum reſtitutio edicto perpetuo permittitur: *l,3.§.ex quib.4.eod.*vt ſi rē,

E ne ſecum ageretur, qui poſſidebat, venundedit & tradidit. *l.vnic.h.t.* Nec enim modò tum res à poſſeſſore vindicari poteſt. *l.vnic. h.t.*verùm datur etiam actio reſtitutoria, *Cuiac.obſ lib.10 ca.3.* prætoria, *l.communus.24 §.1.com. diuid.*& ideo annalis, *l.vel poſt annum.6.ff.eo.*in factum: *l.1.in fin. eod.*non pœnalis tamen, reſpectu agentis, ſed rei perſecutoria, *l.4.§.vlt.eod.* arbitraria. *d.l.4.§.vlt.* vtilis, *l.nam etſi.10.eo.*in eū qui ſic alienauit fraudulenter, tanquā poſſeſſorem, *l.ſi bona.12.de nox.*

F *act.*quod fecit ne ſecum ageretur. *d. l.communis. 24.in fin.com.diuid.* Eſt igitur hæc actio ex cauſa doli, & ex delicto datur eius qui conuenitur: *Cuiac.obſ.lib.13.c.37. l.1.verſ.id q; data opera in fraudem fecerit.eod.l.nam etſi.verſ. conſilium huius fraudis inire.eo.* atq; ideo in hæredem non datur, *l.4. §.vlt.eod.*niſi quatenus ad eum peruenerit: *l. quia pertinet. 7. de alien.iud. mut. cauſ.* at hæredi datur: *d.l.4.§.vlt.* quia reſpectu agentis, rei, id eſt, damni, & eius quod intereſt perſecutionem cōtinet.

G *d.l.4.§.vlt.l.quia.7.eod.* Pertinet autē tantùm ad actiones in rem aut miſtas, non ad perſonales:

A *Cuiac.obſ.lib.10.c.3.*nec enim debitor alienare ius quo creditori tenetur, poteſt. *l.1.C.de nouat. debitorum.25.C.de pact.* at hic, nempe creditor, qui agere & exigere debitum ſibi poteſt, cedere ius hoc ſuum poteſt. *l.1.C.de nouat.*quod quidem ſi fiat in fraudem aduerſarij, ad antagoniſtam illi duriorem conſtituēdum, erit locus huic edicto. *l.non ſolùm.§.1.l.pen.l.vlt.eod.* Forma huius reſtitutionis eſt, vt agatur in factum cōtra eum, qui in fraudem alienauit, *l.1.l.3.§.vlt.eod.*quanti noſtra interſit, alium aduerſarium non habuiſſe: *d. l.1 l.item.4.§.4 & vlt. eod.* aut (in quo vis huius reſtitutionis præcipua) vt patiatur ſecum priſtina actione vtiliter agi, perequè atque ſi poſſideret: *l.3.§.vlt.eo l.ſi bona. 12.de nox.act.l.communu. 24.§.vlt. com. diuidun.* aut ſi actor ius ſuum fraudulenter iudicij mutandi cauſa alienauit, vt prior ipſe alienator agat, *l.pen.eod.* & agere vetetur is, in quem hac fraude ſit alienatum. *l.vltim.h.tit.*

B quod interpretatur Cuiac. *obſ.lib.10.cap.3.*ſi velit vti iure aliquo vel priuilegio ſuo proprio, vt militari: *l. pen.eod.* non ſi iure cedentis communi ad quantitatē precij, ſi quo fortè actio ſit empta; *l.pen.l. vlt.J.mand.* ſicut emi vendi poteſt. *l. 4.com ll.ſeqq.de hær.vel act.ven.l.3.l.pen.l.vlt.C.ex tit.* Finis, ne alterius conditio fiat deterior ex alieno facto. *l.1.in princ.ff.eo.l.non debet. de reg.iur.*

DE RECEPTIS ARBItrijs. Tit. LVI.

D

1 *Continuatio tituli.*
2 *Recipendi verbū quid denotet: quid item Compromiſſum, Arbitriū, &c.*
3 *Quid arbiter, & quomodo à iudice differat, & arbitrorum genera, num.6.*
4 *Propria compromiſſi.*
5 *Partes, ſpecies, & cauſſæ: num.7.*
E 8 *Qui compromittere poſſint vel non: & in quos: & quibus de rebus.*
9 *Forma, finis, adiacentia, affinia, contraria: & nume.10.11.12.13.*

PRiuſquam † in iudicium litigatores detrudātur, iudex vt vir bonus, *l.vir bonus.18. iud. ſol.l.continuus.137.§. cum ita.3. de verbor. obligat.l. ſed ſi vnius.17 .§. ait prætor. 5. verb.arbitratu iudicis quaſi boni viri.de iniur.Bartol.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum. nu.4.proſoc.* operam dare debet, ac ſolet, vt res arbitrio componatur: *d.l.ſed ſi vnius.§.ait prætor.§.1.in Auth.vt diff.iud.c.vlt.vbi gl.de tranſact.c.diſcordantes.cum ſeq. diſt. 90* quo & ipſo tāquā cōpromiſſo iudicia initio conformari receptū eſt: *l.2.§.ſed quia.verb.iudices licet ex cōpromiſſo cognoſcāt.J.de iura.calum.* de quo ſtatutis quoq; locorū caueri ſolet, *Iaſ.l.ſi cauſa.32.n.3.4.§.de trāſact.*præſertim inter cōiunctos aut vicinos. *Iaſ.l. eleganter.in prin.3.de cēdic.mdeb.Blāc.in trac.de cōpro.in pr.& paſſim.* Præmittitur ergo tractatui de iudiciis rectè titulus de Receptis arbitris, vt in

edicto, Qui arbitrium receperit:*l.3.§.1.ait Prætor.2.l Pomponius.13.§.2.eod.*aut,vt alia exemplaria habent, quod sequuntur Decretales,*tit.eo.de arbit.* De receptis arbitriis.*vt in l.rem non nouam.12.infrà.de iudic.*

2 ¶ Recipere Latinis inter alia significat promittere, *l. 1. nau. caupo stab.l.qui fundum.205. de verbor.signifi.* vnde Iustinianus receptum interpretatur compromissum, *l. rem non nouam. 12. verb. qui ex recepto., hoc est, compromisso.* ℑ*.de iudic.* quod ex eo dictum,quia litigatores se sententiæ arbitri staturos compromittant.*l 1.verb.inuicem promittunt.hoc ti.Cic.epist.29.ad Cornif.lib 12.*Vnde compromissum facere, est ex compromisso ad arbitrum ire, *l.societatem.76. §.1. ff.pro socio.* aut de re aliqua arbitrio subiicienda,cõpromittere,*l.de his. 46.l.si compromissum.47. l.sed etsi.49. eodem.* addita per stipulationem pœna,quæ soluenda sit ab eo qui non paruerit: *l.1.2.l.sed si.9. hoc tit.*quod compromissum iure perfectum dicetur,*l.1.hoc tit.* & distinguitur ab arbitrio recepto,quod sine pœna esse poterit. *l. rem nõ nouam. 12.§.1.2.Cod.de iudic.l vlt. C.vbi & apud quo..l.4. hoc tit. de quo Spec.eod. §.num.1. per l. pen. hoc titul. l.diem.27. in fin.eod.* Ac ipsum compromittendi verbum stipulationem denotat, *§. si scriptum. Inst. de inutil. stip.l.sciendum. de verb. obl.* sine qua non constat arbitrium,*l.litigatores 11. cum l. seqq. eod.* Designat igitur hoc formam: vt cum iudex ex consensu datus dicitur: ad causam efficientẽ respectus habetur:*l.quidam.57. de re iud.* Sed quia forma dat esse rei, *l.Iulianus6. §.2. ad exhib.*rectius & crebrius cõpromittere,quàm consentire aut conuenire,quæ latiùs patent.*l.1. in fi.de pac.* Compromissum etiam sentẽtiam arbitri significat,*l.2. eo.* quam nostri Laudum vocant,*Bald.l. vltim: §. sed etsi.num.6. com.de legat.* & ἐν πλάτει quodlibet arbitrium,*l.diem.27. §.vlt.eod.l pen. hoc tit.* vnde arbiter iudex à potestate iudicandi,*l.2. §.sed quia veremur. C. de iur.prop. cal. dan.* etiam compromissarius dicitur, *l.cum lege.41.ff. eod.l.pen, suc. de pac. l. vltim.*ℑ*.de test.b.l.pen.de iudic.* & arbiter ex compromisso sumptus,*l. arbiter.33. l.arbiter.50. eod.* ad quem ex compromisso eatur.*d.l.societatem.27. §.2.pro soc.* Arbitrari & arbitrium significant opinionem & sententiam boni viri ex æquo bono desumptam, *l.in personam.23. §.1.de reg.iur.l.1. de legat.2. l.hæc venditio. 8. de contrah. empt.*non astrictam iuris formulis ac angustiis. *Cic.pro Sex.Ros.lib. 3. Off. Boet. in Top.Seneca. lib.3. de clem.& de benef.*Vnde iudicium bonæ fidei arbitrium dicitur:eiusq; iudex Arbiter:*l.1. in fin.de colla. d.l.Mæuius.52. §. arbiter.fam.her.l.in ipsius.5. l.si diuisionem.13. C.eo.tit. l.is.qui.31. com.diuidun.l.pro socio.38. pro soc.l.2. 3. C.arb.tut.l.vlt. C.de appellat.* sicut & in arbitrariis.*l.item.14. §.hoc autem.4. quod met. caus. l. vicinus.14. de aq.pluu. arc.* Eadem ratione compromissarius hic iudex arbiter perhibetur, qui sic eliguntur vt liberam habeant de re statuendi potestatem *l.item.17. §.2. l.quatenus.19. versi.ul. quod sibi videtur. eod.* ex bono & æquo: *gloss. & Dd.l.1.eod.Felin.cap.1. num.3.de pact.Bal.l.1.de euict.* quantumuis quoad ordinem & processus rationem ad similitudinem iudiciorum redigatur.*l.1.eod.*Compromissum igitur est mutua stipulatio vel contractus *Maran. Specu.aur parte 4. distinct.14. numer.3. Bald.l.1. in fin.eod.* innominatus, *Bal.l. in rub.Cod. de rer. permuta. numer. 5.* quo litigatores rem controuersam arbitrio,seq; stare velle sententiæ arbitri sub certa pœna vel alia cautione compromittunt.*l.1. l.4. l.5. hoc tit. d.l.rem non nouam.12.* ℑ*.de iudic.l.diem.27. §.vltim.eodem.*

3 ¶Arbiter iudex qui ex compromisso cognoscit.*l.2. §.sed quia veremur. C. de iur. prop. calum. dan.* Iudex ἐν πλάτει ex consensu electus, datus, acceptus.*l.quidam.57. de re iudic. l. properandum. 11. §.pen.l. rem non nouam.12.* ℑ*.de iud.* vel potius non iudex, vt volunt, ordinarius,*l.sed etsi.9.§.si quis iudex. eod.* sed priuato litigantium consensu delectus,disceptator atque cognitor,aliquis priuatus, qui sua se sententia finem controuersiæ impositurum recipit:*l.3. §.vltim. eod.l.1. l. vltim. & passim, hoc tit.* qui proculdubio distat à iudice etiam consentientibus dato: de quo loqui videtur d.l.quidam, cum simil. quantum scilicet iurisdictio iudiciúmque ab arbitrio distat. *l.priuatorum.C.de iurisdict.*

4 ¶ Propria,quòd compromissum sit ac esse debeat liberum,respectu causæ efficientis, *l. item. 17. §.1. eod.*& effectus, hoc est pronunciationis: *l.qualem.19. eod.*respectu processus & ordinis simile iudiciorum, *l.1. eod. l. rem non nouam.*ℑ*.de iudic.* etiam respectu finis & sententiæ congruens æquitati legum, ac rationis naturalis: *Menoch.lib.1. de arb.iud.quæst.13.* æquale, *l.quid tamen.21. vbi gloss.l.si cum dies. §.pen.l.Pædius.§.in seruum. l. idem Pomponius. vbi Bart. eod.Dyn. c. in iudiciis.nu.3. de reg.iur.in 6. Spec.de arb. §. differt. num.12. Menoch.de arb. iud.lib.1. quæst.13. num.7* stricti iuris,*gl.vlt.c.vlt.eod.Socin.consil.30. num.1. vol.1. Corn.cons.233. videtur.vol.4.* extraordinarium,*Blanc.de compro. quæst.2. num.41* personale, *l.in compromissu.45. l.non distinguemus.32. § si diu. 16.eod.*nec transiens in hæredes,*l.diem.27. §.1. d.l.non distinguemus.§. 2. eod.c.vlt. eod.* nisi horum facta sit in pactione mentio: *d. l. non distinguemus.§.si diu.16. l.si compromissum.47. l sed &.49. §.vlt.eod.c.vlt.eod.* aut respectu dignitatis,officij, muneris, sit in personam compromissum, quo casu in successorem transit.*c.in præsentia.vbi Felin.num.1.cum sequen.de probat.Bald.c.1.num.9. de inuest.in mar.fac.*

¶ Partes compromissi respectu conuentionis, 5 mutua promissio litigatorum:*l.1.hoc tit.verb.mutuo promittunt.*receptio arbitri,*l.3. § penul.l.penul. eodem.*pœnalis stipulatio.*l.litigatores.11.§.2.l.non autem.28. l.diem.27.§.vlt.eod.*respectu ordinis & finis,omnes iudicij partes:vt libelli oblatio,*Bar. Bal.num.8. auth.offeratur. C.de litis contest.* citatio, *l.quid tamen.21.§.si arbiter. 9.l.diem. 27. §.si quis. 4. cum §.seq. eod.Socin.de cita.artic.7. num.47.*litis contestatio: *l.rem non nouam. 12. infrà. de iudic. gloss.*

*gloss. l.1. verb. cùm iudex.infrà. de lit.contesta.Baldus,& Dd.ibidem. ac l.1 de rec.arbitr. Canon.in c. Quintauallis. de iureiurand. Specul. eodem.§. nunc tractemus.Bartol.d.authen. offeratur. in fin. Cod. de litis contest.Soc.latè c. vnic.num.10. vt lite non contest.*deinde reliqua quæ litis contestationem sequuntur,exceptiones, probationes,*gloss.& Dd. d.l.1.eodem.* sententia. *d. l.diem.§.stari. eod.cap. in rebus.ext.eodem.* A causa efficiente diuidere licet, vt sit compromissum aut Voluntarium ex partium electione, aut Necessarium ex iudicis commissione,*l.omnes.9.C. de fer.vt l.apertissimi. 14.infrà.de indic. l. arbitro. 9. cum l.seq. qui satisd. cogan.*vel statuto, quod Statutarium dici potest: *Panorm.cap. cùm dilectus.num. 6.eodem. Iason.l.si causa.32.num.4.5.sup.de trans & l eleganter.numer. 3.de cond.ind. Maran. Specul.aur. parte 4. distinct. 14.numer.3.*vel consuetudine familiæ, quod familiare liceat appellare. *Blanc.de compro. quæstio.2 numer.41.de.quorum discrimine Mynsing. obseru. 68. centur. 4.* A materia, compromissum speciale, generale, plenum.*l.de rebus.43.l.quid tamen.§.plenum.6.eodem.*A forma,aliud conuentum,aliud stipulatum, *l. litigatores. 11. §.2. & 3. eodem.*aliud iuratum *l. 4. hoc tit.* Ab euentu aliud Appellatione suspensum, aliud Homologatum.*l.4.§.vlt.l.5.h.t.*

6 ¶ Arbitri sunt aut iuris,*d.l.apertissimi.infrà. de iud.d.l.9.10 qui satisd.cogan.*aut Voluntarij.*Bald. l.libera.numer.7.Cod.de sentent.* Horum duo genera ponit I. C. *in l. si societatem. 77. §.1.pro socio.& gloss Authen.si verò. verb. compulsionem. infrà.de iudic.* pro subiecta nimirum societatis,de qua tractat, materia: vbi vel in arbitros compromitti solet,qui secũdum iuris ordinem procedant, *l. 1. eodem.* vel in arbitratores,qui tanquam compositores & transactores, *Authen.si verò,infrà,de iudic.* nullo iuris ordine, nec ex iure, sed de facto disceptent, *l.si quis arbitratu. vbi Bartol.numer.8.9.de verbor. oblig. & d.l. si societatem.§.arbitrorum.cum ll seqq.pro socio. Bartol. l. 2. num. 2.sup. vbi & apud quem.* sine aliqua iudicij figura ac similitudine. *Imol.& Dd.cap.Quintauallis.numer. 7.de iureiurand. Maran. parte iudic.4.distinct.15.numer. 3. Zas. de feud. alien.numer.20.Iacob.in inuest. verb. & cum parte. numer. 10.Dec. consil 60. Alexand. consil 82. volum. 1.* In dubio tamen potius in arbitrium, quàm arbitratorem intelligitur compromitti. *Specul. de arbitr.§ vltim. numer. 10. Innocent. cap. Quintauallis. numer. 7. de iureiurand. Blanc. de compro.parte 1. num. 29.* quia contrahentes intelliguntur se iuri magis voluisse conformare.*Corne.consil.190.pluris.in fin.parte 4. per l. si prius. 17 §.1.de aq.pluu.arcen.Socin. consil.19. adsit. numer.6. volum.1.*

7 ¶ Causa voluntarij,voluntas in id conuenientium. *l.3.§.1.eodem. l.rem non nouam. 12. infrà. de iudic.* Necessarij,lex,*l.apertissimi.14. infrà. de iudic.*statutum,*Bartol. l.prætor. num.1.2.de tutor.dat.* coactio,decretum iudicis, *l.arbitro. 9. cum l. seq. qui satisd.cogan.l.6.sup.de aduoca.diu.iud.* ex causa præsertim publica, *Bartol. d.l.prætor.numer.2. de tutor.& curat.datis. Bartol. l. furti. 6. §. qui iussu. numer. 2. de his qui not. infam. Iason. l quidam existimauerunt.numer. 7. 8. si cert. petat.* ad petitionem partis. *Blanc. de compro.quæst. 3. numer. 58. quæst.5.numer.1.& 2.* Regulariter enim partes inuitas ad arbitrium cogere non potest. *Bartol. d.l.prætor.d.l.furti. §. qui iussu. Iason.d. l. quidam. existimauerunt. Bald.l.ex stipulatione.infrà. de sent. vbi Bald. numer. 7. ait compromissum à iudice potius suaderi quàm imperari.* Nam quod debet fieri ex voluntate, non est imponendum ex necessitate. *l. solent. vbi Bartol. in princ. de offic. procons.* Sed hoc accipiendum, vt in contractibus de initio:*l.sicut.infrà. de actionibus.* nam semel susceptum cogitur arbiter exequi, *l.3.§.pen. eod.*ex recepto: *l.rem non nouam. 12. infrà. de iudic.*nisi iustam probet excusationis causam: *l.licet.16 eod.* & eidem stare conuento partes adiguntur.*l.diem.§.stari.eo.l.1.h.t.*

¶ Compromittere omnes possunt qui non 8 prohibentur, etiam forenses,*l.non distinguemus. 32. §.item.8. eodem. Blanc.de compro.quæst.3. num. 45* Iudæi,*Blanc.ibidem,numer.47.*filiusfamiliâs *Hostien. eodem. per l. licet.§. si seruus. §. sed filius. de pecul. Bartol.l.fin.§.necessitate. Cod..de bon.quæ lib. Blanc.de compro. quæst.3. numer.43.* prælatus, *Alexand. consil. 32. opportunè.numer. 5. volum.2.* vasallus, *Iacob. in inuest.verb & cum parte. numer. 20.* tutor, curator,& quilibet administrator,cui libera administratio rerum compromissa est. *l.procurator.58. de procurat. cap per tuas. eodem. Dd.l.præses.12. Cod.de transact. l si plures. de pac. Blanc. de compro. quæst.3. numer.39.* Prohibentur alij propter dementiam,*l.diem.27. §.coram.5. & penultim.eod.*alij ob infirmitatem ætatis,*d. §. penultim.l.si pupillus.35. eodem.l.3.verb.commisisse. vbi gloss.hoc tit.* alij ob statum,vt seruus: *l.non distinguemus.32.§.si seruus.7.* alij ob sexum, vt mulier in causa aliena, *d.leg.non distinguemus. §. 1. eodem. l.vltim. hoc titul.* Sic etiam in omnes compromitti potest, quibus id non prohibeatur, *l.3.§. vltim. cum l. sequent. eodem. capite inter. de translat.episcop. Blanc. de compro.quæst. 2. numer. 2.*cuiuscunque dignitatis, *l.3. cum l. seq.eodem.* vel existimationis: *l. Pædius.7. eodem. Blanc. de compro.quæst.2.numer.8. & 13.* vnum vel plures, etiam filiosfam. *l.5.6. eodem.* ecclesiasticos & laicos,*c.per tuas.9.c.exposita, 11. eodem. Mynsing. obser.67.centur. 2.* militares, paganos: *l.certi,15. Cod. de iudic.* numero potius impari quàm pari, *capite primo,eodem.*propter naturalem hominum ad dissentiendum procliuitatem: *l item, 17. §.si in duos.3.eodem.*vt orta dissensione plurium sententia præualere possit.*l.diem.27.§ si plures.3.eodem.* Nam alij absque aliis arbitrari nequeunt, licet discrepare sententiis possint.*l.item.17.§.vltim.l sicut.18.de recep.arbitr.* Vetitum autem est compromittere in seruos,*l. Pædius.7.cum ll.seq. eodem.*in pupillum,furiosum,*l.sed si 9.§.1.eodem.* surdum, mutum, cæcum, *d.l. leg.sed si §. 1. eodem.*minorem 18. annis, iure ciuili: *vt volunt*

gloss. & Dd. l.quidam.57. verb. sed etsi ex consensu iudex datus sit. de re iudic. minorem 20.annis, iure canonico: *c.cum vigesimum.41. vbi gloss. & Dd. de offic. deleg. Specul. de arbitr. §. potest.* quod verius videtur etiam iure ciuili. *l.cum lege.41. eod. Blanc. de compro. quæst.2. numer.* 22. Nam d. l. quidam, non loquitur de arbitro, sed de iudice delegato, consentientibus dato, ab eo qui ius dandi habeat. Sed nec in fœminam rectè compromittitur, *l. vltim. hoc tit.* nisi iurisdictionem habeat ordinariam: *c.4. eodem.* non tamen ordinarius sit causæ, de qua compromittitur, iudex *l sed si 9.§.si quis.2. eodem. vbi gloss. & Dd.* quanquam tex. *in l. sed si 9. §.si quis eodem.* de legato loquatur, & in ordinarium rectè compromitti ostendit. *l.3. in fin. cum ll. sequen. eodem.* Quod Canonistæ sequuntur. *Panorm. c. cùm tempore. 5. num.6. eodem. c. cùm causam. de elect. c. veniens. 16. de iureiurand. Guid. Pap. decis.69.* adeò, vt & in delegatum compromitti permittant: *cap. 1. de præsumpt. c. vltim. eodem. cap. nisi. 21. de præben. Blanc. de compro. parte. 2. numer.* 47. 50. ante iudicium tamen cœptum. *Blanc. de compro. parte. 2. num.* 41. *cum seq.* Sed de omnibus rebus controuersis vna vel pluribus compromitti potest: *l. de rebus.33. l. Pomponius.13. de recep. arbit.* quæ sint facti, non iuris, *l. cum proponas.9 vbi Salic. Cod. de rebus cred.* nisi ipsum quoque ius sit incertum. *Blanc. de compro. quæst.4. num.1.2.* Item de ipsa quæstione compromittendi, *Blanc. eod. quæst. 5. numer. 7.* dummodo sit itidem controuersa: de rebus enim claris, vt transactis, iuratis, iudicatis, frustrà compromittitur. *l. eleganter.27. vbi gloss. & Dd. de cond. indeb. Blanc. de compro. quæstio.4. num.4.5.6. l. post rem.11. vbi Iason. de transact.* Nam qua de re transigi nequit, de eadem nec compromitti: *Bartol. l. ius dandi. de tutor. & curator. dat. Blanc. de compro. quæst.4. num.7.* vt de alimentis, *Iason. l. de alimentis. in prin. C. de transac.* rebus alienari prohibitis. *Auth. res quæ. C. de fideicom.* velut emphyteusi, feudo, *Blanc. d. q.4. nu. 28. Cur. de feu. parte 4. Dec. cons.39. iuridicam. num. 2.3.* causis spiritualibus, *c. contingit.8. eodem. in* laicum, *Dd. ibidem, Guid. Pap. decis.69. num.2. Blanc. quæst.2. num.62. & quæst.4. num.7.8.* perniciosis Ecclesiæ, Reipub. *ca.3. eodem.* criminalibus, popularibus, liberalibus. *l. non distinguemus. 32.§.5.§. de liberali 6. eod. l. si qui.8. C. de episc. aud. de quibus plura. Blanc. de compro. q.4. nu. 11.12.*

9 ¶ Formam arbitrium ex conuentione capit: *l. non distinguemus.32.§. de off.14.§. vlt. eo.* sic tamẽ vt semper inclusam habeat necessitatẽ definiẽdi, nõ tantùm experiundi: *l. Pomp.13.§.1. eo.* quod si nihil conuentum specialiter, ad ordinem iudiciorum informatur, *l.1. eodem.* secundum consuetudinem & statuta cuiusque loci. *Specul. eod. §. vltim. num.1. §. differt. num.2. 12. §. excipitur. numer.9.11. 12. Innoc. c. Quintauallis. num.7. de iureiur. Maran. in Spec. parte.4. distinct.14. nu 2. Blanc. parte.1. num.20.29. & quæst.2. num.47.*

20 ¶ Finem compromissi monstrat I C. aiens, illud non differendarum, sed tollendarum litium causa fieri: *l. quamuis.37. eodem.* pertinet enim ad lites finiendas, *l.1. hoc tit.* rem terminandam. *l. inter.44. eodem.* arbitrio cognitoris. *l. non distinguemus.32. §. quæsitum.15. eodem.* Quocirca non potest arbiter iubere ad alium arbitrum iri, ne finis non sit. *d. §. quæsitum. 15.* & pœna quoque solet adiici, vt eius metu, sententiæ qualicunque stetur: *l. 1. hoc tit. l. diem.27. §. stari. 2. eodem.* nam olim aliàs non erat ex arbitrio actio, vel exceptio. *l.2. 3. eodem.* Hodie est, si non sit intra decẽdium ab alterutra parte contradictum, *l.4. l penult. hoc tit.* non quidem appellando, *l. 1. hoc tit.* præterquam ab arbitrio iuris, *Blanc. quæstio.5. numer.8.* sed ad arbitrium boni viri reducendo. *l. penultim. eodem. c. per tuas.9. eodem.* Cæterùm quin oritur ex sententia nunc arbitri exceptio atque actio. *Iason. l.5. numer.45. de iustit. & iur.* peræquè ac ex sententia, *l. actori.8. Cod. de rebus cred. Iason. præalleg. loc.* ad interesse, *cap. per tuas.9 eodem.* vel vt præcisè officio iudicis cogatur parere: *c.2. eodem.* quæ tamen omnia nihil officiunt tertio: *iuxta reg. res inter alios acta. tot. tit. res int. al. & quibus res iudic. l. sæpe. de re iudic.* Nam vt ait Sabinus, non potest arbiter inter alios iudicando alterius ius mutare. *l. Sabinus.31. in fin. de vsufruct. legat.*

¶ Adiacent locus honestus, tutus, competens, 11
l. quid tamen.21. §. si arbiter.9. eodem. tempus legitimum, non feriatum, *l. si feriatus 36. eodem.* idoneum, iustum, *l. Pomponius.13. §. vlt. cum ll. sequen. l. quid tamen.21. l. Labeo.25. l. arbiter.13. eod. Guid. Papæ quæst.69.* 310. sumptus ab vtraque parte præstandi. *Guid. Papæ decis.68. Specul. de salar. §. 1. numer.2.* salarium, aut conuentum, aut legitimum duorum aureorum. *l. in sacris. vers. in arbitrium. Co. de prox. sacro. scrinio. Guid. Papæ decis.68. num.7.*

¶ Affinia compromissis, iudicia, *l. 1. eodem.* & 12
ordinariæ actiones: *l. non distinguemus.32. §. item. 8. eo.* vnde quando non potest dari ratio diuersitatis procedit à simili argumentum: *Io. Andr. ad Spec. de salar. §.1. in fi. Euerar. loco lega. à iud. ad arbitraria, per to.* arbitramenta, *l si societatem. §. arbitrorum. pro soc. vbi Bar. & Dd.* transactiones: *Ias. & alij d. l si causa. C. de transac.* vnde quoque mutua & reciprocans ducitur ratiocinatio. *Bar. Bal. & Dd l. post rem. de transac. l. si diuersa. l. si causa. eo. t. Blan de compro. q.4. n.22.*

¶ Contraria putantur, quæ litis impediunt ingressum *de quib. c.1. de lit con. in 6.* Nam hæc itidem arbitriis sunt impedimento, *Bar. Alex. ind. Ias l. fratres. C. de transac. Bal. l. si iudex. in fin. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Blancus de compromiss. quæst.4. num.1. de excep. imp.* Item quæ vel annihilant ex defectu causarum; *l. non distinguemus. 32. §. 1. eodem.* efficientis, *d.l. non distinguemus. 32.§.2.* materialis, *l.3. l quid tamen.21. §. non debent.6. l. non distinguemus.32. §. Iulianus.5. l. penult. eodem.* formæ, *l. qualem 19. eodem.* finis: *l. Pomponius.13.§.2. l. item.17.§.2. l. qualem.19. eodem* vel dissoluunt, soluto compromissi die, hoc est, exeunte prius quàm sententia dicta sit: *l. non distinguemus.*

guemus 32. §.2. l. quid tamen.21. §. Papinianus.5. §. si quis.8. eod. aut morte arbitri, *l. diem.27. l. arbiter. 40. eod.* partiúmue, *d. l. diem.* furore itidem simil. casu, vnde arbitrium incipere nequit, interueniente, *l. si compromis.47. §. vltim. cum ll. seq. eod.* aut iudicio. *l. si si quis.30. eo.*

DE SATISDANDO
Tit. LVII.

1 *Continuatio.*
2 *Quid satisdare, satisdatio.*
3 *Species.*
4 *De cautione iudicis.*
5 *De satisdatione actoris, & partibus huius cautionis.*
6 *De satisdatione rei.*
7 *De cautione aduocati, item procuratoris.*
9 *Causæ.*
10 *Materia.* 11 *Forma.*
12 *Circumstantiæ.* 13 *Finis & effectus.*
14 *Affinia.* 15 *Contraria.*

ADmonendi † sumus, litigantes alieno maximè nomine, sine satisdatione vix admitti, *l. vnic. h.t. l. non solùm.29. cum ll. seqq. de procur.* vt de hac initiò & in limine iudicij iũ iure quæratur. *l. vnic. h.t. Chil. in pract. c.46.* Cauere est, quo quomodo cautam rem facere & in securo collocare. *l.3.§.1. de prætor. stipul.*

¶ Satisdare est, satis præstare, *l. tribus. 8. de vsufruct. ea. rer.* datis fideiussoribus, *l.1. qui satisd. cog.* 2
qui olim in his iudicialibus requirebantur, *§. 2. j. de off. iud. in verb. cum fideiussore. & Nouell. de exhib. reis. l. prætoriæ. 7. de prætor. stip.* licet non in conuentionalib. *l. promissor. 21. §. fin. de constit. pec. l.1. §. inter. de c. llat. bon. l.2. quor. legat. contra Nouell. de exhibend. & introduc. reu. §. sanctimus. versicul. cùm verò libellum. in verb. sola personali fideiussione præstita.* sed hodie etiam in his iudicialibus receptum est, pignoribus posse cauere, *gloss. & Dd. l.1. ff. eodem. & in d. l. prætoria. & § sin autem. hoc tit. vbi Fab. gloss. Baldus & Dd. in l. si à creditore.7. Cod. de actio. per l 4. quæ res pig.* etiam iure Saxonũ. *Chilia. in process. cap. 46. numer.2. vers. sonst muste er den mitburgen oder pfanden.* Satisdatio igitur, de qua hic agimus, est actus iudicialis, *Specul. & Maran. isto tit.* quo datis fideiussoribus vel pignoribus idoneè de lite cauetur. *l.1. vbi Dd. h.t.*

¶ Ea à materia vel est ciuilis, *de qua. ff. tit. qui satisd. cogan & l. vnic. C. eod.* quam absolutè vocamus *vorstand oder* caution: *Chilian. d. cap.46 & ord. elect. parte 1. constit.3. & 5.* vel est Criminalis, *l.1. l.3. vbi Bar. de custo. reor. Bar. Bal. & Dd l. vl. C. de accus. Paris de put. de synd. verb. carcer. Maran. de satisd. n.20. latè Boss. de carcer. fideiuss.* quam nostri appellant *peinlich vorstand. Chil. c. 47. & in peinlich Reichsordnung. c.12.* A forma, alia satisdatio, propriè sic dicta, *l. vnic. C. eod.* alia Cautio iuratoria, *l. vlt. eo. l.1. §.2. C. de assert. toll. de qua Tiraq. de retrac. lig. §.1. gl.18. n.49.* quã præstant ij, qui aliter cauere nequeunt: *l.1. §. omnes. C. de assert. tollen. Nouell.52. 112. gloss. §. necessarium. verb. iudicij. in auth. vt nulli iud. Paris de Put. de syndic. verb. fideiussores. ca.1. Boss. de carcer. fideiuss. nu.72. Chil. c. 46. Bal. l. vlt. ff. eo Mynsing. obser. 11. centur.2.* item viri clarissimi: *l. in sacris.12. C. de prox. sacr. scrinior. libr. 12.* illustres, *l. penu. l. vlt. C. de dig. lib.12.* magistratus: *l. vnic. verb. iuratoriæ cautionis. Cod. vt magist. post depos.* si tamen persona digna & honesta sit: *auth. cui relict. C. de indic. vid. tol. Mynsing. de obser. 11. cent.2.* alia nuda repromissio, *l. sciendum.15. qui satisd. cog. l.3. C. de verb. signif.* cui etiam œconomi & clerici relinquuntur. *l. cum clericis.25. C. de episc. & cler. c.1. de iuram. calum. Cuiac. Nouell.49. in fine.* Ponit & alias species, *gl. l.1. C. de procurat.* quæ distinctis personis, quæ iudicia sustinẽt, rectiùs poterunt intelligi. Hæ sunt, iudex, actor, reus. *c. sorus. de verb. signif.*

¶ Iudex olim in singulis causis iureiurando 4
cauebat: *l. rem non nouam. cum auth. seq. C. de iud. & passim in oratione Cic. pro Ros. Cælio, & c.* hodie solũ initio officij, nõ ad singulas causas præstat iuramentũ. *Nou.9. tit. iusiuran. quod præstatur.* Nam pòst cœperũt officia esse, cũ olim electione prætoris singulis etiam causis iudices vel priuati darẽtur, *l. volent. de iurisd.* vt omnino tum opus fuerit in singulas iurari: hodie non item, mandata quasi vniuersitate causarum officiis. *in authen. de iud. & de defens. ciuit.* In criminalib. tamen iudex etiamnum cauet interdũ, petentib. litigatoribus præsertim reis: *gibt jhnẽ sicher geleit zu recht, vn. fur vnrechten gewalt,* quæ notitis Cautio securitatis, aut Saluus conductus dicitur: *Panor. cap. vlt. de treug. & pac. Bar. l. vtimur.5. de sepulch. viol. in l.1. qui reus.5. de public. iud. l.1. de custod. reor.* & contra violentiam facti, non iuris, cauet. *Bar. l. vlt. nu.1. C. de dign. lib.12. & in l 3. num.3. ad l. Iul. maiest. l. d vbi Rebuf. de nauicular. libr.11. Alex. l.1. §. non fuit. de dol. mal. & cons.15. vol.4. Mynsing. obs.82. cent.1.* Continet aũt liberam non tãtùm accedendi, sed & recedendi, facultatẽ, *Bar. d. l. vlt. d. l.3. Rebuff. in d. l.1. C. de nauicul. lib.11. Bar. l. vtimur. de sepulc. viol. Alex. d. l.1. § non fuit. & d. cons.15. vol.4. Panor. d. c. vlt. de treug. Sicher geleit zu vnd abe,* vt vulgò loquuntur. *de quo Clarus. libr.5. sent §. fin. qu.32. Menoch. lib.1. de iud. arbitra. q.80.* quam tum fragilem cautionem vocat Menoch. *cons.100. n.185.* Iudex delegatus partibus etiã cauet per documẽtũ suæ cõmissionis. *c. cum contingat.24. de rescr. cũ similib.*

¶ Actor quãquã iure veteri satisdare nõ cogebatur, *§.1. h.t.* hodie tamen satisdat, intra duos à 5
tẽpore porrecti libelli mẽses, se litẽ contestaturum: *§.1. in auth. de execut. auth. libellum. C. de litis contest. gl. verb. nullam. §.1. hoc tit.* deinde, ad finem vsqi iudicij se in lite permansurum: *Specul. de satisd. in princ.* tertiò pro expẽsis, si cõtingat ipsum succũbere, & in expẽsas condẽnari. *auth. generaliter, vbi Bar. Bal. & Dd. C. de epis. & cler. § ad excludẽdas. in authen. de litig. c. calumniã de pœn. c. vlt.*

de maior. & obed. gloss. §. 1. verb. nullam. hoc tit. Addit Speculator, *eb. t. in prin.* has satisdationes consuetudine nonnunquam remitti: sicut remittuntur interdum, vt immobilia possidenti, tàm iure ciuili, *l. sciendum*, qui satisdar. cog. quæ secundum communem opinionem etiam in actore obtinet, *Iason ibid. num. 1. & 2. contra Bart. & alios*, quàm etiam iure Saxon. diuersimodè tamen. Nam iure ciuili cauet possessio saltem promissione, *vt inscriptio ostendit tit. & d. l. sciendum. 15. ff. qui satisda. cogan. vbi Bart. Iason. num. 6. & Dd. exigunt ab eodem bonorum expignorationem: alij etiam iuratoriam cautionem, gloss. 1. ibidem: quam sequitur ibi Iason. num. 6. & in l. vltim. vbi gl. Cod. de princ. agen. in reb. lib. 12.* Iure Saxonico nihil promittit, sed sunt pro prædibus prædia obligata: *Chilia. in prac. cap. 46. constit. pro. 5. parte. 1.* si tamen dominus possideat, quem tenet executio. Nam procuratorem possidere non sufficit, nisi vadem se pro suo principali præbeat. Quamobrem domino possidēte procurator à satisdando immunis est, dummodò de mādato eius constet. Porrò quæ exigitur ab eo, qui res soli in territorio iudicij nō possidet, cautio, tria habet capita: vnum de resarciendo damno, alterum de resarciendis expensis, si contingat actorem succumbere, tertium de prosequēda ad finem vsque lite. *Landtrecht. lib. 2. artic. 9. Chilia. cap. 46. Fachs. differ. iud. 40.* eandémque duntaxat in criminalibus præstat actor iure Sax. *Chilia. cap. 47.* quanquam ex ordinatione Imperij gratiorem, *vt apparet Reichsordnung cap. 12* sicut & iure ciuili. *l. vltim. Bart. Bal. & Dd. Cod. de accusat. Bart. l. 1. Cod. de custod. reor.* Moribus etiā illi qui petunt reum incarcerari, cautionem prius præstare debent, eā rem iudicio fraudi non fore.

6 ¶ A reo postulatur cauere iudicatum solui, *l. qui proprio. 46. §. qui alium. 2. de procuratoribus.* etiam in criminalibus: *l. si quis. 57. §. vltim. de fideiussor. l. si Barsatorem. 13. Cod. eodem tit.* qua satisdatione leuatur iure nouo, si cauerit iudicio sisti, & se ad finem vsque in lite perseueraturum, §. 2. *Institut. hoc tit. Specul. eodem §. 2. numer. 1. 2.* & tempore sententiæ affuturum. §. *alia. Instit. hoc tit.* Quod genus etiā in criminalibus recipitur, *l. 1. vbi Bart. l. 3. Cod. de custod. reor.* sicut & alia de reo præsentando. *l. sancimus. 26. C. de fideiussor. Marant. num. 4. & 5. in prac. Spec. hoc tit.* Qui tamen per procuratorem litigat, iudicatum solui satisdare debet: §. *sin autem. in fin. Inst. hoc tit. l. 2. §. sin autem adfuerit. C. de iuram. prop. calum.* & se tempore sententiæ præstò futurum: *d. §. alia.* nisi immobilia possideat: quo casu tantùm promittit. *d. l. sciendum. quæ propriè loquitur in reo, vt gloss. ibi, & Dd. præsertim Iason. num. 1. 2.* Cæterùm qui satisfecit iudicatum solui, nō tenetur ad aliam iudicio sisti. *l. filiusf. 14. vbi Ias. n. 8. post gl. ibi. & in l. si defunctæ. §. fi. de proc.* Iure Sax. nullam omninò præstat reus, *Chil. c. 46. Fachs. dif. 40.* nisi in criminalibus: *Land. lib. 1. art. 3. 34. vbi gl. n. 4. & in di. 2. art. 5. vbi gl. nu. 3.* licet in his iure ciuili nō tā facile reus ad cautionē admittatur, sed potius vinculis & carcere constringatur. *l. 1. vbi Bar. & Dd. de custodia reor.* etiāsi bona immobilia in loco iudicij possideat. *l. ast. l. sciendum. 15. nu. 3. in 10. limita. qui satisd. cogant.* Est etiā, cū in realibus exigitur, à reo cautio de bonis non minuendis. *l. senatusc. 16. de off. præsid. l. si fideiussor. 7. §. vlt. ff. eo. l. 5. de petit. hæred. Spec. de satisd. §. 2. nu. 1.* Est cū arresto res mobiles, vel etiā persona suspecti de fuga præcludūtur: *d. l. si fideiuss. 7. §. pen. eo. l. pen. ff. in quib. caus. pig.* immobiles cum fructib. sequestrantur. *l. vn. vbi Dd. præcipuè Cur. C. de prob. sequest. & extrà, ac in Clem. eo.* Quod tamen non nisi ex certis causis faciendū. *de quib. gl. & Dd. d. l. vn. Ias. Alex. & Dd. d. l. si fideiussor. §. vlt. Hipp. de fideiussor. n. 80.* Nec enim eiusmodi fugitiui obærati ad iuratoriā cautionē admittuntur, *in auth. de exhib. reis. Bar. l. 1. tit. b. n. 8. C. de agric. & censit. li. 11. l. si fideiussor. §. vlt. vbi Alber. eo. Curt. l. vn. n. 56. & ibi Sal. n. 10. C. de prohib. sequest. Innoc. c. præterea. de excep. Bever. in singularib. verb. sequestratio. n. 6.* In personalib. eadē quoq; cautio petitur, etiā antè quā cesserit aut venerit debitionis dies: maximè si vergat ad inopiam reus. *l. in omnib. 41. de iud. l. grege. 13. §. si sub cūdit. 5. de pignor.* Morib. etiā reus, qui carceribus relaxatur, iurat, Se non vlturū, quicquid ibi passus est: ac si cōdemnatus sit, pariturū se etiā sententiæ: *Als der vervuisen vuird, muß das Land. verschvueren: vuelches man Vrpheden nēnet.*

¶ Ab alterutro verò exigitur cautio de Non 7
offendendo, si fortè formidolosus sit, & minas exequi solitus: *Bartol. num. 7. & Dd. l. de pupillo, §. §. si quis ipsi. de oper. nou. nunc.* quæ etiam extra iudicium peti potest. *l. illicitas. 6. §. ne potentiores. 2. vbi Bartol. de offic. præs. & l. 4. si cui plus quàm per l. Falcidiam, l. qui bona. 13. §. si quis. 5. de damn. infect. Felin. in Rub. de treug. & pac. Alexa. l. 2. solut. matrimon. Angel. tractat. malef. gloss. verb. iniuriosa. Marant. de satisda. num. 13. & Bal. cōs. 388. vol. 4.* Olim etiam ab vtraque parte, atque adeò eorum administratoribus exigebatur calumniæ fundamentum, *l. 1. 2. de iuramen. prop. calum. l. rem non nouam. Codic. de iudic.* quod etiamnum in Camera durat: apud nos Saxon. non seruatur, *Chilia. cap. 67.* sed & hodie ab vtrisque exigitur cautio iudicio sisti, & de prosecutione litis, si vterque sit peregrinus, aut ob similem causam ne iudicium reddi possit eluforium. *contrà. l. si prætor. de iudic.*

¶ Aduocati olim in qualibet lite, hodie ini- 8
tio officij iuramento cauent. *l. rem non nouam. 12. cum Authen. hodie, ibi inserta. vbi Dd. C. de iud.* Procurator actoris nō satisdat rem ratam dominum habiturum, si apud acta factus sit, aut pro præsente procuret, *l. vnic. C. eodem. l. nec satisdatio. 21. rem rat. haber.* quia mandasse patiendo intelligitur, *l. qui patitur. 18. mand.* nisi probetur mandatum reuocatum. *d. l. vnic. in fin. C. eodem.* Si nullum mandatum habeat procurator, ne cum cautione quidem admittitur: *Dd. l. 1. Cod. de procurat. & c. 1. vbi gl. verb. potiorib. eodem. & in l. non solùm. 39. §. qui alieno. verb. debet. de proc. per l. 6. §. fin. de neg. gest.* (nisi coniuncta sit persona

na *l. sed & hæc. 35. de procurat. l. maritus. 21. Cod. eod.* intra quartum gradum. *gl. in l. cum alienam. C. de legatis.* quæ tamen nec ipsa admittitur, si de contraria domini voluntate constet: *l. Pomponius. 40. §. final. de procurat. l. maritus. C. eod.*) aut nisi mandatum allegauerit, *l. 2. §. hoc etiam. vbi gloss. verb. nullo mandato. C. de iuram. prop. calumn. & and.* iudicémque in illa opinione adduxerit, vt existimet etiam cum vsitata Rati cautione admittendum. *d. l. 2. §. hoc etiam.* Nam si dubitetur probabiliter de mandato, aut non plenum illud sit, cogitur de Rato cautionem præstare. *l. 1. vbi Iason. nu. 3. C. de procurator.* At procurator rei Rem ratam dominum habiturum cauere non cogitur: *l. exigendi. 12 C. de procurator.* nisi quandoque in realibus. *Spec. de satisdat. §. expedito. nu. 3.* Nam de suo dependet, si dominus non ratificat: *l. non cogendum. 45. de procurat.* vt qui non admittatur, nisi præstita de Iudicato soluendo cautione: *vt hic. in prin. & §. si verò reus. l. vn. Cod. eod.* etiamsi mandatum habeat *l. qui proprio. 46. §. qui alium. l. minor. 51. de procurat. d. l. exigendi.* quia sine hac satisdatione nemo idoneus est alienæ rei defensor. *§. vlt. hoc t. d. l. vnic. d. §. qui alium.* Quæ tamen & ipsa cautio moribus Saxon. vt principali, sic etiam procuratori remittitur, dum tamen de mandato constet. *vt Chil. & alij pragmatici ad tit. de satisdat. oder vom vorstandt, in suis practicis libris annotarunt.*

9 ¶ Causa efficiens remota Lex, S.C. aut aliud quod vim legis habeat, *in princ. Institut. eodem. l. 2. de vsufruct. ea. rerum. l. 5. de petit. hæred. l. 2. §. 2. qui satisdar. cog.* vt statutum, consuetudo. *l. 4. de custod. reor. Marant. de satisdat. num. 5.* Propinqua, iussus iudicis, *l. 1. C. vt in possess. leg. l. in omnibus. 41. de iud. l. vn. C. vt in possess.* aut partium consensus. *l. de dee. 8. l. si fideiussor. §. pen. qui satisd. cogan. l. interdum. 10. ff. rem rat. hab.* Impulsiua, à parte eius cui satisdatur, peritio ante litem contestatam facta, *l. vn. verb. in ipso litis exordio. C. eodem. l. Pomponius. 40. §. ratihabitionis. de procur. l. ita. 13. C. eodem. vbi Iason, Zobe. Landtr. li. 2. art. 9.* sine qua iudex eam nō decernit: *Hippol. in pract. crim. §. nūc videndum. num. 5. per l. 4. §. hoc autem. de damn. infect.* nec enim exceptiones suppiet. *l. vn. vbi Cast. num. 3. & 4. C. vt quæ des. aduoca.* A parte eius à quo petitur, paupertas & suspicio fugæ contra principalem, *Marant. de satisdat. num. 2. d. l. in omnibus. 41. de iudic.* defectus pleni mandati in procuratore: *l. 1. vbi Dd. C. de procurat.* in vniuersum æquitas aliqua ex variis causarum figuris & circumstantiis occurrentibus ducta. *d. l. in omnibus.*

10 ¶ Materia sunt causæ omnes ciuiles, *l. vn. C. eodem. hoc t.* etiam criminales, saltem leuiores, *l. diuus. 4. l. 1. vbi Bar. de cust. reor.* Nam in capitalibus iure ciuili satisdatio non admittitur, *d. l. diuus. Panorm. & Felin. in c. cogebatur. de maior. & obed.* etiāsi possideantur immobilia, *Iason, d. l. sciendum. num. 3. qui satisd.* vel mille testes offerantur, *Bal. consilio 337. vol. 2.* sed vinculis & carceribus nocentes asseruantur. *Bald. l. 1. de custod. reor. Bal. l. 2. C. eod. Felin. c. vlt. num. 10 de accusa.* Quanquam, vt dixi, iure Sax. etiam hic admittatur satisdatio. *Landtrech lib. 1. artic. 3. & 34. vbi gl. num. 4. & lib. 2. artic. 5. vbi gl. num. 3.* Sed ad quam vsque quantitatem? Iure ciuili ad 30. solidos in satisdatione iudicio sisti, vel simili. *Auth. libellū. C. de lit. contest.* Iure Saxonico ad vigintiquatuor Schockios siue Vuergeldum, *Chil. d. cap. 46. v om vorstandt.* nisi aliud momentum causæ requirat. *vt in Hoffgerichts ordnungen.* cautum est, & in nostris curiis hactenus obseruatum. Quis enim iudicatum solui satisdationem in causa magna tam leui defungi summa permittat? In criminalibus igitur vtroque iure pro circumstantia personarum delictorūmque quantitas taxatur. *l. 1. vbi Bar. C. de custod. reor.* Vidi in causa homicidij reos tenuiores relaxari carceribus præstita satisdatione ad 100. 200. 300. à Nobiliorib. verò cautionē ad 100. 200. 300. exigi. Nam vnusquisque talem præstat seruitutem, qualem potest. *l. 1. §. 2. C. de assert. toll. Auth. si cui r. liclum. vbi Bal. C. de indict. vid. toll.* 11

¶ Quod ad formam attinet, satisdationē verbo offerri non sufficit, sed realiter illa præstāda est: *gloss. vlt. c. pastoralis. de off. ord. & c. quoniam. §. cū alius. verb. cautione. vt lite nō contest. Zob. Landt. lib. 2. art. 5.* vbi enim facto opus est, verba non sufficiunt: *l. non omnes. §. fin. de re mil. l. peculium. in fin. prin. de pecul. Hippol. l. qui falsam. num. 29. de falsf.* scilicet vt satisdans cum sua accessione realiter obligetur, *Marant. de satisdat. n. 76. per Bal. consil. 261. vol. 2.* puta datis fideiussoribus, *l. 1. l. 7. eodem.* vno in leuioribus, *l. 2. 3. 4. 5. §. 1. eodem.* pluribus in grauioribus causis: *Maran. præall. loco, c. 7.* idoneis non solùm facultatibus, sed etiam facilitate conueniēdi, *l. 2. si quis in ius vocat. l. pen. C. de pact. l. 2. l. de die. 8. §. 1. qui satisd. cog. Dd. in Authen. præsente. C. de fideiussorib.* quod per arbitros exploratur, *l. 5. §. 1. l. arbitro. 9. eodem.* nisi absque cōrouersia aduersarius recipiat, *l. si ab arbitro. 10 eodem.* aut à parentibus ac similibus cautio præstetur: *l. 2. §. prætor. eodem. l. 1. 2. si quis in ius voca.* vel etiam pro vade pignori obligatis rebus mobilibus: *l. promissor. 21. §. vlt. de constitut. pecun. l. litigatores. 11. §. 2. de arbit.* vel pecunia in iudicio deposita: *d. l. litigatores. Faber hoc titulo. versic. sin aliquis. num. 4.* vel soli reb. in territorio sitis hoc nomine hypothecatis *d. l. promissor. § vlt. l. si mandato. 59 §. vlt. mandat. l. 1. §. iubet. de collat. bon. l. 2 § penult. quorum leg. Rauard. in regul. plus cautionis, de regulis iuris.* de quo suprà initio huius argumenti dictum est. Forma cautionis iuratoriæ, *eam ponit gl. §. necessarium. verb. iudicij in Auth. vt null. ind. per illum textum. versic. si verò iurauerit. Bal. in Auth. generaliter. C. de episc. & cleric. Alexand. l. si verò num. 14. qui satisdar. cog. Chil. c. 46. num. 4.* talis hodie exigitur, vt anceps periurium euitetur: *l. 4. de in lit. iurand.* vtcunque Mauserus contrà disputet in sua praxi. *Dacleger schvuerē dorffte, das er glaube, das ec nach angevuandtem müglichem fleiß die caution mit Burgen vnnd pfanden nicht beseglen möven,* &c. Formam promissionis simplicis, quam possessores immobilium fa-

ciunt,*l.sciendum.15. & in rubr.qui satisda.in verb. suæ promoßioni committantur.* gl. vult iuramento concipiendam esse,*d.l.sciendum.verb. non compelli.& in l.vlt.C.de princip.agent.in reb.lib.12.* quod meritò Bart.reprobat:*in d.sciendum.num. 7. & 8.* addens tamen,promittentem bona sua hypothecare oportere,*per l.vlt. §. defensionem.C.de ad tut. l.filio.vt in possess.lega. sequitur* Iason *l.si priusquam. de oper.no.nunc.* Ex quo conficeretur, cùm iure Saxon. immobilia non nisi cum authoritate iudicis,cui subiecta sunt, oppignorari possint, *differ.Saxon.4.in fin.& Dd.Reinhard.in differ.per artic.52. li.1. & Vueychbildt, titulo, von verpfendung.* sicut & in nouissimis ordinationibus cautum est, *parte 2. const.23.* etiam isto casu consensum illius iudicis fore necessariũ: quod tamẽ vsu non seruatur: & quia talis hypotheca tacitè promissioni inest, quod fortè Bartol.voluit,& quia iudex intelligitur consentire:tantùm enim illa prędia liberant à cautione, quæ sunt in territorio vbi agitur. Sanè cum edictum promissionem tantum exigat, *in rubr. qui satisd. cog.* cur requiratur hypotheca quæ præsertim tacitè inducitur,vt non opus sit expressa? *l. 3. cum ibi nota. si cert.pet.* Quãquam iure Saxo.nec promissio quidẽ vsitata sit,sed simpliciter qui possidet immobilia,satisdatione ac cautione omni liberatur.

12 ¶ At in quo loco satisdatio facienda vel prædia possideri oportet? In loco iudicij vel illius territorij vicino,*Bar.d.l.sciendum §.1. la .l.si fideiussor.§.1.n.8. qui satisdar.cog.* vt & in excussione bonorum principalis,*Sal.nu.2.& Dd.in* Authen. *præsente.C. de fideiussor.* Sed quoniam eadem debet esse cõueniendi satisdationum facilitas,quæ est in reo principali,*l.2. eod.* idcirco rectè in nostris curiis, *in hoffgerichten,* nõ alia recipitur cautio,quàm in loco ipsi curiæ,*dem hoffgericht,* subiecto, At quando? Regulariter ante contestationem:*l Pomponius.4. §.ratihabitionis.3. verb. ante litis contestationem. de procurator.l.vn. verb.in limine iudicij, nec post ipso litis exordio, &c.h. t.* nisi ex noua causa, vt si prædes facultatibus labantur:*l.de die.8. §.si fideiuss.4. eo.* At quoties? Semel tantùm, nisi desinat esse sufficiens cautio. *d. l.de die.§.si fideiussor.l.arbitro.9.cum l.seq.eod.*

13 ¶ Finis satisdationum, ne reddatur iudicium frustratorium & inane, *contra l.si præ.or. de iudic.* & vt secura sit res eius ciuia agitur.*l.1.verb securum facimus.eodem.Maran.de satisdat.nu.2.* Quod ad effectum attinet, videtur consentire in iudicem, qui satisdationem petit.*l.sed etsi. 52. de iud. de qua latè post* Bar. *Iason.l.si conuenerit.n.32. 33. de iurisdict.* Bar. & Dd. *l.quidam. de re iud.* Illam qui offert, non potest in ius trahi,arrestari vel carceri(nisi in capitalibus)includi,*l.si vero.5. §.eod.* Etiã procurator qui satisdedit loco domini est. *l.Titius.25. de procurat.* Ex cautione personali oritur obligatio & actio personalis, tàm contra reum quàm aduersus fideiussores.*l.2. l.penultim. & tot.tit.si quis caut.secundum tamen ordinem Authen.præsente. C.de fideiussor. Maran.eod.nu.19.* Ex pignore,cautione reali nascitur realis etiã hypo-

A thecaria, *vt dictum est.§. item Seruia.sup. de actio.* ad pœnam vel certam,si comprehensa sit,& expressa in cautiõe,vel incerta, (eius scilicet quod interest)si nulla sit expressa,persequẽdam:*l.vlt. si quis in ius voca.l.pen.si quis caut.* nisi excusatione iusta illa temperetur vel excludatur.*l.2. & tot.t. si quis cau.* Quòd si plures sint præstitutæ cautiones,nõ erit in arbitrio rei ex qua velit conueniri sed actoris,ex qua velit agere.*Castr. l.cum proponas.in fine.C.de transactionibus.*

B ¶ Affinia fides publica,*§.sed neque.in Auth. de* 14
mandat.prin.de qua Couar.c.quamuis.nu.4. de pact. in 6. & illa militaris,quã Saluam guardiam vocant, *de qua diximus tit. C.ne liceat potentioribus. cum tit. seq.* sequestratio, arrestatio,*d.l.si fideiuss. §. fin. eod.* cautio de non ostendendo: *de qua dixi d. tit.de eo. quod met. caus.* quam coniuges à quibus violentia nimiáque sæuities timetur inuicẽ præstant,*Schurff.consil.42. & prædicta.nu.4.cent.1.* & aliæ extraiudiciales. *de quib. in tit. de prætor.stip.*
C *cum seq.& extrà de pignorib.*

¶ Contraria satisdationi: si vitiosè caueatur: *l.* 15
quoties.6.qui satisd.cog. si principalis aut fideiussores facultatibus labantur: *l.si arbitrio.10. l. de die. 8.§.si fideiussor.4.qui satisd.cog.l. Labeo.25. §. vlt. cum l. seq. de recip. arb.* si fideiussor parum idoneus sit non modò facultatibus, *d. l. si ab arbitro.l.2. in prin. qui satisd.* sed etiam facultate conueniendi:*d.l.2. in prin.l si fideiussor.7. l.de die. 8. §.*
D *1.qui satisd.cog.* vt si fori præscriptione vti possit, *l.si fideiuss.7. ff.qui satisd.cog.* aut alio priuilegio, velut miles,minor,mulier,*d.l.de die.8.§.1.qui satisd.cogant.*

DE FORMVLIS ET IMpetrationibus actionum sublatis. Tit. LVIII.

1 *Actionũ ciuilium formulæ & impetratio à*
E *Cõstãt.Theod.& Valẽt.Impp. sublatæ.*
2 *Actio hodie proponenda.*
3 *Actio hîc idẽ significat,quod Libellus,& quid sit: quæque eius requisita.nu.4.*
5 *Partes libelli & species.*
6 *Eius oblatio, & quibus in causis offerri possit & debeat,hoc est materia.*
7 *Forma.*
F 8 *Finis & effectus.*
9 *Adiacentia,affinia,contraria.*

ACtiones † tàm in arbitriis proponendæ 1
sunt, *Auth.offeratur vbi* Bart.Bald.*nu.8. C. de lit. contest* quàm iudiciis:*l.3. Cod.de eden.* quarum vtique ciuilium certa fuit olim formula, *l 4. de pig.l.2.§.3. de orig.iur. Paul.lib.3. tit.3. Vlp. tit. 25. & tit.19.* quæ & impetranda, & danda à Prætore erat,*l.1. §.idem Pomponius.4. de dol.mal.*
G causa obligationis cognita. *Ræuard.l.nec ex. 27. de reg.iur.* Qui formula excideret, causa cadebat.

bat.*Cic.pro Cecin.& lib.1.de Orat.* Quas iuris formulas aucupatione syllabarum insidiantes, Cõstantinus sustulit: *l. 1. hoc tit.* quòd translato in Thraciam imperio, vetus illa superstitio, quam Cicero quoque exagitat, *pro Cecinna.* minus in Græcia probaretur: sicut & impetrationem actionum olim vsitatam, *l.cum debitoris.7. ℑ. de iud.l.3. C.de bon.authen.iudic.venund.* paulò pòst Theodos. & Valent. eadem ratione sustulerunt. *l.2.hoc t.& Cod.Theod.li.2.t.3. l.1.* Oportet † ta-
2 men conuenientem negocio actionem etiamnum proponi, *l.2. hoc tit.l.3.sup de eden l.1. eod.t.* quæ speciem futuræ litis demonstret:*d.l.3.*& cui accommodentur cùm probationes,*c.significauerunt.de testib.c.licet.§.iidem.de probat. Host. de probat.nu.5.* tum ipsa sententia.*l.vlt.C.de fid.lib.;l.vt fundus.com.diuiden.*

3 ¶ Actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur:§.1. *Inst.de act.l.nihil.de oblig. & act.* sed hîc non tàm significat hoc ius,*de quo Inst. de actionib.li.4.* quã formulam & scripturã quæ litis initio proponitur,*l.1.2. h.t.l.3.sup.de eden.* qui libellus appellari cœpit.*cap.1.cap.vlt.& t.t. de li. ob.Spec.de lib.concep.auth.offeratur.ℑ. de lit.contest. l.libellorum.de accusat.* Estque scriptura,continẽs quid, à quo,ex qua causa petantur;*gl.c.1.verb.libelli.de lib.oblat.* hoc est petitionem actoris,*Host. in rub.de lib.obla.num.1.*;& eius causam,seu ius: *c. vlt.eod.Spec.de lib.obla.§.1.Odofred.in.Summa.cap.*
4 *quid sit libellus.* quẽ † oportet esse certum, *l.prætor.in prin. & §.quod autem. de iniur.l.item.17. de dol.mal.l si in rem.6. de rei vend. Schurff. consil. 63. quod prædicta.nu.133. cent.1.* breuem, qui tantùm necessaria complectatur: *Spec.de lib.oblat.§. vlt. nu.16.* dilucidum,*Spec.eod.tit.§.pen.num.5.§.1. in auth.de testib.* non obscurum,non ambiguum, *l. cum Stichum.29. de solut.d l.item.17.de dol.mal.* non vagum, non incertum:*c 1.c.3.vbi Dd. de lib.obla.* nec generalem, *c.2. c.vlt.eod.l. inter.§ 1. de verb. ob.c.3. §.secus.de re iud.in 6.* aut sibi ipsi contrarium, *l.1. C.de furt.* aut ineptum:*l.2.hoc t.gl. & Dd. l.1.de off.ass* qui tamen non vitiat vbi libello nõ est opus:*Bar.Rom.l & fin.* C.*de re iud.l.1.* C.*de re iud.*Ias.*l.vinum.num.33. si cert. petat.* aut alternatiuum,*c.Raynaldus.vbi* Dd.*de testa.l.Iulianus.14.§. si quis colludens.de act.emp.c.olim. 2. de priuileg. late Ferra.in for. resp. rei. verb. libellus incertus, &c.* quanquam hic sustineri solet: *c. constitutus. de in integ.rest.Mynsl.obs.11.cent.4.* maximè ex obligatione alternatiua.*l.3 de eo quod cer.lo.* Bar.*l.Prætor.§.quod aũt de iniur.Alex.& Dd.l.stipulationes. de verb.ob.*Bar.*l.1. §.qui autẽ.quor.leg.Dec.l.nemo. 43.§.quoties.in fi.de reg.iur.Alex.consl.182. lectis.n. 2.3.4.vol.2.Spec.eodem.§.iam nunc videndum.n.17.* aut legis dispositione.*Spec.ibid.n.19.* Quod & de generali quoque dici potest.*gl.mag.& Dd.l.1.in*
5 *prin.de eden.c.2.ext.de lib.oblat.*

¶ Vt aurẽ syllogismi,sic etiam tres sunt libelli partes: *Zas.& Dd.§.1.Inst.de act. Spec.de lib.conc. §.quid lib.num.3.* quarum præcipua est,conclusio, *Ias.nu.129.cum multis seq.§.omnium Inst. de act.* hoc est,petitio:*Bald.l.vlt.in fin.6.de fideic.lib.* qua ta-

A men in criminalibus non æquè putatur opus. *Bart.l.quid ergo.§.pœna.nu.8 .de his qui notan.infa* Bald.*l.etsi.numer.13.14.* Cod. *ex quibus caus. infam. Ias.d.§.omnium.n.137.Inst.de actio.*Bart.*l.2.§.si publico.nu.13.de adult.Chilia. in prac.cap.54.num.2. Mynsing.ob.60.cent.4.* Vt enim causæ sunt ciuiles aut criminales: *l.properandum.11. ℑ. de iud.l.3. & l.4.ℑ.de ord.iud l.vnic.ℑ.quand.ciuil.act.l.1.§.1. de calum.* sic etiam libellus pro diuersitate materiæ.*gl.c.1.verb.libellum.de lib. ob.* aut conuentio-
B nalis,*c.vlt.de lib.obla.§.tripli.Inst.de act.Ias.l.1.C. quan.lib.prin.dat.Lanfr.c.quoniam.11. verb.petitiones.de probat.* aut criminalis, accusatorius inscriptionis.*l.3.de accus l.qui crimen.C.qui accus.*

¶ Offertur autem libellus ab actore agere volente:*auth.offeratur.C.de lit.contes. c.licet.de simon.* & offerri debet nullo quoque petente.*c.1.c.offeratur.3.quæst.3.Spec.§.virum.nu. 4. de lib.con.arg.l. fideicommissa.§.si rem.de legat.3.* Nam ignorantiã prætendere nemo potest in ordine iuris omis-
C so.*§.vlt. in Authen. in med. lit.* Si tamen omissus sit,altera parte nihil opponẽte, processus valebit:*Spec.§.nunc dicendum.n.30.eod.& in l.filiumfam.8.§.veterani.2. ff.de procura.* dummodò petitio extet qualis qualis super qua iudicium fundetur.*clem.sæpe. de ver.sig.Panorm.& Dd. c. dilectus.de iudic.Ioan.And.ad Spec.§. nunc videndum. num.8.verb.non apparet.* Offertur porrò libellus principaliter iudici. *1.de lib.ob.Spec.eod. §. restat. in prin.* cuilibet etiam arbitro,*Spec.de lib.concept.*
D *§.restat.nu.3.& 4.* competenti tamen: *Spec.eod.§. nunc videamus. in final.per cap. at si clerici. de iudic. tot.t.C.si à non comp.iud.* qui pòst aduersario communicat exemplum.*auth. offeratur. C.de lit. contesta.auth.litigiosa.C.de litigios. auth.generaliter.C. de episc.& cler.* originali sibi retento,ne qua corrumpi possit: *Spec.d.§.restat.num.1.* etiamsi olim in iurisdictione Romana alia fuerit edendæ actionis ratio,*l.1.in prin.de edẽ.* sicut impetrationis,*l.2.hoc tit.*& formularum.*l.1.hoc tit.* Nec in-
E terest,vtrum cum vno,an pluribus agatur: nam & plures vno libello rectè conueniuntur,proindeq; contra plures vnum offerri satis est: *l.3.C de accusat.l.cum hi.§.si plures.de transa. l. 3. de duobus reis.l.1.& tot.tit.ℑ.de consor. eiusdem lit.l.1.2.de quibus rebus ad eund.iud.eatur. Alex.consil.58.circa finem,vol.5.* nisi sint diuersæ & dissimiles causæ, quo casu singuli petere possunt offerri singulis libellum singularem. *Specul.eodem. §. vlt.*
F *numer.11.* Offerendus est autem libellus vbicũque interuenit iudicium, *Spec.eodem.§. nunc dicendum.in prin.per c.licet Heli.de simo. d. auth.offeratur.ℑ.de lit. con.* etiam arbitrium, *Spec. d.§. restat.num.3.de lib. conc.* & agitur: *Spec.ibidem, numer.2.per §.summa.in Auth.de exh.reis.* non itidem si excipiatur, *Spec. de except.§.viso.vers.sed nunquid iudex.* In causis ciuilibus, *d.auth. offeratur.l.1.hoc t.l.3.sup.de eden.* personalibus, *l.3.seu vltima.Cod.de annal. except.* realibus, *l. 6. de rei vend.Bartol.l.vti frui.si vsusfruct.pet.* petitoriis, *d. l.si in rem.6.de rei vend.l,1.2. Cod. vbi in rem ac. l.2.Cod. de annal.excep.* item & in possessoriis,

Spec.præall lo.num.2.18.20.21.per c. significauerunt. de testibus. nisi petatur possessio nullo contradicente: *Spec.ibidem,num.21.per l. 3. § si causa.de bon.poss.* quanquam & tum petere iudex libellum poterit ad se informandum: *Spec.ibidem,nu.20.*item nisi in summariis, *Menoch. in poss. recuperan.in prin.num.27.*vel vbi vterque se,vt à probationibus vtrinque res sit inchoanda, *c. 2. de ord.cog.Spec.eo.§.nunc videndum.num.14. arg.l. liberis.§.fin.de lib.caus.* (quo casu ipsi articuli sunt loco libelli, quia continent partium intétionẽ, *Ioan. And ad Spec.præall.lo.§.1.in fine.*)possidere contendit,nec actoris vult suscipere personam: atque etiam criminalibus, *l.3.de accusat. Spec. de accusat.§.1.num.31.l.vlt.de priua.delict. l.vlt.* C.*de fur.l.2.l.4.l.de crimine.l.si crimen.l. neganda. Cod. qui accusa l.si quis se iniuriam. l. in causis. l. accusationis.*C.*de accusat.l.sine metu.l.iure mariti. Cod. de adulter. l. quæsitum. ad Senatusc. Turpil.* præterquam cum iudex ex officio, vt per modum inquisitionis procedit: *c.cum olim. de testibus. cap.olim.de accusat.l.4.* Cod.*de apostat. Spec. §. nunc dicendum.num.7.9.15.per l.ne quis.* Cod. *de Iudæ. c.vt nostrũ.vt eccles. benef.* quamuis tum capita & articuli, illius accusationis loco sint exhibendi: *c. qualiter.24 de accusat. Spec. eod. §. nunc dicendum. num.20.*aut si tantùm implorato eius officio disceptetur: *c.fin.de off iud. l. si irruptione. in fin. ff. fin.reg.Spec,ibidem.num. 7.* aut alioquin summatim & de plano res est expediẽda, *clem.sæpe.verb. libellum non exigat. de verb.sig.c.olim. de accusat.c. ea quæ.de stat.mo.l.vlt.*Cod.*de naufrag. lib. 11.* Spec. *§.nunc dicendum. num. 1.* nisi ex aduerso petatur. Spec.*ibidem,num.20.30.*Item in notoriis, vbi ex officio proceditur, *c. ad nostram.3. de iureiur. cap. quoniam.de fil.presbyt.c.euidentia. de accusat. l. ea quidem.vbi copiosè. Bald.ac Salic.*C.*de accus.c.manifesta. 2. quæst. 1.* causisque paruis,ac tenues inter personas, S*pec.eodem.§.dicendum.num.3.*executionibus,S*pec.præall.lo.num.17.vbi Ioan. And. verb.offerendus.* nam & in his summariè proceditur: *l.à diuo. 15.§. si super rebus. de re iud.* causisque nullitatis similibus, *Spec.præall.lo.num.39. per l.1.C.quan.pro.non est necess.* Denique quoties vel partium conuentione, vel ex consuetudine sit ordinatum, vt ne libellus detur. *l.quoties. l.vlt.* C.*de priui.scho.lib.12.l.1.C.de auro coro.eo.lib. l.2.Cod.de priuic.lib.12.l.vlt.in fin.C. de app. auth. generaliter.*C.*de epis.& cler.Spec. præall. lo. num.7.* 8.13. In causis appellationum an opus sit libello,variè disputatur. *c.Raynaldus.de testam.* Spec. *§.nunc dicendum.nu.* 37.38. Distingui tum solet, vt si ante sententiam definitiuam appelletur, sufficiat prior libellus: sin pòst, nouo sit opus. *Spec.ibidem,§.nolumus. in auth. de his qui ingred. ad app.l.fin.§.illud.C.de temp.app.*

7 ¶Forma libelli ad formã syllogismi redigẽda est, *Iaso in §* [illegible] 48.*Inst.de act.* [illegible] etiam in C[illegible] est [illegible]

argumento semper cuiusque loci consuetudo sequenda est.*l.sed etsi.11.§. proscribere. verb.secundum loci conditionem. de instito. l. 3. in fin.de testib. c.consuetudinis. dist. 11. Spec. eodem §. nunc dicendum.num.3 & §. vlt. in princ.* Nec enim contra stylum Curiæ admittitur, *Bald.l.de quibus. in 2. lect.in fin. & ibi Iason,num 52. de legibus, per gloss. ibi,verb.inueterata. Felin. c.2.num. 16. de rescript.* neque pars ei respondere cogitur, *c.2.vbi Felin. num.5.de lib.obla.c.vlt.vbi Socin. num. 6. eod. titul. Lanfr.c.quoniam. 11.verb.petitiones. num.4. de probat.*nec quicquam eiusmodi libellus operatur, vt interruptionem,&c.*l.accusaturus, 35. vbi Bart. de adulter.Felin.c.causam quæ.num. 2. & 29. de testibus.* sed in primis conuentio partium tanquã magis specialis est attendenda, quæ cõpromisso formante iudicium, includi solet. *Spec. d.§. nunc dicendum.num. 3.& 8.l. quoties. C. de priuil. schola lib.12.l.vltim in fin.C. de temp.app. auth.generaliter.*C.*de episc.& cler.* Quòd si nihil horum extat,secundum formam iuris libellus erit concipiendus, *Euerar. lo.lega.à stylo Curiæ.* scriptura: *authen.offeratur.*C.*de lit.con.l.1.in prin. verb. copiã describendi.de eden.*& vt alicubi (non vbiuis) seruatur, subscribendus. *c.1.verb. vestris manibus roboratam.de lib. obla. Spec.eodem.§ iuxta. numer. 2.* Quæ scriptura continere debet initio, nomen iudicis cui offertur: *c.libellorũ.2. quæst.* 8. deinde actoris,à quo offeratur: *c querelam. 24. de elec. Spec.§.nunc videndum, num.*10.11.pòst illius contra quem offertur: *d. c.querelam. c. nullus. 4. quæstio.4.l.vlt.C.de eden.c.2.de verb.cognit.* tum rem petitam,*l.6.de rei vend.*Spec.*§.iuxta.num.* 11. *Specul.§. iam nunc videndum. num.* 20. cum petitionis causa,*c.abbate.de re iud.in 6.l.si mater.11.§.eãdem.§ si quis.de ex re iud.gloss.magna. l. 1.in princ. de eden.Iason, l.de quibus.num 97. de legib.* ex qua aptè sequatur conclusio.*Bart l.1.num.12.de eden.* Cæteroquin inepta causa concludendi libellum reddet nullum.*Iason,l.3.num.19.*C.*de eden.*Dec. *l. quæ dubitationis.81.num. 5. 6 de reg. iur. subiiciens præcedere libellum sine causa, parte non opponente, idéoque satius esse nullam causam exprimi quàm ineptam, quæ libellum annihilet.* Aptitudinis autem fundamentum est idonea facti narratio, *l. 3. de accusat.*addito die & anno, vbi necesse est, vt in criminalibus: *d.l.3.*I*ason,& Dd.l.3.* C.*de eden.l.1. §.editiones.eod.* Spec.*eod §.quid libellus.num.2. Felin.c. cum dilecta. de rescript. Iason ,§. ex maleficiis. Inst.de act.* etiam tempore oblationis libelli, cũ agitur de præscriptione interrumpenda. S*pecul. eod.§.vltim.num.3.* Terminus relationis, in quo præcipua vis, forma finisque est conclusio: *Bal. l.2.num 2.vers. præterea.Cod.de prob. & l.vlt.num. 1.2.Cod.de in integ.rest. minor.c.super.num.3. de rescript.* quæ cuiusmodi debeat esse prosequitur I*as.§.huic actum.num.13. Inst.de act. & Dd.§.omnium.eodem tit.*quæ tamen in criminalibus non sunt necessaria: *l.2.§ si publico. vbi Bart. num. 3 de adulter.l.3.de accusat. Mynsing. obs 60.cent.4.* [illegible] *quæst.* [illegible] *super Clem.* [illegible] *cap.54,nu.* [illegible] hæc veri iustitiæ administrationem

nem

nem,*l.1. §.1. ad Turp.c.2. de off.ord.c.dilect. de ord. cog.* quam lex & iudex supplent: *Bald.l.2. num.2. C. de probat.per l.3. l.senatus.de accusat.* siue rectè, siue perperam.siue nihil etiam ab accusatore petitum sit. *Bar.l.2. §.si publicè. de adult.l.quid ergo. §.pœna.nu.8.de his qui notan.infa. Iason.§.omnium. num. 137. Inst.de act.* Solent etiam addi libellis clausulæ, *de quibus Iason.Zas. & Dd. §. omnium. Inst.de act.Spec.§. vltim. num.19. eodem.* quarum maximè salutaris,quæ petit ius ac iustitiam administrari.*d.2. de off.ord.Iason.l.petens.num.5* C.*de pac.c.1. de off.deleg.c.1. de mut.pet. Menoch poss.recup.in princ.num.14.15. Anton.Gab.Ro.lib.6. de class.conclu..4. Mynsing.consil.59. num.15.* Nam ex hac videtur omnis actio proposita, quæ potest coniici ex narratione, *Iason.d. §. omnium.nu. 150.Inst.de act.*vltra quam non extenditur. *Alex. consil.121. num.12. vol.1.* Est huic affinis clausula Omni meliore modo. *de qua Ias.§.omnium. num. 151.Inst.de act.Bald.l.incerti.num.35.Cod.de interd. Felin.c.licet. num.44.de simon. Grat.cons.7.num.21. lib.1.ad c.2. de ord.cognit.* Clausula non in forma solennis libelli,sed simplicis petitionis valde solet frequentari, & operatur vt de plano procedi queat: *gloss.fin.l.proinde.25. ad l. Aquil.*Bal.*l. diffamari.num.6. Cod.de ing.ma.* quod non est admittendum nisi in summariis,alioqui inuita altera parte ex iudicio ordinario facere posset petitor extraordinarium,& summarium arbitratu suo.Quamobrem verius in ordinariis hanc clausulam inutilem esse & ineptam: *Anchora, cons. 33. per statutum.num.2.& 3.* præterquam si addatur,Nisi quatenus à iure solennis libellus requiratur,*Ias.l.ait prætor.in prin.num.19. de iureiuran.* hoc fermè modo: *doch nicht in form eines zierlichen libels, sondern* summariæ narrationis & qualiscunque petitionis,*es vuere dann das der cleger zu recht denselbigen* solenniter *zu proponiren en schuldig sein sorte.* De clausula saluo iure addendi minuendi, glo.& Dd.*c.inter verb. salua. de fid. inst. Ias.l.3. num.41.* C.*de eden.Ias.§.omnium. num. 157. Felin.c.ex parte. de rescript.* De clausula quæ solet initio poni, Non se adstringens ad probãdum nisi necessaria, Bart. Ias.& Dd. *l. diuus. de re iud.*C*ano.c.dilectus.de dol.& contu.Ias.§. omnium. num.161. Inst.de act Cast.l.9.de instito.ac Bal.l.habebat.13. eodem.tit.c.licet.de probat.* I*ason l penult. §.in eum numer.7 ne quis eum qui in ius voca.* De clausula Reseruante potestatem recedẽdi à probatione & iuramentũ deferendi, Ias. *l.admonendi.num.72. de iureiuran. Sax.Land.lib.1. art.6. & 22.art.9. vbi gloss.lib.3.* Sed hæc apud nos parum habet ponderis, quando non nisi ante litem cõtestatam, vel quod perinde est, præstitam guarandam liceat deferre. Verùm omnes recensere longum foret, & de his quærant studiosi apud Ias. ac alios. *in d.§.omnium Inst.de act.d.l.3.* C.*de eden. Spec. eodem.§.vltim.num.19. cum seq* Libellus autem initiò offertur *authen. offeratur. Cod.de lit.con.cap.licet.de simon.Spec.eod.in §. nunc videamus. in prin.* iudici quouis tempore, etiam feriato, & vbiuis: litigatori tantùm in iudicio, *Spec. d.§.nunc videamus.* si præsens inueniatur. *Spec.§. sequitur.num.6.*alioquin ad eum mittitur,*§.tripli. Inst.de act.d.auth.offeratur.*qui recipere solet cum protestatione contradictionis & saluo suo iure. *c.vlt.de dilat.c.inter. de re iud. c.cum olim. de censib. Spec.præall.lo.nu.1.*

8 ¶Finis eius, vt futuræ litis speciem demonstret: *l.3.sup de eden.*indéque sciat aduersarius qua de re litigaturus sit, ac deliberare queat, vtrum contendere an cedere velit.*l. 1. in princ. de eden.* Effectus, quòd sit fundamentum iudicij,*Spec. d. §. nunc videamus. in prin.* & secundum libellum omnes iudicij actus regulentur: *l.penult.§. fin.ne quis eum qui in ius voca. l. si arbiter. de probat.* præcipuè probatio,*c.1.2. vbi Dd.de confess in 6. Hostien. in rub. de proba.num.5. per c.significauerunt. de testibus. l.argentarius.10. §. cum autem.de edend.* & sententia: *l.vltim. Cod.de fid.l. l. vt fundus. com. diuid. c.licet Heli. de simon.Spec. §.nunc videndum. num.14. c.definitiua.2.quæst.6.Bald.l.1.l.vltim.C. de sent.quæ sine cert.quant.*adeò vt sine libello, vel inepto libello existente, sententia ferri nequeat *Spec. d.§. nunc videndum. num.14.* ac totus annihiletur processus,*Felin.c.ex examinata.num.14.de iudic.* nec obtinere possit actor,*cons.matri.13. nu. 36. volum.1.* velut substantia ac fundamento eius deficiente.*Spec. eod.§. vtrum. num.1. 4. c.1. de lib. oblat.c.quoniam.de probat.*Actor etiam fateri creditur quicquid libello complexus est: *Panorm. nu.3.4. c.examinata.de iudic.Bald.l.cum precum.nu. 1.C.de li.cau.*etsi probet errorem.*l.qui familiæ.38. famil.herc.*& reus eidem non respondens fit contumax.Bart.*l.vnic.C.de lit.con.*

9 ¶ Adiacet mutatio,vel emendatio libelli: *de qua in l.3.* C.*de eden.l.si quis.66. de iudic.l.4. §.fin. de nox. act.c.inter. de fid.instr.* item interpretatio, *l.si quis.66. de iudic.l.sed etsi.11. §.item.vbi Ias.num. 8.de iureiur.& l.1.num 8. de iurisdict.l.2. num.16. C.si contra ius.* Affinis,libellus Principis oblatus *tot. tit.sup de precibus. imp. off.* qui litis contestationem interdum inducit,*l.1. 2.* C.*quan.lib.Prin. obla.*non item hic conuentionalis, *Ias.l.3. nu.7.* C.*de eden. per illum tex. verb.futuræ litis, quæ indicant non induci libello litem, sed futuram indicari. l. amplius rem rat.hab.l.1. cum auth.seq.*C.*de lit.contesta.*Contraria sunt ineptitudo, *gl & Dd.l.1.de off.ass. c.examinata. de iud. Spec.§.sequitur. num. 4.* vt causa inepta incerta: *Ias.l.3. num.4. & 19* C.*de eden.*generalitas & incertitudo: *c.2. de lib.obla. vbi Dd.*Spec. *§.iuxta.nu.6. 11. l.si rem.6.de rei vend.* quæ tamen minus vitiat, parte vtique nihil opponente, quàm inepta causa expressa: quæ facit vt ex officio iudex libellum reiiciat vt nullum, *Dec.l.ea.*81.*num.5. de reg.iur.*quoniam ineptum. *gloss.& Dd.l.1. de off.assess* Item aduersatur contrarietas,*l.1. de fer.*D*yn.cap.nullu..de reg.iur. Ferra.in for.respon. rei verb. contrarietatem.* ac similia. *de quibus superiùs, vbi propria sumus executi.*

DE IVREIVRANDO propter calumniam dando.

Tit. LIX.

1 Calumnia vnde,& quid.
2 Calumniæ iuramentum quid.
3 Propria huius iuriſiurandi.
4 Species.
5 Cauſæ.
6 Qui cogantur iurare vel non.
7 Materia,quibus in cauſis præſtetur,& quid contineat.
8 Forma.
9 Quando iurandum ſit.
10 Finis. 11 Effectus.
12 Affinia. 13 Contraria.

1 CAluo † caluis caluire,& paſſiuè caluor, fru-
ſtrari, decipere antiquitùs ſignificabat: vn-
de dicta Calumnia, *l.ſi caluitur.233.de verb.ſignif.*
quæ omnem verſutiam & malitiam in alterius
incommodum intentatam denotat,*Cic.libr.2.de*
Repub.& 1.Off. præcipuè tamen malitioſam iu-
ris interpretationem , *Cic.libr.1.Off.* & fraudes,
quibus litigatores in iudicijs vtuntur:vt eſt No-
nio Malitioſa & mendax alterius infamatio. *l.2.*
§.1.ad Turpill. Item falſa crimina intendere, *l.1.*
§.calumniari.1.ad Turpill.l.ſancimus. C.de pœn. per
fraudem & fruſtrationem aliquem iudicio vexa-
re:*l.1.& t.t.de calum.* non debitum petere,*l.penu.*
ne quis eum qui in ius vocat. vexandi alicuius cau-
ſa petere: *l.poſtquam.43.de pet.hæred.*temerè con-
trouerſiam mouere: *l. cui neceſſitas. 39.§.1.de lib.*
*cauſ.l.auxilium.de minor.c.calumniam.de pœn.*ſciē-
ter, prudentérque negocium alicui facere, vel
comparare: *Paul.ſent.1.titu.1.*nullo iure,vexandi
aduerſarij cauſa poſtulare.*l.3.§.1.vt in poſſ.lega.l.*
*1.§.vlt.& l.Paulus.8.de prætor.ſtipulat.*Denique ex
certa ſcientia, & dolo malo tam agere quàm ex-
cipere.*l.1.§.per calumniam ſi mul.vent.nom.in poſ-*
ſeſ.l.2.in princ. C.de iura.propt.calum.vbi Azon.ad
rub. Nam pro iniuſta actione capitur titulus de
calumniatoribus, accuſatione , *l.auxilium.de mi-*
nor.l.1.§.1.ad Turpill.l.ſancimus. C. de pœnis. l.2.de
*cenſib.lib.11.*exceptione. *c.calumniam.de pœnis.*te-
meraria litigatione:*d.ca.calumniam.d.l.auxilium.*
*& hoc t.tit.*quomodo Cic.*lib.2.de Repub.*ait Car-
neadem ſæpe optimas cauſas ingenij calumnia
ludificari ſolitum. Hinc † dictum iuramentum
calumniæ, quod initio diſceptationis litigato-
res eorúmq; adminiſtri de bona ſua conſciētia,
No.50.Theoph.hic.§.1. bonitateque quam opinā-
tur cauſæ ſuæ præſtent.*l.2.C.eo.§.1.§.item actoris.*
3 *vm ſeq.h.tit.*Proprium † huius iuramēti,quod ſit
non de veritate,*c.dudum.54.vbi gl.verb.de verita-*
*te de elect.*ſed de crudelitate. *gl. 1.circa prin.c.pen.*
eo.per tex.in l.2.§.quod obſeruari.verſ.& licet.C.eod.
¶ Iuramentum autem calumniæ , vel eſt Iu-

A diciale, de quo hîc: vel Extraiudiciale, quod in
actibus extraiudicialibus præſtatur. *l. 6.7.l.quæ-*
dam. 9. §.vlt. de eden.l.15. ad exhibend.l.penultim.
quemadmod.teſtam.aper.l.vltim.Cod.de quæſtio.l.de
pupillo.§. qui opus. de op. nou. nunc.l.qui bona.§.qui
damni.de dam.infect. Iudiciale, aut ſpeciale, aut
generale eſt. Speciale olim in ſingulis iudi-
cij partibus exigebatur : *l. 1.C.eod.l.de die.8.§.4.*
qui ſatiſd.coga. hodie , ne ſæpiùs in vna cauſa iu-
retur, *authen.in iſto.C.eod. Nou.50.§.pen.§.fin.de*
ijs qui ingred.ad appell. ſufficit generale , (quan-
B quam & hoc ſpeciale faciat Cuiac. *Nouell. 49. in*
fin.) quo iuratur initio litis,nihil in toto nego-
cio calumniæ cauſa factatitatum iri. *in auth. hoc*
ſacramentum.C.eod.& Nouell.50.§.penul. de his qui
*ingred.ad appell.Innoc.Panorm.& Dd.c.vlt.eo.*Sed
hoc Sax.nō vtuntur,retinent ſpeciale,*art. 41. lib.*
*1.vbi gl.& Lehenrecht,cap.68.*cum videlicet quis
alteri iuſiurandum in iudicio defert. poteſt e-
nim tum, & ſolet etiam in his Curijs,à deferen-
C te iuſiurandum exigi , non calumniæ cauſa de-
ferri. *l.iuſiurandum.34.§.qui iuſiurandum. 3.l. ſi non*
fuerit.37.de iureiur.l.vlt.C.de fideicom.l.delata.Cod.
de reb.cred. Ac fortaſſis alijs quoque caſibus le-
ge deſignatis etiamnum exigi noſtro in foro
poterit : vt cum ſerui in quæſtionem petuntur,
l.1.C.eod.l.vlt.C.de quæſt.Cuiac.Nou.49.in fin. aut
in comparatione literarum, *Nou.73.* vel accuſa-
tione falſi inſtrumenti:*l.vlt. C.de fid.inſtrum.*item
in operis noui nunciatione. *l.de pupillo.5.§.qui o-*
D *pus.13.de oper.nou.nunc.& l.ſi quis.6.§.2.de eden.*
¶ Cauſa lex,*l.1.2.C.de iuram.propter calumn.*aut 5
ſaltem mos vetus, *Cic. pro Roſc.* ductus , vt alia
multa , ab Athenienſium Repub. in qua reus &
actor æquè de calumnia iurabant : illius iuſiu-
randum διωμοσία , huius ἀντωμοσία vocabatur.
cuius etiam veſtigium in ff. extat : *in l.inter. 44.*
*§. ſi cohæredes. 4. §. qui familiæ. ff. famil.herciſc.*vt
cauſa non fuerit cur Iuſtinianus ſe huius iuris
authorem gloriaretur , *l.1.2.C.de iur.prop.calum.*
E niſi quo ad interpolationem. *l. 1. §. omnia enim*
noſtra facimus.C.de vet.iure enucl. Impulſiua pu-
blici boni ratio : *l. 2. §. ſed quia. verſicul. non pro*
commodo priuatorum , ſed pro communi vtilitate
præſentem legem poſuimus. Cod. eodem. quo ſacra-
menti timore contentioſa litigantium inſtantia
compeſcatur.*l.1.verſicul.non ſacramenti. C.eodem.*
Item petitio partis aduerſæ: *argum. l.5.§.qui opus.*
13.de oper.nou.nunc.l.iuſiurandum. 34.§.qui iuſiuran-
F *dum. 3. verſicul. ſi hoc exigatur.de iureiur.* nam niſi
petatur , iudex non tenetur exigere iure Ca-
non. *cap. 1. eodem. in 6.* quod nunc vſu ſeruatur,
Marant par.6 iud.in cap.de iuram. calum.numer.2.
quamuis iure ciuili etiam partibus diſſimulan-
tibus iudex omnino exigere cogatur. *l.2. §. ſed*
quia veremur.hoc titul. qui textus non de expreſſa re-
miſſione loquitur , vt Dd. malè interpretantur, ſed
de tacita. in verb. colluſione aliqua vtentes.item,diſ-
ſimulatione noſtram ſanctionem deludente , &c. ſicut
G *& Bartol.rectè interpretatur in l.4. §.prætor. numer.*
4. & 5. de damn. infect. Id ſanè fatendum eſt,
ſpeciale iuramentum calumniæ non exigi , niſi
ab

ab aduerſa parte fuerit petitum:*l.de pupillo. §.cui*
opus.de op.nou.nunc.d.l.iuſiurandum. 34.§.3.de iure-
iuran. quod pòſt etiam ad iſtud generale porre-
ctum eſt. *in d.cap.1.eod.in 6.* tandem etiam apud
Saxon. (nam in Camera & alibi ſeruatur)pror-
ſus iſtud antiquatum eſt. Credo,quòd in caligi-
ne doctrinæ cœleſtis religionem iuriſiurandi,vt
reliquam omnē,minus homines curarint, eoq;
periuria multa committerentur : de quo Baldus
etiam conqueritur.*l.ſi pòſt. Cod.de euictio.quem ſe-*
quitur Maran præall. loco,nu.11. Iſtud,inquit,iura-
mentum hodie non æſtimatur vno obulo : quia
facti ſumus contemptores Dei , & religionis e-
ius. Vndè puto quòd litigatores noſtri temporis
potius iurant de calumnia committenda quàm
vitanda, & ideo melius eſſet,quòd iſtud iuramē-
tum ex toto tolleretur à iudicio , cauſa vitandi
tot periuria , non obſtante quòd hoc iuramen-
tum ſit inuentum ob publicam vtilitatem: *d.l.2.*
*§.ſed quia veremur.*tamen iſtud parum curant iu-
rantes,argumento illius dicti per poëtam Aqui-
natem:Quid enim ſaluis infamia nummis? Hæc
ille,Inſtrumentalis eſt præceptum,& interlocu-
tio iudicis qua imponi ſolet. *l. 2. §. hoc etiam. in*
verb.à iudice ſtatuendum.Cod.eod.
6 ¶Præſtant autem iuramentum calumniæ non
quidem iudex in ſingulas cauſas, quanquam o-
lim cogebatur , *l. rem nouam.12.in princip.Cod.de*
*iudic.Cic.pro S.Roſ.& in orat.paſſim.*cum ſufficiat
eum initio officij iurare: *authen.hodie.*Cod.*de iu-*
dic.Nouell.9.§.penult. Nouell.15 . penult. ſed par-
tes principales, *l.7.§.ſed quia.in fin.* C.*eod.* videli-
cet cuiuſcunque dignitatis: *l.2.§.ſin autem vel di-*
*gnitas.*C.*eod.*etiam communitates, quæ per ſuos
Syndicos iurant,*l.2.§.hoc etiam.in fin.* C.*eod.ca.4.*
*eod.*ex conſtitutionibus Principis,vbicunque o-
pus eſt,per tres aut quatuor præcipuos ſui ordi-
nis.*part.1.conſtit.* 13. Iurat autem tam actor, *§.i-*
*tem actoris. hoc tit.*quàm reus :*§.ecce hoc titul.* item
hæredes vtriuſque.*auth.principales. vbi gloſſ.verb.*
migrauerit.Cod.eod.per l.qui bona.§ ſi quis.de damn.
infect. Eſt enim credulitatis,vt dixi,quod hære-
des ſalua conſcientia præſtare poſſint , ſicut &
nuper ordinatum eſt, *conſtitu.24. parte* 1.etiamſi
probabilem obtēdere poſſint factorum defun-
cti ignorantiam : *l. qui in alterius. 42. de reg. iur.*
cap.cum quis.eod.in 6.vbi Dyn. & Dec.numer.1.2.3.
cum multis ſequen.Cagn. Mayner. ac reliqui. d.l.qui
*in alterius. Molin.in conſ.*Par.*tit.1.§.1.gloſſ.7.numer.*
4.& §.13.gloſſ. 5. numer. 4. & alioquin in iure no-
ſtro res non careat diſputatione. *l.generaliter.12.*
in princip.verb.iuramentum hæreditarium.Cod.de re-
bus cred.& l.1.2.C.de in lit.iuran.Iaſ.l. admonendi.
numer. 313. de iureiur. l. penultim. §.hoc iudicium.ne
*quis eum quo in ius voca.gl.*Land. *libr. 1.art.6.lib.3.*
art.11. Præterea aduocati vtriuſque partis: *§.v-*
triuſque.hoc titul.l.2.in fin.princ. & §.ſed quia vere-
mur.in fin.C.eodem.l.rem non nouam.12. Cod.de iud.
quanquam etiam hi pleriſque nunc locis initio
ſui muneris,non in ſingulas cauſas iurant:quod
in noſtris curijs ſeruatur. Item procuratores, *d.*
auth.principales.vbi gl. verb. pro arbitrio tamen iu-

A *dicis.C.eo.c.3.extr.eod.*niſi pro his ipſi principales
iurent,quod fieri debet,ſicubi poteſt:*l.2.§ ſin au-*
tem abfuerit.& §.hoc etiam. C. eod. etiam in cauſa
collegij vel vniuerſitatis.*d.l.2.§.hoc etiam.*Et de-
fenſores , qui ſine mandato agunt,*d.l.§.ſin autem*
abfuerit. Quin etiam ſi poſt iuſiurandum à prin-
cipali præſtitum primum ordinetur procurator,
etiam hîc de calumnia iurare debet.*ca.2.§.1.eod.*
*in 6.*Sicut tutores etiam & curatores,*auth.princi-*
pales.in fi.C.eo. non eorū pupilli & adulti, quorū
B res adminiſtrant:*ex ratione.l.2.§.quod obſeruari.*C.
*eo.*item œconomi *c.3.eo.*etiam vniuerſitatū.*ca.4.*
*eo.*Imò tāto magis in aduocatis & procuratorib,
ac ſimilib. requiritur hoc iuſiurandum , etiamſi
principales iurauerint, quāto melius calumniari
norunt,quàm partes:*l.ab Anaſtaſio.vbi glo.verb.*
morātes.C.mādati.& niſi coherceātur, de omnib.
cauſis,etiā peſſimis ſe impediunt. *vt ait Iaſ.l.rem*
*non nouam.12.§.patroni.n.3.C.de iud.*Quamobrem
non putatur valere cōſuetudo,qua his iuramen-
C tum iſtud remittatur.I*oan.And.c.Romana.verb.*
aduocatorū.de for.cōp.in 6.Specu.de aduoc.§.1.nu.31.
Contrà tamen vſu receptum eſt,ne religioſiores
abſterreātur aduocationib.quos publicè intereſt
præ alijs huic rei operam dare. *l. 12.§.vlt.Cod.de*
*iud.l.ſeruum.33.§.2.ff.de proc.*Ac memini quoſdam
integræ fidei frontiſq; patronos dicere,ſe potius
abſtinere foro , quàm tot iuramēti religionibus
implicari velle. quod vſuuenire non expedit,ne
meliorib.improbi nulliúſq; conſcientiæ ſucce-
D dant.*d.l.rem.12.§.1.* Non cogūtur etiam in iudi-
cio iurare clerici,*l.cū clericis.26.*C *de epiſc.& cler.*
ideoque nec præſtare calumniæ iuramentum: *c.*
*1.eod.*ac ne poſſunt quidem,niſi cum venia ſupe-
rioris aut ex reſcripto, quo tamē caſu per alium
iurare poſſunt:*d.c.1.*quod alijs non licet:*l.2.in pr.*
& §.ſin autem.h.tit. maximè contrà ibi ſtatuat Bald.
& Bar.in l.qui bona.§. fin.de dam.infecto. exceptis
Principibus quorum procuratores in animas i-
pſorum iurant:*cap.1.§.nomina.vbi gl.verb.in ani-*
E *mam.de pace* Conſtan.ſicut & epiſcoporum. *c. vlt.*
eod. Quanquam iure Canon.hoc ad alios etiam
perductum : vt ex ſpeciali ſcilicet mandato per
procuratorem quiſq; iuramentum hoc præſtare
poſſit:*cap.vlt. de iur.calum.in 6.*ex arbitrio tamen
iudicis,vt diſpiciat vtrum à principali potius ob
honeſtatem perſonæ,an à procuratore,vel œco-
nomo ſit hoc exigendum. *cap.3.eod.*
¶ Materia in qua hoc iuramentum præſtatur, 7
olim quælibet iudicij pars: *l.1.Cod.eod.l.de die.8.*
F *§.qui ſatiſdar.cog.*hodie tota cauſa,*authen. hoc ſa-*
cramentum.Cod.eo. ciuilis,qualiſcunque,ſiue par-
ua, ſiue magna, ſiue etiam compromiſſaria,or-
dinaria,delegata.*l.rem non nouam.12.in prin.& §.*
patroni.in princ.C.de iudic.l.2.§.ſed quia. verſ. licet
*ex compromiſſo cognoſcant.C.eod.*Dico ciuilis.Nam
in ſpiritualibus nō iurabatur olim de calumnia:
*c.2.eod.*neque iuramentum calumniæ,ſed de ve-
ritate dicenda præſtabatur.*ca.dudum.54.vbi gloſſ.*
*verb.de veritate.de elect.*Sed pòſt propter calum-
G nias clericorum inductum eſt, vt hîc ſimul & de
calumnia,& de veritate iuretur.*c.1.§.vlt.eo.in 6.*

Sed nec in criminalibus, *Nouell. Leo. 97. 107.* cum sufficiat inscriptio. *l. vlt. Cod. de accusat. cum simil. Cuiac. Nouell. 49. in fine.* Quæ quanquam hodie obsoleuit quo ad solennitatem, non tamen quo ad effectionem: nam etiam nunc absque inscriptione ex dispositione legis calumniosus accusator ad similitudinem pœnæ obligatur: *l. vlt. m. C. de calum.* Iure Sax. ad arbitrariam. *Zobel. glo. noua. Landtrecht lib. 2. art. 8.* Iuramentum hoc præstatur tam in prima instantia, quàm secunda, *c. 2. in princ. eod. in 6.* Quamobrem & hodie quibusdam locis in vsu est, vt de non temerè appellando persequendóque iuretur. *Mynsing. obseru. 65. cent. 3.* Continet autem istud iusiurandum hæc ferè capita. *secundum Marant. de iur. cal. numer. 10.* Primò, quòd iurans credat se iustè agere & non calumniosè. Secundò, quòd respondebit veritatem super omnibus. Tertiò, quod non vtetur falsa probatione. Quartò, quòd non corrumpet iudicem nec tabellionem. Quintò, quòd calumniosam dilationem non petet. *vt notat Spec. de iuram. calum. §. nunc dicamus. in princ. & tangitur per Bart. ac Dd. in auth. principales. C. eod.*

8 ¶ Quod ad formam attinet, in hoc iureiurando velut & in aliis olim obseruatum fuit, vt tactis sacrosanctis scripturis præstaretur, *l. 1. in fin. l. 2. in princ. C. eod.* hoc est affirmaretur, *l. hac consultiß. in fin. C. de testam. gloss. in d. l. 1. verbo, deponant.* Hodie sufficit ad acta iurari: *authen. principales. in fin. vers. sub gestis monumentorum. & versicul. sed si in sacro consistorio. item versicul. sub præsentia sacri senatus. l. 2. §. sin autem abfuerit. vers. actis interuenientibus. vers. inter acta iuramentum præstat. §. hoc etiam. verb. inter acta. Cod. eod.* publicè: nimirum excepta ob verecundiam sexus *l. alienam C. de procur. l. ad egregias. de iureiur.* mulierem: *d. authen. principales. vers. mulier. hoc t. l. 2. §. sin autem, C. eod.* per Deum, digitis erectis, præsente aduersario, *authen. principales. verb. cum aduersa parte. l. 2. §. sin autem. C. eod.* aut eius procuratore, *d. l. 2. §. sin autem. & §. sin autem abfuerit. 2. §. hoc etiam. Cod. eod.* aut saltem citato: *authen. principales. in fi. vers. vel una earum absentis fuerit. C. eod. l. 2. § sin autē abfuerit. vbi gl. verb. absente. Cod. eod.* in præsentia iudicis. *l. 2. in princ. verb. euangelijs ante iudicem positis. authen. principales. verb. coram iudicibus. & §. 1. verb. sub præsentia sacri senatus. §. vltim. verb. apud iudicem prouinciæ. & §. sin autem abfuerit. Cod. eod.* Aut si cò venire nequeunt, coram officijs ad hoc à iudice delegatis: *d. auth. principales.* vel apud iudicem prouinciæ aut defensorem loci vbi degunt. *d. auth. principales. § sed si partus. l. 2. §. sin autem abfuerit. verb. in prouincia in qua degit. & § hoc etiam. vers. apud defensorem loci Cod. eod.* Quanquam & in domo litigatoris interdum hoc sacramētum procedit, coram missis ad hoc ex officio, *§. si verò. Nou. 50. vt litigan. iuren. l. ad personas. de iureiur. l. generaliter. C. de rebus creditis. §. & quoniam. in authen. de testibus. vbi gl. d. l. 2. §. sin autem. verb. litigatoris. Cod. eod.* altera videlicet parte, vel procuratore eius præsente: *d. l. 2. §. sin autem.* si vel dignitas personæ id exigat: *d. §. sin autem. scilicet egregia, d. l. ad personas.* vel sexus, *d. §. sin autem.* puta mulieris, *l. 1. Cod. de off. diuers. ind.* honestæ vitæ, *auth. principales. vers. mulier honestæ vitæ. Cod. eodem.* sic vt iuret actor, quòd non calumniandi animo litem mouerit, sed existimādo se bonam causam habere. *§. item actoris. hoc t. l. 2. in princ. Cod. eodem.* Nam in vniuersum hic ex animi sui scientia, seu vt alij legunt, sententia & conscientia iuratur. *l. 2. §. quod obseruari. vbi gloss. verb. scientia. Cod. eodem.* Et licet vera causæ natura fortassis alia est, tamen quod quisque credit & existimat, hoc est affirmandum. *l. 2. §. quod obseruari. vers. & licet. C. eod.* Reus verò, quòd putans se bona instantia vti, *§. 1. Instit. de pœna temp. lit. l. 2. in princ. Cod. eodem.* vel potius conscientia, *Nou. 50 sicut Theoph. interpretatur. §. 1. hoc titul.* peruenerit ad reluctandum, *d. l. 2. in princip.* vel contradicendum. *d. §. 1. Inst. eodem.* Hodie adijcitur, nullam in tota lite probationē exactum iri, nisi quam pro veritate putauerit litigator necessariò exhibendam, *§. pen. Nouell. 50. de ijs qui ingred. auth. in isto. C. eod.* Item nihil penitùs patrocinij causa, iudicibus, vel alij cuicunque personæ, pro hac causa datum promissúmue esse: nihil datum promissúmue iri, vel per se, vel aliam intermediam personam, exceptis ijs, quæ dari ll. disponunt. *§ 1. Nou. 124. vt litig. iurent. auth. principales. C. de iuram. propt. calum. dand.* Post litigatores, vtriusque partis aduocati iurant eodem titul. *l. 2. in prin. C. eodem.* videlicet coram iudice tactis sacrosanctis euangelijs. *d. l. 2. in princ. l. rem non nouam. 12. §. patroni. Cod. de iudic. § vtriusque. hoc titul.* Sed alia tamen cōceptionis forma: nempe quòd omni virtute sua, omnísque ope, quod verum & iustū existimauerint, clientibus suis inferre procurabunt: nihil studij relinquentes, quantum sibi possibile sit: cognito autem quod causa sibi credita sit improba vel penitùs desperata, & ex mendacibus allegationibus composita, ipsi scientes prudentésq; mala conscientia liti non patrocinabuntur. Sed & si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent, ab huiusmodi communione se penitùs separantes. *d. l. rem non nouam. §. patroni.* Quòd si plures erunt aduocati adhibiti, ab omnibus sigillatim iusiurandum tale erit præstandum. *d. l. rem non nouam. in fin. Cod. de iudici.* Procuratores quoties admittuntur, nō solum in animam domini, sed etiam suam iurare debent: *glo. verb. ab initio. cap. 2. §. 1. eod. in 6.* quod vtinam strictius obseruaretur.

¶ Præstatur autem hoc iusiurandum statim 9
in exordio, *l. 2. §. vltim. Cod. eod.* aut saltem post litem contestatam, *l. rem non nouam. 12. §. 1. in princip. Cod. de iud. l. 2. in princip. vbi gloss. & Dd. Cod. eodem.* intra tempus seu terminum ad hoc à iudice statuendum. *d. l. 2. § hoc etiam. C. de iuram. prop. calum.* Quanquam hoc non sit de substantia iudicij, cum in qualibet litis parte iurari possit. *d. l. 2. §. 1. & §. vltim. Cod. eodem. cap. 1. in princ. eodem. in 6.*

¶ Finis est, vt sacramenti timore litigantium 10
secu-

securitas & audacia compescatur. *in princ. & §. 1. & §. hæc autem. Instit. de pœna tem. lit. l. 1. versicu. nam sacramenti timore l. 2. §. penu. Cod. eod. vbi dicitur: Sic enim non lites solùm, sed etiam calumniatores minuentur, & pro iudicijs putabunt se homines in sacrarijs sisti. Et paulò post: Si enim principales partes per iuramentum lites exerceant, &c. quid aliud nisi pro hominibus Deum in omnibus causis esse iudicem credendum est?* Item, vt sit dirimendarum controuersiarum remedium, *l. 2. §. penultim. in fin. Cod. eod. arg. d. l. 1. 2. de iureiur.* & litium compendium: *d. l. 2. §. vltim.* vt per illud veritas eliciatur: *c. cæterum. 5. verb. ad eliciendam veritatem. vbi gloss. eod.* & summatim, vt calumniosæ lites omittantur: partes probationibus exonerentur: veritas causæ manifesteturr. *§. quia igitur. in authen. de ijs qui ing. ad appell.*

11 ¶ Effectus non præstiti, vt si actor hoc præstare iusiurandum noluerit, per sententiam iudicis casum actionis sustineat, hoc est, causa cadat: *auth. principales. vers. penult. l. 2. § penultim. & ibi Bart. Bald. ac Dd. Cod. eod. Spec. eod. §. 1. Maran. de iuram. calum. num. 6. gl. cap. 2. eod. lib. 6.* reus verò tanquam confessus condemnationem sustineat. *d. authen. principales. vers. penultim. d. l. 2. §. penultim. Cod. eod. gloss. d. cap. 2. Spec. Maran. præall. loco.* Effectus iuramenti præstiti quod patroni dant, eiusmodi est: quòd non liceat partibus alios pòst aduocatos adiscere: *d. l. rem non nouam. 12. in fi. Cod. de iudic.* aut his à causa semel suscepta recedere: *d. l. rem non nouam.* nisi iniustam compererint. *d. l. rem non nouam.* Quo tamen casu ad partem diuersam transire non possunt: ne melioribus improbi succedant: *vt dicitur. d. l. rem non nouam §. 1.* quæ tamē hodie non vsquequaque seruantur. *vt ibid. Castr. & Ias. annotant.* Effectus in genere, vt à calumnijs iurantes arceantur. Si verò peieratum sit, non tantùm Deum habeant vltorem periurij, *l. 2. Cod de reb. cred.* sed etiam alias pœnas sustineant: vt fustigationis, *l. si duo. §. vltim. de iureiurand. l. fustibus. 16. C. ex quib. caus. infam. quæ propriè de calumniatore agunt.* item infamiæ. *l. si quis maior. Cod. de transact. l. penult. Cod. de dignit. lib. 12. Nouell 117. §. sin verò & extraordinariam. gloss. & Dd. l. vltim. de crimin. stell. & d. l. 2. Cod. de rebus cred.* Quin & linguam illis abscindi solenne quandoque fuit, *Harmenop. lib. 1. tit. 7. ex Nouell. Leonis & Constan.* sicut nunc manet, binos ijs digitos quibus iurarunt, præcidi. *Grammat. decis. 16. versicu. in causa. & in ordinat. Imperij, peinlich halsgerichts ordnung, cap. 107. 108. 299. gloss. Landt. artic. 9. libr. 3. & ordin. Principis parte vltim. constitut. vltim.* Vnde vsitatum, vt in iurando duos digitos, puta indicem & medium, erigere cogantur: quo & pœnæ huius admoneantur, & ea conuenientius à periurio exigi possit. Quanquam enim iuramentum calumniæ hoc operetur, vt iurans à præsumpta calumnia excusetur: *Maran. præalleg. loco. numer. 12.* non tamen excusatur nec liberatur ab expressa. *Barto. l. si quis. §. stellionatus. ad Turpill. Bald. l. si tibi. Cod. de lib. causa. Alexan. l. ait prætor. in princip. de iureiur.* Quamobrem committens calumniam nedum in criminali, verùm etiam in ciuili capsa potest ea finita accusari criminaliter: *gloss. in l. & in priuatis. ad Turpill. Bald. in d. l. si tibi.* & conuictus punitur pœnis, de quibus supr. & D. ac C. de calum.

¶ Affinis est cautio de decima parte litis reo 12
præstanda, si actorem succumbere contingat: olim vsitata, *§. hæc autem. hoc tit. l. 2. § penultim. vers. antiqua Cod. eodem.* iure Codicis abrogata, *d. l. 2. § penult.* iure Nouell. iterum inducta. *Nouell. 112. de litigios. §. ad excludendas. 2. de qua Cuiac. Nouell. 96.* Item affine iuramentum veritatis, *cap. 1. in princip. & §. vltim. cap. 2. eodem. in 6. cap. dudum. 54. vbi glo. verb. de veritate. de elect.* iuramentum malitiæ, quod in omnib. causæ partibus etiam post præstitum iuramentum calumnię potest iudex, prout opus videbitur, exigere: *c. 2. §. vlt. eod. in 6.* iuramentum quo positionibus respondetur. *cap. 1 & 2. de confiß. in 6.* nam & id per iuramentum quoddam fit calumniæ. *Ferra. in for. act. real. & in form. posit. Franc. Gemin. & Dd. d. cap. 1. cap. 2. de conf. in 6.*

¶ Contraria remissio litigantium, quam lex 13
quidem Ciuilis inhibet, *l. 2. §. sed quia veremur. Cod. de iuram. prop. calum.* sed Canonica tacitè permittit. *ca. 1. §. 1. eod. in 6.* An consuetudo? Iura quidem prohibent consuetudine remitti, *cap. 5. eodem.* etiam aduocatis & procuratoribus: *Ioan. Andr. c. Romana. verb. aduocatorum. de foro compet. in 6. Spec. de aduoc. § 1. num. 31.* sed vsu non seruatur, vt ex moribus Saxon. apparet. Et certè quod pacto remitti potest, multò magis cōsuetudine vel statuto: cum sint publica pacta decretaque, *l. 1. l. de quib. 31. de ll.* quæ priuatis plus operari debent. *l. ius publicum. cum simil. de pact. authen. res quæ. Cod. com. de leg. Euerar. in loco lega. à pacto ad statutum.* Quanquam respondere licet, non ideo posse hoc iuramentum pacto expressim remitti, *l. 2. §. sed quia veremur. Cod eod.* etiam si tacitè queat omitti. *d. c. 1 eod. in 6. c. filiusfam. 8. §. veterani. vbi gl. verb. prætermissum. de proc. Ias. nu. 30. 96. & 127. in repet. l. nemo. de legat. 1.*

CODICIS DN. IVSTINIANI SACRATISS. PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE,

LIBER III.

De Iudicijs. Tit. I.

1 *Continuatio, & quòd ius omne iudicijs concludatur.*
2 *Quid ſit iudicium.*
3 *Propria iudicij.*
4 *Partes iudicij.*
5 *Species iudicij.*
6 *Cauſæ.*
7 *Materia.*
8 *Forma.*
9 *Finis.*
10 *Effectus.*
11 *Adiacentia iudiciorum.*
12 *Secundùm quod ius ſit iudicandum.*
13 *Affinia.*
14 *Contraria.*

1 EXPLICATIS † hactenus tam iuriſprudentiæ principijs in primo Codicis libro, quàm iudiciorum præparatorijs in ſecundo, progrediuntur iam iuris noſtri cōpoſitores in hoc tertio ad ipſa iudicia, quibus omne concluditur ac redditur, *l. 2. §. 2. de orig. iur. l. nullus. 13. ſupr de Iudæ. c. nonnulli. 28. de reſcrip. §. 1. in auth. vt diff. iud. & de iudicib. ca. forus. de verb. ſignif.*

2 ¶ Iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum in iudicio diſceptantium. *Bal. nu. 1. Hoſt. 2. Felin. & Dd. in rub. eod.* Siue eſt legitima controuerſiæ iudicialis, quæ eſt inter actorem & reum apud iudicem diſceptatio & dijudicatio, vt publica authoritate lites ſopiantur. *l. nullus.*
3 13. *C. de iud.* Eſt † autem munus publicum, *l. vlt. §. 1. de muner.* publici iuris, *l. nullus. 13. C. de iud.* ciuile, *Cuiac. l. 1. de reg. iur.* neceſſarium, *Hipp ſing. 7. 127.* indiuiduum, *l. nulli. 10. C. eod. l. ſi familiæ. 48. fam. herciſ. Spec. de arb. §. 8.* diurnum, *§. ſedebant. in authen. de iudicib. Dd. l. non minorem, in fin. Cod. de tranſactionib.* diuturnum: *l. etiam. 16. vt leg. nom. cauea. Iaſ. l. iudices. Cod. de iudic. num. 2.* olim annale, *l. reus. 7. de munerib.* hodie in criminalibus biēnale, in ciuilibus triennale: *l. properandum. 11. in princ. C. eod. Iaſ. l. ſi fideiuſſor. § ſi ſatiſdatum. qui ſatiſd. cogan.* æquale, *ca. in iudicijs. de reg. in 6.* ſtricti iuris. *Decius in l. ius noſtrum. 7 numer. 11. de reg. iur.*
4 Eius † duæ inſtantiæ. *l. & poſt. 73. §. pen. de iudic.* Prima & ſecunda, nimirum appellationis: *Dd. d. l. properandum.* vtriuſque vna pars prior, altera media, tertia poſterior. *auth. ad hæc. vbi Iaſ num. 2. C. de iud.* Primæ partis decem membra conſtituit Maran. *in Spec. aur. in 6. par. in princip. numer. 3.* primum citationem, *de qua hîc. & ff. ac. C. de in ius vocan. quam deſcribit Socin. tractat. de citat. artic. 1.* ſecundùm contumaciam, *de qua in d. l. properandum. §. 1. 2. l. conſentaneum. 7. quomo. & quan. iud. extr. de dol. & contum.* tertium libelli oblationem, *de qua in l. 1. de eden. authen. offeratur. Cod. de lit. conteſt.* quartum reconuentionem, *l. cùm Papinianus. 14. C. de ſentent. l. 2. §. item. ſupr. de iudic. tot. tit. ext de mut. pet.* quintum authoris laudationem, *l. Pomponius. 13 §. cum quis. de acqu poſſ. l. 5. de diuer. & temp. præſcr. l. authore. 7. C. de euict. l. 1. C. vbi in rem act.* ſextum poſſeſſoris nominationem, *l. 2 C. vbi in rem act. ca. 5. vt lit. non conteſt.* ſeptimum interrogationem *tot tit. de inter. act. l. cogi. 11. Cod. de petit. hæred. l. qui interrogatus. 12. ff. eod. Spec. titu. de interrog. quæ fiunt ante lit. conteſt.* octauum ſatiſdationem, *de qua ſupr. tit. de ſatiſdat.* nonum exceptionem dilatoriam, *l. exceptionem. 19. C. de probat. l. ita. 13. C. de procurator.* decimum litis denique conteſtationem, *l. 1. & tot. tit. C. de l. t. conteſt.* Mediæ partis membra ponit iuramentū calumniæ, *de quo s. in princ. huius tit.* compromiſſum *c. expoſita. 11. de arbit.* (quanquam hoc cum dilationibus rectiùs ad primam partem refertur, quoniam & arbitria iudicijs antecedūt: *l. ſi quis. 30. de recep arb.* & ſtatim à libelli oblatione dilatio reo datur, *auth. offeratur. C. de lit. conteſt*) terminum

minum ad probandum: *l. 1. Cod. de dilat. l. vltim. de fer.* poſitiones, & articulorum exhibitionem, *c. 1. de confeſſ in 6.* ac interrogatorium: *ca. præſentium. de teſti. in 6.* Teſtium productionem, *de qua extr. de teſtib. Specul. de teſtam.* & inſtrumentorum: *de qua titu. de fid. inſtrumen. & Specul. de inſtrument. edit.* Iuramenti præſtationem, *cap. vltim de iureiuran.* Actorum editionem, *de qua l. 2. Cod. de edend.* Proceſſus publicationem, *authen. at qui ſemel. Cod. de probat. c. cum dilectus. 9. vbi gloſſ. de fid. inſtrumen.* Falſi quæſtionem, *l. nullum. 12 Cod. de teſtib. l. penultim. Cod. de fi l. inſtrum.* Teſtium reprobationem *cap. præſentium. 31. de teſtib.* Torturam, *de qua titu. de quæſtioni.* Concluſionem in cauſa, *authen. iubemus. Cod. de iudic. clem. ſæpe. § & quia. de verbor. ſignific.* Allegaciones iuris. *cap. quoniam. de probat. c. paſtoralis. de cauſa poſſeſſ.* Tertiæ poſtremæque partis membra facit ſententiam, *de qua titu. de re iudic. & Cod. de ſent.* Appellationem, *de qua tit. de appellat.* Executionem, *de qua in l. à diuo Pio. 15. de re iudic. & Cod. de execut. rei iud. per tot.*

5 ¶ Diuiditur porrò iudicium aut à cauſa: ſic, vt aliud ſit Iuriſgentium, *Pan. ca. dilecti 6. numer. 1. de iudic.* aliud Ciuile, *Bald. & Dd. l. prolatam. C. de ſent.* aliud Eccleſiaſticum, *tot. tit. Cod. de epiſc. audien.* aliud Sæculare, *cap. 4. de iudic. ca. 1. cum ſequen. de for. compet.* aliud Spirituale, aliud Temporale: *Marant. parte 4. diſtinct. 13.* & hoc aut Ciuile, aut Prætorium, *§. 1. Inſtit. de bon. poſſeſſ. l. 1. ſi menſ. falſ. mod. dixer.* aut extraordinarium, *tot. tit. de var. & extraord. cognit.* aut Delegatum, *Maran. in Specul. parte 4. diſtinct. 15.* aut Subdelegatum. *l. 5. Cod. de iudic. Maran. parte 4. diſtinct. 15.* A' materia, aliud Ciuile, aliud Criminale, aliud Miſtum. *Maran. par. 4. diſtinct. 1. nume. 2. l. 1. §. 1. de calu. Bartol. & Dd. in l. vltim. de priuat. d. l. 3. de ſepul. viol.* Criminale aliud capitale, aliud non capitale: *l. 2. l. capitalium. 28. de pœn.* aliud Priuatum *tot. titul. de priuat. del.* aliud Publicum *tot. titul. de pub. iud.* aliud Extraordinarium *tot. titu. de extraordin. cri.* Ciuile vel rei perſecutoriū: & hoc aut Reale, quod vel Petitorium, vel Poſſeſſoriū eſt: *extr. de cauſ. poſſ* aut Perſonale, *§. 1. Inſt. de act.* aut Pœnale: *§. ſequent. Inſtitu. de act.* & aut Vniuerſale. *l. 1. in prin. de rei vendic. gl. mag & Dd. l. 3. de eden.* aut Generale. *l. 2. vbi Bar. n. 2 de neg. geſt. l. 2. C. de iud.* aut Particulare. *l. 1. in prin. de rei vend.* A' forma aliud Ordinarium, aliud Extraordinarium: *l. antepen. de neg. geſt. §. vlt. Inſt. de interd. l. ordo de pub. iudic. cum ſimilib.* aliud Simplex, aliud Duplex. *l. in tribus. 13. de iud. l. 2. de inter l. §. duplicia. Inſt. eo.* A' fine & effectu, alia Publica. *T. de pub. iud.* alia Priuata. *ff. de priuat. delict.* & hæc in Simplum, Duplum, Triplum, Quadruplum: *§. quædam. Inſtitut. de actio.* alia Extraordinaria. *§. vlt. Inſtitu. de interdict.* aliud Principale, aliud Præiudiciale, *t. t. fam. herc. l. fundū. 16. cū ll. ſeq. de excep.* aliud Præparatoriū. *l. 1. l. 3. ad exhib. l. 1. de inter. act. l. is qui. de rei vendic.*

6 ¶ Cauſam habet ex iure gentium, *Mar. part. 3. n. 133.* vel potius diuino: quod libri Moyſis teſtatum faciunt: formam ex iure ciuili. *glo. §. 1. verb. neceßitate. Inſt. de oblig. Iaſ. §. ſupereſt. nu. 41. Inſtit. de actio.* Proximam cauſam perhibeamus licet Magiſtratum, qui iudicia conſtituit. *l. cum prætor. 12. de iudic. l. nam & ipſum. 8. de iuſt. & iur.* & perſonas quæ iudicia ſuſtinent: nempe, Iudicem, Actorem & Reum. *c. forus. de verb. ſignif.* Impulſiuam generalem, humanarum rerum neceſſitatem: *ca. ad hæc. 16. quæſt. 1. c. niſi. 23. quæſt. 1. §. ius autem. verſ exigentib. neceßitatib. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Maran par. 3. n. 136.* προηγουμένην particularem, reorum fruſtrationem: *Dd. in §. ſic itaque. verſ appellamus. vbi Fab. nu. 5. Platea. num. 5. 6. Iaſ nu. 41. Inſt. de act. Zobel: Landtrecht. lib. 2. art. 2.* quam ideo in libellando ſolet actor allegare. *vt Zaſ. & alij notant. §. 1. Inſt. de act.*

7 ¶ Materia ſunt cauſæ ciuiles, & criminales, *l. 1. § penu. de calum.* etiam minimæ. *§. gallinarum. vbi gloſſ. verb. qui lucrandi. Inſt. de rer. diuiſ.* Nam ordinariæ actiones etiam ob rem minimam dantur *l. ſi proprietarius. 22. de damn. infect. l. 1. § illud. de coniungen. cum emanc. lib.* ſaltem ciuiliter: *c. pen. c. vltim. 14. quæſt. vlt & d. l. ſi proprietarius.* non etiam criminales fortè, *l. 6. vbi Dd. de accuſat.* vel famoſæ, *l. ſi quis. 9. §. vltim. cum ll. ſeqq. ff. de dol. mal. vbi Dd.* quæ criminalibus, imò capitalibus adæquantur: *l. iuſta. de ma. vind. Iaſon. rep. l. admonendi. nu. 278. de iureiur.* ſicut moribus noſtris ob minimum furtum non eſt criminale iudicium, nec extraordinaria odioſa, *l. 4. de in integ. reſtitut. l. ſi quis. 9. §. vlt. cum ll. ſequent. ff. de dol. mal.* Extraordinarijs cognitionibus, quæ magiſtratui ſpeciali lege imponuntur, ſic vt delegare nequeat, *l. 2. 3 C. de pedan iud. l. 1. & paßim, de var. & extraord.* ſicut aliàs, *l. ſolet. cum ſeq. de iuriſdic.* hæc materia ſubſternitur: quòd in ijs aut de muneribus ac honoribus agitur, aut de re pecuniaria, aut de exiſtimatione, aut de capitali crimine: *l. cognitionum. 5. de var. & extraord.* quam materiam etiam ordinarijs licet ſubiungere, præſentem tamen, non futuram. *l. non quemadmodum. 35. de iudic.* Non enim venit in iudicium, quod pòſt accidit: *l. non poteſt. 23. de iud.* ſed illud tātùm, quod actione comprehenſum eſt: *l. ſolemus. 61. de iud.* exceptis acceſſionibus, quæ poſt litem conteſtatam non iure actionis, ſed officio iudicis veniūt, *l. ædiles. 25. §. item. 4. de ædil. edict l. ex diuerſo. 35. §. 1. vbi Bartol. de rei vend. l. 1. C. de iud. l. litem l. videamus. 38. & paßim. de vſur.*

8 ¶ Forma iudiciorum à tribus obiectis petenda. Primùm à perſonis. Actore, Reo & Iudice: *d. cap. forus. de verborum ſignificat.* vt rectè conſtituātur & diſcriminentur, *l. inter. de iudic.* nec iudicium claudicet: *ca. cùm inter. de except. Specul. de actor. numer. 4.* aut confuſis partium officijs, confundatur. *l. ille. 13. §. penultim. ad Trebell.* Secundò à Rebus, vt poſſeſſorium petitorio præuertatur: *cap. 2. de ordinar. cog. l. ordinarij. Cod. de rei vendic. l. ſi de vi. de iudic.* incidens principali: *l. 3. Cod. de iudic.* præiudicialis quæſtio finali: *l. 1. 2. Cod. de ordin. iudic.* criminalis ciuili. *l. 3. l. vlt. Cod. de ordin. iudic.* Tertiò ab Actionibus, & partibus iudicij, vt ordine ſecūdùm iuris formam obſeruen-

tur:*clem.sæpe.de verb.signic.quoniam.11. de probat.* nempe citatio,libelli oblatio,cautio,cõtestatio, causæ cognitio,definitio,&c,de quibus partibus suprà dictum est. *& tractatur.in authen. offeratur. ac t.t.* C.*de lit.contest.l.iubemus.9.* C.*de iudic.l.prolatam.vbi Bald.nu.3.4.5.C.de sent.*

9 ¶ De fine iudiciorum pro Cecinna Cicero: Omnia,inquit, iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. Nam ideo iudiciorum vigor iurisque publici tutela in medio constituta est, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat vltionem,*l.nullus.13.* C.*de iud.Spec.de offic.com.iud.* §.7. Item vt oppressi liceat legitimum impetrare præsidium:*l.4. C.de his qui ad eccles.confug.* vt lites terminentur: *l.properandum.11. C.de iudic. l. quidam.21. si cert. pet.* finis controuersiis sententia iudicis imponatur:*l.1.de re iudic.*atque ita ius suum vnicuique publica authoritate reddatur, *c.cum æterni. de re iud.in 6.* non iniuria *c.nonnulli. 28. de rescript.l.minerint.C. vnde vi.l.nulla ff. de legibus, l.1. de app.l.penultim.vbi Dd. de iustitia & iure.*

10 ¶ Quoad effectum attinet, iudicium redditur in inuitum,*l.inter 83.§.1.de verb.obl.*hoc est, reum,Nec enim actor inuitus initio agere cogitur, *tot.t.*C.*vt nem. inuit.* nisi post litis contestationem, *auth. qui semel. C. quomo. & quan. iudic.* qua contrahitur:*l.3. §.idem scribit.8. de pecul.* vt hic obtineat regula l.sicut.C.de act.*qua de re plura Alcia.l.4.C.de pact.*Item inducit obligationem,*d.l.3.§.idem.8.de pecul.*nouationem,*l.aliam. de nouat. l.non solet.87. de reg.iur.*iurisdictionem, *c.gratum de off.iud.deleg.l.1. 2. l sed etsi.de iudic.l. 4. 5. de iurisdict* præuentionem: *l.vbi cœptum. de iud. c.vlt. vbi Pan. & Dd.de for. comp.* perpetuat actiones.*l.vn.* C.*ex delict.defunct.*interrũpit præscriptiones,*l. vlt.C.de præscrip.30.ann.*moræ purgationem.& pœnitentiam excludit. *l.si insulam. vbi Ias.& Dd.de verb.oblig.*constituit in mala fide possessorem, condemnatione scilicet secuta. *l.sed etsi.25. § si ante.5.de petit. hæred.authen. malæ fidei.l.nemo.C de acq poss.ff l.2.antepen.C.de præsc. long.temp.c.vlt.de præscrip.* denique nullius iuris deterius facit, sed firmius *l.non solet.87. nemo.88. de reg.iur.l.aliam.de nouat.*

11 ¶ Adiacentia sunt, sportulæ sumptus, *tot. tit. C.de sport & sump.* acta,*c.quoniam 11. de probat.* scripturæ,*l.properandum.11. § autem. l. rem non nouam.12.C de iud l.2. C.de iur.prop.cal.dand.to.ti. C.de sent.ex bre. recit.*mora, *l. etiam.15. vt leg.no.* hoc est, iustum cognoscendi tempus,*Ias.l. iudices.9. hoc tit.* tempus diurnum, *§. interdiu. in authen. de iudic.c.consul. de offic. deleg.* Dd. *l. non minorem.C.de transact.*non feriatum,*l.2. 3.4.& passim, de fer.&* C *eod.* non nimis angustum, *l.iubemus.9. vbi Ias.num.2. & 3.C.de iud.cap.2. & passim,ext.de dilat.*locus competens,*tot tit.ext. de for. compet. &* C. *de iurisdict. cum multo tit seq.l.4. de iud.*honestus,*l.quid tamen.21 § si arbiter. 9. §.sed in aliquem.10. de recep. arb.* idoneus, tutus,*c. ex parte.47. de appell.*solennis,*l.penult.de iust & iur.*

A publicus,*l.cum sententiam.6.Cod. de sent.*

¶ Ius denique ipsum vel municipale, *l aniss. totum.Cod.de ædif.priu.c. 3. de eo qui mit. in possess.* 12
vel ciuile,*l.rem.12. cum authen.inserta.hoc tit.* quo in foro ciuili causæ terminantur, *c. quod clericis. 9. de for.comp.* etiam in ecclesiastico,quando canonicum deest:*c.1. 2.de oper.no.nunc.Ias.l.2.Cod. si contra ius v.l vtil.* vel canonicum, secundum quod deciduntur causæ in foro ecclesiastico, *d. c.quod clericis.* etiam in foro ciuili,quando agitur de materia ecclesiastica:*c.1. de constit. & passim, distinc.8.9.10. 12.* vel causa peccati,*c.cum venerabilis. c.ad audientiam.c.vlt. de cons.et.c.1.eo.in 6.l. 6.vbi Bal.& Dd Cod.de sacrosanct. eccl f & in authent de eccles.tit.c.venerabilem.13 vbi Panorm.& Dd.qui sint leg.gloss.ord.in §.hactenus. verb. generalia. Inst.de grad. cognat.*aut vbi ius ciuile deest, vel controuersum est,*cap.1.in fin.de iureiur.in 6.c.1.2.vbi Dd.de oper.nou.nunc Ias l.2.num.23.C. si contra ius vel vtil.pub.Cors.in dag.lib.2.c.6.Blanc. de compro quæst.2.n.m 47.*

¶ Affinia sunt, Arbitrium,*l.1. de arb.*arbitramentum, transactio,*l.non minorem. Cod.de transact.* iusiurandum,*l.1.2. de iureiur.*confessio, *l. 1. de cons. l. post rem. de re iud.* priuata vindicta, defensio,*l.1.2.* C.*quand.liceat vnicui.l.nemo.13. §. de Iudæ.l.5 §. de iure fisci.*recuperatio,*l.1.§.vim.l.16. 3.§.eum.5.de vi arma.Bald.& Dd.l.1.§.vnde vi.*arrestatio debitoris,*l.aut.10. §.si debitorem.12. quæ in fraud.creditor.*custodia,*Bart.l.capite.nu.3. de adulter. & l. vnic.num 7.si quis ius dicen. Socin. c. cum contingat.num.18. de for.comp. Mynsing. obser.19. cent.1.*& vltimæ interdum voluntates,*l.non est mirum.26.vbi Bar.de pig.act.l.2.vbi Bal.C.de diuiden. tutel. l.1. §.si pupillus.4. vbi Bald.de tut. & rat.distrah l qui testamento.20. §.cui.5.vbi Bart.& Dd.de testamen.* 13

¶ Contraria sunt, præscriptio instantiæ,*l.proponendum.11.in prin.hoc tit.*quæ tamen hodie non vsquequaque locum habet secundum communem:*Ias.l.si fideiussor. § satisdatum. qui satisd. cogan.* litis item præscriptio,*l.vltim l.3.4. C.de præscrip.30. anno.l.moræ.* C.*de rei vend l.hæreditas.* C *de pe.hæred.*inæqualitas,*c.5. de except.c.1. de mut. pet.l.in scrinis.l.4. de prox.sacro.scrin. lib. 12. l. litigatores 11. de recep.arb.l.non debet.42. de reg.iur. c.non licet.52. eo.in 6.* mors iudicis,*l.venditor. 49. l mortuo.60. vbi Dd.de iud.l.4. de iurisd.c.gratum, 20. de offi.del.*& morbus sonticus:*l.iudex. 46. de iud.* item mors accusatoris:*l.petitor.31. de iud.* rei: *tot. tit. si reus vel accus.l.1. quæ sent.sine app.* prohibitio superioris:*l. iudicum.58. de iud.* partium à lite discessus:*l.4.* C.*de pac.*transact.10, *l.neque.22. de donat.int.vir.& vx.*solutio rei petitæ, satisfactio,*§.vlt.Inst.de perp.& temp.act.l.si reus.73. de procur. l. si debitori 21. de iud.* qua iudicium finitur, sicut & sententia.*l.1.l.index postea quam. de re iud.* denique omnia quæ reddunt processum retrò nullum:*l.1. vbi gl.& Dd.*C.*de condic.ob caus.* vt incompetentia iudicis & iurisdictionis, *l. vlt. & tot.tit.* C.*de his qui à non comp. iud c.1. de præscr. in 6.cle. vt calumniis. de re iud.* illegitimatio litigatorum,

gatorum,vt vocant: *l.licet.vbi Dd.*C.*de procurat. Philip.Por.consil.134.num.7.& 17.* ineptitudo libelli,*c.examinata.11.de iud.Ias l.si patronus.nu.2 3. de iureiur.* omissio formæ & legitimi processus, *l.4.vbi Bald.*C.*de sent.l.iudices.9. vbi Ias.nu. 2.hoc t.cum dilecta.vbi Felin.nu.6. de rescrip.* & similia *de quibus Blanc.de compro. quæst. 7. c. de annulantib.compro.& alij in tract.de nullita.sentent.*

DE SPORTVLIS ET sumptibus in diuersis iudiciis faciendis. Tit. II.

1 *Sportulæ quid,earum distinctio,& cur debeantur.*
2 *Executores qui,eorum officium publicum,déque eorundem electione.*

1 ADiacent iudiciis, sportulæ,† hoc est,salaria personarum forensium: *l.nihil,120.de legat. 1.* aut certa & ordinaria, aut incerta & extraordinaria: *Spec. de salar.procur. in princ.l.salarium. 17.§.mand.l. qui mutuam.56. §. penultim. eod. tit.* debita,vel ex conuentione,*l.si remunerandi.mãd.* vel extra ordinem,*l.1.de var. & ext.cognit.* officio iudicis,*Ias.l.diem.4. num.24. de off.ass.* ex æquitatis ratione,*l.sumptus.48.de rei vend.*qua pro ministerio debetur honorarium seu præmium: *c. ecclesiasticis. 1. 2. quæst. 1. c. cum ex officij. 16. de præscript.* ex qua causa debentur etiam multò magis sumptus,*l si necessarias.de pig. act.l. 5. commod.l.1.de cont.act. tut. Guid. Pap. decis. 68. l.sumptus.98.de rei vend.*ab eo cui seruitur: *l. prætor.in fin.de eden.c.nonnulli.de rescrip.* ne officium cuiquam sit damnosum, *l. sed si. 7.quem.testam.ap.*
2 cuiusmodi potissimùm omnia debentur † executoribus,*§.tripli.Inst.de act.l omnes 31.*Cod.*de episc.& cler.l.vlt.Cod.de princ.agen.in rebus. lib.12.* qui iudici in executione iudiciorum apparent atque administrant:*l.1.2.hoc tit.l.si pignora. 50. de euict.l.2.§.de off.diuer.iud.& in auth. de exec.* Spec. *eo.§.1.*quorum officium publicum est, *Specul.in princ.eod.num.1.*executionis (vnde nomen) non cognitionis:*l.pen.l.6.§.de exec. rei iud.c.nouit.44. de app.c.pastoralis.27.§.2.de off.deleg. Bart.nu.3.& Dd.l.à diuo,15.in prin.de re iud.*quorum olim certa schola fuit seu collegium: *l.vlt. §.de app præf. lib.12.*velut & Notariorum:*l.vlt. de primicer. eod.* sicut & nunc est in magnis Curiis: quem in ordinem per magistrum scholarum seu Primicerium eligebantur,*§.is qui causas. in auth. de iud.l. 1.hoc tit.l.vltim.vbi Cuiac.*Cod.*de appa.* non pauciores duobus. *d. §. his qui causas. in auth. de iud.* Iure Canonico quilibet iudex eos sibi cooptat, *c.cum parati 19. de appell. c. prudentiam. 21. de off. deleg.*officiales ciuitatum,*Spec.eo.§.1. nu.2.* & cuiuslibet curiæ assessores: *ord.Came.par.1.c.36.* licet Cuiac.*obs.lib.4.c.22.*velit à Principe eos constitui, vt alios magistratus.

DE PEDANEIS IVDICIBVS. Tit. III.

IVdicium sustinent potissimùm Iudex, Actor, Reus,*c.forus. de verb.signif.* Magistratus olim non iudicabant de singulis causis, sed iis iudices dabant,*l.3.l.eum.13.l.solet. 16. de iurisdict.* qui Pedanei dicebantur,*l.vlt.l.2.3.4. 5. hoc tit.* quòd ad pedes tribunalis in minoribus subselliis ius dicerent.*Cuiac.ad Paulum.lib.5.sent.tit.27.*

QVI PRO SVA IVRISdictione iudices dare, darive possint. Tit. IIII.

IVdices dare possunt, magistratus, *l.2.3. l.vlt. hoc tit.l.4.5.13.& passim, de iurisd.* quibus id lege moribúsque conceditur. *l. cum prætor. 12. de iud.* Dari quoque possunt omnes qui non prohibentur,*de quib.d.l.cum prætor.l. cæcus.16.de iud.gloss.art.55.num.5. lib.1. l.quidam.57. de re iud.l. cum l.41. de recep. arb.* Prohibentur autem illiterati,*l.pen.§.de iud.c.sciscitatus.13.de rescrip.* infames,*d.l.cum prætor.l.2.§.de off.assess.l. 1. de vi priuat.*hæretici,*l.4.l.si qui.9.§.de hæret.*Iudæi, *l.vlt. §.de iud.*excommunicati,banniti,*gloss. d. art. 55. lib.1.*serui, fœminæ, minores septemdecim annis,*de quib.d.l.cum prætor.d.l.quidam,&c.*

NE QVIS IN SVA causa iudicet, vel sibi ius dicat. Tit. V.

1 *Materia iudiciorum,& iudicum.*
2 *Neminem sibi ipsi ius dicere posse.*

1 MAteria † circa quam iudices & iudicia versantur, sunt causæ tam ciuiles, quàm criminales: *l.1.de calumn.l. illicitas 6. §. qui vniuersas.8.l.ex omnibus.10.de off.præs.* qua parte rectè cauetur, ne † quis in sua causa ius dicat, of-
2 ficio iudicis nobili pro tribunali: *l. qui iurisdictioni. de iurisdic.* vel iudicet officio mercenario, vt pedaneus, delegatus, &c. *l.4.de interr.act.* cùm quod iniquum sit, licentiam alicui sententiæ tribuere in re propria, *l.Iulianus.17. de iud.* hoc est, cuius aliqua vtilitas ad eũ redeat, *l.1.§. propria,quand.app.& intra quæ temp.* tũ iudicis & partis eadem persona sustinere nequit, cum iudicium suis ex partibus integrum non constet, nisi partibus ac iudice discretis.*l.ille.13. §. penult. ad Senatusconf.Trebell. De antinomia apparente ex l.qui iurisdictioni. 10. de iurisdict. l. in priuatis. 77. de iudic.l.quisquis.6. §. de postulan.*

consule Cuiac.ad Africanum.

QVI LEGITIMAM PERsonam standi in iudiciis habeant, vel non. Tit. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Agere quinam possint, vel non.*
3 *Qui item conueniri.*

1 DIctum † est de iudice, huiusque administris, executoribus: sequitur de litigatoribus, qui legitimam personam standi in iudicio habere debent: hoc est, vt agere possint & conueniri.

2 ¶ Agere possunt quicũque non prohibentur. *l.1.2. de postul l.mutus.42. de procur.cap.cum locum.14. de spons.Spec.de act.in prin.* Prohibentur serui *l.non idcirco.44. §.vlt.de iud.l.1.§.de precibus imp. off.* nisi quibusdam casibus: *l. vix certis. 53. de iud. l.6. §.eod.* mulieres in criminalibus, *l.qui accusare.8. l.mulierem.13. de accusat.* nisi suam iniuriam persequantur: *l.4.5.6.12.14. §.qui accusa.* Iure Saxon. indistinctè absque tutore, curatore: *art. 44. 46. lib.art.63. lib.2.* quomodo pupilli, minores. *l.1.2.hoc tit.* Sed nec ob dignitatem agunt magistratus, quamdiu in officio sunt: *l.senatusconf. 16. de off.pras.l.pars. 48. de iudic.* nec ob pœnam excommunicati, *c.2. c.exceptionem.12.c.cum inter. 5. de except.* deportati, *l.si debitor..47.de fideiuss.l.quoties.14. de nouat.l.si quis.9. §.de bon. dam.* hæretici *c.vrgentur.10.de hæret.*

3 ¶ Conueniri tamen hi omnes possunt: *c. 2.5. de except.* exceptis seruis: & aliis qui pecuniam non habent in re pecuniaria: *l.hos accusare. de accusat.* & ob statum ac potestatem, in aliis etiam causis, *l.seruus.6. §. de iudic. l. lis. de iud.* exempto filiorum famil. *l.filiusfam.30. de oblig. & act.l.1. infr.de bon. mat.l.vltim. infr.de bon.quæ lib. de quibus. Cuiac.obs.lib.9.c.13.* ob dignitatem, magistratus: *l.part.48. de iud.l.2.de in ius voc.l.sed & 25. ex quib.caus.maio.* ob impedimentum, absentes, *l.hos accusare.12.de accusat.* ægrotantes, *c.2. de proc.l.qui dam.de re iud.* transeuntes *l.2. de in ius voc.l.hæres. 19.§.2.§.3.de iud.*

VT NEMO INVITVS agere vel accus. cog. Titulus. VII.

DIscrimen inter has partes, hoc est, quod nemo cogatur inuitus agere in ciuilibus vel accusare in criminalib. *l. vnic.h.t.l.vlt. §. de vsur. pup.l.purè.§.vlt.de dol.ma.exce.* quod priuilegium id est, ius singulare actoris vocatur. *Nouel. 112.* Nam idem in Reo, qui tamen aliàs est fauorabilior, *l.fauorabiliores. de reg.iur.* non obtinet: *d. l.purè.§. fina. de dol. except. contra l nemo ex his. de reg.iur.c.5. c.non licet.22.eod.in 6.* qui se defendere cogitur, *l.sed & 35.§.1.de pro.* & in quem, licet inuitum, iudicium redditur. *l.inter.81.§.1.de verbor.oblig.l.2.§.5.l.si quis.de iud.*

DE ORDINE IVDICIORum. Tit. VIII.

ORdo iudiciorum est, vt ne causæ præiudiciales minores præuertantur maioribus: *l.12. h.tit.* nec ciuiles criminalibus: *l.pen.l.vlt.h.t.* quæ nec simul recipiuntur æque principaliter. *l.3. h.t. l.2. §.1. vbi Bal.de vi bo.rap.* Sed & possessorium petitorio anteponi debet: *l.ordinarij.13. §. de rei vend.l.si de vi.de iudic. c.4. 5. ext. de caus.poss.* nec contrariæ actiones recipiendę. *l.1.§.de fur.l.vlt.§. de codicill.l.as.latè & Socin.iun.l.naturaliter.§.nihil. de acq.poss.*

DE LITIS CONTESTAtione. Tit. IX.

1 *Litis contestatio quid.*
2 *Propria.* 3 *Partes & species.*
4 *Causa.* 5 *Materia.*
6 *Forma.* 7 *Finis & effectus.*
8 *Affinia, contraria.*

SEd potissimùm ordinantur iudicia per litis contestationem, *l. ordinata.24. de lib.caus.l.1. h.t.l.vnic.§.tit.1. l.amplius.15.rem.ra.hab.* tanquam principium formale. *Spec.de sal.§.1.nu.10. & de sent.§.iuxta.nu.6.* Est enim † primordium litis, quod narratione & actoris responsione rei constituitur. *l.2.in prin.§.de iureiur.prop.cal.dan.l.1. h. tit.c.1.eo.c.dudum.54.de elec. Cuiac.obs.lib.9.cap.21.* Ex more fori, est responsio rei, animo litẽ cõtestandi, de principali negocio facta. *Soc.c.vnic.nu. 7.eo. Chil.in prac.60. Ter c.31.* Proprium, † vt expressè fiat, *Soc.d.rub.eo.n.1.* categoricè, non conditionaliter & in pendenti. *l. non quemadmodum. 35. de iud.l.actus legitimi.de reg.iur.* Itẽ quod strictiuris, *l.non potest.23. de iud. l.ædiles.§.item.de ed.edic.* quòd actus continuus, indiuiduus, &c.

¶ Partes eius, narratio seu petitio actoris, & responsio rei: *l.2.§.de iura prop.cal.c.vnic. eod. dudum.54. vers.per petitionem propositam & responsionem.de elect.* ac iure Sax. Guaranda. *Chil.in prac. c.60.art.14. lib.3.art.62.lib.1.art.15.lib.2. Vueych. art.23. & 35.* Est autem alia affirmatiua, *l.si reus. 73. de procur.l.si debitori.21. de iud.l. debitorib.31. de re iud.l.si quidem.9. C.de except.* alia negatiua: *Soc.d.c.vnic.nu.72.* eáque vel generalis seu implicata, *c.cùm ad sedem.15. de rest.spol.c.ex literis.5. de diuor. Soc.d.c.vnic.nu. 70.* qualem in vniuersalibus potissimum multorúmque capitum iudiciis prohibet constit.10.parte 1. vel specialis seu explicata: *c.causam.eo.* & pro iudicij genere alia ciuilis, alia criminalis. *Cuiac.obs.lib.9.cap.21.* Est & quasi contestatio primus actus, qui sequi contestationem solet, *Mar.eod.num.2.* vel iudicis cognitio. *Bart.& Dd.l. nulla. l. nihil. §. de procurat. vt lit.non cont.*

¶ Causa remota, Lex, *l.1.h.t.c.1.eo.* cõsuetudo, *Soc.d.c.vnic.n.11.post Panor.ibi.n.15. Mynf.obs.62. cent.4.* Proximqua, iudicis præceptum, sententia interlocutoria, *c.prout.4.de do.& contu c.1. vt lite non contest.* animus litem cõtestandi, *c.pen.de iur. calum.* verbo factóue declaratus. *Soc.d.c.vn.n.88.*

¶ Materia, causæ ciuiles & criminales: *Bar.l.1. §.accusationem.ad Turpill. Cuiac.obs. lib.9.c.21.glos. art.14.lib.3.n.3.per art.63.li.1.art.15. lib.2. Vueych. art.23.* non summariæ, *cle.2.de verb.sig. Bar.l.Fulcin.§.cũ hoc.n.5.ex quib.caus.in poss. eatur*, aut spirituales, *c.quoniam.5.§.porrò, vt lite non cõtest.clem. 2.de iud.* aut secundæ instantiæ, *l.ita demum. §. de procur.decis.Ro.1.de lit.cont. Mynf.obs.1.& 38. cent.* id est, executionis, *c.quoniam.vbi Soc.nu.75.vt lite non cont.* notoriæ, *c.vltim.de.cohab. cler.* & similes. vnde Socin. ait: *d.c. num.16.cum seq.* non requiri contestationem, vbi non opus est libello, *c.1.de lib.ob.Soc.d.c.quoniam.num.27.* vel peruenire potest ad testium receptionem sine contestatione: *c.1.2.3.vt lit.non contest. Soc. d.c.quoniam.num.8.& 77.* vel publicum vertitur commodum: *l.ne diu. C.de pœn.c.quia.3.q.2. Soc d.c.quoniam.num.4.* aut periculum animæ: *Soc.ibid.num. 54.* aut periculum est in mora: *las.l.naturaliter.11.§.1. num. 172. de acq.poss.per doctrinam Bald.l.incerti.quæst.13.C. de interdic.* aut sibi quis ipsi ius dicere potest: *vt l.3.§.de pig.Soc.d.c.quoniam.n.61.62.& c.1.art.5. fall.29.55.de lib. oblat.* aut statim de re liquere potest. *decis.Ro. 1.de lit. contest.* Versatur autem circa merita causæ principalis *Soc.c.vnic.eo.num. 67.& d.c.quoniam.num.3.art.princ.* antè in iudicium deducta: *l.non potest.23. de iud.* & quidem omnia, *l.solemus.61 l.non potest.23 de iud.c.veniens. 2.de testib.* hoc est, libello & petitione comprehensa, *c.vnic.eo.c.dudum 54.de elec.*

¶ Formam habet à iure ordinatam, *l.1.2.hoc tit.l.rem non nouam.12.§.1 sup.de iud.l.2.in princ. de iur.propt. calumn. quam prosequuntur hic Bart.Bald. num.4.& Dd.Cano.d.c.vnic.Castr.cons.401.nu. 2. vol.1.* à qua recedi non oportet, *Socin.d.c.vnic.n. 86.Cast.d.cons.401.viso.num.2.vol.1.* & quæ scriptura concipiatur oportet. *c.vnic.vbi Panor. nu. 3.& 29.Fel.& Soc.in princ.eod.* Fit autem aiendo vel negando, *c.cum ad sedem.15.de rest.spol.c.ex literis.de diuor.* narrata prout narrantur, quod factum respicit: & petita prout petuntur, quod ad ius pertinet, *Bar.hic.num.3.Cast. l.rem non nouam. nu.4.§.de iud.Fel.nu.20.Soc.num. 67. c.vnic. de lite contest. Ferrar. in for.respons. verb. nego narrata.* Non etiam fit tantùm excipiendo, nisi vlterius ad negationem vel affirmationem procedatur: *gl.& Dd.c.2.eod.c.prout.de dol. & cont. c. cum causam.62.de appell.c.cum venerabilis.6. de except.ca. Raynucius.6.de testa. Soc.d.c.vn.num.73.* sed neque rectè per verba credulitatis, aut ambiguitatis. *l. si debitor.vbi Bald.& Dd.de pet.hær.glos.c.cum ad sedẽ.verb.credere. de rest.spol. Panorm.num.27. Soc. nu.81.d.cap.vnic.eod.*

¶ Finis est, ordinatio iudicij, *Soc.c.vn.nu.73.eo.* vt procedi possit *c.dudum.54. de elect.* ad probationem, *c.3. vbi Socin.num.8. vt lit.non contest.* cognitionem, *Mynsing.ob.66.cent.4.* definitionem, *§.si verò.in auth.de exh. reu. t. t. vt lite non contest.* Effectus, quòd sit substantiale iudicij fundamentum, *c.vnic.eod.in 6. Spec.de lite contest.§.1. Mynf. obs.74. cent.3.* excludens exceptiones dilatorias, *l.ita demum.§.de proc.l.Pomponius.§.ratih.eod.c.inter. de re iud.* declinatorias, *l.sed etsi. de iud.* pœnitentiam, *l.vn.§.de plus pet.l.electio.26.§.2. de nox. act.* libelli mutationem, *l.3.vbi Dd.§.de eden.* perpetuans actiones, *l.ordinata.§.de lib.caus l.vlt.§.de præscr.30.ann.* interrumpens præscriptiones. *l.moræ.§.de rei vend.l.sicut.§.de præscr.30.ann.*

¶ Affinis est libello oblatio: *tot.tit.§.quand.lib. Bal.l.1. num.4.§. vt int.cert.tem.* prima contradictio meritis causæ opposita: *auth.nisi.vbi Bald.§. de sent.ex bre.reci.Cast.de cons.401.num.1.lib.1.Soc. d.c.vnic.nu.94. eod.* citatio & denunciatio. *l.2.§. vbi in rem act.* Contraria, quæ vel impediunt contestationem, vt exceptiones dilatoriæ, *l.ita.13.§. de proc.* declinatoriæ, *.1.§.vbi de crim.* etiam peremptoriæ in vim illarum propositæ: *c.1.eo.lib.6.* animus litem non contestandi *c.penult.de iur. calum.* declaratus protestatione *d.c.vn.vbi Socin.nu. 68.& Host.nu.2. glo.hic in fin.l.1.* facta ab eo qui ius habeat impediendi: *l.si maior.13.C.de res.vend.* vel tollunt, vt lex rescriptum, *clem.sæpe. de verb. sign.* consuetudo, *Soc.post Pan.d.c.vn.nu.11. Mynsing.obs.62.cent.4.* statutum, *Soc.d.c.vn.nu.26.*

DE PLVS PETITIONibus. Tit. X.

1 *Petitionis verbum quid denotet.*
2 *Plus quot modis petatur.*
3 *Causæ plus petendi.*
4 *Materia.* 5 *Forma, finis, effectus.*
6 *Adiacentia, affinia, contraria.*

IN contestationẽ solet reus exceptiones suas includere, *l.si quidem.verb.habita. exceptionis contestatione.l.præscriptionem.8.verb.antè contestari.C. de except.* quarũ vel præcipua maximéq; frequẽs est, Inepti exceptio libelli. *l.exceptionẽ.19.vbi Dd. §.de probat.c.examinata.de iud. Fer.in for. resp. rei. verb libellus ineptus.* qui postea mutari nequit: *l. amplius.rem.rat.hab. Dd.l.3.§.de eden.* seu petitionis iniustæ ineptæ. vt Pluris, &c. Nam & Pluris petitio vt inepta olim iactura causæ constabat. *§.si quis.28. Inst.de act.§.appellantur Inst. de except.*

¶ Petitio licet propriè realem actionem designet, *l.actio.27.de obl.& act.* tamẽ hic cõplectitur actiones etiam personales, & alias qualuis, *l. vn. verb.certa quantitate debita.h.t.l.1.si mens.fals. mod.*

¶ Plus petitur quatuor modis: Re, Tempore, Loco, & Causa. *§. plus autem.29. Inst. de act. vn. extr.eod.vbi gl.versus, Plus petitur causa vel tempore, réque locóque.* Addit quintum modum Bart. *nu. 2.3. l.si creditori.28.de legat.1.*

¶ Causa plus petendi vel fraus est, *l.vnic. h.tit.*

§.*tripli. Inst.de act.*vel error. *l.*1.§.1.*quor.legat.* A

4 ¶ Materia,in qua sunt causæ ciuiles:nã in criminalib.cũ non sit opus cõclusione, nihil habet momenti Pluris aut inepta petitio. Materia circa quam & obiectũ, est id quod reuera debetur, cuius respectu plus peti dicitur:& ad quod petitio Pluris exigitur. *l.hæc adiectio.*192.*de ver. sign.*

5 ¶ Formæ Pluris petendi variæ proponuntur. §.*plus autem.Inst. de act. c. vn. de plus pet. Paul. lib.*1.*sent.c.*10.*l.hactenus.* §. 1. *de const. pec. l. rectè.* 25.*de verb.signif.§ si cui.*10.*Inst.de lega.l.*1.*& t.t.de* B *eo quod cer.lo.*Finis aut fraudulentus, *Nouell.*15.*de defens.§.tripli.Inst.de act.*aut erroneus: §. *siquis agens.*28. *Inst.de act.* vltimus idem qui actionum, vt actor quod petit consequatur. §. 1. *Inst.de act.* Effectus olim, quòd Plus petens causa caderet: *Paul.lib.*1.*sent.c.*10.*Cic.lib.*1. *de Orat.Cuiac.obs.*7. *c.*27.quod etsi in aliis hodie tẽperatũ, *d.§.si quis.* 28.§.*sed hæc.*33.§.*plus autem.Inst. de act.§.appellantur.*6.*Inst.de except.c.vn.ext. de plus pet. Sax.lib.*1. C *art.*16.durat tamẽ in casu huius Legis, cum quis dolo malo maiorem debito petit quantitatem, vt à minoribus subselliis,puta defensorum ciuitatis, ad maius tribunal aduersarius pertrahatur. *cui consonat l.*5.ĩ.*de iuris.omn.iud.*

6 ¶Adiacet compensatio,*c.vn.eod.* & damnum expensarum,*c.vn.ext.eo.c.examinata.de iud.§.appellantur.*6.*Inst.de act.* interesse.§.*tripli.Inst.de act.* Affine pluris petitioni, si petatur non debitum: *l.*1.*in fin.quan.dies leg.* aut aliud pro alio. §.*si mi-* D *nus.*33.*vers.si quis aliud. Inst. de act.* Item præpostera petitio,*l.*5.C.*de pet.hær.*ac præpropera: *l.*1. *quan.dies vsufr.* reliquæque petitiones ineptæ, vt conceptæ contra legem, Bal.*l.de quib.in fin.de leg.*consuetudinem:*Fel.c.*2.*nu.*16.*de resc.* Bal *arg. d.l.de quib.* aut expressa inepta petitionis causa: Ias.*l.*3.*nu.*4.*&* 19.ŝ.*de eden.*aut si petantur interminata,*l.*6.*de rei ven.l.*4.*de cens.c.* 2.*de li.ob.cap.*3. *de dila.*vel desit aliquid de substantialibus libelli:*Spec.de li.ob.§.iuxta.nu.*2. præcipuè apta con- E clusio in ciuilibus, Bald.*l.vltim.n.* 1.2.C.*de in integ.rest.l.*2.*num.*2.ĩ.*de prob.Cast. l. rem non nouam.* 12.*nu.*3.ŝ.*de iud.* solennis narratio in criminalibus·*l.*3.*de accus.*Bald. *l.cum fratrem.* 9. *num.*4.ĩ. *de his quib.vt indig.*Ias.*l.*3.*num.* 18.C.*de eden.& §. ex maleficiis.num.*55.56.*Inst.de act.Maran.par.*4.*dist.* 1.*num.*76. Contraria est pœnitentia ante litem contestatam, *l.vn.h.t.* exceptio ineptitudinis libelli officium iudicis quo libellus ineptus reiicitur, *Bart.l.prætor.§.*1.*nu.*5.*de iniur. per l. si extra-* F *neus.de iure dot.l.si seruus.*C.*de his qui ad eccles.conf. gl.& Dd l.*1.*de off.assess.Ias.l.*3.*nu.*18.16.ŝ.*de eden.* transactio bona fide facta:*l.vn.vbi* Bal.*nu.*1. *h.t.* item minus petere quàm debetur, quod extra pœnam est:§.*si quis agens.*28. *Inst.de act.* sicut & pluris negatio. *Pan.d.c.vn.in fin.eo.Lanfr. c.quoniam verb.expensæ.de prob.*

DE DILATIONIBVS. Tit. XI.

1 *Dilatio quid.* 2 *Eius propria & species.* G

3 *Causæ.* 4 *Materia.*
5 *Forma.* 6 *Finis & effectus.*
7 *Adiacentia,contraria.*

ACcidunt iudiciis dilationes omni ferè tẽpore, initio,*auth.offeratur.* ŝ.*de lit. cont.* in medio, *l.vlt.de fer.* in fine. *l.consentaneum.*C.*quomo.& quan. iud.t.t. de temp. appell.l. debitorib.*31. *de re iudic.& l. vlt.* ĩ.*de vsur.rei iud. de quib.* Cyn. *l.*1.*h.tit.Host.& Dd.extr.eod. Termin. in prac. tit. de dilat.*Dilatio † non est actus iudicialis,sed tẽ- 1 pus quod ad actum iudicialem faciẽdum cõceditur.quanquam & iudiciorum actib.seu partibus annumeretur. *c.quoniã.* 11. *vbi Lanfr.de prob.* Est assignatio termini,*c.*4.*de except.c. si compromissarius.de dila.in* 6.quo actus iudicialis peragẽdus sit,cum iusto temporis interuallo facta.*cap.* 1.2.3.*& pass.extr.eo.c.*4.*de exce. de cuius definitione plura Cyn. l.*1.*nu.* 1.*h.t.Host.ext.eo.in princ.Ter. in prac.ca.de dila.* Est † autem & esse debet cõti- 2 nua,*l.*1.*l.*3.*h.t.l.moræ.*8.*de fer.*peremptoria, *l.*1.*h.t.l.vlt.de fer.l.mancipiorum.*6.*de op.lega.* laxa & idonea,*c.*1.*c.vlt.eo.* communis vtriq; parti.*l.petẽdæ.*6.ŝ.*de temp.in integ rest.l.vltim. in fin.C.de ap.* toto genere odiosa.*c.*4.*de excep.l.*2.*in prin. de tẽp. app.cle.sæpe.de ver.sign.Mar.in Spec. de dila.n.* 16. Est alia legalis,*l.properandum.*11.*in prin.vbi gloss. verb.triennij.*ŝ.*de iud.* quam iudex breuiare,nisi ex iustissima causa,non debet,*c.*1.*eo.Tiraq.de retrac.prox.*§.1.*gl.*10.*nu.*31.aut mutare:*l.*3.C.*ex qui. caus.infa.l.sciendum.*6. *de appell.* alia arbitraria. *l. nonnunquam,*73.*de iud. l.* 3.*l.*4.*h. t. de quarum specieb.varius.c.*1.3.*q.*2.*Host. Spec.h.t.in princ.*Bart.*& Dd.l.*2.*de re iud.Panorm.c.*5.*de appellat.*

¶ Causam igitur legem & hominem ponere 3 licet,*l.*3.*l.*4.*h.t.c.cum sit.*5.*de appell.* etiam priuatum.*l.de die.in prin. qui satisd. cog.* Impulsiua, æquitas;*l.*2.*h.t.Spec.§.*1.*n.*26.*eo.* προκαταρκτικὴ petitio partis. *l.*1.*h.t.c.cum causam.de app.*Instrumẽtalis, iudicis interlocutoria. *l.* 4.*verb.per sententiam.h.tit.l.diem.*23.*de recep.arb.*

¶ Materia sunt omnia iudicia, *l.inter.*6.*h.t.l.* 4 *vlt.de fer.*& singuli iudiciorum actus: *l.vltim.de fer.* vbi singulas causas de singulis iudiciorum actibus interpretatur Iason. *l. properandum.* 11.*in prin.*C.*de iud.*

¶Forma,vt dentur causa cognita, *l.*4.*h.t.l.in* 5 *crimine.* 41.*de adulter.* scilicet arbitrariæ:nam legales,de præscripto legis,inuitis etiam partibus, absque alia cognitione conceduntur.*c.*2.*eo.auth. offeratur.*ŝ.*de lit.contest.quæ vtrum breuiari aut diffundi possint,vide apud* Spec.*eod.*§. *vlt. l. vlt.de fer. Chil.in pract.c.*40.*nu.*2.*Bar.l.*2.*de re iud. Gauon.c. significante.c.cùm sit Romana.de appell.*

¶ Finis, vt commodum habeãt litigãtes spa- 6 tium ad deliberandum, *d.auth.offeratur.l* 1.*de eden.*ad causæ instructionem:*l.*1.*h.t.l.si ea.*ĩ.*de accus.*& vt alius quiuis actus iudicij cõmodè possit expediri:*l.consentaneum.*C.*quom.& quan. iud.* §.1. *Inst.de off.iud.l.*2.3.ĩ.*de vsur.de rei iud. l. iudices* 9. *vbi* Ias.*nu.*2.3.ŝ. *de iud.* etiã contumacia frustrãtis & absentis coargui. *authen.iubemus. Cod.de iudic.*

c.prout.

c.prout.vbi gl.verb.conuincendum.de dol.& con.cap. A *1.de mil. vas.qui cont.* Habet autem dilatio vim interlocutoriæ,*l.diem.l.qualem.* 27.*de recept. arb.* & peremptionis, *l.vlt. vbi Dd. de fer.c.pastoralis.de excep.Spec.eod.§.*2.*num.* 4. §.*vltim. numer.* 9. nisi ex causa prorogetur. *l.* 2. *de fer.* Spec. §. *vltim.num.*7.*eodem.tit.Mynsing.obs.*71.*cent.*1. Quòd si iniustè prorogetur,breuietur, denegetur: appellare licet.*c.*1.2.3.*eod.c.significante.de app. Bal.l.* 2.*num.*18.*sup.de episc.audien.* A dilatione verò legali prouocatio nulla est. *l.si qua.de app.* Chil. *in* B *prac.c.*40.*num.*6.Bal.*ad* Spec.*eod.* §. *vlt. vers. item post terminum.*

7 ¶ Adiacet, iustitia, dilationis iusta causa. *c.*5. *de do.& contu.l.*2.*& passim,de fer. l.*1.2.3.4.*hoc tit.* Consequens est, terminus. *l.de die.qui satisd. cog. Ias.l.vlt.num.*9.*de fer.Spec.de compar.inter.* Contraria, defectus iustæ causæ, *d. c.*5.*de do.& cont.* cognitionis, *l.*4 *hoc tit.*Spec.*eod.§.*2.*num.*5. *Maran.eod.num.*12. breuitas,angustia,coarctatio nimia.*c.*1.*c.vlt.vbi Dd.extr.eod. Alex. & Dd.l.*2. C *de re iud. Maran.eod.n.*15.16.

DE FERIIS. Tit. XII.

Adiacent & insunt dilationibus feriæ. *l.* 3.*hoc tit. de quibus est dictum ff.eod.tit.*

DE IVRISD. OMNIVM iud. & foro compet. Titulus XIII. D

1 *Forum vnde, & quid hîc denotet.*
2 *Eius partes & species.*
3 *Causæ.* 4 *Materia.*
4 *Finis & effectus.*
6 *Adiacentia, affinia, contraria.*

DE iurisdictione dictum est Pand. eod. tit. E Ea fori competentis esse debet. *tot. tit. ext.*
1 *de for.comp. l.vlt. infr. de excep.* Forum † à fundo ducit Isidorus: *c. forus.* 10. *de verbor. significat.* Varro à ferendo, quòd in illud res cùm venales tum litigiosæ deferantur: quod aliàs alia significat, hîc iurisdictionis locum, in quo iudicia exercentur. *l. vltim. hoc titul. l. vltim.* ĩ. *de ext.l.si fideiussor.*7. *qui satisd. cog. l.moris.*9. *de pœn.* Forus, inquit Isidor.est exercendorum iudiciorum locus,*d.c.forus.* seu ordinaria iurisdictionis F sedes.*l.*9.*hoc tit.*

2 ¶Partes fori Materiales apud Vitruuium duæ: Inferior,in qua res venum exponũtur:superior, in qua iudicia exercentur.*Ias.l.inter.* 83.§.*sacram. num.*3. *de verb. oblig.* Artificiales Isidor.tres facit, *in d.c. forus.* videlicet causam quæ in forum deducitur:iudicium quod in foro agitur: legem siue sententiam qua illud definitur. *l. index. posteaquam.de re iud.* Dicitur in hoc argumento aliud forum competens,*tot.tit.ex.de for.comp.* or- G dinaria sedes:*l.*4.*hoc t.* aliud, illi oppositum, incompetens,*l.*1.*hoc t.*vetitum examen. *l.* 5.*hoc tit.* Illud aut commune.*c.vltim.eo. l.Rom.*33. *ad mun. l.sed etsi.*26.*l.vltim. ex quibus caus. ma.* aut speciale,locale,de quo hîc:*& ext.eo.* & in his,aliud inferius, subalternum,aliud superius.*l.*4.*l.*5.*hoc tit. c.*1.*eodem.in* 6.

¶ Causa quæ forum competens efficit, lex, 3 aut consuetudo:*c.*5.*c.licet.* 10. *c.cum contingat.*13. *de for.comp.*partium conuentio: *l.si conuenerit.*18. *l.est receptum.* 14.*l. si per errorem.* 15. *eod.* iudicis præuentio: *c.pen.eod.* negligentia & iustitiæ denegatio. *c. dilecti.* 17. *eod. Mynsing.obs.*88.*cent.*1. *Beer.decis.*304.*n.*7.

¶ Materia sunt causæ cuiusque iurisdictionis 4 propriæ: Ecclesiasticæ, *c.*1.2. 5. *eod.* temporales: *c.licet.*10.*eod.*feudales,*c.ex transmissa.* 6. *c. verum.* 7.*eod.c.cæterùm.* 5. *de iud.* Ad formam referatur, quòd vnusquisque forum sortiatur competens ratione domicilij, *c.vlt.eo.l.libertus.*17. *ad mun. l.* 2.ĩ.*de incol.l.hæres absens.de iud. c. Romana. de for. comp.in* 6.contractus,*d.l.hæres absens.d.c. Roman. §.contrahentes.d.c.vlt.eo.*delicti,*d.c.vlt.l.*1.ĩ.*vbi de crim.l.omnem.*19.*de iud.* rei:*l.* 1.ĩ.*vbi de hær.l. vlt. & t.t.*ĩ.*vbi in rem ac. d.c.vlt.* item quòd actor sequitur forum rei. *l.* 2.*hoc tit.c.*5.*c.cùm sit.*8.*eod.*

¶ Finis & effectus, vt cuique sua constet iu- 5 risdictio intemerata: *c.*1.*cum sequen.eod.in* 6.*clem.* 1.*eod.c.conquestus.*16. *eod.* & iudiciis sua vis atque authoritas, quæ in foro competente exercita ad nihilum redire solent. *tot. tit.* ĩ. *si à non comp. iud.*Quare causam trahens ad forum incompetens,ea multari solet:*l.*5.*h.t.l.*1.ĩ. *de asser.toll.Ias. num.*1.*l.nulli.sup.de iud.* quod intelligo, cum sit dolo malo & perseueranter ac præfractè.*iuxta.l. vn.vbi* Bal.*sup.de plus pet.*

¶ Adiacet stylus & ius cuiusque curiæ,quod 6 sequendum ac seruandum est: *c.quod cler.*9. *eod.* præterquam in executione, quam facit iudex suo more,competens,non qui cognouit, sed vbi bona sita sunt & reperiuntur: *c. postulasti.* 14. *eo.c.*1.§.*pen.eo.in* 6. quo fit, vt arrestatio bonorum moribus forum competens faciat. Affinis est,arbitrij locus.*l.quid tamen.*21.§.*si arbiter.*9.*de recep.arb.*Contraria sunt,ius reuocandi domum, *c.vltim.eod.l.*2.§.*legatis.* 3. *de iud.* vel ad suum aliúmue iudicem:*l.vẽditor.*49. *ff.de iud.* priuilegia,præscriptiones fori,*l.si fideiussor.* 7.*qui satisd. cog.l.pen.C.de excep.*nisi renunciatum iis sit, *l.penult.*ŝ.*de pact.l.*1.ĩ.*tit.*1. aut alioquin omittantur,*d.l.si fideiussor. vers. non vsurum priuilegio.* exceptio fori incompetentis.*c.ex par.*15.*de fo.comp.*

QVANDO IMPERATOR inter pupillos, viduas, vel alias miserabiles personas cognoscat. Tit. XIIII.

A Fori competentis iurisdictione excipiuntur personæ miserabiles,pupilli,viduæ, similitérque destitutæ: *capite significantibus.* 38.

*de off.iud.c.delegat. cap.non inferenda.23. quæst. 3. cap.desolatis 87. distinct.cap.error.83.distinct.*quarum hîc duplex est priuilegium:vt vel citatæ ad Curiam Principis possint ob sumptus & alias difficultates eam cognitionem deprecari ac declinare : vel aliò si vocatæ sint, absque alio grauamine,vel alia causa permittatur iis ad Principem prouocare.*l.vnic.h.t.c.ex tenore.11. vbi Soc. num.5. 6. c.ex parte.15.ext.de for.comp.c.significantib.de off.deleg.c.nuper.de donat. post diuer. c. suggestum.de dec.*

VBI DE CRIMINIbus agi oporteat. Titulus. XV.

1 *Continuatio.*
2 *Crimen quid hîc significet.*

1 POstquam † in genere de foro competente dictũ,& eius regula cũ exceptione proposita est:iam speciatim exponitur,ex quib.quisque causis, & vbi forum cõpetens ac primum ex cri-
2 mine sortiatur.Crimen † propriè significat grauius commissum,*l.quid si.17. §.quod aiunt. de æd. edic.* sed hic pro quolibet accipiatur delicto, *l.actiones de oblig.*per quod quisque sortitur forum: *c.vlt.eo.l.capitalium.28. §.pen. de pœn.* tàm vbi inchoatum est delictum,quàm vbi perfectum:*l.1. hoc tit.*adeò vt ibi iure nostro remitti debeat, cũ reperiri potest: *Auth. qua in prouincia hoc t. d. l. capitalium.in fin.de pœn.* vagabundi verò & fugitiui vbiuis hoc nomine forũ sortiantur.*gl.& Dd. l.1.hoc tit.*

VBI DE POSSESSIONE agi oporteat. Titulus XVI.

MOmentaria possessio, cuius hîc fit mentio, significat spoliatæ possessionis causam:*l.vlt.sup.qui leg:pers.l.2. ℣.si per vim.l. momentariæ.8 ℣.vnde vi.l.vnic.inf.si de mo.poss.Cuiac. obs. lib.1.c.20.li.5.c.17.* cuius forum competens propter delictum ibi est,vbi vis facta est,*l.vnic.hoc t.* propter rem vbi possessio restituenda est: *l.vnic. h.t.vbi gl.& Cast.*nam in eam possessoria iudicia scripta sunt:*l.1.in fin.de interd.Cuiac.lib.5.obs.c.17.* licet per se sint personalia.*d.l.1.Bal.l.vlt.n.29.℣. de edic.diui Adrian.tollen.*

VBI FIDEICOMMISsum peti oporteat. Titulus XVII.

PEtitur ibi fideicommissum, vbi res relicta est,& existit:*l.1.h.t.l sed eisi.52.§.2.de iud.l.cum res.27. de legat.1.* vel maior pars est hæreditatis A *l.vnic.hoc t.* vel hæres domicilium habet. *l.si fideicommissum.50.§.1.de iud. Salic. hîc optimè declarans. num.3. cum seq.* Et quoniam hoc nomine ex Iustin. constitutione competere possunt tam personales quàm reales,*l.1.2. C.com. de lega.*existimari potest,personali hęredem conueniendũ, vbi domicilium habet:*d.l.si fideicommissum.§. pe. de iud.* reali etiam,vbi res est.*d.l.1. h.t.d.l.sed etsi. cum simil.*

VBI CONVENIATVR qui certo loco dare promisit. Tit. XVIII.

QVi certo loco dare promisit, ibi conueni tur directa actione:*l.2.de eo quod cer.lo.*quo niam ibi forum sortitur,velut ex contractu.Ibi enim contractum intelligitur,vbi solutio desti natur:*l.contraxisse 20. de act l.3.de bo.auth.iud.poss.* non in loco vbi conuentum est, adeò vt ibidem conuiniri nequeat.*Ias l.1.num.4.5. de eo quod titulo.* Alibi verò,hoc est,in foro domicilij aut alio competente, non vbiuis.*Iason. d.l.1. in fin. de eo quod cer.lo.* conuenirí potest:arbitraria loci vtilitate reputata.*l.1.2. & t.t. de eo quod cer. lo. §. loco Inst.de act.*

VBI IN REMACTIO exerceri debeat. Titulus XIX.

REales actiones rem comitantur, *l.Impp. de publica.l.actionum.24.de ob.& act.l.si dubitet. 12.C.de distract.pig.l.si fundus.16.§.2.l.pignoris.17. de pig.Ias.§.omnium.num.3. Inst.de act.* ideo proponi contra quemuis possunt eo loci, vbi res est: *l. 1.2.3.hoc tit.*etiamsi alieno nomine possidens dominum contra verũmue possessorem nominare & hac ratione differre litẽ possit:*l.2. h.t.* authori litẽ denunciando,eúmque laudando non item.*l. 1. h.t.*Sed quoniam nomine rei in personam aliquam & hæ actiones dirigũtur,ideo putant nostri etiam in loco domicilij illius, pro electione & arbitratu petitoris, has proponi posse: *gl. & Dd.l.vlt.h.t.per l.vnic.℣.tit.1.*quamuis simpliciter dicat Iurisconf.Vbi in rem agitur, ibi peti debere vbi res est.*l.quod legatur.38.in fin.de iudic.*

VBI DE HÆREDITAte agatur,vel vbi hæredes scripti in possessionem mitti debeant. Tit. XX.

ILlic vbi res hæreditarias esse proponis,hæredes in possessionem rerum hæreditariarum mitti postulandum est: *l.vnic.hoc t.* quæ cum agat

gat de possessione hæreditatis, hęredibus scriptis danda,non potest accipi de possessione prętoria,de qua tit.de bono.possess.nec enim hęredibus datur:*§.1.2. Institut.de bon.possess.* non etiã accipiatur de interdictis, quæ vt actiones personales, *l 1.§.penult. de interdict. Cuiac.lib.obs.5.cap. 7.* in domicilio rei conuenti proponi debent. *l. 2.infr.de interd.* sed existimemus agi hîc de possessione quæ summariè petatur,*ex l.vltim.infr.de edic.diui Adrian.toll.Cuiac.lib.obs.5 cap.19.*vel potius quæ petatur per modum exceptionis (quæ semper fieri debet , vbi res est , *l. cum vnus.12.§. 1.de bon.auhen.iud. possess.*) officio iudicis implorato,etiam nomine aduersario constituto. *l.3.§. penult. de bon. authen. iud. possess.* Controuersiæ porrò hæreditatis definiendæ sunt eo loci , vbi domicilium habet is qui conuenitur,hæres,bonorum possessor,aut alius quiuis: siue vbi maior est pars hæreditatis,siue alibi degat *l. vnic.in fin. hoc tit.* quod in personalibus actionibus verum est,*l.hæres.19.de iud. c. a.de for. comp. in 6.* etiam in mixtis,sicut est petitio hæreditatis.*l.hæreditatis.7. C. de pet. hæred. quod dilucidè probat l.si suspecta.29.§.vlt. de inoff.test.* Quia tamen quadamtenus etiam realis est , ideo volunt nostri eam proponi quoque , extra domicilium conuenti posse iis locis,vbi res hæreditariæ deprehendun tur,per hunc tex. qui paulò obscuriùs id probat.

VBI DE RATIOCINIIS tam publicis quàm priuatis agi oporteat. Tit.XXI.

1 *Actiones de ratiociniis personales sunt.*
2 *Vbi de iis agi debeat.*

ACtiones † de ratiociniis esse personales, cùm ex gestu dentur, palàm est , *l. 2. vbi Bart. num. 2. de neg gest.* Cuiusmodi omnes in loco gestus,forum quidem sortiuntur: *d.l.hæres. 19.§.1.de iud.l.1.l.2.hoc t.* sed † hoc interest,quòd
2 in reliquis non fit remissioni locus , nec cogatur ibi reus inuitus comparere , nisi fuerit inibi deprehensus & citatione apprehensus , *d.c.2. §.1.de for.comp.in 6.d.l.hæres. §.1. 2. de iud.* atque ita præuentus : *c.pen. & vlt vbi Panor.& Dd de for.comp.* at de ratiociniis omnino se reus ibi defendere cogatur,vbi res gesta est, nec habeat ius reuocandi domum,& forum illud declinandi, *l. 1.2.h.t.vbi eius rei ratio redditur. d. l. hæres. §. 1. de iud.l.cum vnus. 12. §. 1. qui. de bon. auth. iud.posses. quod placet etiam.Fel.post Panor.n.22.in c. vlt. ext. de for.comp.* in quo naturam realiũ videtur imitari.*l.1.2.3.vbi gl.& Dd.℣.vbi in rẽ act.l.vn.℣.t.1.*

VBI CAVSA STATVS agi debeat. Tit.XXII.

AD realium actionum classem & causa status pertinere videtur, *§. præiudiciales. vbi 2.hoc tit. & Iason numer. 36. Inst. de act.* in qua quoque superior est regula retinenda: nempe actorem sequi forum rei,*l.3.l.4.h.t.* hoc est possessoris,*l.3.h.t.* cum res hîc à persona possessoris secreta,nulla possideatur, sed ius status personale, vt omnino persona sequenda sit, apud iudicem scilicet maiorem & tribunal, vbi causa status peragenda est. *l.2.l.5.l.vlt.h.t.l.3.℣.de iud.l.1. ℣.de ord.iud.Gouea.lib.1.lec.c. 33.* Quòd si agatur hoc nomine ex l.diffamari,vt agi potest, *Cag.& Dd.d.l.diffamari. ℣.de ing.man.Schurff.cons.34. cẽt. 1.cons.15. num.7. cent. 3.* hic quoniam agens effectu reus est,*Felin.in c.ea quæ.num.1. de sent. & re iud.*ad suum quasi conuenti forum pertrahere diffamantem potest,*Felin.prælleg.loc. Cag. nu.3. Blaver.c.6.& passim, in d. l. diffamari. Alex.consil.103 consideratu.n.1.vol.5.* licet contrà disputet Castren.*l.in criminali.5.n.3.℣.de iurisd.*

VBI QVIS DE CVRIAli vel cohortali aliáve conditione conueniatur. Titulus XXIII.

1 *Curiales qui,& qui cohortales.*
2 *Decuriones cohortalibus & curialibus annumerantur.*

SImilis est planè actio, qua suam ad curiam vel cohortem , cohortales aut curiales reuocantur.*gl.l.1.verb.à iudice. hoc tit.* Curiales † qui 1
alicui curiæ obnoxij sunt , cohortales qui cohortalibus debentur officiis, *l.1.l.2.hoc tit.* quibus præsides & magistratus maiores , qui manu militari cohortéque prætoria in exequendo vti solent.*l.qui restituere.de rei vend.*

¶ Decuriones quoq; curiales sunt , *l.3.l.4.5.l.* 2
cum quis.10.C.de nat.lib.l.3.§.1.de decur. §. quib. 2. verb. curiis ciuitatum. Inst. de hæred. quæ ab Intesta. ac cohortales: *l.1.2.℣.de defens. ciuit.* qui conueniuntur omnes rectè corã magistratu eius loci, vbi ad conditionis subiectionem vocantur , *l.2. hoc tit.*vt in suo domicilio.*l.3.§.exactio.l.vlt.§.patrimonium. de munerib.* Quod si fraustratores sint & fugitiui,possunt vbiuis, vbi deprehenduntur, conueniri.*l.1.h.t.gl & Dd.l.1.℣.vbi de crim.*

VBI SENATORES VEL clarissimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur. Titulus XXIIII.

DIctum est de foro realium ac similium actionum : videamus de personalibus, quo genere quisque conuenitur in loco contractus, si quidem ibi reperiatur , *l. hæres. de iud. c. 2. de for.comp.in 6.* vel in suo domicilio, *d.c.2.c.vlt.eo. text.*etiam Senatores ac clarissimi : *l. 2. h.t.l.2.§. omnes.4.vers.cæterũ si cõtraxerũt.de iu.*quẽadmodũ

& in delictis eadem ratione forum sortiuntur A
vbi deliquerunt: *l. 1. h. t.* apud inferiorem qui-
dem iudicem, quoties per procuratorem (vt in
ciuili causa) coram eo honestè litigare possunt:
l. vltim hoc t. cæterùm in criminalibus, vbi non
æquè procurator recipitur, *l. vlt. sup. de procur. l.*
pen. de pup. iudic. sed per se litigare coguntur, *d. l.*
vlt. l. 1. an per alium caus. app. d. l. pen. §. 1. de pub. iu-
dic. tantùm coram Principe & eius delegato re-
ctè conueniuntur: à solo verò Principe condē-
nari possunt. *l. 2. hoc t.* B

IN QVIBVS CAVSIS militantes fori præscriptione vti possint. Titulus XXV.

1 *Milites vbi forum sortiantur.*
2 *In quibus casibus fori præscriptione nō possint vti.* C

1 MIlitantes † forum sortiuntur competens
apud iudices militares. *t. t. ff. de off. mil. iu-*
dic. & tit. vt omnes tàm ciuil. quàm mil. hoc est,
magistrum militiæ, qui sub præfectis prætorio
rei militari præsunt: *l. 4. 5. de off. mag. mil.* vel
ipsum prætorij præfectum. *l. 2. ff. vbi quis de cu-*
2 *ria.* Eius † tamen præscriptione prohibentur D
vti, corámque ordinario loci conueniuntur, si
pro functionibus debitísque publicis in iudiciū
vocentur: *l. vnic. in prin. hoc tit.* aut priuilegio fo-
ri renūciarint: *l. penul. vbi Alc. ff. de pact.* vel pri-
uatis actionibus, puta negotiationibus, occupē-
tur. *l. vnic. hoc tit.* Non enim merētur priuilegia
militiæ, qui non hac, sed aliis communis vitæ
negotiis exercentur: §. 1. 2. *Inst. de mil. testa.* neque
tum vt milites, sed vt pagani, respectu taliū oc- E
cupationum conueniuntur, *de quo l. militem. 7. l.*
qui stipendia. 9. sup. de procur. l. vlt. ff. de loc. & con-
duc. Idque etiam in similibus valet nomine par-
ticipibus muneris exortibus, vt de se scribit Au-
sonius: *Bal. & Dd. l. medicos. ff. de prof. & med. lib.*
11. cle. 2. de magist. l. 1. C. de colleg. lib. 11. l. 5. §. vltim.
de iure immun. l. 4. sup. de sacro. eccles. quanquam
alij velint sufficere immatriculatos esse. *Bart. &*
Dd. l. 1. C. de tyroc. lib. 12. Bal & alij, auth. habita. C.
ne fil. pro pat. l. sciniarios. 16. ff. de testam. mil. Guid. F
Pap. decis. 88. Bauer. §. 1. Institut. de milit. testam. &
attigi consil. 50.

VBI CAVSAE FISCALES vel diuinæ domus, hominúmque eius agantur. Titulus XXVI.

1 *Causarum fiscalium forum.*
2 *Rationales vbi conueniantur.*
3 *Procurator Cæsaris de quibus causis ius dicere possit.*

CAusæ sunt aut ciuiles, aut criminales, aut
fiscales: *l. 1. §. 1. de calum.* illarum de foro
diximus. Harum † competens est apud procu- 1
ratorem fisci seu rationalem, *l. 2. 5. h. t.* vt de bo-
nis fisco debitis, *l. 2. h. t.* de cōtractibus cum fisco
celebratis, *l. 4. hoc t.* de colonis dominicis ac pa-
trimonialibus: *l. dominicis. 7. hoc t.* qui tamen in
causa criminali, quæ dignitatem omnem exclu
dit. *l. 1. sup. vbi Senato.* coram ordinario loci con-
ueniuntur, procuratore qui criminalium iuris-
dictionem non habet, *l. 3 pen. h. t.* præsente. *l. cum*
aliquid. 8. h. t. In aula degentes apud præpositum
sacri cubiculi, seu comitem sacræ domus. *l. vlt.*
h. t. Rationales † etiam, & qui exactioni char- 2
tísque publicorum vectigalium seruiunt, in ci-
uilibus coram procuratore causam dicunt. *l. pen.*
h. t. hoc est, de ratiociniis ac similibus: in crimi-
nalibus nō item. *l. 1. l. pen h. t.* ne quidem in hoc,
vt ob delictum pœna fisco inferatur: *l. 3. h. t.* sed
de his coram præside aut alio ordinario respon
dent. *d. l. 1. l. cum aliquid. 8. h. t.* Procurator † enim 3
cùm pecuniariis sit causis præpositus, *l. 1. de offic.*
pro. Cæs. atque ita limitatam habeat iurisdictio-
nem, *d. l. 1.* supra quam ius dicere non licet, *l. vlt.*
de iurisdict. idcirco de criminibus cognoscere
nequit, *l. 3. de off. procur. Cæs. l. 3. hoc t.* nisi quoad
compescendos tumultuatores: *l. 3 de off. procur.*
Cæs. neq; de causa status, *l. 2. l. pen. sup. vbi de caus.*
stat. quæ capitali comparatur: *l. iusta. 9. de ma.*
vind. d. l. Iulianus. 26. si quis omiss. caus. testam. l. 5. de
var. & ext. cog. adeò vt nec iudicē dare possit iis
causis, quarum iurisdictionem non habet, nisi
vicaria præsidis potestate. *l. 1. ff. de peda. iud.*

QVANDO LICEAT VNICUIQUE se vel publicam deuotionem vindicare. Titulus XXVII.

1 *Continuatio.*
2 *Etiā extra iudiciū licitū est defendere.*
3 *Defensio iusta quæ.*
4 *Eius species.*
5 *Causa.* 6 *Materia.*
7 *Forma, & quomodo probetur.*
8 *Finis & effectus.*
9 *Affinia, contraria.*

DIximus † de ratione conueniendi reum in 1
iudicio: videamus, quomodo extra iudi-
cium: nam † licet id irregulare est, *l. nulli. 13. ff.* 2
G *de iud.* tamen necessitas impetrat, vt in ca-
su necessariæ suæ vel Reipub. defensionis licere
debeat

debeat vindicare se publicamq; deuotionem, & A
aggressorem vlcisci: *l. 1. 2. h. t.* quæ verba nihil hic
aliud, quàm priuatam defensionem cuique tu-
tandæ suæ publicæque salutis causa permissam,
denotant: qua certo modo, qui legibus definitus
est, iniustam vim illatam reprimere licet. *l. 3. de*
iust. & iur. l. 4. 5. l. scientiam. 45. §. vlt. & passim, ad
l. Aquil. l. sed & partus. 12. quod met. caus.
3 ¶ Eam Salomonius, *l. 3. de iust. & iur.* sic defi-
nit, vt sit instātis offensionis inculpata propul-
satio. Possumus ita & describere, vt sit ius à na- B
tura concessum, se vel alios atque etiam Rem-
publ. contra vim ac iniuriam imminentem mo-
deratè tuendi. *d. l. 3. l. 1. C. vnde vi. d. l. sciētiam. cum*
simil. Quanquam autem defensio iudicialis aut
similis virile sit officium, *l. alienam. 22. sup. de pro-*
cur. tamen vt alia iuris naturæ communia sunt,
§. 1. *Instit. de rer. diuis.* sic hæc defensio commu-
nis est, *c. ius naturale. distinct. 1. cap. 3. §. si verò. de*
sent. ex Cornic. con. 133. par. 3. vtilis omnibus, *Hip-*
pol. l. vnius. §. cogniturum. num. 50. de quæst. fauo- C
rabilis, *Felin. c. significasti. 18. num. 13. de homicid.*
Ias. l. vt vim. 3. num. 4. 5. de iustit. & iur. durabilis,
l. 2. in fin. ex quibus caus. in possess. ea. Cag. l. non vi-
detur. 51. num. 1. de reg. iur. dummodòer sit necessa-
ria: *d. l. scientiam. §. qui cum aliter tueri se non pos-*
set. ad l. Aquil. bonæ fidei, non simulata. *l. 1. circa*
fin. de Senatuscons. Syllan. subsidiaria, *Bal. l. 1. num.*
12. C. vnde vi. & ad vim aut iniuriam illatam pro
portionata, *l 3. §. eum igitur. 5. de vi ar. gl. l. 1. verb.* D
moderamen. & ibi Bald. num. 11. 12. cum seq. C. vnde
vi. cuiusmodi moderata, temperata, *l. 1. C. vnde.*
vi. vbi Bal. num. 3. Bart. num. 5. d. l. 3. de iust. & iur.
. si ex plagis. 52. §. 1. ad l. Aquil. probato insultu &
aggressione, semper præsumitur fuisse: *Ias. l. 3. n.*
4. de iust. & iur. Bal. l. sola. 3. in fin. C. de testibus.
& extra noxam ac maleficium ponitur. *Hipp. in*
pract. §. aggredior. num. 82.
4 ¶ Defensio alia iudicialis, *l. vir bonus. 18. iudic.*
sol. l. defensiones. & passim, tot. tit. ff. de except. alia ex-
traiudicialis: & hæc aut publica, vt saluæ guar- E
diæ, salui conductus, *Bar. vtimur. num. 2. 3. de sep.*
viol. vlt. num. 1. C. de dig. lib. 12. l. 3. num. 3. de iust.
& iur. Maiest. aut priuata, de qua hîc agimus,
5 *l. 1. 2. hoc t.* cuius † causam natura communis su-
stinet, *l. 1. §. cum arietes. 5. si quad. paup.* temperat
naturalis ratio. *l. 4. ad l. Aquil. Bart. l. 3. num. 3. &*
5. de iustit. & iure. vt ius sit naturale, hoc est, re-
cta hominis ratione conformatum, *c. a. ius natu-*
rale, distinct. 1. l. 1. §. vim vi. 16. de vi ar. ut non im-
meritò ad ius gentium seu rationis in Rom. Re- F
pub. referatur. *l. 3. de iust. & iur.* Causa προκαταρ-
κτική imminens periculum, *l. 3. §. 1. §. 5. cum seq. de*
vi ar. l. 5. ff. de iur. fisc. cap. 2. de homic. terror armo-
rum, *d. l. 3. §. 2. ver. sufficit terror armorum. de vi ar-*
ma. non minarum, nisi alia vis præparamenta ac
cedant. *Bal. l. 1. in fin. h. t. & l. 1. num. 16. ff. vnde vi.*
Ias. l. 3. num. 14. de iust. & iur. Sufficit & iniuria,
l. 3. de iust. & iur. dum eadem ratione & tempe-
ratione, verbalis iniuria, verbis: realis re quoque
ipsa repellatur. *Bal. d. l. 1. num. 11. 12. ff. vnde vi. l.* G
quæ omnia. 25. §. 1. de procur. l. item. 15. §. 1. vbi Bart.
de iniur. Ias. num. 36. post Ang. d. l. 3. de iust. & iur.
Bald. l. 1. num. 16. C. vnde vi.
¶ Materia circa quam, est offensio à parte ag- 6
gressoris: *l. 1. 2. hoc ti. l. 2. 4. ff. de sicar.* & opposita à
parte propugnatoris, defensio personarum pu-
blicarum, *c. quantæ. 47. de sentem. excommun. gl. l.*
non videntur. 128. de reg. iur. priuatarum, vt suæ,
l. 2. Cod. de sicar. l. 3. de iust. & iur. suorum. *l. isti. 8.*
quod. met. caus. l. 4. C. de adul. superiorum, *l. 1. &*
tot. hoc tit. vicinorum. *l. 3. l. cum fundus. de vi ar-*
ma. etiam alienæ extraneorum: *l. sed & partus.*
12. §. 1. quod met. caus. l. deuotum. in fin. C. de meta. li.
12. nec personarum tantùm, verùm & rerum, ac
bonorum: *l. 1. 2. hoc t. c. 2. verb. te & tuam. de homic.*
l. 3. §. eum. 5. de vi arma. quanquam iustior sit per-
sonæ, tanquam rei pretiosioris. *l. in seruorum. 18.*
de pœnis. l. sancimus. 27. C. de sacr. eccles. Itaque quo-
ties permissa rerum tuitio, toties multò magis
personarum permitti ratiocinandum est: non e-
contrariò. *c. suscepimus. 10. de homicid. Alexand.*
consil. 76. visa. num. 6. vol. 1. Ias. l. 3. num. 25. & 26.
de iustit. & iur. Personæ accedat & adiungatur
status existimatio, *l. qui cum maior. 14. si libertus.*
de bon. lib. l. quæ omnia. 25. §. 1. de procur. causis om-
nibus pecuniariis anteponenda. *l. si in duabus,*
105. de reg. iur. de cuius inculpata defensione Iason d. l.
3. num. 36. 37. de iust. & iur. Bald. l. 1. num. 16. C. vnde
vi. An autem aduersus vim iustam liceat se defende
re, & quatenus obtineat regula, Vbi licita offensio. ibi
illicita defensio, discendum ex l. 3. vbi Sali. C. de iis qui
ad eccles. conf.
¶ Formam & modum defensionis ostendunt 7
l. 1. §. excusantur. 19. de S.C. Syllan. l. 1. vbi gloss.
magna Bald. num. 11. 12. 13. 14. C. vnde vi. l. 2. l. 4.
vbi Ang. Hipp. C. de sicar. cuius definitio licet
iudicis arbitrio permittatur, *Panorm. c. olim. num.*
14. de rest. spol. Bal. l. 1. n 3. 6. C. vnde vi. & viri boni,
Bal. d. l. 1. num. 11. tamen ad tria ferè redigitur: vi-
delicet ad æqualitatem modi, temporis, & cau-
sæ. *Iason. l. 3. num. 2. & Dd. de iust. & iur. Ang. in*
tract. verb. dictus Titius se defendendo. num. 18. glo.
magna præcipuè Bald. num 8. 10. 11. cum multis seq.
l. 1. C. vnde vi. Et probatur defensio vt priuilegia-
ta, coniecturis, testibus, etiam aliàs parum ido-
neis, *Ias. l. 3. num. 4. 5. de iustit. & iur. consi. 8. parte. 4.*
Angel. præallegat. loc. in pract. numer. 18. Matthe.
sing. 37.
¶ Finis est, non vltio, *l. scientiam. 47. §. pen. ad l.* 8
Aquil. sed defensio, *l. 3. de iust & iur. l. furem. 9.*
de sicar. c. 1. §. si quis homin m.il i, vitam suam defen-
dendo. de pace tenen. l. 4. 5. ad l. Aquil. quæ tamen
vltionem, respectu offendentis, secum trahit. *l. 1.*
hoc tit. l. sed & partus. 12. §. 1. quod met. caus. l. 3. de e-
pisc. aud. Effectus, quòd in nullo peccasse defen-
sor intelligatur, *l. 3. vbi Hipp. ff. ad l. Corn. de sicar.*
sed aggressor *h. l. §. cum arietes. si quad. paup. l. quē-*
admodum. 29. § si nauis. ad l. Aquil. Ille igitur pro
innocente habetur, *Hipp. in pract. §. opportunè. n.*
27. & extra pœnam est. *c. 2. de hom. cle. 1. eod. l. 2. C.*
de sicar. d. c. 1. §. si quis. de pace. tenen. Hipp. l. in lege.
num. 31. de sicar. Adiacet telum tutandæ saluti
causa gerere, *l. penult. §. vltim. de vi. pub.* in con-

tinenti defensione vti, non ex interuallo. *l.1.l.3.* A *de vi arma.*

9 ¶ Affinis est, excussus moderatæ tutelæ: *Salic. l.4.num.3. C.de adulter. Ias.l.3.num.11. de iustit. & iur. & l.1.num.18. de legib.* apprehensio nocentis, *l.4.l.5.ad l. Aquil.* pœna iusta, *l.1.h.t.l.3.§.de episc. audien.* Contraria est, offensio, *l.1.2. hoc t.* iniustitia, *l.3.vbi Salic.§.de his qui ad eccles.* dolus malus, *l.1.in fin. de Senatusconsf. Sylla.* renunciatio in ciuilibus, *l.penul. vbi Ias.num.17.C.de pact.* non in criminalibus: B *Bar.l. custodias.12.num.5.de pub.iud. Ias.l.3.num.31.de iust.& iur.* non præscriptio, quia defensioni nunquam præscribitur. *l.4. de req. reis. l. quicunque. vbi Bar. C.eod.*

DE INOFFICIOSO TEstamento. Tit. XXVIII.

1 *Continuatio.*
2 *Actiones quid, & quotuplices.*
3 *Inofficiosi querela quid.*
4 *Propria.*
5 *Partes.*
6 *Causa.*
7 *Quibus detur querela.*
8 *In quos detur.*
9 *Materia & subiectum.*
10 *Forma actionis.*
11 *Vbi, quando, quandiu, detur.*
12 *Quis probare teneatur.*
13 *Finis & effectus.*
14 *Adiacentia, & Affinia.*
15 *Legitima quid.*
16 *Contraria.*
17 *An & quando titulo institutionis relinqui sit necesse.*
18 *De causis ingratitudinis.*

1 HActenus † de iudiciis dictum est: sequens
2 est, vt perpungentur actiones, quib. † ius nostrum iudicio persequimur: *§.1. Inst. de ac. l. nihil.51. ff. eod.* tam ciuiles, de quibus vsque ad lib. nonum Cod. quàm criminales, quæ proponuntur lib.9. & fiscales, quæ tractantur lib. deinceps 10.11.12. In hæc enim genera tribuuntur actiones *l.1. de calum.* Ciuiles aut in rem sunt, F *l. actionu.25. l. actionis.37. de ob. & ac.* petitiones. *l. actio.18. de oblig. & act.* aut in personam actiones, *d.l. actio.28.* seu condictiones. *d.l. actionum.25. & § sic itaque. Inst. de act.* De illis, vt potioribus, *l. plus cautionis.25. de reg. iur. Ias. & Dd. hic in rub. Alcia. in tit. de reb. cred. in pri.* primo loco agendum: *l.1. de rei vend. §. vlt. vbi glo. Instit. de iur. na. l. 1. 2. de sta. homin.* quæ sunt aut vniuersales, aut singulares *l.1. de rei vend.* & speciales. *l. in speciali.73. de rei vend.* Illas primo depromi consentaneum est: ut quarum ex iure reliquas metiamur. G *l. quæ de tota.76. de rei vend. l.1. si pars hæred. l.2. de poss. hær. petit. l.2. de fid. hær. pet.* Eiusmodi sunt, quæ de vniuersitate proponuntur, *l.1. de rei vend.* puta hæreditate. *d.l.1. de rei vend. glo. & Dd. l.1. in prin. de eden. Spec. de act.* cuiusmodi † est inofficiosi 3 querela *l. qui repudiantis.17. verb. vniuersum hæreditatem. ff eo.* seu de Inofficioso hæreditatis petitio: *l.1. l. si quis filium.34. hoc tit. l. qui de inoff.20. eod. l. filium.20. §. sed quemadm. de bon. poss. con. tab.* quæ accusat testamentum vt inofficiosum, in quo agens sit exhæredatus, vel præteritus contra pietatis officium: *l.2.3 4. cum seq. ff. eod.* petitque rescisso eiusmodi testamento, *l. qui repudiantis,17. l. Titia.13. eod. l. cum duob.13. h.t.* tanquam à non sanæ mentis testatore inofficiosè facto, *l.2. l.5. eod.* hæreditatem agenti ab intestato adiudicari, *l. Pap.8. §. quoniam.8. l. cum qui.21. eod.* ac restitui. *l. si quis 34. hoc tit.*

¶ Est igitur actio ciuilis, *l. filio. §. fin. vbi Dd. hoc tit. l. non putauit.8. in prin. verb. iure ciuili. de bon. poss. cont. tab.* subsidiaria, *l.4. verb. subsidiarium auxilium. §. de lib. præter. §. tam autem.3. Inst. eod.* petitorij iudicij, *l. si quis filium.34. hoc tit.* centumuiralis, *l. Titia.13. l. qui repudiantis.17. eo.* sicut alia quælibet hæreditatis petitio: *l. vlt. §. de hær. pet.* stricti tamen, vt existimo, iuris: quia non solùm vendicat rem, *l. qui repudiantis.17. ver. vindicasset. eod.* quod genus strictum est: *l. vtique.16. cum l. seq. de rei vend. l. videamus.38. de vsur.* sed accusat etiam testatorē furoris, neglectiq; officij: *l.2. 5. cum seq. eod.* & testamentum, cuius magnus est fauor, *l. si part.10. eod.* rescindi contra ius ciuile petit: *l.3. de testa. d.l. qui repudiantis.* vt censeri debeat exemplo reliquarum rescissoriarum, *l. in honorariis.34. de oblig. & ac. §. rursus. Inst. eod. de act.* stricta, *l. cum quidam.19 de lib. & posthum. Dd. d. §. rursus.* & temporalis, *l. scimus.36. §. vlt h.t. l.6. eod.* 4

¶ Partes igitur eius duæ sunt: altera accusatio 5 inofficiosi, *l.2. cum seq. eod.* continens querelam iniustæ exhæredationis. *l.3.4. eod.* altera petitio, seu vendicatio hæreditatis. *l.2. l. posthum.6. l. quemadmodum.7. l. nam & 15. l. qui repud.17. l. mater.19. eod. l. cum duob.13. l. si quis filium.34. h.t.*

¶ Causam trahit ex iure ciuili, *d. l. non putauit. 8. de bon poss. cont. tab.* vetere, *l. quoniam.32. hoc tit. l.1. in fin si quis à par. ma. l. quoties.91. de reg. iur.* hoc est, lege, *§.1. Nouell.18.* vt putatur Glycia: *l.4. vbi est inscriptio eiusmodi. eod. Cuiac. lib. obs.2. cap.21.* propter frequentiam iniuriosarum exhęredationum lata. *l.2.3. eo.* Exhæredationis nomine complectimur hîc & præteritionis: *l.3. verb. exhæredari vel præteriri. eod.* quæ sunt loco exhæredationis. *§. vlt. Inst. de exhær. lib.* ideoque testamentum non annihilant, vt maternæ: nam quæ illud ad nihilum redigunt, vt paternæ, *§.1. cum seq. Inst. de exhær. lib.* quæstionem pariunt nullitatis. *§. 1. 2. Inst. de exhær. lib. l. inter. 30. de lib. & posthu. Auth. ex causa. vbi Dd. C. de lib. præt. l.1. & passim, de iniust. rupt. test.* non querelam, quæ rescindi petit: *d.l. qui repudiantis.17. ff. eod.* quod non rectè postulatur circa id, quod nullum esse, ex præteritione intenditur. *l.5. de iniust. rupt. test.* 6

¶ Datur igitur querela liberis exhæredatis *l.1. 2. eod.* vtriusque sexus *l.4. liberi.28. l. filium.25. l. si. maritus.* 7

maritus.22. hoc tit. in infinitum: *l. si institu a.27. §.1. eod. l. omnimodo.30. hoc tit.* tàm naturalibus, quàm adoptiuis: *§. tam autem.3. Instit. eod.* etiam spuriis, contra testamentum maternum, *l. si suspecta.29. §.1. eodem.* non paternum: *Schneidewin. §.1. num.4.* quia iure ciuili, vnde est hæc actio, pro liberis huiusmodi non agnoscuntur. *l. vulgo.23. cum l. seq. de sta. hom.* Datur & vice versa parentibus, ex interpretatione, *l.1. l. nam & 15. eo. l. cum filium.17. l. liberi.28. l. omnimodo.30. hoc tit.* non collateralibus, *l.1. eodem.* nisi solis fratribus, B *l. fratris.21. hoc tit.* ac sororibus, *§. soror. Instit. eod.* vtrinque coniunctis, *d.l. fratres. l. circa.24. eod.* vel consanguineis *l. fratris.21 l. fratres.27. hoc tit. vide Schurff. consi.8. nu.2. & consi.24. cent.1.* (non vterinis, *d.l. fratris.21. vbi rationem differentiæ reddit Bal. num.3.*) vno scilicet casu, turpibus nempe personis institutis. *l. fratres.27. hoc tit.* aut ingratis libertis hæredibus relictis. *d.l. fratres.* Datur autem omnibus his, quoties ab intestato, vt proximi hæredes, succedere possunt: C *l.1. l. posthumus.6. l. pater.14. eod.* & eorum hæredibus, suis, *l. si quis filium.34. l. scimus.36. hoc tit. l. nam etsi. 15. §.1. eodem.* non extraneis: nisi querela præparata, *l.5.6. eodem. l. scimus.36. hoc tit.* quod indistinctè in fratrum querela putatur obtinere: scilicet vt non nisi præparata, ne quidem in suos transmittatur. *Ias. l. si pater.5. nu.3. hoc t. per l. si quis.34. hoc tit. contra gloss.*

8 ¶ Datur autem in rem, hoc est, testamentum, D quod arguitur: *l.2.3.5.6. eod.* & hæreditatem inde relictam: *l.5. l. Pap.8. §. vlt. eod.* atque ita contra omnes, qui defendunt illa: puta hæredes institutos, *l. qui repudiantis.17. §. vltim. l. nam & 15. §. vltim. l. mater.19. l. circa 24. eodem.* substitutos, *Paul. lib.4. sent. tit.5. ver. vltim.* bonorum possessorem, *l.1. hoc tit.* legatarium, *l.1. hoc tit.* fideicommissarium, *d.l.1.* fiscum, *l. si hæredem.10. hoc tit.* non etiam aduersus cohæredem ab intestato, siquidem alter extraneus vnà sit hæres instiE tutus. *l. nam & 15. §. vltim. l. mater.19. l. circa.24. eodem. l.3. hoc tit.*

9 ¶ Subiectum & materia igitur actionis huius est testamentum *l. Papin.8. in princ. & §.2. eod.* qualecunque, *d.l. Pap 8. §.4.* etiam militare, *glo. Iason. & Dd. l. vltim. infr. de mil. test.* vel de peculio castrensi aut quasi factum, *glo. verb. testamenta. l. vltim. vbi Dd. hoc tit.* aut Ecclesiastico: *l. sacrosanctæ.32. Authen. presbyteros. sup. de episcop. & cleric. extr. numer.12 & 115.* licet hæc olim non F æquè poterant impugnari: *l. Papinia.8. §.3.4. §. quoniam.8. l. si instituta.27. §.4. l. mater.19. eod. l. de inoffic.9. l. testamentum.24. hoc tit. l. sicut.9. infr. de testam. milit.* vnde petitur portio, quam actor ab intestato erat consecuturus. *l. Pap.8. §. quoniam.8. l. mater.19. eod.*

10 ¶ Forma actionis hoc colore pingitur, quasi demēs fuerit testator, qui alienis relinquere maluerit hæreditatem, quam suis, quos contra pietatis officium exhæredauit. *l.2. l.5. eod.* Ideóque testamentum eius, tanquam conditum, ab eo G qui factionem testamēti non habuerit, *l. qui repudiantis.17. §. vlt. eod.* ut inofficiosum meritò sit rescindendum, *l.5. l. qui repudiantis.17. §.1. vbi Bar. num.2. eod.* hæreditate petenti vt proximo, ab intestato hæredi adiudicata: *l. Pap.8. §. vlt. eo.* non quòd verò furiosus fuerit testator, sic enim diceretur testamentum nullū, *d.l. eod.* & ea re perperam intenderetur rescindi oportere: *l.5. de iniust. rup. test.* sed quasi furiosus, nō ex officio pietatis, testamentum fecerit, *d. l. 2. vbi Bart. num. 3.* & furiosi propterea exitum pati debeat. *l. qui repudiantis.17. §. vltim. l. mater.19. de inoffic. testamen. l. cùm duobus.13. hoc tit. l. nec fideicommissa.36. de lega.3.* Est enim amentiæ, contra mentē sensúmque ac affectum hominum naturalem, *§.1. num 18. in authen. de trien.* alienis relinquere hæreditatem, suis quibus iure debebatur exclusis, *c. ius. distinct.1. l. cum ratio.7. de bon. damn. l. scripto.6. si tab. testam. ex. vnde lib. l. nam & 15. eod.* inuitáque natura citra causam iustā exhæredatis, *§. cum itaque. verb. secundum naturam. num.1. in authen. de hær. & Falc.* & in egestate relictis. *Nouell. 18. §. t. de trient. & semis. & Nou.115.*

¶ Sed de formatione huius actionis consulant qui volent, nostros. *Bart. & Dd. l.2.3.5. hoc tit. Roffred. & Olden in for. huius lib.* At vbi proponenda est? olim apud centumuiros, *l. Titia.13. l. qui repudiantis.17 eod.* hodie vbicunq; peti potest hæreditas: *l.1.§. vbi de hær. aga.* in domicilio tamen eorum, qui conueniuntur. *l. si suspecta.29 §. vlt. de inoff. testa.* Quando? post aditam ab instituto hæreditatem, *l. Pap.8. §. si conditioni.10. eod. l. scimus.36. §. vlt hoc tit.* quæ vt intra semestre saltem ea propter adeatur, peti potest, *d.l. scimus. §. vlt.* Quamdiu? intra quinquennium *l. si autem. 9. eod.* ab adita hæreditate computandum: *l. si quis filium.34. l. scimus.36 §. vlt. h. tit.* nisi iusta causa tarditatem excuset. *l. contra.16. h.t.* 11

¶ At cuius erit probatio? Olim vterq; probare 12 videtur intentionē debuisse, *ex reg. l.2. de pro. Ias. l. si verò.5. §. qui pro rei. nu.15. qui satisd. cog.* & actor præstiti officij, *l. liberi.28. in prin. h.t.* & excipiens neglecti, *d.l. liberi. l. si maritus.22. l. omnimodo.30. h.t.* vnde iusta ingratitudinis causa duceretur: *d. l. si maritus, cum aliis §. alleg.* sed hodie totū hoc onus probandi reo incubit, *Nou.115. vt cū de appel. §. sine igitur.* cū habeat intentionē pietatis & officij pręstiti, fundatā ex pręsumptione iuris, actor cui nō negetur proximitas, donec ingratus erga defunctū, atq; ita offensam & exhæredationem eius iure cōmeritus probetur. *d. Nou.115. §. sine igitur. l. liberi.28. vbi gloss & Dd. l. omnimodo.30. in prin. ver. si tamē nō ingrati legitimis modis arguātur, cū eos sc. ingratos circa se fuisse testator dixerit. h.t.*

¶ Finis est, vt parētes & liberi testamētaria cō- 13 tumelia liberati, *§ hoc autē Nou.115.* debitam hæreditatem cōsequātur. *l. filiam.15. h.t. l. posthum.6. §.1. eo.* Effectus absolutorij iudicij, quod actor causa cadēs damnū expensarū toleret *l.1. eo. ex l. properādum.11. § sine autē. vbi Ias. nu.5. de iud.* indignúq; se reddat testamento relictis, *l. Pap.8. § meminisse.14. eod. l. quæsitū.40. de acq. hær. ex ratione. l. si patronus.18. de bo. lib. l. si pecul.20. in princ. de statuli-*

quæ fiſcus aufert.l.filius.22.§.1.eod.l. alia. 8. j̃.de his quib.vt indig. Condemnatorij,quòd inteſtatũ faciat teſtatorem,l.poſthumus.§.1.6. l. eum qui. 21. §.vlt.eo.l.cum duobus. 13. h.t.reſciſſo teſtamento, l.qui repudiantis.17.§.1.l.Titia. 13. eo. quaſi furioſi: l.Titia.13. eo.l.nec fideicommiſſa. 36. de lega.3. l. qui repudiantis.17. §.vlt.eo. hodie tamen quod ád inſtitutionem tantùm, reliquis ſaluis. Nouell. 115. uth.ex cauſa.j̃.de lib.præter.

14 ¶ Adiacet bonorum poſſeſſio ordinandæ litis cauſa, verbo magis quam re decernanda:l.2. l.in arenam.11.h.t.l.poſthumus.6.in fin.eod.pœna tertiæ partis pluris:ſi ſoluere vſque ad ſententiam hæres ceſſet:l.ſi quis.33.h.t. condemnatio expenſarũ l.1.eo.alimentatio,quę debetur actori vna ſententia obtenta,l.ſi inſtituta.27.eod.non antè, l.qui de 20. eod. Affinis,petitio legitimæ,l.omnimodo. 30.l.ſi quis.33. cum l.ſeq. h.t. vel ſupplementi eius, l.ſcimus.36.hoc t.

15 ¶ Legitima eſt,ſucceſſionis portio lege debita:l.ſi duo.13. de iureiur.l.2.j̃.t.1. Nouell.1. de hære. in prin.Nouell. 18. de trien. & ſemiſſ. ſicut nomen indicat,l.2. de inoff. don. ſiue ab inteſtato, l. parentib.8. h.t. ſiue ex teſtamento,l.2.j̃.tit.1. de inoff.don.ideóque pro ære alieno eſt, l.vnic. Cod. de impo.lucra.deſ.lib.10. gl.l.ſi quis.6. verb. poſſeſſione. ad l.Corn.de fal.Coraſ. & Dd.l.filium. 24. j̃.fam. herc. non quidem hæreditatis, l. filius. 14. de falſ. l.pater.54. ad l.Falcid.l.& quia.10. pro ſoc. l.fin.§. ſin autem.C.de cur.fur. ſed bonorum, d.l.ſi duo. de iureiur.l.2.j̃.tit.1. l.ſcimus.36.h. t. quæ deducto ære alieno ſuperſunt:l.Pap.8. §. quarta.9. ff. de inoff.teſt.Caſt. & Dd.l.vltim.§.in computatione. C.de iure delib. ex regula l. ſubſignatum. §. bona. de verb, ſignific. mereturque fauorem l. ſi quis. 37. ſup. de epiſcop.& cler. & ibi gloſſ. & Dd. alimentorumc Cyn.l.ſancimus.24. num.2. Cod. de nup. per §. honos.§. prohibemus.num.18. de trien. Bal.l.ſi quis.33. num.5. hoc tit.ac dotis,Iaſ.num.25.& Dd. in rub.ff. ſolut.matrimon. vnà cum ſua condictione vel petitione,l.ſi quis.33.l.ſcimus.36. l.omnimodo. 30. hoc tit.velut partis hæreditariæ,l.omnimodo. 30. l.ſcimus.36. h.t.tot.tit. ſi pars hæred. aut ſaltem bonorum:d.l.2.j̃.tit.1. l.Pap.8.§.quarta. 9. de inoff. teſt. eſtque perpetua,Iaſ.l.ſi quis ſuo.33.num.6. hoc tit.l. certi.num.24. ſi cert.pet.& tranſmiſſibilis. Iaſ. l.emancipati.4. num.4. C.qui admit.l.Lucius.45.num. 34.de vulg.& pub. Caſtr. & Dd.l.cum antiquiorib. j̃.de iure delib. Alex.conſil.150. viſo.num.1. vol.1. ac ordinarij iuris.l.ſi quis.33. verb. expectato iudiciorum ſtrepitu.vbi Bal. num.5.Iaſ.num.3.hoc tit.Habetur autem duplex: altera ab inteſtato pars lege debita: l.parentibus.8. hoc tit. quæ tamen verius hæreditas, ſeu ſucceſſio legitima dici poteſt:l.lege.de verbor. ſignific.l.3. de pet. hær. altera (de qua hîc agimus) teſtamentaria: illius olim portionis ab inteſtato quarta, l. cum quæritur. 6. l.parentibus.8.h.t.l.Pap.8. §.quarta. eo. hodie triens vel ſemiſſis:Nouell.18. & Authen. nouiſſ.l.omnimodo:30.cum ll.ſeqq.h.t. prout debita eſt vel deſcendentibus, vt hac auth. nouiſſ. l. omnimodo.30. vel aſcendentibus, Authent.licet. infr.de nat.lib. Nouell.1,18.115.l.ſed etſi.15 de inoff. teſt.vel collateralibus (quib.etiam auctam eſſe contra communem ſtatuit Cuiacius) hoc eſt fratribus: Nou ll.1. de hær.& Falci.in prin.l.fratres.21. h.t.l.1.eo. non tamen vternis, l.fratres.27. h.t. vno tantùm caſu,turpibus ſcilicet perſonis,vel quod perinde eſt, ingratis libertis hæredibus inſtitutis: d.l.fratres. 27.h.t.ex lege Nouell.92.de immen.dona & Nouell.1.ac.18. pietateque naturæ.Nouel.1. de hær.& Falc.in princ.gloſſ.l.ſi quis.37. verb.ſimili. ſup. de epiſc.& cler. gloſſ.c.officij.14. de teſtam.Bal.l.lege.14. num.1. Cod.de leg.hær.Bart.Iaſ.& Dd.l.1. §.vltim. de iuſt. & iur. & affectione votoque parentum. Nouell.18. verb.natura curata.Nouell.115.l.nam etſi.15. eod.j̃.ſcripto.vnde lib.l.vltim. de bon.dam. Ea legitima cuiuſque ſupplementum petitur condictione ex lege: gloſſ.verb.ipſo iure. & Dd.l. ſcimus.36. h.tit.Bald.num.11.12. l.vnic.ſup. vt quæ deſunt aduoc.& in Authen presbyteri. vbi gloſſ. C. de epiſc. & cler.ea tam eſt propinqua querelæ, vt & hanc excludat,& eadem tractatione hoc in titulo comprehendatur.l.omnimodo. 30. cum ll.ſeqq. hoc tit.§.3. Inſt.eo.l.4. in fin.de lib.præter. Affinis querelæ inoffic. eſt etiam petitio hæreditatis, l. 5.§.vlt.de pet.hær.l.3.j̃.eo.tit. bonorum poſſeſſionis,l.in arenam.11. h t.querela teſtamenti rupti l.Pap.8.§.ſi quis.13.eo.iniuſti,l.contra.16.hoc tit. accuſatio falſi,l.eum.14.h.t.querela inofficioſæ donationis,l.1.2,4.5.6.vlt.j̃.tit.1.& dotis.l.vnic.j̃ de inoff.dotibus.

¶ Contraria renunciatio,l.ſi ponas.23. §.vltim 16
eod.l.ſi quis.34.hoc t.deſiſtere querela,l.nam etſi.15. §.1. eod. agnoſcere voluntatem defuncti,l.ſi ponas.23. eod.l.ſi quis.33.h.t.petere accipere ex ea legatum,l.ſi pars.10. §. vlt.eod. l. ſi duobus.14. de bonor. poſſ.ſ. cont.tab.quartam:l. Papin. 8. §.ſi quis.6.l.ſi inſtituta.27. §.1. eod.l. quoniam.29. l. ſi quis. 33 hoc tit. repudiatio hæreditatis, l. qui repudiatis. 17.eo.tranſactio cum defuncto,l.ſi non mortis.2. l.Pap.8.§.ſi quis mortis eod.l.ſi quando.35.§.1.hoc tit. vel hæredibus eius,hoc nomine facta.d.l.ſi quando.35.§.2.hoc tit. Quanquam autem à nullitatis quæſtione non liberetur teſtamentum,niſi liberis aliquid inſtitutionis titulo ſit relictum, tam iure veteri,§.1.2. Inſtit.de exhib.lib.l.filio.de iniuſt. rup.teſtam. quàm nouo: Nouell.115. tamen quoad excludendam querelam extraordinariam & reſciſſoriam,ſufficit † relinqui aliquid nomine le- 17
gitimæ, quod ſuppleri poſſit,l.omnimodo. 30. l.ſi quis.34. l.ſcimus.36. h.t.§.ſed hoc.Inſt. eod.quouis etiam titulo:l.ſi quis.33.hoc t.& l.Pap.8.§.ſi quis.6. l.ſi inſtituta.27.§.1.l.ſi non mortis.24. eod. l. quoniam 9.l.ſi quis.33. hoc tit. cum inofficioſum dici nequeat, in quo quarta ſit relicta. d.l. Papin.8.§.ſi quis.6. cum ſeq.§:tam autem 3. cumſeq. Inſtitut. eod. Idémq; vice verſa in parentibus ſtatuatur: quibus &ipſis titulo inſtitutionis oportere relinqui placuit. Nou.115.Iaſon & Dd Authen. ex cauſa.1. de lib.prter. & Authen. nouiſſima. h. tit. At reliquis quos inſtitui nihil eſt neceſſe, quartam aut quamlibet legitimam, quolibet relinqui titulo indiſtinctè,ſatis eſt,l.3.§.toties.de bonis lib.

¶ Con-

¶ Contraria eſt item præſcriptio quinquennij, l.parentibus.8.hoc tit.& iuſtæ exhæredationis, l.in arenam.11.l.liberi.28.l. omnimodo.30 hoc titul.l.cum ratio.7.de bonis damnat. ex idoneis ingratitudinis cauſis l.omnimodo.30. hoc titul. vbi ingrati nominatio pro exhæredatione eſt. Huiuſmodi cauſæ olim erant arbitrariæ:§.aliud.Nouel.115. vt cum de appellat. hodie in liberis ſunt decem & quatuor: d.§.aliud.in parentibus ſeptem, gloſſ. vltim. Authen.non licet. j̃. de lib.præter.& d. §.aliud. verſicul. has eſſe.& in §. 1. verb.ingratas.numer.22.de nupt.l. parentes.8.verb.legitimo.hoc titul. aut octo: Dd.d. Authen.non licet.§ ſancimus. Nouell. 115. Chaſſ.in conſ. Burgund. §. 2. de ſucceſſ in fratribus tres expreſſæ. §. ingratitudinem. numer.22.de nupt.gloſſ.d. Authen. non licet. j̃. de libr.præter. & locis ſ. alleg. Quanquam his pares vel grauiores etiã admitti,tralatitium eſt:Iaſ.& Dd.d. Auth.nõ licet quod admitto parentes & fratres, caſu quo querelam habent: gl.d.§.ingratitudinem. & §.præcedente.nu. 22.in filiis non vſquequaq;, cũ hîc diſertè lex alias cauſas excludat, §. aliud.§ ſiue.Nouell.115.nec vlla, meo quidem iudicio, dari poſſit, quæ non includi poſſet in grauem & inhoneſtam iniuriam,quam inter ſufficientes cauſas ponit.d.§.aliud Nouell. 115. aliter tamen grauem, quàm ex conſideratione perſonarum, Natta conſ.452.nu. 25.vol.2. licet hæc aliàs omnem iniuriam, in tales perſonas commiſſam,aggrauet:§.atrox. Inſt. de iniur.l.prætor.7.§.vlt.de iniu.nam reſpectu perſonæ omnis eſt atrox iniuria, quæ committitur in tales. l. capitalem. 28.§ omnia admiſſa in parentes.de pœn.Cum autem lex diſertè velit nõ quaslibet hîc ſufficere, ſed requirat graues & inhoneſtas: d.§.aliud.Nou.115. neceſſum eſt,omnino hoc accipi de eiuſmodi iniuria, quæ per ſe talis ſit in abſtracto,& abſque complexu perſonæ illius, cui ſit illata: quod & in feudo obtinere dixi.conſil.43.& alibi.

DE INOFFICIOSIS DOnationibus. Titulus XXIX.

1 *Querela inofficioſæ donationis quid:& cuiuſmodi actio.*
2 *Eius partes.*
3 *Cauſæ, & quibus competat.*
4 *Materia.*
5 *Antecedentia,conſequentia,finis, affinia,contrario.*

AD exemplum inofficioſi, producta conſtitutionibus eſt Inofficioſæ donationis querela,l.1.2.3.hoc tit.Auth.vnde ſi parens ſ. tit.1.quæ
1 & † ipſa eſt actio ciuilis conſtitutionibus,reuocatoria, ideoque ſubſidiaria: qua deficiente,alio remedio permittitur legitimam,aut quod legitimæ deeſt,ex immenſis donationibus tanquam inofficioſis, reuocare. l. ſi mater. 7.l.pen. l.vlt.hoc titu. Ciuilem eſſe probat, l.penul.hoc tit.reuocatoriam,l.ſi mater.7.hoc tit.ſubſidiariam.l.2.l.4.hoc ti.Eſt etiam realis aut ſaltem mixta,cum inofficioſi querelæ ſimilis ſit, l.vlt.h.t. eademque ratione temporalis.d.l.vlt.h.t.

¶ Partes igitur & eaſdem habet, videlicet ac- 2
cuſationem inofficioſæ donationis, & portionis debitæ bonorum petitionem.l.1.& paſſim,h.tit.

¶ Cauſa conuenit,quoniã eſt ex lege conſtitu- 3
tionum, & datur iis tantùm quibus inofficioſi querela,& propter eãdem cauſam, ſcilicet quod aliter legitima recuperari ex bonis defuncti nequeat.l.1.vbi Bal.Caſt & Dd.l.4. & paſſim.h.tit.

¶ Materia ſunt donationes quæcunque,d.l.1.2. 4
3.& paſſim.hoc titu.non reliqui tituli oneroſi: l.1. §.ſi quis.8.ſi quid in fraud.pa. niſi quatenus in donationem incidunt,Bal.l.1.nu.14.hoc tit.& quatenus ab his læditur legitima debita. l.1.2.3.4.5.6. 7.hoc tit.

¶ Antecedens huius actionis, (nec enim ipſo 5
iure fit reuocatio,ſed per querelã, Molin.l.5.glo. vltim.h.t.) eſt accuſatio inofficioſæ donationis: l.vlt.h.t.l.vnic.j̃.tit.1. conſequens,petitio debitæ pactionis.l.1.2.hoc tit. Finis,vt de inofficioſa donatione petitor legitimam conſequatur. l. 2.l.5. h.t. Nec enim vlterius reuocatur,quia nec cauſa reuocationis,nẽpe inofficioſi,vlterius extenditur. l.1.l.pen.h.tit.quomodo & accipienda l.Titia. 87.§.imperator.3.de lega.2.Cuiac.obſ.5.cap.14.quod indiſtinctè probat conſt.pro.12.par.3. Nec ex l.ſi vnquam.Cod.de re do.alia eſt reuocatio à liberis,l. 5.hoc tit. Nou.95.de immenſ.don. licet ab extraneis in ſolidum videatur reuocari poſſe: Dd.l.ſi vnquam.8.vbi latiſſ.Tiraquel.j̃.de reu.don.c.vlt.17.qu. 4.Cuiac.d.Nouell. 95. quanquam contrà diſputari poſſit ex generalitate,l.5.h.t. Affinis eſt & huic actioni querela inofficioſæ dotis, de qua tit.ſeq. inofficioſi teſtamenti,l.1.2.4.l.penult. l. vltim.h.t. actio fam.her.l.2.h.tit. Contraria,ingratitudo,l. 5.verb.non ingratis.h.tit.§.vlt. in Auth.de immenſ. donat.Nouel.95.renunciatio,l.ſi quando.35.§.1.2.ſ. tit.1.præſertim iurata,conſt.pro.9.&10.par.3.præſcriptio quinquennalis.l.vlt.h.t.

DE INOFFICIOSIS DOtibus. Tit. XXX.

EAdem querela datur aduerſus immodicas dotes, vt inde emolumenta debita, nempe legitimæ,conferantur. l.vnic.hoc titul. Quamuis enim hic titulus non æquè ſit ex donatione lucratiuus,cùm dos detur ob cauſam oneroſam: l. pro onerib.Cod.de iur. do.l.ex promiſſione. 19. de oblig.& act.Iaſ.l.ſi donaturus.§.1.numer.10. de cond. cauſ.da.& l.licet.19.nume.13 ſ. de pac.l.1.j̃.de impo. lucr.deſ lib.10. tamẽ hoc verum eſt reſpectu mariti,qui ob onus accipit,d.l.pro onerib.non reſpectu dotem dantis: qui in dotem etiam promiſſam omnia bona effundere nõ cogitur inuitus, ne ſibimet auferat liberam teſtandi facultatem, liberis legitimam: l. mulier bona 37. de iur.dot.l.

nulla.4.infr.eod.tit. quæ propterea inde velut ex A inofficiosa donatione, in quam hactenus incidit, *Bald.l.1.nume.14.sup.tit.* 1.repeti poteſt.*d.l.vnic.hoc tit.vbi Caſt.Bald.& Dd.* In dotalitio non idem noſtri contra rationem admittunt.

DE PETITIONE HÆreditatis. Tit. XXXI.

PRoxima querelis his eſt, Petitio hæreditatis. B hoc eſt, vendicatio : *l.4. infr.in quib.cauſ.ceſſ. lon.temp.præſcr.ex l.actio.28.de oblig.* miſta tamen. *l.7.hoc titul.* quoniam vniuerſalis. *l.1.de rei vend.* Vindicat enim hæreditatem, *l.3. hoc titul. l 1.§. vltim. ſi pars hæred.* ius vniuerſale, *l. hæreditas de reg. iur.* quam intendit petitor eſſe ſuam : *l.licet. 10.eod.* non res ſingulas, quas neutiquam vendicat, ſed iure illo hæreditatis ſuo, reſtitui tantùm petit.*l.licet.10.l.ſi bonæ.49.eod.l.6.hoc tit.* De quo genere petitionis quia ſatis multa ſunt ad Pand. C eod.tit.dicta non hîc idem agemus.

DE REI VINDICATIOne. Tit. XXXII.

POſt vindicationes vniuerſales, ſequitur ſpecialis, *l.1.de rei vend.* rei vindicatio, *l.hæreditatis.7.ſup.tit.* 1.quam & ipſam in ff. hoc titul. de- D claraſſe ſatis eſt.

DE VSVFRVCTV ET habitatione & miniſterio ſeruorum. Tit. XXXIII.

VIndicationibus ſpecialibus annumerantur actiones ſeruitutum, *l.3.in princ.infr.de præſcrip.30.anno.* quibus vindicantur, *l.creditori.9.de oper.no.nunc.l.4.de ſeru.l.5.de ſer.ruſt.l.1. ſi ſer.vend.* ſeu petuntur, *l.ei qui pignor. 16. de ſeru.* quod in idem recidit : *l. actio. 28.de obligationib. & actionib.* ſiue perſonales, vt vſusfructus, *de quo ff.eo.* habitatio, *de qua.l.habitatio.11.l.cum antiquitas.13. hoc titu. & ff.de vſu & hab.* miniſteria operæque ſeruorum: *de qua l.vſufructu.9.hoc titul.& ff.de oper.ſer.de qua actione in Pandect.ſi vſusfruct.pet.* ſiue reales vindicentur.*vt tot tit. ſi ſer.vend.*

DE SERVITVTIB. ET aqua. Tit. XXXIIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Aqua quid hîc denotet, & cuiuſmodi ſeruitus, & quid aquæductus.*
5 *Cauſæ huius ſeruitutis.*
4 *Materia & eius ducendæ forma.*

5 *Finis.* 6 *Adiacētia, affinia, cōtraria.*

DIctum † eſt de ſeruitutibus perſonalibus: † ſequitur de realibus, quæ abſolutè ſeruitutes nominantur, tot.titul.ff.de ſeuitut. vbi fuſiùs hæc materia generatim tractatur: hîc verò potiſſimùm de vna ſpecie, quod & inſcriptio denotat, nempe de Aqua: † quæ hic aquæductum 2 ſeu ſeruitutem aquæ actus deſignat. *l.3.l.4.cum multis ſeqq.hoc tit.* Nam & hæc in dubio ſeruitus magis eſt realis quàm perſonalis, & potius intelligitur conſtituta prædio quàm homini : *l.1.§. illud.§.permittitur.de aqu.quo.& aſt.* etiam cum ad vſum communitatis in oppida deducitur. *Zaſ. lib 1.reſponſ.cap.11.num.3. Menoch. remed.retin.n. 6.num.38.* Aquæductus eſt iter aquæ, *l.Quintus.15. de ſer.ruſt.* aquæ actio actus. *l.1.§.vtile.de riuis.* vnde & aquagium. *d.l.Quinti.l hoc iure.§.is qui.l.vlt. de aqu.quo.l.ſi partem.19.quem.ſer.amitt.* Quæ ſeruitus aut perſonalis eſt, quoties ad vſum perſonæ conſtituitur : *l.4.l. Lucius.37.de ſer.ruſt.* aut prædialis, quando (velut in dubio præſumitur, *Capoll. cap. 2. de ſer. rea.numer.2.& cap.7.de aquæ hauſtu.* ad vſum prædij, *l.2.3.4.5.de ſer.ruſt.* cum quo cohæret, *l.2.de ſeruit.* atque tranſit: *l.via.23. §.ſi fundus. de ſeruit.ruſt. l.ſi aquæductus. l alienatio.de cont.empt. l.niſi.de diſtract.pignor.* loquimur autem hîc de ſeruitutibus priuatis : nam de iure priuatorum à libro 2.Cod.vſque ad 9. & 10.tractatur) atque ita de priuatis potius aquæductibus, *l.2.3.4.hoc tit.* quàm publicis: *toto titul.ff.de aquæductib. lib.11.* quos priuatis non iure aliquo ſeruitutis, quod in publicis non conſtituitur, ſed tantùm aut naturali libertate & vſu publicorum fluminum, §. *flumina.Inſt.de rer.diuiſ.* aut ex priuilegio conceſſúque Principis ducere licet. *l. Impp.17.de ſer.ruſt.præd.l.2. de fluminib. l.ſi autem. §.vlt.de aqu.pluu.& tot t.ff.de aquæduct.*

¶ Cæterùm cauſa priuati aquæductus eſt ea- 3 E dem quæ aliarum ſeruitutum, nempe remotior, conuentio, ſtipulatio : *l. cum eſſent.33.§.1.l.qui duo.29.l.Labeo.10.de ſer.ruſt.præd.l.1.§.item.de aq. pluu.arcen.* proxima quaſi traditio, ex vſu eius cui conſtituitur, & patientia domini à quo conceditur.*l.1.in fi.de ſer.ruſt.l.3.§.2.de act.emp.*

¶ Materia eſt aqua, cuius variæ ſpecies, *l.1.de* 4 *aq. quo.l.1.2.de flum.* potiſſimùm priuata, *l.4.l.6. hoc titul.l.1.de riuis.l. 1.de fonte.* etiam futura, *l.Labeo.10.de ſer. ruſt l. vltim. ſi ſeru. vend.* quam & ipſam faciunt triplicem. *Ang.l.fluminum. in prin. de damn.inf.Iaſ l.quo minus.numer.37. de flum. Iacob.in inueſt.verb.cum fluminib.numer.2.8.9.Capol. de aquæduct.numer.28.Fab.poſt gl.§.flumina.Inſt.de rer. diuiſ.* Ducitur autem vel canalibus, *l.3.§.ſi quis. de riuis. l. 1. §. cloacæ. de cloac. l. & quæque.de contra. emp.* vel per fiſtulas, *l. Quint.15.de ſer.ruſt. l.ſi prius.§.placet.de aqu.pluu.* vel ſtructilibus arcubus, *l.ſup.11.de aqu.pluu.* non etiam lapide ſtrato. *d.l.ſi prius.§.placet.* Duci autem per aquileges ſolet, *l.vlt.de iur.immun. Tertul.lib. 3. aduerſus.Marcionem:* latitudine decem pedum, aut alia, ex pa- G cto : *l.qui duo.30.de ſeru.ruſt.* cuius terminum facit

cit non modò prædiorum, ſed aquæ ducendæ. A *l.non modus.12.hoc tit.* Nam & per plura prædia pro modo legéque conuentionis duci poteſt. *l.cum eſſent.33.§.1.de ſer.ruſt.præd.*

5 ¶ Ducitur autem aqua ad irrigandos agros, *l.Impp.17.de ſer.ruſt.præd.* aut ad exiccandos. *l.1. §.item.de aq.pluu.arcen.* aquæ deriuandæ cauſa : *l. qui duo.29.de ſer.ruſt.* etiam amœnitatis cauſa, *l.hoc iure.de aq. quotid.* vel adæquandi pecoris gratia, *l.hoc iure.de aq.quotid.* denique ad multiplicem hominis prædiive vſum. *l. 5. de ſer. ruſt.* B Quem aquæ ductum prætor edictis tuetur, *l.4. hoc tit.l.ſi autem.§.vltim.de aq. pluu.arc.* datis etiã actionibus hoc nomine realibus, *toto titul.ſi ſeruindicet.* tàm petitoriis, ſeu petitorij iudicij, vt ſunt Confeſſoria, *l. & ſi forte. 6.§. 1.ſi ſer.vind.* Negatoria: *eod.tit.ſi ſer. vend.* quàm poſſeſſoriis, *tot.t.de aq plu.ar.de aq.quotid.& aſt de riuis, de fonte.de fluminib. &c.* ſecundũ leges conuentionis, vt is cui conceſſus eſt, vtatur, non alij : niſi vnà cum prædio concedere poſſit. *l. ex meo. 25. l.qui duo.29.l.5.in fin.l.cum eſſent.33.§.1.de ſer ruſt.* C

6 ¶ Adiacet, vſus, *l.viæ.17.eod:l.pen.hoc tit.* iter ad aquam, *l.4.§.ſi quis.ſi ſer.vind.l.3.§.vlt.quem.ſ.r. amitt.l.3.§.qui habet hauſtum, iter habere videtur. de ſer. ruſt.* refectio. *l. & ſi forte. 6.§.3.ſi ſeruitus vend.l.refectionis.11.com.præd.l.eum.33. de ſeru.vrb.* Affines, reliquæ ſeruitutes, potiſſimùm ad idem elementum pertinentes. vt aquæ hauſtus, *l.2.l.3. §.1.de ſer.ruſt.l.4.§.2.ſi ſer.vind.* quod etiam eſt D ius prædij, non perſonæ: *l.ſi mihi. de ſer. ruſt. l.2. comp.præd.* pecoris ad aquam appulſus. *l.1.in fin. de ſer.præd.ruſtico. §.1.in fin. verſ. pecoru ad aquam appulſum.Inſtitut.eod.* Contrarium eſt, ſi quis aliter aqua vtatur, quàm ſit conſtitutum, *l. ſi quis alia.18.quem.ſer.amitt.* non vſus, *l.Labeo.17.eodem. tit.quem.ſer.* diuerſus vſus, *l ſi quis alia. 18.eod. tit.* præſcriptio, *l.pen.vbi Dd.h.t de ſer.l.corruptionem. ſup.de vſufr.& paſſim, ff.quem.ſer.amitt.* Principis, ſenatus inhibitio. *l.2.de fluminib.*

DE LEGE AQVILIA. Tit. XXXV.

1 *Continuatio.*
2 *Actio L. Aquiliæ ex qua cauſa detur.*
3 *Vnde dicta, & quid ſit, & qualis.*
4 *Eius partes & ſpecies.*
5 *Cui, & aduerſus quem detur hæc actio.*
6 *Materia.*
7 *Adiacentia, affinia, contraria.*

1 VIndicationibus † proxima eſt L. Aquiliæ actio. Quãuis enim perſonalis eſt, §. *ſequens. cum ſeq.Inſt.de act.* tamen noxalis eſt : §. *ſunt autem.Inſt.de nox.act.* quod genus illis adæquatur, *l.pen.de noxal.act.* & dominis in dominos da- 2 tur. *l.quæcunque.56.de oblig.& act.* Et † ex nullo contractu vel maleficio propriè datur, ſed ex facto aliquo, tanquam indebita rei alienæ vſurpatione, *l.4.l.5.l. ſi quis.49.eodem.* quæ omnia congruere realium naturæ liquet. *ex §.1.vbi Iaſ.Zaſ.& Dd.Inſt.de actionib.* A

¶ Nomen Aquiliæ eſt ab authore ſumptum: 3 *l.1.eodem.* à materia dicitur & actio Damni. *l.1. & paſſim, eodem.l.in duobus.28.§.colonus. 6. de iureiurand.* Eſt enim actio de damno dato : *l. 1. eodem.* damni diſceptatio, *l.capitalium. 28. §. incendiarij.de pœn.* qua petitur damnum non iure datum reſarciri, §.1.*cum ſequen. Inſtitut.eodem.* quæ eſt actio ciuilis, quoniam ex lege venit : *l.1.eod. l.quæcunque. de oblig. & actionibus.* mixta, partim pœnalis, partim rei perſecutoria, *l.item. 11. §.2.§.ſi plures.vbi gloſſ. l illud.l.ait. 21. in fin. l. inde.23.§.hanc.6.eodem.§.4. Inſtitut. eodem.* tranſitoria, *l.inde.23.§.hanc actionem.6.eodem.* ſimplex natura ſua, niſi cum exaccidenti, putà inficiatione, duplatur, *l. 4. hoc tit. & dolo: l. penult. hoc tit.* perpetua, *Oldendorp, in tract.act. cap.de l. Aquil.verſ.perpetua quia ciuilis & rei perſecutoria.§.1. Inſtitut.de perp.& temp.act.Bald.in fin. Angel. & Dd.l.ſi non conuicij Cod.de iniur.* etiamſi æſtimatio damni ad annuum tempus, quanti pluris fuerit, æſtimetur: *l.ait.21. & paſſim, eodem.* qua parte pœna eſt in pluri. §.4.*Inſtitut.eodem.* ideóq; tantùm hactenus annua : cæterùm pòſt licebit verum damnum perſequi, quod hactenus merè ſit rei perſecutoria actio : quod iure Saxon. expeditam habet rationẽ, quãti æſtimauerit actor, niſi quatenus reus ſuo iureiurando minuat.

¶ Capita legis Aquiliæ tria: *l. 2.l.ſi ſeruus. 27.§.4.l.quemadmodum.29.§.hac actione. eodem.§. 1.§.6.§.7.Inſtitut. eodem.* ſpecies actionis alia directa, §.*vlt.Inſtit.eod.l.item.11.l.pen.infr. ad exhib.* alia vtilis. *l.7.§.proinde.3.l. item. 11.§.1. cum ſeq. l.ſi ſeruus.27.§ ſi quis.12. l. quemadmodum.29. §. pen. l.proinde.25.§.1.eo.* alia in factum ſubſidiaria. §. *vlt.Inſt.eo.l.boues.53.l.ſed etſi.12.eo.l. quia.11. l. qui ſeruandarum.14.de præſ.ver.* Quas inter actiones hodie non admodum diſtinguitur. *c.1.2.3.4.5.6. 7.& vlt.extr.de iniur.& dam. da.* cùm effectu in E idẽ redeant. *l.antepen.de neg.geſt.* Cauſam trahit ex l.12.quam lex Aquilia ſequens interpolauit, *l.1.eo.* antiquiſſima: *l.Quintus.39.eod.Cic.in Bru.& Roſ.Com.* quæ licet initio plebiſcitum fuerit, *hoc t.eo.* tamen pòſt lex eſſe cœpit, quæ Quirites omnes communi conſenſu populi obligaret. §. *plebiſcitum.Inſt.de iure nat.* Impulſiua, à parte agentis, damnum ſine ſua culpa acceptum: à parte conuenti, damnum iniuria, id eſt, culpa datum. *l. 5. eod.§.2.Inſtit.eod.c.vlt.de iniur.*

¶ Vnde datur actio domino corporis, quod 5 damno affectum ſit, *l.item.11.§.legis.6.l. ſi ſeruus. 27.§.ſi cum maritus.14.eo.* vel quaſi domino, qui ius tantũ aliquod reale in corpore habeat: *l.itẽ. 11.§.vlt.eo.* libero aũt homini datur nomine ſuo, *l.liber.13.eod.* etiam ſucceſſoribus. *l.inde.23.§.hanc actionem.6.eod.§.his aũt.verbis.Inſt.eo.* ſaltem vtiliter. *l.ſed etſi.14.eo.* Datur aduerſus omnes, qui corpore ſuo damnũ dederũt, vel dari iuſſerunt: *l.ſi ſeruus.27.§.ſi eum.19.liber.37.eod.* vnum plu- G reſve, *l.ita.51.l.item.11.§.1.& 2. eodem:* etiam in dominium noxaliter. §. *ſunt autem. Inſtitut. de*

nox. act. In hæredem non datur, §. *his autem. Inst.* A
eod. nisi sit ex damno locupletior, *l. inde.* 23. §. *hãc*
6 *actionem.* 6. *eo. eo. his autem. Inst. eod.*

¶ Materia sunt res & corpora, cùm quæ damnum dederunt, tum quæ fecerunt & passa sunt: §. *vlt. Inst. eod. l.* 5. §. *vlt. quibus mod. vsus fr. amitt. c.* 1. 2. 3. *de iniur. l. pen. l. vlt. h. t.* & æstimatio damni, *l. ait lex.* 21. *eod.* cuius sarciendi gratia datur: *l.* 3. *h. t. c. vltim. de iniur.* vt res in pristinam causam restituatur, quatenus potest: *l.* 2. *hoc tit.* & detrimẽtum omne præstetur, *l. ait.* 21. *cum ll. seq. eod.* etiam B
lucrum amissum. *l. si seruum.* 33. *l. inde* 23. §. *in sum-*
7 *ma. eodem.*

¶ Adiacet æstimatio, *l. ait lex.* 21. *cum multis sequent. ff. eod. tit.* cautio damni infecti. *l. si fistulæ.* 18. *de ser. vrban. l. si seruus.* 27. §. *si furnum. eo. l. fluminum.* §. *præterea. de damno. inf.* Affinis est actio de pauperie, *l.* 1. *si quo ad. paup. fecisse dicat.* item de his qui dejecerunt, *l.* 5. §. *cum autem.* 6. *de his qui deiec.* interdictum quod vi aut clàm, *l. in duobus.* C
28. §. *colonus.* 6. *de iureiur.* criminales de homine perempto, *l.* 3. *hoc tit.* vulnerato, *l. si vulnerauerit.* 43. *loca.* arborum furtim cæsarum, *t. t. arb. fur.* iniuriarum, *l. iniuriarum.* 14. §. *vltim. de iniur.* cum qua cumulari potest, *Mynsing. obs.* 25. *cent.* 1. quẽadmodum & cum actione locati concurrit: *l. si locatum.* 42. *loca.* sic tamen vt alterutra contentus esse actor debeat. *l. si vulnerauerit.* 43. *loca. ex regula. l. bona fides non patitur. de reg. iur.* Contraria mutua cõpensatio, *l. sciendum.* 45. §. *cum stra-* D
menta. 2. *eo. de qua Pan. c.* 1. *nu.* 1. *de iniur.* remissio, *c. pen. eodem.* iusta defensio, *l.* 4. *l.* 5. *l. scientiam.* 45. §. *qui cum.* 3. *eodem.* casus, §. *iniuria.* 2. *Inst. h. t. tit. l. in lege.* 44. *eodem.* diligentia cauendi, damnum, *ca. vlt. in fin. de iniur.* noxæ deditio, *c. vlt. de iniur.* quæ tamen non semper à satisfactione damni liberat: *d. c. vltim. vbi Panorm. & Dd.* item præscriptio 30. annorum. *ex regula.* §. 1. *Instit. de perp. & temp. l.* 3. C. *de præsc.* 30. *anno.* E

FAMILIÆ ERCISCVNdæ. Tit. XXXVI.

AD reales actiones pertinent diuisoria iudicia: §. *quædam. Instit. de act.* Quanquam enim respectu personalium præstationum personales sint, *l. item.* 22. §. *vltim. fam. her.* sicut & petitio hæreditatis, *l.* 7. *de pet. her.* præcipua tamen parte reales sunt: §. *quædam.* 18. *Inst. de act.* quia rem vt suã, F
pro diuiso petunt, & ideo diuidi petunt. *l. in rem.* 22. *eo.* Est autem etiam petitio partis rei vendicatio, *l. quæ de tota. de rei vend. l.* 1 *& t. t. si pars hæred. peta.* inter hæc iudicia præcipuum & magis vniuersale fam. hercisc. de quo Pand. ad hunc tit. est expositum.

COMMVNI DIVIDVNdo. Tit. XXXVII.

ALterum iudicium diuisoriũ est actio Communi diuidundo, magis, quàm illa, specialis: qua petuntur res extra causam hæreditatis, G
quacunque ex causa communes, diuidi. *l.* 2. 4. 7. 10. 19. *& passim. ff. com. diuid. vbi hoc genus vtrunque declarauimus.*

COMMVNIA VTRIVSque iudicij, tàm familiæ erciscundæ, quàm communi diuidundo. Tit. XXXVIII.

COmmunia sunt his iudiciis pleraque iura. In propriis, quoniam vtrumque bonæ fidei, *l.* 3. *l.* 8. *hoc tit. l.* 9. *s. fami. her. l.* 4 §. *hoc iudicium. com. diuid.* duplex *l.* 2. *fam. her. l.* 2. *com. diuid. l. iudicium.* 10. *fi. reg. l. in trib. de iud.* mixtum. *l. item.* 22. §. 3. *fam. her. l.* 4. *com. diuid.* Causa, quoniam vtrumque ex communione venit, quæ distrahi petatur: *l. vltim s. tit. l.* 1. *l.* 2. *ff. eodem. l.* 5. 7. *& passim. hoc tit.* & datur hæredibus dominis, eorumque successoribus ac aliis qui pro domino habentur sociis. *l.* 2. 7. *hoc tit. l.* 1. 2. 4. *& passim. com.* C
diuid. Materia, quod vtrunque circa res communes diuidundas vertatur: *l.* 5. *vbi Cyn. & Dd. hoc tit.* nec aliter his, quàm ad corpora communia agi possit, *l. familiæ.* 9. *h. t.* etiamsi antè diuisio facta sit. *l.* 6. *l.* 7. *l. scriptura.* 10. *hoc tit.* Eadem agendi vtrobique ratio secundum iuris formam, *l.* 3. *s. fam. her.* ad diuisionem: §. *quædam. Inst. de act.* vt quæ communia sunt, diuidantur *d.* §. *quædam. l.* 6. 7. 10. *h. t.* omnia: *l. bona.* 8 *s. fa. her.* nec quisquam litigantium in communione inuitus manere D
cogatur. *l. vlt. s. tit.* 1. omniúmque indemnitati consulatur. *l.* 3. *s. fam. her.* Euentus etiam idem quo ad communionem *l.* 9. *h. t.* diuidendam, *l. pen. h. t.* quæ diuisio vtrobique est eadem. *l.* 6. §. *vlt. l. arbor. in fin. com. diuid.* Adiacent eædem licitationes, *l. item.* 22. §. 1. *fam. her.* condemnationes absolutiones, *l cum putarem.* 36. *fam. her.* æqualitas, *l. vlt. l.* 3. *h. t.* adiudicationes, §. 1. *Inst. de off. iud. l. item.* 23. §. 1. *l. cum putarem.* 36. *fam. her.* euictionis E
cautiones, *l. in hoc.* 47. *l. hæredes.* 25. §. *vltim. fam. her.* obligationes, *l.* 1. *h. tit.* denique vtrunque alteri sic adiacet, vt communi diuidundo, familiæ erciscundæ surrogetur. *l si filia.* §. *familiæ. l. inter. fam. her.* Affines, eædem vindicationes, *l si diuisionem.* 15. *s. fam. her.* aut actiones personales: pro socio, *l.* 1. *cum diuid.* mandati, *l. in familiæ.* 20. *fam. her. ex. l.* 2. *J. de rescind. vend. l.* 3. *h. tit.* præscriptis verbis. *l. licet.* 23. *s. fam. her.* Contraria vtrobique, inæqualitas, *l.* 3. *h. t.* diuisio facta. *l.* 1. 2. 4. *l. si inter.* 8. *l. familiæ.* 9. *h. t.* transactio, *l.* 1. *h. t.* fraus & dolus, *l.* 3. *l. si cum patruo.* 6. *h. tit.* & denique præscriptio. *secundum distinctionem traditam l.* 1. §. *nemo. J. de annal. excep. Dd. l.* 1. *l. vlti. s. com. diuid. Ias.* §. *quædam. num.* 31. 32. 38. *& ibi Schneid, n.* 68. *Inst. de actio.*

FINIVM REGVNDOrum. Tit. XXXIX.

FInium regundorum actio licet in personam sit, tamen pro vindicatione est, *l.* 1. *ff. fin. reg.* & vindicationibus cohæret, *l.* 3. *hoc titul. Cuiac.*

ob. 5. *ca.* 21. ac communi diuidundo actioni, quoniam eodem modo partes diuidi & addici petit: *l.* 1 *l.* 4. §. *si alter.* 5. *eod.* vnde multa cum superioribus iudiciis habet communia. *l. iudicium.* 10. *eo. l. in trib. de iud.* §. *quædam. Inst. de act. qua de re fusiùs actum. ff. eod. t. fin. reg.*

DE CONSORTIBVS Eiusdem litis. Tit. XL.

1 *Continuatio.*
2 *Consortium quid, & quid sors.*

1 IN † duplicibus istis iudiciis cùm plurimũ de re cõmuni disceptetur, fit, vt plures sint vnius rei consortes: *l. vnic. C. Theod. lib.* 2. *tit.* 5. vnde hoc
2 corollarium subiicitur: Consortium † significat communionem: *Cuiac. ob.* 5. *c.* 10. *& lib.* 3. *de feud. c.* 12. sicut & consortio, *Rœuard. l. in ambiguis.* 85. §. *quoties.* 2. *de reg. iur.* sors ipsa, patrimonium, *gl. vlt. l. si is qui.* 34. §. *vlt. de excus. tutor.* cuius domini socij, consortes, Festo, & Sydonio Appellari, *epist.* 4. sicut Tertulliano corpus animæ cohæres atqi consors, Hinc fratres & cohæredes dicuntur, cõsortes qui pro indiuiso patrimonium possident: *l. si is qui* 34. *vbi glo. vlt. de excus. tut. Cuiac. ob.* 5. *cap.* 10. & alij denique omnes qui ius commune in re habent: *l. vnic. J. si lib. imper. soc. lib.* 10. de qua cum litigatur, fiunt eiusdem litis consortes, maximè qui litem vnà contestantur: *l.* 1. *l.* 2. *h. t.* quibus nihil obest discrepantia fori: *l.* 1. *h. t. l si cum vno.* 4 *si ex nox. caus. ag.* in diuiduis post contestationem sub idonea cautione, *l.* 2. *hoc titul. vbi Bar. & Dd.* nisi expressim alter p: ohibeat. *l. si petitor.* 31. *verb. inuito cohærede. de iudic. l. vltim supr. de negot. gest.*

DE NOXALIBVS Actionib. Tit. XLI.

1 *Continuatio tituli, & quòd hæc actio sit*
2 *Noxæ quid, & noxalis actio. (mixta.*
3 *Propria huius actionis.*
4 *Species.*
5 *Causæ.*
6 *Quibus, contra quos detur.*
7 *Materia.*
8 *Forma.*
9 *Finis & effectus.*
10 *Affinia.*
11 *Contraria.*

1 AD † mixtas actiones referri quoque potest Noxalis, vtpote quo ad causam finalẽ rea- G
lis: *l. pen. de nox. act.* quatenus respectu dominij scilicet in dominos datur: *l. pen. ff. eod.* licet quo ad causam efficientem personalis sit, quoniam ex delicto noxiáque serui datur. *l.* 1. *ff. eo. in princ. Inst. eod. tit.*

¶ Noxia est ipsum maleficium, veluti furtum, 2
damnum, rapina, iniuria: noxa ipsum corpus, quod deliquit, vt hîc dicitur in principio: illa causa est, hæc effectus. Propriè noxa pœna est: vndæ noxæ, hoc est, pœnæ dedere. *vt hîc, & J. de off. iud. & l. quid sit.* 17. §. *quod aiunt.* 16. *de ædil. edict.* B
Quia verò corpus pœnæ deditur, rectè & hoc noxa vocatur: quomodo maledictũ in scripturis corpus maledictioni deuotum. Noxalis igitur est, quælibet pœnalis actio, quæ ex delicto serui in dominũ datur alternatiuè: vt aut damni quod petitur æstimationem præstet, aut seruum noxæ dedat. Noxales, inquit Caius, *l.* 1. *ff. eod.* actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa atque maleficio seruorum aduersus nos instituuntur: quarum actionum vis atque potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipsius corporis, quod deliquerit, euitare litis æstimationem. C

¶ Propriũ noxalium est, quòd nõ sint directæ, 3
sed in harum locum potius succedant, *l. electio.* 26. §. *si is* 4. *eod.* hoc est, non dentur in authorem maleficij, sed vtiles in eum qui non deliquit, puta dominum: §. *omnis. h. t.* quomodo vtiles directis opponuntur etiam suprà: *tit.* 1. *quod cum eo qui in alien. potest.* quanquam alio respectu, nempe domini, etiam rectè dicatur directò agi. *l. electio.* 29. §. 2. *& 4. eod.* Item, quòd non sint purę, sed alternatiuè concipiantur, nempe vt dominus aut damnum præstet, aut noxium corpus noxæ dedat. quòd in solidum, *l.* 5. *eo.* quãuis per deditionem beneficio legis à solido liberetur condemnatus *l. miles.* 6. §. 1. *de re iudic.* Quòd sint perpetuæ, *l. pen.* §. *vlt eod.* dumamodò actio cui adhæret hæc qualitas, perpetua sit. *l.* 4. C. *eod.* Absurdum enim esset accessorium sine principali durare: *l. cum principalis. de reg. iur.* tanquam accidens absq; substantia cui accedat. *l. actor. C. de prob.* Quare noxalis Vi bonorum raptorum, intra annum in quadruplum datur: nec enim rapinæ actio diutiùs durat: *l.* 1. 2. *& passim ff. de vi bo. rapt.* post annũ in simplum: *per l.* 4. *C. eod.* quia hæc est perpetua. *d. l.* 1. *& 2.* Quòd personales, dantur enim ex delicto, *l.* 1. *eod. iuncto.* § 1. *Inst. de action.* non ratione domini agentis, *l. & generaliter.* 28. *ff. eod.* vt F
reales. *l. in rem.* 23. *de rei vend. l. vn. C. de alien. mut. iud. caus. fac.* Vnde transeunt in successores actiuè, *l. pen. eod.* non tamen passiuè, nisi possideant. *l. noxales.* 7 *l. pen. eod.* Sed nec diuisionẽ recipiunt, *l si seruus.* 27. §. 1. *ad l. Aquil.* quia pro parte noxæ dari nequit: *l. si seruus.* 8. *eod.* idóque cũ quolibet domino in solidum agitur. *l.* 5. *eod. l.* 1. *& cum, in fine. verb. sicut in homine. si quadr. paup. fecis. dica.*

¶ Species noxalium duæ sunt. Est enim aut le- 4
gitima omnis noxalis, aut honoraria, §. *sunt autẽ. Inst. eo. l. pen. l. vlt. C. eo. l.* 2. *ff. eo.* sicut & reliquæ actiones. §. *sed istæ. Inst. de action.* Quib. actionibus G

in legib⁹ additũ est caput de Noxa,hæ legitimæ
sũt,vt actioni furti nec manifesti ex l.12.*d.§.sunt*
autē.Inst.eo.l. ff.eo. nã manifesti ex iure Prætorio
est.*in prin.j.de perpet.& tēp.action.vt exposui copio*
*sius ad tit ff de furt.*Itē actioni dãni iniuria dati ex
l.Aquilia.*d.§.sunt aũt.d.l.2.§.1.eo.*Cũ verò Prętor
clausulã de Noxa ciuil.aut prætoriis actionibus
adiungit, noxalis est honoraria,etiãsi directa ci-
uilis sit. *l.si plurium. 39. eod.* sicut adiecit actioni
iniuriarũ,*d.§.sunt autē.*quæ tamē aliquãdo ciuilis
est:*l.lex Cornelia de iniur.*& actioni de vi bonorũ
raptorũ.*d.§.sunt autē l.1.in prin.de vi bo.rap* Sic ad
iecit actioni de his q deiecerunt:*l.1.in prin.de his*
*qui deiecer.*quæ est pretoria.*l.elect.26.§.2.eo.*Est &
noxalis,quã cuiuscunq; actionis nomine,etiam
ciuilis,*d.l.si pluriũ.* Prætor dat cõtra eũ,qui men-
titus est se possidere,*l.elect.26.§.neq;.5.eo.*aut do-
lo possidere desiit.*l.quoties.21.§.prætor.2. d. l.ele-*
ctio.§.1.§.2.4.cum sequen.d.l.si plurium.eod.

5 ¶Dantur ex maleficiis seruorum priuatis, *l.1.*
*eo.*puta furto,damno,rapina,iniuria,quæ hîc re-
censetur: item dolo, vi: ex beneficio legis,quo
dominis consulitur,ne supra corporis serui ęsti-
mationem teneantur.*l.miles.6.§.1.de re iud.* Cau-
sa proxima actionis à parte agentis, non est do-
minium,*l.generaliter.28.eo.*vt in realibus:*l. vn.C.*
de alie.iud.mut.§.1.Inst. de actionib. sed obligatio
ex delicto serui,ad damnum reperendum,agen-
ti quæsita:*d.l.1.*à parte rei,dominiũ:*l.pen.in fi.eo.*
vel aliqd quod ꝑ dominio sit,vt possessio bonę
fidei,*l.bona.11.eo.*vel malæ:*l.non solùm.13 eod.* de-
fensi, *l si plurium.39.§.1.eo.* dolo desiisse posside-
re,*l.quoties.21.§.prætor.2.l.si bona. 12. eod.* vel infi-
ciari possessionem.*l.electio.26.§ neque.5.eo.*Causa
impulsiua est ratio,quod iniquum erat nequitiã
seruorum vltra illorũ corpora dominis damno-
sam esse.*vt hic in prin. vers.namq;.l.2.C.eo. l.2.ff.eo.*
Rursum quoniam iniquũ,illos tantùm peculio-
tenus ex delicto serui teneri, cùm hac ratione
impunè seruus esset euasurus: contra regulam,
qua traditur, Delicta non oportere manere im-
punita.*l.si ita.in fin.ad l. Aquil.*Si tamē seruus do-
mino noxiam comiserit,nulla est actio. *§. si ser-*
uus pen.Inst.eod. quia nulla constat inter hos, qui
pro eodem sunt,obligatio:*l.1.C.eo.l.vlt.C.an ser-*
*uus pro suo del.*etiamsi potestate abierit *l.quod di-*
*citur.18 de furt.*quoniam actio nulla nata fuit. *l.1.*
*C.eod.*Quamobrem ne,si seruus quidem alienus
in te deliquerit,supererit noxalis,si in tuam po-
testatem venerit: quia in eum casum deducta
res est,vnde incipere non potuit:*l. quia.16. ad l.*
Aquil.l.3.de his quæ pro non scrip. hab. l.si à me.11.
*de iud.*nec semel extincta actio reuiuiscet, etiãsi
potestate tua seruus exeat.*§.penul.hoc titul.ex reg.*
l.qui res.98.§.aream.de solut.

6 §Datur, vt superiores,omnibus quibus à ser-
uis dolo culpáue damnum illatum est.*vt passim.*
*h.t.& ff.eod.*In seruũ qui deliquit, non datur no-
xalis:est enim pecuniaria,petens damni æstima-
tionem,quam conditio serui facit inanem, *l. nã*
*is.6.de dol.mal.l.itaq;.12.de furt.*vt qui nullam pe-
cuniã habeat.*l.hos.12.§.vlt.de accus.*Sed datur in
eũ directa tantùm,si liber euaserit. *§. omnis.Inst.*
*eod.*Quare,quod dicitur *§.vlt.h.t.*in seruos tan-
tummodo noxales actiones esse proponēdas: sic
accipe,tantùm nomine, & ex delicto seruorum
proponi.*l.apud.21. C.de furt.*Datur ergo noxalis
in dominũ serui,cui sicut hîc omnem pecuniam
acquirit,sic etiã meritò damnũ,quod ex pecunia
debetur:*argum.l.1.in prin.de inst. actio.* Quoniam
autē cum noxio capite noxalis ambulat,*l.1.Cod.*
eod. datur in quemuis cuius tempore agendi ser-
uus sit in potestate,etiamsi apud alium delique-
rit.*§.omnis.Inst.eod.l.noxalis. 7. eod. l.1.§.& cum e-*
*tiam 6.si quadr.paup.fecisś.dica.*Datur autē in igno
rantem,vel prohibentem,*l.2.l 3.C. eod.* aut pro-
hibere nequeuntem.*l.4 C.eod.* Cæteroqui iubē-
tem,consentientē,neq; cũ posset prohibentem,
tenet directa actio,detracta noxæ mentione:*l.2.*
*ff.eod.l.4.C.eod.*etiam postquam seruus alienatus
est,tanquam ex proprio delicto,*d.l.2.§.1.l.5.eod.*
cuius tamen actio in hæredem non transit.*l.5.eo.*
*ex regula l.omnis.de reg.iur.*Nam scientia eius qui
prohibere potest,pro voluntate est.*l.2.3. 4. eod.*
Datur autē in plures dominos, & in quēuis eo-
rum.*l.5.eod.*in solidum:*l.si seruus communis. 8.eod.*
quia diuisionem non recipit: *dict.l.si seruus.8.eod.*
etiam bonæ fidei possessorem,*l.bona 11.eod.* atq;
adeò malæ quoque fidei possessorem,dum tamē
pro suo possideat: nec. n. meliori in conditione
debet esse mala fides,quàm bona: *l. non solùm.13.*
eo. non etiam in eos qui nulla opinione domini
possident,vt est vsufructuarius, *l. is qui. 18.cum l.*
*seq §. 1. de noxal. action.*creditor,*l si seruus 22.§.1.*
*de noxal. action.*commodatarius,depositarius,*d.l.*
si seruus.in prin. nisi pro suo interesse negligente
domino intercedant,*l.l electio 26.§.vltim. eod.* Sed
dominus tantùm hac actione regulariter cõue-
nitur, *d l.is qui. d.l.si seruus.*etiam quoties ei do-
minium ab alio auferri potest.*l.si quis.36.eod.*aut
qui se pro domino obtulit. *l.si plurium 39 §.1.eod.*
Datur etiam successoribus hæc actio.*l penul.eod.*
& in successores: non tamen vt successores, sed
vt dominos & possessores,*l.pen.in fin.eo.l.1.§.vlt.*
si quadrup. pauper. quamdiu seruus viuit, *l.noxa-*
*le 1.eod.*nonnunquam etiamsi dominum abiit,vt
ex inficiatione,*l.electio.26.§.neq;.5.eod.*Filiorum-
fam.eadem olim erat ratio:*§.vlt.Inst.eo.* cum o-
mnia parentibus, tanquam dominis acquire-
rent,nihil ipsi in bonis retinerent. *suprà. per quas*
pers.nob. acquir.in prin. Nec multum patria pote-
stas à dominica differt: Bart.*l.in suis.11.de lib.&*
posth.l.2.C.de patrib. qui filios distrax. sicut nec e-
mancipatio à manumissione.*l. vn.C.de ingra.lib.*
l.vlt.C.de emanc.lib. Proindéq; nec absurdum vi-
deretur, quãuis parentes illis adimere libertatē
non possint.*l.vltim.C.de pat.potest.* tamē & illos
ex suo delicto seruos quadam tenus fieri: *l. 2.&*
*tot.t.de pœn.*non quidem in perpetuum, sed do-
nec damnum datum sarciretur. *§. dominus. In-*
stitut. eodem. Sed hoc post iniquum visum est, ex
delicto præsertim ciuili & priuato auferri filiis-
fam.libertatem:cùm patribusfam. ex hac causa,
quæ non sit capitalis, auferri non soleat: quos
cum

cùm fas non sit in noxam ex tali delicto ducere,
cur illud in filiisfam.& filiabus,quæ idem ius li-
bertatis habēt, cum periculo etiam pudoris ad-
mittatur?*d.l.§.vlt.Inst.eod.*

7 ¶Materia ex qua, non sunt contractus, sed
noxæ, & maleficia seruorum *l. 1. eod.* priuata. *in*
prin. Inst. eodem. Materia circa quam,corpus ser-
ui,& quidem solidum: *l. si seruus.8. eod.* cum quo
hæ actiones ambulant, & transeunt in quemuis
possessorem:*l.vlt l.noxalis.7.& passim, eod.§.om-*
*nis.Inst.hoc tit.*aut litis æstimatio.*l & generaliter.*
28.verbor. litis æstimationem sufferat. l.si seruus.8.&
passim,eodem.

8 ¶Noxalibus actionibus permittitur domino
damnato,aut litis æstimationem sufferre, aut i-
psum hominem noxæ dedere. *l. 3. 4. Cod.eod.in*
*prin.Instit.hoc tit.*Nam sic condemnari debent,vt
aut noxæ dedere, aut condemnationem suffer-
re, habeant in sua potestate. *l.2. Cod. eod.l.miles.*
6.§.1.de re iud. Cum autem sententia congruat
libello, *l. vlt.C de fideicom. libert.* consentaneum
est his actionibus sic alternatiuè oportere agi,
vt dominus aut damnum, aut noxam præstet.
l.1.§.cum arietes. 5. verb. compete et actio, quamob-
rem,&c.& §.interdum 7.in verber. in hoc non con-
uenietur vt noxæ dedat.ff. si quadr.paup. fecisś. dica.
Ibi autem agi, & exhiberi etiam à reo seruus
debet,vbi deliquit:*l.vlt.de noxal. act.* & intra tē-
pus cuique actioni præfinitum: *l. 4. C. de noxal.*
act & exacta satisdatione, si alienus defendatur,
l.si plurium.39 §.1 & 2.eod.

9 ¶Finis est, ne delictum serui aliis noceat, &
impunitum maneat:domino verò ne vltra cor-
pus serui noceat.*in princip.hoc tit.*Effectus, quòd
dominus noxali conuentus, seruũ noxæ deden-
do liberetur:*ex beneficio l. miles. 6. §. 1.de re iudic.*
dummodò in solidum dedat,non partim: *l.si ser-*
uus. 8.eod.& in perpetuum eius serui dominium
à domino transferatur in eum,qui seruus dedi-
tur.*§.1.hoc tit.*& cui dominium acquiritur, *l. ele-*
ctio.26.§. vlt. eod. aut causa domini. *l.& genera-*
liter 28.de noxal.action. non quidem pleno Qui-
ritium iure,sed quoad damnum resarciatur.*Theo*
philus hîc.l.2.si ex noxali caus. vnde ductus seruus
rectiùs in bonis esse dicitur, quàm vero Quiritũ
iure.*l.electio.26.§.vlt.eod.*Ex hac enim causa no-
xæ fit deditio: quamobrem si damnum aliunde
resarcire seruus actori cui deditus est postea pos-
sit, auxilio Prætoris, nimirum contra subtilem
strictámque iuris rationem, quæ inuito ius suũ
auferri non patitur. *l. vltim.de pact. l. id quod no-*
strum.de reg.iur. etiam inuito domino manumit-
titur.*§.1 hoc titul.vbi Theophil.*cùm fauore liber-
tatis, tum quia cessante causa cessare debet effe-
ctus. *cap. cùm cessante. de appellat. Tiraquel. latè in*
tract.cessante causa Sed etsi dominus non sit con-
uentus,tamen sufficit eum cedere toto illo iure,
quod habet,siue possessionis, *l bona. 11. eod.*siue
alio quouis,*l.si hæres.21.eo.*

10 ¶Finis maximè est directa, quæ in delin-
quentem datur: vt enim aliàs in symbolizanti-
bus facilis est transitus, sic etiam noxalis transit
in directam seruo manumisso:*§.omnis,hoc tit.l.1.*
Cod.eod. contrà directa fit noxalis, si nocens ex
libero seruus factus sit.*dict.§.omnis.hoc tit.*Cæte-
rùm directa ex his delictis priuatis non datur in
seruum,cum actio sit pecuniaria,quæ hunc non
tenet.*l.hos accusare.12.de accusat.* Quòd si tamen
ex his agatur extra ordinē,sicut agi potest: *l.vlt.*
de furt. l. vlt. de iniur. videtur posse directò cum
hoc agi,præsertim cum in seruili corpore facilè
ad verbera & in caput,etiã ex leui delicto eatur,
l.capitalium. 28. §.vltim.l.in seruorum.10.de pœnis.
Nam extraordinariæ, & capitales actiones pœ-
nales, quæ in corpus, non bona diriguntur, e-
tiam seruos directò tenent.*l.3.l.4. Cod. de noxal.*
action.d.l.hos accusare. Affinis est & directa, quæ
datur in filiumfamil.ex suo maleficio, quando-
quidem noxalis in eum non habeat locum:*§.vl-*
*tim.hoc tit.*qui quidem si satisfacere nequeat, pa-
ter peculiotenus eius nomine poterit conueni-
ri:*l noxali.33.cum seq.ff. eodem. l.filiusfam.15.de iu-*
dic. l. 1.§.si filius de his qui deiecer. vel potest etiam
hic obtinere reg. Vt qui non habet in ære, luat
in corpore,*l.penult.& l.vlt.de in ius voc.*Item di-
recta quæ detracta noxæ mentione datur in do-
minum consentientem, vel cum posset nõ pro-
hibentem,*l.4.Cod.eodem.l. 2.3.4.5. ff. eodem.* tan-
quam contra conscium: *l in delictis. 4. §. si detra-*
cta.3.eod.& quidē in solidum,*l.5 ff.eod.*vel in do-
minum,qui dolo possidere desiit,vel se posside-
re negauit.*l.quoties.21.§.prætor.2.eodem.l.1.§.item*
7 si quadrup. paup. &c. Mendacij enim pœna est
in solidum & purè exigi:*l.1. §.interdum.7 si qua-*
drupe. pauper. fecisś. dica. etiam plures aut singu-
los, quemadmodum si plures deliquissent. *l. 5.*
eodem. Et alia directa de eo quod ad dominum
ex delicto serui peruenit:*l. si seruus.4.Cod. eodem.*
(nam iniusta lucra cuiuis possessori extorqueri
iustum est)hoc est,Condictio, *vt volunt. l.vltim.*
verb.condictione.vbi gloss.Codic.eodem.l.proinde. de
condiction. furt. aut quoad res extantes, etiam
vendicatio: *d. l. vlt.*quarum altera alteram con-
sumit,cùm vtraq; rei sit persecutoria.*glo.d.l.vlt.*
per l.nemo ex his.§.quoties. de regul.iur. Item noxæ
deditio,si dominus suscipere nolit iudicium:*d.l.*
noxali.33.l.vltim.eodem.& ductio eius qui nõ de-
fenditur.*l.is qui.32.l.etiam.26.§.vltim l si plurium.*
*39.§.vltim.eodem.l & generaliter.28.§.vlt.*vel pro
derelicto habetur: quæ derelictio dominum a-
ctione liberat. *l. quemadmodum.38. §. 1. de noxal.*
*act.*Sed si dominus seruum nõ exhibeat,vel do-
losè exhibere non possit, in solidum actio, de-
tracta noxæ mentione, datur. *d. l. quoties.21.§.2.*
cum multis seq. eo. Item exceptio & replicatio do-
li, *de qua in l.& generaliter.28.*actio ad exhiben-
dum,quæ datur agere de noxa volenti,*l.de eo. §.*
sæpius. ad exh. quæque cum hac rectè potest cu-
mulari.*arg l.quoties.21 §.prætor.2.vers.quod si verb.*
neque exhibere.& passim,eo.

¶Cõtraria sunt,si seruus libertatē adipiscatur. 11
*§.pen.h.t.*aut in ei⁹ potestatē trãseat,cui deliquit.*d.*
*§.pen.*aut decesserit prius quàm lis contestetur.*l.*
*noxalis.7.l.electio.26.§ si is.4.eod.*vel ab ignorante

mortem lis contestata sit: *l pen.* §.1. *eod.* morte enim noxæ, noxalis tollitur. *d.l.7.* Item exceptio rei iudicatæ, si cum domino, tanquã conscio, sine noxæ deditione actum sit, & eo absoluto noxalis intentetur: *l.4.* § *si detracta.3.eo.* vel litis exceptio pendentis, aut solutionis inde factæ: vt si à pluribus noxali dominus conueniatur, cùm eũ omnibus noxæ dedere nequeat, ei qui prius ad sententiam peruenit soluendo, à reliquorum actione liberatur. *l.si quis.* 14. *eo.* Nam deditio serui omnem noxalem tollit: *l electio.26.* §. *vlt. eod.* nisi tamen ex scientia conueniatur, quæ vilissimi hominis deditione actionem non tollit. *l. si ex duobus.17.eo.* Item si seruus non sit in potestate absque dolo domini malo, *l. quoties.21.*§.*2.eodem.* quo nomine iusiurandum præstatur, aut absque noxæ mentione, fit in solidũ condemnatio, tanquam ex contumacia. *d.l. quoties.*§.2. *&* 3. Cæterùm huius iurisiurandi exceptio non obstat, si pòst deprehendatur seruus in domini potestate, *d.l quoties.*§.*vlt. eod.* cũ hîc cesset iuramenti causa, & conditio, & proinde effectus. *l.vlt. C. de non nu.pec.* Item si pro derelicto habeatur, *l. quemadmodum.38.*§.1.*eo.* vel deseratur, neque defendatur. *l.noxali.33.eod.* dum tamen sine dolo malo: nam si dimiserit, ne agi cũ eo noxali possit, quasi dolo desierit possidere, cum exhibere possit, tenetur, *l.si bona.12. eod.* nisi ius suum omne recusando iudiciũ. ad actorẽ transferat: *l.non solùm.29.eo.* itẽ exceptio doli mali. *l.si plurium.39.*§. 2. *&* 3. *eo.*

A

AD EXHIBENDVM. Tit. XLII.

ACtio ad exhibendum tàm vindicationibus cohæret. *l.1. eod.* quàm noxalibus. *l.de eod.*§. *sepius. ad exhib. l. quoties.21.*§ *prætor.2. de noxal.* de qua dictum est ff. eodem, nec dici plura necesse, cum non valde magnum habeat in foro nunc vsum.

B

DE RELIGIOSIS ET sumptibus funerum & aleæ lusu & aleatorib. Tit. XLIII.

DE religiosis non est in rem actio, quia nullius in dominio sunt: *l.4. hoc tit. l. in rem.*§.1. *l. quæ de religiosis. de rei vend.* datur tamen hoc nomine actio similis, *l.1.2.4.5.6.7.8.10.11.12. 13. h.t.* de qua dictum est ff. eo. t. sicut & de sumptibus funerum. *l.3. hoc tit.* actio funeralia, *l. etsi* 14.§. *hæc actio.5.*§ *si quis.10 l. Neratius.20. l in patrem.21. l. sic pro rata.27. l. si possessor.32. de religio. & sumpt.* seu actio funeralitia: *l. contra.30. eo. vbi declarauimus.* & de aleæ lusu, *l. vlt. hoc tit.* & aleatoribus. *de quib. Pandect. eod. tit. de aleatorib.*

C

Atque hęc quidem hactenus perfunctoriè. Reliqua, si Dominus vitam & valetudinem, ac etiam otiolum aliquod concedet, paulò pòst consequentur. Cuius in rei argumentum ac fidem, visum est subiungere duos hosce titulos, qui præ manibus erant.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS ET CVratoribus. Titulus XLIII.

LIBRI V.

1 *Suspicio quid, & quid ab opinione differat.*
2 *Eius species.*
3 *Suspectus tutor quis, & suspecti tutoris duplex cognitio. & nu.6.*
4 *Accusatio ab actione in hac materia differat.*
5 *Causa huius accusationis: & qui accusare possint & accusari.*
7 *Materia & forma, & qualiter suspicio probetur.*
8 *Finis & effectus.*
9 *Affinia, contraria.*

1 SVSPICIO, † quemadmodũ notum est, significat coniecturam seu incertam notitiam: & solet distingui ab opinione, q̃ hæc nitatur probabili aliqua ratione, & penè fidem faciat: illa verò nequaquam. Suspicio, inquit Bald. est passio animi, non elicientis certam conclusionem. *in rub. C. de probat.* Sed rectiùs Bar. & significantius, suspicionem ab opinione & reliquis coniecturis distinguit: *in l. admonendi. numer.* 21. *de iureiu.* nam suspicionem ponit in primo gradu ad fidem & probationẽ faciẽdam destinato, *l. in lege. ad l. Aquiliam. l. absentem.*5. *de pœnis.* vt sit leue argumentũ, quo animus iudicantis cõmouetur ad aliquid existimandũ, non tamen à dubitatione remouetur. Opinionẽ verò constituit D in gradu secundo, in quem ex suspicione quasi fit transitus, firmioribus accedentibus argumentis, quæ quidem plenam fidem non faciant, sed tamen omnem eximant ferè dubitationem. *l.3. eiusdem. de testib. l.1. de quæstio.* Atque ita quidem propriè suspicio sumitur, quãquam in hac materia & aliis sæpè hoc discrimen confundatur: & † triplex constituatur suspicionis species: 2 vna temeraria, altera probabilis, (quæ propriè E dicitur opinio) tertia violenta, quæ in probationem incidit, *c. dixit.32. quæst.1. vbi glos. & Doctores.* quæ in hoc tractatu omnes tres species concurrunt. Primùm enim qui accusat, affert suspicionem leuis momenti, quæ parum apud iudicẽ valet initiò, quia is contrà in benigniorẽ partem pro tutoris fide præsumit, cum quisque præsumi à lege atq; à magistratu bonus debeat, donec

donec probetur malus. *vt dixi ad tit. de probat. & præsum. Parat.* Hæc autẽ suspicio progressũ litis fit probabilior, ac transit in opinionem, & tandẽ in exitu facta probatione, violenta efficitur], ex qua iudex sententiã profert. Ab istiusmodi autẽ suspicione tutor vel curator suspectus dicitur.

¶ Suspectus tutor is est, qui non ex fide tutelam gerit. §.3. *h. t.* Alibi I. C. suspectum, inquit, eum esse putamus, qui moribus talis sit, vt meritò pro suspecto haberi possit. *l. suspectum.8. eo.* De suspecto autem tutore sciendum est duplici modo cognosci, vno ordinariè, per accusationẽ, vel actionẽ, vel exceptionem: altero verò extra ordinem officio iudicis nobili, cum videlicet per viam inquisitionis citra accusatorem iudex de suspecto tutore cognoscit: *l.1. l.3.* §. *præterea. &* §. *si tutor. ff. eo.* penes quem ipsa fama vicem accusatoris supplet. *c. inquisitionis. c. cum oporteat. cap. qualiter.1.2. de accus. l.2.* § *si publico. de adulter. l.1.2. C. si seru. export. Chilian. in prac. n.2.3. & alij cap. de inquisit. Bart. l.3. de off. præsid. gl. & Cano. ca. veniens.1. de testibus. Bar. l.1.* §. *idem Cornelio de quæstionibus. Hipp. cons.50. & cons.64. Bald. & Salic. l. ea quidem.7. C. de accusat.*

B

C

4 ¶ Accusatio autem ab actione differt, quanuis in hac materia passim & promiscuè aliàs accusatio appelletur, *in l.1.* §. *ostendimus, &* §. *pen. ff. eo. & in l.1.*§. *suspecti. ad S. C. Turp.* aliàs verò actio. *d.l.1.*§ *pen. l.1. C. si tutor vel curator gess.* Accusatio propriè est, cum de crimine tutoris quæritur, *l.1. in prin. &* §.1 *ff. eo.* isq; non modò petitur remoueri, sed etiam puniri: *l.1.*§. *vlt. l.2.l.3.*§. *tutor qui alimenta. ff. eod.* actio verò propriè dicitur, cum non de crimine quæritur, sed de culpa negligentia, paupertate, & *cl.3.* §. *vlt. ff. eod. l. vlt. C. eod.*§. *vlt. Inst. h. t.* Quanquam etiam hæc quadãtenus est accusatio: primò, quia nihil petit applicari agenti, sed tantummodò postulat remoueri tutorem. Est autem genus pœnæ ab ordine vel officio remoueri. *l. moris.9. ff. de pœnis. l 6. 7. & passim, de postulan.* Et hæc propria nota est, qua actiones ab accusationib. distinguũtur, quòd in illis petitur aliquid ab agente, §.1. *Inst. de actio.* in his verò actor sibi nihil postulet, sed aut pœnam fisco applicari aut reo infligi petat. gl. *Bar. & Dd. in l.3. verb. centum. de sepul. violat. Bar. in l. fi. n.3. & 4. de priua. delict per l. locatio.9.* § *quod illicitè. de publican. Ias. in rub. C. de iud. nu.2. Ang. post gl. in* §. *in summa Inst. de iniur. Maran. in spec. aureo, part.* 4. *dist.1. & dist.3.* Secundo, quòd hæc actio non sit priuata, sicut iniuriarum. *l.1. in fi. l. vl. de iniur. Bal. e.1.* §. *denique. n.2.3. quæ fuit pri. caus. benef. amit. in vsib. feu. l.3. de crim. stellion.* sed popularis, & quasi publica accusatio: quia pupillorum causa, quorum hîc fauor vertitur, est publica & communis *in prin. h. t. l.1.* §. *pen. ff. eo.* Non est igitur necesse subtile discrimen inter actionem & accusationẽ suspecti constituere: quæ sit nobis actio seu accusatio de suspecto, vel actio criminalis priuati iudicij (non enim est publicum, sed quasi publicum) popularis, ex lege 12. tabularũ descendens, qua tutor veluti suspectus accusatur, & ob suspicionem à tutela remoueri petitur. Dico esse criminalem, quia in ea vel de crimine vel quasi crimine, & de pœna reo infligenda quæritur. Dico esse priuati iudicij, quia publicum iudicium nõ esse ex eo intelligitur, quòd & procurator interuenire potest: *vt tradunt Dd. Bart. in l.1. & l. accusatore.12.* §. *ad crimen. de publ. iud per c. tuæ. de procur. & c. ex parte. de testib.* & quoniam agitur de pœna, quæ minor sit relegatione. *l.1. ff. an per alium causæ appell.* Dico esse popularem, quia non modò iis datur, quorum interest, sed etiam cuilibet agere volenti. *d.l.1. in prin. eod.*

A

B

D

E

¶ Causa efficiens est lex 12. quæ hac actione 5 de tutorum dolo queri, eosq̃ amoueri permisit. *l.1. vers. sciendum. ff. eod. in prin. Inst. h. ti. quod & Cic. lib.3. Officiorum ostendit.* Accusare autẽ suspectos possunt omnes qui non prohibentur, quia popularis est actio: *l.1.* §. *pen. ff. eod.* etiam mulieres, quæ aliàs ab omni accusatione remouentur: *l. de crimine. C. de accusatio. l. qui accusare. ff. eodem.* dum tamen non leuitate, sed pietatis intuitu ad accusationem veniant. *l.1.*§. *pen. ff. eo.* Pupillus suspectum tutorem suum facere non potest, quia nec rationem ab eo reposcere potest: *l. impuberib.7. eod.*§.2. *Inst. hoc t.* vt nec libertus patronum, & per consequens, nec filius patrem. *l.3.*§.1. *ff. eodem.* Accusari autem omnes tutores possunt, siue testamento, siue lege, siue à magistratu dati *d.l.1.*§. *ostendimus. ff. eod.* etiamsi satisdederint aut offerant: quia satius est rem pupilli à principio saluam esse, quàm dubiis cautionum tabulis inhærere. *l.5. ff. eod. l. vnic. C. quando liceat vnicuique.* Item omnes curatores de suspecto postulari possunt, non modò adolescentum, sed etiam furiosorum, prodigorum, Ecclesiarum, &c. *l.3.*§. *non tãtum. ff. eod.* Legitimus tamen tutor, cui reuerentia maior ob sanguinis coniunctionem debetur, & à quo, vt proximo plerũque hærede, nõ ęquè damnum timetur, accusari hoc nomine facilè nequit, sed potius adiungendus est illi curator: *l. si tutor.9. ff. eod.* nisi tanta fraus subsit, vt melius pupillo sit eum planè remoueri. *l. pietatis. 6. C. eod.* Quo tamen casu in factum agendum erit vt existimationi parcatur. *d.l.1.*§.1. *in fine. ff. eodẽ.* Nam si durius agatur cum hoc, ipsi quodammodò pupillo fiet iniuria, qui per latus propinqui contumelia afficietur. *l 2. & 3. de lib. causa.*

6 ¶ De hac olim cognoscere poterat in vrbe quidem Prætor, si tãtùm de amotione ageretur: sin verò de grauiore pœna, præfectus vrbi, (ad quẽ sub Augustis pertinuit cognitio criminalis, *l.1. de officio præf. vrb.*) in prouinciis autem tantummodò consul & eius legatus, *l.1.* § 1. *ff. eo.* & præses, non etiã præsidis legatus. *l.1.*§. *suspecti. ad Tut pil.* Hodie aũt ficti curores dant omnes ordinarij magistratus: ita possunt de suspecto cognoscere, & eosdem remouere. *Dd. in d.l.1.*§.3. *ff. eod.*

F

¶ Materia huius iudicij est, aut dolus, aut culpa, aut iniqua tutoris fortuna, propter quã à tutela petitur vt parũ idoneus amoueri. §. *vl. h. t. l. vl. C. eod.* Forma proponendæ huius actionis, ex suprà dictis intelligi potest. Quadrifariã enim de

G

suspecto tutore quæritur: primò per accusationem criminalē. *l.1. §. vlt. l.2. l.3. §. pen. ff. eo. l. vlt. C. arb. tut.* secūdò, per actionē ciuilē vel in factū: *l.1. §. ostendimus. l. si tutor. 9. ff. eo.* tertio, per inquisitionē ex motu proprio iudicis, vbi accusator deest: *l.3. §. si tutor. & §. vlt. l.4. §.1. h.t.* quartò incidēter & per modū exceptionis in alio iudicio. *d. l. 3. §. præterea. d. l. impuberib. 2. ff. eod.* Cum autem per accusationem iudicium proponitur, sciendum est omnia in libello seruanda esse, quę in libellis accusatoriis requiruntur. *de quib. in l. libellorum. 3. ff. de accusat. vt rectè volunt Dd. Bar. & alij in l.1. ff. eod.* Quod ad formam probandam attinet, tenendum est, non sufficere suspicionem allegari, sed eam probari oportere. *l. pietatis. 6. C. eodem. l. quoties. §. qui dolo. de probat.* Item non necessum esse, liquidò probari crimē aut dolū tutoris, sed sufficere probari suspicionē: de hisce agitur. *l. apertissimi. vbi Dd. C. de iudiciis.* Nec certè ea res aliter q̄ per suspiciones probari potest, cū solus tutor suo arbitrio clam arbitris aliis in administratione versetur: vt alius nemo nisi per suspiciones eū coarguere perfidiæ non satis commodè plerunq; possit. Quamobrem hoc genus probationis meritò in hac causa est admittendū. *l. non omnis 6. §. à barbaris. ff. de re milita. l. quicunque. C. de ser. fug. c. afferte. extr. de præsumpt.* Probantur suspiciones ex causis gestis & circumstantiis administrationis: vt si tutor probetur aliquod delictū aut fraudem in tutela commisisse. *l.3. §. nunc videamus. & §. Seuerus. h.t.* aut si oftēdatur eius culpa non modò lata, sed etiam leuis, hoc est, aut negligentia magna aut mediocris, qua res pupilli delabi & corrumpi sinat. *l. impuberib. 7. §.1. hoc tit. §.3. Inst. hoc tit.* Item si probentur inimicitiæ inter tutorem & pupillum, aut eius propinquos enatæ: *d. l. 3. §. si tutor.* si tutor alimenta pupillo subtrahere asseratur, *d. l. 3. l. tutor qui alimenta. hoc tit.* si repertorium seu inuentarium datorum & acceptorum non conficiat initio administrationis: *d. l. 3. §. penult. hoc tit.* si nimis magnos sumptus aut non necessarios tutor faciat, vel res pupilli sine causa & decreto alienet, idque probari possit. *l. in eos. 9. vbi Bartol. de tutel.* Item si cum collegis administrationem communicare nolle conuincatur: *l. actus. 20. vbi Bartol. de administr. tut. l.1. ff. eodem.* si admonitus à magistratu administrationem negligat. *l.3. Cod. eod.* aut citatus ad se purgandum, non compareat. *l. vnic. §. vlt. ff. si quis ius dic. non obtemp. l. impuberibus. 7. §. vlt. ff. eod.* Et generaliter, si qua causa iusta magistratum mouerit, cur non putet pupillo consultum, vt diutius tutor in administratione versetur, poterit quasi accusatione probata, remotionem decernere. Pendet enim hæc tota res vt popularis, & quasi publica, non tam à probatione accusantis, quàm ab arbitrio iudicis: qui etiam sine accusatore & iudicio, potest ex officio remouere. *d. l. 3. C. eo. §. si quis tutor. & §. vlt. Inst h.t.* Nam duplex est remouendi tutoris forma, sicut & duplex inquisitio.

8 ¶ Finis huius remotionis aut accusatis est, vt res pupilli salua potius maneat amoto suspecto tutore, q̄ vt per actionem tutelæ, amissa repetantur. *l. vnic. C. quādo liceat vnicuiq; l. suspectus. 5. ff. eo. l. pietatis. 6. C. eo.* Effectus verò, q̄ pendente hoc iudicio administratio tutori auferatur, vsquedum de re sit plenè cognitum. *l. eum. 7. C. eo. §. si quis autem. h.t.* Item quòd probata intentione accusantis, tutor remoueatur, & quidē cum nota infamiæ, si propter dolum: absque nota verò, si ob culpā. *l.3. §. vlt. ff. eod. l. vlt. C. eo. §. si suspectus. h.t.*

9 ¶ Affinis aut huic accusationi maximè est, tutelæ actio: nam & in hac de dolo & culpa tutoris quæritur, & petitur res pupilli salua conseruari: *l. quicquid. & tot. tit. C. arb. tut. l.4 ff. de tutel. & ration. distrah.* & diminutum tutelæ sequitur peræquè infamia. *l.1. in verb. tutela. ff. de his qui not. infa.* In paucis tamen differunt. Nam hæc quasi popularis est, tutelæ verò actio planè ciuilis, quę tātùm pupillo eiusque hęredi datur. Deinde hęc accusationem sapit, quia nihil petit actori tribui, sed postulat tutorē remoueri: actio verò tutelæ meræ pecuniaria est, quoniam petit pecuniam pupillo debitā. Deinde in hac tantū de dolo & culpa quæritur, lata & leui: tutelæ verò iudicio agitur etiam de leuissima. *d. l. quicquid. vbi Dd. C. arbit. tutel.* Postremò hęc actio tantū datur durante tutela: *l. pen. ff. eod.* actio verò tutelæ nō nisi ea finita: *ff. de tutel. & ratio. dist.* vt meritò in l. 1. C. eo. dicantur hæ actiones ab Accursio & Dd. esse incompatibiles. Nam quādiu vni locus est, altera non potest agi. Affines etiam huic actioni sunt, accusationes criminales, quibus delictum tutoris petitur maiore aliqua, vel publica pœna coerceri: puta si in fidiæ structæ pupillo, aut furtum commissum allegetur, & si qua sunt similia. *l.1. §. vlt. l.3. §. tutor qui alimenta. ff. eod.* Finitur autē hæc accusatio, finita tutela: *l.1. C. eod.* etiam si sit antea pridem incōepta: *§. sed si. h.t. l. pen. ff. eod.* nō a ratione, vt quidam arbitrantur, quia accusationes aut iniuriæ non transeunt ad hæredem: nam sic lite contestata duraret hæc actio, *l. vnic. C. ex delict. def.* quod tamen contra est: *§. sed si. h.t.* sed ideo, quoniā intentio huius actionis impleta est post tutelam finitam. Nihil enim aliud petitur, quàm vt tutor remoueatur, atq; ita finiatur eius tutela. Vt igitur soluitur omne iudiciū, quando ante sententiam reus petitioni satisfacit: *§. vlt. Inst. de perpet. & temp. actio. l. si debitor. ff. de iud.* ita & hoc iudiciū finita tutela finitur, quia intentioni est satisfactum, & eius finis habetur.

F Eadēq; est ratio, cur hæc actio dicatur extingui mortuo tutore, vel pupillo: *§.3. h.t.* nam & istis modis tutela finitur. *§.1. 2. Inst. quib. mod. tutel. fi.* An autē morte accusantis eodem modo iudiciū hoc soluatur? probabilius dubitari potest: sed sicut in reliquis accusationibus iudex ex officio defendere potest reum in defensum: *l. si nō defendantur. ff. de pœnis.* & cōtrà, mortuo aut impedito accusatore, iudicium criminale ex officio prosequi: *l.2. C. de abolitio. l. libellorum. 5. §. pen. ff. de accus. l. vlt. vbi Bal. & Dd. C. si accusator vel reus mortuus fuerit,* ita cum hæc actio sit popularis, & publicè

blicè intersit, rem pupillorum esse saluā, totaq; hæc res sit arbitraria: arbitror mortuo accusatore posse iudicantes cognitionem perducere ad exitum, & ex officio quæstionem remotionis definire. *l.4. §.1. ff. eod.*

DE EXCEPTIONIBVS seu præscriptionibus.

Tit. XXXV.

Libri. IIX.

1 *Continuatio.* 2 *Exceptio quid sit.*
3 *Eius propria.* 4 *Species.*
5 *Causa efficiens.*
6 *Quinam excipere possint.*
7 *Materia exceptionum.*
8 *Forma.*
9 *Quando & vbi proponi debeant.*
10 *Quomodo probentur exceptiones.*
11 *Finis exceptionum.*
12 *Effectus.* 13 *Adiacentia*
14 *Affinia.* 15 *Contraria.*

1 POstquā † actionibus satis instruximus petitorem, sequens est, vt de exceptionibus, quæ defendendorum reorum causa comparatæ sunt, & tàm actioni, quàm rei iudicatæ, atq; adeò executioni possunt obiici, deinceps agamus.

¶ Exceptionem ab excludendo dictam, inquit, Vlpia. *l.2. in prin. eod.* vtens nota improprietatis, quasi vim potius, quàm vocem ponderans, fortasse secutus Ciceronem, *lib. de Inuent. 2.* qui Prætoriis exceptionibus ait multas excludi actiones. Nec id nouum est nostris, vt cum in l.1. de iniur. dicitur, Contumelia dicta à contemnendo: cum potius sit à contumeo: sed eo scilicet sensu, quo contemptionem alterius significat: sic exceptio propriè ducitur ab Excipere, sed ea significatione, qua exclusionem significat. Nam inter alia significat eximere aliquid de regula, excludere, demere. *vt Cicero in Academ. & 1. Tuscul. nihil excipit. & de diuinat. 1. excepi de antiquis præter Xenophontem neminem. ad Att. lib. 6 per aliquem aliquid excipere. & 11. nominatim aliquid excipere. Q. fratri, lib. 1. in summis laudibus vnam excipere iracundiam. ad Att li. 11. Tum ille edixit ita, vt me exciperet nominatim. & in iudicialibus. Q. fratri, lib. 1. epistol. 1. nominatim excipit lex. pro Cornelio: vbi est exceptum fœdere. pro Cluen. in emptionibus aly plura, alij pauciora excipiunt. de Inuent. 1. ascribat ad legem. & addat exceptionem hanc. Item prætoris exceptionibus multæ excluduntur actiones. & lib. 2. legem exceptam. de Amicitia, sine exceptione. 2. de Diuina. tacitæ exceptiones. de Finibus 2. dare exceptionem alicui. Att. li. 6. habere rectam exceptionem, &c.* Quanquam igitur exceptionis nomine veniat omnis ἐν πλάτει defensio: *l. defensione. 11. C. eod. Doctores in rub. ff. & ext. eodem.* tamen propriè solùm hoc nomine notatur, quod ad excludendā actionem reus obiicit. *l.2. l. antep. ff. eo.* Vnde aiūt, eum qui simpliciter negat, non videri excipere, *Bal. & Fel. in rub. eod. idem Bal. l.1. n.6. C. de iur. & fac. ign. & l. peremptorias. C. sent. rescin. non poss. gl. Bart. & Dd. in l. nam postea. in prin. de iureiur.* aut qui negat intentionem tenere, vel competere actionem, *vt in c.1. de lit. contest. in 6.* quę exceptio intentionis dicitur. *Soc. in rubr. & in l.1. eod.* Item statutum, aut rescriptum, auferens exceptionem, non tollere defensionem, aut iudicis imploratione. *Bar. d. l. plane. in fine. de petit. hæred. Fel. præ all. loco.* Quod sanè fateor, cum eiusmodi non modò de his, sed ne de iustis quidem exceptionibus intelligantur: verùm eò valere tantùm debeant, vt friuolæ exceptiones excludantur. *Iason. l. sed eisi. §. quæsitum. num 6. & 7. si quis caut. & l. penult. num. 17. 18. Cod. de pactis. l.1. num. 6. de condict. indeb. Bart. l. 1. §.1. num. 3. quod vi aut clām. Specul. de renunc. & de oblig. & solut. §.1. Hipp. sing. 96. Corset. sing. 91. verb. exceptio. num. 1. Mant. sing. 1. num. 1. Alexan. cons. 1. numer. 8. vol. 6. & cons. 208. num. 6. vol. 6.* Ut huic sanè sensui congruunt exempla exceptionum hîc subiecta, quæ sunt eiusmodi, vt fateantur tenere quidem actionem, sed in re proposita esse iniustam & excludendam: & congruunt huc definitiones l. C. Exceptio est quædam exclusio, quæ opponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id, quod intentionem condemnationémue (quam in conclusione libelli præscribit iudici actor, *l. vlt. C. de fid. lib. l. vt fundus. commun. diuid. c. licet de simoni. Iason, Zas. & Doctores §.1. Inst. de action*) deductum est. *l.2. eo.* seu est conditio (nam conditionaliter olim exceptiones reus proponebat, *in prin. J. tit.1. vers. si non conuenerit.* formulis prætor adiiciebat, *l.1. fam. hercis. l.2. §.1. l.4. §. item. 8. §. Labeo. 14. § si à Titio. 38. cum sequent. de dol. except.*) quæ modò eximit reum damnatu, modò minuit damnationem. *l. exceptio. 22. eod.* Sed hæ definitiones congruunt tantùm exceptionibus peremptoriis. At hoc titul. agitur etiam de dilatoriis, *vt §. appellantur. §. vlt. Inst. eod.* in Codice etiam de declinatoriis: *l. vlt. C. eod.* vt omnino latius debeat hîc nomen exceptionis vsurpari, *l. antepen. Cod. eod.* pro omni videlicet defensione, quam non modò ad actionem excludendam, sed etiam suam ad vtilitatem, suiq; tuitionem qualemcunque reus vsurpat. *in prin. Instit. hoc tit. verb. defendendorum reorum gratia.* Arctius tamen hîc sumitur istud nomen, quàm in Pandectis, vbi replicationes includit: *l.2. §.1. eod.* hîc excludit, vt patet ex titu. seq. de replicat. Quamobrem pro subiecta hîc materia sic describere possumus: *ex l. non exceptionib. 10. C. eo.* vt sit defensio, qua certis ac iustis ex causis auxilium reo tribuitur aduersus intentionem actoris. *l. 4. verb. integras defensiones. l. si quidem. 9. l. antepen. C. eod. &c.*

¶ Propria exceptionis, quòd sit exclusoria, *l.2. §. illud. eod.* multiplicabilis. *d. §. illud.* perpe-

tua.'l.3.eod.non modò ad 30. annos,sed in æter- A num.l. si pactum. 6. verb. sine temporis definitione. C.eod.gl.l.3.verb.præscriptio.C.de præscrip.30. annor.Panor.cap.si autem.de rescrip.Fran.Balb.de præscrip.4.part.4. partis prin.quæst.37. etiam cùm actio tantùm est annalis.l.6.7.C.eod.l.purè.5.§.vlt. de dol.excep. Nam quæ annua sunt ad agendum, eadem perpetua manent ad excipiendum. l.quæsitum.§.an vltrò de pecul.Cuius rei rationem reddit Paulus:d.l.5. §.vlt. Non,inquit,sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita & exceptio eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuò B competit, cum actor quidẽ in sua potestate habeat, quando vtatur suo iure: is autem,cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conueniatur. Nam præscriptio in odium negligentiæ non agentium introducta,l.cum notissimi.in prin. vbi Dd.C.de præscrip.30. annor.non solet currere agere nequeuntibus.l.1.in prin.& §.1.C.de anna. excep.l.1. de vsucap.transform. d.l. cum notissimi.& passim.C.de præscr.30. annor. iuxta reg. Cessante ratione legis,cessat lex:l.a digere.§. quamuis. de iur. pa- C tron.l.quod dictum de pactis. Quare quando eiusmodi est exceptio,vt etiam per modum actionis proponi possit, velut simulationis contractus, de qua Cæpol.in tract. de simul.contract. nominatæ pecuniæ:Bald.Sal.& communiter Dd. l. si ex cautione.C.de non nu.pecu. Fel.in c.si cautio.nu. 60. de fide instrum. tum præscribetur intra legitima actionum tempora:Bal.Sal. & communiter Doctores in l.5. & 6. C.eod.per l.quæsitum.§. vlt. de pecul. D Bal.l.sicut.nu.12. C.de præscrip.30. annor. cum hîc imputari possit negligentiæ excipientis, cur nõ definito tẽpore egerit.Bal.d.l.sicut. Franc. Balb. tractat.præscrip. 4. parte.4. partis prin. quæstion.37. num.3 Sunt & aliæ temporales, ex vi pacti temporalis.puta ne contra quinquennium agatur:l. 3. in fin.eod. vel rescripti.l.vlt.C.qui bon.ced.poss. d.§.appellantur.Inst.hoc tit.l.2. C. de precib. Imper. E offer. vbi Dd. Aliæ quoque exceptiones sunt personales.neque transitoriæ,hoc est,personæ cohærent,nec transeunt ad alios:l.exceptiones.7. eod.vt priuilegij personalis, In quantum facere possis: §.vlt.Inst.de repúblic.iunct. §.vlt.Inst. de act. quæ nedum in fideiussorem, d.l.exceptiones.l. quod dictum. l. si fideiussor. de pact. sed ne quidem in extraneum hæredem transit. l. maritum. 12. cum l. sequent.ff.solut matrim. Exceptio tamen restitutionis minorum in hæredem transit,l.3. §.pen.l. minor.18. §.fin.cum l.sequent. de minor. quia damnum familiæ est:Castrens.& Doctores d.l.1.2.C.de F fideiuss.minor. non in fideiussorem,d.l.1.2.C.de fideiussor.minor. d.l.exceptiones. in fine. eod. ne inutilis fiat restitutio:l.sed si pater.9. §. non solùm. 3. de min. præsertim cum fideiussor sibi imputare debeat.quòd vltrò intercesserit pro minore, cuius conditionem aut ius sciuit, vel scire debuit, l.qui cum alio. de reg. iur. quod perinde est.l. quod te.si cert.petat.l.quisquis.Cod.de rescinden.vendit.vbi gl.ff. Exceptio tamen Velleiani transit non solùm in hæredem,l. hæ actiones. 10. de senatus- G consult. Velleian. verùm & in fideiussorem,l. exceptionis.7. §.1. eodem.l.si mulier.16.§.1.ad senatusconsult. Velleian. qui totam obligationem senatus improbat,vt ibi dicitur:sicut & Macedoniani.d.l.exceptiones.7. §.1.l.sed si paterfamilias.9.§.nõ solum.3.l.7.§.quanquam.de senatuscons.Maced.l.penult.Cod. eodem. Aliæ verò sunt reales, ideoque transitoriæ, hoc est,in rem conceptæ,seu rei cohærentes:l.exceptiones.7.§.1. eodem.l.si fideiussor.l. quod dictum. de pact. quæ transeunt in hæredem, l.exceptio.28. de except. rei iudic. & fideiussorem: d.l.exceptiones.§.1. d.l.si fideiussor.d.§. vltim. Inst.de repl. vt rei iudicatæ, metus,doli,iurisiurandi,pacti de non petendo, intercessionis,Macedoniani,libertatis onerandæ: de quibus est vera regula: Omnes exceptiones quæ reo competunt, fideiussori quoque etiam inuito reo competere l.omnes.19.ff.eodem.Debent tamen velut positiones concludere non tantùm secundum veritatem,verùm etiam communem opinionem.Ias.l. 1.num.3.Cod.de testam.

¶ Species distribuuntur à causa efficiente, in 4 Ciuiles, §. alioqui. Institut. hoc titul. & Prætorias, d.§.alioqui.Cic. lib.2. de Inuent. A materia. in exceptionem metus, in princ. Institut. eodem. toto titul. quod met. caus.ff.& Cod.& de except. doli & metus.l.exceptiones.7. eod.doli,in prin. Instit. eo.t.t.de dol.except.t.t.de dolo malo,l. in pupillo. 4. l. 3.l.si rem.6.l.exceptiones.7. eodem.tit. ff. de excep.l. 1.4. eod. qui vel consilio,vel re ipsa committatur:l. si quis cum aliter. de verbor. obligat. erroris, imprudentiæ, in prin. Institut. hoc titul. l. Iulianus. de do.except. rei non traditæ. l.exceptiones.20. eodem. vel precij non soluti.l.Iulianus.13. §. offerri.de act.empt. non numeratæ pecuniæ: l. qui pecuniam.si cert.petat. §.idem iuris. hoc tit. quæ contra reliquarum naturam biennio præscribitur: Dyn.in cap.locupletari.48. num.7. de regul.iur.in 6. pacti de non petendo, l.3. eod. §.præterea. debitor.Institut. hoc tit. l.si vnus.§.pactus de pactis. l. 4. vbi Iason. & Doctores.C. de pact. in princ. Institut. de repl.cum qua concurrit exceptio doli.l.6.Cod. eodem. generalis,l.1. cum sequent.de dol.except. vel transactionis,l.3. C.eod.l.1. C.de transact.l. qui cum tutorib.ff.eo.iurisiurandi,l.2. & 5.de iureiur.§.æquè inst.h.t:l.is qui.5.l.excep.7.l.vlt.eo. rei iudicatæ: §. item.Inst.eod.t.t.de excep.rei iud.l.3.l.except.7.l.Modestinus.10. eod l.2. Cod.eod. etiamsi alio in foro, puta Ecclesiastico,sententia sit lata:cap.2. eod. in 6.dum tamen eadem nunc agatur causa,c.aduersario.13.'eodem.l.5.7. 11. cum multis seq. de excep. rei iud. His adduntur exceptiones, in quantum facere possit, l.except. 7. eodem.intercessionis ex Senatusconsulto Velleiano,d.l.except.7. libertatis onerandæ,d.l.except.7. l. 1. & tot.tit.quar.rer.act. non detur.Macedoniani, d. l.except.7. eodem.restitutionis in integrum.d.l. except.7. præiudicialis non tantùm status, de quibus. in §. præiudiciales. Institut. de act. sed etiam aliæ, quibus petitur ne præiudicium alij causæ fiat.l. generaliter. 12. l. si post litem.13. l.fundum.16. cum ll.sequ.l.1. fam.hercisc.præsertim maiori.l.vltim.Cod.de ord.iud.l.per minorem.de iud.l.rei. 21. eod.Rei maioris quæstio in iu-

n iudicium deduci videtur, cùm ea quæstio de- A ducitur, quæ vel tota, vel aliqua ex parte communis est quæstioni de re maiori. d. l. rei.21.eod. A forma,exceptio alia est iusta,in pri. Inst.de repl. alia iniusta,ibid.& l.3.l.pen.C.eod.friuola, Bar.l.1. §.1.num.3.quod vi aut clam. Spec. de renun.in princ. præpostera, hoc est, non suo tempore opposita. l.pen.C.eod.Item aliæ exceptiones in factum,l.4. §.aduersus.15.de dol. exceptio. (quanquam & alia ratione in factum quoque dicantur. l.filiusfam. 14.l.penul.& l.2.§.circa.§.& generaliter.de dol. B exceptio. vt earum quatuor genera constituat Ang.hic in §.1. num.38. hoc tit.) conditionales, l.antepen.eod. tit.ff. quemadmodum etiamnum & hodie sublatis licet formulis, l.1.2.C. de form. subla. quædam proponuntur: vt, si feci,dico me ad meam defensionem fecisse: Si debui, solui. Dyn.c.exceptionem.63.in fin. de reg.iur.in 6.per l.siquidem.C.hoc tit.Huc referri possunt & duplicationes, §.1.Instit.de replic. quadruplicationes,& cæteræ:nam multiplicantur nomina, quamdiu C reus aut actor obiicit. l.2. §.illud.2.eod. A fine & effectu,aliæ dilatoriæ, aliæ peremptoriæ: §.appellantur.Inst. hoc tit.l.2.§.vlt.l.3.eod. illæ differũt, hæ perimunt actionem: vnde vtrique nomen e l.2.§.vltim.eod. dilatoriæ, aut declinatoriæ fori, vt l.2.de iud.& extr.de for.comp. quæ & præscriptiones:l.vltim.C.eod. quanquam hoc nomen aliis quoq; exceptionibus tribuatur, vt in inscrip. C.de exception.seu præscript.l.3.de præuarica. etiam D peremptoriis,l.præscriptionem.8. C.de except. l.qui agnitis.11.l.penult.eodem. l.2.C.sent.rescind.non poss. maximè tamen dilatoriis:l.penult.l. vltim.C. eodem.aut recusatoriæ iudicis, seu iudicem vt suspectum recusantes: l.apertissimi. 14. C.de iudic. gloss.cap.4.verb.protestatæ.eod. c. quoniam. de probat.etiam ratione loci, vt quòd vltra duas dietas reus euocetur:c.olim.7.eodem.vel in locum inhonestum,l.quid tamen. 21. §.sed si. 10.de recept. arb. aut insolitum,neque solẽnem: l.5.6.Cod.de sent. E l.penult.de iust. & iur. aut dilatoriæ propriè, vel ex persona agentis, quæ & procuratoriæ vocantur:§.præterea. hoc titul. vt cum obiicitur actori,non ei licere procuratorio nomine agere: §.penult.cum sequent. hoc titul. l. 3. §. vltim. eodem. vel excommunicationis exceptio, c.2.c.5.c.dilecti.c.dilectæ.10.eod.c.1.eodem. in 6. aut aliud vitium repellens personam agentis: c. dilecti.eod. vt est suspensio,amotio ab ordine: c.apostolicæ.9. eodem. vel ex re ipsa, vt pacti conuenti de cer- F to tempore: §. appellantur. hoc tit. l. 3.eod. item vsitatissimæ iure Saxon.exceptiones satisdationis,& guarandæ.de quib.Chil.Term. & alij in sua praxi.cap.vom vorstandt,von der gewehr. Peremptoriæ quoq; in vim dilatoriarum putãtur proponi. quoties ante litem contestatam inducuntur ad impediendum litis ingressum, c.1. de lit. contestat.in 6.latiss.Blanc.tract.de compromis.par.4. de excep.imped. quod respectu temporis verum est:ante namq; litem contestatam tum proponuntur vt reliquæ dilatoriæ.l.vlt.C.eo.l.ita.13.C. G de procur. Cæterùm respectu effectus vim suam A retinent,quia negocium perimunt, & agentem a limine iudicij præcludunt:dummodò in continenti probentur: Bar.l.vlt.n.3 ff.pro suo.Ias.post Bar.l.nam postea.n.16.17 in princ.de iureiur.Bal.& Doctores.l.vlt.C.de edict.diui Adr.toll.Geminian. Phil.Franc.n.8.in c.1.de lit.contest.in 6. qua probatione facta,iudicantes tali ferè forma in pronunciando solemus vti: Darauß so viel zu befinden,das cleger in dissfals keine clage gebüre, derwegen wird beclagter von gerichtsstande billich entbunden. B Dilatoriæ plerunque temporales sunt, neque semper locum habent,sed vitari possunt: l.3.vers.temporales.eod.vt procuratoria: d.l.3.in fine. peremptoriæ verò sunt perpetuæ,semper locum habent,nec euitari possunt: qualis est doli mali,& rei iudicatæ,& si quid contra leges senatúsve cõsultum factum esse dicetur,d.l.3.in prin. vt l.iuris gentium.7.§.ait.3.de pact.l.pacta.6.C.eo.t. item pacti conuenti perpetui,id est, ne omnino pecunia petatur,d.l.3.vers. 1. quæ putatur etiam C esse litis finitæ. Ias.& Dd.in l.4.C.de pact.Blanc. d.tract.de compromiss.part.4.de except.imped.

¶Causa efficiens lex,§.alioqui.h.t. Senatuscõ- 5 sultum,l.qui exceptionem.de cond.indeb. Edictum. d.§.alioqui.& t.t.de do.excep. Impulsiua æquitas, §.idem.vers.sed quia iniquum est.h.t.l.1.§. 1. de dol. exce.Ias.l.huiusmodi. §.si cui. n. 1. de lega.1. de qua Paul.in l. exceptiones. 20. eodem: Omnes,inquit,exceptiones opponuntur, aut quia factum sit,quod fieri oportet,ex quo datur exceptio rei D iudicatæ, l.exceptiones.20. eod. item rei venditæ, neque traditæ:de qua titulo de excep. rei vend. aut quia factum sit, quod fieri non oportuit: vnde exceptio doli,quæ doloso prodesse, alteri obesse non debet:l.4.l.11.& passim,de dol.exceptio. aut quia factum non sit, quod fieri debuit:vt bonorum possessiones non datæ, d. l. exceptiones. 20. quia nimirum intra legitima tẽpora petita nõ sit.l.2.l.4.C.qui ad bon.poss.admit.Cum autem æ- E quitas eiusmodi sit naturalis, §. thesauros. §. per traditionem.Inst.de rer.diuis.l.nam hoc.14.de condictione indeb. inde nostri referunt exceptiones ad ius gentium & naturæ. in rubr.ff.& extr. eod.& Ang.hic in prin.num.9.& 10. Causa sine qua nõ actio: quæ nisi competat, nulla datur exceptio: l.purè.5.§.vlt.de dol.excep. cùm nulla subsit actio quam excludat.l.2.§.1.& 2.ff.eod. Priuatio enim habitum præsupponit. l.nam & 7. de iniust.rupt. test.l.decem.de verb. oblig. Sed neque necessaria F est exceptio,nisi actor intentionem impleuit.l.si quidem.9.C.eod. Excipere autem est reorum:l.1. 2.& passim, eod.l.in exceptionibus.14. de probat. in prin. nec enim actoribus exceptiones dantur, l. non exceptionibus.10.Cod.de except.sed replicationes:d.l.non exceptionibus. l.2.eodem. & latius patet excipiendi facultas,quàm agendi. Nõ enim pauci prohibentur agere, quibus tamen permittitur excipere:c.dilecti.de excep.c.intelleximus. de iudic. cum sit species quædam defensionis, d.l.antepen. d.c. dilecti. 8. ex iure naturali omni- G bus concessa.l.3.vbi Dd. præsertim Salomonius ff. de iust.& iur. l.4. & passim, ad l.Aquil.l.1.§.cum

arietes.si quad pauper.feciss. dicatur. Reales porrò A dantur non modò authori,l.exceptiones.7. in fin. eo.& eiusdem successori:l.si à te.§.Iulianus.l.excep. 18.de excep.rei iud.l.aliud.l.in his.§.1.de reg.iur.sed etiam fideiussori:l.exceptiones.7.l.omnes. 19. eod. §.vlt.Inst.de repl.quod secus est in personalib. d.l. exceptiones.7.d.§.vlt. Dantur & patri,cui filius quæsiuit,vel cuius nomine iurauit.l.vlt.eod.

6 ¶Et in summa admonendi sumus,multos arceri actione, qui nõ vetantur excipere:c.dilecti. 8.de excep.c.intelleximus.de iud.vt excommunica- B tus non potest agere vel recõuenire,c.1.in eod.in 6.c.5.8.10.eo.at bene excipere,& se defendere. c. cũ inter.6.eo. Nõ tamẽ cõtrà,qui prohibetur excipere,posse agere.l.nõ debet.de reg.iu.Itẽ qui agere potest,eũ multò magis excipere posse. l.1.§.is aũt.4.ver.nã cui damus.de superficieb. c. qui ad agẽdũ.de reg.iur.in 6.Imò quæ sunt ad agẽdũ annua vel tẽporalia,sunt ad excipiendũ perpetua.l.quæsitũ.§.an vltrò.de pecul. Nõ tamẽ datur exceptio cõtra personã agentis ei, qui eodẽ quo actor vi- C tio laborat.c.2.& 3.eo. quod verũ est,cũ vtrinq; idem valet,ac operatur propter terminos eosdẽ: secus,si nõ sit eadem correlatiuorum ratio,vt si reus obiiciat actori exceptionẽ excõmunicationis,periurij,&c.propter quod agere non possit: nõ proderit actori replicando eadẽ reo obiicere,cũ hæc non repellant ab excipiendo,sicut ab agendo:c.dilecti.8.eo.excepta appellationis causa,c.significauerunt.11.c.vlt. eo. quia hæc indistin- D ctè quædã est defensio, d.c.significauerunt. Ant.de S.Georg.in rub.de appel.in princ.nu.70. quæ nulli propter excommunicationem auferri debet. c. 5.c.dilecti.8.c.significauerũt.eod. Datur autem exceptio aduersus actores, l.2.eod. eorúmq; hæredes,l.si rem.6.eod.l.1.l.2.C.eod. aut successores etiam singulares,vt legatarios.d.l.si rem.6.eod.

¶Materia circa quam,est actio, l.2.§.1.cũ seq.
7 ff.eod. etiamsi ex instrumento guarentigionato agatur. Nam licet hoc paratã habeat executionem non admissa exceptione, sicut etiam in his E terris ordinatum est, vt nõ admittatur exceptio vvider siegel vnd Brieff. tamen hoc intelligendũ est, quãdo agitur ad executionẽ ex instrumẽto, non etiã quoties ordinaria actio proponitur,& instrumentũ in vim probationis inducitur:nam tũc,vt in aliis iudiciis omnibus,exceptionib. erit locus.Soc.cons.51.præstantissimè. n.1.vol.1. Si verò nõ agatur ex instrumẽto,sed petatur simpliciter ex illo velut confessæ liquidæq; debitionis exe- F cutio,tũ his in terris habet instrumentũ , vt loquútur,executionẽ in dorso, non admissa exceptione ex Principis ordinatione sub tit.versatzte brieff vnd siegel.cuiusmodi statutum valet: Felin.Dec.& Dd.c.cum te.2.de off.deleg.strictè tamẽ interpretandũ est,Soc.cons.51.præstantissimè.n.2.cũ multis seqq.vol.1. quoniã iuri cõmuni est cõtrariũ: quo iure instrumentũ nõ habet executionem paratam: Ruin.cons. 164.n.7.li.4.l.per l.minor. 25. annus cui fideic.de minorib.adde tex.in l.vn.vbi dixi, C.de plus petit. Ang.l.si cum dotem. §.eo aũt.tẽpore. G ff.sol.mat.& in l.ait prætor.§.1.de re iud.aliquæ tamen exceptiones contra instrumentum opponi possunt:sc.quæ in executione rectè opponũtur: vt falsitatis,Dec.c.ex par.2.de off.deleg.rasuræ, vel cãcellationis,Ias.l.vlt.n.5.C.de edic. diui Adr.tol. defectus solenniũ,Decis.Neapol.283.n.11. Dec. d. parte.fall.2 turpis causa ex.qua promissũ sit,vt & ipsa prouincialis cõstitutio indicat:cęterũ exceptio causæ vnde debeatur,& quæ obligationem pariat,deficiẽtis,vt nõ expressæ, vel nullæ , quæ aliàs instrumento rectè obiicitur,c.si cautio.extr. de fid.instr.l.2.§.circa.vbi Dd.de exc.dol.nõ potest tali guarẽtigionatæ scripturæ cõmodũ opponi: Dec.cons.682.n.3.& 4. sicut nec iure cõmuni liberatoriæ.Ias.l.creditori.n.2. C. de pact. Dd.l. tale pactũ.41.in prin.ff.eo.aut etiã obligatoriæ,saltem inter mercatores:Ias.l.qui pecuniã.n.6. vbi addit, nec exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ inter hos attẽdi. ff.si cer.pe.Fel.& Dd.d.c.si cautio.Obiiciuntur his etiã exceptio solutionis , Dec.d.c.ex part.fall.25. ac quæ huic cõparantur,trãsactionis,c.2.de trãsa. nouationis:§ præterea.Inst.quib.mo.tol.obl. deniq; cuiuslibet liberationis,quę oẽs solutionis nomine continentur,Cor. cons.111.vol.4.simulationis, Fel.in 12.fallen.& Dec.in 12.d.c.ex parte. quãquã in ea distinguãt:Bal.l.1.C.plus valere.Pan.c.item. cum quis.n.7.de rest.spol. denique quælibet exceptio,quę solennitatem & valorẽ instrumenti annihilat,atq; ita causam qua se fundat.statutũ euacuat.Dec.in 2.fall.ac Dd.d.c.ex part.2. de off.deleg. Moribus tamẽ nostris difficulter admittitur aliqua contra tale instrumentum pręter exceptionem solutionis,aut liberationis,item nullitatis, ac falsitatis instrumenti,quæ tum etiam in continenti probari debet,per instrumentũ, confessionẽ,&c.Maran.Spec.aur.part.6.mẽb 9.verb. exceptio.aut cũ longissimè intra 15.dies,c.1.de restit. spol.in 6.quos indulgere malim quàm triduũ ex l.vlt.C.de error.aduoc.quæ loqui (mihi quidẽ) videtur de triduo non probationis, sed appellationis , quod in causa aliena olim triduum erat. l.1.quando & intra quæ tempora. Quod si verò altiorem requirant indaginem, fit illis reiectis executio,& exceptiones per modũ actionis proponendæ reseruantur.ex doctrina Bart. & Dd. l. vlt.pro suo.l.nam postea.vbi Ias.de iureiur. c.1.de lite contestat.in 6.vbi Phil.Franc Gemin.& Dd. Materia ex qua, ius cuiusq; propriũ fluens & debitum ex obligatione vel simili causa:§.1.2.Inst.h. t.etiam ex tempore,loco,personis aliísque circumstantiis:§.appellantur.Inst.eod. l.2.§.vlt.l.3.ff. eod.non ius alienum , quia nemini de iure tertij datur exceptio. l.loci. §. competit. si seru.vend.l.si quis.§.1.C.de præscrip.30.ann.Bar.Castr. & alij in l.1.de re iud.& d.§.competit.Spec.de emphyt. n.83.

¶Forma,vt exceptio proponatur à reo.l.2.eo. 8
cum similib.Nec enim iudex supplet,l.vn.vbi Castren.n.4.C.vt quæ des.aduocat. nisi ex actis appareat: Angel.§.1.n.20.22.Inst.h.t. Boer. decis.344. vt si ex libello agentis appareat præscriptã esse iniuriarum , vel similem actionem temporalẽ: Boer.præalleg.loco,Pan.& Dd.c.ad aures.in vlt.notab.de præscrip.quo casu nedũ in ciuilib. supplere po-

re potest iudex:Myns.obs.38.cent.3.(ac mea sentẽ A tia debet,cùm acta faciant notorium:Soc.l.1.n.5. de excep.Ias.l.eius qui n.3.si cer.pe.Soc.latè.cons.96. vol.4.vbi disputat,an eodem modo faciant notoriũ in summariis.)sed etiam criminalibus vtcũq; aliqui præter rationẽ dissentiant: Boer.præal.loc.Myns. obs.35.cent.4.& Bar.in l.eum qui.§. ita stipulatus.de verb.oblig. Guid. Pap. decis. 221. sicut nouissimè principis nostri cõstitutione prudenter ordinatũ est:part.6.constit.25. quemadmodum in simili B vel potius è contrario (contrariorum autem & correlatiuorũ eadem ratio doctrináq;,l.vlt.C.de ind.vid.tol.l.2.de his qui sunt sui vel alie.iur.) quoties iudici apparet non competere actionẽ , potest agentem repellere in quacunq; iudicij parte,etiã non opposita exceptione. gl.& Dd.communiter.l.vbi.C.de transact.l.2 §.quòd si actor.C.de iur.calum.Maranta spec part.6 c.de excep.n.6.Proponebatur autem olim conditionaliter, in prin. Inst.de repl.vers.excipiat debitor.vt ita demum cõ C demnetur reus, si non conuenerit ne eam pecuniam petat.vnde conditiones dictæ.l.antepen.eo. Hodie proponitur exceptio sine certa forma, vel proposita nuda facti narratione,vnde ius exceptionis resultet:Dd.in l.1.præsertim Soc.ff eo.per l.itaq;.48.de procur.l.qui pendentẽ. 62. de act. empt. idq; tam in scriptis quàm sine scriptis.Bar.l.scire.§.oportet.n.5.per illum tex.de excusat.tutor. vt hoc copiosius explanat Ang.Inst.eo.§.1.n.20.21.22.qui materiam exceptionum omnem hic diligentissimè vi- D sus est enucleasse:vnde lector diligens petat.Nec.n.nobis permittamus de alienis libris transscribere , nescio quid,& pro nostris vẽditare.Licet aũt cuiq; vti nõ vna tãtùm exceptione,sed etiã pluribus: l.is qui. 5.eod.quãuis diuersis.l.nemo.8. eo. atq; adeò contrariis : gloss.in d.l.nemo.8.per c.nullus plurib.de reg. iu.in 6.l.nemo ex his.eo.tit.l.is qui.5. de excep. Forma proponendi exceptionem excõmunicationis extat in c.1.eod.in 6.clem. 1.eo.vnde multa ad aliarum quoq; formam trahi possunt. E

9 ¶Quod ad circumstantiam loci & temporis attinet,exceptio proponenda est ad acta in loco iudicij:c.quoniam.verb.exceptiones.de prob.aut saltem eo à iudice redigi debet.Ang.Inst.eo.§.1.n. 23. Et quoties de delicto excipitur,etiam locus & tempus commissi delicti exprimendum est, Ang.præall.loc.n.20.cum seq .sicut in actionibus. l.3.de accusat. Sed ante actionem proponi num poterit exceptio? Non videtur , quum illius sit exclusio.l.2.ff.eo.idq; probat l.5.§ fi. de dol. except. F Sed ab hac regula casus necessitatis excipitur,vt si extrahat dolosè actionem actor,vsquedũ reus absfuturus est.Potest enim adire iudicẽ,& ei suã exceptionem indicare, peteréq; vti cogat actorẽ intra certũ tempus expediri,pòst non audiẽdum.Bart.l.mancipiorum.de opt. leg.& in l.si quis libertatẽ.n.8.de petit. hære.per l.si ita quis.§. Seian.de verb.oblig.Ang.l.§.1.n.19. & 20.h.t.Declinatorię porrò proponi debent initio litis,l.vlt.C.eod. nõ modò ante litis contestationẽ, sed antè reliquas exceptiones omnes.gl.l.exceptionẽ.19. C.de G prob. Alioqui videbitur in iudicem reus cõsensisse:l.sed etsi.52. in pri.de iud. quemadmodum & exceptio recusationis,qua iudex vt suspectus recusatur.gl.ver.protestatur. in c.4. eod.& in c. quoniam.de prob.Dd.l.apertissimi. 14. C. de iud.vbi dixi,&c.Dilatoriæ ante litis contestationem. l.ita. demũ 13.vbi Ias.& Dd.C.de proc.l. Pomponius.§. ratihabitio.de proc.l.exceptionem.vbi Bal.& Dd.C. de prob Mar.in Spec aur.par.6 c.de excep.n.6.& 7. quod intelligo de dilatoriis respectu personarũ ad dilationem processus attinentibus. l. 4. ver. causam dilatam.eo Nam dilatoriæ intentionis & rei petitæ videntur ad merita causæ , & ita post litem contestatã proponi posse. l. exceptionẽ.19. C.de prob.quam de eiusmodi dilatoria accipit gl.ibid. circa finẽ. Aduocatus qui dilatoriam inter exordia litis prætermissam vult exercere,& ab huiusmodi opitulatione submotus (fortè per interlocutoriã iudicis vel præceptũ,vt l.qui agnitu.11. eo.)si nihilominus perseueret, & pręposteræ defensioni institerit, vnius librę auri cõdemnatione mulctatur.l pen.C.eo. Quoniã verò malitiosè nonnunquam per dilatorias causæ prorogãtur, ideò iudex assignare solet terminum ad omnes dilatorias proponendas,intra quem omnes allegandæ sunt, aut certè si aliquæ prius, & ante reliquas excutiendæ, vt declinatoria, recusatoria, cæteræ nominandæ,& protestatione conseruãdæ sunt, salua tali & tali exceptione: c.pastoralis. 4.vbi gl.verb.protestatur.ext.eo. post quẽ terminũ aliæ id genus deinceps nõ audiuntur, nisi de nouo emergẽtes:l.si mulier.vbi Alex.sol.matr.Castr. l.vlt.C.de excep.Mar.præall.loco,n.8.aut quas ante competentes iuret excipiẽs , iam primùm ad sui notitiã peruenisse:c.4.eo.aut nisi quę reddere possint processum retrò nullum. l.licet. vbi Dd. C.de procur. Maran.part.iud.6.c. de excep.n. 9. Fel. d.c.exceptionẽ.fallen.8. de excep. Excõmunicationis tamen exceptio pòst opponi potest,cle.1.eod. refusis agenti expensis,si reus malitiosè distulerit.c.exceptionẽ.12.eod. Nã tàm perẽptoriè quàm dilatoriè proponitur.clem.1.vbi gl.verb.dilatoriæ. eod. Peremptoria verò potest opponi & probari quandocunque ante sententiam. l. 4. §. siquidem.9. Cod. eod.l.perẽptorias.2.C.sent.resc.non posse. l.emptor.9.Cod.de præscr.long.temp.gl. l.exceptionẽ. 19.C.de probat.Apparet tamen olim initio solere proponi contestando , quòd ea reus vti vellet, si actorem implere intentionem contingeret : l.præscriptionem. 8. l.si quidem.9. verb.habita contestatione. Cod. eod. l.filiusfamil. 8. §. veterani. verb. nisi hoc tempore litis contestatæ quocunque casu prætermissum est.de procura.d.l.exceptionem.19.verb. opponi quidem initio. C. de prob. pòst verò probari,quàm actor intentionem impleuisset. d. l. si quidem.d. l. exception Post sententiam , hoc est,rem iudicatam (nam in causa appellationis licet proponere peremptorias, l.eos.6.Cod.de appel.l.per hanc.4.Cod.de temp.appel. non dilatorias omissas, l.ita. 13.Cod.de procurat.) nunquam licet excipere , l. 4.Codic. de re iudic,nisi in casu c. apostolicæ. 9. extr. eodem. & excommunicationis: cap. 1. eodem. in 6. item nisi exceptione

falsi, *c. cum venerabilis. 6. extr. eodem. l. qui agnitis. 11. ff. eodem. l. penult. Cod. de transact. l. diuus. de re iud. & tot. tit. Cod. si ex fal. instr.* nullitatis, *l. si feriatis. vbi Ias. num. 3. Cod. de feriis, l. 1. C. de sent. ex breuic.* & similibus, quæ processum reddunt retrò nullum. *l. licet. 24 Cod. de proc. l. si vt proponis. l. iudex. Cod. quom. & quand. iud.* Eóque & post rem iudicatam in executione opponi possunt. *d. l. licet. 24. vbi Dd. Cod. de proc. Felin. in c. exceptionem. num. 18. de excep.* sicut & illæ quę sententiam non impugnant, sed modificant, vt exceptio priuilegij in quantum facere potest, inuētarij, &c. *Bar. Alex. & Dd. l. ex diuerso. §. fin. sol. matr. Bal. l. exceptionem. in fi. Cod. de prob. Bar. l. 1. C. de iur. & fact. ign. Maranta præall. loco, part. 6. c. de excep. num. 17. Zas. respons. lib. 2. cap. 1.*

10 ¶ Omnis autem exceptio probanda, *l. in exceptionibus. 14. de prob.* cum in hac agentis partes sustineat actor: *d. l. in exceptionib. l. 1. eod.* cuius proprium est probare. *l. qui accusare. Cod. de eden. l. 2. l. actori. C. de prob.* Priuilegiatæ, quoniam in continenti probandæ sunt, *Bar. l. vlt. num. 3. pro suo. & in l. nam postea. in prin. vbi Ias. & Dd. de iureiu. Phil. Fran. num. 6. & Can. in c. 1. de lit. contest. in 6.* ideo optimè probantur per instrumenta, *Marant. part. 6. c. de except. num. 15. & decis. Neap. 63.* confessionem aduersarij, *Alciat. in tract. præsump. in prin.* qua non est melior probatio de mundo, *vt inquit Ioan. de amicis cons. 8. num. 65.* item per acta iudicij, quæ rem faciunt notoriā, saltem intra 15. dies, vt suprà probaui, *ex c. 1. de restit. spol. in 6.* nisi vbi aliter statutum est. *sicut Maran. præall. loco. num. 15. ait constitutum in reg. Neapol spacium quinque dierum.* Quòd si probari in continenti nequeant, reiicit eas iudex post litem contestatam, Bar. *& Dd. l. nam postea. in prin. de iureiurand. & in l. si quis. Cod. depositi. l. ille à quo. §. si de testamento. ad Trebell. Maran. præalleg. loco, n. 13. hoc modo.* hoc modo: *Es ist beclagter seines vvorvvendens vngeacht zuantvvorten schuldig, vnd vverden jhme seine angezogene schutzvvehren nach der Kriegsbefestigung zerstörlich einzubringen hiermit vorbehalten.* quæ reseruatio eò prodest, vt si pòst probentur, processus reddatur retrò nullus, quasi nulla actione actori competēte. *vt ait Marant. part. 6. cap. de except. num. 14. per doctrinam. Bar. l. ille à quo. §. si de testamento. ad Trebell.* Reliquæ verò exceptiones post litem contestatam & impletam actoris intentionem probandæ sunt: *l. si quidem. Cod. eod.* dato ad hoc legitimo termino, qualis actori dari solet *l. 1. Cod. de dilat.* qui iure ciuili est trium mensium, *d. l. 1.* iure Saxō. sex septimanarum & trium dierum. *Landrecht art. 29. & 62. lib. 1. lib. 2. art. 2.* quan[…] propter distantiam locorum potest longi[…] […]uā […]r dari. *d. l. 1. Landtr. lib. 1. art. 72. als geduppelt s[…]echsische frist.* Quoties tamen reus directò con[…]raria agētis articulis excipit, & allegat vt n[…]on impletam qua nitatur actor præscriptione[…]m, non factum contractum ex quo agitur, […]&c. cuiusmodi sunt exceptiones intentionis […], *de quibus Bar. l. mater decedens. & l. Papinian[…]s. §. si quis. de inoff. t stam.* *gl. & Dd. l. vbi. Cod. de transact. l. si pupilli. §. videamus. de nego. gest. Maranta præall. loco, num. 6. Socin. in Rub. & l. 1. de excep.* toties in eodem termino quo actor, aut saltem paulò pòst ante publicationem attestationum agentis probare reus debet: *const. pro. 16. part.* nam post publicationem super iisdem aut directò cōtrariis articulis probatio vlterior non admitteretur. *Castr. & Dd. Auth. at qui semel. C. de probat. cle. 2. de testibus.* Ad probationem autem exceptionis cogitur actor edere reo instrumenta sua. *l. 5. l. 6. l. pen. l. vlt. C. de edend.* quamuis ipse nullas actori. *l. 1. C. de eden. c. 1. de fide instrument.* Non tamen antè cogitur probare reus exceptionem, quàm actor intentionem impleuerit, *l. exceptionem. 19. C. de probatio. l. si quidem. 9. C. eo. l. emptor. 9. C. de præscriptio. long temp.* vel reus ipse agentis intentionem cōfessus sit. *l. si quidem. 9. C. de excep.* Confessio enim aduersarij & probatio paribus passibus ambulant. *l. qui sententiam. 16 C. de pœn. l. post rem iudicatam. de re iud.*

¶ Quod ad finem attinet, exceptiones defendendorum reorum gratia comparatæ sunt, *in prin. Inst. hoc tit.* ad impugnandam actionem, *in prin. vers. ideóque hoc tit.* seu, vt dicitur in l. 2. eod. vt actionem excludant. 11

¶ Effectus, quòd reus in exceptione actor sit, *l. 1. eod. l. actionis. de oblig.* non tamen excipiendo, intelligatur confiteri intentionem agentis: *l. nō vtique. 8. eod. c. cum venerabilis. 6. eod.* exceptione probata absoluatur, *c. olim. eod.* non tamen super ipsa exceptione pronuncietur: *c. 1. extr. eod. l. Lucius. de his qui notan. infam.* nisi vel fiducia sui iuris dominium contra agentem reus probarit: *l. circa. de probat.* ea enim non exceptio, sed quædam contrauendicatio est. *de qua. §. 1. Institut. de actionibus.* 12

¶ Adiacentia, æquitas, iusti[ti]a, *in prin. hoc tit. §. rursus. Inst. de repl.* actio q[u]am excludat exceptio: *l. 2. eod. l. purè. 5. §. vlt. de dol. excep.* allegatio, *§. rursus. verb. allegatione opus. Instit. de replica. l. 4. verb. allegatis. l. vlt. ver[s]o. opponendæ esse. C. eo.* quia iudex eam non sup[p]let. *Castr. num. 4. l. vnic. C. vt quæ des. ad. per l. si vnus §. pactus. vbi gl. verb. opponendo. C. de pact.* Item probatio, *l. in exceptionibus. 14. de prob. l. si quidem. 9. C. de exc.* pluralitas & cumulatio. *l. is qui. 5. l. nemo. 8. ff. eod.* contradictio, *l. exceptio[nes]. 22. & antepen. eod.* contestatio, *l. exceptione[m]. 19. C. de probat. l. præscriptionem. 8. l. si quidem. 9. l. vlt. C. eod. de excep.* confessio, non quidē i[n]tentionis, *l. non vtique. 9 ff. eodem. l. non exceptionibus. 10. vbi gloss. verb. contestatione. Cod. eod.* sed eorum quæ narratione exceptionis comprehenduntur: *gl. Landt. lib. 1. art. 15. Dd. c. exceptionē. de reg. iur. c. cum venerabilis. de excep.* sicut contrà petitor narrata libelli confiteri putatur. *Panor. c. examinata. num. 3. 4. de iud.* 13

¶ Affinis est duplicatio, quadruplicatio, &c. *l. 2. §. 2. eod. §. 1. Inst. de repl.* quæ ad species etiam referri possunt. Item reconuentio, *c. 5. in fin. de excep.* etiamsi magis ad actiones tendat: *c. vnic. de mut. pet. l. 2. §. 2. vers. sed si agant. de iud. l. cum Papinia-* 14

pinianus. 14. Cod. de sent. Maran. in spec. aureo. parte 4. distinct. 6. cap. cuius. 3. quæst. 8. actio legis diffamari, *C. de ingen. manumiss. & ibi Blarer. cap. 1. & 4.* imploratio officij iudicis vt actori certus terminus ad agendum præfigatur, *l. si contendat. de fideiuss. l. Aurelius. §. centum. de lib. lega. cap. conquerente. de offic. ord. l. si eo tempore. vbi* Bartol. *Cod. de remiss. pig. cap. quoniam. vt lite non contest. l. Titia. vbi* Bartol. *num. 8. de accusat. & l. si quis libertatem. numer. 8. de pet. hær. l. societatem. §. arbitrorum. numer. 10. pro soc.* Blarer. *d. l. diffamari. cap. 1. numer. 2. 3. cap. 4. num. 5. 6.* contestatio super exceptionibus facta vt iudex eas competere declaret. *Fel. in c. ea quæst. numer. 1. de re iudic. Alexand. consil. 103. in prin. vol. 5.*

11 ¶ Contraria est replicatio, *l. antepenult. l. 2. §. 2. ff. eodem. de qua Institut. de repl.* nullitas, & iniustitia exceptionum. *l. nulla. de authen. tut. l. quamuis. § si conuenerit. vbi* Bart. *ad* S. C. *Velleian. l. non putauit. §. cum quis. de bon. poss. con. tab. l. quoties. vbi Ias. & Dd. qui satisd. cogant. §. rursus. Inst. de repl.* Item rescriptum compromissum, quo præciditur exceptio. friuola sc. non legitima: *gl. ca. licet. verb. absque vlla exceptione. de elec. Bar. l. 1. §. 1. nu. 3. quod vi aut clam. Ias. l. 3. §. si is pro quo. num. 5. quod quisque iur. l. pen. nu. 17. C. de pact. l. sed etsi. §. quæsitum. num. 6. 7. si quis caut. l. 1. num. 6. de cond. iud.* statutum prohibens exceptionem opponi instrumentis guarentigionatis, *Ias. l. error. num. 25. C. de iur. & fac. ig.* aut aliis: Fel. *Dec. in ca. cum te. 2. de offic. deleg. Soc. cons. 51. præstantissimè. nu. 5. vol. 1.* vt in hac terra. *Vvider bekannt siegel vnd brieff. Ord. pro. sub tit. versatzten brieff vnd siegel.* Admittuntur tamen contrà exceptiones falsitatis, solutionis & similes, quæ vires & substantiam instrumenti tollunt. *Dec. Fel. d. c. ex part. 2. de off. deleg. Ias. l. vlt. n. 5. C. de edic. diui Adr. per illum tex. Afflict. dec. 283. num. 1.*

F I N I S.

IN CODIC IVSTI-NIANEVM COMMENTARII MATTHÆI VVESENBE-CII, ACCVRATVS

INDEX.

A

ABsentes Reipublic. causa quatenus in integrum restituantur 122 g
accessorium sine principali durare, absurdum 194
accusatio ab actione quid in materia de suspectis tutor. & curat. differat 201
actio quid 141 c
actio de suspectis tutoribus, & actio tutelæ, in quibus differant 204
actio doli qualis 105 e
actio finium regundorum qualis 192 g
actio in rem an sit de religiosis 196
actio in rem vbi debeat exerceri 172 d
actio l. Aquiliæ ex qua causa detur 189 f
cui & aduersus quem detur 190 f. *vindicationibus proxima* 189 f
actio metus nomine cui & ex qua causa detur 102 b
actio negocio conueniens hodie proponenda 141 b
actio negociorum gestorum 100 c
actio noxalis quid 194
mixta 193
actio quæ detur in alienatione iudicij mutandi causa facta 125 d
quæ de sumptibus funerum detur 199
actionis de suspectis tutoribus causæ, materia & forma 202
finis & effectus 204. 205
actionis noxalis propria, species 194
causæ 195.
materia, forma, finis & effectus 197
actionis querelæ inofficiosi forma 181 f
actioni de suspectis tutoribus affinia 204
actioni noxali affinia 198.
contraria *ibidem*
actionem ad exhibendam iam vẽdicationibus, quàm noxalibus cohærere 199
ante Actionem an possit exceptio proponi 213
actione communi diuidundo quid petatur 192
actiones quid, & quotuplices 179 e
ab accusationibus quæ propria nota distinguantur 201
actiones de ratiociniis personales 173 d
actiones noxales quibus cõtra quos dentur 195
actiones quæ seruos directò teneant 195. 196
actionum ciuilium formulæ & impetratio à Constantino, Theodosio & Valent. Impp. sublatæ 141 a
ad Actiones reales quæ pertineant 191 e
actiones reales rem comitari 172 d
actiones seruitutum vindicationibus specialibus annumerari 187 d
actor forum sequitur rei 10 e. 121 c. *quomodo satisfdet* 134 f
actoris ius singulare quod 163 f
actoris proprium probare 215
actoribus non exceptiones, sed replicationes dari 210
aduocatus an dominus fiat litis 92 g
aduocati absentia quid operetur 93 a
inter Aduocatum & procuratorẽ differentia 94 f. 96 b
aduocati olim qui, quomodo ab oratoribus distincti: & quòd eorum munus 91 b
aduocati quomodo caueant 136 e
aduocatorum dignitas 91 a. 93 c
aduocatorum error an & quando noceat litigatori 94 f
aduocatorum finis 92 b
adiacentia & affinia 93 f
contraria 94 a
aduocatorum fisci munus *ibid.* d
aduocatorum in officio peccantium pœna 92 b
aduocatis partiũ quæ desunt, quomodo suppleat iudex 95 c
aduocatis quando debeatur salariũ, & quando transmittatur ad hæredem 92 d
Aegyptus ab Augusto primùm in suam prouinciam redacta 57 e
in Aere qui non habet, luat in corpore 198
ætatis infirmitas an excuset malorũ mores 115 c
ætatis veniam quando impetrent mares, quando fœminæ 120 c
agere qui possint, vel non 163 b
ad Agnatum quæ annua sunt, vel temporalia, perpetua esse ad excipiendum 207. 211
alienatio quid 125 d
alienatione iudicij mutandi causa facta, in integrum restitutionem permitti *ibid.*
in Anabaptistas cur gladio quãdoq; animaduertatur 25 d
annona vnde dicta, & in quibus consistat 62 d
apostasia quid 25 f
quomodo fiat 26 a
triplex 25 g
apostatæ qui *ibid.* f
pares hæreticis, vel deteriores ibidem.
apostatarum pœnæ 26 b
proprium quid 14 b
in Appellationis causa exceptiones cuiusmodi proponere liceat 214
in Appellationum causis an opus sit libello 143 f
apparitori cur non licitum suo arbitratu citare 83 f
aquæ ducendæ forma 188 f
seruitus cuiusmodi *ibid.* b
aquæ nomine quid veniat in tit. de seruitutibus & aqua *ibid.* a
aquæductus quid *ibid.* b
aquæductus causæ, materia & forma *ibid.* e
finis 198 a
aquæductui adiacentia, affinia, contraria *ibid.* c
Aquilia lex. vide Lex Aquil. a.
arbiter quid 128 b
quomodo differat à iudice ibidem
in Arbitrum potius, quàm in arbitratorem intelligi in dubio cõpromitti 129 e
arbitrorum genera *ibid.* d
arbitrari quid 127 e
arbitrium quid *ibid.*
arbitrium semel susceptum exequẽdum 130 b
vnde capiat formam 131 f
ad Arbitrium partes inuitas cogi non posse 130 a
arbitrio vt res componatur, antequàm litigatores in iudicium detrudantur, iudicis est operam dare 126 e
argentarij qui 76 d
cur edere cogantur 77 a
Arrij causa quomodo à Constantino Magno diudicata 16 d
Assessores vnde dicti 61 f
audientiæ Episcopalis causæ 10 c
materia *ibid.* f
forma, finis, & effectus 11 b

B

BAldi autoritas cur minor autoritate Bartoli 41 b
bannum seu exilium inpolitia, & excommunicatio in Ecclesia, idem 17 c
baptismus quid 21 e
vice circumcisionis institutus, ibidem
baptismatis reiterandi erroris causæ ibidem c.
eiusdem erroris refutatio ibidem d. *hæreseos istius pœnæ* 24 f
Bartolus lucerna iuris, dominus & dariga Dd. 41 b
Belizarius, magister militum sub Iustiniano 52 b
boui triturantì non obligandum os 62 c

C

CAecum in cõpromittere vetitum 130 g
calculus quid 88 e
eius partes, species, propria, materia, forma, finis, ibidem. & inde.
calumnia vnde dicta: & quid sit 147 c
calumniæ iuramentum. vide Iuramentum calumniæ.
cancellarij vnde dicti 62 a
qui *ibidem*
candidati principis qui dicti 53 e
capitatio quid & vnde dicta 62 e
carere quid 133 d
causa status vbi debeat agi 173 f
causæ cognitio vbi non requiritur, nec citatione opus 84 b
causa cessante, cessare effectum 21 d
manente, effectum manere 26 e
causæ aut ciuiles, aut criminales 142 b. *criminales an per procuratorem rectè peragantur* 122 b
causarum fiscalium forum 176 a
causas quærere in eo qui omnium rerum sit causa & finis, temerariũ 5 c
in Causis capitalibus an satisdatio iure ciuili admittatur 137 f
cautio aduocati, item procuratoris, qualis 136 e
iudicis qualis 134 c
securitatis quid *ibid.* d
iâm actoris quàm rei qualis ã 36 c
cautionis actoris partes 135 c
cautionis iuratoriæ forma qualis hodie exigatur 138 f
ex Cautione personali quæ oriatur obligatio & actio 139 f
ex reali quæ *ibid.* g
Christianum mancipium ne habeat, possideat, vel circuncidat hæreticus, Iudæus, aut paganus, interdictum 29 a
citare qui possint 83 c
citari qui debeant *ibid.* g
citatio quid 81 c. *cuius respectu sit iuris naturæ* 83 c. *species quædã defensionis* *ibid.* b
citationis propria 81 e
partes ibid f. *species* 82. a. *causæ* 83 b. *materia, forma* 84. a. *finis, effectus* 85 d. *affinia, contraria* 86 c
citationis scriptura quæ continere debeat 84 e
ciuitates cur iure aggregentur potentioribus 99 b
clarissimi vbi ciuiliter, vel criminaliter conueniantur 174 f
clausula, Si preces veritate nitantur, exprimenda iure ciuili, canonico autem subintelligenda 47 a
clerici an in iudicio iurare cogantur 150 d. *vnde dicti* 9 d
clericorum antiquitus electio quæ, ibidem
Codex quando editus 1 b
Codicis editionis secundæ occasio & causa 3 b. *tempus & effectus* 4 b
Codicis effectus 2 c
Codicis nouiciendi causa quæ 1 a.
materia. *ibid.* c *forma* *ibid.*
finis & effectus *ibid.* d
Cælicolæ quid differãt à Iudæis 28 e
cohortales qui 174 d
Comes vnde dictus 54 e
Comitis Orientis officium secundũ à Proconsulari, aliorumq; gubernatorum potestate 57 a
Comitis sacri palatij munus 55 e
Comitis sacrarum largitionum officium 54 d
Comites qui *ibid.* e
Comites Procoss. & Principum qui ibidem
commissiones vulgò quid 36 e
communi diuidundo actione quæ petantur 191 g
communi diuidundo & familiæ erciscundæ iudiciorum communia 192 b
compromittere qui possint, vel non, in quos, & quibus de rebus 130 c
compromissum quid 127 a
vnde dictum *ibid.* b.
quid denotet *ibid.* c
compromissi propria 128 c.
partes species, & causæ *ibid.* f
forma, finis 131 f
compromisso adiacentia, affinia, cõtraria 132 c
compromissum facere quid 127 b
de Cõditione curiali, vel cohortali, aliâue, vbi quis cõueniatur 174 c
conditiones vnde dictæ 213
confessionem aduersarij, & probationem, paribus passibus ambulare 216
consortium quid 194
Constantinus primus Imp. Rom. veræ religionis author 3 f.
quomodo in Arrij causa diiudicanda processerit 16 d
constitutio quid 32 e
de Constitutionis substantia non esse scripturam 34 c
constitutiones quæ quomodo allegandæ 2 d
constitutionum de fide Christiana, à Iustin. editarum summa 4 d
constitutionum materia, forma, finis & effectus 34 a.
propria species & causæ 32 e
constitutionibus adiacentia, affinia contraria 35. d
constitutiones canonibus non præeminere, sed iis obsequi *ibid.* c
inter Constitutiones & decisiones differentia 33 c
à Constitutionibus quid differant Principum mandata 36 e
contestatio litis. vide Litis contestatio.
ante Contestationem regulariter satisfiandum 139 d
de Contractibus iudicum olim pro-

mulgata, an hodie iudices obligent 63 d
contrariorum eadem ratio & doctrina 213
contumelia vnde dicta 205
conueniri qui poßint, vel non 163 d
conuenticula priuata celebrare interdictum 5 b
eorundem pœna ibidem
in Corpore luat, qui non habet in ære 198
correlatiuorum eadem ratio & doctrina 213
creditor propriè quis 116 g
aduersus Creditorem qui mutuum dedit, an minori sit restitutio, ibidem f
crimen quid 171 c
crimini nihil commune cum venia ætatis 115 d
in Criminibus minores ætatis suffragio non iuuari ibid.e
de Criminibus vbi agi oporteat 171 b
culpa lata dolo affinis 106 a
culpæ delictum omißionis esse, non commißionis 115 d
curatores qui vt suspecti accusari poßint 202
curiales qui 174 d
curialibus & cohortalibus annumerari decuriones ibidem

D

DAmnis in faciliùs, in lucro difficiliùs, contra ius subuenirì 118 b
dare loco certo qui promisit, vbi cõueniatur 172 b
decipientibus iura non subuenire 116 c
inter Decisiones & constitutiones differentia 33 c
decuriones curialibus & cohortalibus annumerari 174 d
defensio iusta quæ 177 b
quomodo probetur 178 e
defensionis iustæ species, causæ 177 e. *materia, forma, finis, & effectus* 178 a
defensioni iustæ affinia & contraria ibidem
defensores qui 66 d
defensorum officium & numerus ibid.e
delictum suum nemini prosit 103 b
propter Delictum vnum nemo pluribus pœnis affligendus 66 a
delicta similia, eorúmque pœna, an tollantur per pœnitentiam 26 d
delicta non oportet manere impunita 195
deportatio in crimine falsi, regularis & summa pœna 19 b
in foro seculari, similis pœnæ perpetui carceris 17 c
deportatio, vltimum & capitale supplicium quomodo dicatur 17 a. *& inde*
deuotionem publicam vindicare, vnicuique licitum 176 g
Deus καρδιογνώστης 14 c
Deus omnium rerum causa & finis 5 c
Deus vnus cognitor & index motuum cordis & cogitationum 14 c
Dei proprium, esse καρδιογνώστου 23 f
Deo semel dicatum, amplius nequit prophanari 30 b
de Deo, non humano, sed diuino ore loquendum 5 b
coram Deo sola mente quempiam esse posse hæreticum 14 c
dilatio quid 168 b
dilationis propria & species, causæ, materia ibid.c
forma, finis, & effectus, ibidem f
dilationi adiacentia & contraria 169 b
disciplina spiritualis quos non corrigit, eos pœna corporali debito corripiat modo 16 f
distractus natura eadem, quæ est contractus 121 c
diuisio, transactionis quædam species 114 b
aduersus Diuisionem an minor videtur restitutio ibid.
dolus quid, & quid à fraude distet 104 a
eius species, causæ ibid.e
materia, forma, finis, effectus 105 a
dolus suus nemini prodesse debet 103 b
doli actio qualis 105 e
dolo affinia & contraria 106 a
donare, est perdere, & dilapidare potiùs quàm administrare 113 c
donationis inofficiosæ querela. vide Querela inofficiosæ donationis.
ad Donationem referenda remißio liquidi iuris 113 d
aduersus Donationes an minori concedantur restitutio ibid.b
aduersus Dotem an & quando mulier restituatur 114 f
aduersus Dotes inofficiosas quæ detur querela 186 e

E

ECclesia an & qualem sustineat personam 7 g
mater & cultrix institiæ 10 d
Ecclesiæ definitio & diuisio 5 g
causæ 6 c
affinia & contraria ibid.g
Ecclesiæ iudicium de externa tantùm, non de interna vocatione 23 g
Ecclesiæ ius quibus amittatur, vel impediatur 7 a
Ecclesiæ pax, religionis vnitas 4 f
Ecclesiæ priuilegia quæ, & cuiusmodi 7 f
Ecclesiæ res cuiusmodi sint ibid.c
ad Ecclesiam confugere quibus licitum 30 d
ad Ecclesiam confugientes, cautionem iudicio sisti, coguntur præstare 31 c
quando extrahi poßint, vel non 30 f
Ecclesiam inre minorũ vti, & impetrare restitutionem 124 e
Ecclesiæ cur sacrosactæ dictæ 5 f
in quem potißimùm vsum construantur 6 e
quid distent ab orphanotrophiis, ptochotrophiis, &c. 6 f
edere qui ex quibus causis cogantur 76 a
edenda quæ sint 78 a
editio quid: & quotuplex 75 c
quomodo fiat 78 c
vbi facienda 97 d
editionis causæ 76 a
materia 77 g
forma 78 c
finis & effectus 79 e
editioni adiacentia & affinia 80 d
emancipationum à manumißione non multum differre 196
Episcopalis audientia. vide Audientia Episcopalis.
Episcopi præcipuum munus quod 10 c
Episcopi vnde dicti 9 b
in Episcoporum iudicio quibus de rebus ius dicatur 10 f
Episcopis affines qui 9 e
error & pertinacia partes hæreseos 13 a
error facti excusat, iuris non item 41 e
error iuris quando noceat, vel non, ibid.
error solus an faciat hæreticum 12 f
errori minoris, nisi iuramentum accesserit, ignosci 119 f
in Essentia simplicißima diuisionem querere, temerarium 5 c
exceptio quid 206.
an poßit ante actionem proponi 213. *contra quos detur, vel non* 211. *species quædam defensionis ex iure naturali omnibus concessa* 210. *vnde dicta* 205
exceptio excommunicationis quando poßit opponi 214
exceptio, nisi actor intentionem impleuerit, non necessaria 206. 207
exceptionis propria 210.
species 208.
causa efficiens 210.
materia 211
forma 212. *finis & effectus* 216
exceptioni adiacentia, affinia 216.
contraria 117
exceptione non vna tantùm, sed & pluribus vti, cuique licitum 213
exceptiones an, & quæ contra instrumentum opponi poßint 211. 212. *an & quando post sententiã admittantur* 214. 215
exceptiones omnes cur opponantur 210
exceptiones quando & vbi proponi debeant 213.
quomodo probentur 215.
reorum defendendorum causa comparatæ 205. 216
exceptiones omnes, reo competentes, fideiussori quoque, etiam inuito reo, competere 208
excipere esse reorum 210
excipere quid significet 205.
qui poßint 211
excipiendi facultatem latiùs, quàm agendi, patere 210
ad Excipiendum manere perpetua, quæ annua sunt ad agendum 207. 211
excommunicatio in Ecclesia, & bannum seu exilium in politia, idem 17 c
executores qui 161 d.
eorundem officium & electio ibidem e
exhæredationis nomine quæ veniãt 180 e

F

FActum quomodo ratũ habeatur 120 f
Factum subtiliter emendans, laudabilior eo, qui primus inuenit 40 c
facta non præsumi, sed probari 117 d
Familiæ erciscundæ & Communi diuidundo, iudiciorum communia 192 b
ferias dilationibus adiacere & inesse 169 c
fides quid 14 b
fidem veritatis verborum adminicula non desiderare 117 d
de Fide Christiana constitutionum à Iustiniano editarum summa 4 d
fideicommissum vbi oporteat peti 171 f
fideiussoribus minorum an restitutio detur 110 a
filiifam. quatenus in integrum restituantur 109 e
finium regundorum actio qualis 192 g
fiscus an & quatenus patrocinium impartiri litibus alienis poßit 99 b.
cur iure aggregetur potentioribus ibidem
aduersus Fiscum an restitutio admittatur 119 d
fiscum paribus cum dote paßibus in ius priuilegiorum singulare ambulare 115 b
in Fœminam an & quatenus compromittatur 131 a
forma dat esse rei 127 d
forum vnde dictum 169 e.
quid ibid.
à Fori competentis iurisdictione quæ personæ excipiantur 170 g
fori partes & species 169 f.
causæ, materia, finis & effectus 170 a
foro adiacentia, affinia, contraria ibid.d
fraus vbi subesse requiratur 39 e
à Fraude dolus quid distet 104 c
in Furiosum compromittere illicitum 130 f

G

GAngrænæ malum cuiusmodi 15 b

H

HAeredem vti iure defuncti 110 b
hæredes scripti vbi mitti debeant in possessionem 172 f
de Hæreditate vbi agatur ibid.
hæresis causa schismatis 20 b.
circa quæ versetur 14 d.
in quo consistat ibid.b
in quos cadat ibid.a
hæresis, opinio in mente, & persuasio pertinax in voluntate ibidem b
hæresis vnde dicta 12 d.
quid sit ibid.e
hæresis vocabulum vsu factum odiosum ibid.d
hæreseos accusationi an obstet præscriptio 20 d
hæreseos causæ 13 f.
effectus & pœna 15 b.
genera & gradus 13 d.
materia in qua, & circa quam 14 a.d. *partes* 13 d
hæreseos pœnam politicam congruere cum ecclesiastica 17 c
hæreseos propria quæ 13 c
hæreses vt in Ecclesia grassentur, contraria 20 c
hæreses vt in Ecclesia grassentur, cur Deus permittat 14 g
hæreticus quis 12 c.
an sit, qui vel leui argumento, à iudicio catholicæ religionis detectus fuerit deuiare 13 a
hæreticus coram Deo quis 14 c
hæreticus omnis, schismaticus: non contrà 20 b
hæreticus quis dici nequeat 12 g
hæreticum quid efficiat ibid.f
hæretici propriè qui non dicantur 14 e
hæreticorum omnium an eadem pœna 13 e
hæreticis annumerari, baptisma sacrum iterantes 21 b
hæreticis cur pares vel deteriores apostatæ 25 f
contra Hæreticos procedendi modus 15 d
honores gradatim secundùm legem deferendi 71 e.
potioribus, quoad fieri potest, deferendi 70 b
de Honoribus gerendis cùm quæritur, quæ consideranda 71 f

I

IGnorare, turpe homini in ciuili vita versanti 41 e
imaginis etymon 23 c
Imperator quando inter personas miserabiles cognoscat 170 f
infamia notatos à dignitatibus excludi 95 g
ingratitudinis causæ quæ iustam operentur exhæredationem 185
inofficiosi querela: vide Querela inofficiosi
institutionis tit. an & quando relinqui sit necesse 184
instructiones vulgò quid 36 c
contra Instrumenta an & quæ exceptiones poßint opponi 211 212

Iudæi qui sint, eorúmque genera 27 d. an expelli possint 28 d.
quid à cœlicolis differant ibid. e
Iudæorum priuilegia & iura 27 e.
eorundem pœnæ & onera 28 b
Iudæis, ne signo Saluatoris Christi crucis per contemptum abutantur, sub pœna amissionis priuilegiorũ interdictum 27 b
iudex compromissarius quis 127 e
iudicis alicuius, vel præsidis vicem obtinentis munus 71 d
iudicis cautio qualis 134 c
iudicis factum, factum esse partis, quomodo accipiendum 95 e
à Iudice quomodo arbiter differat 128 b
iudices militares qui 60 a.
pedanei qui 162 a.
vnde dicti ibid.
iudices qui pro sua iurisdictione dare, dariue possint ibid. b
iudicum communia quæ 60 e
de Iudicum contractibus, an hodie obtineant 63 a
iudices militares ad strictum iuris ordinem non astringuntur 60 b.
eorum species ibid.
iudicum officium duplex 60 f.
species 59 f
iudicibus tàm ciuilibus, quàm militaribus, post administrationem depositam quinquaginta dies in ciuitatibus, vel certis locis permanendum 61 a
iudicium quid 155 b.
iudicij propria partes ibid. c
species, causæ, materia, forma, finis, effectus 157. c.
extra Iudicium etiam licitum se defendere 176 g
iudicium qui sustineant 162 a
iudicium reddi in inuitum 159 c
in Iudicio qui personam habeant legitimam, vel non 163 a
iudiciorum & iudicum materia 162 e
iudiciorum ordo quis 164 a
vigor cur constitutus 98 f. 159 b
iudiciis adiacentia 159 e.
affinia, contraria 160 c
Iulianus edicti perpetui autor, eiusq; encomium 40 f
iuramentum calumniæ quid 147 f.
quando præstandum 152 f.
quibus in causis præstetur, & quid contineat 150 e
iuramenti calumniæ falsò præstiti pœna 153 d
iuramenti calumniæ propria 147 f.
species ibid. g causæ 148 d.
materia 50 c. forma 151 c.
finis 152 g. effectus 153 b
iuramento calumniæ affinia & cõtraria 154 b
iuramentum calumniæ qui præstare cogantur, qui non 149 c
ius prætorium pars iuris ciuilis 42 c
iuris liquidi remissio ad donationẽ referenda 113 d
iuris partitio 3 d
iuris publici tutela cur in medio cõstituta 98 f
ius omne iudiciis concludi 155 a
ius publicum priuatorum iuri præponderare 118 g
secundùm Ius quod iudicandum 160 a
ius sibipsi dicere neminem posse 162 e
in Ius vocare quid 81 c
iura iuribus rectè conciliari 26 d
iura magis libertatibus, quàm minoribus fauere 118 f.
nõ subuenire decipientibus 110 c
iuridici Alexandriæ officium 74 b
Iurisconsulti proprietatis verborum seruantissimi 17 e
Iurisconsul. recentiorum quæ autoritas 41 a.
veterum responsa quam habeant vim 40 d
iurisdictio fori sit competentis 169 e
iurisdictio omnis aut contentiosa, aut voluntaria 31 e
iurisdictionem nullam sine coercitione satis habere virium 11 f

L

Largitiones sacræ quid 54 g
Laudum quid 127 d
legati Proconsulis officium 56 a
legitima quid 183.
duplex ibid.
lex quid 32 c
lex Aquilia vnde dicta 190 a.
quid sit, & qualis ibid.
l. Aquiliæ actio qua ex causa detur 189 g. cui & aduersus quem detur 190 f.
partes & species ibid. d.
materia 191 a
l. Aquiliæ adiacentia, affinia, contraria ibid. b
legis non verba tantùm, sed & mẽtem ac sententiam obligare 35 c
legis vim semper in viridi esse obseruantia ibid.
legem facere solius esse populi liberi, vel Principis 39 e
leges, mutus quidam magistratus 3 d. 51 e
leges rebꝰ, nõ verbis imponẽdæ 34 a
libellus quid 141 b.
eius requisita ibid.
libellus principi datus, quando litis faciat contestationem 45 a
libellus quibus in causis offerri possit, & debeat 142 c
libelli partes & species 141 f.
materia 142 b. forma 143 f.
finis & effectus 146 a
libello adiacentia, affinia, contraria ibid. d
libellos concipientium error an & quando noceat 94 f
in Libertatis causa minorem restitui 113 f
libertatem iuris esse publici ibid. g
contra Libertatem semel datam an minor restituatur ibid. f
lis pendẽre quando dicatur 45 d
litis contestatio quid 164 d
litis contestationis propria, partes & species 164 e.
causæ, materia, forma 165 a.
finis & effectus ibid. g
litis contestationi affinia & contraria 166 b
loco certo dare qui promisit, vbi cõueniatur 172 b
lucri captandi non eadem semper ratio, quæ vitandi damni 118 a
ob Lucrum consequendum nullam dari restitutionem 121 c
lucra iniusta cuius possessori extorqueri, iustum 198

M

Magister officiorum quis 54 e
Magister vnde dictus ibid. b
magistri militum dignitas & munus 53 b
magistri Curiæ hodie qui 54 d
magistratus etymon: eiusq; definitio 67 e. officium 68 c.
genera ibid.
magistratus, viua quædam lex, seu legis executores 51 f
magistratuum creandorum causæ impulsiuæ 69 c
magistratuum materia, forma, finis, effectus 71 c. c
magistratibus adiacentia, & affinia 72 e. contraria 73 b
magistratus qui creent 69 a.
qui creari possint ibid. d
maiores quibus ex causis in integrum restituantur 122 g 124 b
maledictum in Scripturis quid 194
mandati & præcepti discrimen 36 e
mandata principum quid differant à constitutionibus ibid. c
mandata priuatorum quatenus à principum distinguantur ib. d
mandata vnde dicta ibid. c

mandatorum causa efficiens, materia ibid. f forma, finis & effectus 37 a
Manichæi ob vnam scelerum nequitiam singularibus quibusdam exemplis coercti 19 e
manumissio cuius sit iurisdictionis 31 c
manumissionis in Ecclesia origo ibid. f
Mareschallus quis 55 f.
eius munus ibid.
metus propriè quid 101 c.
violentiæ effectus, & proxima causa actus contractusq; ibid. g
metus & vis differentia & conuenientia ibid. c
metus nomine actio cui, & ex qua causa detur 102 b
metus actioni affinia & contraria 103 d
metum proponendi forma 102 c
milites, eorumq; hæredes, an & quatenus in integrum restituantur 123 a
milites vbi forum sortiantur 175 c.
in quibus casibus fori præscriptione vti nequeant ibid. d
militum vxoribus, eorúmque liberis, an & quatenus subueniatur 123 b
militantes in quibus causis fori præscriptione vti possint 175 b
minor in quibus casibus in integrum restitui nequeat 119 c.
inde maior factus si factum ratum habuerit, an restitui possit 120 e.
si veniam ætatis impetrauerit, an restitui debeat de postea gestis ibid. b
minori in quibus causis restitutio impetretur 106 d. inde
in Minorem octodecim vel viginti annis compromittere illicitum 130 g
minorem restitui etiam in his, quæ tutore, curatore, &c. authore sunt gesta 110 e. in communi item & eadem, quam cum maiore habet, causa 111 b
minores ab hæreditate parentum se abstinentes, an restituantur 117 c. an ætatis suffragio in criminibus iuuentur 115 c
minores læsi, an aduersus venditionem tutore authore factam restituantur 112 d
minorum fideiussoribus an detur restitutio 110 a
minorum hæredibus, maioribus licet, dari restitutionem ibid.
minoribus an & quatenus in omissa hæreditate, aliísue id genus succurratur 118 a
minoribus succurri, cuiuscunque sint dignitatis & status, dummodo liberis 109 f
multa quid 63 f. quid à pœna distet ibid.
mulctæ causa impulsiua 64 d.
materia finis, effectus, contraria ibid. e
mulctare quibus permissum ibid. a
mulier, eiusq; hæres, an & quando aduersus dotẽ restituantur 114 g
mulieres munerum Reip. publicorũ incapaces 123 c
munera potioribus, quoad fieri potest, deferenda 70 b
de Muneribus gerendis cùm est quæstio, quæ consideranda 71 f
in Mutuum compromittere, vetitum 130 g

N

Negociorum gestores, qui 99 d.
eorundem causa efficiens & impulsiua ibid. f. materia ib. g
negociorum gestoribus adiacentia, affinia, contraria 100 e
negociorum gestorum actio 99 c
neminem in sua causa ius dicere posse 162 e
noxa quid 194
noxia quid ibid.
Nouellarum volumen cur separatũ tùm à Cod. factum 4 c
nullum quod est, nullum parit effectum 118 f
contra Numen disputandi, consuetudo mala 5 b
numen infinitum definire, temerarium ibid. c
numularij qui 77 b.
cur edere cogantur ibidem

O

Officium Comitis sacrarũ largitionum, Proconsulis, &c. vide Comitis sacr. largit. &c. officium
officium suum nemini debet esse dãnosum 62 d
ab Opinione quid differat suspicio 200
ab Oratoribus quomodo olim distincti aduocati 91 b

P

Pactum quid significet 87 b
à Pacto quid transactio differat ibidem f
pactorum diuisio & species 87 c
pædobaptismum annihilantis punitio 22 c. & inde
pagani vnde dicti & qui 29 e
paganorum priuilegia 30 a.
eorundem pœnæ ibid.
Papiniani laus 40 g
parochi & pastores in primitiua Ecclesia qui 9 d
patrem filij nomine, non suo restitui 109 f
pauperibus quicquid impenditur, Deus sibi fert expensum 7 d
persecutiones prætoriæ quamdiu cõpetant 102 b
persona ex veritate, non veritas ex personis iudicanda 10 a
personarum causa ius omne constitutum 109 e
personas miserabiles excipi à fori competentia iurisdictione 170 g
pertinacia & error hæreseos partes 13 a
pertinacia quæ faciat hæreticum 12 f
petitio hæreditatis proxima querelis inofficiosi testamenti, inoff. donat. &c. 187 a
petitionis verbũ quid denotet 166 f
plus petendi causæ ibid. g. materia, forma, finis, effectus, adiacentia, affinia, contraria 167 a
plus quot modis petatur 166 f
à Pœna quid mulcta distet 63 f
pœnæ plures ob vnũ delictum nemini infligendæ 66 a
pœnæ, quoad eius fieri potest, benigna interpretatione molliendæ 17 e
pœnarum discrimen 64 a
per Pœnitentiam quæ delicta pœnæ eximantur 26 f
pœnitentia non tolli ciuilia delicta, eorúmq; pœnam ibid. e
Pontificis præcipuum munus quod 10 c
possessio momentaria quid 171 e
de Possessione vbi agi oporteat ibidem
potentiorum nomine titulos prædiis assignatum eorúmue nomina prætendentium in litem pœna 97 d
potentioribus ne liceat patrocinium litigantibus præstare, edictum 96 d
potestatem patriam à dominica non multum differre 196
præcepti & mandati discrimen 36 e
præfecti Augustalis Aegypto potestas varis modis restricta 57 e
præfecti prætorio Africæ officium 52 d
præfecti Prætoriorum origo & numerus 53 f

eorundem officium: & qui eos constituat 52 a
praefecti vrbis dignitas & munus ibid. g
praefecti vigilum an de capitalibus causis sua autoritate quid statuere possint 59 c
praescriptio an & quatenus hodie contra minores currat 116 b,
an obstet haereseos accusationi 20 d
quibus currere non soleat 207. vbi & quando currat 20 e
Praetoris officium aut vrbanum, aut prouinciale 58 d.
vtriusque descriptio ibid.
Praetores vrbani, qui creari possint ibid. e
preces quid, earumq; diuisio multiplex 42 e
precum causa impulsiua 43 b.
materia ibid. d.
forma ibidem f.
finis & effectus 44 c
precibus adiacentia & contraria ibidem f.
preces offerre qui possint 43 a
presbyteri, proximi ab Episcopis 9 d. vnde dicti ibid. b
Princeps quis 33 d
principum statuas & imagines pro asylo ob venerationem haberi 50 b
priuatio praesupponit habitum 210
[illegible] vnde 12 d
probationem, & confessionem aduersarij, paribus passibus ambulare 216
Proconsulis officium 56 a
procurator Caesaris de quibus causis ius dicere possit 176 c
procurator quomodo caueat 136 f
inter Procuratorem & aduocatum differentia 94 f. 96 b
per Procuratorem litigans, quomodo satisdare debeat 135 e
procuratorum officium 96 b
in Pupillum compromittere an liceat 130 f

Q

QVaestorum origo 53 d.
dignitas & munus ibid. e
querela aduersus dotes immodicas quae detur 186 e
querela inofficiosae donationis quid 185 f. cuiusmodi sit actio ibid.
quibus detur 186 b
querelae inofficiosae donationis partes ibid. a
causae, materia, antecedentia, consequentia, finis, affinia, contraria ibid.
querela inofficiosi quid 180 a.
quibus detur ibid. g.
in quos 181 d.
vbi, quando, & quamdiu detur 182 c
querelae inofficiosi actionis forma 181 f
querelae inofficiosi propria, partes, causa 180 b.
materia & subiectum 181 e.
finis & effectus 182 f
querelae inofficiosi adiacentia, affinia 183 b.
contraria 184 d
querelam inofficiosi quis teneatur probare 182 d

R

de Ratiociniis actiones personales 173 d.
tàm publicis, quàm priuatis, vbi oporteat agi ibid. e
rationales vbi conueniantur 176 b
rationes quid 77 c.
à quibus exigi possint, & quo iure 89 b
recipiendi verbum quid denotet 127 a
Rectoris prouinciae nomen bifariam capi 58 f
religionis summa ratio 4 e
religionis vnitas, pax ecclesiae ibidem f
de Religiosis non esse in rem actionem: & quare 199
replicationes actoribus, non exceptiones dari 210
de qua Re transigi nequit, de ea nec compromitti 131 d
de Rebus claris frustra compromitti ibidem
Respub. an & quatenus patrocinium impertiri litibus alienis possit 99 b
Rempub. iure minorum vti, & impetrare restitutionem 124 e
rescriptum quid propriè 47 d.
quid à rescriptis gratiae & similibus differat ibid. e
rescriptorum causa impulsiua 42 d.
nomen vnde 47 d.
propria & species ibid. f.
causa efficiens & impulsiua, materia & forma 48 c.
finis & effectus 49 c
restitui in integrum qui & aduersus quos non possint 119 c
restitutio quid 101 b. 106 f.
an detur aduersus rem iudicatam 111 d.
an aduersus venditionem tutore authore factam 112 d.
an interrumpat vsucapionem contra minorem impletam 116 a.
an minori concedatur aduersus donationes 113 b.
an minori impetretur contra pignoris venditionem 112 f.
an seruis detur 109 f
restitutio in integrum quid 106 f
eius causa 107 c.
forma, adiacentia, contraria 108 d. in quibus causis minori detur 106.
& inde. quibus ex causis maioribus concedatur 122 g. 124 b.
in quibus causis non sit necessaria, 118 d
restitutionis beneficium in quibus cesset 119 g.
causa qualis 122 b
restitutionis in integrum beneficium quibus competat 107 f.
causa an per procuratorem agi possit 122 a.
cognitio vbi & apud quem agitanda 121 b
in Restitutionis in integrum iudicio quae fiant 181 f.
reputationes 121 e
restitutionis in integrum maiorum causae, materia, forma, finis, effectus 124 b. & inde.
restitutionis in integrum petendae tempus quod indultum 123 e
restitutioni in integrum maiorum adiacentia, affinia, contraria 125 b
restitutionem in integrum semel petitam, nec obtentam, an denuò petere liceat. 120 a
restitutionem propter lucrum consequendum nullam dari 121 e
restitutione in integrum postulata, nihil noui fiat 122 e
reus fauorabilior actore 163 f.
quomodo satisdet 135 d
Romanis nulla non religio, praeter veram. initiò recepta 3 e

S

SAcerdotes vnde dicti 9 a
sacerdotum priuilegia ibidem f
sacerdotibus affines qui ibid. e
sacramenti rationem nihil habere, extra vsum & finem à Deo institutum 21 d
sacramentorum vim non à dignitate ministri, sed ab institutione diuina dependere 23 a
sacramenta non esse propriè articulos fidei, sed eorum sigilla, 14 f
de Sacramentis parum commodè sentientes, an haereticis adcensendi ibidem
sacra quae 5 e
sacra Romanorum varia 3 e
salarium quando debeatur aduocatis, & quando transmittatur ad haeredes 92 d
saluus conductus quid 134 d
satan, mille fraudum opifex. 13 e
satisdare quid 133 d
satisdatio quid ibid. e
in quo loco facienda 139 c
quando & quoties ibid. d
satisdatio actoris qualis 134 f.
rei qualis 135 d
satisdationis species 133 d.
causae 137 d. materia ibid. f forma 138 c. circumstantiae 139 c.
finis & effectus ibid. e
satisdationi affinia & contraria 140 b
sine Satisdatione litigantes, maximè nomine alieno, vix admitti 133 c
schisma quid 20 b
schismaticus omnis an haereticus, ibidem
schismatici haereticis non multum dissimiles ibidem
scriptura an sit de substantia constitutionis 34 c
scriptura citationis quae debeat continere 84 e
scriptura, mandatorum forma 37 a
Scripturam S. ceu epistolam Dei esse ad genus humanum, de voluntate sua conscriptam 5 a.
solui non posse ibidem
senatores vbi ciuiliter, vel criminaliter conueniantur 174 f
senatum cogere quibus olim permissum 38 a
senatusconsultum quid 37 e
S.C. causa efficiens, materia, forma 38 b. inde. finis & effectus 39 d.
partes & species 37 f
S.C. contraria 39 f
senatusconsulto de quibus statui nequiuerit 38 e
post Sententiam an & quando liceat excipere 214. 215
sepulturae ius, ἀνθρώπινον καὶ ὅσιον, an habeant haeretici 19 d
seruitutem talem praestare vnumquemq;, qualem potest 138 b
serui an restitui possint 109 f
in Seruos compromittere vetitum 130 f
si preces veritate nitantur, clausula vbi exprimenda, vel subintelligenda 49 a
signum Saluatoris Christi insculpere aut pingere humi, in silice, vel marmore, nemini licitum 127 a
signa rebus alienis imponere, nemini licitum sine iudicis autoritate 98 e
signa rebus imponi mobilibus ib. g
contra Solutionem damnosam, minori factam, an detur restitutio 114 d
sors quid 193
sportulae quid 161 c. earum distinctio. & cur debeantur ibid.
statuae etymon 50 b
statuarum principis causa impulsiua, materia, forma & finis ib. d
ad Statuas principis confugere quando permissum 51 a
ad Statuas principis temerè confugientium poena ibid. c
status causa vbi debeat agi 173 f
studiorum causa absentibus iustè subueniri 124 e
de Sumptibus funerum quae actio detur 199
supplicare contra rem iudicatam, absq; nota infamiae non licitum 46 b
supplicare qui possint 43 a
supplicatio: vide Preces.
supplicatio contra S. C. & ius publicum generale impermissa 39 f
supplicationis contraria, à circumstantia temporis 45 d.
à materia vitiosa manantia 46 d
supplicationum terminus & finis 47 d
in Surdum compromittere, illicitum 130 g
suspectus quis 201
de Suspecto qui postulari possint 202
suspicio quid 200.
ab opinione quid differat ibid.
suspicio probabilis, propriè opinio ibid.
suspicio qualiter probetur 203
suspicionis species 200

T

TEstamenti inofficiosi querela: vide Querela inofficiosi.
testes quales in haeresi probanda requirantur 16 a
titulos rebus immobilibus imponi 98 g
transactio quid à pacto differat 87 f
aduersus Transactionem an minori detur restitutio 114 b
transigi de qua re nequit, de ea nec compromitti 131 d
tutoris remouendi forma duplex 203
tutor suspectus quis 201
tutoris suspecti duplex cognitio ibidem
tutoris suspicio qualiter probanda 203
de Tutore suspecto quadrifariam quaeri 202. 203
tutores qui vt suspecti accusari possint 202
tutores suspectos qui accusare possint ibid. d
de Tutoribus suspectis actio: vide Actio de suspect. tutor.
de Tutoribus suspectis iudicium an morte accusantis soluatur 204
de Tutoribus suspectis qui cognoscant 202

V

contra Venditionem pignoris an restitutio impetretur minori 112 f
aduersus Venditionem tutore authore factam an detur restitutio ibid. d
veritas non ex personis, sed personae ex veritate iudicandae 10 a
veritas vna & simplex 42 f
vexillorum feuda an & quomodo quis habeat in Imperio 98 c
vicarij etymon, & quis 57 f.
eiusdem dignitas & officium 58 a
vindicare se, vel deuotionem publicam, vnicuiq; licitum 176 g
vindicationibus specialibus, quae actiones annumerentur 187 e
vis propriè quid 101 c. 102 c
vis & metus differentia & conuenientia 101 c
vltio priuata prohibita 98 f. 159 b
pro Voluntate esse scientiam eius, qui potest prohibere 196
ex Voluntate quod fieri debet, non est imponendum ex necessitate 130 b
vsucapio an & quatenus hodie contra minores currat 116 b
vsucapio contra minorem impleta, an restitutione interrumpatur ibid. a
vsus immemorialis, loco priuilegij 98 c
vtilitas publica priuatae anteferenda 46 g
Vvechsseler qui 77 b

Z

ZIzania crescere quomodo iubeat Christus 17 c.

INDICIS FINIS.